# SACROSANCTA
# CONCILIA
## AD REGIAM EDITIONEM
## EXACTA

QUÆ OLIM QUARTA PARTE PRODIIT AUCTIOR

*Studio* PHILIP. LABBEI, & GABR. COSSARTII,

*Soc.* JESU *Presbyterorum*;

Nunc verò integre inſertis STEPHANI BALUZII, & JOANNIS HARDUINI additamentis, plurimis præterea undecunque conquiſitis monumentis, notis inſuper ac obſervationibus, firmiori fundamento Conciliorum epochas præcipue ſulcientibus, longè locupletior, & emendatior exhibetur,

CURANTE NICOLAO COLETI

*Eccleſiæ S. Moyſis Venetiarum Sacerdote Alumno.*

## TOMUS DECIMUS OCTAVUS.

*Ab Anno* MCDXXXVIII. *ad annum* MCDXXXIX.



VENETIIS, MDCCXXXII.

Apud { SEBASTIANUM COLETI ET JO: BAPTISTAM ALBRIZZI Q. HIERON. FIL.

CUM VENETI SENATUS PRIVILEGIO.

# SYLLABUS

## EORUM QUÆ TOMO XVIII. CONCILIORUM

### CONTINENTUR.

*Quæ aſteriſco * notata ſunt, non erant in prioribus aliis editionibus: quibus vero hac nota † impreſſa eſt, eorum incertus eſt annus; quibus index ☞ præpoſitus, ea huic editioni acceſſere.*


| Anno Christi | | |
|---|---|---|
| | EUGENIUS IV. *de quo ſupra.* | |
| 1438. | FLORENTINUM OECUMENICUM CONCILIUM. | *col.* 1. |
| | Hiſtoria concilii. | ibid. |
| | *Acta concilii, Græca & Latina.* | |
| | Quomodo Imperator Venetias ingreſſus ſit. | 6 |
| | Quomodo profectus ſit Ferrariam. | 10 |
| | De ingreſſu Patriarchæ Ferrariam. | 11 |
| | Exhortatio Patriarchæ. | 19 |
| | Decretum Eugenii papæ IV. | 22 |
| | Quæſtio de igne purgatorio. | 26 |
| | I. Seſsio. | 34 |
| | Oratio Beſſarionis. | 35 |
| | II. Seſsio. | 46 |
| | III. Seſsio. | 47 |
| | De addita in ſymbolo voce, *Filioque*. | |
| | IV. Seſsio. | 58 |
| | V. Seſsio. | 66 |
| | Recitata ſymbola conciliorum. | |
| | VI. Seſsio. | 87 |
| | VII. Seſsio. | 102 |
| | VIII. Seſsio. | 134 |
| | IX. Seſsio. | 151 |
| | X. Seſsio. | 158 |
| | XI. Seſsio. | 174 |
| | XII. Seſsio. | 183 |
| | Septem præcedentibus ſeſſionibus diſputatum de additamento in ſymbolo. | |
| | XIII. Seſsio. | 211 |
| | Admiſſi oratores ducis Burgundiæ. | |
| | XIV. Seſsio. | 214 |
| | XV. Seſsio. | ibid. |
| | Diſputatum de additamento in ſymbolo. | |
| | XVI. Seſsio, poſtrema Ferrariæ. | 223 |
| | Eugenii decretum de transferendo Florentiam concilio. | ibid. |
| | De ingreſſu Patriarchæ & Imperatoris Florentiam. | 216 |
| 1439. | XVII. Seſsio. | 227 |
| | De modo ineundæ concordiæ. | |
| | XVIII. Seſsio. | 242 |
| | XIX. Seſsio. | 263 |
| | XX. Seſſio. | 286 |
| | XXI. Seſſio. | 310 |
| | XXII. Seſſio. | 330 |
| | XXIII. Seſſio. | 355 |
| | XXIV. Seſſio. | 386 |
| | XXV. Seſſio. | 390 |
| | Octo præcedentibus ſeſſionibus diſputatum de proceſſione Spiritus ſancti. | |
| | Beſſarionis oratio dogmatica. | 399 |
| | Ejuſdem declaratio aliquorum, quæ in oratione dogmatica continentur: Latine tantum. | 466 |


Sen-

ANNO CHRISTI 1439.

Sententia patriarchæ Conſtantinopolitani. 491
Sententia imperatoris Conſtantinopolitani. ibid.
De aliis capitibus inter Latinos & Græcos controverſis. 502. & ſeq.
Extrema ſententia patriarchæ Conſtantinopolitani, morti proximi. 506
Definitio ſynodi Florentinæ, cum ſubſcriptionibus. 522
☞ Græcorum confeſſio de verbis conſecrationis, & transſubſtantiatione a Beſſarione expoſita in Concilio Florentino. 539
☞ Obſervationes Paris Mabillonii. 540
Decretum Eugenii de unione Armenorum: Latine tantum. 542
Litteræ Iſaiæ archiepiſc. Hieroſolymitani, ad Eugenium: Latine tantum. 551

*Appendix concilii Florentini; Græc. & Lat.*

Caryophili præfatio in opuſcula Georgii Scholarii, Græca Latina. 553
Adhortatio Georgii Scholarii ad ſynodum. 555
Ejuſdem orationes tres ad ſynodum, de pace. 575. & ſeq.
Joſephi Methonenſis epiſcopi apologia adverſus Marcum Epheſinum. 690
Gregorii hieromonachi apologia ad epiſtolam Marci Epheſini. 754

FLORENTINI CONCILII ACTA *Latine omnia ab Horatio Juſtiniano collecta, diſpoſita, & notis illuſtrata.* 841

*Pars I. actorum, ante adventum Græcorum ad concilium.*

Decretum ſanioris partis Baſileenſis concilii, pro translatione ejuſdem concilii Florentiam, aut Utinum. 847
Confirmatio decreti per Eugenium. 851
Eugenii epiſtola ad Genuenſes. 861
Ejuſdem ad Sigiſmundum Imperator. aliosque Chriſtianos principes. ibidem.
Ejuſdem ad Carolum Franc. regem. 862
Deputatio Antonii Condulmarii, ad Græcos in Italiam conducendos. 863
Eugenii litteræ ad Joannem Palæologum imperator. Conſtantinopolitanum. 864

ANNO CHRISTI 1439.

Ejuſdem ad eumdem, & ad Joſephum Patr. CP. 866
Litteræ apoſtolicæ ad Marcum archiepiſcopum Tarantaſienſem, & Chriſtophorum Coronenſem epiſcopum, deſtinatos Conſtantinopolitanos oratores. 867
Oratoris imperatoris CP. & patriarchæ conſenſus decreto electionis loci concilii. 869
Mandatum Imperatoris factum oratoribus ſuis, ad concilium & Papam. 871
Mandatum Patriarchæ oratoribus, ad eoſdem. ibid.
Eugenii acceptatio inſtrumenti ſupradicti, facti nomine imperatoris & patriarchæ Græcorum. 872
Bulla de translatione concilii Baſileenſis Ferrariam. 874
Declaratio translationis concilii Baſil. & indictio Ferrarienſis. 883
Eugenii litteræ ad multos de eadem concilii translatione. 885
Eugenii litteræ pro ſalvo conductu. 886
Marchionis Ferrar. litteræ pro ſalvo conductu. 888
Ejuſdem conventiones cum cardinale ſancti Clementis. 889
Eugenii litteræ ad Nicolaum Albergatum card. ut præſideat concilio. 891
Inſtrumentum de concilio Ferrarienſi inchoato. 892
Aviſamenta legati, ſuper ſtabilimento concilii. 895
Decretum ſynodi. 898
Eugenius papa venit ad concilium. 900
Aviſamenta deputatorum, de modo conſidendi, & aliis ad concilii formam ſpectantibus. 904
Decretum, quo Papa irritat omnia Baſileenſium decreta. 912

*Pars II. actorum, poſt adventum Græcorum Ferrariam.*

Præfatio Horatii Juſtiniani. 915

*Collationes inter Latinos & Græcos, ab Andrea de ſancta Cruce expoſitæ per dialogum cum Ludovico Pontano.*

Collatio I. 917

De adventu Imperatoris & Patriarchæ, deque publica ſeſſione Ferrariæ. ibid.
Mandatum patriarchæ Conſtantinopolitani. 922
Decretum quo Eugenius declarat, Ferrarienſem ſynodum eſſe univerſalem. 924
Ejuſ-

ANNO CHRISTI 1439.

Ejuſdem litteræ de indulgentiis & ſubſidio pro Græcis. 926
Ejuſdem aliæ de decimis pro eodem ſubſidio. 928

Collatio II. 934

Eliguntur utrimque a Græcis & Latinis diſputatores. ibid.
Sermo Beſſarionis. 935
Andreæ Coloſſenſis oratio. 940
Marcus Epheſinus, & Andreas Coloſſenſis diſputant de addita in ſymbolo voce, *Filioque.* 942

Collatio III. 944

De modo procedendi in diſputationibus.

Collatio IV. 945

Statuitur modus procedendi.

Collatio V. & VI. 949

*Earum acta non extant.*

Collatio VII. ibid.

An additio, *Filioque*, deſumpta ſit ab intrinſecis ſymbolo, an ab extrinſecis.

Collatio VIII. 954

Diſcutiuntur prohibitiones de non addendo ad ſymbolum, & quod vox, *Filioque*, non ſit additio, ſed declaratio.

Collatio IX. & X. 961. 973

De eodem argumento.

Collatio XI. 983

De profeſſionibus fidei Chariſii & aliorum.

Collatio XII. 994

Adveniunt oratores ducis Burgundiæ. De iiſdem profeſſionibus.

Collatio XIII. 1016

De eodem argumento.

Collatio XIV. 1032

De eodem argumento.

Decretum Eugenii de translatione

ANNO CHRISTI 1439.

concilii Florentiam. 1046
Litteræ Eugenii ad principes. 1047
De Græcorum ingreſſu Florentiam. 1048

Collatio XV. 1050

Collatio XVI. 1060

Collatio XVII. 1071

Collatio XVIII. 1083

Collatio XIX. 1093

Collatio XX. 1105

Collatio XXI. 1119

Septem præcedentibus ſeſſionibus diſputatum de authoritatibus patrum ſuper proceſſione Spiritus ſancti a Filio.

Collatio XXII. 1131

De eodem argumento.
Schedula Latinorum & Græcorum, quod Spiritus ſanctus procedat a Patre & Filio. 1146
Mors Patriarchæ. 1147
Schedula de purgatorio, & diſputatio de eodem. ibid. & ſeq.
Schedulæ oblatæ Græcis de licita additione in ſymbolo, de azymo, & aliis. 1152
Joannis provincialis diſputatio de primatu papæ. ibid. & ſeq.
Joannis de Turrecremata diſputatio de azymo & fermentato, & de transſubſtantiatione. 1157. & ſeq.
Joannis provincialis diſputatio de poteſtate papæ. 1162. & ſeq.
Turrecremata demonſtrat veritatem formæ transſubſtantiationis. 1169
Deputantur ſex utrimque, ut tractent definiendorum dogmatum expreſſionem. 1174
Decretum unionis, cum ſubſcriptionibus. 1181. & ſeq.
Philothei Patriarch. Alexandr. litteræ ad papam. 1189

*Pars tertia actorum, poſt diſceſſum Græcorum,*

Eugenii epiſtola ad omnes fideles. 1197
Ejuſdem conſtitutio, quæ incipit, *Moyſes.* 1202
De Armenorum unione. 1213
Poteſtas Armenis oratoribus data a Conſtantino eorum patriarcha. 1214
Pauli imperialis conſulis Caffæ ad Eugenium litteræ. ibid.
Pa-

ANNO CHRISTI 1439.

Papæ ad eum reſponſum. 1216
Unio Armenorum. ibid.
Joannis patriarchæ Jacobinorum litteræ ad Eugenium. 1217
Decretum pro Jacobinis; cui inſerta decreta pro Græcis & Armenis. 1220.-1227.
Eugenii litteræ ad Conſtantinum deſpotum Palæologum. 1229
Expoſitio oratoris Æthiopum imperatoris. 1230. 1231
Epiſtolæ tres Eugenii papæ de Conſtantino Æthiopum rege. 1233
Translatio concilii Florentia Romam. 1234
Eugenii epiſtola ad Palæologum Imp. 1237
Ejuſdem ad præſules Græcorum. ibid.
Conſtitutio pro Syris data Laterani. 1238
Conſtitutio pro Chaldæis & Maronitis. 1245
Beſſarionis epiſtola ad Alexium Laſcarim. 1244
Ejuſdem oratio dogmatica, & declaratio aliquorum vocabulorum. 1280
Notæ Severini Binii in Concilium Florentinum. 1280
Abrahami Cretenſis ad Concilium Florentinum præfatio. 1282
Obſervatio Philippi Labbe de editione Concilii Florentini, auctore Silveſtro Sguropulo. 1298
Obſervatio ſecunda Philippi Labbe. 1299.
Obſervatio tertia Philippi Labbe. 1300
Summa Conciliorum Baſileenſis, Florentini, Lateranenſis, Lauſanenſis &c. auctore Auguſtino Patricio. 1299
* *Joannis Turrecremata reſponſio ad Baſileenſium oratorem in concilio Florentino.* 1427.

Η ΑΓΙΑ



ANNO CHRISTI 1438.

# Η ΑΓΙΑ ΚΑΙ ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΚΗ ΕΝ ΦΛΩΡΕΝΤΙΑ ΣΥΝΟΔΟΣ.

# SANCTA GENERALIS FLORENTINA SYNODUS.

## HISTORIA CONCILII FLORENTINI.

IGNATII Conſtantinopolitani patriarchæ ſedem cum Photius per vim ac fraudem invaſiſſet, a Nicolao primo ſummo pontifice non modo eſt jure optimo ejectus, verum etiam a cœtu fidelium & communione repulſus. Is vero tantam ignominiam non ferens, & ambitionis ſtimulis agitatus, in ipſum Nicolaum [a] impietatis ſuæ virus evomuit. Quin etiam literis [b] contumeliarum plenis in Romanam eccleſiam, ejuſque ritus inſolenter invehi cœpit; nam miſſæ ſacrificium in azymo conficiendum pernegare, ſabbati jejunium, aliaque multa ſanctorum patrum inſtituta rejicere, Romani pontificis primatum oppugnare, ſancti Spiritus a Patre & Filio proceſſionem impie confutare, atque adeo Latinos omnes Epheſini concilii anathemate ictos affirmare, quod eam particulam, *Filioque*, addere ſymbolo non dubitaſſent. Et quamvis Photius poſt Nicolai obitum ſemel atque iterum in exilium ſit [c] ejectus, ubi debitas tamdem pœnas ſuæ temeritatis dedit; poſteriores tamen Græci, qui multo poſt a Romana eccleſia deſciverunt, eoſdem errores Photii ſunt ſecuti; in quibus cum ſit ille de Spiritus ſancti proceſſione præcipuus, qua de re ſæpe eſt inter Latinos & Græcos diu multumque diſceptatum, non alienum hoc loco videri debet, hujus erroris originem & auctorem breviter indicare. Neſtorius enim primum Spiritum ſanctum a Filio non procedere affirmavit, idemque [d] Theodoretus aſſeruit, qui cum adverſus ſanctum Cyrillum ſcriberet, Neſtorii ſuſceperat patrocinium. Verum cum eo tempore de Chriſti domini incarnatione ageretur, & obiter illud de Spiritu ſancto dictum eſſet, nulla de ea re accurata diſcuſſio facta eſt, nec ullus tum fuit, qui ejuſmodi ſit ſecutus errorem. Verumtamen [e] Leone tertio ſummo pontifice, & Carolo Magno imperatore, Joannes quidam monachus Hieroſolymitanus eamdem iterum hæreſin excitavit, quæ eſt in concilio Aquiſgranenſi hanc ob cauſam coacto damnata; quinetiam in ſymbolo ad majorem catholicæ fidei explicationem, verba illa, *Filioque*, ſunt addita. Hunc igitur, ut diximus, errorem amplexus eſt Photius, & qui poſt eum extitere ſchiſmatici Græci: Imperante enim in Græcia Conſtantino Monomacho, [f] Michael patriarcha Conſtantinopolitanus, ac Leo Acridanus epiſcopus errores, quos diximus, Photii conſectati, veteris hujus Græcorum ſchiſmatis renovandi auctores fuere. Et Leo nonus vir ſanctiſſimus, qui per id temporis catholicæ eccleſię gubernacula regebat, legatis miſſis ac literis eos ad fidem orthodoxam revocare conatus eſt; idem quoque curavit [g] Urbanus ſecundus in concilio Bari habito, in quo cum Græcis eſt de Spiritus ſancti proceſſione diſputatum; ubi etiam S. Anſelmus Cantuarienſis archiepiſcopus omnem operam adhibuit, ut Græcos ad catholicam fidem diſputando perduceret; ii tamen in ſuis erroribus pertinaciter perſtiterunt.

> a Nicolai I. epiſt. 70.
> b Phot. in epiſt. encyclica ad patriarchas orientis, & aliis opuſc. manuſcr.
> c Stylianus in epiſt. ad Steph. papam, quæ extat poſt conc. VIII.
> d Theodoretus contra anath. S. Cyrilli.
> e Ado in chron. ad finem.
> f Leo nonus epiſt. 1. & 6. Humbertus in libro contra Græcos & Leo Oſtienſ. lib. 2. Chron. Caſſ. cap. 89.
> g Edinerus lib. 2. vitæ S. Anſelm. apud Surium 20 Aprilis. Vvilliel. Malmesburienſ. de geſt. pont. Angl. lib. 1.

Ceterum cum Balduinus [h] Flandriæ comes, Gręcis principibus pulſis, Conſtantinopolitanum imperium eſſet adeptus, Græcos magna ex parte ad Romanæ eccleſiæ conſenſionem [i] reduxit; ſed cum Latinis principibus, qui poſt Balduinum rerum potiti ſunt, Conſtantinopolitanum imperium Græci [k] eripuiſſent, ad priſtinam conſuetudinem moremque relapſi, a Romana iterum eccleſia defecere. Poſtea Gregorii decimi ſummi pontificis opera Michael Palæologus Conſtantinopolitanus imperator Lugdunenſi concilio per [l] legatos tum ipſe, tum Græcorum epiſcopi Romano pontifici obedientiam detulerunt, & catholicam profeſſi ſunt fidem. Sed non ita multo poſt Græci iterum a fide catholica receſſere: quo tempore in magnas calamitates Conſtantinopolitani principes inciderunt. Turcarum enim vi ac tyrannide in majores quotidie anguſtias orientalis imperii fines redigebantur.

> h Choniata in hiſtoria. Joan. Vill. lib. 6. cap. 72. & alii.
> i Vincent. Bellovac. lib. 30. c. 65.
> k Nicephorus Gregoras lib. 4. hiſt. Joan. Vill. lib. 6. cap. 72. & alii.
> l Extant epiſt. imperatoris & epiſcoporum in concil. Lugdunenſi ſub Greg. X.

Tandem Eugenius [m] quartus ſummus pontifex, qui magnopere Chriſtianorum pacem & con-

> m Quæ ſequuntur excerpta

ANNO CHRISTI 1437.

Sunt ex actis concilii Florentini, & ſcriptis Græcorum, qui pro concil. ſcripſerunt, Platina & aliis.

concordiam capiebat, cum accepiſſet Joannem Palæologum Græcorum imperatorem, nec non Joſephum patriarcham Conſtantinopolitanum cum Romana eccleſia jungi vehementer optare, eos ad rem perficiendam literis & legatis cohortatus eſt, atque ut hanc ob cauſam generale convocaretur concilium, ad quod tum Græci, tum Latini epiſcopi accederent. Et quamquam Baſileenſis concilii patres, ut Baſileam imperator proficiſceretur, omnem operam dabant; maluit tamen ille Eugenii monitis parere, & relicto Baſileenſi concilio, quod paulo ante pontifex abrogaverat, Ferrariam, quo ſynodum œcumenicam Eugenius indixerat, & ipſe imperator, & patriarcha, & Græcorum epiſcopi convenere quamplurimi, qui omnes honorificentiſſime ex- B cepti, ac liberaliſſime ab Eugenio tractati ſunt; affuerunt itidem Alexandrinæ, Antiochenæ, & Hieroſolymitanæ eccleſiæ legati. Itaque anno domini * 1437. Ferrariæ concilio inchoato, præcipua capita, quibus Græci a Romana eccleſia diſſidebant, in medium producta ſunt; de proceſſione ſcilicet Spiritus ſancti; de additione, ſeu explicatione illa ſymbolo facta, *Filioque*; de azymo & fermentato; de purgatorio, ac fruitione ſanctorum; denique de primatu Romanæ eccleſiæ: de quibus ita in concilio diſceptatum, ut ſeni ex Latinis, & Græcis in medio concilio conſiſterent, & eorum unus ex una parte proponeret, alter vero ex altera reſponderet; aderat interpres, qui cuncta, quæ ſive Græce ſive La- C tine dicerentur, utrique parti explicaret; aderant & notarii tum Latini, tum Græci, qui omnia, quæ dicebantur Græci Græce, Latini Latine conſcribebant, annum ipſum Ferrariæ hujuſmodi diſputationes perdurarunt; verum cum peſtilentia civitatem invaſiſſet, pontificis auctoritate, atque omnium conſenſu concilium Florentiam translatum eſt, uti itidem per quatuor fere menſes diſputatum; ac tamdem poſt diverſos tractatus, re diligentiſſime diſcuſſa, tum ex actis antiquorum conciliorum, tum ex dictis ac teſtimoniis Græcorum & Latinorum ſanctorum patrum, Græci in Latinorum ſententiam venerunt; & maxima cum pontificis, imperatoris, D atque omnium patrum lætitia cum Romana eccleſia conjuncti ſunt. Verum Joſephus patriarcha Conſtantinopolitanus paulo ante concilii finem obdormivit in domino, cum ante obitum in ſchedula ſcripſiſſet, ſe Romani pontificis primatum, ac Romanæ eccleſiæ fidem conſiteri. Publica igitur ſeſſione in majore Florentiæ eccleſia habita, omnium tum Latinorum, tum

* More Gallico, ſcilicet, hoc eſt die 9. Aprilis feria quarta majoris hebdomadæ, anni, ut vulgo numeramus, 1438.

A Græcorum conſenſu, Nonis Julii 1439. in decreto Græce & Latine edito definitum fuit: Spiritum ſanctum ex Patre ac Filio æternaliter tanquam ex uno principio & unica ſpiratione procedere; atque explicationem verborum illorum, *Filioque*, rationabiliter ſymbolo fuiſſe adjectam; & ſive in azymo, ſive in fermentato pane triticeo corpus Chriſti confici poſſe; purgatorii locum eſſe, in quo eorum animæ detinentur, qui pœnitentes in Dei caritate deceſſerunt, nec dum dignis pœnitentiæ fructibus pro ſuis peccatis ſatisfecerunt, eaſque fidelium ſuffragiis adjuvari; eorum autem animas, quæ vel nullam poſt baptiſmum contraxere maculam, vel contracta macula poſtea ſunt purgatæ, in cœlum mox recipi, & aperte ab iis Deum conſpici; poſtremo B Romanum pontificem verum Chriſti vicarium, ac beati Petri ſucceſſorem totius eccleſiæ caput eſſe. His actis Armenorum oratores Florentiam acceſſerunt, & ibidem catholicæ eccleſiæ fidem profeſſis Eugenius pontifex in eodem generali concilio † literas tradidit, in quibus orthodoxæ fidei veritas breviter explicatur.

† Habentur hæ literæ ſuo concilii.

Huic fuit ſatis felix concilii exitus: Verum quæ poſtea conſecuta ſunt, eventum habuere plane diverſum. Nam, ut ſcribit Nicolaus papa quintus in literis, quas ad Conſtantinum imperatorem Joannis Palæologi fratrem dedit, Joannis ipſius, quo præſente celebratum eſt concilium, nimium erga res civiles ſtudium effecit, C ut ad optatum finem unitatis negotium non pervenerit. Huc acceſſere Marci metropolitæ Epheſi contra ſanctam ſynodum calumniæ, qui cum ſeſe unus ex Græcorum omnium epiſcoporum numero ſegregaſſet, & pertinaciter in opinione, quam ſemel imbiberat, perſtitiſſet, neque definitioni generalis concilii ſubſcribere voluit, neque a confingendis variis mendaciis, in Græciam reverſus abſtinuit; ſed ſcriptis variis epiſtolis Græcorum animos antiqua ſchiſmatis conſuetudine male affectos, facile ſolicitare potuit, quo minus unitatem amplecterentur: ad quas tamen omnes calumnias extant egregiæ catholicorum ejus temporis Græcorum reſponſiones, quæ hic poſt Scholarii orationes apponentur. D Ita factum eſt, ut præter eos patres orientalis eccleſiæ, qui ſynodo interfuerunt, Græci nunquam hoc generale concilium receperint, quod octavum ab ipſis appellatur; & juxta comminationem Nicolai papæ ad evangelicam alludentis parabolam de infructuoſa ficulnea, triennio poſt literas a Nicolao papa datas, libertatem ſimul & imperium amiſerint.





ANNO CHRISTI 1437.

QUÆ SYNODUM ANTECEDUNT.

Τὰ πρὸ τῆς ἁγίας

# ΚΑΙ ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΚΗΣ

# ΕΝ ΦΛΩΡΕΝΤΙΑ ΓΕΝΟΜΕΝΗΣ

# ΣΥΝΟΔΟΥ.

# QUÆ SANCTAM GENERALEM

# FLORENTINAM SYNODUM

# ANTECEDUNT.

## ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΙΣΕΛΕΥΣΕΩΣ τοῦ βασιλέως εἰς Βενετίαν.

ΤΗΝ μὲν ἀπὸ Κωνσταντινουπόλεως εἰς Ἰταλίαν περίοδον, ὡς περιττὴν οὖσαν, γραφῇ παραδοῦναι διὰ τὸ μῆκος ταύτην ἐάσω, τὴν δὲ εἰσέλασιν ἡμῶν εἰς Βενετίαν, ὡς λαμπρὰν καὶ αἰδέσιμον, ἔτι γε μὴν καὶ ἀξίαν, ταύτην διηγήσομαι. Μηνὶ Φεβρουαρίῳ, ἑβδόμῃ, ἀπήραμεν ἀπὸ τοῦ Παρέντζου πᾶσαι αἱ τριήρεις ὁμοῦ· ἡ δὲ βασιλικὴ τριήρης ταχυτέρα οὖσα, προέβη τῶν ἄλλων εἰς Βενετίαν, καὶ ἔσωσεν εἰς τὸν ἅγιον Νικόλαον δὲ Λίδο, τῇ ὀγδόῃ τοῦ μηνὸς περὶ ὥραν δευτέραν τῆς ἡ- B μέρας, αἱ δὲ λοιπαὶ περὶ τὴν τετάρτην ὥραν. ἐξῆλθεν οὖν ἀπὸ Βενετίας ἀκατίων πλῆθος εἰς ὑπάντησιν τοῦ βασιλέως, καὶ τοσοῦτον ἦν, ὥστε σχεδὸν μὴ φαίνεσθαι τὴν θάλασσαν ὑπὸ τῆς συμπήξεως αὐτῶν. ἦλθε δὲ μήνυμα ἀπὸ τῆς αὐθεντίας, μὴ ἐξελθεῖν τὸν βασιλέα ἕως πρωῒ, ὅπως ἔλθῃ ὁ δοὺξ μετὰ πάσης τῆς αὐθεντίας, καὶ ποιήσῃ τὴν πρέπουσαν τιμὴν τῷ βασιλεῖ· καὶ ἐγένετο οὕτως. καὶ μετ' ὀλίγον ἦλθεν ὁ δοὺξ σὺν τοῖς ἄρχουσι, καὶ προσεκύνησε τὸν βασιλέα καθήμενον, ὁμοίως καὶ οἱ ἄρχοντες, καὶ πάντες ἀσκεπεῖς. ἐκάθητο δὲ ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, ὁ δεσπότης κῦρις Δημήτριος, ὀλίγῳ κατώτερον τοῦ βασιλικοῦ θρόνου. τότε ἐκάθισε καὶ ὁ C δοὺξ ἐξ ἀριστερῶν τοῦ βασιλέως, καὶ ἐλάλησαν ἀσπασίως λόγους τοῦ χαιρετισμοῦ, καὶ ἕτερά τινα μυστικῶς. εἶτα εἶπεν ὁ δοὺξ τῷ βασιλεῖ, ὅτι τῷ πρωῒ μέλλομεν ἐλθεῖν, τοῦ ποιῆσαι τὴν πρέπουσαν καὶ ὀφειλομένην τιμὴν τῇ ἁγίᾳ σου βασιλείᾳ, καὶ ἀπαντῆσαί σοι μετὰ παῤῥησίας, καὶ οὕτως ἐλάσῃ ἐντὸς Βενετίας. καὶ ἀπῆλθεν ὁ δοὺξ μετὰ τῶν ἀρχόντων αὐτοῦ. τῷ πρωῒ δὲ ἡμέρᾳ κυριακῇ, φεβρουαρίῳ ἐννάτῃ, ὥρᾳ πέμπτῃ τῆς ἡμέρας, ἦλθεν ὁ δοὺξ μετὰ τιμῆς μεγάλης, μετὰ ἀρχόντων, καὶ συμβούλων αὐτοῦ, καὶ ἑτέρων ἀρχόντων πλείστων, ἐντὸς τοῦ ἐντρεπισμένου Πουτζινδώρου, ὃ ἦν ἐσκεπασμένον ἐρυθροῖς σκε- D πάσμασι, καὶ χρυσᾶ λεοντάρια ἐν τῇ πρύμνῃ εἶχε, καὶ χυτὰ περιπλέγματα, καὶ ὅλον ζωγραφισμένον, ποικίλον, καὶ ὡραιότατον. ἦλθον δὲ μετ'

## QUOMODO VENETIAS ſit ingreſſus imperator.

A TOTAM quidem navigationis ſeriem Conſtantinopoli in Italiam, quia res eſſet, ſi ſcriptis mandaretur, prolixa, omittam; ingreſſum vero noſtrum Venetias, quoniam ſplendidus fuit, & honorabilis, & ſcriptu dignus, narrabo. Die ſeptimo Februarii cunctæ ſimul triremes ſolverunt Parentio: Cum vero imperatoria velocior eſſet, ante alias appulit Venetias, pervenitque ad ſanctum Nicolaum, qui vulgo de Lido dicitur, die menſis octavo, ad horam diei B ſecundam; reliquæ ad quartam appulſæ ſunt. Tanta vero ſcapharum copia Venetiis obviam ſe obtulit imperatori, ut fere ex illarum conſtipatione mare non appareret. Porro autem ſenatus miſit qui nunciarent, ne imperator e navi egrederetur uſque ad poſterum diem mane: velle quippe ducem cum univerſo ſenatu illuc ire, & debitum imperatori honorem deferre: atque ita factum eſt. Paulo poſt advenit dux cum ſenatoribus, & ſedentem ſalutavit imperatorem; ſimiliter & ſenatores: atque omnes aperto capite. Sedebat autem ad imperatoris dexteram frater ejus deſpotes domnus Demetrius C imperiali ſede paulo inferior. Tunc etiam dux ſedit ad ſiniſtram: cumque ſalutationis colloquia inter ſe habuiſſent, deque aliis rebus ſecreto egiſſent, dux imperatori dixit: Mane veniemus, ut ſacro tuo imperio congruentem tribuamus honorem, & magnifice te excipiamus; atque ita Venetias ingredieris: tumque dux cum ſenatoribus ſuis abiit. Mane vero die dominico, Februarii nono, hora diei quinta, dux cum magnificentia venit, comitantibus illum optimatibus, & conſiliariis ſuis, ac plurimis aliis nobilibus viris, illo vectus navigio, quod Bucentaurum vocant, rubris cooperto te- D gumentis, & puppim habente leunculis ornatam deauratis, implexiſque toreumatis: porro totum picturarum varietate diſtinctum erat, aſpectu ſpecioſiſſimum.

Ex verſione Joannis Matthæi Caryophili.

Quæ ſynodum antecedunt.

Aliæ præterea ſemitriremes ad duodecim A advenere, quas vocant galiones, & ipſæ eodem ornatu & picturis intus atque foris conſpicuæ, ſimileſque omnino thalamego ducis; in quibus erant viri nobiles quamplurimi, & affixa omni ex parte ſigna militaria, tubæque innumeræ, & omne genus muſicorum inſtrumentorum. Erat tamen inter illas una præcipua, & apparatu admirabili, quæ nimirum eſſet loco triremis imperatoriæ: Nam pulcherrima certe erat, & ornatu verſicolore; cujus in inferiori parte remigabant nautæ, amictu, qui bracteis aureis præfulgebat, induti; atque ad capita S. Marci lignum habentes, a tergo autem imperiale B ſignum: qui vero aliis muneribus, nauticis obeundis erant addicti; diverſo habitu viſebantur. Porro navigium hoc ſignis imperatoriis undique in gyrum præfixis, ad puppim vero plurimis auro fulgentibus emicabat, ubi quatuor etiam homines ſtabant veſtibus induti auro depictis, & comas habentes in capite auro albicantes; inter quos medius quidam eleganti forma modo ſedebat, modo ſtabat, indumentis auro intextis ſplendidiſque relucens, & manu ſceptrum tenens quaſi navarchus; cui viri nobiles aſſiſtebant, exteri vero eſſe videbantur, habitu diverſo, & mire vario, veluti ad miniſtrandum ei reve- C renter parati. Stabat vero ante puppim erecta alta quædam trabs, ſupra quam poſita erat veluti menſa quadrata paſſus unius longitudine minor. In ea quidam a capite ad pedes armatus ſtabat ſolis inſtar effulgens, atque horrendum telum in manu habebat: ad ejus dexteram & ſiniſtram duo pueri ſedebant habitu angelico alati; hi vero non ficti, ſed re ipſa homines erant, & movebantur. Duo quoque erant in puppi aurati leones, inter quos media biceps aquila ſplendebat auro, & ſummatim quamplurima alia inerant in ea miræ ſpectationis viſa, quæ litteris certe mandari non queant. Erat porro velocitatis D eximiæ, modo præcurrens triremem imperatoriam, modo ad latus, vel circum illam adnavigans cum vocum [illegible] multarumque tubarum ſonitu. Naviculatum autem cymbarumque multitudo erat innumerabilis; ut enim ſtellas cœli, vel arborum frondes, vel maris arenam, vel guttas pluviæ, ita nec illas tunc naviculas potuiſſet quis numerare. Cum vero veniſſet dux, ut ne plura dicam, acceſſit ad imperatoris triremem cum ſenatoribus concilii ſui, aſcenditque & ſedentem imperatorem (ad cujus dexteram frater ejus, ut dictum eſt, aſſidebat inferior) conſalutavit. E Ducem vero imperator ad ſiniſtram conſidere juſſit in ſubſellio, quod ſcamno[*] deſpotis reſpondebat; & prehenſa ejus manu comiter ſermocinabantur. Ita non multo poſt ingreſſi ſunt cum magna pompa, tubiſque & omni genere muſicorum organorum in magnificam & admirabilem urbem Venetias: eſt enim admirabilis profecto, & admirationem ſuperans, copioſa, rerum varietate ſpecioſa, inſtar auri nitida, affabre detornata, multiplici forma ſpectabilis, & innumeris digna laudibus elegantiſſima Venetorum urbs: quod ſi quis eam alteram promiſſionis ter-

[*] deſpotæ

A αὐτοῦ καὶ ἕτερα μεσοκάτεργα, ἃ ὀνομάζουσι γαλιώνια, ὡσεὶ δώδεκα, καὶ αὐτὰ εὐτρεπισμένα, καὶ ζωγραφισμένα ἔσωθεν καὶ ἔξωθεν, κατὰ πάντα ὅμοια τῷ τοῦ δουκός, ἐν οἷς ἦσαν ἄρχοντες πλεῖστοι· καὶ κύκλωθεν κύκλῳ σημαίας εἶχον χρυσᾶς, καὶ σάλπιγγας ἀμετρήτους, καὶ πᾶν εἶδος ὀργάνων. εἶχον δὲ καὶ ἓν γαλιώνιον ἐξαίρετον καὶ πάνυ θαυμαστόν, εἰς ὄνομα τάχα τῆς βασιλικῆς τριήρεως· ἐποίησαν δὲ αὐτὸ ὡραιότατον καὶ ποικίλον. κάτωθεν γὰρ οἱ ναῦται ἐκώπιζον, περικείμενοι στολὰς χρυσοπετάλους, καὶ ἐπὶ τὰς κεφαλὰς αὐτῶν ἔχοντες τὸ σημεῖον τοῦ ἁγίου Μάρκου, καὶ ὄπισθεν τούτου τὸ βασιλικὸν σημεῖον, εἶτα οἱ τζαγράτορες ἐφόρουν ἄλλης θέας B φορέματα, καὶ σημαίας δὲ γύρωθεν ὅλον τὸ μεσοκάτεργον ἐκεῖνο σημαίας βασιλικὰς εἶχε, καὶ ἐν τῇ πρύμνῃ χρυσᾶς σημαίας καὶ πλείστας, καὶ ἀνθρώπους τέσσαρας, ἐστολισμένους ἱμάτια χρυσοζωγράφιστα, καὶ ἔχοντας τρίχας λαμποχρύσους ἐπὶ τὰς κεφαλὰς αὐτῶν. μέσον δὲ τούτων τῶν τεσσάρων, ἀνήρ τις εὐειδὴς ποτὲ μὲν ἐκαθέζετο, ποτὲ δὲ ἵστατο, φορῶν ἱμάτια χρυσοΰφαντα καὶ λαμπρά, κρατῶν ἐν τῇ χειρὶ σκῆπτρον ὡς ναύαρχος. καὶ ἕτεροι ἄρχοντες ὡς ἐξ ἀλλοδαπῆς χώρας ὑπάρχοντες ἑωρῶντο, φοροῦντες ἄλλης ἰδέας φορέματα πάνυ ποικίλα, ὡς δῆθεν ὑπηρετοῦντες αὐτῷ μετ' εὐ- C λαβείας. ἔμπροσθεν δὲ τῆς πρύμνης ἵστατο ὄρθιός τις ὡς στῦλος ὑψηλός· ἄνωθεν δὲ τοῦ στύλου ἐκείνου, ὡς τράπεζα τετράγωνος ὀργυιᾶς μικροτέρα· ἐπάνω δὲ τῆς τραπέζης ἐκείνης ἀνήρ τις ἵστατο ὡπλισμένος ἀπὸ ποδῶν ἕως κεφαλῆς, ἀστράπτων ὡς ἥλιος, κρατῶν ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ ὅπλον φοβερόν. ἐν δεξιᾷ δὲ καὶ ἀριστερᾷ αὐτοῦ ἐκάθηντο δύο παῖδες ἀγγελικὰ φοροῦντες, καὶ πτερωτοὶ ἦσαν ὡς ἄγγελοι· καὶ οὗτοι οὐκ ἐν φαντασίᾳ, ἀλλ' ἀληθείᾳ ἄνθρωποι ἦσαν κινούμενοι. καὶ ἐν τῇ πρύμνῃ εἶχεν ὡς δύο λέοντας χρυσοῦς, καὶ μέσον αὐτῶν χρυσοῦν ἀετὸν δικέφαλον· καὶ ἄλλα πλεῖστα φαντάσματα εἶχεν, ἃ οὐ δύναταί τις γραφῇ παραδοῦναι. ἦν δὲ ἐγρή- D γορον πάνυ, καὶ ποτὲ μὲν ἔμπροσθεν τῆς βασιλικῆς τριήρεως, [illegible] σαλπίγγων πολλῶν. ἕτερα δὲ πλοιάρια καὶ ὁλκάδες ἦλθον, ὧν οὐκ ἦν ἀριθμός. ὥσπερ γὰρ οὐ δύναταί τις ἀριθμῆσαι ἄστρα οὐρανοῦ, ἢ φύλλα δένδρων, ἢ ἄμμον θαλάσσης, ἢ ψεκάδας ὑετοῦ, οὕτως οὐδὲ τὰ πλοιάρια ἐκεῖνα τότε ἦν ἀριθμῆσαι. ἐλθὼν δὲ ὁ δοὺξ, ἵνα μὴ πολλὰ λέγω, ἐπλησίασε τῇ βασιλικῇ τριήρει μετὰ τῶν ἀρχόντων τῆς βουλῆς αὐτοῦ, καὶ ἀνῆλθε καὶ προσεκύνησε τὸν βασιλέα καθήμενον, ἔχοντα ἐκ δεξιῶν, ὡς προείρηται, τὸν ἀδελφὸν αὐ- E τοῦ καθήμενον κατώτερον τοῦ βασιλικοῦ θρόνου. ἐκάθισε δὲ ὁ βασιλεὺς τὸν δοῦκα ἐξ ἀριστερῶν αὐτοῦ, παρομοίως τῷ σκάμνῳ τοῦ δεσπότου· καὶ κρατῶν αὐτὸν τῆς χειρὸς, ὡμίλουν ἀσπασίως· μετὰ μικρὸν δὲ εἰσήρχοντο μετὰ παρρησίας μεγάλης, καὶ μετὰ σαλπίγγων καὶ παντὸς ἤχου μουσικοῦ, εἰς τὴν λαμπρὰν καὶ θαυμαστὴν Βενετίαν. καὶ ὄντως θαυμαστὴ καὶ θαυμαστοτάτη, πλουσία, ποικιλοειδής, καὶ χρυσοειδής, τετορνευμένη, πεποικιλμένη, καὶ μυρίων ἐπαίνων ἀξία τυγχάνει ἡ σοφωτάτη Βενετία. ἐὰν δὲ καὶ γῆν τῆς ἐπαγγελίας δευ-



Anno Christi 1437.

δευτέραν αὐτὴν ὀνομάσῃ τις, οὐκ ἂν ἁμάρτοι. περὶ A αὐτῆς γὰρ οἶμαι καὶ ὁ προφήτης λέγει ἐν εἰκοστῷ τρίτῳ ψαλμῷ· ὁ Θεὸς ἐπὶ θαλασσῶν ἐθεμελίωσεν αὐτήν, καὶ ἐπὶ ποταμῶν ἡτοίμασεν αὐτήν. τί γὰρ ἂν ζητήσῃ τις, καὶ οὐχ εὑρήσει ἐν αὐτῇ; διὰ τοῦτο πολλῶν καὶ μεγάλων ἐπαίνων καὶ τιμῶν ἀξία τυγχάνει. ἦν δὲ ὡσεὶ ὥρα πέμπτη τῆς ἡμέρας, ὅτε ἠρξάμεθα εἰσέρχεσθαι ἐντὸς Βενετίας, καὶ ἐπλεοποροῦμεν ἕως δύσεως ἡλίου, καὶ κατηντήσαμεν εἰς τοὺς οἴκους τοῦ μαρκεσίου τῆς Φερραρίας. ἡ δὲ πόλις πᾶσα ἐσείσθη, καὶ ἐξῆλθεν εἰς ἀπάντησιν τοῦ βασιλέως, καὶ κρότος καὶ ἀλαλαγμὸς μέγας ἐγένετο. καὶ ἦν ἰδεῖν ἔκστασιν φοβερὰν τῇ ἡμέ- B ρᾳ ἐκείνῃ, τὸν πολυθαύμαστον ναὸν τοῦ ἁγίου Μάρκου, τὰ παλάτια τοῦ δουκὸς τὰ ἐξαίσια, καὶ τοὺς ἄλλους τῶν ἀρχόντων οἴκους παμμεγέθεις ὄντας, ἐρυθρούς, καὶ χρυσίῳ πολλῷ κεκοσμημένους, ὡραίους καὶ ὡραίων ὡραιοτέρους. οἱ μὴ ἰδόντες ἴσως οὐ πιστεύσουσιν, ἡμεῖς δὲ οἱ ἰδόντες οὐ δυνάμεθα γραφῇ παραδοῦναι τὴν καλλονὴν αὐτῆς, τὴν θέσιν, τὴν τάξιν, τὴν σύνεσιν τῶν ἀνδρῶν ὁμοῦ τε καὶ γυναικῶν, τὸ παμπληθὲς τοῦ λαοῦ, ἑστώτων πάντων, καὶ βλεπόντων, καὶ χαιρόντων ὁμοῦ καὶ εὐφραινομένων ἐπὶ τῇ ἐλεύσει τοῦ βασιλέως. ἐξέστη γὰρ ἡ ψυχὴ ἡμῶν βλεπόντων τὴν τοιαύτην παρρησίαν, ὥστε λέγειν ἡμᾶς ἐν ἐκστάσει· οὐρα- C νὸς σήμερον ἡ γῆ καὶ ἡ θάλασσα γέγονεν. ὥσπερ γὰρ τὰ ἐν τῷ οὐρανῷ κτίσματα καὶ ποιήματα τοῦ Θεοῦ οὐ δύναταί τις καταλαβεῖν, ἀλλὰ μόνον ἐκπλήττεται, οὕτω καὶ τὰ τῆς ἡμέρας ἐκείνης ἐξεπληττόμεθα βλέποντες. ὅταν οὖν ἤλθομεν εἰς τὴν μεγάλην γέφυραν, ἣν καλοῦσι Ῥέαλτον, ἐσήκωσαν αὐτὴν ἄνω, καὶ ἐπέρασε κάτωθεν ἡ τριήρης· ἦν δὲ κἀκεῖσε πλῆθος λαοῦ πολύ, καὶ σημαῖαι χρυσοειδεῖς, καὶ σάλπιγγες, καὶ κρότοι, καὶ ἀλαλαγμοί, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, ἀπορεῖ μου ὁ νοῦς φράζειν καὶ λέγειν καὶ τὰ τῆς ἡμέρας ἐκείνης θεάματα, καὶ τοὺς ἐπαίνους, καὶ τὴν χάριν, καὶ τὴν τιμήν, καὶ ἀποδο- D χήν, ἣν ἔδειξαν [illegible] ὡς προεῖπον, εἰς τοὺς οἴκους τοῦ μαρκεσίου τῆς Φερραρίας. ἐκεῖσε γοῦν ἔστησαν τὴν τριήρη· ἦν δὲ ὥρα δύσεως ἡλίου. καὶ ἀποχαιρετίσας ὁ δοὺξ καὶ οἱ ἄρχοντες αὐτοῦ ἀπῆλθον οἴκαδε, ἡμέρᾳ κυριακῇ, Φεβρουαρίου ἐννάτῃ, ἐν ἔτει χιλιοστῷ τετρακοσιοστῷ τριακοστῷ ἑβδόμῳ.

## Περίοδος ἀπὸ Βενετίας εἰς Φερραρίαν.

Τῇ δὲ εἰκοστῇ ὀγδόῃ τοῦ Φεβρουαρίου μηνὸς, ἐξήλθομεν ἀπὸ Βενετίας, ὅ, τε βασιλεύς, E ὁ δεσπότης, καὶ πᾶς ὁ κλῆρος, καὶ ἡ συνοδία αὐτῶν, καὶ ἐπλέομεν τὴν εἰς Φερραρίαν ὁδόν. ὁ δὲ πατριάρχης ἀπέμεινεν ἐν Βενετίᾳ διὰ ἔνδειαν τῶν πλοιαρίων. ἡμεῖς δὲ ἤλθομεν, ἵνα τὰ διὰ μέσου ὡς μὴ πάνυ ἀναγκαῖα ἐάσω, εἰς τὸ κασέλλι Φραγκολῖ, ἔνθα προσορμίζονται πάντα τὰ πλοῖα τὰ ἐκ τῆς Βενετίας εἰς Φερραρίαν ἐρχόμενα. ἦλθον οὖν ἔφιπποι ἄρχοντες ὡσεὶ πεντήκοντα, καὶ προσεκυνήσαν τὸν βασιλέα· καὶ ὁ λεγάτος ἦλθε μετ' αὐτῶν, ὃς ἦλθε καὶ πρότερον μετὰ τῆς τριήρεως τοῦ πάπα καὶ εἰς Κρήτην καὶ εἰς Κωνσταντινούπολιν· αὐτὸν γὰρ ἀπέστειλεν ὁ πάπας

Quæ ſynodum antecedunt.

Pſalmo 23.

ram nominet, non aberraverit. De illa A enim arbitror dictum eſſe a propheta pſalmo tertio & vigeſimo: *Deus ſuper maria fundavit eam, & ſuper flumina præparavit eam.* Quid enim ibi quæras, quod non invenias? quam certe ob cauſam commendanda plurimum, & honoranda eſt. Erat autem quinta fere diei hora, cum Venetias ingredi cœpimus, & uſque ad occaſum ſolis navigio vecti ſumus, pervenimuſque in ædes marchionis Ferrariæ. Porro urbs univerſa commota prodiit obviam imperatori, plauſu, lætitiæque clamoribus illum excipiens. Magnus vero illo die ſtupor omnes oppreſſit, dum ſancti Marci B admirabile templum conſpiceremus, ſuperbiſſima ducis palatia, aliorumque nobilium domos ampliſſimas, rubentes, multoque auro nitentes, pulchras & pulchritudine nimia conſpicuas, qui non viderunt, nullam fortaſſe fidem habebunt; at nos qui vidimus ejus pulchritudinem, deſcribere non valemus ſitum, diſpoſitionem, civium tam virorum, quam fœminarum ſolertiam; ingentem populi frequentiam, ſtantium omnium & ſpectantium, lætitiamque ac voluptatem capientium ex adventu imperatoris. Obſtupuit certe noſter animus tanta rerum magnificentia, ut plane attoniti diceremus, Cœlum ho- C die facta ſunt terra & mare. Ut enim cœleſtes Dei creaturas non poteſt quiſquam intelligentia comprehendere, ſed illis tantum obſtupeſcit; ita & nos ſpectatione varia illius diei ſtupebamus. Cum vero ad pontem magnum veniſſemus, quem vocant Rialtum, aperto ipſo triremis ſubter tranſiit. Erat vero ibi etiam magnus hominum concurſus, & ſigna auro micantia, tubæque & applauſus, & lætantium voces: in ſumma non ſufficit mihi mens ad ſcribenda, enarrandaque diei illius ſpectacula, laudes, ſtudium, honorem, modumque, quo tunc imperator honorifice liberaliterque tracta- D tus eſt. Pervenimus itaque in ædes, ut jam dixi, marchionis Ferrariæ, ubi conſtitit triremis, ſole jam occidente & dux vale dicto imperatori, ipſe & ſenatores ejus domum redierunt, die dominico, Februarii nono, anno milleſimo quadringenteſimo trigeſimo ſeptimo.

## *Quomodo Venetiis Ferrariam profectus ſit imperator.*

Die vero Februarii octavo & vigeſimo Venetiis exivimus, imperator ſcilicet, & deſpotes, & clerus univerſus E cum ſuo comitatu, & navigabamus Ferrariam verſus, patriarcha Venetiis remanente ob navigiorum penuriam. Itaque nos (ut ea quæ in medio ſunt, veluti non nimis neceſſaria prætercam) Franlinum vicum appulimus, quo ſolent appellere omnes, qui Venetiis Ferrariam advehuntur. Proceſſere igitur obviam ad ſalutandum imperatorem viri nobiles ad quinquaginta equites; cum quibus aderat & legatus, qui pridem triremi pontificia & in Cretam, & Conſtantinopolim navigaverat, ipſum enim miſerat

Quæ synodum antecedunt.

pontifex ad explorandum imperatoris conſilium. Imperator vero mandavit, ut mane centum & quinquaginta mitterentur equi, quod terra vellet petere Ferrariam, ubi papa commorabatur. Noctem ergo illam eo in loco manſimus, mane vero juſſit imperator navigia flumine Ferrariam ire; volebat enim ipſe, ut dictum eſt, terra iter facere; atque illa quidem flumine, imperator autem terra pervenit hora ſexta diei Ferrariam equo vectus, magno ſcilicet honore & pompa. Comitabantur enim illum multi optimates & metropolitæ & epiſcopi pontificis, & ipſe marchio urbis dominus, nec non & imperatoris ſacerdotes, ejuſque ſpiritualis pater magnus protoſyncellus domnus Gregorius, aliique numero fere ducenti, cum tubis & omni muſico organo. Cuncta porro accurrit Ferraria ad ſpectandum ſacri noſtri imperatoris ingreſſum cum verecundia, honore & reverentia. Et inſidebat quidem imperator equo pulcherrimo nigro, qui purpureo auroque intertexto conſtratus erat tegumento. Optimates autem, & alii quidam ſtipabant eum umbella obtegentes ſubcandidi, ſubnigrique coloris, qualis cœli eſt ſpecies, alter vero vacuus præibat equus, candidus, pulcherrimus, ſimili & ipſe ornatus apparatu; cujus integumentum aureis aquilis, aliiſque ex auro ſertis erat depictum. At vero pontifex in ſuo ſedebat palatio cum univerſo clero, cardinalibus videlicet, metropolitis, epiſcopis, ſacerdotibus, & reliquo eccleſiaſtico ordine, optimatibus, & principibus multis, imperatorem expectans. Cum ergo adveniſſent qui primi equitabant, ex iis nonnulli, inter quos & ipſe deſpotes, ab equo deſilierunt, perque majorem portam ingreſſi ſunt palatium, in quo erat papa; imperatorem vero equo inſidentem per aliam portam introduxerunt. Ut vero cognovit pontifex, imperatorem portæ eſſe vicinum, ſurgens deambulabat; quo factum eſt ut imperator ſtantem ipſum reperiret: volentem ergo genu flectere, non permiſit papa; ſed [illegible] que porrexiſſet manum; quam deoſculatus eſt imperator, aſſidere illum ſibi ad ſiniſtram voluit. Cardinales vero ad pedes eorum ſalutationem in Chriſto peregerunt. Erant igitur duo ipſi, papa & imperator: Cumque ſecreto ac pacifice collocuti eſſent, ſeceſſerunt; & pontifex quidem ſuo manſit in palatio; imperator vero eodem comitante equitatu cum tubis in aliud ſatis bene apparatum deductus eſt palatium; ubi requievit ipſe, & qui cum eo erant viri primarii, ac ejus miniſtri ordine & ritu imperatorio, quarta die menſis Martii, feria tertia.

*De ingreſſu patriarchæ in urbem Ferrariam.*

CUM vero patriarcha noſter vico Francolino appropinquaret, et cum adhuc procul inde eſſet, ecce obviam navis advenit inaurata, quæ a ſua ſcapha

Anno Christi 1438.

ἰδεῖν τὴν βουλὴν τοῦ βασιλέως. καὶ ὥρισεν ὁ βασιλεὺς, ἵνα φέρωσι τῷ πρωῒ ἵππους ἑκατὸν πεντήκοντα, ὅπως πορευθῇ διὰ ξηρᾶς εἰς Φερράρειαν, ἔνθα ἦν ὁ πάπας. ἐμείναμεν οὖν ἐν ἐκείνῳ τῷ τόπῳ τῇ νυκτὶ ἐκείνῃ· τῷ πρωῒ δὲ ὥρισεν ὁ βασιλεὺς, ἵνα ἀπέλθωσι τὰ πλοῖα διὰ ποταμοῦ εἰς Φερράρειαν, αὐτὸς δὲ πορευθῇ διὰ ξηρᾶς, ὡς εἴρηται. καὶ οὕτως ἐπορεύθησαν τὰ πλοῖα διὰ τοῦ ποταμοῦ· ὁ δὲ βασιλεὺς ἦλθε διὰ ξηρᾶς ὥρᾳ ἕκτῃ τῆς ἡμέρας, καὶ εἰσῆλθεν ἔφιππος εἰς τὴν Φερράρειαν μετὰ τιμῆς καὶ παρρησίας μεγάλης. ἦσαν γὰρ μετ᾽ αὐτοῦ ἄρχοντες πολλοὶ, καὶ μητροπολῖται, καὶ ἐπίσκοποι τοῦ πάπα, καὶ ὁ αὐθέντης τῆς χώρας ὁ μαρκέσιος· ἔτι δὲ καὶ ἱερεῖς τοῦ βασιλέως, καὶ ὁ πνευματικὸς αὐτοῦ, ὁ μέγας πρωτοσύγκελλος κῦρις Γρηγόριος, καὶ ἕτεροι ὡσεὶ διακόσιοι τῷ ἀριθμῷ, μετὰ σαλπίγγων καὶ παντὸς γένους μουσικοῦ. ἡ δὲ πόλις πᾶσα τῆς Φερραρείας συνέδραμεν ἰδεῖν τὴν εἴσελευσιν τοῦ ἁγίου ἡμῶν βασιλέως μετὰ αἰδοῦς καὶ τιμῆς καὶ εὐλαβείας. καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς ἐκαθέζετο ἐφ᾽ ἵππου ὡραιοτάτου μέλανος καὶ εὐτρεπισμένου μετὰ ἐρυθροῦ καὶ χρυσοϋφάντου χασδίου· ἄρχοντες δὲ καί τινες ἄλλοι συνυπήγοντο μετ᾽ αὐτοῦ, μετὰ οὐρανίας λευκοειδοῦς σκεπάζοντες αὐτὸν, καὶ αὐτὴ ὑπομελανίζουσα ὡς ἰδέα οὐρανοῦ. καὶ ἕτερος ἵππος λευκὸς, ὡραιότατος, εὐτρεπισμένος καὶ αὐτὸς ὁμοίως, καὶ χρυσοῦς ἀετοὺς ἔχων ἐπὶ τοῦ χασδίου, καὶ ἕτερα πλέγματα χρυσᾶ, ἐπορεύετο ἔμπροσθεν τοῦ βασιλέως, μὴ ἔχων ἀναβάτην. ὁ δὲ πάπας ἦν καθήμενος ἐν τῷ παλατίῳ αὐτοῦ μετὰ παντὸς τοῦ κλήρου, καρδιναλίων δηλαδὴ, μητροπολιτῶν, ἐπισκόπων, ἱερέων, καὶ ἄλλου ἱερατικοῦ καταλόγου, καὶ ἀρχόντων, καὶ αὐθεντῶν πολλῶν, ἐκδεχόμενος τὸν βασιλέα. καὶ ἐλθόντες οἱ ἔμπροσθεν καβαλλάριοι, τινὲς μὲν τῶν ἀρχόντων ἐπέζευσαν, καὶ αὐτὸς ὁ δεσπότης, καὶ εἰσῆλθον διὰ τῆς μεγάλης πύλης ἐντὸς τοῦ παλατίου οὗ ἦν ὁ πάπας, τὸν δὲ βασιλέα εἰσήγαγον ἔφιππον δι᾽ ἑτέρας πύλης. γνοὺς δὲ ὁ πάπας, ὅτι ἐγγύς ἐστι τῆς πύλης ὁ βασιλεὺς, ἀνέστη καὶ περιεπάτει· [illegible] ὁ πάπας, ἀλλ᾽ ἐδέξατο αὐτὸν εἰς τὸν κόλπον αὐτοῦ· καὶ δοὺς αὐτῷ τὴν χεῖρα, ἣν ἠσπάσατο ὁ βασιλεὺς, ἐκάθισεν αὐτὸν ἐξ ἀριστερῶν αὐτοῦ. οἱ δὲ καρδινάλεις παρὰ τοὺς πόδας αὐτῶν ἐποίησαν τὸν ἐν Χριστῷ ἀσπασμὸν, ὡς * εἶδον αὐτοὶ ὅ, τε πάπας καὶ ὁ βασιλεύς· καὶ ὁμιλήσαντες λόγους μυστικοὺς τῆς εἰρήνης, ἀνεχώρησαν ἀπ᾽ ἀλλήλων· καὶ ὁ μὲν πάπας ἔμεινεν ἐν τῷ παλατίῳ αὐτοῦ, τὸν δὲ βασιλέα ἔφερον ἔφιππον οἱ αὐτοὶ καβαλλάριοι μετὰ σαλπίγγων εἰς ἕτερον παλάτιον εὐτρεπισμένον πάνυ καλῶς· κἀκεῖ ἀνεπαύσατο μετὰ τῶν ἀρχόντων αὐτοῦ, καὶ τῶν ὑπηρετῶν κατὰ τάξιν βασιλικὴν, μηνὶ Μαρτίῳ τετάρτῃ, ἡμέρᾳ τρίτῃ.

* [illegible]

Περὶ τῆς εἰσελεύσεως τοῦ πατριάρχου εἰς Φερράρειαν.

ΠΛΗΣΙΑΣΑΝΤΟΣ τοίνυν τοῦ πατριάρχου ἡμῶν εἰς τὸ καστέλλι Φραγκολὶ, ἔτι αὐτοῦ μακρὰν ἀπέχοντος, ἰδοὺ πρὸς ἀπάντησιν αὐτοῦ ἦλθε

μία



Anno Christi 1437.

μία ναῦς κατάχρυσος, συρομένη ἐν ποταμῷ παρὰ τῆς σκάφης αὐτῆς, καὶ ἐζήτει τὸν πατριάρχην εἰσελθεῖν εἰς αὐτήν· ἦν γὰρ διώροφος καὶ τριώροφος, ὡς ἡ παλαιὰ ἐκείνη τοῦ Νῶε κιβωτός· ἀλλ᾽ ἐκείνη ἀσφάλτῳ ἦν περιησφαλτισμένη τὰ ἔσωθεν καὶ τὰ ἔξωθεν· αὕτη δὲ, ὅσον μὲν ἦν ἐν τῷ ὕδατι, πίσσῃ ὑπῆρχε κεχρισμένη, ὅσον δὲ τὸ φαινόμενον ἐν χρώμασι διαφόροις ἦν κεκαλλωπισμένη· καὶ τὰ μὲν ἀνώτερα τοῦ ποταμοῦ ζωγραφισμένα ὑπῆρχον, μικρὸν δὲ ἀνωτέρω παραθυρίδες τετορνευμέναι, ὡς ἄν τις εἰκάσαι μετὰ κιόνων λεπτῶν εἶναι αὐτὰς, καὶ μετὰ μαρμάρων κοκκίνων· καὶ ἄνωθεν τούτων πρόσκυψις ὡραιοτάτη. ὑπεράνω δὲ πάσης τῆς νηὸς κύκλωθεν πολεμικά, καὶ ἐν μέσῳ μαγειρεῖον διὰ τὸ ἄνωθεν τὸν καπνὸν εἶναι· καὶ σκάλα μία ἐν τῇ πρύμνῃ, καὶ μία ἐν τῇ πρώρᾳ, τοῦ ἀνέρχεσθαι καὶ κατέρχεσθαι τοὺς ὑπηρέτας αὐτῆς. ἔσωθεν δὲ παλάτιον ἄλλο, ὡς ἄν τις εἴποι ναὸν περικαλλῆ, καὶ κοιτῶνες διάφοροι περικεκαλυμμένοι βήλοις χρυσοῖς· κύκλωθεν δὲ ἀναβάθραι, καὶ προβαθμίδες, καὶ καταπετάσματα, καὶ θρόνοι κατεστρωμένοι τάπησι μακροῖς· καὶ κύκλωθεν θεωρία λαμπροτάτη καὶ ἀξιέπαινος. κάτωθεν δὲ τοῦ παλατίου, ὡς κατώγεων αὐτοῦ, ἐν ᾧ ἀποθῆκαι ὑπῆρχον πολλαί, αἱ μὲν οἴνου, αἱ δὲ ἰχθύων, αἱ δὲ τροφῶν ἄλλων. τί δὲ ἡ καλὴ θέσις τοῦ ὀρόφου αὐτοῦ, καὶ ἡ θαυμαστὴ ἀνάπαυσις τῶν οἰκούντων ἐν αὐτῷ; ἐκαλεῖτο δὲ Ὀρομπούρκιον. τοῦτο ἐλθὸν καὶ τὸν πατριάρχην ἡμῶν εὐφημῆσαν, παρακληθεὶς ἐκεῖνος εἰσῆλθεν εἰς αὐτὸ μετὰ τῶν ἀρχιερέων, καὶ τοῦ κλήρου παντός. καὶ ἦν ἰδεῖν πλέοντας ἡμᾶς τὸν ποταμὸν ὡς ἐν παλατίῳ ἄλλῳ καὶ σεκρέτῳ, μηδ᾽ ὅλως εἰκάζοντας εἶναι ἐν ὕδατι, ἀλλ᾽ ἐν τῇ ξηρᾷ· πλεύσαντες οὖν διὰ τοῦ ποταμοῦ, ἤλθομεν καὶ ἡμεῖς εἰς Φερράρειαν, προπέμψαντες ἀπὸ Βενετίας πρὸς τὸν πάπαν πρέσβεις, τὸν Ἡρακλείας κῦριν Ἀντώνιον, καὶ τὸν Μονεμβασίας κῦριν Δοσίθεον. εἰς τὸν λιμένα οὖν τῆς Φερραρείας [illegible] ἐν ὥρᾳ τετάρτῃ τῆς ἡμέρας, τῇ ἑβδόμῃ τοῦ Μαρτίου μηνὸς, ἐμηνύσαμεν τῷ μακαριωτάτῳ πάπᾳ, πῶς ἄρα γένηται ἡ τοῦ πατριάρχου συνέλευσις, καὶ πῶς δέξεται ὁ πάπας αὐτόν. τούτων οὖν ἐξεταζομένων, ἐμείναμεν ἐν τῷ χρυσῷ πλοίῳ ἐκείνῳ τὴν νύκτα ἐκείνην· τῷ πρωῒ δὲ ὥρᾳ πρώτῃ τῆς ἡμέρας, ἦλθον καρδινάλεις τέσσαρες, καὶ ἐπίσκοποι ὡσεὶ εἴκοσι πέντε, καὶ ὁ μαρκέσιος τῆς χώρας ὁ αὐθέντης, καὶ σὺν αὐτῷ πλῆθος ἀρχόντων πολὺ, καὶ ἵπποι, καὶ ἡμίονοι· οἷς ἐποχηθέντες εἰσήλθομεν εἰς τὴν Φερράρειαν· ἦν δὲ ὁ πατριάρχης ἔφιππος, καὶ ᾤχετο ἐν μέσῳ δύο καρδιναλίων μετὰ τιμῆς μεγάλης· καὶ πρὸς τὸ παλάτιον τοῦ πάπα εὐθὺς ἀπήλθομεν. καὶ τὸν πάπαν ὁ πατριάρχης ἠσπάσατο ἱστάμενον ἐν τῇ παρειᾷ· ἡμεῖς δὲ καθημένου τὴν δεξιὰν αὐτοῦ, καὶ τὴν παρειὰν, σὺν τοῖς ἔξω καπικίλοις· οἱ δ᾽ ἄλλοι μόνον τὴν χεῖρα, ἢ καὶ μόνῳ τῷ προσκυνήματι *. τοῦ ἀσπασμοῦ τοιγαροῦν γενομένου, ἐκ τοῦ παλατίου ἐξελθόντες, καὶ τῶν ἵππων πάλιν ἐπιβάντες, τῷ πατριάρχῃ ἀπήλθομεν ὀψικεύοντες ἕως τοῦ ἡτοιμασμένου αὐτῷ οἴκου· ὃν ἐκεῖσε καταλιπόντες ἀπήλθομεν ἕκαστος, ὅπου ἂν ἡτοι-

Quæ synodum antecedunt.

in flumine trahebatur, ut in eam patriarcha conſcenderet: erat autem duobus tribuſve foris conſtructa, ut vetus illa Noe arca: ſed illa quidem erat intus & foris bitumine circumlita; hujus vero quantum quidem aqua tegebatur, pice oblitum; quod autem eminebat, variis coloribus erat ornatum: & pars quidem aquæ proxima picta erat; mox feneſtellæ torno fabrefactæ minutis quibuſdam quaſi fultæ columnis, & marmore ornatæ porphyretico adjacebant. Supra illas erat ſpecioſiſſima porticus, unde quis proclinare ſe commode poſſet. In ſummo autem totius navigii foro tormenta erant ex omni parte bellica; in medio vero culina, quo fumus aptam evaporationem haberet. Scalæ porro inerant duæ, ad puppim una, altera ad proram, per quas aſcendere & deſcendere miniſtri poſſent. At vero intus palatium quoddam erat, veluti pulcherrimum templum, variaque cubicula aureis circumtecta aulæis: quæ ſedilibus etiam in orbem ductis gradu ſcanſilibus ornata & periſtromatis, ſelliſque inſtratis longis tapetiis, ſplendidiſſima ſane & admiratione digna erant ad aſpectum. In inferiori vero parte palatii, perinde atque in plano domus, multæ erant cellæ, vinaria, piſcaria, & aliæ ad recondenda diverſa cibaria. Jam quid de pulchra dicam contignatione fori, & mira quiete habitantium in eo? vocabatur autem Oroburchium. Hoc ergo navigium cum veniſſet, & acclamationibus patriarcham noſtrum conſalutaſſet, & rogatus ipſe conſcendit cum præſulibus, & clero univerſo. Porro in flumine navigantes tanquam in altero palatio & ſecreto verſabamur; & videbamur nobis non iter navi facere, ſed terra. Itaque fluvii navigatione pervenimus & nos Ferrariam, cum jam antea Venetiis ad pontificem legaſſemus domnum Antonium præſulem Heracleenſem, & domnum Doſitheum Monembaſienſem. In portum igitur Ferrariæ delati hora diei quarta, die vero Martii ſeptima, quæſivimus per nuntium a beatiſſimo papa, quo ritu patriarcha ingredi deberet in urbem; & quomodo ipſum papa exciperet. Dum ergo de hoc quæritur, noctem illam in aureo illo navigio ſumus commorati; mane autem hora diei prima, quatuor advenere cardinales, & epiſcopi ad vigintiquinque, & urbis dominus marchio, magnaque cum ipſo nobilium hominum frequentia; adducti quoque equi, & muli, in quos aſcendentes Ferrariam ingreſſi ſumus. Porro autem patriarcha equo vehebatur medius inter duos cardinales magno cum honore; continuoque in palatium papæ aſcendimus, & patriarcha quidem ſtantis papæ genam oſculatus eſt, nos autem ſedentis dexteram, & genam cum officialibus; reliqui vero aut dexteram tantum deoſculati ſunt, aut profunda veneratione dumtaxat contenti fuere. Peracta ergo ſalutatione egreſſi ſumus e palatio, conſcenſiſque iterum equis patriarcham obſequii cauſa deduximus ad paratam ſibi domum; quo ibi relicto ad deſtinatum ſibi quiſque diverſorium profectus eſt.

Atque

Quæ ſynodum antecedunt.

Atque hæ ſunt honorariæ pompæ, quas papa adhibuit; & ad hunc modum venimus Ferrariam. Die vero dominico mane juſſu patriarchæ celebrata eſt miſſa per quindecim fere ſacerdotes in ejus palatio, aſtantibus ordine præſulibus, & cruce ſignatis, atque cantoribus: urbis quoque marchio adfuit, ejuſque nobiles curiales: aſtabant autem omnes reverenter. Abſoluto autem ſacro omnes per manus patriarchæ ſumpſere panem benedictum.

Diebus aliquot lapſis imperator a pontifice flagitabat, ut ſynodus œcumenica fieret non ſolum epiſcoporum, ſed regum etiam ac ducum, & brevi, totius Italiæ, aut per ſe, aut per ſuos vicarios: reſpondebat is, hoc eſſe impoſſibile propter diſcordias, & mutua inter illos bella. At eo magis inſtare imperator, ut ex conventione ita fieret. Cum ergo pontifex aliud tunc agere non poſſet, ſpatium quatuor menſium quæſivit, quo ſuas gentes congregaret; quod & datum eſt. Eo igitur ſumpto, literiſque & legatis a pontifice quoquoverſum miſſis, & ſpatio temporis effluente, illiſque non advenientibus, ut eos ad conveniendum promptiores redderemus, conſilium tale cepimus. Placuit ergo omnibus ſynodum œcumenicam indici Ferrariæ, non alibi; ut cognito hoc, Ferrariæ ſcilicet eſſe omnino ſynodum celebrandam, omnes eo convenirent quavis excuſatione poſtpoſita. Itaque communi conſenſu indicta eſt ſynodus die nono Aprilis, feria quarta majoris hebdomadæ, hoc prius condicto, ut ſi tempus abeat, & ſynodus non conveniat, ſed potius inſaniat in nos, neque liberum ſit nobis aliud agere, pari conſenſu diſputemus de dogmatibus: & ſi quidem de iis inter nos convenerit, Deo gratias; ſin minus, etiam Deo gratias, ut ex vi decreti liceat nobis cum pace abſcedere. Interea lis & controverſia orta eſt de ſedibus occidentalis & orientalis eccleſiæ: poſtulabat enim papa, ut ad [illegible] nes eccleſiaſtici conſiderent; ad alterum vero imperator & patriarcha cum ſuis omnibus: in medio porro atque ad caput, pontifex ipſe. Contra imperator, id potius imperatoris eſſe, quam papæ, aiebat: qua de re magna quæſtio habita eſt, donec lecta ſunt acta ſynodorum. Tandem hoc inter eos convenit, ut papæ quidem & pontificiis ea pars templi daretur, quæ læva eſſet ingredienti; altera vero, dextera ſcilicet, imperatori & ſuis: atque ita ſedes in hunc modum collocatæ ſunt; pontificis quidem ſedes ad partem illi aſſignatam, diſtans a ſacro altari paſſus fere quatuor: infra illam uno fore paſſu ſedes imperatoris Alemaniæ vacua, tantum in ſpeciem poſita: prope hanc ſedere cardinales, & deinceps metropolitæ, & epiſcopi ad centum & quinquaginta. Sacerdotes autem & diaconi aliique protonotarii erant innumeri. Similiter e regione ſedes imperatori parata fuit, ornata purpureo, auroque contex-

μένθη ἡμῖν. αὗται εἰσὶν αἱ τοῦ πάπα προπομπαὶ, καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ ἤλθομεν εἰς Φερραρίαν. τῇ δὲ κυριακῇ τῷ πρωῒ ὥρισεν ὁ πατριάρχης, καὶ ἐλειτούργησαν ὡσεὶ δεκαπέντε ἱερεῖς ἐν τῷ παλατίῳ αὐτοῦ· καὶ εἱστήκεισαν οἱ ἀρχιερεῖς κατὰ τάξιν, ὁμοίως καὶ οἱ σταυροφόροι, καὶ οἱ ψάλται, καὶ ὁ αὐθέντης τῆς χώρας ὁ μαρκέσιος, καὶ οἱ ἄρχοντες αὐτοῦ, καὶ πάντες μετ' εὐλαβείας. ἐν δὲ τῷ τέλει ἔλαβον πάντες ἀντίδωρον παρὰ τῶν χειρῶν τοῦ πατριάρχου.

ANDR. Patres reverendiſſimi, ſatis quæ dicta ſunt a vobis percepimus: ea vero rediguntur ad quinque capita. Et primo quidem ſapientiſſime diſſeruiſti, pater Epheſie, de dicto Chriſti domini, quod pacem diſcipulis ſuis reliquerit, quodque pro ea conſeratur a nobis dilectio, & per eam pax conſervetur. Secundo: Quoniam Romana eccleſia benevolentiam præſtare neglexit, quæ pacis eſt exordium, D ideo factum eſſe dicitis, ut id, quod a Chriſto accepimus, ſolveretur. Tertio: Romanam eccleſiam aſſeritis reſumpſiſſe dilectionem tunc depoſitam, atque ob id ſtudioſe curaſſe, ut conveniretis huc ad tractandas & examinandas cum eadem dilectione controverſias, quæ inter nos & vos exiſtunt. Quarto: Fieri non poſſe ut componatur pax, niſi tollatur cauſa ſchiſmatis, ſicut etiam in morbis non poteſt recuperari ſanitas, niſi morbi cauſa removeatur. Quinto: Quia debemus honorem patribus deferre, ut appareat ſynodum hanc priorum veſtigia ſecutam eſſe, oportere ante E alia recitari definitiones conciliorum generalium; tumque vos eſſe allaturos pro vobis rationes, quas ad rem propoſitam habetis. Quoniam igitur quæſita hæc & ad fidem maxime ſpectant, & multis indigent ſermonibus, nos conſideratione adhibita ſequenti quidem ſeſſione reſponſiones proferemus perfectiores, nunc vero etiam dicimus ex parte quæ tempus permittit. Et primo quidem ad primum: Eſſe apud nos caritatem firmam & indiſſolubilem, nec vos ignorare arbitramur. Siquidem ea ducens a Chriſto originem, quoniam prior ipſe nos dilexit (de quo mira-

A ταύτης ἡ ἀγάπη λυθεῖσα συνδιέλυσε τὴν εἰρήνην, καὶ ἀπὸ τούτου τὸ σχίσμα παρηκολούθησε, νῦν δὲ εὐδοκίᾳ τοῦ Θεοῦ, βουληθεῖσα ἡ Ῥωμαϊκὴ ἐκκλησία τὴν εἰρήνην ἀνακαλέσασθαι, διὰ τῆς ἀγάπης ἤρξατο τοῦτο ποιεῖν, καὶ αὖθις ἡ ἡμετέρα ἐκκλησία μετὰ τῆς αὐτῆς ἀγάπης προσέδραμεν, ἐλπίς ἐστι μέχρι τέλους, τοῦ Θεοῦ συνεργοῦντος, ἐπακολουθήσειν καὶ τὴν εἰρήνην, καὶ τὰ σκάνδαλα ἐκ μέσου γενήσεσθαι, καθάπερ ἐπὶ τῶν νοσημάτων, λυθέντων τῶν αἰτιῶν ἐπακολουθήσεσθαι τὴν διόρθωσιν. οὗτος γὰρ κἀκεῖ τῆς ἰάσεως τρόπος ἄριστος. ζητοῦμεν τοίνυν καὶ παρακαλοῦμεν εἰς ἐκεῖνον ἐπανελθεῖν τὸν καιρὸν, καθ' ὃν ἡνωμένοι ὄντες τὸ αὐτὸ πάντες ἐλέγομεν, καὶ οὐκ ἦν ἐν ἡμῖν σχίσμα. B καὶ ὥσπερ ἀνεκαλεσάμεθα τὴν τότε παραλειφθεῖσαν ἀγάπην, οὕτω καὶ τῷ φρονήματι πρός τε ἡμᾶς αὐτοὺς ἑνωθῶμεν, καὶ πρὸς τοὺς πατέρας ἡμῶν, τοὺς ἐν ταῖς οἰκουμενικαῖς συνόδοις ταῖς ἑπτὰ διαλάμψαντας. καὶ πρῶτον μὲν ἀναγνωσθήτωσαν οἱ ὅροι τῶν ἁγίων ἐκείνων πατέρων, εἰ μή τι νῦν ὁ καιρὸς κωλύει, ἵνα δείξωμεν ἑαυτοὺς συμφωνοῦντας καὶ ἑπομένους ἐκείνοις, οὐ τῇ τάξει μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς φρονήμασιν· οὕτω γὰρ ἔσται καὶ ἡ σύνοδος αὕτη ταῖς προηγησαμέναις ἐκείναις ἀκόλουθος, τῇ τε πρώτῃ, καὶ δευτέρᾳ, καὶ ταῖς ἑξῆς. τοῦτο δὲ ἀναγκαῖον εἶναι νομίζομεν, οὐ διὰ τὰ προειρημένα μόνον, C καὶ ἵνα προεγνωσμένον ὑπάρχῃ τῶν πατέρων τὸ φρόνημα, ἀλλ' ἵνα καὶ διὰ τῶν εὐχῶν ἐκείνων εἰς τὸ προκείμενον ἔργον εὐοδωθῶμεν, καὶ ὥσπερ ἐπὶ θεμελίῳ, τοῖς ἐκείνων λόγοις τοὺς ἡμετέρους ἐποικοδομήσωμεν.

ΡΟΥ. Πατέρες αἰδεσιμώτατοι, ἀρκούντως ἔγνωμεν ὅσα ἐρρήθησαν ὑμῖν. πέντε δέ τινα εἴπατε πρὸς ἡμᾶς. καὶ πρῶτον μὲν σοφώτατα διελέξω, πάτερ Ἐφέσου, περὶ τοῦ λόγου τοῦ δεσπότου Χριστοῦ, ὅτι ἀφῆκε τὴν εἰρήνην τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς, καὶ ὅτι ἀντὶ ταύτης εἰσφέρεται παρ' ἡμῶν ἡ ἀγάπη, καὶ διὰ ταύτης ἡ εἰρήνη συνέχεται. δεύτερον, ὅτι ἐπειδὴ ἡ Ῥωμαϊκὴ ἐκκλησία παρέβλεψε τὴν * ἀγάπην, συνέβη τὸ προοίμιον D τοῦτο λυθῆναι τῆς εἰρήνης, ὅπερ ἐλάβομεν παρὰ τοῦ Χριστοῦ. τρίτον, ὅτι διὰ τὴν αἰτίαν ταύτην ἡ Ῥωμαϊκὴ ἐκκλησία ἀνακαλεσαμένη τὴν τότε παραλειφθεῖσαν ἀγάπην, ἐζήτησε μετὰ σπουδῆς, ἵνα ἔλθητε ἐνταῦθα, καὶ μετὰ τῆς αὐτῆς ἀγάπης ἴδωμεν καὶ ἐξετάσωμεν τὰς μεταξὺ ἡμῶν τε καὶ ὑμῶν διαφοράς. τέταρτον, ὅτι ἀδύνατον ἐπανακαλέσασθαι τὴν εἰρήνην, ἐὰν μὴ λυθῇ τὸ τοῦ σχίσματος αἴτιον· ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν νοσημάτων, οὐ δύναται ἡ ὑγεία ἀνακληθῆναι μὴ διαλυθείσης τῆς αἰτίας τοῦ νοσήματος. πέμπτον, ὅτι ἐπειδὴ ὀφείλομεν τηρεῖν τὰ ἀξιώματα τῶν πατέρων, ἵνα ἡ σύνοδος αὕτη ταῖς προηγησαμέναις ἐκείναις ἀκόλουθος φανῇ, δέον ἐστὶ πρὸ πάντων ἄλλων τοὺς ὅρους τῶν οἰκουμενικῶν συνόδων ἀναγνωσθῆναι, καὶ τότε εἰπεῖν τὰς δικαιολογίας, ἃς ἔχετε E πρὸς τὴν παροῦσαν ὑπόθεσιν. ἐπεὶ οὖν τὰ ζητήματα ταῦτα καὶ ἀναγκαῖα περὶ τὴν πίστιν εἰσὶ, καὶ πολλῶν δεόμενα λόγων, σκεψάμενοι μὲν εἰς τὴν ἐπιοῦσαν συνέλευσιν ἀπολογησόμεθα τελειότερον, καὶ νῦν δὲ λέγομεν ἀπὸ μέρους ὅσα δίδωσιν ὁ καιρός. πρῶτον μὲν πρὸς τὸ πρῶτον, ὅτι ἡ ἀγάπη παρ' ἡμῖν ἐστι πεπηγυῖα καὶ ἀδιάλυτος, οὐκ ἀγνοεῖτε καὶ ὑμεῖς ὡς νομίζομεν· αὕτη γὰρ ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ λαβοῦσα τὰς ἀφορμὰς, ἐπειδὴ αὐτὸς πρῶτος ἠγάπησεν ἡμᾶς, ὃ καὶ θαυμάζομεν πῶς οὐδεμίαν ἐποιήσασθε πε-

* [illegible]



ANNO CHRISTI 1438.

ρὶ τούτου μνήμην, ἄχρι τοῦ νῦν τηρεῖται ἐν τῇ αὐτοῦ ἐκκλησίᾳ πρός τε αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν χορηγὸν τῆς ἀγάπης, ὅς ἐστι καὶ τὸ κυριώτατον αὐτῆς ἀντικείμενον, καὶ παρ' ἡμῶν πρὸς ἀλλήλους. πρὸς δὲ τὸ δεύτερον, ὅτι ἐν ὅσῳ ἐτηρεῖτο ἡ ἀγάπη παρὰ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐκκλησίας, ἔμενε καὶ ἡ εἰρήνη καὶ ἡ ἕνωσις· θαυμάζω πῶς ἐπελάθου, ὅτι ἡ Ῥωμαϊκὴ ἐκκλησία τοσαύτην ἀεὶ πρόνοιαν ἐποιήσατο καὶ ποιεῖται εἰς τὴν ἀνατολικὴν ἐκκλησίαν, ὅτι οὐδέποτε διανέστη κλύδων αἱρέσεως οἱασοῦν ἐν ἐκείνοις τοῖς μέρεσιν, ἔνθα μὴ βεβοήθηκεν ἅπασι τρόποις αὕτη ἡ ἐκκλησία καὶ δι' ἐπιστολῶν οἰκείων, καὶ διὰ τοποτηρητῶν, καὶ δι' ὅσων ἄλλων ἐγχωροῦν ἦν. μέμνησθε γὰρ ὅτι B ἐν μὲν τῇ ἐν Νικαίᾳ συνόδῳ παρῆν ὁ Σίλβεστρος, καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις συνόδοις παρῆσαν εἰ καὶ μὴ δι' ἑαυτῶν, ἀλλὰ διὰ τοποτηρητῶν. θαυμαστὸν δὲ οὐδὲν, εἰ συνέπραττον καὶ βασιλεῖς τοῖς κατὰ καιροὺς προεστῶσι τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐκκλησίας. δῆλον δὲ καὶ τοῦτό ἐστι πᾶσιν, ὅτι ἀφ' οὗ διελύθη ὁ τῆς ἀγάπης δεσμὸς, οὐ διέλιπον οἱ ἄκροι ἀρχιερεῖς, πέμποντες ἀεὶ πρὸς τοὺς ἀνατολικοὺς πάντας, ἵνα ὑπακούσαντες πρὸς εἰρήνην ἔλθωσι. παρακαλῶ οὖν ἵνα ἀταράχως ἀκούσητε τῶν λεγομένων, εἰ καὶ σκληρὰ δόξειεν. εἰ οὐκ ἐτηρήθη παρ' ἡμῖν ἡ εἰρήνη, πότε ἐζητήσατε ταύτην ὑμεῖς τὴν εἰρήνην; πότε τὴν ἀγάπην, ἣν προβάλλεσθε ὅτι διελύθη παρ' ἡμῶν; πότε ἐστείλατε C περὶ τούτων πρέσβεις; ἐπειδὴ δὲ λέγετε κατὰ τὸ παρὸν, ὅτι ἡ Ῥωμαϊκὴ ἐκκλησία ἀνεκαλέσατο τὴν εἰρήνην, τοῦτο ἀληθές ἐστι καὶ ὁμολογούμενον· καὶ μάρτυς ὁ μακαριώτατος πάπας, πολλὰς ἐξόδους εἰς τοῦτο καταβαλόμενος, καὶ πολλάκις διαπεμψάμενος. εἰ δὲ καὶ πρὸ τούτου ταύτην ὑμεῖς ἐζητεῖτε τὴν ἀγάπην, πάντως ἐμέλλετε ταύτην εὑρήσειν, ὥσπερ καὶ νῦν. μάρτυς ἐστὶ πρὸ τῶν παρόντων ὁ πάπας Γρηγόριος, ὃς ἀπέστειλε πρὸς τὸν βασιλέα κἀκεῖνον, καὶ τὸν πατριάρχην, καὶ τοὺς ἀνατολικοὺς ὑπὲρ τούτου, καὶ συνεκρότησεν ἐν Λουγδούνῳ σύνοδον, καὶ τὴν τότε γενομένην ἐπραγματεύσατο ἕνωσιν. ὥστε D οὐδὲν ἐγκαλεῖν ἔχετε τῇ Ῥωμαϊκῇ ἐκκλησίᾳ περὶ τῆς ἀγάπης, ἥτις καὶ μένει ἐν αὐτῇ, καὶ μενεῖ, σωζομένης τῆς ὑμετέρας τιμῆς. περὶ δὲ τῶν ὅρων λέγομεν, ὅτι ἀναγνωσθήσονται κελεύσει τοῦ μακαριωτάτου πατρὸς καὶ Ἑλληνικῶς, καὶ Ῥωμαϊκῶς. πλὴν θαυμάζω, πῶς προεβάλεσθε τοὺς ὅρους· πρὸς γὰρ τὸ πρόβλημα ὃ ἐκινήσατε, οὐ δοκοῦσιν ἀναγκαῖα τὰ ἐκεῖ γεγραμμένα· ἐπεὶ πρὸ αὐτῶν ἐστι τὸ ἱερὸν εὐαγγέλιον, ᾧ καὶ μᾶλλον πιστεύειν ὀφείλομεν. ἐπεὶ δὲ εἴπατε ἀναγνωσθέντων τῶν ὅρων, ἐρεῖν ἐφεξῆς ἃ εἰπεῖν ἔχετε, προθύμως καὶ ἡμεῖς ἀκουσόμεθα, ἐλπίζοντες ὅτι καὶ ὑμεῖς μεθ' ὑπομονῆς ἀκούσετε τῶν ἡμετέρων λόγων, ὥσπερ καὶ ἡμεῖς ὑμῶν. E

ΕΦΕΣ. Τὰ μὲν πρῶτα, ἅπερ ἀπελογήσατο ἡ σὴ αἰδεσιμότης, ὅτι πολλὴν ἐπεδείξατο πρόνοιαν ἡ Ῥωμαϊκὴ ἐκκλησία πρὸς τὴν ἀνατολικὴν ἐν τοῖς καιροῖς τῶν κινδύνων καὶ τῶν αἱρέσεων, ἀληθῆ τέ εἰσι καὶ ὁμολογούμενα παρ' ἡμῖν, ἀλλ' οὐκ ἀναγκαῖα πρὸς τὸ λῦσαι τοὺς ἡμετέρους λόγους. δῆλον γὰρ, ὅτι ἡ ἀπό τινος χρόνου διαλυθεῖσα ἀγάπη, πρότερον ἦν καὶ ἤκμαζεν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις. ἀλλὰ καὶ ὅτι μετὰ τὸ σχίσμα πολλάκις ἡ τῆς Ῥώμης ἐκκλησία διεπέμ-



SESSIO III.

A mur cur nullam feceritis mentionem) hactenus in eccleſia ejus ſervatur tam erga eumdem ipſum caritatis auctorem, qui eſt maxime proprium ejus objectum, quam a nobis erga nos invicem. Ad ſecundum vero, quamdiu ſcilicet amicitiam coluit Romana eccleſia, tamdiu pacem & unitatem manſiſſe: Miror oblitum te eſſe, Romanæ eccleſiæ tantæ ſemper curæ fuiſſe ac eſſe orientalem eccleſiam, ut nunquam coorta fuerit in illis partibus tempeſtas cujuſcumque hæreſeos, ad quam ſedandam eccleſia hæc non tulerit auxilium omnibus modis, tum literis, tum legatis B ſuis, & quacumque alia re facultas tulit. Meminiſtis enim, Silveſtrum affuiſſe in Nicæna ſynodo, & in reliquis, ſi non per ſe, at certe per legatos. Si vero & imperatores opem tulere Romanæ eccleſiæ pontificibus ſuo cuique tempore, mirum non eſt. Illud etiam omnibus conſtat, ex quo tempore ſolutum eſt vinculum pacis, non deſtitiſſe Romanos pontifices aſſidue mittendo ad imperatores, & ceteros orientales hortari, ut obediendo ad pacem redirent. Obſecro vero, quæ dicuntur, citra perturbationem accipite, quamvis dura videantur. Si pax a nobis ſervata non eſt, quando vos pacem hanc C quæſiſtis? quando dilectionem, quam a nobis dimiſſam objicitis? quando legatos hac de re miſiſtis? Quod vero in præſens dicitis, a Romana eccleſia pacem eſſe revocatam, verum eſſe in confeſſo eſt. Teſtis eſt beatiſſimus papa, qui in hoc multam pecuniam erogavit, & ſæpe legatos miſit. Vos autem ſi hanc ipſam dilectionem antea quæſiviſſetis, procul dubio reperiſſetis, ſicut & nunc: teſtis eſt ante hæc tempora Gregorius papa; qui & ipſe ad imperatorem, & patriarcham, & orientales hac de re miſit legationem, & celebravit Lugduni concilium, & factam tunc temporis uni- D tatem tractavit. Quare non eſt, cur Romanam eccleſiam incuſetis de caritate, quæ, pace veſtra, manet, & manebit in ipſa. De definitionibus autem dicimus, ipſas Græce & Latine eſſe legendas juſſu beatiſſimi patris: ſed miror, cur definitiones in medium attuleritis; nam ad id quod propoſuiſtis, non videntur neceſſaria quæ in illis ſunt ſcripta: quandoquidem eſt ante illas ſacrum evangelium, cui etiam magis credere debemus. Quoniam vero dixiſtis, poſt lectas definitiones vos eſſe deinceps allaturos quæ dicenda habetis, libenter & nos audiemus; ſperantes fore, ut & vos patienter audiatis E quæ ipſi dicemus, ſicut & nos quæ a vobis dicentur.

EPHES. Prior tuæ reſponſionis pars, reverende pater, quod Romana eccleſia multam curam in orientalem contulerit temporibus periculorum & hæreſeon, ſine controverſia vera eſt; ſed rationes noſtras non neceſſario ſolvit: liquet enim amicitiam certo ex tempore diremptam viguiſſe prius in eccleſiis. Quod vero ſæpe Romana eccleſia poſt ſchiſma legatos miſerit ad noſtram, invitando eam ad præſtandam ſibi obedientiam & pacem; id etiam fieri par erat,

SESSIO III.

erat, nec mirandum eſt. Verum manente cauſa ſchiſmatis, additamento ſcilicet in ſymbolo, quod etiam origo diſſidii fuit; conſentaneum erat nec pacem ipſam ſubſequi: quemadmodum in morbis, niſi eorum cauſa dignoſcatur, atque tollatur, non poteſt ſubſequi ſanitas: neque ergo dilectionem, quæ ante ſchiſma erat; neque eam quæ poſt ſchiſma, protendere vos oportet manente cauſa ſchiſmatis, quam perſpicuum eſt datam eſſe a vobis. Nos autem petimus, ut, ſicut antea diximus, redeatur in tempus illud pacis, quo inter nos conjuncti omnes eramus: id vero non niſi ſublata cauſa ſchiſmatis fieri poteſt. Recitari vero definitiones, dicimus eſſe omnino neceſſarium, ut perſpectum ſit, hanc ſynodum congruere cum illis antiquis, & ſequi eas non ſolum ordine, ſed etiam ſenſu. Arbitramur enim, nihil eſſe omiſſum ab illis patribus in ſymbolo fidei, neque omnino poſitum eſſe quidquam mancum, quod correctione aut additamento indigeat, & hæc eſt potiſſima ſchiſmatis cauſa: præcipientibus illis, nullum aliud ſymbolum eſſe unquam recipiendum, nec eſſe quidquam addendum, vel detrahendum, quod illi omnia ſatis fuerint complexi.

RHODI. In quatuor capita rediguntur, quæ dixiſti. Primum eſt; Etſi vera ſunt quæ dixi, non tamen eſſe neceſſaria, nec facere ad ſolvendas tuas rationes: dixiſti enim, adhibitam quidem fuiſſe a ſummis pontificibus curam ad pacem & benevolentiam conciliandam, non tamen eſſe ſublatam cauſam ſchiſmatis. Secundum; Examinata, ſive ablata cauſa ſchiſmatis, fore omnino, ut pax ſubſequatur. Tertium; Legendas eſſe patrum definitiones, ut perſpectum fiat, vos eſſe illorum ſectatores. Et quartum; Nihil illos feciſſe mancum, & additamenti indigens.

EPHES. Non dixi, ſi dogma explanetur, fore ut eccleſiæ conjungantur, ſed ſi additamentum tollatur: quod etiamſi verum ſit, ſuſcipere non poſſumus; quia licentiam a patribus non habemus aut addendi quidpiam ſymbolo fidei, aut adimendi: atque hac de re totus erit noſter ſermo.

RHODI. Ad ea, quæ dicta ſunt, addo, ſummos pontifices, quando mittebant de pace & unitate, procul dubio cauſas quoque afferre conſueviſſe, cur facta ſit additio, quæ ſchiſmatis cauſa extitit, ut vos dicitis. Si igitur orientalis eccleſia, præſertim quatuor patriarchæ, quibus parem eſſe cum ſummis pontificibus poteſtatem affirmatis, conati ſunt oſtendere, vel etiam oſtenderunt, occidentalem eccleſiam in hoc dogmate errare, & præter rationem additamentum hoc feciſſe, nonne correctio quoque ſequi omnino debebat? Verum id oſtendere nunquam potuerunt. Ego ad reſpondendum veſtris utar rationibus: fierine poteſt, tot imperatores, tot patriarchas, ac pa-

ψατο πρὸς τὴν ἡμετέραν, καὶ προσεκαλέσατο ταύτην πρὸς ὑπακοὴν ἑαυτῆς καὶ εἰρήνην, καὶ τοῦτο δὲ εἰκὸς ἦν γενέσθαι, καὶ οὐδὲν θαυμαστόν. ἀλλὰ τῆς αἰτίας μενούσης τοῦ σχίσματος, ἥτις ἦν ἡ ἐν τῷ συμβόλῳ προσθήκη, ἢ καὶ τὴν ἀγάπην διαλύσασα, οὐδὲ τὴν εἰρήνην εἰκὸς ἦν ἐπακολουθῆσαι. καθάπερ ἐπὶ τῶν νοσημάτων, ἐὰν μὴ τῶν νοσημάτων ἡ αἰτία διαγνωσθῇ καὶ ἐξαιρεθῇ, οὐ δύναται ἡ ὑγεία ἐπακολουθῆσαι· οὔτε οὖν τὴν πρὸ τοῦ σχίσματος ἀγάπην ὑμᾶς προβάλλεσθαι χρὴ, οὔτε τὴν μετὰ τὸ σχίσμα, μενούσης τῆς αἰτίας τοῦ σχίσματος, ἣν ὑμεῖς δῆλον ὅτι παρέσχεσθε· ἡμεῖς δὲ ζητοῦμεν, ὃ καὶ πρότερον εἴπομεν, ἐπανελθεῖν εἰς τὸν καιρὸν τῆς εἰρήνης ἐκεῖνον, καθ' ὃν ἡνωμένοι πάντες ὑπήρχομεν· τοῦτο δὲ οὐκ ἄλλως ἔσται, ἢ ὑπεξαιρεθείσης τῆς αἰτίας τοῦ σχίσματος. περὶ δὲ τῆς ἀναγνώσεως τῶν ὅρων, λέγομεν, ἀναγκαιοτάτην αὐτὴν εἶναι, ἵνα φανῇ καὶ ἡ σύνοδος αὕτη σύμφωνος ταῖς παλαιαῖς ἐκείναις, καὶ ἀκόλουθος οὐ κατὰ τὴν τάξιν μόνον, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸ φρόνημα. νομίζομεν γὰρ, ὅτι οὐδὲν παρελείφθη τοῖς πατράσιν ἐκείνοις ἐν τῷ συμβόλῳ τῆς πίστεως, οὐδὲ ἐλλιπὲς οὐδὲν ἐτέθη, καὶ δεόμενον διορθώσεως ἢ προσθήκης ὅλως. καὶ τοῦτό ἐστι μάλιστα τὸ τοῦ σχίσματος αἴτιον, διαγορευόντων ἐκείνων, μὴ δεῖν ἕτερόν ποτε παραδέξασθαι σύμβολον, μηδὲ προσθήκην τινὰ ποιήσασθαι ἢ ἀφαίρεσιν, ὡς ἱκανῶς ἐκείνων περὶ πάντων εἰπόντων.

ΡΟΔ. Εἰς τέσσαρα συγκεφαλαιοῦνται ἃ εἶπας. τὸ μὲν πρῶτον, ὅτι εἰ καὶ ἀληθῆ ἦσαν τὰ παρ' ἐμοῦ εἰρημένα, ἀλλ' οὐκ ἀναγκαῖα, καὶ πρὸς τὴν λύσιν τῶν σῶν λόγων ἁρμόζοντα. εἶπας γὰρ, ὅτι ἀληθῶς μὲν ἐποιήσαντο σπουδὴν πρὸς εἰρήνην καὶ τὴν ἀγάπην οἱ ἄκροι ἀρχιερεῖς, οὐ μὴν ἀφείλοντο τὸ σχίσματος αἴτιον. δεύτερον, ὅτι ἐξετασθείσης ἢ ἀφαιρεθείσης τῆς αἰτίας τοῦ σχίσματος, ἐπακολουθήσει πάντως καὶ ἡ εἰρήνη. τρίτον, ἵνα ἀναγνωσθῶσιν οἱ ὅροι τῶν πατέρων, ὅπως ἀποφανῆτε ἀκολουθοῦντες ἐκείνοις. καὶ τέταρτον, ὅτι οὐδὲν ἐλλιπὲς ἐκεῖνοι ἐποίησαν, οὐδὲ προσθήκης δεόμενον.

ΕΦΕΣ. Οὐκ εἶπον, ὅτι τὸ σαφηνισθῆναι τὸ δόγμα ἑνώσει τὰς ἐκκλησίας, ἀλλὰ τὸ περιαιρεθῆναι τὴν προσθήκην, ἣν εἰ καὶ ἀληθής ἐστιν, οὐ δυνάμεθα παραδέξασθαι, ὅτι οὐκ ἔχομεν ἄδειαν παρὰ τῶν πατέρων ἢ προσθεῖναι τῷ συμβόλῳ τῆς πίστεως, ἢ ἀφαιρεῖν· καὶ περὶ τούτου τὸν ἅπαντα ποιησόμεθα λόγον.

ΡΟΔ. Ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις λέγω, ὅτι οἱ ἄκροι ἀρχιερεῖς, οἵ τινες ἔπεμπον ζητοῦντες τὴν εἰρήνην καὶ τὴν ἕνωσιν, πάντως καὶ τὰς αἰτίας τῆς προσθήκης ἔλεγον, ἥτις αἰτία τοῦ σχίσματος γέγονεν, ὡς ὑμεῖς λέγετε. εἰ οὖν τὸ μέρος τῆς ἀνατολικῆς ἐκκλησίας, μάλιστα οἱ τέσσαρες πατριάρχαι, οὓς λέγετε δύναμιν ἴσην ἔχειν τοῖς ἄκροις ἀρχιερεῦσιν, ἐσπούδασαν ὅλως δεῖξαι, ἢ καὶ ἔδειξαν, τὴν δυτικὴν ἐκκλησίαν πλανωμένην περὶ τὸ δόγμα, καὶ τὴν προσθήκην ταύτην παραλόγως ποιήσασαν, οὐκ ἔμελλε πάντως γενέσθαι καὶ ἡ διόρθωσις; ἀλλ' οὐδέποτε τοῦτο δεῖξαι ἠδυνήθησαν. ἐγὼ τοῖς ὑμετέροις χρήσομαι λόγοις πρὸς ἀπολογίαν. δυνατόν ἐστι λαθεῖν τοῦτο τοσούτους βασιλεῖς, τοσούτους πατριάρχας



ANNO CHRISTI 1438.

χας καὶ πατέρας, παντοδαπῇ σοφίᾳ κεκοσμημένους, ὅτι οὐ καλῶς ἡ προσθήκη γέγονεν; ἀλλ' οὐδέποτε τοῦτο δεῖξαι ἠδυνήθησαν, καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲ ἀφαίρεσις γέγονε· καὶ ὑμεῖς οὖν περιττῶς ἐγκαλεῖτε τῇ Ῥωμαϊκῇ ἐκκλησίᾳ περὶ τούτου τοῦ μέρους. σὺ μὲν οὖν εἶπας, ὅτι ἀπὸ τῶν συνοδικῶν ὅρων κωλυόμεθα ποιῆσαι προσθήκην τινὰ, εἰ καὶ ἀληθής ἐστιν· ἡμεῖς δὲ μέλλομεν ἀποδεῖξαι διὰ πολλῶν, ὅτι ἀεὶ ἡ ὑστέρα σύνοδος τὴν αὐτὴν ταῖς προλαβούσαις δύναμιν ἔχει, πρὸς τὸ κανονίζειν ἅπαντα τὰ τῆς ἐκκλησίας. ὅμως ἐρωτῶ ὑμᾶς, εἰ καὶ ἀληθής ἐστιν ἡ προσθήκη, διὰ τί μὴ ταύτην προσθήσετε; τί κωλύει προσθεῖναι τὸ ἀληθές;

ΕΦΕΣ. Αὐτὸ τοῦτο, τὸ μὴ ἐξεῖναι· ἐπειδὴ καὶ ἄλλα πολλὰ καλὰ καὶ ἀληθῆ ὄντα προσθεῖναι τῷ συμβόλῳ τῆς πίστεως οὐκ ἔχομεν ἄδειαν, καὶ γὰρ οὐδ' οἱ πατέρες ἐκεῖνοι προσέθηκαν οὐδὲ τῶν ἀναγκαίων οὐδέν· ἀλλὰ διὰ τὸ τοῦ καιροῦ κατεπεῖγον ἀρκείτω πρὸς τὸ παρὸν ὅσα εἴπομεν.

ΡΟΔ. Διὰ τὴν τῶν πολλῶν ἀκοὴν χρησόμεθα λόγοις ὀλίγοις· ἡμεῖς ἀποδείξομεν ἐν καιρῷ τῷ προσήκοντι δύο τινά· πρῶτον, ὅτι οὔτε προσθήκη ἐστὶν, οὔτε προσετέθη· δεύτερον, ὅτι εἰ καὶ προσετέθη, ὡς ἀληθὲς καὶ ἀναγκαῖον προσετέθη.

tres omni ſcientiarum genere præditos hoc latuiſſe, male ſcilicet eſſe factum additamentum? ſed nunquam demonſtrare hoc valuerunt: idcirco etiam illud expunctum non eſt; fruſtra ergo & vos hac de re Romanam accuſatis eccleſiam. Dixiſti tu quidem, per ſynodicas definitiones vetitum eſſe nobis quidquam addere, etiamſi verum ſit: nos autem ſumus demonſtraturi multis rationibus, poſteriori ſynodo eamdem ſemper eſſe poteſtatem atque prioribus ad res omnes eccleſiaſticas moderandas: ſed quæro ex vobis: ſi verum eſt, quod fuit additum, cur illud non adjicietis? quid obſtat, quo minus apponatur verum?

EPHES. Hoc ipſum, non eſſe fas; nam multa quoque alia, cum bona & vera ſint, nobis non licet addere ſymbolo fidei; quoniam & patres illi vel de neceſſariis nihil addiderunt. Verum propter anguſtiam temporis ſufficiant in præſenti quæ dicta ſunt.

RHOD. Ad multorum aures paucis utemur: nos opportuno tempore duo hæc demonſtrabimus. Primum, neque additamentum eſſe, neque fuiſſe additum. Alterum, & ſi additum eſt, tanquam verum & neceſſarium eſſe additum.

## ΣΥΝΕΛΕΥΣΙΣ δ'.

*Ὀκτωβρίου πέμπτῃ καὶ δεκάτῃ, ἡμέρᾳ τετάρτῃ, ἐγένετο.*

ΡΟΔ. ΛΗΦΘΕΙΣΗΣ πρότερον τῆς χάριτος παρὰ τοῦ μακαριωτάτου πατρὸς, καὶ δοθείσης ἀδείας παρὰ τοῦ γαληνοτάτου βασιλέως καὶ τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου, ἀναληψόμεθα τὰ εἰρημένα κεφάλαια.

ΕΦΕΣ. Ἡμεῖς ἐποιησάμεθα τὴν ἀρχὴν, καὶ θέλομεν εἰπεῖν ὅσα ἔχομεν.

ΡΟΔ. Μετὰ ἀδείας τῶν αἰδεσιμωτάτων πατέρων ἀπολογήσομαι. θαυμάζω, πῶς προτείνεις τούτους λόγους· τῇ χθὲς προεβάλου, τίνι τρόπῳ γέγονεν ἡ προσθήκη. μετὰ ταῦτα ἠρώτησας, ἐὰν φαίνηται ἵνα εἴπῃς ὅσα συντείνουσιν εἰς τὴν ὑπόθεσιν, ὃ καὶ ἐδώκαμεν.

ΕΦΕΣ. Εἴπομεν, ἵνα ἀναγνωσθῶσιν οἱ ὅροι πρῶτον τῶν συνόδων, ὃ οὐδὲν ἐγένετο τὴν ἡμέραν ἐκείνην. λοιπὸν φαίνεται ἵνα γένηται νῦν, καὶ ἐστὶν ἀναγκαῖον, ἐπειδὴ τότε οὐδὲν ἀνεγνώσθησαν.

ΡΟΔ. Καλῶς ἴστε πατέρες, ὅτι ὑμεῖς προετείνατε καὶ εἴπατε ὅπερ ἠθέλετε, καὶ ἐζητήσατε καὶ ἀπολογίας ἐπὶ τούτοις. καὶ διότι ἡ ὥρα τότε οὐκ ἔδωκεν, ἀνεβαλόμεθα ἵνα νῦν ἀπολογησώμεθα. θαυμάζομεν οὖν, διὰ τί νῦν τοιαῦτα λέγετε· οὐ γὰρ πρέπει νῦν ἀπὸ τούτων ἄρξασθαι ὧν λέγετε, καὶ ἀναγνῶναι τοὺς ὅρους.

Ο ΝΙΚΑΙΑΣ. Τὸ πρέπον ἢ μὴ πρέπον, ὅσον ἕνεκα γε τοῦ λέγειν, οὐκ ἀπὸ τοῦ ἀκούοντος, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ λέγοντος κεῖται. ἐξεῖναι γὰρ ἀνάγκη τῷ λέγοντι, λέγειν ἃ βούλοιτο. ὁ δὲ ἀκούων αὐτοῦ, μετὰ ταῦτα ἢ ἀποδέξεται, ἢ ἐπιτιμήσει καὶ ἐλέγξει τοὺς λόγους οὐκ ὄντας ἀναγκαίους καὶ ἀληθεῖς. καὶ ἡμῖν δεῖ ἐξεῖναι ἀναγ-



## SESSIO IV.

*Die quintodecimo Octobris feria quarta, congregata eſt.*

RHOD. OBTENTA prius gratia a beatiſſimo patre, & conceſſa facultate a ſereniſſimo imperatore, & patriarcha ſanctiſſimo, propoſita capita reſumemus.

EPHES. Nos initium fecimus, & volumus dicere quæcumque habemus.

RHOD. Permiſſa licentia a reverendiſſimis patribus reſpondebo: miror cur verba hæc proferas: heri objeciſti, quomodo ſit facta additio: deinde quæſiviſti, an permitteretur tibi dicere quæcumque ad rem noſtram ſpectant: quod etiam tibi dedimus.

EPHES. Diximus, ut primo definitiones ſynodorum legerentur, quod eo die non eſt factum: videtur ergo faciendum nunc: eſtque neceſſarium, quandoquidem non fuere tum lectæ.

RHOD. Bene noſtis patres, quod vos propoſuiſtis, & dixiſtis quod volebatis: & petiiſtis etiam, ut reſponderemus ad ea: quia vero tempus tunc non permiſit, dilata eſt reſponſio in poſterum: miramur propterea, cur ita nunc dicatis; non decet enim nunc initium ſumere ab iis quæ dicitis, & recitare definitiones.

NICÆNUS. Quid deceat, aut non deceat in diſputationibus, non ab audiente, ſed a dicente judicatur: neceſſe eſt enim, ut dicenti liceat proferre quæ vult: deinde vero qui illum audit, aut probabit, aut reprehendet, coarguetque ſermones ut non veros, ac non neceſſario concludentes.

SESSIO IV.

tes. Oportet ergo ex neceſſitate liceat nobis etiam ea proferre, quæ videntur conducere in rem propoſitam; quibus auditis poſtea vos quæ opus erit dicetis. Neſcio ergo, quæ cauſa ſit, quare nos audire non patiamini; ſed cum tantos, tamque longos ſermones produxeritis, mirari dicitis propter ea quæ nos dicimus. Nos autem Dei beneficio nullam videmur dare vobis cauſam, cur ita admiremini, ut dicitis. Quare vos animo admirari non arbitramur, quamvis id ore affirmetis. Sicut ergo nos mirantes animo, lingua tamen hoc non exprimimus; ita contra exploratum nobis eſt, vos, etſi hoc lingua dicitis, nequaquam tamen animo mirari: neque enim ullam vobis Deo propitio damus cauſam. Porro autem de ratione diſputandi, qua utimini, volo dicere: non videtur mihi utendum hujuſmodi diſputationibus prolixis; ita enim nunquam ad concluſionem aliquam perveniemus, neque inter nos quidquam conveniet. Oportet ergo dialectico more interrogationibus & reſponſionibus agere mutuis, atque ita concludere. Neceſſe eſt igitur, nobis quæſtionem proponentibus, ut ejus probationes audiatis tumque reſpondeatis: nos enim nullam quæſivimus reſponſionem, ut vos dicitis. Nam quomodo id agere potuimus, nondum argumentis noſtris prolatis?

JULIANUS CARDINALIS. Mihi placet quod dixit reverendiſſimus Nicænus, ut paucis concludantur rationes; idque ut fiat in unoquoque quæſito, concedo; nempe ut, cum propoſuerit qui diſputat, afferat etiam probationes, ſed oportet omnino ſtare conventis, ſine quibus nihil eſt agendum: dixit enim reverendiſſimus Epheſius, Romanam eccleſiam fuiſſe cauſam ſchiſmatis; & habendam eſſe quæſiti cujuſque notitiam, de quo ſumus acturi: deinde dixit, ut ſi videretur Coloſſenſem tum reſpondere, bene eſſet; ſin minus, in ſequenti ſeſſione reſponderet. Propterea obſecro, ut Coloſſenſem dicere ſinatis, & poſtmodum reſpondeatis, aut nunc, aut ſi vultis, in alia ſeſſione, dicturi quæcumque habetis.

NICÆN. Convenit quidem inter nos, ut veſtras audiremus defenſiones, ſed non quidquid omnino dixeritis. Oportet ergo nos noſtra priores dicere, deinde veſtras audire reſponſiones: hac enim lege veſtras poſtulavimus defenſiones, ubi nos ſcilicet noſtra protuliſſemus. Siquidem propter anguſtiam temporis quæ tunc erat, reverendiſſimus Epheſius ſciſcitatus eſt, an poſſet tunc dicere quæ vellet, atque ita quæ vos attuleritis, audire: quod ſi id fieri tunc commode non poſſet, ut poſtea in alia ſeſſione diceret quidem prior ipſe, veſtras autem poſtea reſponſiones audiret.

RHOD. Reverendiſſimi patres, ad ea quæ objeciſtis, non ſatis reſpondi: nunc igitur ut dicam, atque ad tria illa reſpondeam, rogo.

ISIDORUS RUSSIÆ. Ego paucis utar verbis, paucis enim veritas apertius declaratur. Vos alterum de duobus conceſſiſtis: & annuentibus vobis

ANNO CHRISTI 1438.

A χρὴ λέγειν τὰ δοκοῦντα συνοίσειν πρὸς τὸ προκείμενον. μετέπειτα δὲ ὑμεῖς ἀκούσαντες ἐρεῖτε τὰ δέοντα. οὐκ οἶδα οὖν τίς ἐστιν ἡ αἰτία, δι᾽ ἣν οὐκ ἀνέχεσθε ἀκοῦσαι ἡμῶν, ἀλλὰ τοσούτους καὶ οὕτω μακροὺς καταστείνατε λόγους, καὶ λέγετε θαυμάζειν ἐφ᾽ οἷς ἡμεῖς λέγομεν. καί τοι ἡμεῖς δοκοῦμεν τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ οὐδεμίαν ὑμῖν αἰτίαν παρέχειν τοῦ θαυμάζειν τοιοῦτον θαῦμα ὁποῖον φατέ. ὅθεν καὶ δοκοῦμεν μὴ θαυμάζειν ὑμᾶς τῇ ψυχῇ, εἰ καὶ τῷ στόματι τοῦτο λέγετε. ὥσπερ οὖν ἡμεῖς θαυμάζοντες τῇ ψυχῇ, τῇ γλώττῃ τοῦτο οὐ λέγομεν, οὕτως ἐκ τοῦ ἐναντίου πληροφορούμεθα περὶ ὑμῶν, ὅτι κἂν τῇ γλώττῃ λέγητε τοῦτο, τῇ γε ψυχῇ οὐ θαυμάζετε. οὐδὲ γὰρ B παρέχομεν ὑμῖν οὐδεμίαν αἰτίαν τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι. περὶ δὲ τοῦ τρόπου τῶν λόγων ὧν χρῆσθε, βούλομαι εἰπεῖν, ὅτι οὐ μοι δοκεῖ χρῆναι τοιαύταις χρήσασθαι μακρολογίαις περὶ τῶν διαλέξεων. οὕτω γὰρ οὐδέποτ᾽ ἂν εἰς τὸ συμπέρασμα κατηντήσαμεν, οὐδ᾽ ἂν συμβαίνημεν ποτέ. δεῖ δὴ διαλεκτικῶς κατὰ πεῦσιν καὶ ἀπόκρισιν ἀλλήλοις ἀπαντῶντας, οὕτω συμπεραίνειν τὸν λόγον. ἔστιν οὖν ἀνάγκη, ἡμῶν προβαλλομένων τὸ πρόβλημα, ἵνα ἀκούσητε καὶ τὰς τούτου συστάσεις, καὶ οὕτως ἀπολογήσεσθε. ἡμεῖς γὰρ ἀπολογίαν οὐκ ἐζητήσαμεν ὡς ὑμεῖς λέγετε. πῶς γὰρ ἐμέλλομεν τοῦτο ποιεῖν πρὸ τοῦ τὰ C ἴδια προκομίσαι.

IOULIANOS KARDINALIS. Ἐμοὶ ἀρέσκει ὅπερ εἶπεν ὁ αἰδεσιμώτατος Νικαίας, ἵνα διὰ βραχέων γίνωνται αἱ ἀποδείξεις· καὶ τοῦτο ἵνα γίνηται εἰς ἕκαστον πρόβλημα συγχωρῶ, ἵνα ὅταν προβάλληται ὁ λέγων, λέγῃ καὶ τὰς συστάσεις. ἀλλὰ δεῖ ἐν παντὶ ἵνα τηρῶνται αἱ συμφωνίαι, καὶ ἄνευ τούτων οὐδὲν δεῖ γίνεσθαι. εἶπε γὰρ ὁ αἰδεσιμώτατος Ἐφέσου, ὅτι ἡ ἐκκλησία τῆς Ῥώμης ἐγένετο αἰτία τοῦ σχίσματος, καὶ ὅτι ἵνα τυγχάνῃ γνώριμον τὸ πρόβλημα, περὶ οὗ μέλλομεν συντυγχάνειν. μετὰ ταῦτα εἶπεν, ὅτι ἐὰν φαίνηται, ἵνα ἀπολογήσηται τότε ὁ Κολοσσαεὺς, ἤδη καλόν. εἰ δὲ D μή γε, εἰς τὴν ἔπειτα συνέλευσιν ἀπολογήσεται ὁ Κολοσσαεύς. διὰ τοῦτο ἀξιῶ, ἵνα συγχωρήσητε τῷ Κολοσσαεῖ εἰπεῖν· καὶ μετὰ ταῦτα ἵνα ἀπολογήσησθε ἢ νῦν, ἢ ἐὰν θέλητε, εἰς ἄλλην συνέλευσιν ὅσα ἔχετε εἰπεῖν.

NIK. Ἐστὶ μὲν συμφωνία, δέξασθαι ἀπολογίας ὑμετέρας, οὐ μέντοι γε ὅ, τι φαίητε. δεῖ οὖν ἡμᾶς εἰπεῖν πρότερον τὰ ἡμέτερα, εἶθ᾽ οὕτως ἀκοῦσαι τὴν ὑμετέραν ἀπολογίαν· μετὰ γὰρ προσδιορισμοῦ ἀπῃτήσαμεν ἀφ᾽ ὑμῶν τὰς ἀπολογίας, δηλαδὴ μετὰ τὸ ἡμᾶς τὰ ἡμέτερα προκομίσαι. διὰ γὰρ τὸ τότε στενὸν τῆς ὥρας ἠρώτησεν ὁ αἰδεσιμώτατος Ἐφέσου, εἰ ἄρα τότε δυνατὸν εἰπεῖν ἃ βούλοιτο, καὶ οὕτως ἀκοῦσαι τὰ παρ᾽ ὑμῶν. E εἰ δὲ τοῦτο οὐκ εἴη τότε ῥᾴδιον, ἵνα μετὰ ταῦτα ἐν ἄλλῃ συνελεύσει εἴπῃ μὲν πρῶτος ἐκεῖνος, δέξηται δὲ μετέπειτα παρ᾽ ὑμῶν τὰς ἀπολογίας.

ROD. Αἰδεσιμώτατοι πατέρες, εἰς ἐκεῖνα ἃ προεβάλεσθε, οὐδὲν ἀπελογησάμην ἀρκοῦντως, νῦν οὖν παρακαλῶ, ἵνα εἴπω καὶ ἀπολογήσωμαι εἰς τὰ τρία.

Ο ΡΩΣΙΑΣ ΙΣΙΔΩΡΟΣ. Ἐγὼ χρήσομαι ῥήμασιν ὀλίγοις, διότι οἱ ὀλίγοι λόγοι παριστῶσι τὴν ἀλήθειαν καθαρώτερον. ὑμεῖς ἐδώκατε τῶν δύο τὸ ἕτερον, καὶ διὰ τοῦ θελήματος ὑμῶν ἐλά-



ANNO CHRISTI 1438.

ἐλάβομεν τὸ προτείνειν, καὶ προετείναμεν ὅτι οὐ δεῖ προστιθέναι· καὶ διὰ τοῦτο ἄφετε ἡμῖν ἵνα δείξωμεν τοῦτο, καὶ τότε ἀπολογήσεσθε· ἐπεὶ ὅσα ἐν προοιμίοις εἰπεῖν, εἴπατε· λοιπὸν δεῖ ἡμῖν εἰπεῖν, πῶς οὐ δεῖ προστιθέναι.

ΡΟΔ. Πρὸς τὰ τρία ἐγὼ ἀποκρινοῦμαι· εἰς μὲν τὸ πρῶτον τοῦ * διότι ἔχομεν μάρτυρα τὸν Ἀριστοτέλην· ὅτι δὲ προσεθήκατε καὶ τὴν αἰτίαν τοῦ διότι, ἐγὼ ἀποδείξω. εἴπατε, ὅτι οὐ δεῖ προσθεῖναι. μετὰ ταῦτα εἴπατε, ὅτι ἡ προσθήκη ἐγένετο αἰτία τοῦ σχίσματος τῶν ἐκκλησιῶν. καὶ ὅτι εἴπατε, εἰ καὶ ἡ ἐκκλησία τῆς Ῥώμης ἐποίησε πολλὰς πρεσβείας, ἀλλ᾽ οὖν οὐκ ἔστι δυνατὸν μὴ ἐκβληθείσης τῆς αἰτίας γενέσθαι ἕνωσιν. λέγω, ὅτι σωζομένης τῆς ὑμετέρας τιμῆς, οὐκ ἔστι τοῦτο κεκωλυμένον· καὶ τοῦτο δείξομεν διά τε τῆς παλαιᾶς καὶ νέας γραφῆς. ἡμεῖς γὰρ λέγομεν, ὅτι οὐκ ἔστι προσθήκη, ἀλλ᾽ ἀνάπτυξις καὶ σαφήνεια. καὶ εἰ ἔχομεν πολλὰς ἀποδείξεις, ὅμως λέγω, ὅτι δείξω καὶ διὰ τῶν ὅρων καὶ δι᾽ ἄλλων, ὅτι ἄδεια ἐστὶ προσθεῖναι καὶ ἀναπτύξαι.

* Id eſt τὸ ὅτι καὶ διότι.

ΝΙΚ. Ἐπὶ παντὶ προβλήματι ἔξεστιν εἰπεῖν καὶ τὰς συστάσεις, ἢ οὔ;

ΡΟΔ. Ἔξεστι.

ΝΙΚ. Ἡμεῖς οὐδεμιᾶς οὔπω αἰτίας ἡψάμεθα. εἴπατε οὖν ἡμῖν· ἔχομεν ἄδειαν εἰπεῖν καὶ τὰς ἀποδείξεις ἡμῶν, καὶ συστῆσαι τὸ ἡμέτερον πρόβλημα, ἢ βούλεσθε ἵνα ἐάσωμεν τὸ πρᾶγμα ἀναπολόγητον; καίτοι γε ἐπεδώκατε, ἵνα εἴπωμεν τὰς ἀποδείξεις ἡμῶν.

ΡΟΔ. Λέγω ὅτι ὁ μακαριώτατος πατὴρ καὶ πάντες συνεχώρησαν, ἵνα εἴπητε, εἰ θέλετε· πλὴν ἵνα εἴπωμεν ἡμεῖς πρῶτον τὴν ἀπολογίαν ἡμῶν, καθὼς ἐζητήσατε.

ΝΙΚ. Μὴ θῆτε θέσιν ὁμολογουμένην, ὅτι ἡμεῖς ἐζητήσαμεν ὑμετέρας ἀπολογίας ἁπλῶς· ἐζητήσαμεν γὰρ τοῦτο μετὰ προσδιορισμοῦ, δηλαδὴ μετὰ τὸ ἡμᾶς προκομίσαι τὰ δοκοῦντα συνοίσειν πρὸς τὸ προκείμενον. D λέγομεν γὰρ, ὅτι οὐ δεῖ προσθεῖναι· καὶ διὰ τῶν ἁγίων δείξομεν τοῦτο, ὅτι οὐ μόνον νοημάτων κωλύουσι πρόσθεσιν οἱ πατέρες, ἀλλὰ καὶ λέξεων. καὶ ἄλλως οὐ δυνάμεθα δεῖξαι, εἰ μὴ διὰ τῶν ὅρων τῶν ἁγίων πατέρων, οὓς καὶ ἀναγνωσθῆναι πρότερον χρεία, εἶτα ἀπολογήσασθαι καὶ ὑμᾶς.

ΡΟΔ. Ταῦτα εἴπατε καὶ τότε καὶ νῦν, καὶ πρὸς ταῦτα καὶ ἡμεῖς βουλόμεθα δοῦναι λόγον, καὶ δεῖξαι, ὅτι τοῦτο ὃ λέγετε, οὐκ ἔστιν ἀναγκαῖον· ἐπεὶ ἐντεῦθεν ἀκολουθοῦσι τρία ἄτοπα· πάντας ἀνθρώπους ὑπαιτίους εἶναι, καὶ εἰς ἀπώλειαν παντελῆ ἔσεσθαι· ἔτι τοὺς ἁγίους πατέρας ὑπὸ ἀνάθεμα εἶναι· καὶ ἔτι μεγάλην βλάβην ἀκολουθήσειν τοῖς πιστοῖς ἐκ τοῦ μὴ E ἀναπτύσσειν ἐξεῖναι.

Ο ΜΑΪΣΤΩΡ ΙΩΑΝΝΗΣ. Αἰδεσιμώτατοι πατέρες, ἡμεῖς συνήλθομεν ἐνταῦθα μετὰ ἀγάπης ἐπὶ τῷ ἐκβαλεῖν τὴν διαφορὰν τὴν ἡμετέραν, ἂν δῷ ὁ Θεός· δεῖ οὖν μετὰ εἰρήνης καὶ ἀγάπης χωρεῖν. ταύτην γὰρ καὶ πάντες οἱ ἅγιοι περὶ πολλοῦ ἄγουσι· καὶ ἐν τοῖς ᾄσμασι τῶν ᾀσμάτων λέγεται περὶ αὐτῆς, ὅτι ἡ ἀγάπη ἐστὶ νύμφη τοῦ ὄντως νυμφίου Χριστοῦ. δεῖ οὖν μετὰ ταύτης ἐπὶ τοὺς λόγους χωρεῖν, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὴν τάξιν τηρεῖν· ἔστι γὰρ ἡ τάξις ὁμοίων καὶ ἀνομοίων πραγμάτων διάθεσις, ἑκάστῳ ἴδιον τόπον

A proponendi munus ipſi aſſumpſimus, & propoſuimus non eſſe addendum: propterea permittite nobis, ut oſtendamus hoc, tumque reſpondebitis, nam quidquid initio habebatis dicere, dixiſtis, eſt igitur noſtrorum probare, non eſſe addendum.

SESSIO IV.

RHOD. Ego ad alia tria reſpondebo; & primo quidem ait, teſtem nobis eſſe Ariſtotelem, duos eſſe procedendi modos, Quia, & Propter quid: quod autem vos cauſam quoque reddideritis, atque adeo ipſum propter quid, ego demonſtrabo: dixiſtis non eſſe addendum: deinde, additamentum extitiſſe cauſſam ſchiſmatis eccleſiarum: poſtremo, B licet Romana eccleſia multas legationes miſerit, fieri tamen non poſſe ut ſit pax, niſi amota cauſa. Sed pace veſtra dico, non eſſe hoc prohibitum; idque tam ex veteri, quam ex novo teſtamento demonſtrabimus. Nos enim dicimus, non eſſe additamentum, ſed explicationem & declarationem. Et quamvis multæ ſuppetant demonſtrationes, dico tamen me probaturum & per definitiones & per alia, licitum eſſe addere & explicare.

NICÆN. In unaquaque quæſtione propoſita licet probationes afferre, nec ne?

RHOD. C Licet.

NICÆN. Nos nullam adhuc cauſam attigimus: dicite ergo nobis: Eſtne nobis integrum noſtras exponere probationes, noſtramque ſententiam confirmare: an vultis, ut rem ſine defenſione relinquamus? quamquam dediſti, ut rationes noſtras exponamus.

RHOD. Dico, beatiſſimum patrem, & omnes conceſſiſſe, ut ſi liberet, diceretis: ita tamen, ut prius ipſi noſtram redderemus apologiam, ſicut requiſiviſtis.

NICÆN. Ne ſupponite ut conceſſum, nos veſtras reſponſiones ſimpliciter requiſiviſſe: id enim certa conditione requiſivimus, nimirum ubi nos attuliſſemus ea quæ videntur D conferre ad rem propoſitam. Dicimus enim non eſſe addendum: & ſanctorum auctoritate demonſtrabimus, patres non ſolum prohibere addi ſententias, verum etiam dictiones: id vero alia ratione oſtendere non poſſumus, quam per ſanctorum patrum decreta, quæ prius etiam legi opus eſt: tumque vos reſpondere.

RHOD. Hæc & tunc dixiſtis & nunc: atque ad hæc nos etiam volumus reſpondere, & oſtendere non eſſe, quod aſſeritis, neceſſarium: quod ex eo tria ſequantur abſurda: omnes homines culpæ eſſe obnoxios, & fore penitus ſalutis exortes: præterea ſanctos patres eſſe anathemati ſub- E jectos, atque ad hæc magnum oriri fidelibus incommodum, ſi non ſit explicandi facultas.

MAGISTER JOANNES. Reverendiſſimi patres, nos huc amice convenimus ad tollendam Deo juvante controverſiam, quam habemus. Oportet igitur cum pace & caritate agere; hanc enim & omnes ſancti magnifaciunt; & in canticis canticorum de ea dicitur, quod ſponſa veri ſponſi Chriſti ſit caritas. Itaque cum ea ſermones inſtituendi ſunt, & propterea ſervandus etiam ordo: eſt enim ordo parium diſpariumque rerum ſua cuique loca tribuens diſpoſitio, juxta magnum doctorem Auguſtinum. Quoniam igi-

Cant. 1.

Lib. 19. de civit. Dei cap. 13.

SESSIO IV.

A igitur vos priores dixiſtis dicere jam nos oportet. Nam optime noſtis, in unoquoque quæſito duos eſſe procedendi modos, ut ipſe docet Ariſtoteles: unum quidem, cum ſermo per ſimplicem interrogationem habetur: alterum vero, cum propter quid, & cauſa additur. Cum igitur ſecundo modo quiſpiam interrogando utitur, proferat neceſſe eſt propoſitiones & cauſas, poſtmodum audiat reſpondentem. Cum vero ſimplicis quæſiti modo, ſtatim neceſſe eſt audiat, quæ a diſputante afferuntur defenſiones; quale etiam hoc eſt, in quo verſamur: ex quo apparet neceſſario, noſtrum jam eſſe dicere.

NICÆN. B Optime & doctiſſime dixiſti, pater. Et de caritate quidem, quod in omnibus diſputationibus ſervanda ſit, idem nos etiam ſæpe aſſeruimus; nec quidquam adjiciendum eſt, cum res ſit clariſſima. Ordo quoque ut dixiſtis, ſervandus eſt neceſſario. De poſtremo vero, nempe de duobus in unaquaque quæſtione procedendi modis, hæc dico. Si nos ſimpliciter noſtram exponeremus propoſitionem, quærentes quare addidiſtis? per modum ſcilicet interrogationis; oporteret certe ſtatim reddi a vobis rationem: nunc autem ſecundo uſi modo vos, C accuſavimus, dicentes: Cur feciſtis quod non licebat? quod vero non liceret, nondum oſtendimus. Reddendæ ſunt ergo prius a nobis cauſæ, ob quas non liceat; tumque veſtræ reſponſiones audiendæ: eſt enim hoc neceſſarium, & ipſius rei ordini conſentaneum.

JUL. CARD. Sereniſſime imperator, jubet pater beatiſſimus, ut a me verba quædam ad te & alios dicantur. Propter ea quæ ſunt heri tractata, credidit pater & ceteri fore, ut Rhodi præſul hodie reſponderet: quod ſi non eſſet, permiſiſſemus vobis ſermones producere longiores. Quapropter Rhodi archiepiſcopus paratus eſt dicere, quam ob cauſam ſit factum D additamentum: & quidem ille rogavit ſæpe, quoniam vero non placet, & bonum eſt inter nos eſſe pacem; & quemadmodum cum caritate ſumus ingreſſi, ita etiam debemus egredi cum caritate. Quocirca ſummo pontifici videtur, ut nihil hodie fiat; ſed qui delecti ſunt, diſputent privatim.

IMPERATOR. Reſpondemus ad hoc, ut in præſenti ſurgamus, ſi & vobis placet: de altero vero nihil dicimus, niſi conſiderandum eſſe prius, ut bene & cum pace fiat: atque rem, ſicuti oportet, agitemus: & quomodo dicas, ut delecti privatim, & non publice diſputent.

E Dimiſſa igitur ſeſſione eodem die factus eſt conventus in domicilio patriarchæ, eo ſe conferente ſacro imperatore, cardinalibus, & cunctis præſulibus, atque officialibus, & viris quibuſdam eccleſiaſticis: obnitentibus noſtris ac dicentibus, nullo modo velle ulterius progredi, ni definitiones legantur, & ſacrum ſymbolum. Itaque ſicut ipſi dicebamus, recitata ſunt ſequenti ſeſſione a Deo amabiliſſimo re-

ANNO CHRISTI 1438.

A παρέχουσα, κατὰ τὸν μέγαν διδάσκαλον Αὐγουστῖνον. ἐπεὶ οὖν ὑμεῖς πρότερον εἴπατε, νῦν ἡμᾶς δεῖ εἰπεῖν. καὶ γὰρ ἀκριβῶς ἴστε, ὅτι ἐπὶ παντὸς ζητήματος δύο τρόποι εἰσὶ προχωρήσεως, κατ' αὐτὸν τὸν Ἀριστοτέλην. ὁ μὲν ὅταν ὁ λόγος γίνεται δι' ἁπλῆς συζητήσεως, ὁ δὲ ὅταν καὶ τὸ διὰ τί προστίθεται καὶ ἡ αἰτία. ὅταν μὲν οὖν κατὰ τὸν δεύτερον τρόπον ποιῆται τις τὰς ἐρωτήσεις, ἀνάγκη αὐτὸν προβάλλεσθαι προτάσεις καὶ τὰς αἰτίας, εἶτα τοῦ ἀπολογουμένου ἀκοῦσαι· ὅταν δὲ κατὰ τὸν προτάσεως τρόπον, εὐθὺς ἀνάγκη καὶ τὰς παρὰ τοῦ προσδιαλεγομένου δέξασθαι ἀπολογίας, ὁποῖόν ἐστι καὶ τὸ νῦν προκείμενον· ἀφ' οὗ φαίνεται νῦν ὑμᾶς B ἀναγκαῖον εἰπεῖν.

ΝΙΚ. Ἄριστα καὶ σοφώτατα, πάτερ, εἶπας. περὶ μὲν οὖν τῆς ἀγάπης, ὅτι χρὴ τηρεῖν αὐτὴν ἐν πάσαις ταῖς διαλέξεσι, τοῦτο καὶ ἡμεῖς πολλάκις εἰρήκαμεν, καὶ οὐδὲν δεῖ προστιθέναι, ὡς σαφέστατον ὄν. ἀνάγκη δὲ καὶ τὴν τάξιν τηρεῖν, καθὼς ἔφης. περὶ δὲ τοῦ τελευταίου, δηλαδὴ τῶν ἐφ' ἑκάστῳ ζητήματι δύο τρόπων τῆς προχωρήσεως, λέγω ταῦτα· ὅτι εἰ μὲν ἁπλῶς ἐξετιθέμεθα τὸ ἡμέτερον πρόβλημα, ζητοῦντες διὰ τί προσεθήκατε, κατὰ τὸν τρόπον δηλαδὴ τῆς ζητήσεως, εὐθὺς ἂν ὑμᾶς ἔδει δοῦναι τὸν λόγον. νῦν δὲ τῷ δευτέρῳ τρόπῳ χρησάμενοι ἐνεκαλέσαμεν ὑμῖν, C λέγοντες, διὰ τί ἐποιήσατε ὃ μὴ ἐξῆν. ὅτι δὲ οὐκ ἐξῆν, οὔπω ἐδείξαμεν· δεῖ οὖν ἡμᾶς πρότερον ἀποδοῦναι τὰς αἰτίας τοῦ μὴ ἐξεῖναι, καὶ οὕτω τῶν ὑμετέρων ἀπολογιῶν ἀκοῦσαι, τοῦτο γὰρ ἀναγκαῖον καὶ ἀκόλουθον τῇ τάξει τοῦ πράγματος.

ΙΟΥΛ. ΚΑΡΔ. Γαληνότατε βασιλεῦ, ὁρίζει μὲν ὁ μακαριώτατος πατὴρ, ἵνα εἴπω λόγους τινὰς πρός σε καὶ τοὺς ἄλλους. διὰ τὰ * προχθὲς ἐνόμισεν ὁ πατὴρ καὶ οἱ ἄλλοι, ὅτι ὁ Ῥόδου θέλει σήμερον ἀπολογήσασθαι. καὶ ἐὰν ἐλλίπῃ τοῦτο, ἠθέλομεν ἀφῆσαι ὑμῖν εἰπεῖν πλατύτερον. διὰ τοῦτο ὁ ἀρχιεπίσκοπος Ῥόδου ἐστὶν ἕτοιμος εἰπεῖν, διὰ τίνα αἰ- D τίαν ἐγένετο ἡ προσθήκη. παρεκάλεσε δὲ πολλάκις· καὶ ἐπειδὴ οὐδὲν ἀρέσκει, καλόν ἐστιν, ἵνα μέσον εἰρήνη ἡμῶν· καὶ ὥσπερ μετ' ἀγάπης εἰσήλθομεν, οὕτως ὀφείλομεν ἐξελθεῖν καὶ μετ' ἀγάπης. διὰ τοῦτο φαίνεται τῷ ἄκρῳ ἀρχιερεῖ, σήμερον ἵνα μηδὲν γένηται, ἀλλ' ἰδίως ἵνα διαλέξωνται οἱ ἐκλελεγμένοι.

* ἐχθὲς

Ο ΒΑΣΙΛΕΥΣ. Ἀπολογούμεθα εἰς τοῦτο, κατὰ τὸ παρὸν ἵνα ἀναστῶμεν, εἰ καὶ ὑμῖν ἀρέσκει. περὶ δὲ τοῦ ἄλλου οὐδὲν ἀπολογούμεθα, εἰ μὴ ἵνα σκεψώμεθα πρότερον, ὅπως γένηται καλὸν καὶ εἰρηνικὸν καὶ ἵνα ἐξετάσωμεν αὐτὸ καθὼς δεῖ· καὶ τίνα τρόπον λέγεις, ἵνα διαλέξωνται οἱ ἐκλελεγμένοι ἰδίως καὶ οὐ κοινῶς. E

Λυθείσης οὖν τῆς συνόδου, τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἐγένετο συνάθροισις ἐν τῷ οἰκήματι τοῦ πατριάρχου, παραγενομένου ἐν αὐτῷ τοῦ βασιλέως τοῦ ἁγίου, τῶν καρδιναλίων, καὶ πάντων τῶν ἀρχιερέων, καὶ τῶν ἔξω κατακήλων, καὶ ἑτέρων τινῶν ἐκκλησιαστικῶν· ἐνισταμένων τῶν ἡμετέρων, ὡς κἂν εἴ τι καὶ γένηται, οὐ προβήσονται περαιτέρω, εἰ μὴ οἱ ὅροι ἀναγνωσθῶσι καὶ τὸ ἅγιον σύμβολον. καὶ καθὼς ἡμεῖς ἐλέγομεν, ἀνεγνώσθησαν τῇ ἐφεξῆς συνελεύσει παρὰ τοῦ θεοφιλεστάτου ῥεφερενδαρίου λαμπρᾷ τῇ φωνῇ ἐνώπιον πάντων.



A καὶ διηρμηνεύοντο εἰς τὸ Λατινικὸν παρὰ τοῦ ἡμετέρου ἑρμηνέως, κυροῦ Νικολάου Σεκουνδινοῦ τοῦ Κρητὸς, ἀνδρὸς πάνυ ἀρίστου, καὶ ἀξιολογωτάτου, καὶ ἄκρως μὲν ἐν τῇ τῶν Λατίνων γλώσσῃ ἐξησκημένου, καλῶς δὲ λίαν καὶ τὴν ἡμετέραν ἐπισταμένου· παρὰ δὲ τῶν γραμματικῶν τῶν τριῶν ἐκκλησιαστικῶν ταῦτα ἐγράφοντο.

## ΣΥΝΕΛΕΥΣΙΣ ε´

Ὀκτωβρίου ἕκτῃ καὶ δεκάτῃ, ἡμέρᾳ πέμπτῃ, ἐγένετο.

ΕΦΕΣ. ΕΠΕΙΔΗ ἐξητήθη μὲν παρ' ἡμῶν, ἐνεδόθη δὲ παρὰ τῆς ὑμετέρας αἰδεσιμότητος, μᾶλλον δὲ δι' ὑμῶν παρὰ τοῦ μακαριωτάτου πατρὸς, ἀναγνωσθῆναι τοὺς ὅρους τῶν ἁγίων καὶ οἰκουμενικῶν συνόδων, διά τε τὴν τάξιν αὐτὴν, καὶ τὸ ἔθος τὸ ἐν ταῖς αὐταῖς συνόδοις ἐπικρατῆσαν· ἀεὶ γὰρ ἐν ἑκάστῃ τούτων ἀνεγινώσκετο τὰ τῶν πρὸ αὐτῆς, μάλιστα δὲ τὸ τῆς πρώτης καὶ δευτέρας σύμβολον, ὃ καὶ ὡς θεμέλιον ὑπετίθετο τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας καὶ πίστεως· καὶ διὰ τὸ φανερὸν ἡμῖν γενέσθαι τὸ ἐκείνων φρόνημα, καὶ τὴν συμφωνίαν, καὶ τὴν εὐλάβειαν, ἣν εἶχον περὶ κοινὴν ὁμολογίαν καὶ πίστιν· καὶ διὰ τὸ συνάρασθαι ἡμῖν τὰς ἐκείνων εὐχὰς εἰς τὸ προκείμενον ἔργον· προεκομίσθησαν ἤδη παρ' ἡμῶν τὰ βιβλία, καὶ εἰ κελεύετε, ἀναγνωσθήσονται.

ΙΟΥΛ. ΚΑΡΔ. Αἰδεσιμώτατοι πατέρες, ἐξ ὁρισμοῦ τοῦ μακαριωτάτου πατρὸς καὶ τῶν αἰδεσιμωτάτων πατέρων τούτων, λέγω, ὅτι δίκαιόν ἐστιν ἵνα φυλάξωμεν τὰς ἡμετέρας συμφωνίας, ἃς συνεφωνήσαμεν κατὰ τὴν χθὲς ἡμέραν. ὅθεν εἰ καὶ ὁ καιρὸς ἐδίδου, τὸν τῆς Ῥόδου ἀρχιεπίσκοπον ἀπολογήσασθαι πρὸς τὰ ἐξ ἀρχῆς εἰρημένα παρὰ τοῦ μητροπολίτου Ἐφέσου, καθάπερ ἦν παρεσκευασμένος, ἀλλ' οὖν προχωρήσατε καθὼς βούλεσθε· καὶ εἰ θέλετε τοὺς ὅρους ἀναγνωσθῆναι, ἀναγνωσθήτωσαν ἐν ταῖς ὑμετέραις συστάσεσιν ὡς ὑμέτερον δίκαιον, οὐ μὴν ὡς ἀπὸ κοινῆς ἢ ἡμετέρας θελήσεως. D

Τούτων οὕτω ῥηθέντων παρὰ τοῦ καρδιναλίου Ἰουλιανοῦ, ὁ Ἐφέσου κατὰ συνάφειαν τῶν πρότερον εἰρημένων ἐπήγαγεν.

ΕΦΕΣ. Ἀναγνωσθήσονται δὲ οὐχ ὅλοι οἱ ὅροι διὰ τὸ μῆκος, τουτέστιν οὐχ ὁλόκληροι, ἀλλὰ μέρη τούτων, ὅσα ἀνήκει πρὸς τὴν παροῦσαν ὑπόθεσιν. καὶ ἐπειδὴ τῆς πρώτης καὶ τῆς δευτέρας οὐκ εἰσὶν ἕτεροι ὅροι περὶ τῶν θείων δογμάτων, εἰ μὴ αὐταὶ αἱ ἐκθέσεις τῆς πίστεως, ἤτοι τὰ σύμβολα, μᾶλλον δὲ τὸ σύμβολον· ὡς ἓν γὰρ ἐδέχθη καὶ ἐκυρώθη παρὰ τῶν ἐφεξῆς συνόδων· ἀρξώμεθα ἀπὸ τῶν πρακτικῶν τοῦ βιβλίου τῆς τρίτης συνόδου, ἐν ᾧ δὴ βιβλίῳ προ- E λάμπει μὲν καὶ προτέτακται τὸ σύμβολον τῶν ἐν Νικαίᾳ πατέρων, ἐπιφέρεται δὲ ὁ ὅρος αὐτῶν δὴ τῶν ἐν Ἐφέσῳ συνελθόντων πατέρων, διοριζομένων, ἀσάλευτον μένειν καὶ ἀμετάτρεπτον ἐκεῖνο τὸ σύμβολον· παρακαλοῦμεν δὲ τὴν ὑμετέραν ἀγάπην, μετὰ πάσης μακροθυμίας καὶ ὑπομονῆς ἀκοῦσαι τάς τε φωνὰς ἀναγινωσκομένας τῶν μακαρίων ἐκείνων πατέρων, τῶν τοσούτων ἐκείνων τὸ πλῆθος καὶ τηλικούτων τὴν ἀρετὴν, καὶ τὰς ἡμετέρας δικαιολογίας, ἃς ἔχομεν, καὶ μεταξὺ τῆς ἀναγνώσεως, καὶ

SESSIO V.

A ferendario clara voce coram omnibus, convertente in Latinum ea domno Nicolao Secundino Cretenſi, noſtro interprete, viro longe optimo ac præſtantiſſimo, pariterque in lingua Latina apprime exercitato, Græceque optime ſciente: quæ a tribus eccleſiaſticis notariis ſcribebantur.

## SESSIO V.

*Die decimoſexto Octobris, feria quinta, congregata eſt.*

EPHES. B QUONIAM a nobis quidem poſtulatum eſt, a veſtra autem reverentia conceſſum, imo vero per vos a beatiſſimo patre, ut ſanctarum & œcumenicarum ſynodorum definitiones legantur; tum ut ordo ipſe ſervetur, & conſuetudo, quam eadem concilia tenuerunt; in unaquaque enim ſuperiorum ſynodorum decreta recitabantur, præſertim vero ſymbolum primæ & ſecundæ: quod etiam veluti fundamentum eccleſiæ catholicæ ac fidei jaciebatur: tum ut nobis nota ſint & ſenſus eorum & convenientia, nec non reverentia, qua communem C confeſſionem ac fidem proſequebantur: utque præterea nobis preces eorum auxilio ſint ad propoſitum opus: prolati ſunt modo a nobis libri, ut legantur, ſi placet.

JUL. CARD. Reverendiſſimi patres, juſſu beatiſſimi patris, & reverendiſſimorum patrum horum dico, juſtum eſſe, ut pacta noſtra ſerventur, quæ ſimul heri confecimus. Quare etſi Rhodi archiepiſcopo licebat per tempus reſpondere ad ea, quæ dixit initio metropolita Epheſi: ad quod ille agendum paratus erat, facite tamen ut vultis; & ſi placet legi definitiones, legantur, ut probationum pars, D quibus ſententiam veſtram fulcire vultis, non tamen ex communi ſive noſtro conſenſu.

His ita dictis a Juliano cardinali, Epheſius continuato ſermone dixit:

EPHES. Recitabuntur autem non integræ definitiones: id enim longum eſſet; ſed partes earum, quæ ſpectant ad præſens negotium. Et quoniam primæ & ſecundæ non extant de divinis dogmatibus aliæ definitiones, quam ipſæ fidei expoſitiones, vel ſymbola ſive potius ſymbolum: pro uno quippe receptum & approbatum eſt a conſequentibus ſynodis: ordiamur ex actis libri tertiæ ſynodi; E In quo ſane libro prælucet, ac primo loco poſitum eſt ſymbolum patrum Nicænorum, ſubſequitur autem definitio patrum Epheſi congregatorum, ſtatuentium ſymbolum illud fixum & immutabile permanere. Rogamus autem caritatem veſtram, ut cum omni longanimitate ac patientia audiatis voces, dum leguntur beatorum illorum patrum, adeo multorum, tanta virtute præditorum; nec non rationes, quas pro noſtræ cauſæ defenſione habemus, tum inter legendum afferendas, tum peracta recitatio-

Sessio V.

tatione, ad probandum quod initio propoſuimus: Unam nimirum eſſe debere apud omnes Chriſtianos catholicam fidem, cui non liceat addere: de qua non liceat demere.

His dictis lecta eſt definitio.

*Expoſitio fidei trecentorum decem & octo deiferorum patrum, qui Nicæam convenerunt.*

Concil. III, act. 2.

CREDIMUS in unum Deum Patrem omnipotentem, omnium viſibilium & inviſibilium factorem. Et in unum dominum Jeſum Chriſtum Filium Dei natum ex Patre, hoc eſt ex Patris ſubſtantia, unigenitum, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum, non factum; conſubſtantialem Patri, per quem omnia facta ſunt, & quæ in cœlo, & quæ in terra: qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit, & incarnatus eſt, & homo factus, paſſus eſt, & reſurrexit tertia die, & aſcendit in cœlos, & ſedet in dextera Patris, & venturus eſt judicare vivos & mortuos: Et in Spiritum ſanctum. Eos autem, qui dicunt, Erat aliquando, quando non erat; & antequam naſceretur non erat, & quod factus eſt ex non exiſtentibus, aut ex alia ſubſtantia, vel eſſentia; aut qui Filium Dei mutabilem, aut alterabilem eſſe affirmant, hos anathematizat ſancta Dei catholica & apoſtolica eccleſia.

Poſt hæc ſubdidit Epheſius.

Ephes. Hoc autem lecto in tertia œcumenica ſynodo, recitatum eſt etiam ſymbolum a Neſtorianis confictum, & dictæ ſunt a patribus de eo ſententiæ. Deinde poſitum eſt decretum communi omnium conſenſu, quo ſtatuunt, Nicænum ſymbolum inconcuſſum & incommutabile permanere; & nulli fas eſſe aut addere, aut adimere, aut omnino aliam fidem proferre: ita vero habet.

His igitur lectis, ſtatuit ſancta ſynodus, alteram fidem nemini licere proferre, id eſt conſcribere aut componere præter definitam a ſanctis patribus, qui Nicææ congregati ſunt in Spiritu ſancto. Eos vero, qui auſi fuerint aut componere fidem alteram, id eſt proferre, vel offerre volentibus converti in agnitionem veritatis ſive ex gentilitate, ſive ex Judaiſmo, ſive ex qualicumque hæreſi: hos, ſi quidem epiſcopi ſint, aut clerici, alienos eſſe epiſcopos ab epiſcopatu, & clericos a clericatu, ſi vero laici fuerint, anathemati ſubjici.

Poſt hujus definitionis lectionem ſubjunxit Epheſius:

Ephes. Hoc loco duo quærenda. Primum quidem; Cur hæc ſynodus per has voces communiat hoc ſymbolum, ſtatuatque nemini licere ipſum immutare; quod illæ priores ſynodi de ſeipſis non ſtatuerunt; nihil enim tale reperitur aut a ſancta prima ſynodo de ſuo ſymbolo ſtatutum, aut a ſecunda de ſymbolo primæ & ſuo. Alterum vero, quomodo hi pa-

περὶ τὸ πέλος αὐτῆς, πρὸς τὸ προτεθὲν ἡμῖν ἐξ ἀρχῆς, ὅτι μίαν εἶναι δεῖ παρὰ πᾶσι Χριστιανοῖς τὴν καθολικὴν πίστιν, καὶ ἐπ' αὐτῇ οὐκ ἔστι προσθεῖναι, καὶ ἀπ' αὐτῆς οὐκ ἔστιν ἀφελεῖν.

Τούτων ῥηθέντων, ἀνεγνώσθη ὁ ὅρος.

Ἔκθεσις πίστεως τῶν ἐν Νικαίᾳ συνελθόντων τριακοσίων ὀκτωκαίδεκα θεοφόρων πατέρων.

ΠΙΣΤΕΥΟΜΕΝ εἰς ἕνα Θεὸν πατέρα παντοκράτορα, πάντων ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων ποιητήν· καὶ εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, γεννηθέντα ἐκ τοῦ πατρὸς μονογενῆ, τουτέστιν ἐκ τῆς οὐσίας τῆς τοῦ πατρὸς, Θεὸν ἐκ Θεοῦ, φῶς ἐκ φωτὸς, Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ, γεννηθέντα οὐ ποιηθέντα, ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο τά τε ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ ἐν τῇ γῇ· τὸν δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα, καὶ σαρκωθέντα, καὶ ἐνανθρωπήσαντα, παθόντα καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς καθήμενον, καὶ ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς· καὶ εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα· τοὺς δὲ λέγοντας, ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν· καὶ πρὶν γεννηθῆναι οὐκ ἦν· καὶ ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων ἐγένετο, ἢ ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως ἢ οὐσίας φάσκοντας εἶναι, ἢ τρεπτὸν, ἢ ἀλλοιωτὸν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τούτους ἀναθεματίζει ἡ ἁγία τοῦ Θεοῦ καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία.

Καὶ μετὰ τοῦτο προσέθηκεν ὁ Ἐφέσου.

Τούτου δὲ ἀναγνωσθέντος ἐν τῇ οἰκουμενικῇ τρίτῃ συνόδῳ, μετὰ τοῦτο ἀνεγνώσθη τὸ παραπλασθὲν σύμβολον παρὰ τῶν τὰ Νεστορίου φρονούντων· καὶ αἱ ἐπ' αὐτῷ καταθέσεις, καὶ γνῶμαι τῶν πατέρων ἐρρήθησαν. ἔπειτα κεῖται ὅρος κοινῇ γνώμῃ πάντων, ἐν ᾧ διορίζονται μένειν ἀσάλευτον καὶ ἀμετάποίητον τὸ ἐν Νικαίᾳ σύμβολον, μηδενὶ ἐξεῖναι μήτε προστιθέναι, μήτε ἀφαιρεῖν, μήτε ὅλως ἑτέραν πίστιν προφέρειν. ἔχει δὲ οὕτως.

Τούτων τοίνυν ἀναγνωσθέντων, ὥρισεν ἡ ἁγία σύνοδος, ἑτέραν πίστιν μηδενὶ ἐξεῖναι προφέρειν, ἤγουν συγγράφειν, ἢ συντιθέναι παρὰ τὴν ὁρισθεῖσαν παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ συναχθέντων ἐν ἁγίῳ πνεύματι. τοὺς δὲ τολμῶντας ἢ συντιθέναι πίστιν ἑτέραν, ἤγουν προκομίζειν, ἢ προφέρειν τοῖς ἐθέλουσιν ἐπιστρέφειν πρὸς ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας, ἢ ἐξ Ἑλληνισμοῦ, ἢ ἐξ Ἰουδαϊσμοῦ, ἢ ἐξ αἱρέσεως οἱασδηποτοῦν, τούτους, εἰ μὲν εἶεν ἐπίσκοποι ἢ κληρικοὶ, ἀλλοτρίους εἶναι, τοὺς ἐπισκόπους τῆς ἐπισκοπῆς, καὶ τοὺς κληρικοὺς τοῦ κλήρου· εἰ δὲ λαϊκοὶ εἶεν, ἀναθεματίζεσθαι.

Μετὰ δὲ τὴν τοῦ ὅρου τούτου ἀνάγνωσιν εἶπε ταῦτα ὁ Ἐφέσου.

Ἐνταῦθα γενομένους ἡμᾶς δύο ζητῆσαι ἄξιον. πρῶτον μὲν, τίνος χάριν ἀσφαλίζεται ἡ σύνοδος αὕτη τοῦτο τὸ σύμβολον διὰ τῶν τοιούτων φωνῶν, καὶ διορίζεται μηδενὶ ἐξεῖναι μεταποιεῖν αὐτὸ, ἃ μηδαμῶς ἐκεῖναι αἱ προλαβοῦσαι σύνοδοι περὶ ἑαυτῶν διωρίσαντο. οὐδὲ γὰρ εὑρίσκεταί τι τοιοῦτον, οὔτε ἡ ἁγία πρώτη σύνοδος περὶ τοῦ ἑαυτῆς συμβόλου διορισαμένη, οὔτε ἡ δευτέρα περὶ τοῦ τῆς πρώ-



Anno Christi 1438.

της καὶ ἑαυτῆς. δεύτερον ζητητέον, πῶς οἱ πατέρες οὗτοι τῆς τρίτης συνόδου, τοῦ τῆς πρώτης μόνου συμβόλου μνησθέντες, καὶ περὶ ἐκείνου τὸν ὅρον ἐκθέμενοι, τὸ τῆς δευτέρας παρέλιπον. καὶ πρὸς μὲν τὸ πρῶτον ἀπολογούμεθα κατὰ πρώτην προσβολὴν ἐξ αὐτῆς τῆς τοῦ πράγματος φύσεως, ὅτι οὕτως ἐγένετο, ὥσπερ ἔδει γενέσθαι. τὸ μὲν γὰρ αὐτὰς τὰς συνόδους τὰς ἐκθεμένας, τὸ σύμβολον περὶ ἑαυτῶν ἀποφήνασθαι, τὴν οἰκείαν ἔκθεσιν ἀμετάποίητον μένειν, καὶ μηδενὶ ἐξεῖναι ταύτῃ προσθεῖναι ἢ ἀφελεῖν, ἔδοξεν ἂν περιαυτολογία καὶ φορτικόν τι πρᾶγμα. τὸ δὲ τοὺς μετὰ ταῦτα πατέρας οὐδὲν ἢ μικρὸν ἀποδέοντας ἐκείνων τό, τε πλῆθος καὶ τὴν ἀρετὴν, ἐπισφραγίσαι τε καὶ ἐπικυρῶσαι τὴν ἐκείνων ἔκθεσιν, καὶ διορίσασθαι μένειν ἀμετάποίητον, τοῦτο καὶ εὔλογον ἦν, καὶ προσῆκον, καὶ τοῖς ἀκούουσιν εὐπαράδεκτον, καὶ ἀναγκαῖον ἄλλως. τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν ἁγίων εὐαγγελίων ἐγένετο, καὶ τῶν ἀποστολικῶν ῥημάτων, καὶ πάσης τῆς νέας διαθήκης. ὅτι αὐτὰ μὲν περὶ ἑαυτῶν οὐ λέγουσι, μηδενὶ ἐξεῖναι μέχρι λέξεως, ἢ συλλαβῆς προσθεῖναι, ἢ ἀφελεῖν. οἱ δὲ τῶν ἀποστόλων διάδοχοι, καὶ οἱ μετὰ ταῦτα πατέρες ἔδωκαν αὐτοῖς τὴν τοιαύτην τιμὴν. καὶ οὐδεὶς τολμήσας προσθεῖναι, ἢ ἀφελεῖν κἂν τὸ τυχὸν, ἐν Χριστιανοῖς λογισθήσεται· τὴν αὐτὴν τιμὴν δεδώκασιν οἱ πατέρες οὗτοι διὰ τῶν εἰρημένων φωνῶν τῷ ἐκτεθέντι συμβόλῳ παρὰ τῶν τῆς πρώτης τε καὶ δευτέρας συνόδων πατέρων. ἀλλὰ δὴ καὶ οἱ μετὰ ταῦτα πατέρες ἐν ταῖς λοιπαῖς συνόδοις διὰ τῶν οἰκείων ὅρων, ὡς ἑξῆς δειχθήσεται. δευτέραν δὲ ἀπολογίαν ἀπὸ τῶν συμβεβηκότων ποιούμεθα, ὅτι μετὰ τὴν γενομένην περὶ τῆς πίστεως ἔκθεσιν τῆς πρώτης συνόδου, διελθόντων χρόνων οὐκ ὀλίγων ἄχρι καὶ τῆς δευτέρας, ἐγένοντο μεταξὺ κατὰ διαφόρους τόπους ὑπὸ μερικῶν συνόδων πλείους ἐκθέσεις ἢ τριάκοντα· αἵ τινες ἐκθέσεις ἀφαιροῦσαι τὴν τοῦ ὁμοουσίου λέξιν, σκανδαλίζουσα κακοὺς πολλούς, ἐν τοῖς λοιποῖς πολλὴν εἶχον τὴν ὁμοιότητα πρὸς τὴν πρώτην ἐκείνην ἔκθεσιν· ὅθεν καὶ ἡ δευτέρα σύνοδος πολλῷ μᾶλλον ἐκείνων ἐξουσίαν ἔχουσα τοῦτο ποιεῖν, ἅτε καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου ἀξίωμα κεκτημένη, ἀνέπτυξε τὸ τῆς πρώτης σύμβολον, διὰ τοὺς Πνευματομάχους τὴν περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος θεολογίαν ἐκθεμένη πλατύτερον· ὁμοίως ἀνέπτυξε καὶ τὸ περὶ τῆς οἰκονομίας τοῦ Θεοῦ λόγου δόγμα, διὰ τὴν αἵρεσιν Ἀπολιναρίου προσθεῖσα τῷ, σαρκωθέντα, τὸ, ἐκ πνεύματος ἁγίου καὶ Μαρίας τῆς παρθένου. τοῦτο γὰρ οὐ κεῖται ἐν τῷ τῆς πρώτης συμβόλῳ· ταῦτα μὲν οὖν ἐποίησεν αὐτὴ, καὶ κατὰ τὴν μέχρι τότε ἐπικρατήσασαν ἄδειαν, οὔπω γὰρ ἐκεκώλυτο, καὶ ὡς οἰκουμενικὴ σύνοδος· καὶ ποιησαμένη τὴν τοιαύτην ἀνάπτυξιν, καὶ περὶ τὰς λέξεις ἐναλλαγὴν, οὐδ' αὕτη τὸ μὴ ἐξεῖναι προσθεῖναι ἢ ἀφελεῖν διωρίσατο, διά τε τὰς εἰρημένας αἰτίας, καὶ ἵνα μὴ δόξῃ τοῖς ἄλλοις, ἐναντία ὧν ἐποίησεν αὐτὴ, διορίζεσθαι. ἀλλ' ἡ ἐξουσία τῆς μεταποιήσεως αὕτη προσβλαβὴς τῇ ἐκκλησίᾳ ἐγένετο. καὶ γὰρ λαβόμενοι τῆς ἀδείας ταύτης οἱ τὰ Νεστορίου φρονοῦντες, παρεποίησαν τὸ ἐν Νικαίᾳ σύμβολον, ἐνθέντες αὐτῷ δόγματα τῆς ἐκκλησίας ἀλλότρια, καὶ τοῖς βαπτιζομένοις ἐδίδουν ὡς μάθημα πίστεως. τοῦτο τὸ παραπλασθὲν σύμ-

Sessio V.

tres tertiæ ſynodi facta ſolum mentione ſymboli primæ, deque illo decretum edentes, prætermiſerint ſymbolum ſecundæ. Et ad primum quidem reſpondemus quod primo aſpectu ex ipſa rei natura occurrit; ita ſcilicet eſſe factum, ut factum oportuit: res enim viſa eſſet odioſa, ſi illæ ſynodi quæ ſymbolum expoſuerunt, in ſuam ipſarum commendationem de ipſis decrevissent, ut ſua expoſitio immutabilis permaneret, nullique liceret illi addere, vel detrahere: ut vero patres poſteriores, a numero & virtute priorum aut nihil aut parum diſtantes, obſignarent, & ſtabilirent expoſitionem eorum, ſtatuerentque illam manere intactam; id ſane rationi conſonum erat & conveniens, quodque audientes libenter admitterent, & plane neceſſarium. Hoc ipſum factum cernimus in ſanctis evangeliis, verbis apoſtolicis, & univerſo teſtamento novo. Nam illa de ſeipſis non dicunt, Nulli addere, aut demere liceat vel dictionem, vel ſyllabam: at vero ſucceſſores apoſtolorum, & qui poſtea fuere patres, hunc eis honorem tribuerunt: nec quiſquam auſus adjicere, aut adimere vel minimum, in Chriſtianorum numero reponetur. Eumdem honorem detulere patres iſti per dictas voces ſymbolo expoſito a patribus ſynodorum primæ & ſecundæ; quin & poſteriores patres in reliquis conciliis per ſuas definitiones, ut infra oſtendetur. Alterum quoque ad hoc damus reſponſum ex iis, quæ fieri contigit. Nam poſt factam a prima ſynodo fidei expoſitionem, tranſactis non paucis annis uſque ad ſecundam, medio illo tempore diverſis in locis a provincialibus conciliis factæ ſunt ſupra triginta expoſitiones, in quibus ſublata voce illa, *conſubſtantialis*, qua multi offendebantur, reliqua ſunt valde ſimilia primæ illi expoſitioni. Quapropter & ſecunda ſynodus multo majore, quam illæ, auctoritate pollens, utpote œcumenici concilii dignitate prædita, explanavit ſymbolum prioris, latius explicans quæ ſpectant ad ſancti Spiritus divinitatem propter ejus oppugnatores. De incarnatione quoque Dei Verbi dogma ſimiliter explicavit propter hæreſin Apollinarii, addens voci illi, Incarnatus, illud, De Spiritu ſancto & Maria virgine: hoc enim non habetur in ſymbolo primæ. Hæc igitur ab ea facta ſunt, tum quia illa tempora facultas ea vigebat; nondum quippe interdictum erat; tum etiam ut a ſynodo œcumenica. Cumque ita explicaſſet, dictioneſque immutaſſet, nec ipſa tamen ſanxit, quo minus liceret addere vel auferre, tum ob dictas cauſas, tum etiam ne videretur ſtatuere iis, quæ ipſamet fecit, contraria. Verum hæc licentia immutandi damnum attulit eccleſiæ. Ea ſiquidem uſi Neſtoriani Nicænum ſymbolum depravarunt, inſerentes in eo dogmata, quæ non agnoſcit eccleſia, quod etiam veluti fidei inſtitutionem tradebant iis, qui baptiſmo initiabantur. Hoc depravatum

SESSIO V.

vatum ſymbolum cum lectum eſſet in hac tertia ſynodo, cauſa fuit, ut caveretur in poſterum, ne traſmutare liceret: Statutum quippe fuit a patribus, nulli deinceps patere licentiam immutandi quovis modo ſymbolum Nicænum, quod idem eſt ac dicere, Conſtantinopolitanum: virtute enim continetur in illo, amboque pro uno ſunt habita, ut poſtea planum fiet. Eam porro licentiam, quæ uſque ad ea tempora patuerat, ſibiipſis præcludunt & reliquis omnibus: itaque re ipſa juſſa ſua confirmarunt: Nam vocem illam, deiparæ, quam adverſus Neſtorii nugas tunc ratam habuere, non ſunt auſi addere ſymbolo: cum alioquin eſſet ad exprimenda dogmata œconomiæ ſalvatoris adeo pernecesſaria. Venio ad ſecundum, reſpondeoque cur hi ſancti patres non meminerint ſecundæ ſynodi, ſed de uno primæ ſymbolo decretum ediderint. Quod igitur hæc duo ab illis ut unum accepta fuerint, liquet tum ex re ipſa, tum ex generalibus conciliis, quæ poſtea ſunt celebrata. Conſtat enim illos neque ſymbolum ſecundæ ignoraſſe, neque cognitum deſpexiſſe; qui enim deſpicerent, quod poſtmodum conſenſu omnium adeo comprobatum eſt, totoque terrarum orbe receptum? Verum hæc duo ſumunt pro uno, ſicut & reliquæ ſynodi: de ſolo autem ſymbolo primæ mentionem faciunt, tum pro ejus dignitate; nam & majorem patrum habuit numerum, & prima fuit, reliquarumque omnium veluti fundamentum, tum quod ejus ſymbolum in uſu eſſet apud Chriſtianos: quoque præterea plures per illud baptizarentur: mentione igitur illius facta, veluti uſu recepti, ac virtute alterum continentis, hoc prætermittunt. Tertio; qui ſermones diſponunt in judicio, quemadmodum ex ſcripturis eas colligunt ſententias quæ faciunt ad propoſitum, ita etiam hi patres immutationem nunc primum interdicentes, primum illud atque immutabile aſſumunt, cum quo videlicet [illegible] intelligitur, ut quod pe[illegible] immutatio. In hoc libro actorum tertiæ ſynodi variæ beati Cyrilli habentur epiſtolæ, qui princeps erat illius ſynodi, locumque obtinebat & ſenſum ſanctiſſimi papæ Cœleſtini. Ex his ea pars epiſtolæ, quæ dicitur unionis, ad Joannem Antiochenum recitabitur, eadem quæ ſynodus de ſymbolo ſtatuens, ne videlicet cuiquam liceat vel dictionem vel ſyllabam omnino in dicto ſacro ſymbolo immutare, ita vero ſe habet: Nullo modo patimur, ut ab aliquo fides illa, ſive fidei ſymbolum concutiatur, quod a ſanctis quondam patribus Nicænis editum eſt. Neque enim aut nobis, aut ulli omnino alteri vel unam voculam ibi poſitam immutare, aut unam etiam ſyllabam præterire permittimus: memores ejus qui dixit: *Ne transferas terminos antiquos, quos poſuerunt patres tui*. (Prov. 22.) non enim loquebantur illi, ſed ipſe Spiritus Dei Patris, qui procedit quidem ex ipſo, non eſt tamen alienus a Filio ſecundum eſſentiæ rationem.

βολον ἀναγνωσθὲν ἐν ταύτῃ τῇ τρίτῃ συνόδῳ, αἴτιον ἐγένετο πρὸς τὸ λοιπὸν κωλυθῆναι ταύτην τὴν τῆς μεταποιήσεως ἄδειαν. διωρίσαντο γὰρ οἱ πατέρες, μηκέτι λοιπὸν ἐξεῖναι μηδενὶ μεταποιεῖν ὅλως τὸ ἐν Νικαίᾳ σύμβολον, ταυτὸν δὲ εἰπεῖν τὸ ἐν Κωνσταντινουπόλει· δυνάμει γὰρ ἐν αὐτῷ περιέχεται, καὶ ὡς ἓν ἄμφω λελόγισται, καθὼς ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα δειχθήσεται. ταύτην δὲ τὴν ἄδειαν τὴν μέχρι τότε ἐπικρατήσασαν, καὶ ἑαυτῶν ἀφαιροῦνται καὶ πάντων τῶν ἄλλων· καὶ δὴ καὶ τοῖς ἔργοις αὐτοῖς ὅσπερ εἶπον ἐπεμαρτύρησαν. τὴν γὰρ τῆς θεοτόκου φωνὴν, ἣν ἐκύρωσαν τότε τοῖς Νεστορίου ληρήμασιν ἐναντίως, οὐκ ἐτόλμησαν τῷ συμβόλῳ προσθεῖναι, καὶ ταῦθ' οὕτως ἀναγκαιοτάτην οὖσαν ἐν τοῖς τῆς οἰκονομίας τοῦ σωτῆρος δόγμασι. νῦν ἔρχομαι πρὸς τὸ δεύτερον ἀπολογησόμενος, διὰ τί τῆς δευτέρας συνόδου οὐκ ἐμνημονεύκασιν οἱ θεῖοι πατέρες οὗτοι, ἀλλὰ περὶ μόνου τοῦ τῆς πρώτης συμβόλου τὸν διορισμὸν ἐποιήσαντο. ὅτι μὲν οὖν ὡς ἓν ἀμφότερα ταῦτα ἐδέξαντο, δῆλόν ἐστι καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦ πράγματος, καὶ ἐκ τῶν μετὰ ταῦτα γενομένων οἰκουμενικῶν συνόδων. δῆλον γάρ ἐστιν, ὅτι οὔτε ἠγνόησαν τὸ τῆς δευτέρας, οὔτε εἰδότες αὐτὸ κατεφρόνησαν· πῶς γὰρ τὸ μετὰ ταῦτα στερχθὲν οὕτω καὶ κυρωθὲν καὶ κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐπικρατῆσαν; ἀλλὰ δέχονται μὲν ἄμφω ταῦτα ὡς ἓν καθάπερ καὶ αἱ λοιπαί. μέμνηνται δὲ τοῦ τῆς πρώτης μόνου, διά τε τὸ ἀξίωμα τῆς συνόδου ἐκείνης, ὅτι τε ἐκ πλειόνων πατέρων· καὶ ὅτι πρώτη, καὶ ὥσπερ θεμέλιος τῶν ἑξῆς ἁπασῶν· καὶ δεύτερον, ὅτι τὸ ἐκείνης σύμβολον ἐπεκράτει παρὰ τοῖς Χριστιανοῖς· ἔτι καὶ δι' ἐκείνου οἱ πλείονες ἐβαπτίζοντο. μεμνημένοι τοίνυν ὡς ἐπικρατοῦντος ἐκείνου, καὶ ὡς δυνάμει τὸ δεύτερον περιέχοντος, τοῦτο παραλιμπάνουσι. τρίτον, οἱ οἰκονομοῦντες τοὺς λόγους ἐν κρίσει, καθάπερ ἐκ τῶν γραφῶν τὰς συμβαλλομένας χρήσεις πρὸς τὴν προκειμένην ὑπόθεσιν ἐκλέγονται, οὕτω κἀνταῦθα τὴν μεταποίησιν ἄρτι πρῶτον κωλύοντες, τὸ πρῶτον ἐκεῖνο καὶ ἀμεταποίητον παραλαμβάνουσιν, [illegible] δεύτερον, ὡς ἀναπτυ[illegible] ἡ μεταποίησις. ἐν τούτῳ τῷ βιβλίῳ τῶν πρακτικῶν τῆς τρίτης συνόδου διάφοροι κεῖνται ἐπιστολαὶ τοῦ μακαρίου Κυρίλλου, τοῦ τότε ὄντος ἐξάρχου τῆς τοιαύτης συνόδου, καὶ τὸν τόπον καὶ τὴν γνώμην ἔχοντος τοῦ ἁγιωτάτου πάπα Κελεστίνου· ἐξ ὧν ἀναγνωσθήσεται μέρος ἐπιστολῆς, τῆς ἑνωτικῆς λεγομένης, πρὸς Ἰωάννην Ἀντιοχείας, τὰ αὐτὰ τῇ συνόδῳ περὶ τοῦ συμβόλου διοριζόμενον, μηδενὶ ἐξεῖναι μηδὲ μέχρι λέξεως, ἢ συλλαβῆς μεταποιεῖν ὅλως τὸ εἰρημένον ἅγιον σύμβολον. ἔχει δὲ οὕτως· κατ' οὐδένα τρόπον σαλεύεσθαι παρά τινων ἀνεχόμεθα τὴν ὁρισθεῖσαν πίστιν, ἤτοι τὸ τῆς πίστεως σύμβολον παρὰ τῶν ἁγίων ἡμῶν πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ συνελθόντων κατὰ καιρούς. οὔτε μὴν ἐπιτρέπομεν ἑαυτοῖς ἢ ἑτέροις ἢ λέξιν ἀμεῖψαι τῶν ἐγκειμένων ἐκεῖσε, ἢ μίαν γοῦν παραβῆναι συλλαβὴν, μεμνημένοι τοῦ λέγοντος· μὴ μέταιρε ὅρια αἰώνια, ἃ ἔθεντο οἱ πατέρες σου. οὐ γὰρ ἦσαν αὐτοὶ οἱ λαλοῦντες, ἀλλ' αὐτὸ τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, ὃ ἐκπορεύεται μὲν ἐξ αὐτοῦ, ἔστι δὲ οὐκ ἀλλότριον τοῦ υἱοῦ κατά γε τὸν τῆς οὐσίας λόγον.

Ταύ-



Anno Christi 1438. EPHES.

Ταύτης τῆς χρήσεως ἀναγνωσθείσης, ὁ Ἐφέσου ἐπήγαγε ταῦτα.

Ἠκούσατε, πατέρες αἰδεσιμώτατοι, ὅτι οὐδὲ συλλαβὴν, ἢ λέξιν ἀνέχεται ὁ ἅγιος οὗτος ἀμειφθῆναι, ἢ προστεθῆναι· οὐδὲ ἑαυτοῖς, φησὶν, ἢ ἑτέροις τὴν τοιαύτην ἄδειαν ἐπιτρέπομεν. αὕτη ἡ ἐπιστολὴ ἀνεγνώσθη μετὰ τῶν ἄλλων ἐν τῇ τετάρτῃ συνόδῳ, καὶ ἐστέρχθη, καὶ ἐκυρώθη, ὥσπερ τις θεμέλιος τῆς πίστεως δεύτερος οὖσα μετὰ τὸ σύμβολον. μετὰ ταῦτα μεταβησόμεθα πρὸς τὰ τῆς τετάρτης οἰκουμενικῆς συνόδου, καὶ ἀναγνωσθήσεται καὶ ὁ ταύτης ὅρος, ἐν ᾧ ἐκτίθενται μὲν ἀμφότερα τὰ τῆς πίστεως σύμβολα, στέργονται δὲ ὡς ἕν. καὶ διορίζεται ἡ σύνοδος, μηδενὶ μηδόλως ἐξεῖναι προσθεῖναι τῷ συμβόλῳ τούτῳ, ἢ ἀφελεῖν ἀπ' αὐτοῦ, μηδ' ἐναλλάξαι ὅλως, ἢ μεταποιῆσαι πρὸς ἕτερον σύμβολον.

Τούτων οὕτω ῥηθέντων παρὰ τοῦ Ἐφέσου, ἀνεγνώσθη ὁ ὅρος τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς τετάρτης συνόδου, ἐξ ἀρχῆς μέχρι τῆς ἐκθέσεως τῶν συμβόλων.

## Ὅρος τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς ἐν Καλχηδόνι τετάρτης συνόδου.

Ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ καὶ μεγάλη σύνοδος, κατὰ Θεοῦ χάριν καὶ θέσπισμα τῶν εὐσεβεστάτων καὶ φιλοχρίστων ἡμῶν βασιλέων, Οὐαλεντινιανοῦ καὶ Μαρκιανοῦ Αὐγούστων συναχθεῖσα ἐν τῇ Καλχηδονέων μητροπόλει τῆς Βιθυνῶν ἐπαρχίας, ἐν τῷ μαρτυρίῳ τῆς ἁγίας καὶ καλλινίκου μάρτυρος Εὐφημίας, ὥρισε τὰ ὑποτεταγμένα.

Ὁ κύριος καὶ Θεὸς ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς τῆς πίστεως τὴν γνῶσιν τοῖς μαθηταῖς βεβαιῶν ἔφη· εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν, εἰρήνην τὴν ἐμὴν ἀφίημι ὑμῖν· ὥστε μηδένα πρὸς τὸν πλησίον διαφωνεῖν ἐν τοῖς δόγμασι τῆς εὐσεβείας· ἀλλ' ἐπίσης ἅπασι τὸ τῆς ἀληθείας ἐπιδείκνυσθαι κήρυγμα. ἐπειδὴ δὲ οὐ παύεται διὰ τῶν ἑαυτοῦ ζιζανίων ὁ πονηρὸς τοῖς τῆς ἀληθείας ἐπιφυόμενος σπέρμασι, καί τι καινὸν κατὰ τῆς ἀληθείας ἐφευρίσκων ἀεὶ, διὰ τοῦτο συνήθως ὁ δεσπότης Χριστὸς προνοούμενος τοῦ ἀνθρωπίνου γένους, τὸν εὐσεβῆ τοῦτον καὶ πιστότατον πρὸς ζῆλον ἀνέστησε βασιλέα· ὃς τοὺς ἁπανταχοῦ τῆς ἱερωσύνης ἀρχηγοὺς πρὸς ἑαυτὸν συνεκάλεσεν, ὥστε τῆς χάριτος τοῦ πάντων ἡμῶν δεσπότου Χριστοῦ συνεργούσης, πᾶσαν μὲν τοῦ ψεύδους τὴν τῶν Χριστοῦ προβάτων ἀποσείσασθαι λύμην, τοῖς δὲ τῆς ἀληθείας αὐτὰ καταπιαίνειν βλαστήμασιν. ὃ δὴ καὶ πεποιήκαμεν κοινῇ ψήφῳ τὰ τῆς πλάνης ἀπελάσαντες δόγματα, τὴν δὲ ἀπλανῆ τῶν πατέρων ἀνανεωσάμενοι πίστιν, τὸ τῶν τριακοσίων ὀκτωκαίδεκα σύμβολον τοῖς πᾶσι κηρύξαντες, καὶ ὡς οἰκείους τοὺς τοῦτο τῆς εὐσεβείας τὸ σύνθημα δεξαμένους πατέρας ἐπιγραψάμενοι, οἵπερ εἰσὶν οἱ μετὰ ταῦτα ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει συνελθόντες ἑκατὸν πεντήκοντα, καὶ αὐτοὶ τὴν αὐτὴν ἐπισφραγισάμενοι πίστιν. ὁρίζομεν τοίνυν, τὴν τάξιν, καὶ τοὺς περὶ τῆς πίστεως τῶν κανόνων ἅπαντας τύπους φυλάττοντες καὶ ἡμεῖς τῆς κατὰ Ἔφεσον ἁγίας συνόδου, ἧς ἡγεμόνες οἱ ἁγιώτατοι τὴν μνήμην Κελεστῖνος ὁ τῆς Ῥωμαίων,



SESSIO V. EPHES.

Qua lecta ſententia Epheſius ſubjunxit.

Audiſtis, patres reverendiſſimi, ſanctum hunc nec ſyllabæ, nec vocis immutationem pati, aut additionem: neque nobis, inquit, ipſis, neque aliis talem permittimus licentiam. Hæc epiſtola lecta eſt cum aliis in concilio quarto, a quo recepta & approbata eſt, nempe ut alterum quoddam fidei fundamentum poſt ſymbolum. Poſt hæc tranſibimus ad quartam ſynodum œcumenicam, & illius etiam definitio recitabitur: in qua utrumque quidem fidei ſymbolum exponitur, recipiuntur autem ut unum: ſtatuitque ſynodus, ne cuiquam prorſus liceat addere, aut demere de hoc ſymbolo, aut omnino immutare, aut in alterum ſymbolum transformare.

Quibus ita dictis ab Epheſio, recitata eſt definitio ſanctæ & œcumenicæ quartæ ſynodi ab initio uſque ad expoſitionem ſymbolorum.

## *Definitio ſanctæ & œcumenicæ quartæ ſynodi Chalcedonenſis.*

(Conc. Chalced. act. 5.)

SANCTA & magna & univerſalis ſynodus, quæ per gratiam Dei, & præceptum piiſſimorum & Chriſtianiſſimorum imperatorum Valentiniani & Marciani Auguſtorum congregata eſt in Chalcedone metropoli provinciæ Bithyniorum, in eccleſia ſanctæ & victricis martyris Euphemiæ, hæc definivit, quæ ſubter ſcripta ſunt.

Dominus noſter & ſalvator Jeſus Chriſtus notitiam fidei diſcipulis ſuis firmans dixit: *Pacem meam relinquo vobis, pacem meam do vobis* (Joan. 14.): ut nullus diſſonet a proximo circa dogmata pietatis, ſed ut pariter veritatis oſtendant prædicationem. Quia vero non deſinit per zizania ſua diabolus* contra ſemina pietatis inſurgere, & ſemper aliquid novum contra veritatem invenire; propter hoc dominus, ut conſuevit, providens humano generi, piiſſimum hunc & fideliſſimum ad æmulationem erexit imperatorem, & undique ſacerdotii præſides ad ſe convocavit: ut gratia domini omnium noſtrum Chriſti operante, omnem quidem mendacii peſtilentiam a Chriſti ovibus removeret, germinibus autem veritatis eas pingueſcere faciat. Quod & perfecimus, communi judicio dogmata expellentes erroris: & * inerrabilem patrum renovavimus fidem, ſymbolum trecentorum decem & octo omnibus prædicantes: & eos, qui hanc veluti teſſeram pietatis acceperunt, ut proprios patres etiam aſcribimus; eos nimirum, qui poſtea in magna Conſtantinopoli congregati ſunt, centum quinquaginta, & eandem fidem ipſi quoque confirmaverunt. Decernimus igitur, ordinem & omnes formulas cuſtodientes, quæ de fide ſunt conſtitutæ, & nos, ſanctæ ſynodi quondam in Epheſo factæ, cujus præſides fuerunt beatiſſimæ memoriæ Cœleſtinus Romanorum, Cyrillus Alexan-

* inter;

* inerrantem

D drino-

Sessio V.

drinorum * ; præfulgere quidem rectæ & immaculatæ fidei expoſitionem ſanctorum & beatiſſimorum trecentorum decem & octo patrum, qui Nicææ temporibus piæ memoriæ Conſtantini imperatoris congregati ſunt : ſervari autem & ea, quæ apud Conſtantinopolim a ſanctiſſimis centum quinquaginta patribus decreta ſunt, ad expellendas quidem hæreſes, quæ eo tempore germinaverant : & ad confirmationem ejuſdem catholicæ & apoſtolicæ noſtræ fidei.

Poſtea ſubdidit Epheſius:

Hæc ſynodus cum utramque fidei expoſitionem recitaſſet, pro uno tamen fidei ſymbolo eas habuit ; quibus lectis intulit : Sufficere ad plenam veritatis cognitionem venerandum hoc ſymbolum : addiditque, ſymbolum hoc de Patre, & Filio, & Spiritu ſancto perfectam tradidiſſe doctrinam ; conſtat autem perfecto nihil deeſſe.

Poſtea communi conſenſu recitata eſt extrema pars definitionis, in qua ſtatuunt, dictum ſanctum ſymbolum invariabile permanere.

Lecta eſt ſimiliter ex actis ſanctæ quintæ ſynodi generalis.

*Acclamatio Joannis patriarchæ Conſtantinopolitani.*

Concil. V. collat. 6.

ATQUE idcirco ad tuendum gratia domini & ſalvatoris Jeſu Chriſti illæſum fidei fundamentum juxta ſanctorum patrum traditionem incubuimus : ſpe ducti per eam diſſidentes quoque conjungi eccleſias ; ordinem ubique ſacrorum canonum legitime ſervantes : neque enim fas eſt quidquam dimovere, verbiſque inanibus, aut frivolis diſputationibus vacare fideles : ſed animum adjicere ad ſacrum ſymbolum, in quo baptizati omnes ſumus : quod Nicæna quidem ſynodus cum ſancto Spiritu edidit, & Conſtantinopoli ſanctorum patrum conventus approbavit, & ſacra ſynodus Epheſina confirmavit, obſignavitque ſanctum Chalcedonenſe concilium : quam fidem nullo modo, nulla ratione labefactare quiſpiam poterit ; quæ non recte credentibus omnem tollit occaſionem. Hanc igitur fidem inconcuſſam tenentes nulla inter vos diſſidia facite, ſed omni novitate & nugaci diſceptatione abjecta, uno ore glorificemus ſanctam & conſubſtantialem Trinitatem.

*Expoſitio fidei centum quinquaginta SS. patrum Conſtantinopoli congregatorum.*

Concil. V. collat. 6.

CREDIMUS in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, viſibilium omnium & inviſibilium, & in unum dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium Dei unigenitum, ex Patre natum ante omnia ſæcula : lumen ex lumine, Deum verum de Deo vero : natum, non factum, conſubſtantialem Pa-

καὶ Κύριλλος ὁ τῆς Ἀλεξανδρέων, καὶ † Ἰωάννης ὁ τῆς Ἀντιοχέων ἐτύγχανον, προλάμπειν μὲν τῆς ὀρθῆς καὶ ἀμωμήτου πίστεως τὴν ἔκθεσιν τῶν τριακοσίων ὀκτωκαίδεκα θεοφόρων καὶ μακαρίων πατέρων, τῶν ἐν Νικαίᾳ ἐπὶ τοῦ τῆς εὐσεβοῦς μνήμης Κωνσταντίνου τοῦ γενομένου βασιλέως συναχθέντων. κρατεῖν δὲ καὶ τὰ παρὰ τῶν ἑκατὸν πεντήκοντα ἁγίων πατέρων ἐν Κωνσταντινουπόλει συναθροισθέντων ὁρισθέντα, πρὸς ἀναίρεσιν μὲν τῶν τότε φυεισῶν αἱρέσεων, βεβαίωσιν δὲ τῆς καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἡμῶν πίστεως.

Μετὰ τοῦτο προσέθηκεν ὁ Ἐφέσου.

Αὕτη ἡ σύνοδος καὶ ἀμφοτέρας τὰς ἐκθέσεις τῆς πίστεως ἀναγνοῦσα, ὅμως ὡς ἓν τῆς πίστεως ἐξεδέξατο σύμβολον, καὶ μετὰ τὴν ἀνάγνωσιν εἶπεν· ἀρκεῖν εἰς ἐπίγνωσιν ἐντελῆ τῆς ἀληθείας τὸ σεπτὸν τοῦτο καὶ σεβάσμιον σύμβολον. καὶ ἐφεξῆς, ὅτι τὸ σύμβολον τοῦτο περὶ τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐκδιδάσκει τὸ τέλειον· δῆλον δὲ ὅτι τῷ τελείῳ οὐδὲν ἐλλείπει.

Μετὰ ταῦτα δὲ ἀνεγνώσθη κατὰ κοινὴν συμφωνίαν τὸ τέλος τοῦ ὅρου, ἐν ᾧ διορίζονται, τὸ εἰρημένον ἅγιον σύμβολον μένειν ἀμεταποίητον.

Ὁμοίως ἀνεγνώσθη ἀπὸ τῶν πρακτικῶν τῆς ἁγίας πέμπτης καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου.

Προσφώνησις Ἰωάννου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως.

ΔΙΟ καὶ τὸν θεμέλιον τῆς πίστεως, κατὰ τὴν τῶν ἁγίων πατέρων παράδοσιν, ἀρραγῆ διαμένειν τῇ χάριτι τοῦ δεσπότου καὶ σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐσπουδάσαμεν, ἐλπίσαντες δι' αὐτῆς καὶ τὰς διεστώσας ἐκκλησίας ἑνῶσαι, πανταχοῦ τὴν τάξιν τῶν θείων κανόνων ἐνθέσμως κρατοῦντες. οὐδὲ γὰρ ἐγχωρεῖ τι παρασαλεύειν, καὶ περὶ κενοφωνίας καὶ λεπτολογίας ἀπασχολεῖσθαι τοὺς πιστοὺς, ἀλλὰ προσέχειν τῷ ἁγίῳ συμβόλῳ, ἐν ᾧ πάντες ἐβαπτίσθημεν, ὅπερ ἐξεφώνησεν ἡ ἐν Νικαίᾳ σὺν ἁγίῳ πνεύματι σύνοδος, καὶ ἐκύρωσεν ἡ ἐν Κωνσταντινουπόλει τῶν ἁγίων πατέρων συνέλευσις, καὶ ἐβεβαίωσεν ἡ ἐν Ἐφέσῳ ὁσία σύνοδος, καὶ ἐπεσφράγισεν ἡ ἐν Καλχηδόνι ἁγία σύνοδος. ἣν πίστιν κατ' οὐδένα τρόπον ἢ λόγον σαλεῦσαί τις δυνήσεται, πᾶσαν ἀναιροῦσαν τοῖς κακοδόξοις πρόφασιν. ταύτην τοίνυν τὴν πίστιν ἀσάλευτον κρατοῦντες πρὸς ἀλλήλους μὴ ἀμφιβάλητε, ἀλλὰ πᾶσαν καινοτομίαν καὶ πᾶσαν λεπτολογίαν ἀπωθούμενοι, ἑνὶ στόματι τὴν ἁγίαν καὶ ὁμοούσιον Τριάδα δοξάσωμεν.

Ἔκθεσις πίστεως τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει ἑκατὸν πεντήκοντα ἁγίων πατέρων.

ΠΙΣΤΕΥΟΜΕΝ εἰς ἕνα Θεὸν πατέρα παντοκράτορα, ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς ὁρατῶν τε πάντων καὶ ἀοράτων. καὶ εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ τὸν μονογενῆ, τὸν ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα πρὸ πάντων τῶν αἰώνων, φῶς ἐκ φωτὸς, Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ, γεννηθέντα οὐ ποιηθέντα, ὁμοούσιον τῷ πατρὶ, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο·



Anno Christi 1438.

τὸν δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα ἐκ τῶν οὐρανῶν, καὶ σαρκωθέντα ἐκ πνεύματος ἁγίου καὶ Μαρίας τῆς παρθένου, καὶ ἐνανθρωπήσαντα, σταυρωθέντα τε ὑπὲρ ἡμῶν ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, καὶ παθόντα καὶ ταφέντα, καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ κατὰ τὰς γραφὰς, καὶ ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ καθεζόμενον ἐκ δεξιῶν τοῦ πατρὸς, καὶ πάλιν ἐρχόμενον μετὰ δόξης κρῖναι ζῶντας καὶ νεκροὺς, οὗ τῆς βασιλείας οὐκ ἔσται τέλος. καὶ εἰς τὸ πνεῦμα, τὸ ἅγιον, τὸ κύριον, τὸ ζωοποιὸν, τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον, τὸ σὺν πατρὶ καὶ υἱῷ συμπροσκυνούμενον, καὶ συνδοξαζόμενον, τὸ λαλῆσαν διὰ τῶν προφητῶν· εἰς μίαν ἁγίαν καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν ἐκκλησίαν· ὁμολογῶ ἓν βάπτισμα εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν· προσδοκῶ ἀνάστασιν νεκρῶν, καὶ ζωὴν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. ἀμήν.

Ἐκ τῶν ὅρων τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς τετάρτης συνόδου.

ΗΡΚΕΙ μὲν οὖν εἰς ἐντελῆ τῆς εὐσεβείας ἐπίγνωσίν τε καὶ βεβαίωσιν τὸ σοφὸν καὶ σωτήριον τῆς θείας χάριτος σύμβολον· περί τε γὰρ τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐκδιδάσκει τὸ τέλειον· καὶ τοῦ κυρίου τὴν ἐνανθρώπησιν τοῖς πιστῶς δεχομένοις παρίστησι· καὶ τὰ ἑξῆς, ἄχρι τοῦ τελευταίου διορισμοῦ, ὅστις καὶ ἔχει οὕτως· τούτων τοίνυν μετὰ πάσης παρ' ἡμῶν ἀκριβείας καὶ ἐπιμελείας πανταχόθεν διατυπωθέντων, ὥρισεν ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος, ἑτέραν πίστιν μηδενὶ ἐξεῖναι συγγράφειν, ἢ συντιθέναι, ἢ φρονεῖν ἑτέρως· ἢ διδάσκειν· τοὺς δὲ τολμῶντας ἢ συντιθέναι πίστιν ἑτέραν, ἤγουν προκομίζειν, ἢ διδάσκειν, ἢ παραδιδόναι ἕτερον σύμβολον τοῖς ἐθέλουσιν ἐπιστρέφειν ἐξ Ἑλληνισμοῦ, ἢ ἐξ Ἰουδαϊσμοῦ, ἢ γοῦν ἐξ αἱρέσεως οἱασδηποτοῦν, τούτους, εἰ μὲν εἶεν ἐπίσκοποι ἢ κληρικοὶ, ἀλλοτρίους εἶναι τοὺς ἐπισκόπους τῆς ἐπισκοπῆς, καὶ τοὺς κληρικοὺς τοῦ κλήρου· εἰ δὲ μονάζοντες ἢ λαϊκοὶ εἶεν, ἀναθεματίζεσθαι.

Ἐκ τῶν ἑξῆς πρακτικῶν τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς πέμπτης συνόδου.

Ἐκ τῆς ἐπιστολῆς τοῦ ἁγιωτάτου Βιγιλίου πάπα Ῥώμης πρὸς Εὐτύχιον τὸν ἁγιώτατον πατριάρχην Κωνσταντινουπόλεως.

ΔΙΑ τοῦτο σπουδάζοντες τὴν ἕνωσιν φυλάξαι πρὸς τὴν ἀποστολικὴν καθέδραν τῆς ὑμετέρας μακαριότητος, φανερὸν ποιοῦμεν, ὅτι ἡμεῖς ἀεὶ ἐφυλάξαμεν καὶ φυλάττομεν τὴν πίστιν τὴν ἐξ ἀρχῆς παραδοθεῖσαν ὑπὸ τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ ἀποστόλοις, καὶ παρ' ἐκείνων ἐν παντὶ τῷ κόσμῳ κηρυχθεῖσαν, καὶ ἀπὸ τῶν ἁγίων πατέρων σαφηνισθεῖσαν, καὶ μάλιστα ὑπὸ τῶν ἐν ταῖς ἁγίαις τέτταρσι συνόδοις συνελθόντων· οἷς διὰ πάντων καὶ ἐν ἅπασιν ἀκολουθοῦμεν καὶ δεχόμεθα, τουτέστι, τοὺς τριακοσίους ὀκτωκαίδεκα θεοφόρους πατέρας τοὺς ἐν Νικαίᾳ συνελθόντας, καὶ τὸ ἅγιον σύμβολον ἤτοι μάθημα τῆς πίστεως ἐκθεμένους, καὶ τὴν Ἀρείου μανίαν ἀναθεματίσαντας, καὶ τοὺς αὐτὴν φρονήσαντας ἢ φρονοῦντας. δεχόμεθα δὲ καὶ τοὺς

tri, per quem omnia facta ſunt. Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de cœlis, & incarnatus eſt de Spiritu ſancto & Maria virgine, & homo factus eſt : Crucifixus etiam pro nobis ſub Pontio Pilato, & paſſus & ſepultus eſt : & reſurrexit tertia die ſecundum ſcripturas : aſcendit ad cœlos, ſedet ad dexteram Patris ; & iterum venturus eſt cum gloria judicare vivos & mortuos, cujus regni non erit finis. Et in Spiritum ſanctum, dominum, & vivificantem, qui ex Patre procedit ; qui cum Patre & Filio ſimul adoratur ; & conglorificatur, qui locutus eſt per prophetas. In unam ſanctam catholicam & apoſtolicam eccleſiam. Confiteor unum baptiſma in remiſſionem peccatorum : expecto reſurrectionem mortuorum, & vitam futuri ſæculi. Amen.

Sessio V.

*Ex decretis ſanctæ & œcumenicæ quartæ ſynodi.*

SUFFICERET quidem ad pleniſſimam pietatis agnitionem & confirmationem ſapientiſſimum hoc & ſalutare divinæ gratiæ ſymbolum : de Patre enim & Filio & Spiritu ſancto doctrinam perfectam edocet ; & incarnationem domini fideliter ſuſcipientibus manifeſtat : & quæ ſequuntur uſque ad id, quod ultimo ſtatuitur ; quod quidem ita ſe habet : His itaque cum omni undique ſubtilitate & diligentia a nobis ordinatis, ſtatuit ſancta & univerſalis ſynodus, aliam fidem nulli licere proferre, aut ſcribere, aut componere, aut ſapere, aut docere, aut tradere aliud ſymbolum volentibus converti ad ſcientiam veritatis ex gentibus, aut ex Judæis, vel hæreticis quibuſcumque : & hos, ſi quidem epiſcopi, aut clerici fuerint, alienos eſſe epiſcopos ab epiſcopatu, & clericos a clero ; ſi vero monachi, vel laici fuerint, anathema fieri.

Sequuntur quæ lecta ſunt ex actis ſanctæ & univerſalis quintæ ſynodi.

*Ex epiſtola ſanctiſſimi Vigilii papæ ad Eutychium ſanctiſſimum patriarcham Conſtantinopolitanum.*

IDEO feſtinantes unitatem conſervare ad apoſtolicam ſedem veſtræ beatitudinis, manifeſtum facimus, quod nos ſemper & ſervavimus & ſervamus fidem ab initio traditam a magno Deo & ſalvatore noſtro Jeſu Chriſto ſanctis apoſtolis, & ab illis in omni mundo prædicatam, & a ſanctis patribus explanatam, & maxime ab his, qui in ſanctis quatuor ſynodis congregati ſunt : quos per omnia & in omnibus amplectimur & ſuſcipimus : id eſt trecentos decem & octo ſanctos patres, qui Nicææ congregati ſunt, & ſanctum ſymbolum ſive mathema fidei expoſuerunt, & Arianam impietatem anathematizaverunt, & eos qui ſimilia eis ſapuerunt vel ſapiunt. Suſcipimus autem & centum quinquaginta ſan-

In epiſtola Vigilii inſerta eſt epiſtola Eutychii ad eumdem Vigilium, ex qua deſumpta ſunt, quæ hic citantur Eutychii verba. collat. v. quintæ ſynodi.

Sessio V.

ctos patres Conſtantinopoli congregatos, qui idem ſanctum mathema explanaverunt, & de deitate ſancti Spiritus dilucidaverunt, & hæreſin Macedonianam ſanctum Spiritum impugnantem, & impium Apollinarium condemnaverunt, cum his, qui ſimilia illis ſapuerunt vel ſapiunt. Suſcipimus autem & ſanctos ducentos patres in Epheſina prima ſynodo congregatos, qui per omnia ſecuti ſunt idem ſanctum ſymbolum ſive mathema, & condemnaverunt Neſtorium impium & impia ejus dogmata, & eos qui ſimilia ei aliquando ſapuerunt, vel ſapiunt. Ad hæc autem ſuſcipimus & ſexcentos triginta ſanctos patres Chalcedone congregatos: qui etiam ipſi per omnia conſenſerunt prædictis tribus ſynodis, & ſecuti ſunt prædictum ſymbolum ſive mathema, a trecentis decem & octo ſanctis patribus expoſitum, & a centum quinquaginta ſanctis patribus explanatum: & anathematizaverunt eos, qui aliud præter prædictum ſymbolum præſumunt docere, aut exponere, aut tradere ſanctis eccleſiis Dei.

Anno Christi 1438.

ἐν Κωνσταντινουπόλει ἑκατὸν πεντήκοντα ἁγίους πατέρας, οἵτινες τὸ αὐτὸ ἅγιον μάθημα ἐσαφήνισαν, καὶ τὰ περὶ τῆς θεότητος τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐτράνωσαν, καὶ τὴν αἵρεσιν Μακεδονίου τοῦ Πνευματομάχου, καὶ τὸν ἀσεβῆ Ἀπολινάριον κατέκρειναν, μετὰ τῶν τὰ αὐτὰ ἐκείνοις φρονούντων ἢ φρονησάντων ποτέ. δεχόμεθα δὲ καὶ τοὺς διακοσίους πατέρας τοὺς ἐν τῇ κατ᾽ Ἔφεσον πρώτῃ συνόδῳ ἀθροισθέντας, οἵτινες διὰ πάντων ἠκολούθησαν τῷ αὐτῷ ἁγίῳ συμβόλῳ ἤτοι μαθήματι, καὶ κατέκριναν Νεστόριον τὸν ἀσεβῆ, καὶ τὰ μυσαρὰ αὐτοῦ δόγματα, καὶ τοὺς τὰ ὅμοια αὐτῷ ὁπωσδήποτε φρονοῦντας ἢ φρονήσαντας, πρὸς δὲ τούτοις δεχόμεθα καὶ τοὺς ἑξακοσίους τριάκοντα ἁγίους πατέρας τοὺς ἐν Καλχηδόνι συναθροισθέντας· οἵτινες καὶ αὐτοὶ διὰ πάντων συνῄνεσαν ταῖς προῤῥηθείσαις τρισὶν ἁγίαις συνόδοις, καὶ ἠκολούθησαν τῷ προειρημένῳ συμβόλῳ ἤτοι μαθήματι, τῷ παρὰ τῶν τριακοσίων ὀκτωκαίδεκα θεοφόρων πατέρων ἐκτεθέντι, καὶ ἀπὸ τῶν ἑκατὸν πεντήκοντα ἁγίων πατέρων σαφηνισθέντι, καὶ ἀνεθεμάτισαν τοὺς ἕτερον παρὰ τὸ εἰρημένον σύμβολον τολμῶντας διδάσκειν, ἢ ἐκτίθεσθαι, ἢ παραδιδόναι ταῖς ἁγίαις τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαις.

*Definitio ſancta & œcumenica ſexta ſynodi.*

Synod. VI. Act. 18.

Sancta, magna, atque univerſalis ſynodus, quæ per gratiam Dei, & piam ſanctionem Conſtantini piiſſimi & fideliſſimi magni imperatoris congregata eſt in hac a Deo conſervanda regia Conſtantinopoli nova Roma, in ſecretario divalis palatii, quod cognominatur Trullus, decrevit quæ habentur in ſubditis.

Unigenitus Dei Patris Filius & Verbum, qui per omnia ſimilis nobis abſque peccato factus eſt homo, Chriſtus verus Deus noſter, per evangelicas voces flagranter prædicavit:

Joan. 13.

*Ego ſum lux mundi: qui ſequitur me, non ambulat in tenebris, ſed habebit lumen vitæ.*

Joan. 14.

Et iterum: *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis.* Hac proinde divinitus edita pacis doctrina ſibi inſtruente, manſuetiſſimus noſter imperator inſtitutus, propugnator quidem rectæ fidei, expugnator vero pravæ doctrinæ, hoc ſanctum univerſale noſtrum congregans collegium, totius eccleſiæ adunavit compaginem. Unde hoc ſanctum noſtrum univerſale concilium impietatis errorem, qui nunc uſque a quibuſdam temporibus factus eſt, procul abjiciens, ſanctorum autem ac probabilium patrum inoffenſe recto tramite iter conſecutum, ſanctis & univerſalibus quinque ſynodis pie in omnibus conſonuit: Trecentorum, inquimus, decem & octo ſanctorum patrum, qui in Nicæam convenerunt adverſus Arium furioſum: & ei, quæ a centum quinquaginta a Deo inſpiratis viris poſt hanc apud Conſtantinopolim adverſus Macedonium impugnatorem Spiritus, & Apollinarium impium: Similiter & ei, quæ in Epheſo prius adverſus Neſtorium Judaicæ intelligentiæ, congregata eſt ducentorum venerabilium virorum: atque ei, quæ in Chalcedone ſexcentorum triginta a Deo

Ὅρος τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς ἕκτης συνόδου.

Ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ μεγάλη σύνοδος, ἡ κατὰ Θεοῦ χάριν καὶ παναευσεβὲς θέσπισμα τοῦ εὐσεβεστάτου καὶ πιστοτάτου μεγάλου βασιλέως Κωνσταντίνου συναχθεῖσα ἐν ταύτῃ τῇ θεοφυλάκτῳ καὶ βασιλίδι τῶν πόλεων Κωνσταντινουπόλει νέᾳ Ῥώμῃ, ἐν τῷ σεκρέτῳ τοῦ θείου παλατίου τῷ ἐπιλεγομένῳ Τρούλλῳ, ὥρισε τὰ ὑποτεταγμένα.

Ὁ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς υἱὸς μονογενὴς καὶ λόγος, ὁ κατὰ πάντα ὅμοιος ἡμῖν χωρὶς ἁμαρτίας γενόμενος ἄνθρωπος, Χριστὸς ὁ ἀληθινὸς Θεὸς ἡμῶν, ἐν εὐαγγελικαῖς διαπρυσίως ἐκήρυξε φωναῖς· ἐγώ εἰμι φῶς τοῦ κόσμου· ὁ ἀκολουθῶν ἐμοὶ οὐ μὴ περιπατήσει ἐν τῇ σκοτίᾳ, ἀλλ᾽ ἕξει τὸ φῶς τῆς ζωῆς. καὶ πάλιν· εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν, εἰρήνην τὴν ἐμὴν ἀφίημι ὑμῖν. ταύτῃ τῇ θεολέκτῳ τῆς εἰρήνης φωνῇ κατὰ διδασκαλίαν θεοσόφως ὁ πρᾳότατος βασιλεὺς ὁδηγούμενος, ὁ τῆς μὲν ὀρθοδοξίας ὑπέρμαχος, τῆς δὲ ἀσεβείας ἀντίμαχος, τὴν καθ᾽ ἡμᾶς ἁγίαν ταύτην καὶ οἰκουμενικὴν συναθροίσας σύνοδον, τὸ τῆς ἐκκλησίας ἥνωσε σύγκριμα. ὅθεν ἡ καθ᾽ ἡμᾶς ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος τὴν ἀπό τινων καὶ ὧδε χρόνων τῆς δυσσεβείας πλάνην πόῤῥωθεν ἀπελάσασα, καὶ τῇ τῶν ἁγίων καὶ ἐγκρίτων πατέρων ἀπλανῶς εὐθείᾳ τρίβῳ κατακολουθήσασα, ταῖς ἁγίαις καὶ οἰκουμενικαῖς πέντε συνόδοις ἐν ἅπασιν εὐσεβῶς ὡμοφώνησε· φαμὲν, τῇ τῶν τριακοσίων ὀκτωκαίδεκα θεοφόρων πατέρων, τῶν ἐν Νικαίᾳ συνελθόντων κατὰ τοῦ μανιώδους Ἀρείου· καὶ τῇ μετ᾽ αὐτὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει τῶν ἑκατὸν πεντήκοντα θεοφόρων ἀνδρῶν, κατὰ Μακεδονίου τοῦ Πνευματομάχου, καὶ Ἀπολιναρίου τοῦ δυσσεβοῦς· ὁμοίως καὶ τῇ ἐν Ἐφέσῳ τὸ πρότερον κατὰ Νεστορίου τοῦ Ἰουδαιόφρονος συναγηγερμένων ἀνδρῶν θεσπεσίων· καὶ τῇ ἐν Καλχηδόνι τῶν



Anno Christi 1438.

τῶν ἑξακοσίων τριάκοντα θεοστηρίκτων πατέρων κατ᾽ Εὐτυχοῦς καὶ Διοσκόρου τῶν θεοστυγῶν· πρὸς ταύταις καὶ τῇ πανυστάτῃ τούτων, τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ πέμπτῃ συνόδῳ τῇ ἐνταῦθα συναθροισθείσῃ κατὰ Θεοδώρου τοῦ Μοψουεστίας, Ὠριγένους, Διδύμου τε καὶ Εὐαγρίου, καὶ τῶν συγγραμμάτων Θεοδωρήτου τῶν κατὰ τῶν δώδεκα κεφαλαίων τοῦ ἁγίου Κυρίλλου, καὶ τῆς λεγομένης Ἴβα ἐπιστολῆς πρὸς Μάριν γεγραμμένης τὸν Πέρσην· ἀκαινοτόμητα μὲν ἐν πᾶσι τὰ τῆς εὐσεβείας ἀνανεωσαμένη θεσπίσματα, τὰ βέβηλα δὲ τῆς δυσσεβείας ἐκδιώξασα δόγματα, καὶ τὸ παρὰ τῶν τριακοσίων ὀκτωκαίδεκα θεοφόρων πατέρων ἐκτεθὲν, καὶ αὖθις παρὰ τῶν ἑκατὸν πεντήκοντα ἁγίων πατέρων θεοφρόνως βεβαιωθὲν, ὅπερ καὶ αἱ λοιπαὶ ἅγιαι σύνοδοι ἐπ᾽ ἀναιρέσει πάσης ψυχοφθόρου αἱρέσεως ἀσπασίως ἐδέξαντο καὶ ἐπεκύρωσαν σύμβολον, καὶ ἡ καθ᾽ ἡμᾶς ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ ἐπεσφράγισε σύνοδος.

Sessio V.

inſpiratorum patrum adverſus Eutychem & Dioſcorum Deo odibiles: Super has & ultimæ harum quintæ ſanctæ ſynodo, quæ hic congregata eſt adverſus Theodorum Mopſueſtenum, Origenem, Didymum, & Evagrium, & ſcripta Theodoriti adverſus duodecim capitula laudabilis Cyrilli, & epiſtolam quæ dicitur Ibæ, ſcriptam ad Marim Perſam: immutilatas quidem in omnibus pietatis renovans ſanctiones, profanas vero impietatis expellens doctrinas: & illud, quod eſt a trecentis decem & octo patribus editum, & dehinc a centum quinquaginta Deo inſtituente confirmatum eſt: quod etiam ceteræ ſanctæ ſynodi ad extinguendam omnem peſtiferam hæreſin alacriter ſuſceperunt, & confirmaverunt ſymbolum, & hoc noſtrum ſanctum & univerſale a Deo inſpiratum conſignavit concilium.

Ἐκ τῆς ἐπιστολῆς τοῦ ἁγιωτάτου Ἀγάθωνος πάπα Ῥώμης πρὸς τοὺς βασιλέας Ῥωμαίων.

Κανονικῶς ἀπὸ τῶν ἁγίων τῶν προηγησαμένων, καὶ τῶν ἁγίων πέντε συνόδων, ἀπερ ὡρισμένα ἐστὶν ἐν ἁπλότητι καρδίας, καὶ ἀναμφιβόλως ἀπὸ τῆς παραδοθείσης παρὰ τῶν πατέρων πίστεως, ἀναμφιβόλως φυλάττομεν· ἓν καὶ ἐξαίρετον διαπαντὸς ἔχειν εὐχόμενοί τε καὶ σπουδάζοντες, ἵνα μηδὲν παρὰ τὰ κανονικῶς ὁρισθέντα μειωθῇ, μηδὲ ἐναλλαγῇ, ἢ προστεθῇ, ἀλλὰ ταυτὰ καὶ ῥήμασι καὶ νοήμασιν ἀπαράτρωτα φυλαχθῇ.

*Ex epiſtola ſanctiſſimi Agathonis papæ Romani ad imperatores Romanorum.*

Synod. VI. Act. 4.

Quæ regulariter a ſanctis atque apoſtolicis prædeceſſoribus, & venerabilibus quinque conciliis definita ſunt, cum ſimplicitate cordis & ſine ambiguitate a patribus traditæ fidei conſervamus: unum ac præcipuum bonum habere ſemper optantes atque ſtudentes, ut nihil de eis, quæ regulariter definita ſunt, minuatur; nihil mutetur, vel augeatur: ſed eadem & verbis & ſenſibus illibata cuſtodiantur.

Τοῦ αὐτοῦ ἁγιωτάτου Ἀγάθωνος πάπα Ῥώμης, ἐξ ἑτέρας συνοδικῆς ἐπιστολῆς πρὸς τοὺς αὐτοὺς βασιλέας.

Αὕτη ἐστὶν ἡ τελεία ἡμῶν εἴδησις, ἵνα τοὺς ὅρους τῆς καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς πίστεως, οὓς μέχρι τούτου ὁ ἀποστολικὸς θρόνος ἅμα ἡμῖν καὶ ἐκράτησε καὶ παραδίδωσιν, ὅλῃ τῇ τῆς διανοίας παραφυλακῇ φυλάξωμεν· πιστεύοντες εἰς ἕνα Θεὸν πατέρα παντοκράτορα, ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς ὁρατῶν τε πάντων καὶ ἀοράτων· καὶ εἰς υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ, τὸν πρὸ πάντων τῶν αἰώνων ἐξ αὐτοῦ γεννηθέντα, ἀληθινὸν Θεὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ, φῶς ἐκ φωτὸς, γεννηθέντα οὐ ποιηθέντα, ὁμοούσιον τῷ πατρὶ, δι᾽ οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, τά τε ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ τὰ ἐν τῇ γῇ. καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ κύριον, τὸ ζωοποιὸν, τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον, τὸ σὺν πατρὶ καὶ υἱῷ συμπροσκυνούμενον καὶ συνδοξαζόμενον.

*Ejuſdem ſanctiſſimi Agathonis papæ Romani, ex altera ſynodica epiſtola ad eoſdem imperatores.*

Hæc eſt perfecta noſtræ ſcientia, ut terminos catholicæ atque apoſtolicæ fidei, quos uſque hactenus apoſtolica ſedes nobiſcum & tenet & tradit, tota mentis cuſtodia conſervemus, credentes in Deum Patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, viſibilium omnium & inviſibilium: & in Filium ejus unigenitum, qui ante omnia ſæcula ex eo natus eſt; verum Deum de Deo vero, lumen de lumine, natum non factum, conſubſtantialem Patri, (id eſt ejuſdem cum Patre ſubſtantiæ;) per quem omnia facta ſunt, quæ in cœlo, & quæ in terra: & in Spiritum ſanctum dominum & vivificatorem, ex Patre procedentem, cum Patre & Filio coadorandum & conglorificandum.

Ὅρος τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς ἑβδόμης συνόδου τῆς ἐν Νικαίᾳ συνελθούσης τὸ δεύτερον.

Ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ καὶ μεγάλη σύνοδος, ἡ κατὰ Θεοῦ χάριν καὶ θέσπισμα εὐσεβὲς τῶν εὐσεβεστάτων καὶ φιλοχρίστων ἡμῶν βασιλέων Κωνσταντίνου καὶ Εἰρήνης τῆς αὐτοῦ μητρὸς συναχθεῖσα τὸ

*Definitio ſancta & univerſalis ſeptimæ ſynodi, quæ ſecundo Nicæam convenit.*

Synod. VII. Act. 7.

Sancta, magna, ac univerſalis ſynodus, quæ per Dei gratiam, & ſanctionem piorum & Chriſtianorum imperatorum Conſtantini & Irenes matris ejus con-

SESSIO V.

A congregata eſt ſecundo in Nicænſium clara metropoli Bithynienſium provinciæ, in ſancta Dei eccleſia, quæ cognominatur Sophia, ſectata traditionem catholicæ eccleſiæ, definivit inferius ordinata. Qui lucem agnitionis ſuæ nobis donavit, & a tenebris idolorum ac inſania redemit, Chriſtus ſcilicet Deus noſter, deſponſata ſibi ſancta ſua catholica eccleſia, non habentem maculam ſeu rugam hanc ſe conſervaturum promiſit: ſanctiſque diſcipulis ſuis aſſeverabat dicens: *Vobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad conſummationem ſæculi*. (Matth. 28.) Porro hanc repromiſſionem non ſolum illis donavit, B ſed & nobis, qui per eos credidimus in nomine ipſius. Ergo donum hoc quidam non cogitantes, a verſuto inimico volatici quodamodo facti, a recta ratione ceciderunt; traditioni etiam catholicæ eccleſiæ reſultantes intellectu veritatis fruſtrati ſunt: & ut ait proverbialis ſermo, in axe agricolationis ſuæ erraverunt, & collegerunt manibus ſuis ſterilitatem: quia ſacrorum monumentorum Deo decibili ornamento detrahere præſumpſerunt, cum ſacerdotes quidem dicerentur, non eſſent autem: de quibus Deus per prophetam clamat: *Paſtores multi corruperunt vineam meam, contaminaverunt portionem meam*. (Jerem. 12.) C Sceleratos quippe ſecuti viros, ſenſibus ſuis pellectos, calumniati ſunt ſanctam Chriſti Dei noſtri eccleſiam, quæ ipſi eſt deſponſata: & inter ſanctum & profanum non diſtinxerunt, imaginem domini & ſanctorum ejus ſimiliter ut ſtatuas diabolicorum idolorum nominantes. Propter quod dominus Deus non ferens intueri ab hujuſmodi peſte corrumpi ſubditos ſuos, nos ſacerdotii principes bene placito ſuo undique convocavit, divino zelo & nutu Conſtantini & Irenes fidelium imperatorum noſtrorum adductos, quatenus deifica catholicæ eccleſiæ traditio communi decreto D recipiat firmitatem. Igitur cum omni diligentia perſcrutantes, & diſcutientes, & intentionem veritatis ſectantes nihil adimimus, nihil addimus; ſed omnia quæ catholicæ ſunt eccleſiæ, immutilata ſervamus: & ſequentes ſancta ſex univerſalia concilia, in primis quod in ſplendida Nicæna metropoli convenit; adhuc etiam & quod poſt hoc in divinitus conſervanda regia urbe collectum eſt: Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem.

Et poſt quædam alia: Et poſt ſubſcriptiones, ſancta ſynodus exclamavit: E Omnes ita credimus; omnes idipſum ſapimus; omnes conſentientes ſubſcripſimus: hæc eſt fides apoſtolorum; hæc fides patrum; hæc fides orthodoxorum; hæc fides orbem terrarum firmavit. Credentes in unum Deum in Trinitate laudandum, honorabiles imagines oſculamur. Qui ſic ſe non habent, anathema ſint; qui ſic non ſentiunt, procul ab eccleſia pellantur. Nos antiquam legiſlationem eccleſiæ catholicæ ſequimur. Nos leges patrum cuſtodimus. Nos eos qui addunt quid, vel adimunt de eccleſia, anathematizamus.

A δεύτερον ἐν τῇ Νικαέων λαμπρᾷ μητροπόλει τῆς Βιθυνῶν ἐπαρχίας, ἐν τῇ ἁγίᾳ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ τῇ ἐπονομαζομένῃ Σοφίᾳ, ἀκολουθήσασα τῇ παραδόσει τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, ὥρισε τὰ ὑποτεταγμένα. ὁ τὸ φῶς τῆς αὐτοῦ ἐπιγνώσεως ἡμῖν χαρισάμενος, καὶ τοῦ σκότους τῆς εἰδωλικῆς μανίας ῥυσάμενος ἡμᾶς Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν, νυμφευσάμενος τὴν ἁγίαν αὐτοῦ καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν ἐκκλησίαν, μὴ ἔχουσαν σπίλον ἢ ῥυτίδα, ταύτην ἐπηγγείλατο διαφυλάττεσθαι· καὶ τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ μαθηταῖς διαβεβαιοῦται λέγων· μεθ᾽ ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος. ταύτην δὲ τὴν ἐπαγγελίαν οὐ μόνον αὐτοῖς ἐχαρίσατο, B ἀλλὰ καὶ ἡμῖν τοῖς δι᾽ αὐτῶν πιστεύσασιν εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ. τῆς οὖν δωρεᾶς ταύτης ἀλογήσαντές τινες, ὡς ὑπὸ τοῦ ἀπατεῶνος ἐχθροῦ ἀναπτερώμενοι, ἐξέστησαν τοῦ ὀρθοῦ λόγου, καὶ τῇ παραδόσει τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἀντιταξάμενοι, πρὸς τὴν σύνεσιν τῆς ἀληθείας διήμαρτον, καὶ ὥς φησιν ὁ παροιμιακὸς λόγος, τοὺς ἄξονας τοῦ ἰδίου γεωργίου πεπλάνηνται, καὶ συνῆξαι χερσὶν ἀκαρπίαν· ὅτι τῶν ἱερῶν ἀναθημάτων τὴν θεοπρεπῆ εὐκοσμίαν διαβάλλειν τετολμήκασιν, ἱερεῖς μὲν λεγόμενοι, μὴ ὄντες δέ. περὶ ὧν ὁ Θεὸς διὰ τοῦ προφήτου βοᾷ· ποιμένες πολλοὶ διέφθειραν τὸν ἀμπελῶνά μου, ἐμόλυναν C τὴν μερίδα μου. ἀνιέροις γὰρ ἐπακολουθήσαντες ἀνδράσι ταῖς ἰδίαις φρεσὶ πειθομένοις, κατηγόρησαν τῆς ἁρμοσθείσης Χριστῷ τῷ Θεῷ ἡμῶν ἁγίας αὐτοῦ ἐκκλησίας· καὶ ἀνὰ μέσον ἁγίου καὶ βεβήλου οὐ διεστείλαν, τὴν εἰκόνα τοῦ κυρίου καὶ τῶν ἁγίων αὐτοῦ ὁμοίως τοῖς εἰδώλοις τῶν σατανικῶν ξοάνων ὀνομάσαντες. διὸ μὴ φέρων ὁρᾶν ὑπὸ τῆς τοιαύτης λύμης διαφθειρόμενον τὸ ὑπήκοον ὁ δεσπότης Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν, τοὺς ἁπανταχοῦ τῆς ἱερωσύνης ἀρχηγοὺς τῇ αὐτοῦ συνεκάλεσεν εὐδοκίᾳ, θείῳ ζήλῳ καὶ ἐπινεύσει τῶν πιστοτάτων ἡμῶν βασιλέων Κωνσταντίνου καὶ Εἰρήνης, ὅπως ἡ ἔνθεος παράδοσις τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας κοινῇ ψήφῳ ἀπολάβῃ τὸ κῦρος. μετὰ D πάσης τοίνυν ἀκριβείας διερευνήσαντές τε καὶ διασκεψάμενοι, καὶ τῷ σκοπῷ τῆς ἀληθείας ἀκολουθήσαντες, οὐδὲν ἀφαιροῦμεν, οὐδὲν προστιθέαμεν, ἀλλὰ πάντα τὰ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἀμείωτα διαφυλάττομεν· καὶ ἑπόμενοι ταῖς ἁγίαις οἰκουμενικαῖς ἓξ συνόδοις, πρώτῃ μὲν τῇ ἐν Νικαέων συναθροισθείσῃ λαμπρᾷ μητροπόλει, ἔτι γε μὴν καὶ τῇ μετ᾽ αὐτὴν ἐν τῇ θεοφυλάκτῳ βασιλίδι πόλει· πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεὸν πατέρα παντοκράτορα.

Καὶ μετά τινα ἄλλα· καὶ μετὰ τὰς ὑπογραφὰς ἡ ἁγία σύνοδος ἐξεβόησε· πάντες οὕτω πιστεύομεν, E πάντες τὸ αὐτὸ φρονοῦμεν, πάντες συναινέσαντες ὑπεγράψαμεν· αὕτη ἡ πίστις τῶν ἀποστόλων, αὕτη ἡ πίστις τῶν πατέρων, αὕτη ἡ πίστις τῶν ὀρθοδόξων, αὕτη ἡ πίστις τὴν οἰκουμένην ἐστήριξε. πιστεύοντες εἰς ἕνα Θεὸν ἐν Τριάδι ὑμνούμενον, τὰς τιμίας εἰκόνας ἀσπαζόμεθα· οἱ μὴ οὕτως ἔχοντες ἀνάθεμα ἔστωσαν· οἱ μὴ οὕτω φρονοῦντες, πόῤῥω τῆς ἐκκλησίας ἐκδιωχθήτωσαν. ἡμεῖς τῇ ἀρχαίᾳ θεσμοθεσίᾳ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἐπακολουθοῦμεν. ἡμεῖς τοὺς θεσμοὺς τῶν πατέρων φυλάττομεν, ἡμεῖς τοὺς προστιθέντας τι ἢ ἀφαιροῦντας ἐκ τῆς ἐκκλησίας, ἀναθεμα-

τι-



ANNO CHRISTI 1438.

τίζομεν. ἡμεῖς τὰς σεπτὰς εἰκόνας ἀποδεχόμεθα. ἡμεῖς τοὺς μὴ οὕτως ἔχοντας τῷ ἀναθέματι καθυποβάλλομεν.

Καὶ ἐν τοῖς ἀναθεματισμοῖς. εἴ τις πᾶσαν παράδοσιν ἐκκλησιαστικὴν ἔγγραφόν τε καὶ ἄγραφον ἀθετεῖ, ἀνάθεμα.

Μετὰ δὲ ταῦτα ἀνεγνώσθη κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ὁ ὅρος τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς ἑβδόμης συνόδου, τῆς ἐν Νικαίᾳ συναθροισθείσης τὸ δεύτερον, τουτέστιν ἐξ ἀρχῆς μέχρι καὶ τῆς ἐκθέσεως τῶν συμβόλων· καὶ περὶ τὸ τέλος, ὁ διορισμὸς μετὰ τῶν αὐτῶν ἀρῶν καὶ ἐπιτιμίων, τοῦ μηδενὶ ἐξεῖναι προσθεῖναι, ἢ ἀφελεῖν, ἢ ὅλως μεταποιῆσαι.

Τούτου τοῦ ὅρου τῆς ἑβδόμης συνόδου παρ᾽ ἡμῶν ἀναγινωσκομένου, προεκομίσθη παρὰ τῶν Λατίνων βιβλίον ἕτερον, παλαιόν, γεγραμμένον, τὸν αὐτὸν ὅρον τῆς συνόδου ταύτης περιέχον· ἐν ᾧ εὑρέθη προσκείμενον ἐν τῇ θεολογίᾳ τοῦ ἁγίου πνεύματος, εἰς τό, ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον, τό, καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ, ὡς αὐτοὶ λέγουσι. καὶ περὶ τούτου πολὺν ἐποιήσαντο λόγον, ἐπιδεικνῦντες ἡμῖν τὸ βιβλίον, ὡς παλαιὸν δῆθεν, καὶ ἐπὶ τούτῳ μεγαλαυχοῦντες, καὶ ἀντιβάλλοντες αὐτὸ πρὸς τὸ παρ᾽ ἡμῖν βιβλίον, καὶ δοκιμάζοντες τὴν συμφωνίαν ἐκ τῶν ὑπογραφῶν καὶ τῶν ἄλλων· ἣν καὶ ἐν πᾶσιν εὑρίσκοντες πλὴν τῆς προσθήκης ταύτης, ἐδόκουν θαυμάζειν· ἡμεῖς μὲν οὖν πρὸς τοῦτο οὐδεμίαν ἀπολογίαν ἐποιησάμεθα, μὴ συγχωροῦντος ἡμῖν τοῦ καιροῦ· πλὴν ὅσον αἰτησαμένους αὐτοὺς προετρέψαμεν ἀναγνῶναι τὴν τοιαύτην ἔκθεσιν μετὰ τῆς προσθήκης, ὡς ἐν τῷ βιβλίῳ ἐφέρετο.

Μετὰ ταῦτα ἐπήγαγεν ὁ Ἐφέσου κατὰ τὴν ἀκολουθίαν τῶν πρότερον εἰρημένων τε καὶ ἀναγνωσθέντων.

ΕΦΕΣ. Ἠκούσατε, πατέρες αἰδεσιμώτατοι, τὰς ἀποφάσεις, ἃς οἱ θεῖοι πατέρες καὶ κοινῇ συνερχόμενοι, καὶ ἰδίᾳ καθ᾽ ἑαυτοὺς οἱ τῶν συνόδων ἔξαρχοι περὶ τῆς πίστεως ἰδίᾳ ἀπεφήναντο. καὶ ἃ δὲ ἰδίως ἔγραψαν, ἢ πρὸς ἀλλήλους ἐπιστέλλοντες, ἢ καθ᾽ ἑαυτοὺς δογματίζοντες, κἀκεῖνα παρ᾽ αὐταῖς ταῖς συνόδοις ἀναγνωσθέντα, ὡς κοιναὶ δόξαι προσεδέχθησάν τε καὶ ἐκυρώθησαν. ἡμεῖς μὲν οὖν αἰδούμενοι τοὺς πατέρας ἡμῶν, καὶ τοὺς ὅρους αὐτῶν φυλάττοντες, καὶ τὰς ἀρὰς εὐλαβούμενοι, οὐ δυνάμεθα παραδέξασθαι τὴν ἐν τῷ συμβόλῳ γενομένην προσθήκην. καιρὸς δὲ λοιπὸν ἀκοῦσαι τῶν ὑμετέρων ἀπολογιῶν, εἰ μὴ ὁ καιρὸς κωλύει, τῆς προσθήκης ταύτης ἕνεκα. πλὴν ταῦτα εἴπομεν κατὰ τὸ παρόν, ἀπὸ τῶν αὐτῶν καὶ ὁμοίων ἀφορμῶν ἐπιχειροῦντες * τοὺς ὅρους τῶν οἰκουμενικῶν συνόδων, οὓς καὶ ἀναγκαῖον ἦν ἐφεξῆς καὶ ἀκολούθως ἀναγνωσθῆναι, καθάπερ καὶ ἀνεγνώσθησαν. μετὰ δὲ τὰς ὑμετέρας ἀπολογίας, παραξόμεν εἰς μαρτυρίαν τῶν εἰρημένων, καὶ ἑτέρων ἁγίων πατέρων χρήσεις ἐκτὸς τῶν συνόδων τούτων, ἃς ἐξέθεντο γράφοντες πρὸς ἀλλήλους, ἢ δημοσίᾳ διδάσκοντες, ἢ καθ᾽ ἑαυτοὺς δογματίζοντες. παρακαλοῦμεν δὲ ὑμᾶς, κεφαλαιωδῶς καὶ ἀνὰ μέρος ποιῆσαι τὰς ὑμετέρας ἀπολογίας καὶ ἀντιθέσεις, ὡς ἐν διαλέξεως εἴδει· ἵνα καὶ αἱ πρὸς αὐτὰς ἡμέτεραι λύσεις, εὐσύνοπτοι, καὶ εὔποροι, καὶ σαφεῖς γίνωνται. γινώσκετε γάρ, ὅτι ἡμεῖς οὔτε μνημονικοί ἐσμεν, οὔτε ἄλλως διαιρετικοὶ καὶ ἀριθμητικοί, οὔτε φιλοτιμοῦ-

* Tr. κατὰ τὰς.

SESSIO V.

A Nos venerandas imagines recipimus. Nos eos qui ſic ſe non habent, anathematiſmis ſubmittimus.

Et in anathematiſmis: Si quis omnem traditionem eccleſiaſticam ſive ſcriptam, ſive non ſcriptam irritam facit, anathema.

Lecta igitur eſt in eumdem modum definitio ſanctæ & œcumenicæ ſeptimæ ſynodi, quæ ſecundo Nicææ congregata eſt, hoc eſt a principio uſque ad expoſitionem ſymbolorum, atque ad finem, decretum cum iiſdem execrationibus & cenſuris, ne cui liceat addere, vel demere, vel omnino immutare. B

Ea vero definitio cum a nobis recitaretur, prolatus eſt alter codex a Latinis, antiquus, manuſcriptus, in quo eadem hujus ſynodi definitio continebatur: inventumque eſt, ubi de Spiritus ſancti divinitate agitur, iis verbis, Ex Patre procedentem, additum. Et ex Filio, ſicut ipſi dicunt. Atque hac de re multum habuere ſermonem, librum nobis oſtendentes quaſi antiquum, ſeque de illo jactantes, & cum noſtro codice illum conferentes, & convenientiam ex ſubſcriptionibus & aliis probantes: quam in omnibus comperientes excepto hoc C additamento, videbantur admirari. Nos igitur nihil ad hoc reſpondimus, quod non liceret per tempus. Tantum eos, quod ipſi poſtularant, hortati ſumus, ut recitarent hujuſmodi expoſitionem cum additamento, ſicuti in libro ſcriptum habebatur.

Deinde Epheſius ſermonem cum dictis & lectis antea connectens intulit.

EPHES. Audiſtis patres reverendiſſimi ſanctorum patrum ſententias ab iis, ſive communi conſenſu in conciliis, ſive privatim a ſynodorum primoribus de fide prolatas. Nam & quæ privatim ipſi per ſe ſcripſerunt, aut alter ad alterum mittendo, aut D dogmatice res divinas tractando, ea quoque in conciliis ipſis recitata, veluti communes ſententiæ recepta ſunt, atque approbata. Nos ergo patrum noſtrorum reverentia ducti, & decreta illorum ſervantes, & execrationes formidantes, non poſſumus admittere factum in ſymbolo additamentum. Reliquum eſt ut, ſi tempus permittat, veſtras pro additamento hoc reſponſiones audiamus. Ceterum nos hæc in præſentia diximus ex ſimilibus ejuſdemque generis fontibus argumenta ducentes juxta generalium conciliorum decreta, quæ neceſſe erat ſervato eorum ordine recitari, uti factum eſt. Poſt re- E ſponſiones autem veſtras ad confirmanda ea, quæ diximus, aliorum quoque ſanctorum patrum ſententias præter has ſynodos afferemus, quas illi aut mutuas epiſtolas ſcribendo, aut publice docendo, aut privatim dogmata explanando protulerunt. Rogamus autem vos, ut ſummatim ac per capita diſputantium more contra objecta reſponſiones veſtras exponatis, ut noſtræ viciſſim ſolutiones compendioſæ, faciles, dilucidæque proveniant. Noſtis enim, nos neque memoria valere, neque dividendi numerandi-

que

SESSIO VI. que arte pollere ; neque illud affectare, ut videamur habere quid dicamus ad omne id quod objicitur : ſed illud ſimplex & generoſum in nobis eſſe, ut quidam ex antiquis ait, quidquid cum veritate dicitur, ut libenter ſuſcipiamus & amplectamur : quod vero non ita ſe habere videtur, continuo perſpicueque refellamus.

His ita dictis ab Epheſio, Julianus cardinalis ſic eſt allocutus imperatorem.

JUL. CARD. Sereniſſime imperator, prolatum a nobis ſymbolum in ſeptima ſynodo, ſcriptum eſt in vetuſtiſſimo codice : & impoſſibile eſt ſuſpicari, aliquam in eo factam eſſe mutationem ; habemus porro & antiquum hiſtoricum virum doctum, qui quidem inter multa alia narrat hoc etiam, ſymbolum videlicet ita eſſe a ſeptima ſynodo expoſitum & lectum : quod etiam ex ejus teſtimonio probamus. Vos autem patres reverendiſſimi, quoniam petiiſtis, ut noſtra reſponſio fiat ſummatim, ſitque brevis & diſtincta commatibus, hoc idem & nobis placet. Verum ut vos etiam ad ſingula clare poſſitis reſpondere, neceſſe eſt, ut dicta & ſcripta hodie a veſtris notariis, legantur, & cum noſtris conferantur : atque ita iis memoria repetitis, & perfecta eorum convenientia, ſequenti ſeſſione ad dicta omnia reſpondebimus.

μεθα πρὸς πᾶν τὸ ἀντιλεγόμενον ἔχειν δοκεῖν ὅτι ἂν εἴπωμεν· ἀλλὰ τοῦτο ἁπλοῦν καὶ γενναῖον ἔχομεν, ὡς ἔφη τις ἤδη τῶν παλαιῶν, ὅτι ὃ ἂν μετὰ τῆς ἀληθείας λέγηται, δεχόμεθά τε ἀσμένως καὶ περιπτυσσόμεθα· ὃ δ' ἂν μὴ οὕτως ἔχον δοκῇ, κατὰ πόδας καὶ προφανῶς ἐλέγχομεν.

ANNI CHRISTI 1438.

Τούτων οὕτω ῥηθέντων παρὰ τοῦ Ἐφέσου, ὁ καρδινάλιος Ἰουλιανὸς εἴρηκε ταῦτα πρὸς τὸν βασιλέα.

ΙΟΥΛ. ΚΑΡΔ. Γαληνότατε βασιλεῦ, τὸ προκομισθὲν παρ' ἡμῶν σύμβολον ἐν τῇ ἑβδόμῃ συνόδῳ, ἔστιν ἐν βιβλίῳ παλαιοτάτῳ, καὶ ἀδύνατον ὑπονοῆσαι γενέσθαι τινὰ ἐναλλαγὴν ἐν αὐτῷ· ἔχομεν δὲ καὶ ἱστορικὸν ἄνδρα παλαιὸν καὶ σοφὸν γεγραφότα περὶ πολλῶν ἄλλων, καὶ δὴ καὶ περὶ τούτου διειληφότα, ὅτι τὸ σύμβολον οὕτως ἐξετέθη καὶ ἀνεγνώσθη παρὰ τῆς ἑβδόμης συνόδου· καὶ συνιστῶμεν τοῦτο καὶ ἀπὸ τῶν ἐκείνου φωνῶν. ὑμεῖς δὲ πατέρες αἰδεσιμώτατοι, ἐπειδὴ ἐζητήσατε τὴν ἀπολογίαν ἡμῶν γενέσθαι κεφαλαιώδη, καὶ σύντομον, καὶ κομματικήν, ἀποδεχόμεθα καὶ ἡμεῖς τοῦτο. πλὴν ἵνα καὶ ὑμεῖς καθαρῶς πρὸς ἕκαστα τῶν εἰρημένων ἀποκρίνησθε, ἀνάγκη ἐστὶν ἀναγνωσθῆναι τὰ σήμερον εἰρημένα τε καὶ γεγραμμένα παρὰ τῶν νοταρίων ὑμῶν, καὶ ἀντιβληθῆναι τοῖς ἡμετέροις· εἶθ' οὕτω τῆς ἀναμνήσεως αὐτῶν γενομένης, καὶ τῆς συμφωνίας ἀναφανείσης, ἐν τῇ ἑξῆς συνελεύσει περὶ πάντων τῶν εἰρημένων ἀπολογησόμεθα.

## SESSIO VI.

*Die vigeſimo Octobris, feria ſecunda, habita eſt.*

JUL. CARD. REVERENDISSIMI domini, nudiuſtertius, quando in ædem ſancti Franciſci convenimus, talem inter nos habuimus ſermonem ; Nos ad eum finem conveniſſe, ut pacem cum pace perquireremus & reperiremus, ac proinde oportere partem utramque alteri, ubi opus fuerit, mutua officia præſtare : promiſimuſque, ſi opus fuerit libris quos habet beatiſſimus papa, libenter illos tradere : ſimiliter & vos promiſiſtis, ſi librum habueritis, illum daturos, qui per horam videatur a nobis. Rogavi autem reverendiſſimum Epheſium & Nicænum, ut librum nobis ad horam commodarent, qui acta ſynodi octavæ continet, & non dederunt. Si quidem igitur librum huc attuliſtis, bene eſt : ſin minus, mittite, qui illum afferant.

EPHES. Quod tunc reſpondi, nunc etiam dico ; nihil eſſe impedimento, quo minus librum aliquem cum opus fuerit, oſtendamus : ſed difficile eſſe ita eum tradere, ut nos illo careamus : hunc itaque librum tradi vobis non eſt facile ; ſed ſi præ manibus etiam illum haberemus, nulla neceſſitate cogimur ad connumerandum inter œcumenicas ſynodos aliam ſynodum, quæ prorſus non eſt approbata, ſed potius reprobata. Nam ſynodus hæc, de qua loquitur veſtra reverentia, continet acta adverſus Photium tempore Joannis papæ & Hadriani. Poſtea celebrata eſt altera ſynodus, quæ Photium re-

## ΣΥΝΕΛΕΥΣΙΣ ϛʹ.

Ὀκτωβρίου μηνὸς εἰκοστῇ, ἡμέρᾳ δευτέρᾳ, ἐγένετο.

ΙΟΥΛ. ΚΑΡΔ. ΑἸΔΕΣΙΜΩΤΑΤΟΙ πατέρες, προχθὲς ἐποιησάμεθα τοὺς τοιούτους λόγους, ὅτε συνήλθομεν ἐν τῷ ναῷ τοῦ ἁγίου Φραγκίσκου, ὅτι ἡμεῖς ἐπὶ τούτῳ τῷ σκοπῷ συνήχθημεν, ἐπὶ τῷ ἐξετάσαι καὶ εὑρεῖν τὴν εἰρήνην μετὰ τῆς εἰρήνης. καὶ διὰ τοῦτο χρεία, ἵνα χαρίζηται τὸ ἓν μέρος τῷ ἑτέρῳ ἐν οἷς ἐστὶ δέον. καὶ ὑπεσχέθημεν, ἐὰν ᾖ χρεία βιβλίων, ὅσα εἰσὶν εἰς τὴν ὑποταγὴν τοῦ μακαριωτάτου πάπα, ἵνα δώσωμεν μετὰ χαρᾶς. ὡσαύτως ὑπεσχέθητε καὶ ὑμεῖς, ἐὰν ἔχητε βιβλίον, ἵνα δώσητε αὐτό, καὶ ἴδωμεν μίαν ὥραν. καὶ ἠξίωσα τὸν αἰδεσιμώτατον Ἐφέσου καὶ τὸν Νικαίας διὰ βιβλίον, ἵνα δανείσωσιν ἡμῖν αὐτό, ὁποῖον ἔχει τὰ πρακτικὰ τῆς ὀγδόης συνόδου, ἵνα ἔχωμεν αὐτὸ μίαν ὥραν, καὶ οὐδὲν ἔδωκαν αὐτό. καὶ εἰ μὲν ἐφέρετε τὸ βιβλίον, ἰδοὺ καλόν. εἰ δὲ μή, πέμψατε ἵνα φέρωσιν αὐτό.

Ὃ ἀπεκρινάμην τότε, τοῦτο καὶ νῦν λέγω· ὅτι οὐ μέλλει ἐμποδισθῆναι, ἵνα δείξωμεν βιβλίον, ὅταν ᾖ χρεία. τὸ δὲ δοῦναι αὐτὸ οὕτως, ὥστε λείπειν ἀφ' ἡμῶν, ἐστὶ δύσκολον. περὶ δὲ τοῦ βιβλίου τούτου, οὐκ ἔστιν εὔκολον δοῦναι ἡμᾶς αὐτό. εἰ δὴ καὶ εἴχομεν αὐτό; οὐκ ἔχομεν ἀνάγκην ἵνα συναριθμήσωμεν ταῖς οἰκουμενικαῖς συνόδοις ἄλλην σύνοδον, ἥτις οὐδὲ ἐστέρχθη ὅλως, ἀλλὰ μᾶλλον ἠκυρώθη. καὶ αὕτη ἡ σύνοδος ἣν λέγει ἡ ἁγιωσύνη σου, ἔχει πράξεις κατὰ τοῦ Φωτίου, ἐν τῷ καιρῷ τοῦ πάπα Ἰωάννου καὶ τοῦ Ἀδριανοῦ. μετὰ ταῦτα ἐγένετο ἄλλη σύνοδος, καὶ ἀνώρθωσε τὸν Φώτιον, καὶ ἠκύρωσε τὴν πρώτην σύνοδον.

αὕτη



ANNO CHRISTI 1438. αὕτη ἡ σύνοδος, ἥτις ὠνομάσθη καὶ ὀγδόη σύνοδος, ἐγένετο ἐπὶ τοῦ πάπα Ἰωάννου τινός· τοῦ πάπα Ἰωάννου αἱ ἐπιστολαὶ φέρονται ὑπὲρ τοῦ Φωτίου. ἐζήτησε δὲ ἡ σύνοδος αὕτη καὶ περὶ τῆς προσθήκης τοῦ συμβόλου, καὶ ἔκρινεν ἄξιον ἵνα ἐξαιρεθῇ παντελῶς. καὶ νομίζομεν, ὅτι οὐδὲ ὑμεῖς ἀγνοεῖτε οὔτε τὴν σύνοδον, οὔτε τὰς ἐπιστολὰς τοῦ πάπα Ἰωάννου. καὶ ἐπειδὴ ἠκυρώθησαν τὰ τῆς συνόδου ἐκείνης, οὐκέτι δίκαιον ἵνα ζητῶμεν αὐτήν, ἀλλὰ τὴν μετ' αὐτὴν μάλιστα. ἀπὸ τότε γοῦν μέχρι τοῦ νῦν ἀναγινώσκεται ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ τῆς Κωνσταντινουπόλεως οὕτως· ἅπαντα τὰ κατὰ τῶν ἁγίων πατριαρχῶν, Φωτίου, καὶ Ἰγνατίου γραφέντα ἢ λαληθέντα, ἀνάθεμα. διὰ τοῦτο ἅπερ ἀνετράπησαν, οὐδὲ πρέπει ἵνα ἔλθωσιν εἰς τὸ μέσον.

ΙΟΥΛ. ΚΑΡΔ. Θέλω ἀπολῦσαι ὑμᾶς ἐκ τοῦ φόβου τούτου· ἵνα μὴ ἔχητε φόβον, ἵνα μηδὲν ἀναγνωσθῇ ἀπὸ τῆς ὀγδόης συνόδου· ἀξιοῦμεν δέ, ἵνα ἔλθῃ τὸ βιβλίον ἐκεῖνο ὃ ἐζητήσαμεν· θέλομεν γὰρ ἵνα ἴδωμεν ἀπὸ τῆς ἕκτης καὶ ἑβδόμης συνόδου, καὶ περὶ τῆς ὀγδόης οὐδὲν λέγομεν.

ΕΦΕΣ. Ἐπειδὴ εἴπατε, ὅτι χρήζετε ἵνα ἴδητε περὶ τῆς ἕκτης καὶ ἑβδόμης συνόδου, δίδομεν τὸ βιβλίον· περὶ δὲ τῆς ὀγδόης οὐδὲν λέγομεν αὐτήν, ἐπειδὴ καὶ ἡ αἰδεσιμότης ὑμῶν λέγει τοῦτο. καὶ ἄλλως οὐ δίκαιόν ἐστιν, ἵνα ἐάσωμεν τὰς οἰκουμενικάς, καὶ ζητῶμεν τὴν μερικήν. ὅμως τὸ βιβλίον αὐτὸ οἴδατε, ὅτι ἔδωκα ἐγὼ ἀπὸ τῆς Κωνσταντινουπόλεως τῷ κυρῷ Νικολάῳ, καὶ φαίνεταί μοι ὅτι μετεγράψατε αὐτό. καὶ ἐκεῖνος πολλὰ εἶδεν αὐτό, καὶ νομίζω ὅτι μετέγραψεν αὐτό.

ΡΟΔ. Ἀπὸ τοῦ ῥήματος τούτου θέλω ἰθύνειν τὸν λόγον μου πρὸς τοὺς αἰδεσιμωτάτους πατέρας. ἀπὸ τῆς τελευταίας ὁμιλίας ὑμῶν ἣν ἐξέθεσθε, τέσσαρα κεφάλαια συνήξαμεν. πρῶτον, ὑμεῖς ἀνέγνωτε τὰ σύμβολα, ἢ ἵνα ὀρθότερον εἴπω, τὸ σύμβολον. δεύτερον, ἀνέγνωτε τοὺς ὅρους. τρίτον, τινὰς ἐπιστολάς, ἤτοι Βιγιλίου, Ἀγάθωνος πάπα, καὶ Κελεστίνου, καὶ Κυρίλλου, ἀφ' ὧν συνήξατε καὶ ἐποιήσατε κεφάλαια τέσσαρα. τέταρτον, εἰπόντες ὅτι εὐλαβούμενοι τοσούτους πατέρας τῷ πλήθει καὶ τῷ ἀξιώματι, καὶ τὰς ἀρὰς ἐκείνων ἀκούοντες, πόσῳ ἀναθέματι ἐπέβαλον, ἵνα μηδὲν προσθῇ τις ἐν οἷς ἐκεῖνοι ἐξέθηκαν, φοβεῖσθε ὑμεῖς προσθεῖναι ἢ δέξασθαι τὴν προσθήκην, ὅπερ ὑμεῖς μὲν προσθήκην λέγετε, ἡμεῖς δὲ ἀνάπτυξιν, ἣν ἡ Ῥωμαϊκὴ ἐκκλησία ἐν τῷ συμβόλῳ ψάλλει. Πρῶτον μὲν οὖν ἐν τῷ πρώτῳ, ἤτοι ἐκ τῆς ἀναγνώσεως τῶν συμβόλων ἠναγκάσθητε δεῖξαι τὸ λεγόμενον παρ' ἡμῶν τοῖς Λατίνοις, ὅτι ἐστὶ προσθήκη. ἀπὸ δὲ τοῦ δευτέρου, ἐν οἷς ἀνέγνωτε τοὺς ὅρους, ἐδείξατε, ὅτι οὐ δεῖ προστεθεῖναι. ἀπὸ δὲ τοῦ τρίτου ἐσπουδάσατε ἵνα ἀποδείξητε, ὅτι οὔτε ὀρθόν ἐστιν, οὔτε ἀναγκαῖον. ἀπὸ δὲ τούτων τῶν τριῶν συνάξαντες ἐποιήσατε τὸ τέταρτον, ὅτι δηλαδὴ τὰς ἀρὰς φοβούμενοι οὐ προστιθῆτε. λείπεται τοιγαροῦν, ἵνα ἀρξώμεθα ἀπὸ τοῦ πρώτου, ὅτι ὃ λέγομεν οὐκ ἔστι προσθήκη, ἀλλ' ἔστιν ἀνάπτυξις καὶ σαφήνεια. δεύτερον, ὅτι οὐ κωλύεται ἡ ἀνάπτυξις· πρὸς δὲ τὸ τρίτον πειρασόμεθα ἀποδεῖξαι τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι, ὅτι ἐστὶ χρήσιμον, καὶ ἀναγκαῖον, καὶ ἀληθές. τέταρτον, ἀποδείξομεν ἐκ πολλῶν καὶ ἀναγκαίων λόγων, ὅτι δεῖ πάντα Χριστιανὸν πείθεσθαι τῇ ἀληθείᾳ ἐξ ἅπαντος τρόπου. καὶ εἰς μὲν τὸ πρῶ-

ſtituit, & priorem ſynodum abrogavit. Hæc ſynodus, quæ octava etiam eſt appellata, facta eſt ſub Joanne papa ; cujus, Joannis inquam papæ, extant pro Photio epiſtolæ. Porro hæc ſynodus egit etiam de ſymboli additamento, dignumque cenſuit, quod penitus expungeretur. Arbitramur, vos nec ſynodum, nec epiſtolas Joannis papæ ignorare. Cum igitur acta illius ſynodi reſciſſa ſint, juſtum non eſt illam quærere, ſed potius, quæ poſt illam eſt celebrata. Itaque ex eo tempore ad hunc uſque diem in magna Conſtantinopoleos eccleſia ita legitur : Omnibus quæ adverſus ſanctos patriarchas, Photium & Ignatium, ſcripta vel dicta ſunt, anathema. Quare nec decet omnino in medium afferre ea, quæ ſunt abrogata. SESSIO V.

JUL. CARD. Volo vos hoc metu liberare, ne illud vereamini, quod ſit aliquid ex octava ſynodo legendum. Rogamus tamen, ut liber quem petiimus, afferatur. Volumus enim in ſexta & ſeptima ſynodo videre quidpiam : & de octava nihil dicimus.

EPHES. Quoniam dixiſtis opus habere, ut de ſexta & ſeptima ſynodo videatis quidpiam, tradimus librum. De octava vero nihil dicimus, quando & reverentia veſtra hoc idem ait : & certe juſtum non eſt prætermitti œcumenicas, & inquiri particularem. Ceterum noſtis, librum hunc a me datum eſſe domno Nicolao Conſtantinopoli, exiſtimoque ejus exemplar ſcriptum eſſe a vobis : nam & illi bene notus eſt liber, & exſcriptum puto eſſe ab illo.

RHOD. Ex hoc dicto volo meum ſermonem inſtituere ad reverendiſſimos patres. Ex iis quæ ultimo dixiſtis, quatuor collegimus capita. Primo recitaſtis ſymbola, ſive ut rectius loquar, ſymbolum. Secundo definitiones. Tertio epiſtolas quaſdam, Vigilii ſcilicet, Agathonis papæ, Cœleſtini, & Cyrilli ; ex quibus collegiſtis, & quatuor capita feciſtis. Quarto dixiſtis, tantorum patrum numero & dignitate præſtantium reverentia ductos, & execrationes illorum audientes, quantum minati fuerint anathema, ut ne quis addat ad ea quæ illi expoſuerunt, timere vos addere, ſeu admittere additamentum, ut ipſi quidem vocatis, nos enim explanationem dicimus, quod in ſymbolo Romana canit eccleſia. Primum igitur in primo, hoc eſt ex recitatione ſymbolorum conati eſtis probare, quod a nobis Latinis dicitur, eſſe additamentum. Ex ſecundo vero, hoc eſt ex definitionibus, oſtendiſtis non eſſe addendum. Ex tertio autem, magno ſtudio voluiſtis demonſtrare, nec recte ſe habere, nec eſſe neceſſarium. Ex his vero tribus colligentes, quartum formaſtis, quod ſcilicet execrationum timore non adjicietis. Supereſt igitur ut a primo ordinamur, quod non ſit additio, ſed explanatio & declaratio, quod dicimus. Secundo, quod non ſit interdicta explanatio. Ad tertium, Deo bene juvante conabimur demonſtrare, eſſe utile, & neceſſarium, & verum. Quarto, multis & neceſſariis rationibus demonſtrabimus, omnem Chriſtianum debere omnino veritatem amplecti. Et ad primum quidem, quoniam a reveren-

SESSIO VI.

verentia veſtra poſtulatum eſt, ut ſingula capita compendioſe apteque proponantur, ſic dico: Nulla expoſitio, explanatio, ſeu declaratio alicujus ſcientiæ vel diſciplinæ, dicenda eſt additio; ſed vox illa in ſymbolo, Filioque, continetur in altera voce, ſcilicet ex Patre, cum ſit explanatio, & explicatio illius; non eſt ergo additio. Hujuſmodi conſequentia & ſyllogiſmus eſt optimus, nec poteſt negari: probanda jam eſt minor & major hujus ſyllogiſmi. Major hoc modo demonſtratur. Quod alicui additur, extrinſecus additur: ita ſentiunt philoſophi; & præſertim Ariſtoteles in libro de generatione & corruptione, ubi de nutritione ait: Neceſſe eſt, quod nutritur, ali addito extrinſecus aliquo. Si ergo omnis additio extrinſecus fit; explanatio vero & explicatio non extrinſecus: ſed ex iis quæ in textu jacent; ſequitur quotieſcumque fit expoſitio, vel explicatio alicujus ſcientiæ, quæ in præjacente continetur, non eſſe additionem. Alioquin multa ſequerentur abſurda. Nam ſi demus, omnem explicationem ſeu declarationem eſſe additionem, hoc pacto concedemus, ad ſacram ſcripturam multas acceſſiſſe adjectiones. Cum enim patres, qui Nicæam convenerunt, ſuum expoſuerint ſymbolum ut expoſuere patres, qui ſecundum generale celebrarunt concilium, addidiſſe aliquid videntur; nihilo minus tamen dixerunt, eadem eſſe, quæ priores dixere patres. Hujus rei teſtis eſt, qui ſynodo illi interfuit, Gregorius theologus ſcribens ad Cledonium ita: Nos fidei, quam ſancti patres Nicæam convenientes expoſuere ad improbandam Arianam hæreſin, nihil unquam aut prætulimus, aut præferre poſſumus: ſed illam tenemus ac tenebimus fidem, dilucidius explicantes; quod de Spiritu ſancto minus declaratum eſt, nondum enim mota erat hæc quæſtio: quandoquidem unius deitatis oportet intelligere Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, Deum agnoſcendo & Spiritum.

Ex his ipſi diximus [illegible] ſita ſunt in ſecunda ſynodo, [illegible] re tamen additamentum, ſed explicatio & expoſitio. Nam in ſymbolo primæ non dicebatur, Viſibilium omnium & inviſibilium; nec etiam illud, Filium natum ante omnia ſæcula; nec illud, Deum verum de Deo vero; nec, Spiritum ſanctum dominum & vivificantem: & tamen ſecundæ ſynodi patres poſitis illis vocibus nihil ſe addidiſſe arbitrati ſunt; atque ut nulla facta additione beatus Gregorius, nihil ait ſe credere, quam quod dixerunt patres Nicæni. Quinimo, ſi rem exacte velitis perpendere, nulla fuit inſequens ſynodus, quæ non detraxerit, aut adjecerit. Nam in ſecunda ſublatum eſt illud a priore poſitum, Ex ſubſtantia Patris. Rurſus, quarta loco ejus, quod in primo ſymbolo dicebatur, Natum ex Patre, hoc eſt ex ſubſtantia Patris, dixit, conſubſtantialem Patri ſecundum deitatem, & conſubſtantialem nobis ſecundum humanitatem;

1. de gener. cap. 3.

τον, ἐπειδὴ ἐξητήθη παρὰ τῆς αἰδεσιμότητος ὑμῶν, ἵνα λέγηται ἕκαστον κεφάλαιον συντόμως καὶ καλῶς, λέγω οὕτως· Οὐδεμία ἔκθεσις, ἀνάπτυξις, ἢ σαφήνεια τινὸς ἐπιστήμης ἢ μαθήματος, ῥηθείη ἂν προσθήκη· ἀλλὰ τὸ, ἐκ τοῦ υἱοῦ, λεγόμενον ἐν τῷ συμβόλῳ, ἐμπεριέχεται τῇ, καὶ τοῦ πατρὸς, φωνῇ, ἐξήγησις ὂν αὐτοῦ καὶ ἀνάπτυξις· οὐκ ἄρα ἐστὶ προσθήκη· ἡ τοιαύτη ἀκολουθία καὶ ὁ τοιοῦτος συλλογισμὸς ἄριστός ἐστι, καὶ οὐ δύναται ἀρνηθῆναι. λείπεται δεῖξαι τὴν μείζονα τούτου τοῦ συλλογισμοῦ καὶ τὴν ἐλάττονα. ἡ μείζων ἀποδείκνυται τοῦτον τὸν τρόπον. τὸ προστιθέμενόν τινι προστίθεται ἔξωθεν. τοῦτον τὸν τρόπον νοοῦσι καὶ οἱ φιλόσοφοι, καὶ μάλιστα ὁ Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς, ὅπου ἐκεῖνος λέγει περὶ θρέψεως· λέγει γάρ· ἀνάγκη τὸ τρεφόμενον τρέφεσθαι προστιθεμένου τινὸς ἔξωθεν. εἰ δὲ πᾶσα πρόσθεσις ἔξωθεν· ἡ δὲ ἀνάπτυξις καὶ σαφήνεια οὐκ ἔξωθεν, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἐγκειμένων, ἕπεται, ὁσάκις γίνεται ἔκθεσις ἢ ἀνάπτυξις ἐπιστήμης τινὸς ἐμπεριεχομένης τῷ προϋποκειμένῳ, μὴ εἶναι προσθήκην. ἐπεὶ καὶ ἄλλως ἀκολουθεῖ πολλὰ ἄτοπα, ἐὰν δῶμεν τοῦτο, ὅτι πᾶσα ἀνάπτυξις ἢ σαφήνεια ἐστὶ προσθήκη. δώσομεν οὕτω τὴν ἱερὰν γραφὴν δέξασθαι προσθήκας πολλάς. τῶν γὰρ κατὰ Νίκαιαν συνελθόντων πατέρων ἐκθέντων τὸ ἑαυτῶν σύμβολον ὡς ἐξέθεντο, οἱ πατέρες οἱ συνελθόντες ἐν τῇ δευτέρᾳ οἰκουμενικῇ συνόδῳ, ἐποίησαν προσθήκην δοκοῦσαν· ὅμως εἶπον, ὅτι ἐστὶν αὐτὰ ἅπερ εἶπον οἱ πρῴην πατέρες. καὶ τούτων μάρτυς ὁ καὶ παρὼν ἐν ταύτῃ θεολόγος Γρηγόριος, γράφων πρὸς Κληδόνιον οὕτως· Ἡμεῖς τῆς κατὰ Νίκαιαν πίστεως τῶν ἁγίων πατέρων τῶν ἐκεῖ συνελθόντων ἐπὶ καθαιρέσει τῆς Ἀρειανικῆς αἱρέσεως, οὐδὲν οὔτε προετιμήσαμεν πώποτε, οὔτε προτιμᾷν δυνάμεθα· ἀλλ' ἐκείνης ἐσμὲν τῆς πίστεως καὶ ἐσόμεθα, προσδιαρθροῦντες τὸ ἐλλιπῶς εἰρημένον περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, διὰ τὸ μὴ κεκινῆσθαι τηνικαῦτα τοῦτο τὸ ζήτημα, ὅτι μιᾶς θεότητος εἰδέναι χρὴ τὸν πατέρα, καὶ τὸν υἱὸν, καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα, Θεὸν καὶ τὸ πνεῦμα γινώσκοντας.

Ἀπὸ [illegible] καὶ πολλὰ ἐξετέθησαν [illegible] συνόδῳ, ἀλλ' οὖν οὐκ ἦσαν προσθήκη, ἀλλ' ἀνάπτυξις καὶ σαφήνεια. καίτοι γε ἐν τῷ τῆς πρώτης συμβόλῳ οὐκ ἐλέγετο, ὁρατῶν τε πάντων καὶ ἀοράτων. ἀλλ' οὐδὲ ἐλέγετο, τὸν υἱὸν γεννηθῆναι πρὸ πάντων τῶν αἰώνων. ἀλλ' οὐδὲ Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ. ἀλλ' οὐδὲ, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον κύριον καὶ ζωοποιόν· ὅμως οἱ ἐν τῇ δευτέρᾳ θέντες τὰ τοιαῦτα οὐκ ἐλογίσαντο προσθεῖναι οὐδέν· καὶ ὡς οὐδεμιᾶς γενομένης προσθήκης ὁ μακάριος Γρηγόριος λέγει, μηδὲν ἄλλο πιστεύειν, ἢ ὅπερ εἶπον οἱ πατέρες οἱ κατὰ Νίκαιαν. μᾶλλον μὲν οὖν εἰ βούλεσθε ἀκριβῶς κατανοῆσαι, οὐδεμία ἐγένετο ἑπομένως σύνοδος, ἥ τι οὐκ ἀφεῖλεν, οὔτε προσέθηκε. καὶ γὰρ ἐν μὲν τῇ δευτέρᾳ ἀφῃρέθη τὸ, ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς, ἀπὸ τῆς πρώτης· καὶ αὖθις ἡ τετάρτη ἀντὶ τούτου ὅπερ ἐλέγετο ἐν τῷ πρώτῳ συμβόλῳ γεννηθέντα ἐκ τοῦ πατρὸς, τουτέστιν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς, εἶπον ἐκεῖνοι ὁμοούσιον τῷ πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα. ἐναντιούμενοι τῇ δόξῃ τοῦ Εὐτυχοῦς. φαίνεται ἄρα τὸ ποιῆσαί τινος πράγματος ἔκ-

θε-



Anno Christi 1438.

θεσιν, ἢ ἀνάπτυξιν, οὐκ ἔστι προσθήκην, ἀλλὰ σαφήνεια. τοῦτο βουλόμεθα δεῖξαι διὰ μαρτυρίας καὶ ῥητοῦ τῆς ὑμῶν αἰδεσιμότητος. ὁ κύριος γὰρ ὁ Ἐφέσου ὡς ἐξ ἀνθυποφορᾶς τὸν λόγον ποιούμενος, ἐζήτησεν ἕτερον ἐπενδυόμενος πρόσωπον· τίνος χάριν οἱ ἐν τῇ τρίτῃ οὐκ ἐποιήσαντο μνείαν τοῦ τῆς δευτέρας συμβόλου, ἀλλὰ τοῦ τῆς πρώτης μόνου. καὶ λύσας ἄριστα καὶ σοφώτατα τὴν ἀπορίαν εἶπε, διὰ τὸ εἶναι ἄμφω ταῦτα ὡς ἓν, καὶ μηδὲν διαφέρειν· καὶ τοίγε προσετέθησαν πολλὰ, ὡς φαίνεται, καὶ ἐν συλλαβαῖς καὶ ἐν λέξεσιν, ἃ οὐκ ἦσαν ὡς ἔοικε προσθῆκαι, διὰ τὸ εἰς τὸν αὐτὸν νοῦν φέρειν. Ἐκ τούτων οὖν ἁπάντων ἀναφαίνεται εἶναι φανερὰν τὴν μείζονα, δηλαδὴ, μὴ εἶναι μηδὲ λέγεσθαι προσθήκην μηδεμίαν σαφήνειαν ἢ ἀνάπτυξιν· λείπεται ἤδη ἀποδεῖξαι τὴν ἐλάττονα, ἐν ᾗ καὶ πλείων κόπος, ἤ τοι, τὸ ἐκ τοῦ υἱοῦ, ἐξήγησίς ἐστι καὶ σαφήνεια· ὥστε δηλονότι, ἐν οἷς λέγεται ἐκπορεύεσθαι ἐκ τοῦ πατρὸς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἅμα νοεῖσθαι καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ· καὶ πρὸς τοῦτο οὐ προσοίσω ἄλλας ἀποδείξεις, ἢ τῶν ὑμετέρων ἁγίων· καὶ ἀποδείξω ἐν τῇ * μείζονι, ὅτι ἐκπορεύεται ἐκ τοῦ υἱοῦ καθὼς καὶ ἐκ τοῦ πατρὸς, καὶ δείξω ἐκ τῶν ὑμετέρων ἁγίων· Ὁ γὰρ μακάριος Κύριλλος ἐν τῇ κατὰ Ἰωάννην ὁμιλίᾳ, οὗ τὸ λέγεται· ἐγὼ ἐρωτήσω τὸν πατέρα, καὶ ἄλλον παράκλητον πέμψει ὑμῖν, λέγει· Τῶν γὰρ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς ἐνουσιωδῶν ἀγαθῶν ὑπάρχων ὁ υἱὸς κοινωνὸς, ἔχει καὶ τὸ πνεῦμα κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον, καθ' ὅνπερ ἂν νοοῖτο καὶ ὁ πατὴρ, οὐκ ἐπακτὸν, οὐδὲ ἔξωθεν· εὔηθες γὰρ, μᾶλλον δὲ μανικὸν τὸ οὕτω φρονεῖν· ἀλλ' ὥσπερ καὶ ἡμῶν ἕκαστος τὸ ἴδιον ἐν ἑαυτῷ πνεῦμα συνέχει, καὶ ἐκ τῶν ἐνδοτάτων σπλάγχνων εἰς τὰ ἔξω προχέει· διὰ γάρ τοι τοῦτο καὶ σωματικῶς αὐτὸ ἐνεφύσησεν ὁ σωτὴρ, δεικνὺς, ὅτι καθάπερ ἐκ τοῦ στόματος τοῦ ἀνθρωπίνου πρόεισι τὸ πνεῦμα σωματικῶς, οὕτω καὶ ἐκ τῆς θείας οὐσίας θεοπρεπῶς προχεῖται τὸ ἐξ αὐτῆς. Ἀπὸ τούτων συμπεραίνει, ὅτι ἐπειδὴ ὁ υἱὸς ἔχει πάντα τὰ τοῦ πατρὸς ἀγαθὰ κατὰ φύσιν καὶ οὐσιωδῶς, ἔχει καὶ τὸ ἐκπορεύειν τὸ πνεῦμα καθὼς καὶ ὁ πατὴρ, μενόντων τῶν προσωπικῶν ἰδιωμάτων. ἐξ ὧν ἕπεται ἔχειν τὸν υἱὸν πρὸς τὸ πνεῦμα, ὥσπερ καὶ τὸν πατέρα. καὶ ἵνα μήτις νομίσῃ περὶ πνευματικοῦ τινος χαρίσματος, ἀλλ' οὐχὶ περὶ αὐτοῦ τοῦ πνεύματος λέγειν, τοῦτο ὁ σωτὴρ ἡμῶν σαφηνίζει ἐν ἐκείνῳ τῷ ῥητῷ, τῷ, λάβετε πνεῦμα ἅγιον. ἀλλ' ἐκ τῆς τρίτης ὑποθέσεως ὑπέκειτο, ὅτι τὸ πνεῦμα μετὰ τῆς προσθήκης τὸ ἓν τῶν θείων προσώπων δηλοῖ, ἕπεται ἄρα τὸν υἱὸν ἐκπορεύειν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καθὼς καὶ ὁ πατήρ. καὶ ἴσως εἴποι τις, ὅτι τὸ ἰδίωμά ἐστιν ἀπολελυμένον καὶ καθ' ἑαυτὸ, καὶ οὐ νοεῖται ἐκεῖνο περὶ τῆς τοῦ πνεύματος ὑποστάσεως· ἀλλ' ἡμεῖς πρὸς τὸ δεῖξαι τὸ ἐναντίον τούτου, καὶ ὅτι περὶ τῆς τοῦ πνεύματος ὑποστάσεώς ἐστιν ὁ λόγος, προστάξομεν ἄλλον μάρτυρα τὸν μέγαν Βασίλειον· ὅστις ἀποδείξει ὑμῖν τὸν πατέρα, καὶ τὸν υἱὸν, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον οὕτως ἔχειν, ὥστε μηδενὶ τρόπῳ τὸν πατέρα νοεῖσθαι μὴ συννοουμένου τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ πνεύματος· μηδὲ τὸν υἱὸν μὴ συννοούμενον τοῦ πνεύματος. Ὁ τὸ πνεῦμα νοήσας, φησὶν, αὐτό τε ἐφ' ἑαυτοῦ ἐνόησε, καὶ τὸν οὗ ἐστι πνεῦ-

* ἐν ἐλάττονι.

SESSIO VI.

opinioni Eutychis contraria ſtatuentes. Liquet igitur non eſſe additamentum, ſi quis explicet aliquid, ſed declarationem. hoc idem probare volumus ex teſtimonio & dicto veſtræ reverentiæ. Nam dominus Epheſius ad id reſpondens, quod ipſemet objecerat, cum velut ex alterius perſona quæſiſſet; Cur patres tertiæ ſynodi non meminerint ſymboli ſecundæ, ſed primæ tantum; optime doctiſſimeque occurrit, dicens, quod ſint ambo illa ut unum, & nihil differant: cum tamen multæ ſint additæ, ut palam eſt, & ſyllabæ & dictiones, quæ non fuere additamenta, quoniam eumdem ſenſum exprimebant. Ex his itaque omnibus perſpicuum ſit, veram eſſe majorem, ſcilicet, nullam declarationem ſive explanationem eſſe vel dici additionem. Reſtat minor probanda, quæ plus etiam laboris deſiderat: videlicet: ſed vox illa, ex Filio, expoſitio & declaratio eſt; ita ut dum Spiritus ſanctus dicitur ex Patre procedere, ſimul etiam intelligatur, ex Filio: ad quod non alias afferam probationes, quam ſanctorum veſtrorum: demonſtraboque in minore, procedere ex Filio æque ut ex Patre, & oſtendam per ſanctos veſtros. Nam beatus Cyrillus homilia in illud Joannis: *Ego rogabo Patrem, & alium Paracletum mittet vobis*: Cum enim, inquit, eſſentialia Dei Patris bona participet Filius, habet etiam eodem modo Spiritum, quod Pater habere intelligitur, non ſuperadditum, non extrinſecus: ſtultum enim, vel potius inſanum eſt ita ſentire: ſed quemadmodum unuſquiſque noſtrum proprium in ſeipſo continet ſpiritum, & ex intimis viſceribus foras effundit: propterea enim corporaliter inſufflavit illum ſalvator, ut oſtenderet, ita ex divina ſubſtantia ut Deum decet, effundi quod ex ipſa eſt, ſicut ex ore humano prodit halitus corporaliter. Ex his concludit, **Filium eo quod habeat omnia naturalia & eſſentialia** Patris bona, habere etiam, ut producat Spiritum ſicut & Pater, manentibus proprietatibus perſonalibus. Ex quo ſequitur, Filium ita ſe habere ad Spiritum, ut Pater. Et ne quis exiſtimet, de ſpiritali quopiam dono, non de ipſo Spiritu id dici, ſalvator noſter declarat iis verbis: *Accipite Spiritum ſanctum*; ſed poſitum erat ex tertio ſuppoſito, Spiritum cum addito ſignificare unam ex divinis perſonis; Sequitur ergo, Spiritum æque a Filio procedere, atque a Patre. Sed dixerit fortaſſe quiſpiam, proprietatem eſſe quid abſolutum & per ſe, atque ita illud non intelligi de perſona Spiritus. Verum nos ad probandum contrarium, & oſtendendum ſermonem eſſe de perſona Spiritus, alium teſtem afferemus magnum Baſilium, qui vobis demonſtrabit, Patrem & Filium & Spiritum ſanctum ita ſe habere, ut nullo modo Pater intelligatur, quin ſimul Filius & Spiritus intelligantur: neque Filium, quin ſimul Spiritus intelligatur. Qui Spiritum, inquit, intellexit, & ipſum per ſe intellexit, ſimulque illum, cujus eſt

Spi-

Joan. 14.

Joan. 20.

Ibidem.

Epiſtola ad Gregorium fratrem de differentia ſubſt. & hypoſt.

SESSIO VI.

Spiritus, & Filium mente apprehendit: qui A vero hunc apprehendit, Spiritum a Filio non ſejunxit: ſed ſervata quidem ſerie propter ordinem, conjunctim vero propter naturalem trium ſimul unitorum communionem, fidem in ſe ipſo formavit. Et qui Spiritum tantummodo dixit, confeſſione ſua ſimul comprehendit & illum, cujus eſt Spiritus. Et quoniam Chriſti eſt Spiritus, & ex Deo, ut inquit apoſtolus, (Rom. 8.) quod in catena contingit, ut qui unum extremum trahit annulum, ſimul etiam attrahat alterum extremum; ita qui traxit Spiritum, Patrem quoque & Filium ſimul per ipſum attraxit. Filium quoque ſi quis accipiat, habebit ex utra- B que parte, hinc quidem Patrem, inde vero proprium Spiritum ſecum afferentem: neque enim licet excogitare ſectionem vel diviſionem, aut Filium intelligi ſine Patre, aut Spiritum disjungi a Filio.

Reverendiſſimi patres, ita ſe habent inter ſe divinæ perſonæ, ut una illarum cogitatione apprehenſa ceteræ quoque intelligantur. Itaque, ut qui intelligit Spiritum produci a Patre, neceſſario intelligat, eumdem produci quoque a Filio. Et ne difficile & incredibile videatur quod dicimus, eumdem Baſilium volo teſtem adducere in ſermone de fide dicentem: Quæ- C cumque habet Pater, habet & Filius, niſi quod Filius non eſt Pater. Omnia eſt Filius, quæcumque Pater, eo uno dempto, quod non eſt Pater. Patrem dixi & Filium: has mihi ſerva proprietates: manens igitur Filius in eſſe Filii, omnia eſt quæcumque Pater, ſecundum ipſius domini vocem dicentis (Joan. 16.): *Quæcumque habet Pater, mea ſunt*: quia profecto imaginis ſunt ea omnia, quæ inſunt prototypo. Reverendiſſimi domini dicunt, quæ ipſe dico, mecumque conveniunt. Liquet igitur omni ex parte, ſpirationem eſſe communem Patri & Filio. Nos alia multa & clara & manifeſta de hac materia poſſemus pro- D ferre, ac oſtendere, Spiritus ſancti productionem intelligi etiam ex Filio, cum dicitur procedere a Patre, ſed hæc jam ſatis: tempus breve eſt: in aliam ſeſſionem hæc differemus. Utinam Deus hæc dicendi, deque his diſputandi cauſam tollat: ſed redeo, unde ſum digreſſus. Dicebam non eſſe additionem, quandoquidem omnis explicatio ſeu declaratio non eſt additio. Nos in ipſa minore demonſtravimus, cum Pater dicitur ſpirare Spiritum, intelligi etiam Filium ſpirare eumdem. Ex quo ſequitur, quod eſt poſitum in ſymbolo, non eſſe additamentum, ſed interpretamentum. Veniamus ad ſecundum, quod erat, ut vos E quidem dicitis, additamentum, nos vero haud ita, ſed declarationem non eſſe interdictam. Si enim eſſet additamentum, quod negamus, certe non niſi extrinſecus eſſet; talis vero additio literæ, ſeu dictionis neque in ſacra ſcriptura veteri aut nova, neque in decretis patrum, neque in dictis ſynodorum, ut Deo favente demonſtrabimus, interdicta videtur; non eſt ergo interdicta. Quod ſi quis dixerit interdictum eſſe, & literam & vocem addi ad ſcripturam, multa ſequentur abſurda. Primo

ANNO CHRISTI 1438.

A μα, καὶ τὸν υἱὸν τῇ διανοίᾳ συμπαρεδέξατο. ὁ δὲ τοῦτον λαβὼν, τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα οὐκ ἀπεμέρισεν· ἀλλ' ἀκολούθως μὲν κατὰ τὴν τάξιν, συνημμένως δὲ κατὰ τὴν φύσιν τῶν τριῶν κατὰ ταυτὸ συγκεκραμένων, ἐν ἑαυτῷ τὴν πίστιν ἀνετυπώσατο. καὶ ὁ τὸ πνεῦμα μόνον εἰπὼν, συμπεριέλαβε τῇ ὁμολογίᾳ καὶ τὸν οὗ ἐστι πνεῦμα. καὶ ἐπειδὴ τοῦ Χριστοῦ ἐστι τὸ πνεῦμα, καὶ ἐκ τοῦ Θεοῦ, καθώς φησιν ὁ ἀπόστολος, ὥσπερ τῆς ἁλύσεως ὁ τοῦ ἑνὸς ἄκρου ἁψάμενος καὶ τὸ ἕτερον ἄκρον συνεπεσπάσατο, οὕτως ὁ τὸ πνεῦμα ἑλκύσας, δι' αὐτοῦ καὶ τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν συνεφειλκύσατο. καὶ τὸν υἱὸν εἴ τις λάβῃ, ἕξει αὐτοῦ ἑκατέρωθεν, τῇ B μὲν τὸν ἑαυτοῦ πατέρα, τῇ δὲ τὸ ἴδιον πνεῦμα συνεπαγόμενον. οὐ γάρ ἐστιν ἐπινοῆσαι τομὴν ἢ διαίρεσιν, ἢ υἱὸν χωρὶς πατρὸς νοηθῆναι, ἢ τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ διαζευχθῆναι.

Αἰδεσιμώτατοι πατέρες, οὕτως ἔχουσι τὰ θεῖα πρόσωπα πρὸς ἄλληλα, ὥστε νοεῖσθαι καὶ τὰ ἄλλα πρόσωπα νοηθέντος τούτου ἑνός. ὥστε συμβαίνει, ὅστις νοεῖ τὸν πατέρα ὅτι προβάλλει τὸ πνεῦμα, ἀνάγκη νοεῖν προβάλλειν αὐτὸ καὶ τὸν υἱόν. καὶ ἵνα μὴ δόξῃ δυσχερὴς καὶ ἄπιστος ὁ ἡμέτερος λόγος, θέλω προστάξαι τὸν αὐτὸν Βασίλειον μάρτυρα, λέγοντα ἐν τῷ περὶ πίστεως λόγῳ· ὅτι ὅσα C ἔχει ὁ πατὴρ, ἔχει καὶ ὁ υἱὸς, σωζομένου ὅτι ὁ υἱὸς οὐκ ἔστι πατήρ. πάντα ἐστὶν ὁ υἱὸς ὅσα καὶ ὁ πατὴρ, δίχα τοῦ εἶναι μόνον πατήρ. Πατέρα εἶπον καὶ υἱόν: φυλαττέ μοι ταύτας τὰς ἰδιότητας. μένων οὖν ὁ υἱὸς ἐν τῷ εἶναι υἱὸς, πάντα ἐστὶν ὅσα καὶ ὁ πατὴρ κατὰ τὴν αὐτοῦ φωνὴν τοῦ κυρίου εἰπόντος· ὅσα ἔχει ὁ πατὴρ ἐμά ἐστι. τῷ ὄντι γὰρ τῆς εἰκόνος ἐστὶ πάντα, ὅσα πρόσεστι τῷ πρωτοτύπῳ. Οἱ αἰδεσιμώτατοι πατέρες σὺν ἐμοὶ λέγουσιν ὅσα ἐγὼ, συμφωνοῦσιν ἐμοί. φαίνεται οὖν πανταχόθεν, ὅτι τὸ προβάλλειν ἐστὶ κοινὸν πατρὶ καὶ υἱῷ. ἡμεῖς πολλὰ καὶ σαφῆ καὶ δῆλα περὶ τῆς αὐτῆς ὕλης εἴχομεν καὶ ἄλλα εἰπεῖν, καὶ δεῖξαι ὅτι ἐν D τῷ λέγεσθαι, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεσθαι ἐκ τοῦ πατρὸς [illegible] ἐκπορεύεσθαι καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ [illegible]. ἡ ὥρα βραχεῖά ἐστι· ταμιευσόμεθα ἐν ἑτέρᾳ συνελεύσει. θελήσαι ὁ Θεὸς ἀφελεῖν τὴν αἰτίαν τοῦ μὴ ἔχειν ἡμᾶς λέγειν ταῦτα, ἢ περὶ τῶν τοιούτων συζητεῖν. Ἀλλ' ἐπάνειμι ὅθεν ἐξέβην· ἔλεγον μὴ εἶναι προσθήκην, ἐπειδὴ πᾶσα ἀνάπτυξις ἢ σαφήνεια οὐκ ἔστι προσθήκη. ἐν αὐτῇ τῇ ἐλάττονι ἡμεῖς * ἀποδείξομεν, ἐν τῷ λέγειν τὸν πατέρα ἐκπορεύειν τὸ πνεῦμα, νοεῖσθαι τοῦτο ἐκπορεύειν καὶ τὸν υἱόν· ὅθεν ἕπεται, τὸ τεθὲν ἐν τῷ συμβόλῳ μὴ εἶναι προσθήκην, ἀλλ' ἀνάπτυξιν. Ἐπὶ τὸ δεύτερον ἔλθωμεν, ὅπερ ἦν, E ὃ καλεῖτε προσθήκην, ἡμεῖς δὲ οὔ, ἀλλὰ σαφήνειαν, μὴ εἶναι κεκωλυμένον. εἰ γὰρ ἦν προσθήκη, ὅπερ οὐ λέγομεν, οὐκ ἂν ἦν εἰ μὴ ἔξωθεν· τοιαύτη δὲ προσθήκη γράμματος ἢ λέξεως οὔτε ἐν ἱερᾷ γραφῇ τῇ παλαιᾷ ἢ τῇ νέᾳ, οὔτε ἐν τοῖς ὅροις τῶν πατέρων, ἢ τοῖς ῥητοῖς τῶν συνόδων, καθὼς ἀποδείξομεν τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ, φαίνεται εἶναι κεκωλυμένη. ἄρα οὐ κεκώλυται. εἰ δέ τις εἴποι· καὶ γράμμα καὶ λέξιν κεκώλυται προσθεῖναι ἐν τῇ γραφῇ, πολλὰ ἄτοπα ἕψονται. πρῶτον μὲν πάν- τας



τας τοὺς πατέρας, ὅσοι προστεθήκασιν ἐν τῇ ὑπο- A θέσει τῆς πίστεως, ἀνάθεμα εἶναι, προστιθέντας τοῖς πρὸ αὐτῶν. ἔπειτα δὲ καὶ ὁ ἅγιος Παῦλος λέγει πρὸς Γαλάτας· εἴ τις εὐαγγελίζεται ὑμᾶς, παρ' ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω. ἀλλὰ μὴν καὶ Παύλῳ, καὶ τοῖς αὐτοῦ ῥήμασι, καὶ ἄλλῃ γραφῇ πολλὰ προσετέθη· καὶ οἱ ἅγιοι πατέρες οἱ ἐν Νικαίᾳ πολλὰ εἶπον, ἅτινα οὐ κεῖνται ἐν τῷ συμβόλῳ τῶν ἁγίων ἀποστόλων, ὥσπερ οἱ ἐν τῇ δευτέρᾳ τοῖς ἐν τῇ πρώτῃ, καὶ οἱ ἐν Ἐφέσῳ τοῖς ἐν τῇ δευτέρᾳ. ὥστε προσθήκη κωλύεται ἐν αὐτοῖς, ἡ δ' ἀνάπτυξις οὔ. εἰ γὰρ ὅλως ἀκολουθεῖ ἀνάγκη B τῷ γράμματι, ἔτι μᾶλλον μεῖζον ἄτοπημα παρηκολουθήκει ἄν, ἡμᾶς δηλονότι εἶναι ἐν ἁμαρτήματι θανασίμῳ. λέγει γὰρ ὁ αὐτὸς Παῦλος ἐν τῇ δευτέρᾳ πρὸς Κορινθίους, ὅτι τὸ γράμμα ἀποκτείνει, τὸ δὲ πνεῦμα ζωοποιεῖ· οἵ τινες παρὰ τοῦ Παύλου κατὰ τοῦτο ἐλέγχονται, ὡς τῶν Ἰουδαίων ὄν· οὐ χρὴ λοιπὸν ἀποβλέπειν πρὸς ἃ ἀποκτείνουσι. ἔτι καὶ τοῦτό ἐστιν ἐναντίον τῶν ὑμετέρων διδασκάλων· ὁ μακάριος γὰρ Γρηγόριος ὁ θεολόγος λέγει· περὶ τῶν ὀνομάτων οὐ ζυγομαχήσομεν, ἕως ἂν αἱ συλλαβαὶ πρὸς τὸν αὐτὸν νοῦν φέρωσι. καὶ ὁ ὑμέτερος διδάσκαλος Γρηγόριος ὁ Παλαμᾶς, ὃν ὑμεῖς περὶ πλείονος ποιεῖσθε, τὸ αὐτὸ λέγει, λέγων. Λέξεων ἐμοὶ λόγος ὀλίγος· C οὐ γὰρ ἐν ῥήμασι μόνον, ἀλλ' ἐν πράγμασιν ἡ εὐσέβεια, κατὰ τὸν θεολόγον Γρηγόριον· περὶ δογμάτων δὲ καὶ πραγμάτων ποιοῦμαι λόγον, κἄν τις ἐπὶ τῶν πραγμάτων συμφωνῇ, πρὸς τὰς λέξεις οὐ διαφέρομαι. Ἐπειδὴ πατέρες αἰδεσιμώτατοι, ὁ διδάσκαλος ἐκεῖνος οὐ ποιεῖται φροντίδα λέξεων, οὐδ' ὑμεῖς ὀφείλετε περὶ λέξεων ποιεῖσθαι λόγον. εἰ δὲ λέγετε, ὅτι οἱ πατέρες ἐποίησαν τοῦτο οἱ ἐν ταῖς συνόδοις τοῦτο κωλύσαντες, ἐν ἰδίῳ καιρῷ ἀπολογήσομαι. ἀλλὰ κατὰ τὸ παρὸν λέξομεν τοῦτον τὸν τρόπον· ὡς οὐ χρὴ ἐγκαλεῖσθαι λέξεσι καὶ συλλαβαῖς, παραδείγματι μικρῷ χρήσομαι. οἷον, τὸ σύμβολον τοῦτο ἡμεῖς μὲν Ῥωμαϊστὶ λέγομεν, D ὑμεῖς δὲ Ἑλληνιστὶ, καὶ ἄλλοι ἄλλως· καὶ ἐν ταῖς λέξεσι πολὺ διαφέρομεν· ἀλλ' ὅμως διότι τοῖς νοήμασι συνερχόμεθα, οὐδεμία κώλυσις ἐστίν. εἴπωμεν καὶ ἕτερον λόγον ἁπτόμενον καὶ φιλοσόφου λόγου. ὁρῶμεν ἐν ἑκάστῃ ἐπιστήμῃ καὶ τέχνῃ, ὅτι χρὴ διδόναι καὶ ἀρχὰς καὶ ἀξιώματα, ἅτινα συνέχουσι δυνάμει τὰ πάντα καὶ περιέχουσι δυνάμει πάντα τὰ μετ' αὐτὰ καὶ τὰ συμπεράσματα, καὶ οἱ διδάσκαλοι ὅμως οὐκ ἀρκούμενοι ἐξηγοῦνται διὰ συλλογισμῶν, δι' ἐπιχειρημάτων, δι' ἐπαγωγῆς καὶ ἑτέρων παραδειγμάτων, καὶ οὐδεὶς λέγει εἶναι ἑτέραν ἐπιστήμην. καὶ μάρτυς ὁ Ἀριστοτέλης ἐν δευτέρῳ τῶν δευτέρων ἀναλυτικῶν· τὰ E μετὰ τὰς ἀρχὰς, ἕως ἂν εἰς τὴν αὐτὴν ἀρχὴν φέρωσι, δυνάμει ἐν αὐταῖς ἐμπεριέχονται. ἔχομεν οὖν καὶ ἡμεῖς κοινὰς ἀρχὰς καὶ ἀξιώματα θεολογικὰ, ἅτινά εἰσι κοινὰ ἀμφοτέροις, καὶ παρ' ἀμφοτέρων πιστεύονται. ἐκ τούτων οὖν ἔστι δεῖξαι, καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. ὅθεν ἐκ τούτων ἀναφαίνεται πάντων, μὴ εἶναι προσθήκην τοῦτο, ὃ λέγει ἡ Ῥωμαϊκὴ ἐκκλησία. ἔτι καὶ ἄλλως δείξομεν, ὅτι οὐδενὶ τρόπῳ κεκώλυται προσθεῖναι λέξεις ἢ συλλαβὰς, οὔσης ἀνάγκης. καὶ

SESSIO VI.

A quidem, patres omnes, quicumque in re fidei quidquam adjecerunt, ſubeſſe anathemati, cum iis addiderint, quæ ante illos erant. Deinde ſanctus Paulus in epiſtola ad Galatas ait (Cap. 1.): *Si quis vobis evangelizaverit præter id, quod accepiſtis, anathema ſit*. Et tamen & Paulo, & verbis ejus, & reliquæ ſcripturæ multa ſunt addita. Et ſancti patres Nicæni multa dixere, quæ non habentur in ſymbolo ſanctorum apoſtolorum; quemadmodum patres ſecundæ ſynodi ad ea quæ dixere priores; & qui Epheſum convenerunt ad ea, quæ dixerunt patres ſecundæ, addiderunt. Itaque ad- B ditamentum ad ea fieri, non explanationem prohibetur. Si enim omnino literam ſequitur neceſſitas, multo etiam majus ſequeretur abſurdum, nos verſari ſcilicet in peccato mortali. Idem namque Paulus in ſecunda ad Corinthios (Cap. 3.) epiſtola dicit, literam occidere, ſpiritum vivificare: qui a Paulo idcirco reprehenduntur, quia Judaicum ſenſum habebant: non eſt ergo reſpiciendum ad ea, quæ occidunt. Præterea hoc eſt contra veſtros doctores. Nam beatus Gregorius theologus (Oratione in epiph.), de verbis, inquit, nequaquam concertabimus; dum ad eumdem ſenſum ſyllabæ ducant. Et C doctor veſter Gregorius Palamas, quem vos magni facitis, hoc idem ait: De vocibus, dicens, parum curo; non enim in ſolis vocibus, ſed in rebus conſiſtit pietas juxta Gregorium theologum: dogmata & res mihi curæ ſunt: & ſi quis in re conveniat, contra voces non pugno. Reverendiſſimi patres, cum doctor ille de verbis non ſit ſolicitus, nec vos debetis eſſe ſoliciti. Si vero dicitis, patres hoc voluiſſe, qui in ſynodis fieri hoc vetuerunt, ad hoc opportune reſpondebo. In præſens tamen ita dico: Quod non ſit de vocibus & ſyllabis expoſtulandum, modico utar exem- D plo. Certe hoc ipſum ſymbolum nos quidem Latine dicimus, vos autem Græce, & aliter alii; & multa eſt vocum inter nos differentia; quia tamen convenimus in ſenſu, nulla id lege non licet. Dicamus & aliam rationem ex philoſophia deſumptam. In unaquaque ſcientia & arte videmus, danda eſſe principia & axiomata, in quibus virtute omnia continentur quæ poſt illa ſunt, atque ipſæ concluſiones: doctores tamen iis non contenti exponunt per ſyllogiſmos, per argumenta, per inductionem, & alia exempla; & nemo dicit, aliam hæc eſſe ſcientiam: teſtis eſt Ariſtoteles E poſteriorum analyticorum libro ſecundo: Quæ ſunt poſt principia, dum ab iis originem ducant, virtute continentur in illis. Habemus etiam nos communia principia & axiomata theologica, quæ ſunt utriſque communia, & creduntur ab utriſque. Ex iis igitur licet oſtendere, Spiritum ſanctum procedere etiam ex Filio. Quare ex his omnibus manifeſtum eſt, hoc quod Romana dicit eccleſia, non eſſe additamentum. Alia quoque ratione oſtendemus, addi voces & ſyllabas, nullo modo eſſe vetitum, ſi adſit neceſſitas.

SESSIO VI.

Nam ut dicit Paulus: *Unum dominus, una fides, unum baptiſma, unus Deus & Pater omnium*, una eccleſia: unum quoque igitur axioma. Si ergo huic eccleſiæ diverſis temporibus licuit neceſſitate cogente addere, poteſtas hæc a poſterioribus non eſt tollenda. Ipſe enim ſalvator ait: *Ego vobiſcum ero omnibus diebus uſque ad conſummationem ſæculi*: quod non eſt ita intelligendum, ut nobiſcum ſimpliciter ſit, & regat nos: hoc enim modo eſt etiam cum lapidibus & plantis & animatis omnibus: ſed eo quod uniat omnes nos gratia & fide una: quod non licet reperire in membris altera fide inter ſe diſſidentibus. Conſtat itaque nihil prohibere, ſi cogat neceſſitas, quo minus addantur dictiones & ſyllabæ: alioquin magnum profecto damnum impenderet Chriſtianis. Exorientibus enim quovis tempore multis ac diverſis hæreſibus, neceſſe eſt eccleſiam illis obſiſtere prædicatione & argumentis: quod etiam probant patres ſecundæ ſynodi, quæ Conſtantinopoli coacta eſt; primi enim illi addiderunt, excuſantque ſe dicentes: Si fieri poſſet, eccleſiam ſtabilem eſſe, ac nullo damno affici, non opus eſſet additione; ſed quoniam pericula emergunt in eccleſia, opus fuit in illo ſymbolo declarationem apponi: propterea Romana quoque eccleſia id fecit neceſſitatis tempore. Quod ſi interdictum eſt, oſtendite quæſo ubi. In decretis patrum non eſt interdictum: ſed ſolum dicitur, non licere proferre aliam fidem; aut conſcribere, aut componere. Ecce quod a patribus Epheſinæ ſynodi dictum eſt, non licere aliam fidem conſcribere, audiſtis. Ex quo ſequitur, quidquid aliæ inſequentes ſynodi ſimiliter ſtatuerunt, aut ſanctus aliquis de ſyllaba & voce dixit, referendum eſſe ad hos tertiæ ſynodi patres, juxta quorum ſenſum intelligenda ſunt & aliorum dicta. Quemadmodum & qui poſtea ſecuti ſunt, patres proteſtati ſunt, nullo modo ſe aliud agere, quam quod prius dictum erat a patribus: ſed qui interdixere primi, de illo interdicto locuti ſunt, quo alterius fidei prohibetur additio; ergo neceſſe eſt alia quoque referri ad ſenſum iſtorum. Quod enim dicunt aliqui de vocibus & ſyllabis, referri debet ad mentem primorum patrum, ut diximus. Illæ quippe voces reſpuendæ ſunt, quæ ad alium inducunt ſenſum: ſicut enim alii ſenſus rejiciendi ſunt, ita rejiciendæ quoque aliæ voces, inferentes alium ſenſum. Ex quo ſequitur, decreta illa prohibentia nequaquam ad nos ſpectare: & quod ipſi vocatis additamentum, nos declarationem dicimus; quæ cum eumdem habeat ſenſum, non eſt altera fides. Sequitur ergo, nos anathemati non ſubjacere: multa alia poſſemus de hoc afferre ex quarta ſynodo, ſed jam tempus ſurgendi eſt. His ita a Rhodio præſule dictis, dimiſſa eſt ſynodus: ſequenti vero ſeſſione abſolvit apologiam, quam in præſenti non potuit ad finem perducere.

Epheſ. 4. eadem auctoritas

Matth. 28.

γὰρ ὡς λέγει Παῦλος· εἷς κύριος, μία πίστις, ἓν βάπτισμα, εἷς Θεὸς καὶ πατὴρ πάντων, μία ἐκκλησία· ἄρα καὶ τὸ αὐτὸ ἀξίωμα. εἰ γοῦν ταύτῃ τῇ ἐκκλησίᾳ κατὰ καιροὺς διαφόρους, οὔσης ἀνάγκης, ἐξῆν προσθεῖναι, αὕτη ἡ ἐξουσία οὐ κωλυθήσεται παρὰ τῶν μετὰ ταῦτα. αὐτὸς γὰρ ὁ σωτὴρ λέγει· ἐγὼ ἔσομαι μεθ' ὑμῶν πάσας τὰς ἡμέρας μέχρι τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος. τοῦτο δὲ οὐ δεῖ νοεῖσθαι καὶ περὶ τοῦ ἁπλῶς ἡμῖν συνεῖναι καὶ κυβερνᾶν, ὅτι τῷ τρόπῳ τούτῳ σύνεστι καὶ τοῖς λίθοις, καὶ τοῖς φυτοῖς, καὶ πᾶσι τοῖς ἐμψύχοις· ἀλλὰ τῷ ἑνοῦν πάντας ἡμᾶς χάριτι καὶ μιᾷ πίστει, ὅπερ οὐκ ἔστιν εὑρεῖν ἐν τοῖς ἑτέρᾳ πίστει διῃρημένοις μέλεσι. φαίνεται οὖν μὴ εἶναι κεκωλυμένον προσθεῖναι λέξεις ἢ συλλαβὰς οὔσης ἀνάγκης· παρὰ γὰρ ταῦτα ἐπηκολούθησεν ἂν μεγίστη ζημία τοῖς Χριστιανοῖς· ἀναφυομένων ἑκάστοτε πολλῶν καὶ διαφόρων αἱρέσεων, ἀνάγκη ἐστὶ τὴν ἐκκλησίαν προσίστασθαι τοῖς τοιούτοις διὰ διδαχῆς, δι' ἐπιχειρημάτων. τοῦτο δοκιμάζουσι καὶ οἱ ἐν τῇ δευτέρᾳ συνόδῳ τῇ ἐν Κωνσταντινουπόλει· ἐκεῖνοι γὰρ πρῶτοι προσέθηκαν πρῶτον, καὶ παραιτοῦνται, λέγοντες· εἰ ἦν δυνατὸν εἶναι τὴν ἐκκλησίαν σταθηρὰν καὶ ἀζήμιον, οὐκ ἂν ἐδέησε προσθήκης. ἀλλ' ἐπειδὴ θεωροῦνται κίνδυνοι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, ἐγένετο χρεία διασαφηνίσαι ἐν τῷ συμβόλῳ ἐκείνῳ. διὰ τοῦτο καὶ ἡ ἐκκλησία τῆς Ῥώμης ἐποίησε τοῦτο ἐν καιρῷ ἀνάγκης. εἰ δὲ τοῦτο κεκώλυται, δείξατε ἐν ποίῳ. ἐν τοῖς ὅροις τῶν πατέρων οὐ κεκώλυται, ἀλλὰ μόνον λέγεται, ἑτέραν πίστιν μὴ ἐξεῖναι προφέρειν, ἢ συγγράφειν, ἢ συντιθέναι. ἰδοὺ ἠκούσατε τὸ ῥηθὲν παρὰ τῶν πατέρων τῶν ἐν τῇ Ἐφέσῳ, μὴ ἐξεῖναι ἑτέραν πίστιν συντιθέναι· ὅθεν ἕπεται, ὅτι καὶ ὅσαι ἄλλαι σύνοδοι ἠκολούθησαν καὶ ἐποίησαν κώλυμα, ἢ ἅγιός τις εἶπε περὶ συλλαβῆς ἢ λέξεως, τοῦτο ὀφείλει ἀναφέρεσθαι πρὸς τούτους τοὺς ἐν τῇ τρίτῃ συνόδῳ, καὶ ἐντεῦθεν ἐξηγεῖσθαι καὶ τὰ τῶν ἄλλων. καθ' ὃν τρόπον καὶ οἱ μετὰ ταῦτα γεγονότες διεμαρτύραντο, οὐδενὶ τρόπῳ ποιεῖν ἄλλως, ἢ ὃ προεῖπον οἱ πατέρες. ἀλλ' οἱ πρῶτοι κωλύοντες ποιοῦνται μνείαν κωλύματος προσθήκης ἑτέρας πίστεως, [illegible] καὶ τὰ ἄλλα ἀνάγκη φέρεσθαι πρὸς τούτους. εἰ γὰρ καί τινες λέγουσι περὶ λέξεων καὶ συλλαβῶν, ὀφείλει ἀναφέρεσθαι πρὸς τὴν διάνοιαν τῶν πρώτων πατέρων, ὥσπερ εἴπομεν. ἐκείνας γὰρ τὰς λέξεις δεῖ παραιτεῖσθαι, αἵτινες εἰς ἄλλην ἔννοιαν φέρουσιν. ὥσπερ γὰρ ἀποπεμπτέαι αἱ ἄλλαι ἔννοιαι, οὕτω καὶ αἱ ἄλλαι λέξεις ἄλλην ἔχουσαι ἔννοιαν ἀποπεμπτέαι εἰσίν. ὅθεν ἕπεται, ὅτι ἐκεῖνα τὰ κωλύματα οὐχ ἅπτονται ἡμῶν· καὶ ὃ λέγετε προσθήκην, λέγομεν ἀνάπτυξιν. καὶ τὴν αὐτὴν ἔννοιαν ἔχον οὐκ ἔστιν ἑτέρα πίστις. ἕπεται ἄρα, ὅτι οὐχ ὑποκείμεθα τῷ ἀναθέματι. εἴχομεν καὶ πλείονα ἄλλα εἰπεῖν περὶ τούτου ἐν τῇ τετάρτῃ συνόδῳ, ἀλλὰ καιρός ἐστιν ἀναστῆναι. τούτων οὕτως εἰρημένων παρὰ τοῦ Ῥόδου, ἐλύθη ἡ σύνοδος. τῇ ἑξῆς δὲ συνελθούσῃ συνῆψεν ὁ Ῥόδου τὴν ἀπολογίαν, ἥν τινα τῇ παρούσῃ πληρῶσαι οὐκ ἠδυνήθη.

ΣΥ-



ANNO CHRISTI 1438.

# ΣΥΝΕΛΕΥΣΙΣ ζ.

*Ὀκτωβρίου πέμπτῃ καὶ εἰκοστῇ, τῷ σαββάτῳ, ἐγένετο.*

Ο ΡΟΔΟΥ ΑΝΔΡΕΑΣ.

ΜΕΤΑ τῆς χάριτος καὶ εὐλογίας τῆς ἁγιωσύνης σου, πάτερ μακαριώτατε, καὶ μετὰ ἀρεσκείας τοῦ γαληνοτάτου κυρίου τοῦ βασιλέως, καὶ τοῦ αἰδεσιμωτάτου πατρὸς κυρίου τοῦ πατριάρχου, προχωρήσομεν ἐπὶ τὴν ἡμετέραν ἀπολογίαν. Ἐν τῇ τελευταίᾳ ἡμῶν ὁμιλίᾳ, ὡς οἴδατε πατέρες ἄριστοι, δύο τινὰ ἐλύθησαν παρ' ἡμῶν· πρῶτον, ὅτι ὅπερ πιστεύει ἡ ἁγία τοῦ Θεοῦ Ῥωμαϊκὴ ἐκκλησία, οὐκ ἔστι προσθήκη. δεύτερον, ὅτι οὐ κεκώλυται ἡ προσθήκη. λείπονται δύο τὰ ἐπακολουθοῦντα, ὅτι τε ἐστὶν ἀληθὲς καὶ ἀναγκαῖον, καὶ ὅτι πρέπον δέχεσθαι καὶ δοκιμάζειν τοῦτο παντὶ Χριστιανῷ. ἀλλὰ πρὸ τοῦ ἐλθεῖν ἡμᾶς εἰς τὴν πραγματείαν τούτων τῶν δύο μερῶν, πρότερον ἐρῶ τινα. πρῶτόν ἐστιν, ὅτι τρίτον μέρος, ὅτι δηλαδὴ ἀληθές ἐστι καὶ ἀναγκαῖον, ἐφαίνετο ἡμῖν, τῷ ἁγιωτάτῳ δηλονότι πατρὶ καὶ πᾶσι τοῖς ἄλλοις, εἶναι ἁρμοδιέστατον· ἐν πάσῃ γὰρ διαγνώσει ἀναγκαῖόν ἐστι ζητεῖσθαι τὸ ἀληθές. τοῦ γὰρ ἀληθοῦς ἀναφανέντος, ῥᾳδίως πάντα διαλυθήσονται τὰ δοκοῦντα ἐναντιοῦσθαι. μάρτυς ἐστὶ τούτου ὁ ὑμέτερος Ἀριστοτέλης· φησὶ γάρ· τῷ ἀληθεῖ πάντα συμφωνοῦσι, τῷ δὲ ψεύδει τάχιστα διαφωνεῖ ἡ ἀλήθεια. ἡγησάμεθα τοιγαροῦν, ὅτι ἀποδεχθέντος τοῦ ἀληθοῦς, ῥᾳδίως ἀποδείξομεν, ὅτι ἐξῆν τῇ Ῥωμαϊκῇ ἐκκλησίᾳ, ἐκεῖνο ποιῆσαι, ὅπερ ὑμεῖς καλεῖτε προσθήκην. συνωθούμεθα δὲ μάλιστα τοῦτο ποιῆσαι τοῖς ὑμετέροις λόγοις καὶ συχναῖς παρακλήσεσι. καὶ γὰρ καὶ ἐν ταῖς κοινῇ καὶ ἰδίᾳ ὁμιλίαις παρεκαλεῖτε ἡμᾶς ἀεὶ πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας συζήτησιν· τοῦτο δὲ φαίνεται δι' ὧν ἡμῖν δεδώκατε γραφῶν. μάλιστα δὲ ἐπειδὴ ὁ αἰδέσιμος κύριος ὁ Ἐφέσου ἐν τῇ πρώτῃ αὐτοῦ προτάσει ἐζήτησεν, ἵνα ἀποδῶμεν λόγον, τίνι λόγῳ ἡ Ῥωμαϊκὴ ἐκκλησία τὴν προσθήκην ἐν τῷ συμβόλῳ πεποίηκεν. ἐδέησεν οὖν ἡμᾶς χαρίσασθαι τοῖς πατράσι τούτοις, καὶ ζητῆσαι τὴν τοῦ πράγματος ἀλήθειαν. ὅτι μὲν οὖν ἡ σαφήνεια ἐκείνη τέθειται ἐν τῷ συμβόλῳ, πᾶσίν ἐστι δῆλον. ὅτι δὲ χρεία διασαφηνισθῆναι τὸ τοιοῦτον, ἴσως ἂν ἀμφιβάλλοι τίς. ἀλλ' ὅτι ἀναγκαῖόν ἐστι καὶ ἀληθές, καὶ ἀποδεχθέντος τοῦ ἀληθοῦς εἵπετο ἀναγκαίως καὶ τοῦτο τεθῆναι, ἀνάγκης μάλιστα προϋποκειμένης καὶ συνωθούσης, ἀπὸ τούτου δείξοντες ἐρχόμεθα. ὅτι μὴν αἱ ἀντιθέσεις αἱ ἡμῖν ἐπιφερόμεναι χώραν ἔχουσι δοκεῖν. ἐρρήθη γὰρ, ὡς ἡμῖν ἠνέχθη. ὡς οὔτε τὰ δέοντα ἐτηρήσαμεν, καὶ ὅτι κατεστρέψαμεν τὰ εἰκότα, καὶ ὅτι οὐκ ἀπελογούμεθα πρὸς τὰ προτεινόμενα. ἡμεῖς δὲ χάριτι Θεοῦ οὐδὲν ἐποιήσαμεν τούτων. πρὸς μὲν οὖν τὸ πρῶτον, ὑμεῖς προετείνατε ὅσα ἤρεσεν. ἔξεστιν οὖν καὶ ἡμῖν εἰπεῖν ὅσα ἂν βουληθῶμεν, καὶ ἀποκριθῆναι ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας δίκης· ὅπερ πιστεύω, ὡς τοῦτο τῷ λόγῳ ἀπᾷδον δόξειε. πρὸς ὃ δὲ λέγετε, ὅτι κατεστρέψαμεν τὰ εἰκότα, μετὰ τιμῆς, τοῦτο οὐ συνίσταται. ὁ δὲ λόγος; ἔξεστι τῷ τι ἐναγομένῳ ἐν δικα-



SESSIO VII.

# SESSIO VII.

*Die vigeſimaquinta Octobris ſabbato, celebrata eſt.*

ANDREAS RHOD.

BENIGNE annuente ac benedicente ſanctitate tua, pater beatiſſime, aſſentientibus quoque ſereniſſimo imperatore, & reverendiſſimo patre domino patriarcha, ſuſceptam defenſionem noſtram proſequemur. In ultimo ſermone noſtro duo quædam, ut noſtis, patres optimi, ſunt a nobis ſoluta. Primum quidem, non eſſe additamentum, quod ſancta Dei Romana credit eccleſia: Alterum vero, non eſſe vetitum fieri additionem: reſtant duo, quæ ſequuntur: nimirum hoc eſſe verum & neceſſarium, nec non ab omni Chriſtiano ſuſcipiendum eſſe & approbandum. Sed antequam ad hæc duo tractanda venimus, dicam prius nonnulla. Et primo quidem: tertium illud, quod ſcilicet verum ſit & neceſſarium; viſum eſſe nobis, tam ſcilicet ſanctiſſimo patri, quam aliis omnibus, accommodatiſſimum: quoniam in omni diſquiſitione neceſſe eſt verum inveſtigari: illo enim comperto facile omnia, quæ videntur eſſe contraria, diſſolventur: teſtatur hoc veſter Ariſtoteles: Omnia enim, inquit, cum vero concordant, a falſo vero citiſſime veritas diſſentit. Exiſtimavimus itaque detecta veritate facile nos eſſe demonſtraturos, licuiſſe Romanæ eccleſiæ illud facere, quod vos additamentum vocatis. Compellimur vero ita agere veſtris potiſſimum dictis & cohortationibus. Nam & in privatis & in publicis colloquiis adhortati nos ſemper eſtis ad inquirendam veritatem: quod liquet ex ſcripturis, quas nobis dediſtis: præcipue vero ex eo, quod reverendus domnus Epheſius cum primum ſuum haberet ſermonem, poſtulavit ut redderemus rationem, cur Romana eccleſia ſymbolo additamentum adjecerit: Oportuit ergo nos rem gratam his patribus facere, & rei veritatem inquirere. Quod igitur declaratio illa ſit appoſita ſymbolo, omnibus patet. An vero opus fuerit id ita declarari, fortaſſe dubitaverit quiſpiam. Verum neceſſarium & verum illud eſſe, atque ita demonſtratum, fuiſſe neceſſario ponendum, inſtante præſertim & compellente neceſſitate, oſtendere hinc aggredimur. Nam ea quæ nobis objiciuntur, non videntur habere locum: dictum eſt enim, ſicuti relatum nobis eſt, non eſſe a nobis obſervatum quod opus erat; & quod fieri condecet, eſſe ſubverſum; quodque ad objecta minime reſponderimus. Nos vero Dei beneficio nihil horum fecimus. Et ad primum quidem, vos quantum libuit objeciſtis: licet ergo & nobis dicere quæcumque voluerimus, & reſpondere pro re noſtra; quod opinor non videri a ratione alienum. Ad illud vero, quod rerum condecentem ordinem a

Ethic. c. 8

E 2 nobis

Sessio VII.

nobis everſum aſſeritis : hoc pace veſtra , non eſt ita : ratio eſt , quia licet reo in judicio , & ſe defendenti in philoſophorum palæſtra miſcere aliquando quæ in rem faciunt diſputando : neceſſe enim habet qui reſpondet probare aliquid , & accepta veritate aliqua progredi ulterius : nec ideo injuriam proponenti facit . Ad tertium vero , quod nihil omnino ad objecta reſponderimus : hoc ideo factum eſt , quia nondum tertiam partem tractavimus . Quærentibus enim vobis an licitum eſſet addere , ſeu quomodocumque declarare , ita reſpondimus : neque enim poſſumus negare id factum a nobis , aut ignorantiam obtendere , aut diſſimulare . Neceſſe ergo, ut devenientes in materiam ſpeciatim , demonſtremus dogma verum eſſe & neceſſarium . Optime igitur poſita eſt particula : ſed quoniam id vos , patres reverendiſſimi , graviter , ut videmini, tuliſtis , dicentes minime velle ad dicta hujuſmodi reſpondere ; nos ut in hoc etiam rem vobis gratam faciamus , tertiam illam partem prætermittemus : loco vero illius dicemus aliqua , quæ valeant & ad ea confirmanda, quæ pro noſtra ſententia dicta ſunt , & conducant ad ea , quæ ſunt dicenda . Simul etiam conſtabit omnibus , nos ad objecta propoſita reſpondere : quod ut ſatis appareat , ordiamur ex iis , quæ protuliſtis ipſi & recitaſtis : ita enim palam fiet , num culpæ , quam nobis impingitis , obnoxii ſimus , necne . Et primo quidem Nicænum protuliſtis ſymbolum ; ſed cur protuleritis , neſcimus : illud enim nullo modo adverſatur . Nos de Spiritu ſancto diſputavimus , an ex Filio procedat , ſicut ex Patre ; & , an liceret Romanæ eccleſiæ hoc declarare : atqui contra hæc nihil in illo ſymbolo dicitur , nec eſt omnino qui neget : hoc igitur nihil ad rem facere videtur . Dicunt enim in illo ſymbolo patres quod & nos credimus , ſuſcipimus , & fatemur : hoc nobis æque & vobis commune eſt . Quod vero reverendus pater Epheſius , dum ſua exponeret , ſeſſione præcedenti , dubia quædam proponens dixit : Patres ſynodi ſecundæ ac tertiæ voluiſſe , ſymbolum illud primæ ſynodi nulla poſſe affici depravatione ac mutatione ; ſane verum eſt , quod attinet ad veritatem fidei Chriſtianæ : ſi vero de declaratione ſermo ſit , licet addere . Et quemadmodum in unaquaque ſcientia omnia quæ ejus ſcientiæ vel artis ſunt, virtute in ejuſdem principiis continentur ; ita & ſymbolum illud implicite continet doctrinam omnem , & fidem Chriſtianorum , implicite , inquam , non explicite . Nam quando dicitur, Et in Filium, *& cetera* , ex Patre natum, hoc facit contra Arium : quando vero in Spiritum ſanctum quod ſit Deus , contra Macedonium & Eunomium : Rurſus cum dicitur Filius incarnatus , & natus , contra Neſtorium . Et ſi quis percurrendo inquirat , nullam reperiet hæreſin natam vel naſcituram, cujus in illo ſymbolo virtute non inſit everſio . Quoniam igi-

σπείῳ, καὶ τῷ ἀπολογουμένῳ ἐν τῇ τῶν φιλοσόφων παλαίστρᾳ, ἀναμιγνύειν ἔνια ὅσα τὰ καθήκοντα μεταξὺ συλλόγου. καὶ γὰρ ὁ ἀπολογούμενος ἀνάγκην ἔχει ἀποδεῖξαί τι, καὶ προληφθείσης τινὸς ἀληθείας πρὸς τὰ λοιπὰ χωρῆσαι. οὐ μὴν διὰ τοῦτο τὸ τοῦ προτιθέντος σοφίζεται δίκαιον. πρὸς δὲ τὸ τρίτον, ὅτι οὐδὲν ὅλως πρὸς τὸ προκείμενον φαίνεται ἀντικείμενον· καὶ διὰ τοῦτο μάλιστα, ἐπειδὴ οὔπω μετεχειρισάμεθα τὸ τρίτον μέρος. ἐρωτώντων γὰρ ὑμῶν, πότερον ἔξεστι προσθεῖναι ἢ ὁπωσοῦν σαφηνίσαι, οὕτως ἀπεκρινάμεθα. οὐ γὰρ ἂν δυναίμεθα ἀρνηθῆναι μὴ τοῦτο πεποιηκότες, οὔτε μὴν ὑποτιθέναι ἄγνοιάν τινα ἢ προσποίησιν. ἀναγκαῖον ἄρα ἐστὶν ἐλθόντας πρός τι μέρος, ἀποδεῖξαι ὡς ἐστί τι ἀληθὲς καὶ ἀναγκαῖον. ἄριστα τοιγαροῦν ἡ μερὶς ἐτέθη. ἀλλὰ μὴν ἐπειδὴ ὑμεῖς, ὦ πατέρες αἰδεσιμώτατοι, βαρέως τοῦτο, ὡς φαίνεται, ἠνέγκατε, ἐπαγγελλόμενοι μὴ βούλεσθαι ἀποκριθῆναι πρὸς τὰ τοιαῦτα. θέλοντες ἡμεῖς ὑμῖν κἀν τούτῳ τῷ μέρει χαρίσασθαι, παραλείψομεν μὲν τὸ τρίτον μέρος ἐκεῖνο, ἀντ' ἐκείνου δὲ ἐροῦμέν τινα, δι' ὧν βεβαιωθήσονται τὰ προηγησάμενα ἡμέτερα δίκαια, καὶ ἅτινα συνοίσουσι πρὸς τὰ μετέπειτα ῥηθησόμενα. ἅμα δὲ φανήσεται πᾶσιν, ὡς ἡμεῖς πρὸς τὸ προκείμενον ἀπολογούμεθα. καὶ ἵνα ἐπιεικῶς τοῦτο φανῇ, ἀρξώμεθα ἀφ' ὧν ὑμεῖς αὐτοὶ καὶ προσηνέγκατε καὶ ἀνεγνώκατε. ἐξ ὧν φανήσεται, ἄν τε ἡμεῖς αἰτίαν ἔχομεν ἐν οἷς ἡμῖν ἐγκαλεῖτε, ἄν τε καὶ μή. καὶ πρῶτον μὲν προέθεσθε τὸ ἐν Νικαίᾳ σύμβολον· οὐκ οἴδαμεν δὲ, τίνι τρόπῳ τοῦτο προέθεσθε. κατ' οὐδὲν γὰρ ἡμῖν ἐκεῖνο προΐσταται, οὐδ' ἐναντίον ἐστίν. ἡμεῖς διελέχθημεν περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, εἴπερ ἐκπορεύεται ἐκ τοῦ υἱοῦ, καθάπερ ἐκ τοῦ πατρός· καὶ εἰ ἔξεστι τῇ Ῥωμαϊκῇ ἐκκλησίᾳ σαφηνίσαι τοῦτο. ἀλλὰ μὴν ἐν τῷ εἰρημένῳ συμβόλῳ οὐδὲν ἐναντίον τούτων λέγεται, οὔτε μὴν τις ἀρνεῖται· ὥστε οὐ φαίνεται τὸ τοιοῦτον ποιεῖν πρὸς τὸ προκείμενον. λέγουσι γὰρ ἐν ἐκείνῳ τῷ συμβόλῳ οἱ πατέρες ὃ καὶ ἡμεῖς πιστεύομεν, καὶ δεχόμεθα, καὶ ὁμολογοῦμεν. τοῦτο ἡμῖν καὶ ὑμῖν ἐξ ἴσου κοινόν. ἀλλ' ἐπειδήπερ ὁ αἰδέσιμος πατὴρ ὁ Ἐφέσου τὰ ἑαυτοῦ ἐκτιθέμενος ἐν τῇ προλαβούσῃ, τινὰς ἐκίνησεν ἀπορίας, ὅτι οἱ πατέρες οἱ γενόμενοι ἐν τῇ δευτέρᾳ καὶ τρίτῃ συνόδῳ ἠθέλησαν ἀπαράτρωτον καὶ ἀμετακίνητον μένειν ἐκεῖνο τὸ σύμβολον τῆς πρώτης συνόδου, τοῦτο ἀληθές ἐστιν ὅσον πρὸς τὴν πίστεως τῶν Χριστιανῶν ἀλήθειαν· ὅσον δὲ πρὸς ἀνάπτυξιν, ἔξεστι προσθεῖναι, καὶ καθ' ὃν τρόπον ἐν ἑκάστῃ ἐπιστήμῃ ἐν ταῖς ἀρχαῖς τῆς αὐτῆς ἐπιστήμης πάντα περιέχονται δυνάμει, ἃ τῆς αὐτῆς ἐπιστήμης ἐστὶ καὶ τέχνης, οὕτω καὶ τὸ σύμβολον ἐκεῖνο συνεπτυγμένως περιέχει πᾶσαν τὴν διδασκαλίαν καὶ τὴν πίστιν τῶν Χριστιανῶν, οὐκ ἀνεπτυγμένως, ἀλλὰ συνεπτυγμένως. ἡνίκα γὰρ λέγεται, καὶ εἰς τὸν υἱὸν, καὶ τὰ λοιπὰ, τὸν ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα, τοῦτο κατὰ τοῦ Ἀρείου λέγεται· ἡνίκα δὲ, εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς εἴη Θεὸς, κατὰ Μακεδονίου καὶ Εὐνομίου. πάλιν ἡνίκα λέγεται, τὸν υἱὸν σαρκωθῆναι καὶ γεννηθῆναι, κατὰ τοῦ Νεστορίου. καὶ εἴ τις διεξιὼν ζητοίη, οὐδεμίαν εὑρήσει αἵρεσιν γενομένην ἢ ἐσομένην, ἢ τις οὐκ ἀνετράπη δυνάμει διὰ τοῦ συμβόλου

ἐκεί-



Anno Christi 1438.

ſtotolem: nihilo tamen minus eſſe debet etiam ex ſimilibus; nec poteſt omnino addi, niſi fiat ſimile: quod ſane patet ex ea etiam, qua vos uſi eſtis, probatione, alimento inquam; alimentum enim cum ſit extrinſecus, eſt tamen etiam ſimilitudine; factum enim ſimile additur, nec addi aliter poteſt, niſi fiat ſimile. Cum ergo additamentum hæc duo habeat, ut ſit extrinſecus, & ex ſimilibus; videntur ſecundum utrumque convenire ea quæ adduntur, & id de quo agimus, nempe quod dicitur Spiritus ſanctus etiam ex Filio procedere: habet enim hoc ſimile quiddam per vos, & quiddam diſſimile. Simile quidem per vos, quatenus in eumdem coincidit B ſenſum: diſſimile vero, quatenus ſaltem voces inferunt quid extrinſecus: ad hæc etiam majorem propoſitionem. Quare fieri non poteſt, ut non ſit additio, quamvis ſit explicatio. Si vero eſt additio, eamque fieri vetitum eſt, igitur hoc etiam fieri non eſt licitum: hactenus ad ſyllogiſmum. Ad reliquas etiam probationes majoris nunc ea, quæ opus eſſet, diceremus; ſed quoniam eaſdem adhibuiſtis ad probandum ſecundum caput, ibi nos etiam de iis verba faciemus. Ne igitur multiloquio uti cogamur eadem ſæpe repetendo, ad propoſitum tranſeamus. Hoc enim ſecundum caput, quod ſcilicet fas ſit ad- C dere explanationes, probaſtis quadrupliciter: & primo quidem inductione ex actis ſynodorum omnium, quæ fidem declararunt, & explanarunt: ſecundo ex eo, quod ſymbolum variis linguis pronuntiatur: tertio ex eo, quod in unaquaque ſcientia virtute contineantur in principiis, quæ ſunt poſt illa. Quarto ex eo, quod eccleſia cum dignitate una eademque ſit, unam eamdemque debeat habere auctoritatem. Primum ergo dicimus ad primum: Nunquam licuiſſe, aut fore licitum, edere dogma diverſum & contrarium iis, quæ ſunt in textu, & veritatem continent: id enim ab initio prædicationis vetitum eſt: licuiſſe vero explicare ac D declarare quæ implicite in fidei principiis continentur: idque tantummodo licuiſſe. Ceterum antiquis non modo explicare fas erat, ſed uti etiam explicationibus, ut lubebat: hoc eſt ibi eas reponere, ubi illis viſum eſſet, præterquam in divina ſcriptura: atque vel ipſi ſacro, quod explicabatur, ſymbolo eas interſerere; vel alibi, ubicumque ipſis collibuiſſet. Poſtea vero hæc facultas partim ſublata eſt, partim remanſit. Explicare enim ac declarare nunquam fuit, nunquam erit vetitum; ſed explicationes ad ſacrum ſymbolum addere vetitum eſt: atque id ſane factum eſt neceſſario: nam uſque ad ſecundum generale concilium fa- E cultas erat patribus, ut diximus, utendi explanationibus ut volebant: poſt illud vero, quoniam nonnulli facultate hac abuſi ſunt ſuum in damnum, ſymbolaque confingentes inſeminarunt prava & perverſa dogmata, quæ hominibus perniciem afferrent: Patres tertiæ ſynodi conſiderantes facultatem hanc nihil prodeſſe fidelibus, ſed potius multum obeſſe, ſtatuerunt & obſignantes decreverunt eo quo ſciebant modo, ut nihil tale deinceps heret. Conſtat enim fideles nullo affici incommodo, ſi

A τοῦτο δὲ δῆλον καὶ ἀφ' ἧς ὑμεῖς ἐχρήσασθε κατασκευῆς, λέγω δὴ τῆς τροφῆς. ἡ γὰρ τροφὴ ἔξωθεν οὖσα, οὐδὲν ἐστὶν ἧττον καὶ ἐκ τῶν ὁμοίων· γινομένη γὰρ ὁμοία προστίθεται, καὶ οὐκ ἂν ἄλλως προστεθείη, εἰ μὴ γένηται ὁμοία· ὥστε δύο ταῦτα ἐχούσης τῆς προσθήκης, τό, τε ἐκ τῶν ἔξωθεν, καὶ ἐκ τῶν ὁμοίων εἶναι, φαίνεται κατ' ἀμφότερα κοινωνεῖν τοῖς προστιθεμένοις τὸ ζήτημα τοῦτο, καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ λέγειν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. ἔχει γάρ τι καὶ ὅμοιον καθ' ὑμᾶς καὶ ἀνόμοιον. ὅμοιον μὲν καθ' ὑμᾶς, καθόσον εἰς τὴν αὐτὴν ἔννοιαν φέρει· ἀνόμοιον δὲ, καθόσον αἱ λέξεις τοὐλάχιστον φέρουσί τι ἔξωθεν, προσεπιτιθεῖς δὲ καὶ τὸ μεῖζον ἀξίωμα. ὥστε οὐδαμῶς ἐκφεύ- B γει τὸ εἶναι προσθήκη, εἰ καὶ ἀνάπτυξις. εἰ δ' ἐστὶ μὲν προσθήκη, ἡ δὲ προσθήκη κεκώλυται, καὶ τοῦτο ἄρα κεκώλυται. ταῦτα μὲν πρὸς τὸν συλλογισμόν. εἴποιμεν δ' ἂν καὶ πρὸς τὰς ἄλλας συστάσεις τῆς μείζονος νυνὶ τὰ εἰκότα, ἀλλ' ἐπεὶ ταῖς αὐταῖς ταύταις καὶ ἐν τῇ τοῦ δευτέρου κεφαλαίου κατασκευῇ ἐχρήσασθε, ἐκεῖ καὶ ἡμεῖς περὶ τούτων ἐροῦμεν. ἵνα οὖν μὴ ἀναγκαζώμεθα πολυλογεῖν, πολλάκις τὰ αὐτὰ λέγοντες, ἐπὶ τὸ προκείμενον μεταβῶμεν. τοῦτο γὰρ τὸ δεύτερον κεφάλαιον, τὸ ἐξεῖναι δηλαδὴ τὰς ἀναπτύξεις προσθεῖναι, κατεσκευάσατε τετραχῶς. καὶ πρῶτον μὲν ἐπεχειρήσατε ἀπὸ τῆς ἐπαγωγῆς, ὧν ἔ- C πραξαν αἱ σύνοδοι πᾶσαι ἐξηγησάμεναί τε, καὶ ἀναπτύξασαι τὴν πίστιν· δεύτερον ἀπὸ τῆς κατὰ τὰς διαφόρους φωνὰς ἐκφωνήσεως τοῦ συμβόλου· τρίτον ἀπὸ τοῦ τὰς ἀρχὰς καὶ τὰ ἀξιώματα ἐν ἑκάστῃ ἐπιστήμῃ δυνάμει περιέχειν τὰ μετ' αὐτά· τέταρτον ἀπὸ τοῦ τὴν ἐκκλησίαν μίαν καὶ τὴν αὐτὴν οὖσαν τῷ ἀξιώματι, μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἐξουσίαν δεῖν ἔχειν. πρῶτον οὖν λέγομεν πρὸς τὸ πρῶτον· τὸ μὲν ἑτέραν τε καὶ ἐναντίαν δόξαν ἐκθεῖναι τῶν ἐγκειμένων τε καὶ ἀληθῶν, οὔτ' ἐξῆν, οὔτ' ἐξέσται οὐδέποτε· τοῦτο γὰρ ἀπ' ἀρχῆς κεκώλυται τοῦ κηρύγματος· ἐξῆν δὲ ἀναπτύσσειν καὶ σαφηνίζειν τὰ συνεπτυγμένως ἐν ταῖς τῆς πίστεως ἀρχαῖς περιεχόμενα, καὶ τοῦτο μόνον ἐξ- D ῆν. τοῖς μὲν οὖν παλαιοῖς οὐκ ἀναπτύσσειν μόνον ἐξῆν, ἀλλὰ καὶ χρῆσθαι ταῖς ἀναπτύξεσιν ὡς ἐβούλοντο, εἴτουν τάττειν αὐτὰς ὅποι αὐτοῖς ἐδόκει, πλὴν εἰ μὴ ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ· καὶ ἢ αὐτῷ τῷ ἀναπτυσσομένῳ ἱερῷ συμβόλῳ ταύτας συνάπτειν, ἢ ἀλλαχοῦ, ἔνθα ἂν ἦν αὐτοῖς βουλομένοις. μετὰ δὲ ταῦτα τὸ μέν τι τούτου κεκώλυται, τὸ δ' οὔ. τὸ μὲν γὰρ ἀναπτύσσειν καὶ σαφηνίζειν οὐδέποτε κεκώλυται, οὔτ' αὖ κωλυθήσεται· τὸ δὲ τὰς ἀναπτύξεις προστιθέναι τῷ θείῳ συμβόλῳ κεκώλυται· καὶ τοῦτο γέγονεν ἀναγκαίως. μέχρι μὲν γὰρ τῆς δευτέρας οἰκουμενικῆς συνόδου ἦν ἄδεια τοῖς πατράσιν, ὡς ἔφαμεν, χρῆσθαι ταῖς ἀναπτύξεσιν ὡς ἐβούλοντο· μετὰ δὲ ταύ- E την, ἐπειδή τινες ἐχρήσαντο τῇ ἐξουσίᾳ ταύτῃ ἐπὶ κακῷ τῷ σφετέρῳ, καὶ τὰ σύμβολα παραπλάσσοντες ἐνέσπειραν πονηρά τε καὶ διεστραμμένα δόγματα, καὶ βλάβην εἰργάζοντο τοῖς ἀνθρώποις, συνιδόντες οἱ ἐν τῇ τρίτῃ συνελθόντες πατέρες, ὡς ἡ ἐξουσία αὕτη ὠφέλειαν οὐδεμίαν ἐργάζεται τοῖς πιστοῖς, βλάβην δὲ μεγάλην, ἐκύρωσαν, ἐπεσφράγισαν ὡς ἠπίσταντο, ἵνα μηδὲν τοιοῦτο γίνηται τοῦ λοιποῦ· δῆλον γὰρ, ὡς ἐκ μὲν τοῦ μηδαμῶς ἐξεῖναι προσθεῖναι, βλάβη μὲν οὐδεμία ἀκολουθήσει τοῖς πιστοῖς· πῶς γὰρ ἡ τὰ

αὐτὰ

Anno Christi 1438.



ANNO CHRISTI 1438.

αὐτὰ ὁμολογοῦσί τε καὶ πιστεύουσιν, ἃ καὶ οἱ θεῖοι πατέρες. ὧν τίς τολμήσει τινὸς κατηγορῆσαι ἀτελείας, ἢ ὅστις μαινόμενος; ἐκ δὲ τοῦ ἐξεῖναι μεταποιεῖν, ἀκολουθήσει καὶ βλάβη μεγάλη, τῆς τῶν λέξεων καὶ τῶν * ὀνομάτων μεταποιήσεως χρόνῳ ποτὲ ἐσομένης αἰτίας. ὅτι δὲ οὗτοι πρῶτοι κεκωλύκασι, δῆλον μὲν καὶ ἐξ ἄλλων πολλῶν, μάλιστα δὲ ἐκ τῆς ἐπιστολῆς τοῦ μακαρίου Κυρίλλου, τῆς εἰς τὸν Μελιτινῆς Ἀκάκιον· ἐκεῖ γὰρ φησίν· ἡ μὲν γὰρ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος ἐν τῇ Ἐφεσίων πόλει συναθροισθεῖσα, προνοήσασα ἀναγκαίως τοῦ μὴ δεῖν ἑτέραν πίστεως ἔκθεσιν ταῖς τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαις εἰσκρίνεσθαι παρά γε τὴν οὖσαν, ἣν οἱ τρισμακάριοι πα- B τέρες ἡμῶν ἐν ἁγίῳ πνεύματι λαλοῦντες ὡρίσαντο.

* γενησομένων.

Ἐκ τούτου τοῦ ῥητοῦ καὶ ἄλλα μέν τινα ἐστὶν ἐπισημειώσασθαι, μάλιστα δὲ τρία. πρῶτον, ὅτι αὕτη πρώτη ἔθετο τοῦτο τὸ κώλυμα, τοῦτο γὰρ δηλοῖ τό, προνοήσασα· δεύτερον, ὅτι ἀναγκαίως· τρίτον, ὅτι ἑτέραν ἔκθεσιν πίστεως κωλύει, οὐχ ἑτέρας πίστεως ἔκθεσιν. ἔτι καὶ ἕτερον σημειώσασθαι ἀναγκαῖον, ὅτι τοῦτο κωλύει ἀπὸ τοῦ κοινοῦ τῆς ἐκκλησίας πληρώματος· τοῦτο γὰρ λέγει, τὸ μὴ εἰσκρίνεσθαι ταῖς τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαις. συλλογισώμεθα δὲ τὰ εἰρημένα, καὶ μάλιστα τὸ ἀπὸ τοῦ πρώτου συμβαῖνον. φαίνεται, ὅτι αὕτη ἡ σύνοδος πρώτη τὸ κώλυμα τοῦτο πεποίηκε καὶ ὡρίσατο, ἀλλὰ τὸ ἐναντία δόγματα ἐκτίθεσθαι ἄνωθεν ἦν κεκωλυμένον, C ἄλλο τι ἄρα κωλύει παρὰ τὸ πρότερον κεκωλυμένον, δηλονότι, τὴν ἐναλλαγὴν τῶν λέξεων, ὃ μέχρι τούτου ἐξῆν· καὶ τοῦτο ἀπὸ τοῦ κοινοῦ πληρώματος τῆς ἐκκλησίας, οὐ μὴν ἀπὸ τῶν ἰδίων ἑκάστου. οὐ γάρ ἐστι φροντὶς τῇ ἐκκλησίᾳ περὶ τοῦδε ἢ τοῦδε, ὅπως ἂν φράσειεν, ἢ ἑρμηνεύσειε τὴν ἰδίαν πίστιν· ἀλλὰ τὸ κοινῇ ἀναγινωσκόμενον ταῖς ἐκκλησίαις, ἐφ' ᾧ βαπτιζόμεθα, ἐκεῖνο ἐφρόντισαν ἀπαραποίητον μένειν. τοῦτο δὲ πρῶτοι κεκωλυκότες αὐτοί, καὶ ἑαυτοὺς ἐκώλυσαν πρώτους. τὴν γὰρ, θεοτόκος, φωνὴν οὕτως οὖσαν ἀναγκαίαν τῷ τότε καιρῷ, καὶ σαφέστατα περιεχομένην τῷ θείῳ συμβόλῳ, δέον, D προσθεῖναι οὐ προσέθεσαν, ἑαυτοὺς παρέχοντες τύπον τοῖς ἑξῆς, καὶ ἔργῳ κυροῦντες ὃν ἔθεντο νόμον, καί τοι ἀνάγκης οὔσης μεγάλης· πάντα γὰρ ἐκύκησε τότε τὰ τοῦ Νεστορίου μυσαρὰ δόγματα· ἔτι δὲ καὶ σαφέστατα περιεχομένης τῆς φωνῆς ταύτης ἐν τῷ θείῳ συμβόλῳ. τὸ γὰρ, τὸν ὁμοούσιον υἱὸν τῷ πατρὶ, τοῦτον κατελθόντα ἐκ τῶν οὐρανῶν σαρκωθῆναι ἐκ πνεύματος ἁγίου, καὶ Μαρίας τῆς παρθένου λέγειν, οὐδὲν ἄλλο δηλοῖ, ἢ Θεὸν τὴν ἁγίαν παρθένον γεννῆσαι. ἔστιν ἄρα ἀνάπτυξις ἡ, θεοτόκος, φωνὴ, ἀλλ' ὅμως οὐ προσετέθη. ἐρεῖτε, διὰ τὸ πάνυ σαφῶς ἐμπεριέχεσθαι τῷ συμβόλῳ· ἀλλ' ἦσαν καὶ ἄλλα τινὰ ἐμπεριεχόμενα μὲν τῷ συμβό- E λῳ, οὐ μέντοι σαφῶς· ἀλλ' ὅμως οὐ προσετέθησαν οὐδ' ἐκεῖνα. αὐτίκα ἡ καθ' ὑπόστασιν ἕνωσις τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ πρὸς τὴν προσληφθεῖσαν ἐξ ἡμῶν φύσιν, περὶ ἧς καὶ αὐτοὶ ἐποιήσαντο τὸν λόγον οἱ ἐν τῇ τρίτῃ πατέρες· ἔτι δὲ καὶ τὸ δύο φύσεις τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἀσυγχύτους τετηρηκέναι μετὰ τὴν ἕνωσιν, περὶ οὗ προὔκειτο τῇ τετάρτῃ συνόδῳ· ἔτι γε μὴν καὶ τὸ δύο θελήματα καὶ δύο ἐνεργείας σώζειν, περὶ ὧν οἱ ἐν τῇ ἕκτῃ πατέρες μακάριοι ἐποιήσαντο πάντα τὸν λόγον· ταῦτα οὐχ οὕτω

SESSIO VIII.

A nihil addere liceat: undenam? fatentes eadem & credentes quæ etiam ſancti patres: quæ imperfectionis accuſare quis fidelium auſit, niſi plane inſaniat? ex facultate vero mutandi maximum ſequetur incommodum, quod mutatio vocum futura ſit aliquando cauſa mutationis ſententiarum. Quod vero hi primi caverint, ne quid addatur, & ex multis quidem aliis liquet, præſertim vero ex epiſtola beati Cyrilli ad Acacium Meliteneneſem epiſcopum, in qua hæc habet. Sancta quippe & œcumenica ſynodus, quæ Epheſi convenit, neceſſario providit, non oportere aliam fidei expoſitionem in eccleſias Dei inferri B præter eam, quæ jam extabat; quam beatiſſimi patres noſtri ſancto in Spiritu locuti definiverunt.

Concil. Epheſ. part. 3. num. 33.

Ex dicto hoc & alia quædam profecto notari poſſunt, ſed præcipue tria: primum, Hanc ſynodum inhibuiſſe hoc primum: id enim ſignificat vox illa, Providit; ſecundum, id ſanxiſſe neceſſario; tertium, prohibuiſſe alteram fidei expoſitionem, non alterius fidei expoſitionem. Illud quoque neceſſario eſt annotandum, interdici hoc univerſo eccleſiæ corpori; hoc enim ſibi vult illud, Non inferri in eccleſias Dei. Colligamus ex dictis quæ inferuntur, præſertim quod ex primo ſequi- C tur. Videtur ſynodus hæc ſtatuiſſe prima hoc interdictum: atqui contraria exponere dogmata jam olim erat interdictum; aliud ergo ipſa prohibet præter id, quod prius fuerat vetitum, vocum ſcilicet immutationem; quod ad ea uſque tempora licebat: idque univerſali interdicit eccleſiæ, non privatis perſonis: neque enim curæ eſt eccleſiæ, quo hic vel ille modo exprimat, declaretque ſuam fidem; ſed illud curarunt, ne quo immutetur modo quod legitur communiter ab eccleſiis, & in quo baptizamur. Hoc vero ipſi cum primi interdixerint, ſibimet etiam primis interdixere: vocem enim illam, Deipara, id tem- D poris adeo neceſſariam, quæque in ſacro ſymbolo continetur apertiſſime, cum opus eſſet addere, non addiderunt: ut ſcilicet ipſi exemplo eſſent poſterioribus, dum legem a ſe latam comprobant facto: cum tamen magna neceſſitas premeret, turbarat enim omnia Neſtorius abominandis ſuis dogmatibus; & vox ipſa in ſacro ſymbolo clariſſime includatur. Dicere enim Filium Patri conſubſtantialem deſcendiſſe de cœlis, & incarnatum eſſe de Spiritu ſancto & Maria virgine, nihil aliud ſignificat, quam Deum natum eſſe de virgine. Eſt igitur explanatio vox, Deipara, ſed tamen non eſt addita: diceris, eo quod nimis aperte con- E tineatur in ſymbolo: ſed erant & alia quædam, quæ quidem continentur in ſymbolo, non tamen perſpicue; nihilo minus & illa non ſunt addita. Nam Filii Dei ſecundum hypoſtaſin unio ad aſſumptam noſtram naturam, de qua ipſimet tertiæ ſynodi patres egerunt; nec non duas fuiſſe in Chriſto Jeſu domino noſtro poſt unionem inconfuſas naturas; quod propoſitum erat quartæ ſynodo: Duas præterea ipſum habere voluntates, & duas operationes; de quibus beati ſextæ ſynodi patres totam habuere diſputationem; hæc inquam omnia

nia

Seſſio VIII.

A nia non ita omnino clare videntur contineri in ſymbolo ; ſunt tamen declarata & explicata , huic vero fidei teſſeræ nullo modo addita : ſive ergo addenda erant , quæ continebantur omnino implicite, patres obſcura non addiderunt , ſive clariora , tertiæ ſynodi patres id non egerunt : nulla ergo ratione licebat addere. Quare undique videtur inferri , non eſſe addendum , tam quæ clare omnino continentur, quam quæ minus, & implicite potius inſunt . Hoc ſervarunt omnes ſanctæ ſynodi , quæ tertiam ſubſecutæ ſunt , quarta, quinta, ſexta, & ſeptima. Si qua vero reperitur apud vos in libris ſeptimæ differentia, eam ſuo loco fuſius tractabimus , B oſtendemuſque illam etiam ſuperiores ſynodos eſſe ſecutam ; imo vero ſeſe ab eo quod ſibi tribuitur, vindicantem . Hi enim omnes explanationibus locum dedere , qui explanationibus congruit : is vero eſt , ut eæ ſeparatim alicubi reponantur , prototypa vero relinquantur intacta : exceptis iis , qui olim neceſſitate cogente alio quoque modo uſi ſunt , cum etiam non deeſſet illis facultas: patres, inquam, qui tertiam ſynodum præceſſere . Quod vero beatus Paulus ait, non eſſe evangelizandum præter id quod ille tradidit; alioquin eum, qui hoc fecerit , anathemati eſſe ſubjectum : nec patribus officit, nec nobis: C loquitur enim ille de alia fide; aliam vero fidem non expoſuere patres . Atque hoc dictum ſane valet & valebit in omnibus . Illud vero de quo nos agimus , eſt quidem tale, eſt vero & diverſum propter neceſſitatem , quæ nunc temporis urgebat . Illud etiam , quod beatus ait Gregorius, Nicænorum patrum fidem ſeſe tenere , & nihil illi prætuliſſe unquam , ſed tantum enucleaſſe, ac declaraſſe quod minus erat expreſſum : hoc nos etiam recipimus, dicimuſque illum non expoſuiſſe aliam fidem , ſed licuiſſe tamen illi : dico illi , hoc eſt univerſæ ſynodo, quæ cum illo erat ; eo tempore ſcilicet , quo nondum erat interdictum. D Quare antiquiora nihil vobis opitulantur , ſed ſi quid poſtea factum eſt , oſtendite : Si poſt tertiam ſynodum aliter eſt lectum ſymbolum ab ulla ſancta ſynodo : ſi quod omnino additum , vox , aut ſyllaba , aut minimum quidpiam . Si hoc oſtenderitis , veſtram & nos ſequamur ſententiam : ſed proferre id non poteritis : Clamant enim acta ipſorum , & ſole clarius emicant , & facta cum dictis conveniunt . Cum enim ſæpe neceſſitas cogeret, multæque declarationes eſſent confectæ , nulla ſacro ſymbolo eſt addita : viam enim receperant , per quam & neceſſitati proſpicerent , & patribus reverentiam præſtarent ; per definitionem ſeorſim E exponendo quæ erant ipſorum propria : ſacrum vero ſymbolum nulla varietate, aut mutatione affectum ſervando . Quare nullum hinc infertur fidelibus incommodum , ut aſſerebat veſtra reverentia : nam & fidem explanarunt , & provenientem ex hoc utilitatem fidelibus attulerunt , & ſymbolum ſine mutatione ſervarunt : ut & nos ex eorum doctrina utilitatem perceperimus , & illi pœnis per decreta patrum conſtitutis non ſubjacuerint . Si autem rurſus eximium theologiæ doctorem profertis Gregorium , quod

Epiſt. ad Cledonium 2.

Orat. in Epiphaniam.

σαφῶς φαίνεται πάντοθεν ἐμπεριεχόμενα τῷ συμβόλῳ, ἀλλ' ὅμως σαφηνείας μὲν καὶ ἀναπτύξεως ἔτυχον, οὐ μὴν προσετέθησαν τῷ συνθήματι τούτῳ τῆς πίστεως. εἰ τί γοῦν τὰ πάνυ συνεπτυγμένως ἔδει προσθεῖναι περιεχόμενα, οἱ πατέρες τὰ ἀσαφῆ οὐ προσετέθεσαν· εἴτε τὰ μᾶλλον σαφέστερα, οἱ ἐν τῇ τρίτῃ τοῦτο οὐκ ἐπεποιήκεσαν· κατ' οὐδένα ἄρα τρόπον προσθεῖναι ἐξῆν. ὥστε φαίνεται πάντοθεν μὴ δεῖν προστιθέναι οὔτε τὰ πάνυ σαφῶς ἐμπεριεχόμενα, οὔτε τὰ ἧττον, ἀλλὰ μᾶλλον συνεπτυγμένως· τοῦτο πᾶσαι αἱ ἐπιγενόμεναι ἅγιαι σύνοδοι μετὰ τὴν τρίτην ἐφύλαξαν, ἡ τετάρτη, ἡ πέμπτη, ἡ ἕκτη, καὶ ἡ ἑβδόμη. εἰ δέ τις διαφορὰ παρ' ὑμῖν ἐν τοῖς βιβλίοις εὑρεθῇ τῆς ἑβδόμης, ἐν τῷ οἰκείῳ τόπῳ πλατύτερον ἐροῦμεν, καὶ δείξομεν κἀκείνην ἀκολουθήσασαν ταῖς πρὸ αὐτῆς, μᾶλλον δὲ αὐτὴν δείξομεν ἐκδικοῦσαν ἑαυτήν. πᾶσαι γὰρ αὗται ἀπένειμαν χώραν ταῖς ἀναπτύξεσι, τὴν ταῖς ἀναπτύξεσι πρέπουσαν· αὕτη δέ ἐστι τὸ ταύτας μὲν ἔξωθέν του προσπαραγράφεσθαι, τὰ δὲ πρωτότυπα μένειν ἐπὶ ἄθικτα. ἐξαιρουμένων τοῦ λόγου, οἵ τινες ποτὲ δι' ἀνάγκην καὶ ἑτέρῳ τρόπῳ ἐχρήσαντο, προσούσης αὐτοῖς καὶ ἐλευθερίας, λέγω δὲ τοὺς πρὸ τῆς τρίτης συνόδου. εἰ δὲ ὁ μακάριος Παῦλος λέγει, μὴ δεῖν εὐαγγελίζεσθαι παρ' ὃ ἐκεῖνος παρέδωκεν, εἰ δὲ μή, ὑπὸ ἀναθέματι εἶναι τὸν τοῦτο ποιήσαντα· τοῦτο οὐδὲν πρόκειμαι ποιεῖ, οὔτε τοῖς πατράσιν, οὔτε ἡμῖν· ἐκεῖνος γὰρ περὶ πίστεως ἄλλης ποιεῖται τὸν λόγον. ἑτέραν δὲ πίστιν οὐκ ἐξέθεντο οἱ πατέρες· καὶ ἔστιν οὗτος ὁ λόγος κατὰ πάντων ἔχων τι καὶ ἔξω τὸ κράτος· τὸ δὲ προκείμενον ἐστὶ μὲν τοιοῦτον, ἔστι δὲ καὶ ἕτερον, διὰ τὴν τότε καλέσασαν ἀνάγκην καὶ χρείαν. εἰ δὲ ὁ μακάριος Γρηγόριος λέγει, τῆς αὐτῆς πίστεως εἶναι τοῖς ἐν Νικαίᾳ πατράσι, καὶ μηδὲν αὐτῆς προτιμῆσαι μηδέποτε, προσδιαρθρῶσαι δὲ μόνον καὶ σαφηνίσαι τὸ ἐλλιπῶς εἰρημένον, τοῦτο δεχόμεθα καὶ ἡμεῖς· καὶ λέγομεν μὴ ἑτέραν πίστιν αὐτὸν ἐκθεῖναι, ἐξεῖναι δ' οὖν ὅμως ἐκείνῳ, λέγω δὲ ἐκείνῳ, ἤτοι πάσῃ τῇ συνόδῳ τῇ σὺν ἐκείνῳ· ἦσαν γὰρ δὴ πρὸ τοῦ κωλύματος. ὥστε τὰ παλαιότερα οὐδὲν ὑμῖν πρὸς βοήθειαν, ἀλλ' εἰ μετὰ ταῦτα γέγονέ τι, δείξατε. εἰ μετὰ τὴν τρίτην σύνοδον ἄλλως ἀνεγνώσθη παρά τινι τῶν ἁγίων συνόδων τὸ σύμβολον, εἰ ὅλως προσετέθη λέξις, ἢ συλλαβή, ἢ τὸ τυχόν. καὶ εἰ τοῦτο δείξετε, ἕξετε καὶ ἡμᾶς ἑπομένους· ἀλλ' οὐκ ἂν ἔχοιτε· βοᾷ γὰρ αὐτῶν τὰ ἔργα ἡλίου τρανότερον, καὶ σύμφωνοι τοῖς λόγοις εἰσὶ καὶ αἱ πράξεις. πολλῶν γὰρ ἀναγκῶν γενομένων, καὶ πολλῶν ἀναπτύξεων, οὐδεμία προσετέθη τῷ θείῳ συμβόλῳ· εὗρον γὰρ ὁδόν, δι' ἧς τήν τε προκειμένην ἀναπληρώσουσι χρείαν, καὶ τοῖς πατράσι τὸ σέβας φυλάξουσιν, ἐν ἰδίῳ μὲν ὅρῳ τὰ ἑαυτῶν ἐκθέμενοι, τό γε μὴν ἱερὸν σύμβολον ἀμεταποίητόν τε καὶ ἀμετακίνητον φυλάξαντες. ὅθεν οὐδέ τις ἀκολουθεῖ βλάβη τοῖς πιστοῖς ἐντεῦθεν, ὡς ἡ αἰδεσιμότης ὑμῶν ἔλεγε. καὶ γὰρ ἀνέπτυξαν καὶ τὴν πίστιν, καὶ τὴν ἐντεῦθεν ὠφέλειαν ἐπορίσαντο τοῖς πιστοῖς, καὶ τὸ σύμβολον ἀπαράτρωτον ἐφύλαξαν, ὡς κερδᾶναι ἡμᾶς καὶ τὴν ἐκ τῆς διδασκαλίας ὠφέλειαν, καὶ μηδ' ἐκείνους ὑποπεσεῖν τοῖς τῶν πατέρων ὅροις. εἰ δὲ πάλιν προφέρε-

λό-

Anno Christi 1438.

τε τὸν μέγαν ἐν θεολογίᾳ Γρηγόριον, μὴ ποιεῖσθαι λόγον τῶν συλλαβῶν καὶ τῶν λέξεων, λέγομεν καὶ πρὸς τοῦτο, ὅτι οὐδὲν τοῦτο πρὸς τὸν ἡμέτερον λόγον ποιεῖ. περὶ λέξεων γὰρ ἐκεῖνος ποιεῖται τὸν λόγον, τῶν τὸ αὐτὸ πρᾶγμα σημαινουσῶν, καὶ κατὰ τοῦ αὐτοῦ καὶ ἑνὸς ὑποκειμένου κατηγορουμένων· περὶ ὑποστάσεων γὰρ καὶ προσώπων καὶ ἰδιοτήτων ποιεῖται τὸν λόγον, ἓν καὶ τὸ αὐτὸ πρᾶγμα σημαινουσῶν. ὥσπερ ἂν εἴ τις εἴποι τὰ τέσσαρα δὶς δύο, καὶ τὰ εὐθύγραμμα ἰθύγραμμα· ἐνταῦθα δὲ οὐκ ἔστι ταυτό, πρὸς γὰρ ταῖς ἄλλαις λέξεσι καὶ ἄλλα πράγματα. ἄλλο γὰρ πρόσωπον ὁ πατήρ, καὶ ἄλλο ὁ υἱός· ὥστε καὶ πρὸς ἄλλην ἔννοιαν φέρει, τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς λέγεσθαι, ἢ τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ υἱοῦ. πολλὰ ἔχοντες περὶ τούτου εἰπεῖν, φυλάξομεν ταῦτα ἐν τῇ κατὰ πεῦσιν καὶ ἀπόκρισιν διαλέξει. μεταβησόμεθα δὲ ἐπὶ τὸ δεύτερον ἐπιχείρημα, ἐν ᾧ ἐπεχειρεῖτε ἀπὸ τῆς κατὰ τὰς διαφόρους φωνὰς ἐκφωνήσεως τοῦ συμβόλου. ἐλέγετε γοῦν, ὡς ἐπεὶ κατὰ διαφόρους φωνὰς οἱ Χριστιανοὶ τὸ σύμβολον ἐκφωνοῦντες, ὅμως οὐ διαφέρονται διὰ τὸ τὴν αὐτὴν ἔννοιαν σώζειν, τῶν νοημάτων εἶναι δεῖν μόνον πάντα τὸν λόγον, καὶ τούτων σωζομένων, τῶν λέξεων λόγος οὐδείς. τοῦτο οὖν ἡμεῖς διωκάμεν καὶ ἐν τῷ τέλει τοῦ πρώτου λόγου τι καὶ κεφαλαίου ἡψάμεθα, οὐδὲν δὲ ἧττον καὶ νῦν ἐροῦμεν ὅμως σαφέστερον. ἡμεῖς γὰρ λέγομεν, οὐ μόνον εἶναι λέξεις διαφόρους τὸ λεγόμενον παρ' ὑμῶν, ἀλλὰ καὶ πράγματα, ἐξ ἀνάγκης δὲ καὶ νοήματα· ἑκάστου γὰρ λόγου ἐστί τι νόημα πάντως. τὸ μὲν γὰρ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεσθαι, λόγος ἐστὶν εἷς· τὸ δὲ ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ υἱοῦ, λόγοι δύο, συνδέσμῳ εἷς· διὸ καὶ ἔχει δύο λόγους ἀντικειμένους ἀποφατικῶς, τὸν μὲν ἕνα ψευδῆ καὶ κατ' ἀμφοτέρους, θάτερον δὲ ἀληθῆ καθ' ἡμᾶς μόνους. οὐκ ἔστιν οὖν ὅμοιον τὸ ταυτὸ πρᾶγμα διαφόροις φωναῖς ἐκφωνεῖσθαι; ὥσπερ καὶ τὸ τὰ ἕτερα· πῶς γὰρ ἂν εἴη τοῦτο ταυτὸ τῷ εἰπεῖν, ἡμέρα καλή, Λατινικῶς καὶ Γραικικῶς; τούτῳ γὰρ τῷ τρόπῳ πρότερον συνεφωνοῦμεν τὰ αὐτὰ λέγοντες· ἀπὸ δὲ τοῦ νῦν λεγομένου, λέγω δὲ τῆς προσθήκης καὶ πρὸς ὑμᾶς διαφωνοῦμεν, καὶ πρὸς τοὺς ἰδίους διεφωνοῦμεν ἄν, εἴ τι παρά τινι τοιοῦτον ἐγένετο. εἰ δὲ ἕν τι καὶ τὸ αὐτὸ δοίημεν εἶναι, τοῦτο ὅμως οὐκ ἀναιρεῖ τὸ κώλυμα, ἕως ἂν ἥτισοῦν προσθήκη κωλύηται.

Τρίτον εἴπατε, τὰς ἀρχὰς καὶ τὰ ἀξιώματα ἑκάστης ἐπιστήμης δυνάμει περιέχειν τὰ μετ' αὐτά· καὶ ὅτι ἐκ τῶν ἀρχῶν καὶ τῶν ἀξιωμάτων ὁρμώμενοι καὶ ὑμεῖς δείξετε ἡμῖν, ἀληθὲς εἶναι τὸ δόγμα ἐκ τῶν ἀρχῶν τῆς πίστεως ἐπαγγειλάμενοι· οὕτω καὶ ἡμεῖς λέγομεν. τοῦτο μὲν οὖν ὅταν ἡμῖν δείξητε, καὶ ἡμεῖς χάριν ὑμῖν εἰσόμεθα, οὐ μέντοι γε ἴσως καὶ προσθήσομεν τοῦτο ταῖς ἀρχαῖς. τοῦτο γὰρ καὶ ἐπὶ τῶν πλείστων μὲν ἀρχῶν ἐστὶν ἀδύνατον, καὶ μάλιστα ἰδικῶς ἐπὶ τούτου διὰ τὸ κεκωλῦσθαι· ὁ γὰρ ἀρχὴ καὶ τὰ μετὰ τὴν ἀρχὴν ἐπὶ τῶν πλείστων διώρισται, τάχα δὲ καὶ ἐπὶ πάντων. ἡ μὲν γάρ ἐστι καθόλου, τὰ δὲ μερικά· καὶ ἡ μὲν τὸ ἀποδεικτικόν, τὰ δὲ τὰ ἀποδεικτά. καὶ ἡ μὲν πρότασις, τὰ δὲ συμπεράσματα· πῶς ἂν οὖν ῥᾳδίως γένοιντο μερικὰ τὰ καθόλου, καὶ ἀποδεικτὰ τὰ ἀποδεικτικά; ὥστε ἐμπεριέχεσθαι μὲν ταῖς ἀρχαῖς τὰ μετ' αὐτὰς ἀναγκαῖον, οὐ μὲν



Seſſio VIII.

A ille de ſyllabis & vocibus non curet , reſpondemus ad hoc etiam nihil ad rem noſtram hoc facere . De vocibus enim is loquitur , quæ idem ſignificant , atque de uno eodemque ſubjecto prædicantur : eſt enim illi ſermo de hypoſtaſibus , perſonis , & proprietatibus , quæ unum & idem ſignificant : ut ſi quis dicat quatuor , bis duo : & rectilinea , directalinea : hic vero non eſt par ratio : nam & voces diverſæ ſunt , & res aliæ : alia eſt enim perſona Patris, alia Filii : quare alium ſenſum inducit, quod ex Patre dicitur ; & alium , quod ex Patre & Filio : multa de hoc haben- B tes dicere diſputationi reſervabimus , quæ mutuis interrogationibus & reſponſionibus fiet . Transeamus ad ſecundam rationem, qua arguebatis ex eo quod ſymbolum variis linguis pronuncietur. Dicebatis enim , etſi diverſis linguis recitatur ſymbolum a Chriſtianis , convenire tamen eos , quia ſenſum habent eumdem : quare ſententiarum tantum eſſe habendam rationem , quibus integris non eſt de vocibus curandum . Hanc rationem nos virtute attigimus ad finem primi capitis, ſed tamen nunc etiam clarius ad eam reſpondebimus . Nos enim dicimus, non ſolum eſſe voces diverſas quod C a vobis dicitur , ſed etiam res , neceſſario autem & ſignificata ; Nam unaquæque oratio ſuum plane habet ſignificatum : eſt porro hæc una oratio , Spiritus ex Patre procedit : ex Patre autem & Filio; duæ ſunt orationes, conjunctione una ; quocirca duas habet orationes negative oppoſitas : alteram quidem juxta utroſque falſam , alteram vero ex noſtra tantum ſententia veram: non eſt igitur ſimile , eamdem rem diverſis ſignificare vocibus , & res non eaſdem : qui enim hoc ſimile fuerit , ac ſi quis Græce & Latine diceret , fauſtus dies ? Hoc enim modo inter nos antea conveniebat D idem dicentes , nunc autem propter id quod dicitur , additamentum inquam, & a vobis diſſentimus , & a noſtris etiam diſſentiremus, ſi qui tale quidpiam committerent : ſed ſi daremus etiam , unum atque idem eſſe , hoc tamen non tollit interdictum , cum per illum quodcumque additamentum ſit vetitum.

Tertio dixiſtis , principia & primarias propoſitiones cujuſvis ſcientiæ virtute continere quæ poſt illa ſunt, & vos ex principiis & primis propoſitionibus promiſiſtis oſtendere nobis, dogma eſſe verum; nempe ex fidei principiis . Ita & nos dicimus . Cum ergo id nobis oſtenderitis , E gratias vobis agemus ; ſed non propterea fortaſſe illud addemus etiam principiis . Hoc enim in plurimis quidem principiis eſt impoſſibile , peculiari vero ratione in hoc propter interdictum . In plurimis enim, & forſan in omnibus diſtincta ſunt principium , & quæ ſunt poſt principium; Nam illud eſt univerſale, hæc peculiaria; illud demonſtrativum , hæc demonſtrabilia ; illud propoſitio , hæc concluſiones : quoniam igitur pacto univerſalia facile fient particularia , & demonſtrabilia quæ ſunt demonſtrativa ? Quare in principiis

G qui-

Seſſio VIII.

quidem contineri quæ ſunt poſt ipſa neceſſe eſt, hæc tamen illis addi non eſt neceſſe. Si vero ſit etiam peculiare interdictum, ut in re propoſita, tunc plane hoc fieri eſt impoſſibile. Nam alia quoque vera non ſunt addita principiis. Omnia quippe ſacra dogmata ex fontibus ſacrarum ſcripturarum haurimus, quæ ſunt principia & fundamenta noſtræ fidei: nihil tamen eſt ad illas adjectum, & nihil adjicietur ſive a nobis, dum noſtri compotes erimus, ſive ab aliis Chriſtianis. Ut neceſſario ſequatur, ſacro etiam ſymbolo nihil eſſe addendum, quoniam in eccleſia locum obtinet principii. Dictum a vobis eſt, ſanctæ Dei eccleſiæ, cum una & eadem ſit, unam quoque & eamdem eſſe debere poteſtatem & auctoritatem. Ad hoc ergo dicimus, eſſe quidem neceſſarium, ut illa eamdem habeat poteſtatem; oportere tamen ſcita quoque ſuperiorum patrum ab ipſa ſervari, atque ut divinas haberi voces, quæ ab illis ſtatuta ſunt. Cum enim ſacræ ſynodi diverſis temporibus & occaſionibus celebratæ ſint propter cauſas & neceſſitates diverſas, quas temporum annorumque circulus profert, neceſſario res ita tractabant, ſicuti præſentis neceſſitatis poſtulabat conditio: ad unum ſane eumdemque finem ſpectantes, videlicet hominum ſalutem: res vero ſingulas ita adminiſtrabant, prout temporis ratio tunc permittebat. Quapropter de rebus diſſimilibus diſſimiles ſententias proferebant. Oportet autem antiquorum decreta obſervari a poſteris: ut quæ ab illis ob præſentes neceſſitates ſtatuta ſunt, poſteri non tranſgrediantur. Ita enim melius etiam unam & eamdem auctoritatem ſemper habebit eccleſia; ita quoque ſui ipſius erit conſervatrix: alioquin ipſa ſeipſam deſtrueret, & a ſe ipſa deſtrueretur. Prohibuere aliquid majores? cavendum id eſt a poſteris: rurſus aliquid non prohibuere, ut exempli gratia, explanationes, verum extra prototypa; illo nos etiam utemur modo. Quo pacto & Agatho, & Sophronius, & Cyrillus declarabant, explicabant, docebant: quæ enim facere non prohibebantur, poterant & ipſi & alii ſuis in ſcriptis declarare, docere, & explicare. Cur enim ſimus ſoliciti nos, quomodo quiſque explanet, vel eloquatur, dum veros exprimat ſenſus? Licebit enim cuivis communia dogmata ſervanti ſuam exponere fidem, ut potuerit, & voluerit: dum ſcilicet generalem non præſcribat inſtitutionem, ſive commune ſymbolum, ſed propriam exponat fidem: hoc enim modo licuit, & licebit unicuique ex ſeipſo exponere. Hoc pacto & beato Agathoni, & cuivis epiſcopo, vel minimo gravis incumbit neceſſitas docendi & inſtituendi populos. Atque hoc ſane nihil obſtat propoſitæ quæſtioni. In his, ne plura dicam, priore veſtro ſermone abſoluto, in ſecundo iterum eadem repetiſtis, fuſius quidem & clarius, ſed eadem quæ prius diſſerendo. Idcirco & nos cum longo ſermone de iiſdem uſi fuerimus, hoc etiam brevi expediemus, tum quia hæc virtute continentur in illis, tum quia tempus

τοι προστίθεσθαι ταῦτα αὐταῖς ἀναγκαῖον. ἐὰν δέ τι καὶ κώλυμα ἰδικὸν ᾖ, ὥσπερ ἐπὶ τοῦ προκειμένου, τότε καὶ μάλιστα ἀδύνατον τοῦτο γενέσθαι. καὶ γὰρ καὶ ἄλλα τῶν ἀληθῶν οὐ προσετέθησαν ταῖς ἀρχαῖς. πάντα γὰρ τὰ θεῖα δόγματα ἀπὸ πηγῶν τῶν θείων γραφῶν ἀρυόμεθα, αἵ τινές εἰσιν ἀρχαὶ καὶ θεμέλια τῆς ἡμῶν πίστεως, ἀλλ᾽ ὅμως οὐδὲν αὐταῖς προσετέθη, οὔτ᾽ ἂν προστεθείη, οὔτε παρ᾽ ἡμῶν ἕως ἂν ὦμεν ἡμῶν αὐτῶν, οὔτε παρ᾽ ἑτέρων Χριστιανῶν. ὡς ἀναγκαίως συμβαίνειν, ἐπεὶ καὶ τὸ θεῖον σύμβολον λόγον ἀρχῆς ἔχει ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, οὐδὲν αὐτῷ δεῖν προστεθῆναι. ἐρρήθη παρ᾽ ὑμῶν, ὡς τὴν ἁγίαν τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαν μίαν οὖσαν καὶ τὴν αὐτὴν, μίαν ἔχειν καὶ τὴν αὐτὴν ἐξουσίαν τε καὶ ἀρχὴν δεῖ. πρὸς τοῦτο οὖν λέγομεν, ὅτι τὴν μὲν αὐτὴν ἐξουσίαν ἀναγκαῖον ἔχειν αὐτὴν, δεῖ δὲ ὅμως οὐχ ἧττον καὶ τὰ τῶν πρὸ αὐτῆς πατέρων φυλάττειν, καὶ ὡς θείας ἡγεῖσθαι φωνὰς ἃ ἐκεῖνοι ὥρισαντο. κατὰ διαφόρους γὰρ χρόνους καὶ καιροὺς γινομένων τῶν θείων συνόδων ἐπὶ διαφόροις αἰτίαις τε καὶ ἀνάγκαις, ἃς ἡ τοῦ καιροῦ τε καὶ χρόνου φέρει περίοδος, κατὰ τὰς περιϊσταμένας ἀνάγκας μετεχειρίζοντο τὰ πράγματα ἐξ ἀνάγκης, ἕνα μὲν καὶ τὸν αὐτὸν σκοπὸν ἔχοντες, καὶ πρὸς τὸ αὐτὸ ἀποβλέποντες τέλος, τὴν σωτηρίαν δηλαδὴ τῶν ἀνθρώπων, μεταχειριζόμενοι δὲ τὰ πράγματα ἕκαστα, ὡς ὁ καιρὸς ἐδίδου τότε. ὅθεν καὶ ἀνομοίως περὶ τῶν ἀνομοίων ἀπεφαίνοντο πραγμάτων. δεῖ δὴ τοὺς ἐπιγινομένους φυλάττειν τὰ τῶν πρὸ αὐτῶν καὶ ἃ ἐκεῖνοι ἐπὶ ταῖς προκειμέναις ἀνάγκαις καὶ χρείαις ὥρισαντο, ταῦτα μὴ παραβαίνειν τοὺς ἐπιγινομένους. οὕτω γὰρ ἂν καὶ κάλλιον τὴν αὐτὴν καὶ μίαν ἐξουσίαν ἕξει ἡ ἐκκλησία ἀεὶ, καὶ οὕτως ἂν ἑαυτὴν συντηροίη· ἄλλως δ᾽ ἂν αὐτὴ ἑαυτὴν ἀνατρέψειε, καὶ αὐτὴ ὑφ᾽ ἑαυτῆς ἀνατραπείη. κεκώλυταί τι παρὰ τῶν προγενεστέρων; τοῦτο φυλακτέον καὶ τοῖς μετέπειτα· οὐ κεκώλυταί τι πάλιν, οἷον ὑποδείγματος χάριν, τὸ ἀναπτύσσειν, ἔξω μέντοι τῶν πρωτοτύπων, τούτῳ καὶ ἡμῖν χρηστέον τῷ τρόπῳ. τούτῳ τῷ τρόπῳ καὶ Ἀγάθων, καὶ Σωφρόνιος, καὶ Κύριλλος ἐσαφήνιζον, ἀνέπτυσσον, ἐδίδασκον· ἃ γὰρ οὐκ ἦσαν κεκωλυμένοι, ἐξῆν καὶ αὐτοῖς καὶ ἄλλοις ἐν ἰδίοις συγγράμμασι σαφηνίζειν, καὶ διδάσκειν, καὶ ἀναπτύσσειν· τίς γὰρ ἡμῖν φροντὶς τῆς ἑκάστου ἑρμηνείας ἢ φράσεως, ἕως ἂν ὑγιαίνῃ αὐτῷ τὰ νοήματα; ἐξέσται γὰρ ἑκάστῳ τηροῦντι τὰ κοινὰ δόγματα, τὴν ἰδίαν ἐκτιθέναι πίστιν ὡς ἂν δύναιτό τε καὶ βούλοιτο· ὅταν δηλαδὴ μὴ νομοθετῇ κοινὸν μάθημα, ἢ κοινὸν σύμβολον, ἀλλὰ τὴν αὐτοῦ ἐκτίθεται πίστιν· τούτῳ γὰρ τῷ τρόπῳ ἐξῆν καὶ ἐξέσται ἑκάστῳ ἐκτιθέναι ἐξ ἑαυτοῦ. τούτῳ τῷ τρόπῳ καὶ τῷ μακαρίῳ Ἀγάθωνι, καὶ ἄλλῳ τῶν ἐπισκόπων καὶ τῷ ἐλαχίστῳ ἐπίκειται ἀνάγκη βαρεῖα ἐκδιδάσκειν, καὶ νουθετεῖν τοὺς λαούς· καὶ τοῦτο οὐδὲν ἐμποδὼν πρὸς τὸ προκείμενον ζήτημα. ἐν τούτοις, ἵνα μὴ πλείονα λέγω, τὴν προτέραν ὑμῶν ὁμιλίαν πληρώσαντες ἐν τῇ δευτέρᾳ πάλιν ἐπανελάβετε, τὰ αὐτὰ πλατύτερον μὲν εἰπόντες καὶ σαφέστερον, τὰ αὐτὰ δὲ ὅμως ἅπερ καὶ πρότερον. διὸ καὶ ἡμεῖς περὶ τῶν αὐτῶν εἰπόντες πλατύτερον, ὅμως καὶ τοῦτο ἐροῦμεν στενώτερον, διά τε τὸ δυνάμει ἐν ἐκείνοις ἐμπεριέχεσθαι ταῦτα, καὶ διὰ τὸ τῆς ὥρας στενόν. ταῦτα μὲν οὖν μερίζονται εἰς δέκα

κε-



Anno Christi 1438.

κεφάλαια ἢ καὶ πλείω. περὶ πάντων δὲ ἐροῦμεν ὡς οἷόν τε συντόμως. εἰ γάρ τι καὶ τῶν προκειμένων παρ᾽ ὑμῶν ἔξω εἴρηται, ταῦτα καταλείψομεν κατά γε τὸ νῦν. πρῶτον μὲν οὖν ἔφητε θαυμάζειν, τίνος ἕνεκα τὸ τῆς ἐν Νικαίᾳ προεθέμεθα σύμβολον. ἡμεῖς δὲ καὶ τότε καὶ νῦν ἐροῦμεν, ὡς διὰ τοῦτο προεθήκαμεν ἐκεῖνο, ἵνα δείξωμεν, ὡς ἡ τρίτη σύνοδος τοῦτο ἀναγνοῦσα πρότερα ἐπ᾽ ὀνόματι τῆς τε πρώτης καὶ δευτέρας συνόδου, καὶ ὡς ἓν ἄμφω λογισαμένη, ἐπήνεγκε τὴν εἰρημένην σφραγῖδα, μηδενὶ δηλαδὴ ἐξεῖναι τούτῳ προσθεῖναι.

ΙΟΥΛ. ΚΑΡΔ. Λέγετε, ὅτι ἀνεγνώσθη ἐν τῇ τρίτῃ καὶ τὸ τῆς πρώτης καὶ τὸ τῆς δευτέρας;

ΕΦΕΣ. Λέγομεν, ὅτι οὐκ ἀνεγνώσθη, ἀλλὰ δυνάμει ἐμπεριέχεται τῷ τῆς πρώτης, καθὼς διὰ πλειόνων ἐδείξαμεν πρότερον.

ΝΙΚ. Δεύτερον εἴπατε, ὅτι τὰ κωλύματα ἀναφέρονται πρὸς τὴν τῆς πίστεως ἔννοιαν, οὐ μὴν πρὸς τὸ τῆς λέξεως ἢ συλλαβῆς. πρὸς ἓν τοῦτο ἐνὸν διὰ πλειόνων εἰπεῖν, καὶ ἀπ᾽ αὐτῶν τῶν ῥητῶν τῶν συνόδων ἐπιχειρῆσαι· καὶ γὰρ ῥητῶς ἐν ἑκάστῳ ὅρῳ καὶ ἐπισεσημασμένως περὶ τοῦ συμβόλου διαλαμβάνεται· ὅμως ἀρκούμεθα τοῖς ἔργοις αὐτῶν, ἃ κηρύττει τὸν αὐτῶν νοῦν λαμπρότερον, ἢ εἶχον λέγοντες ταῦτα. καὶ γὰρ ἀναγκαίας οὔσης, ὡς πολλάκις εἴπομεν, οὐδὲν ὅμως οὐδαμοῦ προτεθήκασι. τρίτον πάλιν ἀπὸ τῶν ἀρχῶν ἐπεχειρήσατε καὶ τῶν ἀξιωμάτων. πρὸς τοῦτο οὖν καὶ πρότερον ἀπολογησάμενοι, πάλιν ἐροῦμεν· ὅτι διχῶς οὐκ ἀναγκαίως συνάγεται, ὅπερ ὑμεῖς εἴπατε· πρῶτον μὲν καθόλου ἀπὸ τῶν ἀρχῶν. οὐδεμία γὰρ ἀρχὴ ἡστινοσοῦν ἐπιστήμης ἢ μαθήματος δύναται καὶ συμπέρασμα εἶναι αὐτῆς ταύτης τῆς ἐπιστήμης, ἧς ἐστιν ἀρχή. δεύτερον ἀπ᾽ αὐτῶν τούτων τῶν προκειμένων ἡμῖν ἀρχῶν, δηλονότι τῶν θεολογικῶν· ταύταις γὰρ ταῖς ἀρχαῖς δείκνυται οὐδὲν μετέπειτα προστεθὲν ὑπὸ τῶν διδασκάλων, καίτοι πάντως ἑπομένων ταῖς ἀρχαῖς αὐταῖς ὧν ἐσαφήνισαν.

ΡΟΔ. Καλὸν ἐστιν, ἵνα ἔχητε τὰ γεγραμμένα καὶ εἰρημένα ὑφ᾽ ἡμῶν, καὶ τηρῆτε τὴν τάξιν ὡς ἐκεῖ ἔγκειται.

ΝΙΚ. Νομίζομεν, ὅτι ἐφυλάξαμεν τὴν τάξιν ὡς ἔνεστιν. ὅμως ὡς καὶ ὑμῖν, ἔξεστι τοῖς διαλεγομένοις ἐναλλάττειν τὴν τάξιν τῶν κεφαλαίων κατὰ τὸ αὐτοῖς συμφέρον, καὶ τάττειν αὐτὰ ὡς βούλονται.

ΡΟΔ. Τοῦτο μὲν ἔξεστιν, ἀλλ᾽ οὐχ ἵνα μέμνηται σεσημειωμένως, ἐν τόπῳ τρίτῳ τυχὸν, ἢ τετάρτῳ, ὅπερ ἐν τοῖς ὑφ᾽ ἡμῶν οὐ κεῖται ἐν τοιούτῳ τόπῳ.

ΝΙΚ. Οὐκ εἶπον ἐν τοιούτῳ τόπῳ, τρίτῳ, ἢ τετάρτῳ, ἀλλ᾽ ἁπλῶς λέγω, τρίτον ἢ τέταρτον.

ΡΟΔ. Ἔστω.

ΝΙΚ. Κατὰ συνέχειαν τῶν πρότερον εἰρημένων λέγομεν, ὅτι πολλὰ μετὰ τὰς ἀρχὰς σαφηνισθέντα ὑπὸ τῶν θείων πατέρων, οὐ προσετέθησαν ταῖς ἀρχαῖς, ἤτοι τῇ θείᾳ γραφῇ. ὥστε φαίνεται οὐ μόνον τοῦτο τηρούμενον ἐπὶ τῶν ἄλλων ἀρχῶν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν θεολογικῶν. αὐτίκα γὰρ καὶ τὸ, ὁμοούσιον, μία λέξις ὂν, καὶ τὸ, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον κύριον καὶ ζωοποιὸν, καὶ τἄλλα τὰ ῥηθέντα, καίτοι λέξεις οὖσαι μικραὶ, καὶ περιεχόμεναι τῇ θείᾳ γραφῇ, ὅμως οὐ προσετέθησαν ταῖς ἀρχαῖς. ἢ οὖν καὶ ταῦτα προσθετέον τῇ θείᾳ γραφῇ, ἢ μηδὲ τῷ συμβόλῳ προσθετέον οὐδέν· τὴν αὐτὴν γὰρ καὶ τοῦτο τιμὴν εἴληχε τῇ θείᾳ γραφῇ, ὑπὸ τῶν



Seſſio IX.

anguſtum eſt. Hæc igitur in decem, vel plura etiam capita dividuntur: reſpondebimus ad omnia quam fieri poterit breviſſime: nam ſi quid a vobis dictum eſt, quod non ſpectet ad propoſitum, in præſentia prætermittemus. Dixiſtis primo; mirari vos, cur Nicænum propoſuerimus ſymbolum: nos autem & tunc, atque etiam nunc dicemus, ideo propoſitum a nobis, ut oſtenderemus, tertiam ſynodum eo lecto, nomine primæ & ſecundæ ſynodi, atque duo ut unum accipientem, primam intuliſſe dictam obſignationem: ne cui ſcilicet quidquam illi addere liceret.

Jul. card. Dicitis in tertia recitatum eſſe & primæ & ſecundæ ſymbolum?

Epheſ. Dicimus non eſſe recitatum, ſed virtute contineri in ſymbolo primæ, quemadmodum pluribus antea oſtendimus.

Nicæn. Dixiſtis ſecundo, interdicta referri ad fidei ſenſum, non ad vocem aut ſyllabam. Ad hoc ſane multa poſſemus dicere, & ex ipſis ſynodorum dictis arguere. Nam in unaquaque definitione expreſſis & diſertis verbis ſermo eſt de ſymbolo: ſed ſatis erant nobis facta ipſa, quæ mentem ipſorum luculentius prædicant, qua voces illas protulerunt: neceſſitate enim urgente, ut ſæpe diximus, nihil omnino addiderunt. Tertio argumentum duxiſtis ex principiis, & primis propoſitionibus. Ad hoc cum prius reſponderimus, nunc iterum dicimus, duabus de cauſis non neceſſario deduci, quod vos dixiſtis: altera eſt, natura ipſa principiorum univerſaliter; nullum enim principium cujuſvis ſcientiæ, vel diſciplinæ poteſt ſimul eſſe concluſio ejuſdem ſcientiæ, cujus principium eſt: altera vero, horum ipſorum, quæ nobis propoſita ſunt, principiorum theologicorum ratio; ad hæc enim principia nihil poſtea videtur adjectum a doctoribus; cum plane ea quæ ipſi explicarunt, ex ipſis derivarent principiis.

Rhod. Bene eſſet, ut ſcripta & dicta a nobis haberetis, & ſervaretis ordinem, qui in iis eſt.

Nicæn. Ordinem quoad fieri poteſt a nobis ſervatum putamus. Verumtamen ſicut & vobis, ita quoque diſſerentibus licet immutare ordinem capitum, ſi illis in rem ſit, eaque diſponere ut lubet.

Rhod. Id quidem licet, non tamen ut diſtincte reponatur, exempli cauſa, tertio, aut quarto loco, quod non eſt a nobis tali loco poſitum.

Nicæn. Non dixi tali loco, tertio vel quarto: ſed ſimpliciter dico, tertio, vel quarto.

Rhod. Eſto.

Nicæn. Quod prius dicebamus, ſumentes dicimus; Multa e principiis manantia per ſacros doctores explanata non eſſe principiis addita, hoc eſt ſacræ ſcripturæ. Itaque ſervatum videmus hoc non ſolum in aliis principiis, ſed etiam in theologicis. En vox una, Conſubſtantialis: & illud; Spiritum ſanctum dominum & vivificantem: & alia quæ dicta ſunt, cum ſint parvæ dictiones, & contineantur in ſacris literis, non ſunt tamen appoſita principiis. Aut igitur addenda etiam hæc ſunt ſacræ ſcripturæ; aut certe neque ſymbolo quidquam addendum: eumdem enim honorem ſortitum eſt ſym-



bolum,

Sessio VIII.

A bolum, quem & divina ſcriptura, patribus ipſis ita conſentibus. Dicitis præterea, ad dicta tertiæ ſynodi referenda eſſe omnia reliquarum ſynodorum, & ex illa interpretanda eſſe poſteriora. Quod igitur ad dicta tertiæ ſynodi referenda ſint omnia, & pendeant ab illa regula neceſſe ſit, fatemur & nos: non tamen ut dicta tertiæ ſynodi ſint aliorum explanationes: quomodo enim priora fuerint expoſitiones poſteriorum? ſed poſteriorum potius debent eſſe dictorum tertiæ explanationes. Quando igitur qui poſtea fuerunt, & præcipue ſanctus Cyrillus, qui præfuit tertiæ ſynodo, nec non ſanctus Agatho B clarius & poſterius de his aſſeverant, iſti dictorum tertiæ ſynodi interpretes fuerint: clarius autem epiſtola Cyrilli & Agathonis eſſe nihil poteſt. Sciendum tamen & illud eſt, non ſolum verba eſſe referenda ad dicta tertiæ ſynodi, ſed & ſenſum ad ſenſum illorum, & qua mente tertia ſynodus interdixit, eam eſſe tribuendam & aliis: & quoniam illis conſilium fuit interdicere voces, ut declarat beatus Cyrillus in epiſtola dicens, neceſſario fuiſſe hoc a ſynodo prohibitum; conſtat aliis quoque ſynodis hoc fuiſſe propoſitum, ut reipſa demonſtrarunt; ſcilicet nihil omnino addere C ſymbolo: ita enim futurum erat, ut confingentes ſymbola prohiberentur hoc facere; & quod inde alioqui ſequeretur, nullo damno fideles afficerentur. Dixiſtis etiam ſancti Cyrilli dictum: Nulla ratione ſe pati, ut fides concutiatur: diverſum eſſe ab eo, quod eſt voces addere. Ad hoc ergo cum paucis indigeat, pauca dicemus; reliquis, ſi placet, omiſſis propter anguſtiam temporis; imo vero hoc etiam in præſenti ſuperſedendum. Et nunc quidem his dictis finem, ſi lubet, ſermoni ſtatuemus; alia vero ſeſſione de hoc, deque aliis dicemus: tantum enim ſupereſt, ut alia ſeſſione poſſimus & hæc dicere, & cominus D pugnare, & congredi mutuis interrogationibus & reſponſionibus. Ego vero etiam cum uno ex reverendiſſimis patribus, qui illic ſedent, ita enim condiximus, in certamen deſcendam: qui novit, percipiet. Igitur hoc ſciat, paratuſque ſit in ſequenti ſeſſione Deo favente. His ita dictis a Nicæno dimiſſa eſt ſynodus: ſequenti vero ſeſſione Nicænus ſermonem ſuum abſolvit.

Sessio IX.

## SESSIO IX.

*Die quarto Novembris, feria tertia,* E *celebrata eſt.*

Nicæn.

AD ea quæ dixit veſtra reverentia, patres optimi, majori ex parte jam reſpondimus, ut vires noſtræ ferebant; relictis quibuſdam ob anguſtias temporis, quæ ſane paucis expediri poſſunt: ut enim ſupra etiam diximus, hæc ipſa virtute attigimus. Sunt porro, quæ relicta ſunt, quantum annotare potuimus, hæc: quod vox illa beati Cyrilli, Fidem concutere, aliud diverſumque ſit ab eo, quod eſt explanare: quod interdicta ſint

Anno Christi 1438.

A πατέρων αὐτῶν ἀξιωσάντων αὐτό. ἔτι λέγετε, πρὸς τὰ τῆς τρίτης συνόδου δεῖν ἀναφέρεσθαι πάντα τὰ τῶν ἄλλων συνόδων καὶ ἐκεῖθεν ἐξηγεῖσθαι τὰ μετὰ ταῦτα. ὅτι μὲν οὖν εἰς τὰ τῆς τρίτης συνόδου ἀναφέρεσθαι πάντα, καὶ ἐκεῖθεν κανονίζεσθαι ἀναγκαῖον, καὶ ἡμεῖς οὕτω λέγομεν, οὐχ ὥστε μέντοι τὰ τῆς τρίτης συνόδου εἶναι ἐξηγήσεις τῶν ἄλλων· πῶς γὰρ τὰ πρότερον τῶν ὕστερον καὶ μετὰ ταῦτα εἶεν ἐξηγήσεις; ἀλλὰ τὰ μετὰ ταῦτα μάλιστα εἶναι δεῖ αὐτῶν ἐξηγήσεις. ἐπειδὴ δὲ οἱ μετὰ ταῦτα, καὶ μάλιστα ὁ ἅγιος Κύριλλος, ὃς ἔξαρχος ἦν τῆς τρίτης συνόδου, καὶ ὁ ἅγιος Ἀγάθων σαφέστερόν τι καὶ ὕστερον τὰ περὶ τούτων διαγορεύουσιν, οὗτοι ἂν εἶεν B ἐξηγηταὶ τῶν τῆς τρίτης συνόδου· σαφέστερον δὲ οὐδὲν ἂν γένοιτο τῆς Κυρίλλου ἐπιστολῆς, καὶ Ἀγάθωνος. δεῖ μέντοι εἰδέναι καὶ τοῦτο, ὅτι οὐ τὰ ῥήματα μόνον πρὸς τὰ τῆς τρίτης συνόδου ἀναφέρεσθαι δεῖ, ἀλλὰ καὶ τὴν διάνοιαν πρὸς τὴν ἐκείνων διάνοιαν· καὶ ὃς ἦν σκοπὸς ἐκείνοις τοῦ κωλύματος τὸν αὐτὸν τίθεσθαι καὶ τοῖς ἄλλοις. καὶ ἐπειδὴ ἐκείνοις ὁ σκοπὸς ἦν τοῦ κωλύματος διὰ τὴν λέξιν, ὡς δηλοῖ ὁ μακάριος Κύριλλος ἐν τῇ ἐπιστολῇ, λέγων, ἀναγκαῖον πεποιηκέναι τὴν σύνοδον τοῦτο τὸ κώλυμα, δῆλον δὴ ὡς καὶ ταῖς ἄλλαις ἁγίαις συνόδοις αὐτὸ τοῦτο ἦν τὸ προκείμενον, ὡς καὶ τῷ C συμβόλῳ τὸ σύνολον. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ τοὺς παραπλάσσοντας τὰ σύμβολα ἔμελλον κωλύσειν, καὶ τὴν ἐντεῦθεν ἀκολουθοῦσαν βλάβην τοῖς πιστοῖς. ἔτι εἰρήκατε, τὸ τοῦ ἁγίου Κυρίλλου τὸ λέγον, μηδενὶ τρόπῳ αὐτὸν ἀνέχεσθαι σαλεύεσθαι τὴν πίστιν, ἄλλο εἶναι τοῦ λέξεις προσθεῖναι. πρὸς οὖν τοῦτο ὀλίγων δεόμενον ὀλίγα ἐροῦμεν, εἰ δοκεῖ, τἄλλα καταλιπόντες διὰ τὸ τῆς ὥρας στενόν. μᾶλλον δὲ ἀφετέον καὶ τοῦτο τανῦν, καὶ νῦν μὲν ἐπὶ τούτοις, εἰ δοκεῖ, καταπαύσομεν τὸν λόγον, ἐν ἑτέρᾳ δὲ ὁμιλίᾳ καὶ περὶ τούτου καὶ τῶν ἄλλων ἐροῦμεν. ἔστι γὰρ τὸ λειπόμενον τοσοῦτον, ὡς ἐν ἑτέρᾳ ὁμιλίᾳ ἐξεῖναι καὶ ταῦτα εἰπεῖν, καὶ συστάδην ἀγωνίσασθαι, καὶ ἀπαντῆσαι D ἀλλήλοις πυνθανομένους τι καὶ ἀκούοντας. ἐγὼ δὲ ἔχω καὶ μετά τινος τῶν αἰδεσιμωτάτων πατέρων τῶν αὐτόθι καθημένων συμφωνίαν, ἵνα ἀλλήλοις ἀγωνισώμεθα· ὁ εἰδὼς εἴσεται. ἴστω γοῦν τοῦτο ἀπὸ τοῦ νῦν, καὶ ἑτοιμασθήτω ἐν τῇ μελλούσῃ συνελεύσει διδόντος Θεοῦ. τούτων οὕτω ῥηθέντων παρὰ τοῦ Νικαίας, ἐλύθη ἡ σύνοδος· τῇ ἑξῆς δὲ συνελεύσει ἀνεπλήρωσεν ὁ Νικαίας τὰ παρ' αὐτοῦ εἰρημένα.

## ΣΥΝΕΛΕΥΣΙΣ θ'.

E Νοεμβρίου μηνὸς τετάρτῃ, ἡμέρᾳ τρίτῃ, ἐγένετο.

Nic.

ΠΡΟΣ τὰ πλείω τῶν παρὰ τῆς αἰδεσιμότητος ὑμῶν εἰρημένων, πατέρες ἄριστοι, ἀπολογησάμενοι ὡς ἐνῆν ἡμῖν· παρελίπομεν τινὰ διὰ τὸ τῆς ὥρας στενὸν, ὀλίγων δεόμενα λόγων, ἐπειδὴ ὡς καὶ τότε εἴπομεν ἐν τῇ προλαβούσῃ, δυνάμει καὶ τούτων ἡψάμεθα· εἰσὶ δὲ καὶ τὰ παραλελειμμένα, ὡς ἡμεῖς ἠδυνήθημεν ἐπισημειώσασθαι, ταῦτα· ὅτι τὸ σαλεύειν τὴν πίστιν, ὅπερ φησὶν ὁ μακάριος Κύριλλος, ἄλ-



Anno Christi 1438.

λο ἐστὶ παρὰ τὸ ἀναπτύσσειν· ὅτι αἱ κωλύσεις μετὰ τοὺς ὅρους ἐτέθησαν, ὅτι ὁ μακάριος Ἀγάθων τὰς λέξεις ἐκείνας κωλύει, τὰς μὴ πρὸς τὸν νοῦν φερούσας τὸν αὐτόν· ὅτι καὶ ὁ αὐτὸς θεῖος ἀνὴρ ἐν τῇ τῆς ἑαυτοῦ πίστεως ἐκθέσει, τὰ μὲν προσέθηκε, τὰ δ' ἀφῄρει· ὅτι ἡ, θεοτόκος, φωνὴ οὐκ ἦν ἀναγκαῖον προστεθῆναι τῷ συμβόλῳ· τελευταῖον, ὅτι ἡ ἁγία Ῥωμαϊκὴ ἐκκλησία τοῦτο προσέθηκε κινηθεῖσα ταῖς φωναῖς τῶν ἁγίων, καὶ ἀνάγκης μεγάλης γενομένης, καὶ πρὸς τούτοις ἐξουσίᾳ καὶ αὐθεντίᾳ αὐτῆς. πρὸς ταῦτα ἐροῦμεν ὡς ἔνεστι διὰ βραχέων, ἵνα μὴ τὸ χθεσινὸν πάθωμεν, ἀπολλύντες τὸν καιρὸν ἐν κενῷ. ἐπειδὴ τὸ μακροὺς ἀποτείνειν λόγους οὔ μοι δοκεῖ ἀναγκαῖον εἶναι, οὐδὲ σύμφωνον· οὕτω γὰρ εἰς οὐδὲν συμπέρασμα καταντήσομεν, ἀνεξελέγκτως ἀλλήλοις διαλεγόμενοι. πρῶτον λέγομεν περὶ τῆς λέξεως τοῦ σαλεύειν, οὐ δοκεῖ τοῦτο ὅπερ ἡ αἰδεσιμότης ὑμῶν εἴρηκε. πρῶτον μὲν γὰρ αὐτὸς ἐκεῖνος λέγει, ὡς οὐδὲ συλλαβὴν οὐδὲ λέξιν ἀμεῖψαι δέχεται· δεύτερον, αὐτοῖς τοῖς ἔργοις μαρτυρεῖ, καὶ ἐπεξηγεῖται τοὺς ἑαυτοῦ λόγους, οὐδεμίαν προσθήκην ἐν τῷ συμβόλῳ ποιήσας. πρὸς δὲ τὸ μετὰ τοὺς ὅρους τὰς κωλύσεις τιθέναι, ὁ αὐτὸς Κύριλλος λέγει οὕτως· ὅτι οὐδὲ τοῖς ὅροις ἔξεστι προστιθέναι, εἴπερ εἰσὶν ἀναπτύξεις. ταῖς δ' ἀναπτύξεσιν οὐ δεῖ προστιθέναι οὐδέν, ἔπειτα λέγομεν, ὅτι τοῦτο οὐδὲν ἡμῖν ἐμποδών· προϊόντες γὰρ ῥητῶς διαλαμβάνουσι περὶ τοῦ συμβόλου, ἐπισεσημασμένως ἐν ἑκάστῳ περὶ αὐτοῦ λέγοντες· καὶ τοῦτο ἴσως πλατύτερον ἐξετασθήσεται περὶ αὐτοῦ, ὥσπερ καὶ ἄλλα πολλὰ τῶν συμβαλλομένων πρὸς τὸ προκείμενον ἐν ἰδίῳ τόπῳ. τὸ δὲ παρὰ τοῦ μακαριωτάτου Ἀγάθωνος λεγόμενον, ὅτι ῥήμασι καὶ νοήμασι χρὴ φυλάττεσθαι τῆς πίστεως τὰ αὐτά, οὐχ οὕτω νοοῦμεν ὡς ἡ ὑμετέρα ἀγάπη, ἀλλὰ νομίζομεν αὐτὸν πᾶσαν προσθήκην κωλύειν· καὶ τοῦτο δῆλον ἀφ' ὧν προστίθησι λόγων. οὐ βούλεται γὰρ οὔτε μειωθῆναι, οὔτ' ἐναλλαγῆναι τὴν πίστιν. ταῦτα γὰρ εἰπὼν ἐπάγει, καὶ ῥήμασι καὶ νοήμασι φυλάττεσθαι δεῖν τὰ αὐτά. ἐπειδὴ οὖν τῇ προσθέσει καὶ ἐναλλαγῇ καὶ μειώσει τῶν ῥημάτων ἀντέθηκε φυλακὴν, δοκεῖ μᾶλλον ἐκεῖνο λέγειν ὅπερ ἡμεῖς. εἰ δὲ ὁ αὐτὸς θεῖος ἀνὴρ ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐκθέσει τῆς πίστεως προσέθηκέ τινα ἢ ἀφῄρει, οὐδὲν τοῦτο πρὸς τὸν ἡμέτερον λόγον. τὴν γὰρ ἰδίαν τινὸς ἔκθεσιν ἡ ἐκκλησία οὔτε κεκώλυκεν, οὔτε κωλύσει· οὐδὲ περὶ τῆς ἑκάστου ἑρμηνείας καὶ φράσεως, ὅπως βούλοιτο καὶ δύναιτο ἕκαστος, τὸν λόγον ποιεῖται. ἀλλὰ τὸ μὲν κοινὸν τοῦτο μάθημα καὶ μέχρι λέξεως ἀπαράτρωτον ἐθέλει μένειν· ἔστι γὰρ ἐκείνου λέξις τὸ ἀπαράτρωτον· ἰδίᾳ δὲ ἑκάστῳ φυλάττοντι τὰ κοινὰ δόγματα ἔξεστι φράζειν τὰ ἑαυτοῦ, ὡς ἂν δύναιτο καὶ βούλοιτο. τὴν δὲ, θεοτόκος, φωνὴν ἡμῶν λεγόντων μὴ προστεθῆναι τῷ συμβόλῳ, καίτοι μεγάλης γενομένης ἀνάγκης, διὰ τὸ μὴ ἐξεῖναι, ἡ αἰδεσιμότης ὑμῶν εἶπε, μὴ προστεθῆναι ἀναγκαῖον. οὐκ οἶδα οὖν, διὰ τί τοῦτο εἴπατε. εἰ μὲν γὰρ οὐδαμῶς ἦν ἀναγκαῖον, οὐκ ἔδει οὐδαμοῦ τεθῆναι. εἰ δὲ μὴ, περιττὰ ἐποίησαν ἐκεῖνοι θέντες αὐτήν που. εἰ δὲ ἦν ἀναγκαῖον ὥσπερ καὶ ἦν, οὐ προστέθειται δὲ, μαρτυροῦσι τῷ λόγῳ ἡμῶν. τελευταῖον εἴπατε, τὴν Ῥωμαϊκὴν ἐκκλησίαν κεκινημένην φωναῖς τῶν ἁγίων τοῦτο ποιῆσαι·



Sessio IX.

A poſita poſt definitiones: quod beatus Agatho voces illas prohibeat, quæ non ferunt ad eumdem ſenſum: quod idem ſanctus vir dum ſuam fidem exponeret, quædam addiderit, quædam detraxerit: quod non fuerit neceſſe addi ſymbolo vocem, Deipara: poſtremo, quod ſancta Romana eccleſia hoc addiderit ducta ſanctorum vocibus, magnaque incumbente neceſſitate, & præterea propria auctoritate & poteſtate. His quambreviſſime fieri poterit occurremus; ne, quod heri nobis accidit, fruſtra tempus conteramus. Nam longos inſtituere ſermones non videtur mihi neceſſa-B rium, imo conventis noſtris incongruens; Ita enim nihil concludemus diſputando, & alter alterum non redarguendo. Primo, dicimus de illa dictione, Concutere, non placet, quod reverentia veſtra dixit: tum quia ille ipſe dicit, non admittere ſe mutationem ſyllabæ vel dictionis; tum quia re ipſa teſtatur, & dicta ſua declarat, nihil omnino addens ad ſymbolum. Ad illud vero, quod interdicta poſt definitiones ſint poſita, idem Cyrillus ſic ait; nec definitionibus licere quidquam addere, ſi ſint explanationes: explanationibus autem nihil eſt addendum. De-C inde dicimus, id nobis nihil obſtare; progredientes enim aperte loquuntur de ſymbolo, in ſingulis de illo ſignificanter verba facientes: ſed hoc forſan diffuſius examinabitur, ut & complura alia ſuo loco, quæ ſpectant ad propoſitum. Quod vero ait beatiſſimus Agatho, ſervandam eſſe eamdem fidem verbis & ſententiis: non ita intelligimus, ut veſtra caritas; ſed arbitramur eum prohibere omne additamentum: idque patet ex verbis quæ ſubdit: neque enim vult aut minui aut mutari fidem: nam cum dixiſſet hæc, infert; eadem ſervari oportere & verbis & ſententiis. Quoniam igitur cavendum D eſſe ait ab additione, mutatione, & imminutione verborum & ſententiarum, illud potius videtur dicere, quod nos. Quod autem idem ſanctus vir in ſua fidei expoſitione addiderit quædam ſeu detraxerit, extra rem noſtram eſt, propriam enim cujuſque expoſitionem eccleſia nec prohibuit, nec prohibebit: Et quomodo quiſque aut quibus verbis ſuum exprimat ſenſum, prout voluerit aut potuerit, ſolicita non eſt: ſed commune quidem fidei rudimentum inſauciabile manere vult, nulla vel unius vocis immutatione; hoc enim ille utitur vocabulo, Inſauciabile. Cuivis autem commu-E nia ſervanti dogmata licet privatim ſua eloqui quocumque potuerit, ac voluerit modo. Porro vocem, Deipara, cum ipſi dixerimus non eſſe additam ſymbolo, quamvis eſſet maxime neceſſaria, eo quod non liceret, veſtra reverentia dixit, addi non fuiſſe neceſſarium, ſed neſcio, cur hoc dixeritis. Si enim nulla ratione erat neceſſarium, nuſquam fuit ponenda illa vox: & ſi nuſquam, ſupervacaneum fuit alicubi eam poni ab illis. Si vero fuit neceſſarium, ut revera fuit, nec tamen addiderunt; ſane dicta noſtra confirmant.

SESSIO IX.

Poſtremo dixiſtis, Romanam eccleſiam feciſſe hoc vocibus ſanctorum permotam: ſed an mota ſit ſanctorum vocibus, necne, in ſequentibus erit tractandum: de hoc enim erit ſermo poſtmodum Deo favente. Si vero neceſſitate aliqua, ſive poteſtate mota eſt, de neceſſitate & poteſtate dicimus, etiamſi hæc ſint, non tamen id fieri licuiſſe: nihil enim vobis favet neceſſitas, cum in definitionibus non ſit aperte expreſſum, cogente neceſſitate debere id fieri. Verum de neceſſitate opportune forſan interrogabimus cum caritate, quomodo & quando id factum ſit. De poteſtate autem occidentalis eccleſiæ multa dicenda ſuppeterent, niſi aliud nobis eſſet propoſitum. Et ſcimus quidem quæ ſint jura & prærogativæ Romanæ eccleſiæ; nihilo minus ſcimus etiam, prærogativæ ejus quos terminos habeant: noſſe tamen volumus reverentiam veſtram, a nobis facultatem hanc negari univerſæ eccleſiæ & ſynodo, vel etiam œcumenicæ, non tantum Romanæ eccleſiæ. Quoniam igitur quantacumque facultate polleat Romana eccleſia, minus tamen ſynodo œcumenica & univerſali eccleſia, ſi nos id univerſali negamus eccleſiæ, multo magis negabimus Romanæ: negamus autem non ipſi a nobis, ſed arbitramur hoc patrum decretis negatum. Hæc dicta ſint ad ea, quæ allata ſunt a veſtra reverentia, idque diſputationis cauſa: neque enim iis innitimur, neque hinc argumenta ducimus ad probandum problema propoſitum, exceptis iis quæ ad illud conferunt, & per quæ problema probatur. Ad rem igitur, ſi vobis videtur, propius accedamus: conſideremuſque quid patres communiter ſentiant, ut poſſimus aliquando in aliquam devenire concluſionem. Nos enim dicimus, ſanctorum patrum decreta prohibere in univerſum: & quando dicunt, non eſſe addendum aut detrahendum, aut quidquam aliud agendum, de ſyllaba illos & dictione verba facere. Cujus rei magno nobis argumento ſunt facta ipſorum. Quærimur ergo ex vobis; Statuta hæc & interdicta ſpectant ad fidei ſymbolum, an ad aliud quidpiam extraneum? interrogamus; reſpondete nobis. Hæc cum Nicænus dixiſſet, illi, nimirum qui ſelecti erant, una cum omnibus cardinalibus & aliis quibuſdam acceſſere ad pontificem; ac per aliquantum temporis ſpatium habito ſimul conſilio ſederunt: cumque opus eſſet ad ea, quæ Nicænus propoſuerat, appoſite reſpondere, illi quidem nihil reſponderunt: Vix tandem vero præſul Coloſſenſis ſermocinari aggreſſus nullum interrogationi congruum dedit reſponſum: neque enim ſuppetebant illi, ut arbitror, aptæ reſponſiones, & cauſæ reddendæ: ſed orſus dicere tantam verborum effudit redundantiam, ut conveniens præfixumque tempus effluxerit. Elapſus enim velut de induſtria, & penitus a propoſito digreſſus incidit in alia, præſertim ad probandum & oſtendendum ſcilicet, ſententiam hanc, quæ Spiritum ſanctum aſſerit a Filio procedere, neceſſariam & veram eſſe; productis ad hoc dictis & quibuſdam teſtimoniis, quæ ipſe ſuo arbi-

Μετὰ ταῦτα εἰσάγει ὁ Καιλεστῖνος ῥητὰ τῆς γραφῆς, ἵνα ἐντὸς δέκα ἡμερῶν ὁ Νεστόριος ἀνακαλέσηται, καὶ διδάξῃ ὅπερ ἡ καθολικὴ ἐκκλησία κατέχει· ἄλλως δὲ γνώτω ἑαυτόν, ὅτι ἔσται ἀπόβλητος τῆς ἐκκλησίας τῆς καθολικῆς. ἠδυνάμην καὶ ἄλλα εἰσαγαγεῖν, ἀλλ᾽ ἐπισπεύδει ὁ ἡμέτερος λόγος πρὸς ἐκεῖνα, ἅπερ καταλείφθησαν, ἐπανελθεῖν. ἐπανέλθωμεν δὲ ὅθεν ἐξήλθομεν. ὅσον πρὸς τὴν προχώρησιν τοῦ ἡμετέρου λόγου οὐκ ἂν ἐχωρίσθημεν ἀπὸ τῆς προκειμένης ὑποθέσεως· καὶ λέγομεν, ἔνθα ἑδράζεται ἡ ὑμετέρα ἀντιλογία, χωλαίνει κατά τι, καὶ ἐπιχειρεῖται οὕτως.

Et quando dicitis; Cautum eſt, ne quid addatur: Reſpondemus, hoc & illa eſſe unum & idem, licet vobis differat. Sequitur ergo non eſſe proprie additamentum, ſed unum atque idem, ſive ejuſdem ſignificati expoſitionem.

Habentur præterea in epiſtola Cœleſtini hæc verba: Inter multa, quæ a te impie prædicata univerſalis recuſat eccleſia, ſymbolo ab apoſtolis tradito, plangimus hæc verba fuiſſe ſublata, quæ nobis totius ſpem vitæ ſalutiſque promittunt: ea vero ſunt; Beatam Mariam eſſe Dei genitricem; quæ in ſymbolo apoſtolorum virtute continentur. Et conſtat ex hoc, nihil eſſe de ſymbolo apoſtolorum ſubtrahendum, ſubtractum tamen eſt illud, Deſcendit ad inferos. Verum qui detraxerunt, id non negabant, neque cum veritate pugnabant, quemadmodum Neſtorius dum negaret, virginem eſſe deiparam.

Subdit poſtremo Cœleſtinus, ut niſi Neſtorius intra decimum diem damnaret perfidam novitatem, quæ ſeparabat quod ſcriptura conjungit, & prædicaret quæ catholica tenet eccleſia, ſciret ſe ab eccleſia catholica ejectum. Alia quoque poſſem afferre, ſed ad illa quæ relicta ſunt, noſtra feſtinat oratio: ad id ergo, unde digreſſi ſumus, revertamur: & certe quod attinet ad noſtri ſermonis progreſſum, nos a propoſita materia non eſſemus digreſſi. Quare dicimus rationem, cui veſtra contradictio innititur, ſecundum quid claudicare, idque probamus hoc argumento. (Reliqua hujus ſeſſionis deſiderantur.)

## ΣΥΝΕΛΕΥΣΙΣ ιά.

*Νοεμβρίου μηνὸς ἑνδεκάτῃ, ἡμέρᾳ τρίτῃ, ἐγένετο.*

ΙΟΥΛ. ΚΑΡΔ. ΕΠΕΙΔΗ ἐξ ἑκατέρου μέρους πολλὰ εἰρήθησαν λίαν ἐπιστημόνως καὶ λεπτῶς, ἅπερ ἴσως νοοῦνται μᾶλλον παρὰ τῶν θεολόγων καὶ τῶν ἐμπειραμένων τῆς ἱερᾶς γραφῆς, ἢ παρὰ τῶν λαϊκῶν καὶ τῶν ἄλλων τῶν μὴ οὕτω πεπαιδευμένων· ἐγὼ ἔχω τι ἀμαθὲς εἰπεῖν ἐν ταύτῃ τῇ ὕλῃ, ὅπερ εἰ νοηθείη οὐ μόνον παρὰ τῶν πεπειραμένων τὰ τοιαῦτα, ἀλλὰ καὶ παρὰ τῶν λαϊκῶν, εἰ μὴ ἀπατῶμαι, ῥᾳδίως λύσει τὴν ἀπορίαν ταύτην εἰς τὸ ζήτημα τοῦτο. πλὴν ἐπειδήπερ συνέστημεν εἰς τοῦτο, πληρωθέντος τοῦ λόγου, ἵνα ἔλθωμεν εἰς τὰς κατὰ πεῦσιν καὶ ἀπόκρισιν, εἰ φαίνεται τοῦτο, ἵνα ἀκούσητε καὶ τοῦ λόγου τοῦ ἡμετέρου, ἤδη καλόν· εἰ δὲ μή, ἔστω παρ᾽ ὑμῖν.

ΒΑΣΙΛ. Εἰπάτω δὴ ὁ καρδινάλιος, εἰπάτω.

ΙΟΥΛ. ΚΑΡΔ. Ἅψομαι τοίνυν τῆς ῥίζης τῆς ἀπορίας. τὸ ζήτημά ἐστι περὶ τῆς κωλύσεως τῆς ἐν Ἐφέσῳ συνόδου, δηλονότι ἐπὶ τῶν ῥημάτων ἐκείνων· μηδενὶ ἐξέστω προφέρειν, ἢ συγγράφειν, ἢ συντιθέναι, καὶ τὰ λοιπά. ἡμεῖς λέγομεν, ὅτι ταῦτα τὰ ῥήματα οὕτω νοοῦνται, δηλαδή, μηδενὶ ἐξέστω λέγειν ἐναντία τῇ πίστει τῇ ἐν Νικαίᾳ. ὑμεῖς λέγετε οὐ μόνον περὶ ἑτέρας καὶ ἐναντίας πίστεως, ἀλλὰ καὶ περὶ πάσης ἡστινοσοῦν σαφηνείας, ἢ ἐκθέσεως, ἢ προσθήκης· καὶ ὅτι διὰ τῆς κωλύσεως ἐκείνης κωλύεται μηδὲ τὴν τοιαύτην ἔκθεσιν ἢ ἀνάπτυξιν ἐν τῷ συμβόλῳ ποιεῖσθαι· οἱ οὖν ἔχοντες πεῖραν ἐν τοῖς νόμοις λέγουσιν· οὐκ ἔστι δυνατὸν

## SESSIO XI.

*Die Novembris undecima, feria tertia, celebrata eſt.*

Sessio XI.

JUL. CARD. QUONIAM multa ex utraque parte dicta ſunt ſcite admodum ac ſubtiliter, quæ fortaſſe a theologis potius, & ſacræ ſcripturæ peritis, quam a laicis & aliis non ita eruditis intelliguntur; ego rude quid habeo dicere ſuper hac materia, quod ſi intelligatur non ſolum ab hujuſcemodi rerum peritis, ſed etiam a laicis, dubitationem hujus quæſtionis, ni fallor, facile diluet. Verum quia inter nos convenit, ut ſermonibus abſolutis ad conciſam diſputationem deveniamus, ſi placet noſtrum quoque audire ſermonem, aggrediar; ſin minus, penes vos ſit.

IMPERAT. Age, dicat cardinalis, dicat.

JUL. CARD. Itaque radicem dubitationis tangam. Quæſtio eſt de interdicto a ſynodo Epheſina poſito, iis videlicet verbis; Nemini liceat proferre, aut conſcribere, aut componere, & reliqua. Nos dicimus, hæc verba ſic intelligi, ut nemini liceat fidei Nicænæ contraria dicere. Vos dicitis, intelligi non ſolum de altera & contraria fide, ſed etiam de quacumque explanatione, ſive expoſitione, ſive additione: atque per interdictum illud prohiberi in ſymbolo quamvis expoſitionis aut explicationis appoſitionem. Ajunt autem legiſperiti, non poſſe legem percipi, niſi lex tota perſpiciatur. Quare ad intelligentiam hujus (Conc. Eph. par. 1. act. 6.)

Sessio XI.

hujus negotii necesse est ea perspiciamus, quæ legem hanc antecedunt. Legitur in actis synodi [1], recitatum esse, antequam patres interdictum illud condidissent, a Charisio quodam expositionem fidei Anastasii & Photii discipulorum Nestorii; a quibus missus erat Jacobus quidam ad prædicandam Nestorii hæresin; qui etiam multos seduxerat, & aliud fidei symbolum, imo vero, ut Charisius inquit, infidelitatis non fidei symbolum tradiderat. Inter alia vero idem asserit, se a Jacobo & aliis idem sentientibus fuisse accusatum, ut ejus fidem non recipientibus. Propterea idem Charisius volens se ostendere orthodoxum, prius suæ fidei subdidit expositionem; deinde intulit, se dicturum etiam & prolaturum esse Nestorii & sequacium ejus symbolum. Primum ergo suum recitavit pium symbolum; quod tamen neque Nicænum, neque Constantinopolitanum erat. Dico, lectam primo a Charisio suæ fidei expositionem, deinde quod erat a Nestorianis confictum. Post hæc Charisius; Me vero, inquit, ut hæreticum communione privarunt; Ego autem credo in unum Deum, &c. Nec est in hoc symbolo; Eos autem qui dicunt, Erat aliquando, quando non erat: tollit enim hoc e symbolo Nicæno, ponitque illud: Et in Spiritum sanctum consubstantialem Patri & Filio: quod neque in Nicæno, neque in Constantinopolitano habetur symbolo. Recitavit idem postea symbolum Nestorianorum, quod vocat perfidiæ symbolum. Quibus lectis subdit sancta synodus; Nemini liceat proferre, aut docere alteram fidem. Postmodum damnat eadem eos, qui confictum & expositum a Nestorianis symbolum tenerent, nec ullam facit mentionem Charisii, qua ejus confessionem & fidem reprobet. Quod si fuisset ejus consilium, cujusvis & quamvis interdicere confessionem; & si noluisset aliud recitari symbolum præpter Nicænum, servata verborum ejus formula, procul dubio Charisii expositionem improbasset; sed quia vera erat Charisii confessio, idcirco synodus non improbavit symbolum ab ipso prolatum, sed eo confirmato damnavit fidem Nestorianorum. Ex quo sequitur, per verba illa significari, fidem Nicænæ expositam: & hoc mihi validum videtur ad demonstrandum, quid per illud interdictum significetur. Secundo, hæc synodus non solum cavit, ne cui liceat proferre, conscribere, & reliqua; sed etiam ne aliud sentire liceat præter fidem Nicææ expositam. Si vos interrogavero, num Deum æternum esse vestris animis credatis, profecto affirmabitis. Atqui dixerit quispiam, vos esse propter hoc anathemati subjectos, quoniam id non continetur in symbolo, & vos aliter sentitis ac habeatur in symbolo: atque ita dici potest de innumeris veritatibus. Ad illud vero, quod asseritis, licere scilicet privatis personis & auctoritate propria exponere & declarare, prout libuerit; catholicæ vero ecclesiæ id non licere; dico, contrarium hoc esse verbis decreti. Ibi enim in princi-

τὸν νόμον νοῆσαι, ἂν μὴ πᾶς ὁ νόμος θεωρηθείη· ὅθεν πρὸς σύνεσιν τῆς τοιαύτης πραγματείας ἀναγκαῖον θεωρῆσαι ἡμᾶς τὰ προηγούμενα τούτου τοῦ νόμου. κεῖται τοῦτο ἐν τοῖς πρακτικοῖς τῆς συνόδου, ὅτι πρὸ τοῦ ποιῆσαι τοὺς πατέρας τὴν κώλυσιν ταύτην, Χαρίσιός τις ἀνέγνω ἔκθεσιν πίστεως Ἀναστασίου καὶ Φωτίου μαθητῶν τοῦ Νεστορίου, οἵτινες ἔπεμψαν καί τινα Ἰάκωβον εἰς τὸ κηρύττειν τὴν αἵρεσιν τοῦ Νεστορίου· καὶ οὗτος ἐπλάνησε πολλοὺς, καὶ ἔδωκεν ἕτερον σύμβολον πίστεως, μᾶλλον δὲ ὡς λέγει Χαρίσιος, ἔδωκε σύμβολον ἀπιστίας οὐ πίστεως· καὶ μετὰ τῶν ἄλλων φησὶν ὁ αὐτὸς, ὅτι ὁ Ἰάκωβος καὶ οἱ ἄλλοι οἱ ἐκείνου ὁμόφρονες ἐνεκάλουν ἐκείνῳ, μὴ δεχόμενοι τὴν παρ' ἐκείνου πίστιν. διὰ τοῦτο αὐτὸς ὁ Χαρίσιος βουλόμενος δεῖξαι ἑαυτὸν ὀρθόδοξον, ἐπήγαγε τὴν ἔκθεσιν τῆς ἑαυτοῦ πίστεως πρῶτον· εἶτα εἶπεν, ὅτι ἐρῶ καὶ προκομίσω καὶ τὸ σύμβολον τοῦ Νεστορίου καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἀκολουθούντων. πρῶτον μὲν οὖν ἀνέγνω τὸ ἴδιον τὸ πιστὸν σύμβολον· ἀλλ' ὅμως τοῦτο οὐκ ἦν οὔτε τὸ ἐν Νικαίᾳ, οὔτε τὸ ἐν Κωνσταντινουπόλει· λέγω, ὅτι πρῶτον ὁ Χαρίσιος ἀνέγνω τὴν ὁμολογίαν τῆς ἑαυτοῦ πίστεως, καὶ μετὰ ταῦτα τὸ ὑπὸ τῶν Νεστοριανῶν παραπλασθέν· εἶτά φησιν ὁ Χαρίσιος, ἐμὲ δὲ ὡς αἱρετικὸν ἀπὸ τῆς κοινωνίας ἐξώρισαν· ἐγὼ δὲ πιστεύω εἰς ἕνα Θεὸν, καὶ τὰ λοιπά. οὐκ ἔστιν οὖν ἐν τούτῳ τὸ, τοὺς δὲ λέγοντας, ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν, τοῦτο αἴρει ἀπὸ τοῦ συμβόλου τοῦ ἐν Νικαίᾳ, καὶ τίθησι τό· τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ὁμοούσιον τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ, ὅπερ οὐ κεῖται ἐν τῷ συμβόλῳ τῷ ἐν Νικαίᾳ, οὔτε τῷ ἐν Κωνσταντινουπόλει. μετὰ ταῦτα ἀνέγνω ὁ αὐτὸς τὸ σύμβολον τῶν Νεστοριανῶν, ὅπερ λέγει εἶναι σύμβολον ἀπιστίας. τούτων ἀναγνωσθέντων, ἐπάγει ἡ ἁγία σύνοδος, μηδενὶ ἐξεῖναι προφέρειν ἑτέραν πίστιν, ἢ διδάσκειν. μετὰ ταῦτα κατακρίνει ἡ σύνοδος τοὺς κατέχοντας τὴν παράπλασιν τοῦ συμβόλου τὴν ἐκτεθεῖσαν ὑπὸ τῶν Νεστοριανῶν, καὶ οὐ ποιεῖται μνείαν ἀθετοῦσαν τὴν ὁμολογίαν καὶ τὴν πίστιν τοῦ Χαρισίου. ὅθεν εἰ ἦν ὁ σκοπὸς κωλῦσαι τὴν ἑκάστου καὶ τῆς τυχούσης ὁμολογίας, καὶ εἴπερ ἠθέλησεν ἄλλο σύμβολον μὴ λέγεσθαι, εἰ μὴ κατὰ τὸν τύπον τοῦ ἐν Νικαίᾳ συμβόλου καὶ κατὰ ῥῆμα καὶ κατὰ λέξιν, ὁμολογουμένως ἠθέτησεν ἂν τὴν ἔκθεσιν τοῦ Χαρισίου· ἀλλ' ἐπειδὴ ὡμολόγει ὁ Χαρίσιος τἀληθῆ, διὰ τοῦτο οὐκ ἠθέτησεν ἡ σύνοδος τὸ προκομισθὲν παρ' αὐτοῦ σύμβολον, ἀλλ' ἐστερέωσε, καὶ κατεδίκασε τὴν πίστιν τῶν Νεστοριανῶν. ὅθεν ἕπεται, ὅτι τὰ ῥήματα ἐκεῖνα σημαίνουσιν ἐναντίαν πίστιν παρὰ τὴν ἐν Νικαίᾳ. καὶ τοῦτο φαίνεταί μοι ἰσχυρὸν εἰς τὸ ἀποδεῖξαι τὴν σημασίαν τῆς τοιαύτης κωλύσεως. δεύτερον, ἡ σύνοδος αὕτη οὐ μόνον ἐκώλυσε μηδενὶ ἐξεῖναι προφέρειν, συγγράφειν, καὶ τἄλλα, ἀλλὰ μηδὲ φρονεῖν παρὰ τὴν ἐν Νικαίᾳ ἐκτεθεῖσαν. ἐὰν ἐρωτήσω ὑμᾶς, τί ἄρα φρονεῖτε ἐν ταῖς ὑμετέραις διανοίαις ὅτι ὁ Θεὸς αἰώνιος ἐστι, φήσετε πάντες. ἀλλὰ κατὰ τοῦτο εἴποι ἄν τις ὑμᾶς ὑπὸ ἀνάθεμα εἶναι, ἐπειδὴ οὐ περιέχεται ἐν τῷ συμβόλῳ, καὶ ὑμεῖς φρονεῖτε ἑτέρως παρὰ τὸ περιεχόμενον ἐν τῷ συμβόλῳ· καὶ οὕτως δύναται λέγεσθαι περὶ ἀπείρων ἀληθειῶν· πρὸς ἐκεῖνο δὲ ὃ λέγετε, ὅτι μερικοῖς προσώποις καὶ ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ ἔξεστιν ἐκτιθέναι καὶ σαφηνίζειν καθὼς βούλονται, τῇ δὲ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ τοῦτο ποιεῖν οὐκ ἔξεστιν· ἐγὼ λέγω, ὅτι τοῦτο ἐναντίον ἐστὶ τῶν ἐν τῷ ὅρῳ κειμένων.



Anno Christi 1438.

μένων. καὶ γὰρ ἐν τῷ ὅρῳ, ἐν μὲν τῇ ἀρχῇ λέγεται· μηδενὶ ἐξεῖναι προφέρειν, καὶ τὰ λοιπά· ἐν δὲ τῷ τέλει· εἰ μὲν ἐπίσκοπος ἢ κληρικὸς εἴη, ὁ ἐπίσκοπος ἐκπιπτέτω τῆς ἐπισκοπῆς, καὶ τὰ ἑξῆς. ἀπὸ τούτων φαίνεται, ὅτι κατὰ πάντων καθολικῶν τε καὶ μερικῶν φέρεται ὁ ὅρος, κἄν τε ἐπίσκοποι, κἄν τε κληρικοὶ εἶεν. ἐπειδὴ δὲ ποιεῖται μνείαν λαϊκῶν, δῆλον ὅτι περὶ πάντων λαϊκῶν λέγει· οἱ λαϊκοὶ οὐκ εἰώθασι ψάλλειν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τὸ σύμβολον, ἀλλ' οἱ κληρικοί· ὅθεν ὁ νοῦς ἦν κωλῦσαι πάντας καὶ λαϊκοὺς καὶ κληρικοὺς, καὶ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ καὶ ἔξω. ἀπὸ τούτων φαίνεται, ὅτι καὶ μερικὰ πρόσωπα κωλύονται ἑτέραν πίστιν προφέρειν. καὶ εἰ βούλεσθε ἑτέραν πίστιν περὶ πάντων νοεῖν, ἔσονται πολλοὶ ὑπὸ ἀνάθεμα, καὶ σχεδὸν πάντες. ἔτι ἵνα μᾶλλον διασαφηνισθῇ τὸ ζήτημα, λέγομεν, ὅτι ἡ ἔκθεσις, ἣν ὁ Ἀγάθων ἔγραψε καὶ ἔπεμψε πρὸς τὴν σύνοδον, οὐκ ἦν ἔκθεσις ἑνὸς προσώπου, ἀλλὰ πολλῶν· ἦν γὰρ πάσης δυτικῆς ἐκκλησίας, ἐπειδὴ λέγει ὁ Ἀγάθων μετὰ πάντων τῶν ὑποτεταγμένων αὐτῷ ἐν τῇ δυτικῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἐπιστολῇ ὑπέγραψαν ἐπίσκοποι πολλοὶ, ὡσεὶ ἑκατὸν εἴκοσι πέντε. ἔτι ὁ κύριος ὁ Νικαέας ποιούμενος τὸν λόγον ἐν τῇ προλαβούσῃ ὁμιλίᾳ περὶ τοῦ λόγου, ὃν εἶπεν ὁ Κολοσσαεὺς, ὅτι ἀνάγκης ἐπικειμένης καὶ κατεπειγούσης ἡ Ῥωμαϊκὴ ἐκκλησία διέπτυξε τὸ, ἐκ τοῦ υἱοῦ· ἐπήγαγεν, ὅτι τὸ, ἀνάγκης οὔσης, οὐ κεῖται ἐν τῷ ὅρῳ, οὐδὲ ἐξαιρεῖται. λέγω οὖν, ὅτι ἐν τῷ ὅρῳ ῥητῶς λέγεται, μηδενὶ ἐξεῖναι προφέρειν ἢ διδάσκειν, καὶ οὐδεμία γίνεται μνεία περὶ ἰδιάζοντος προσώπου ἢ καθόλου, καὶ διὰ τοῦτο ὀφείλομεν περὶ πάντων ὁμοῦ τὸ τοιοῦτο νοεῖν· ἔτι λέγω, ὅτι ἐν τῇ συνόδῳ τῇ ἐν Ἐφέσῳ οὐδὲν ἐγένετο περὶ τοῦ ἐν Κωνσταντινουπόλει συμβόλου· ἢ γὰρ οἱ πατέρες ἐκεῖνοι ἐπελάθοντο τούτου, καὶ ἠθέλησαν μὴ ψάλλεσθαι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τὸ τοιοῦτον, καὶ τοὺς μετ' ἐκείνους γενομένους οὐκ ἄλλο ἢ τὸ ἐν Νικαίᾳ ὀφείλομεν ᾄδειν, καὶ τότε κακῶς ἂν ἐποιοῦμεν ψάλλοντες τὸ ἐν Κωνσταντινουπόλει. καὶ ὡς οὐκ ὤφειλε ψάλλεσθαι ἢ ἐμνημονεῦσθαι, καὶ ὡς ἐναντίον καὶ μὴ ὀφεῖλον ψάλλεσθαι εἴασαν, ἢ τὸ αὐτὸ ἐνόμισαν. καὶ χρὴ θεωρῆσαι, ὅτι ἐν πολλοῖς διαφέρει τὸ ἐν Νικαίᾳ τοῦ ἐν Κωνσταντινουπόλει, καὶ διότι περιέχει τὴν αὐτὴν ἔννοιαν καὶ πίστιν, νοεῖται ὡς ἓν καὶ οὐκ ἐναντίον· καὶ ὑμεῖς εἴπατε, ὅτι δυνάμει περιέχεται τὸ ἐν Κωνσταντινουπόλει σύμβολον τῷ ἐν Νικαίᾳ, καὶ ἀναγνωσθέντος τοῦ ἑνὸς νοεῖται τὸ ἕτερον. λοιπὸν ἔνθα ἐστὶ σύμβολον σύμφωνον κατὰ τὸν νοῦν, ἓν ὀφείλει νομίζεσθαι, καὶ οὐχ ἕτερον. ἀπὸ τοῦ ὅρου τοῦτο οὐ κωλύεται, ἀλλὰ μόνον ἑτέραν πίστιν κωλύει. ὅθεν προσήκει νοεῖν περὶ ἐναντίας πίστεως καὶ διαφωνούσης τῇ ἀληθείᾳ· ἔτι ἕτερον βούλομαι εἰπεῖν πρὸς μείζονα σαφήνειαν τῆς ἀληθείας· τὰ ὁρισθέντα ἐν ταῖς συνόδοις φαίνεται διὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος ὁρισθῆναι· τὸ αὐτὸ πνεῦμα ἅγιον φαίνεται εἶναι ἐν πάσαις. ἀλλ' ἐν τῇ ἕκτῃ συνόδῳ, ὅτε ἀνεγνώσθη ὁ νόμος, εἶπον οἱ πατέρες οὕτως, μηδενὶ ἐξεῖναι, καὶ τὰ λοιπὰ, μήτε ἄλλο φρονεῖν ἐν καταστροφῇ ἐκείνων τῶν ὁρισθέντων. ὅθεν ἡ ἕκτη σύνοδος, ἢ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸ κρῖνον δι' ἐκείνης, ἐξηγοῦνται τίνι τρόπῳ μηδενὶ ἐξεῖναι προφέρειν πίστιν ἑτέραν, ἢ προκομίζειν ἐναντίαν οὖσαν εἰς ἀνατροπὴν τῆς ἀληθοῦς πίστεως· ἀλλ' οὐ κωλύουσι

pio legitur: Nemini liceat proferre, &c. in fine vero: Si sit episcopus, vel clericus, episcopum episcopatu deponi, &c. Ex quibus constat, decretum in omnes generaliter & particulariter ferri, sive sint episcopi, sive cleri: cumque laicorum meminerit, patet de omnibus laicis esse illi sermonem: laici non solent cantare symbolum in ecclesiis, sed clerici: propositum ergo erat, omnibus & laicis & clericis interdicere, & in ecclesia & extra ecclesiam. Hinc patet, etiam privatis personis esse interdictam alterius fidei conscriptionem. Quod si alteram fidem velitis generaliter intelligere, multi, imo fere omnes, erunt sub anathemate. Præterea ad majorem quæstionis dilucidationem dicimus, expositionem, quam Agatho scripsit & misit ad synodum, non unius, sed multorum fuisse; erat enim totius occidentalis ecclesiæ: nam Agatho in ea loquitur cum omnibus sibi subditis in occidentali ecclesia; multique episcopi ad centum viginti quinque epistolam illam subscripsere. Ad hæc dominus Nicænus superiori sermone de eo loquens, quod dixerat Colossensis, nempe Romanam ecclesiam instante & urgente necessitate usam esse illa explanatione, Ex Filio: intulit, non esse positum in decreto, Si adsit necessitas: nec illam excipit. Dico igitur, in decreto planis verbis haberi, Nemini licere proferre, seu docere: nec ullam fieri mentionem privatæ personæ, aut universorum: quapropter de omnibus æque debet intelligi tale interdictum. Addo in Ephesina synodo nullum esse factum de symbolo Constantinopolitano verbum. Aut ergo patres illi obliti hoc sunt, volueruntque illud in ecclesia cani: atque ita debemus posteri omnes non aliud quam Nicænum cantare: tumque Constantinopolitanum canentes male faceremus, ut quod cantari non debeat: aut recordati veluti contrarium, & indignum quod canatur, prætermiserunt: aut certe pro eodem sumpserunt: tumque considerandum est, in multis Nicænum a Constantinopolitano differre, sed quia eumdem sensum & fidem continet, intelligi ut unum & non contrarium. Et vos dixistis, Constantinopolitanum symbolum in Nicæno contineri virtute, lectoque uno intelligi alterum. Ubi ergo fuit symbolum sensu conveniens, pro uno debet haberi, non pro diverso: per decretum non prohibetur hoc, sed altera tantum fides. Quare intelligendum est de fide contraria, & quæ discreperet a veritate. Aliud quoque volo dicere ad majorem veritatis declarationem. Quæ definita sunt in synodis, palam est definita esse per Spiritum sanctum, & eumdem sanctum Spiritum esse in omnibus. At in sexta synodo, cum recitatum fuit decretum, patres ita locuti sunt: Nemini liceat, &c. aut aliud sentire ad evertenda illa, quæ sunt definita. Ita sexta synodus, sive qui per illam judicabat Spiritus sanctus, explanant, quomodo nemini liceat alteram proferre fidem, hoc est fidem oppositam, ad veræ fidei eversionem: Act. 10.

SESSIO XI.

ſed non prohibent quod fit ad declarandam, aut apertius enucleandam veritatem. Præterea cum de verbis quibuſdam legis dubitatur, accurrendum eſt ad mentem legiſlatoris. Ea vero deprehenditur ſive ab exordio, ſive ex verbis ipſius legis, ſive ex iis quæ ſubſequuntur. Igitur initio habetur, patres ubi convenerunt, voluiſſe ſymbolum Nicænorum patrum recitari, nec non ſermones, qui ſpectarent ad ſymbolum: ut approbarentur, qui cum eo convenirent; qui ſecus, reprobarentur. Quare legiſlatori, hoc eſt Epheſinæ ſynodo, non aliud fuit propoſitum, quam aliam prohibere fidem, ſive aliam expoſitionem, quæ faceret ad veræ fidei everſionem: non fuit autem illorum conſilium ſpectare verba, ſed ſacræ ſcriptura ſenſum. Hoc patet ex epiſtola ſancti Cyrilli, qui ut recitatum fuit Nicænum ſymbolum, intulit ſtatim: Nos confeſſionem patrum ſequentes, mentem ac propoſitum ſequimur, & rectam fidem explanamus. Hoc etiam ex ſeptima ſynodo conſtat, ubi dicit: Summa cum diligentia ſcrutantes, & veritatem fidei ſectantes: & infra iidem patres; Sequentes, inquiunt, rectam & inerrantem fidem nihil detrahimus, nihil addimus præter fidem Nicænorum patrum. Illi ipſi tamen alias de imaginibus definitiones ediderunt. Ex quibus patet, mentem legiſlatoris eſſe, ut veritas in omnibus prædicetur, doceatur, dicatur, & non taceatur. Ultimo reſervavi quiddam, quod mihi videtur eſſe res ipſa, de qua nunc agitur: prius vero dicam aliud, quod fecit rem planam. Synodus Chalcedonenſis ait, fuiſſe quoſdam, qui Leoni papæ obloquebantur, dicentes, editam ab eo peregrinam fidei expoſitionem; & aliter fuiſſe ab eo fidem explicatam, ac liceret juxta patres Nicænos: verba ſynodi hæc ſunt: Et ne quis Leonem inſimulet, ut qui novam fidei expoſitionem confecerit; nemini autem liceat aliam edere præter eam, quæ a Nicænis patribus facta eſt. Loquitur in eos ſynodus, qui inſurgunt contra veritatem, defenditque Leonem, & ait nihil ab eo commiſſum contra interdictum; dum fidem expoſuit & explicavit. Cum enim oriuntur errores, diverſa debent adhiberi medicamenta a ſanctis patribus. Et licet fides a patribus expoſita ſufficiat; quia tamen multi ſunt, qui volunt ſenſum verum evertere, idcirco convenit eamdem fidem explicare melius ac declarare. Nam ſi omnes definita fide contenti eſſent, non opus eſſet aliud ſolicite exquirere præter Nicænum: at quia multi de recta linea feruntur in anfractus, per viam ſcilicet falſitatis & erroris, neceſſe nobis eſt veritatis viam explicare, planamque facere, &c. multa quoque alia ponit, quæ ad hoc faciunt. Nunc ad illud venio, quod ultimo dicere volebam. Noſtis, Eutychem in Conſtantinopolitana ſynodo fuiſſe a Flaviano damnatum: poſtea celebratam eſſe ſynodum Epheſi, quæ reprobata eſt, cui Dioſcorus tyrannice præfuit;

Act. 7. in definitionibus.

In allocutione ad imp.

τὸ γινόμενον εἰς σαφήνειαν, ἢ πρὸς μείζονα τῆς ἀληθείας ἀνάπτυξιν. ἔτι ἡνίκα ἀμφιβάλληται περὶ ῥημάτων τινῶν τοῦ νόμου, ὀφείλομεν ἀνατρέχειν πρὸς τὸν σκοπὸν τοῦ νομοθέτου· ὁ δὲ τοιοῦτος σκοπὸς τοῦ νομοθέτου καταλαμβάνεται ἢ ἀπὸ τοῦ προοιμίου, ἢ ἀπὸ τῶν ἐγκειμένων ἐν τῷ νόμῳ ῥημάτων, ἢ τῶν ὄντων μετὰ ταῦτα. ἐν μὲν οὖν τοῖς προοιμίοις κεῖται, ὅτι συνελθόντες οἱ πατέρες ἠθέλησαν ἀναγνῶναι τὸ σύμβολον τῶν ἐν Νικαίᾳ πατέρων, καὶ ἵνα εἰσενεχθῶσι καὶ οἱ λόγοι οἱ ἀφορῶντες πρὸς τὸ σύμβολον, καὶ ἵνα οἱ λόγοι οἱ σύμφωνοι βεβαιωθῶσιν, οἱ δὲ ἐναντίοι ἀποβληθῶσιν. ὅθεν ὁ σκοπὸς τοῦ νομοθέτου, τουτέστι τῆς ἐν Ἐφέσῳ συνόδου οὐκ ἦν ἄλλος, εἰ μὴ κωλῦσαι ἑτέραν πίστιν, ἢ ἑτέραν ἔκθεσιν ἀφορῶσαν πρὸς ἀνατροπὴν τῆς ἀληθοῦς πίστεως· ἀλλ' οὐκ ἦν ὁ σκοπὸς ἐκείνων, ἵνα πρὸς τὰ ῥήματα ἀποβλέπωσιν, ἀλλὰ πρὸς τὸν νοῦν τῆς ἱερᾶς γραφῆς. τοῦτο φαίνεται ἀπὸ τῆς ἐπιστολῆς τοῦ ἁγίου Κυρίλλου, ὃς ἀφ' οὗ ἀνεγνώσθη τὸ ἐν Νικαίᾳ σύμβολον, φησὶν εὐθύς. ἡμεῖς ἑπόμενοι τῇ ὁμολογίᾳ τῶν πατέρων ἀκολουθοῦμεν τῷ σκοπῷ τοῦ νοός, καὶ ἐξηγούμεθα τὴν ὀρθὴν πίστιν. τοῦτο φαίνεται καὶ ἀπὸ τῆς ἑβδόμης συνόδου, ὅπου λέγει· μετὰ πάσης ἀκριβείας ἐρευνῶντες, καὶ ἑπόμενοι τῇ ἀληθείᾳ τῆς πίστεως. καὶ κατωτέρω οἱ αὐτοὶ πατέρες λέγουσιν· ἀκολουθοῦντες τῇ ὀρθῇ καὶ ἀπλανεῖ πίστει, οὐδὲν ἀφαιρούμενοι, οὐδὲν προστιθέμενοι παρὰ τὴν τῶν ἐν Νικαίᾳ· ἀλλ' ὅμως ἐκεῖνοι ἐποιήσαντο ἑτέρους ὅρους περὶ τῶν εἰκόνων. ἀφ' ὧν φαίνεται, ὅτι ὁ σκοπός ἐστι τοῦ νομοθέτου, ἵνα ἡ ἀλήθεια κηρύττηται ἐν πᾶσι, καὶ διδάσκηται, καὶ λέγηται, καὶ μὴ σιωπᾶται. τελευταῖον ἐταμιευσάμην τι, ὅπερ φαίνεταί μοι εἶναι ἡ ὑπόθεσις ἡ τρέχουσα νῦν. καὶ πρὸ ἐκείνου ἐρῶ ἕτερον ἀνῆκον πρὸς σαφήνειαν. ἡ ἐν Καλχηδόνι σύνοδος λέγει, ὅτι ἦσάν τινες οἱ καταλέγοντες τοῦ Λέοντος πάπα, λέγοντες, ὅτι ἐποίησε ξένην ἔκθεσιν πίστεως, καὶ ἐξηγήσατο τὴν πίστιν ἄλλως ἢ ἐξῆν κατὰ τοὺς ἐν Νικαίᾳ πατέρας. λέγει δὲ οὕτως· καὶ ἵνα μή τις ἐγκαλῇ τῷ Λέοντι ὡς ξένην τῆς πίστεως ἐξήγησιν ποιησαμένῳ, ἐπειδὴ οὐκ ἐξῆν τινι παρὰ τοὺς ἐν Νικαίᾳ πατέρας ἐξηγεῖσθαι τὴν πίστιν· ἡ σύνοδος λέγει κατὰ τῶν ἐπανισταμένων τῇ ἀληθείᾳ, ἡ σύνοδος ὑπεραπολογεῖται τοῦ Λέοντος, καὶ φησίν· οὐκ ἐποίησε κατὰ τῆς κωλύσεως τοῦ νόμου ἐκτιθέμενος τὴν πίστιν, καὶ ἀναπτύξας ἐκείνην· ἐπειδὴ ἡνίκα ἀναφύονται πλάναι, διάφοροι θεραπεῖαι ὀφείλουσι προσφέρεσθαι παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων, καὶ εἰ ἤρκεσεν ἡ πίστις ἡ ἐκτεθεῖσα παρὰ τῶν πατέρων, ὅμως ἐπειδή εἰσι πολλοὶ ἀνατρέπειν βουλόμενοι τὸν ἀληθῆ νοῦν, προσήκει ἀναπτύξαι καὶ ἐξηγήσασθαι κρεῖττον τὴν αὐτὴν πίστιν. καὶ γὰρ εἰ πάντες ἔστεργον τὴν ὁρισθεῖσαν πίστιν, οὐκ ἂν ἦν χρεία περὶ ἄλλου μεριμνᾷν παρὰ τὸ ἐν Νικαίᾳ. ἀλλ' ἐπειδὴ πολλοὶ ἀπὸ τῆς ὀρθῆς γραμμῆς φέρονται πρὸς διεξόδους σκολιάς, δηλονότι διὰ τῆς ὁδοῦ τοῦ ψεύδους καὶ τῆς ἀπάτης, ἀνάγκη ἐστὶν ἡμῖν ἀναπλῶσαι καὶ σαφηνίσαι τὴν ὁδὸν τῆς ἀληθείας, καὶ τὰ ἑξῆς. καὶ πολλὰ ἄλλα τίθησιν, ἅτινα ἀποβλέπουσιν εἰς τοῦτο. νῦν δὲ ἔρχομαι πρὸς ἐκεῖνο, ὅπερ ἠβουλόμην εἰπεῖν τελευταῖον. οἴδατε, ὅτι ὁ Φλαβιανὸς κατεδίκασε τὸν Εὐτυχῆ ἐν τῇ ἐν Κωνσταντινουπόλει συνόδῳ. μετὰ ταῦτα συνεκροτήθη ἡ ἐν Ἐφέσῳ σύνοδος, ἥτις

Act. Chalc.

καὶ ἀ-



Anno Christi 1438.

καὶ ἀνετράπη· κἀκεῖσε ἦν ὁ Διόσκορος ἔξαρχος καὶ ἡγεμὼν ἐκείνης τυραννικῶς· ἦν ἐκεῖσε καὶ ὁ Εὐτυχής, καὶ ἤθελεν ἐκδικῆσαι ἑαυτόν, ὅτι οὐκ ἐπλανήθη, καὶ ἀνέγνω τὴν ἑαυτοῦ πίστιν, ἤτοι τὸ σύμβολον τὸ ἐν Νικαίᾳ ἀπὸ ῥήματος πρὸς ῥῆμα· καὶ μετὰ ταῦτα εἶπεν· αὕτη ἡ πίστις τῶν πατέρων, καὶ ἐν ταύτῃ θέλω ζῆν καὶ ἀποθανεῖν. ἀλλ' ὅτι ἡ πίστις ἡ ἐν Νικαίᾳ ἐστηρίχθη διὰ τῆς συνόδου τῆς ἐν Ἐφέσῳ, καὶ ὅτι ἡ ἐν Ἐφέσῳ ἐκώλυσε φέρειν ἑτέραν πίστιν παρὰ τὴν πρώτην, καὶ μηδὲν προστιθέναι, μηδὲν ἀφαιρεῖν· διὸ ἔλεγεν· ἐγὼ κατέχω τὴν ὀρθὴν πίστιν, καὶ ὁ Φλαβιανὸς οὐ κατέχει τὴν ὀρθὴν πίστιν, ἐπειδὴ ὁ Φλαβιανὸς λέγει τὸν Χριστὸν ἀπὸ δύο φύσεων, καὶ ἐν δυσὶ φύσεσιν· ἐν δὲ τῷ συμβόλῳ τῷ ἐν Νικαίᾳ οὐ λέγεται τὸν Χριστὸν ἔχειν δύο φύσεις, ἢ εἶναι ἐκ δύο φύσεων. ὁ Εὐτυχὴς ἐκώλυε τὴν τοιαύτην εὐσέβειαν καὶ μέχρι προσθήκης ῥηματικῆς· Εὐσέβιος δέ τις Δορυλαίου ἀκούων, εὐθὺς ἐξεβόησεν· ἐψεύσθη, οὐκ ἔστι κανὼν ὁ τοῦτο διορίζων. ὁ Διόσκορος λέγει, πῶς οὐκ ἔστι κανὼν τοιοῦτος; ἡμεῖς ἔχομεν ἐνταῦθα δύο κώδικας, καὶ ἐν πᾶσι λέγεται, μὴ ἐξεῖναι προσθεῖναι τῷ συμβόλῳ τῷ ἐν Νικαίᾳ. ταῦτα ἀνεγνώσθησαν ἐν τῇ Καλχηδόνι συνόδῳ· ἡ σύνοδος οὐκ εἶπε κατὰ τοῦ Εὐσεβίου τοῦ Δορυλαίου, ἀλλ' ἐδοκίμασε καὶ ἔστερξεν ἐκεῖνον. καὶ κατωτέρω ὁ Διόσκορος ἐπάγει ἀπόφασιν κατὰ τοῦ Φλαβιανοῦ, καὶ ἐν τοῖς ῥήμασι τῆς ἀποφάσεως λέγει· ὅτι διὰ τοῦτο ἀλλοτριοῖ ἐκεῖνον τῆς ἐπισκοπῆς, ἐπειδὴ παρέβη τὸν ὅρον τῆς ἐν Ἐφέσῳ συνόδου, ἐπειδὴ διαλαμβάνεται ἐκεῖσε, ὅστις προφέρει ἑτέραν πίστιν ἢ ἐπίσκοπος ἢ κληρικός, ἢ προστιθεὶς ἢ ἀφαιρῶν, στερείσθω τῆς ἰδίας ἐπισκοπῆς· ἐπειδή, καὶ τὰ λοιπά. καὶ διὰ τοῦτο ἐστέρησε τὸν Εὐσέβιον καὶ τὸν Φλαβιανόν, ὡς παραβάτας τοῦ νόμου τούτου. πάντες οὖν οἱ ἐπίσκοποι ἐκεῖνοι, εἰ καὶ ἠκολούθησαν τῇ ἀποφάσει τοῦ Διοσκόρου, ἠκολούθησαν τῇ μετὰ ταῦτα ἀκυρωθείσῃ· καὶ πάντες ἐπείθοντο ἐν τῇ κωλύσει τῇ γενομένῃ ἐν τῇ συνόδῳ, ὅθεν φασὶν οὕτως· ἑαυτοὺς ἀλλοτρίους εἶναι πάσης ἱερατικῆς ἀξίας ἔδειξαν ὁ Φλαβιανὸς καὶ Εὐσέβιος, οἵτινες ἐπεχείρησαν προστιθέναι ἢ ἀφελεῖν ἀπὸ τῆς ἁγίας πίστεως τῆς ἐκτεθειμένης παρὰ τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου, ἣν ἔστερξε καὶ ἐκύρωσεν ἡ ἐν τῇ Ἐφεσίων πόλει συγκροτηθεῖσα. διὰ τοῦτο δίκαιόν ἐστι τοὺς προστιθέντας τι ἢ ἀφαιροῦντας ἀλλοτρίους εἶναι, τοὺς ἐπισκόπους τῆς ἐπισκοπῆς, καὶ τοὺς κληρικοὺς τοῦ κλήρου. ὅτε δὲ ταῦτα ἀνεγινώσκοντο ἐν τῇ συνόδῳ τῇ ἐν Καλχηδόνι, εἶπον πάντες· ἀνάθεμα τῷ Διοσκόρῳ, ὅτι κακῶς ἔκρινε· ταύτῃ τῇ ὥρᾳ κατακριθείη ὁ Διόσκορος· καὶ οὕτως ἀνέτρεψεν ἡ σύνοδος πάντα τὰ κατὰ τοῦ Φλαβιανοῦ ἐπενεχθέντα, καὶ ἔκρινεν, ὅτι οὐδὲν ἐποίησεν ὁ Φλαβιανὸς κατὰ τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου, ἢ κατὰ τῆς ἐν Ἐφέσῳ· καὶ ὅτι εἰ καὶ τὰ ῥήματα ταῦτα τὰ λέγοντα, τὸν Χριστὸν δύο φύσεις ἔχειν, ἢ ἐκ δύο φύσεων εἶναι, οὐ κεῖνται ῥητῶς ἐν τῷ συμβόλῳ τῷ ἐν Νικαίᾳ, ὅμως οὐκ εἰσὶ κατὰ τῆς ἀληθείας, ἀλλὰ δυνάμει ἕλκονται ἀπὸ τοῦ συμβόλου τοῦ ἐν Νικαίᾳ. ὅθεν οὐ δεῖ ἐλέγχειν ἢ ἐπιπλήττειν ἢ προστιθέντα, ἢ σαφηνίζοντα, μέχρις ἂν σύμφωνα λέγῃ τῇ ἀληθείᾳ καὶ τῇ καθολικῇ πίστει. καὶ φαίνεταί μοι, πατέρες αἰδεσιμώτατοι, ὅτι οὐδέν ἐστιν εὑρεῖν ἐν τῷ κόσμῳ ἕτερον παράδειγμα πρὸς τὴν τοιαύτην ὕλην, ἢ τὸ γεγονὸς περὶ τὸν Φλαβιανόν. συμπεραίνω τοίνυν, ὅτι τὰ ῥήματα τῆς κωλύσεως τῆς, μηδενὶ ἐξεῖναι προφέρειν ἢ φρονεῖν, καὶ τὰ λοιπά· ὀφείλει νοεῖσθαι

SESSIO XI.

Conc. Chalc. act. 1.

interfuit etiam Eutyches: qui cum ſuam vellet agere cauſam, & oſtendere ſe non erraſſe, recitavit ſuam fidem, hoc eſt Nicænum ſymbolum de verbo ad verbum: poſtea dixit, Hæc eſt fides patrum, & in hac volo vivere & mori: ſed quia fides Nicæna confirmata eſt per Epheſinam ſynodum; ea vero prohibuit aliam proferri fidem præter illam primam, decrevitque ut nihil adderetur, nihil tolleretur; propterea dicebat. Ego rectam fidem teneo, Flavianus autem non tenet rectam fidem, cum aſſerat Chriſtum ex duabus & in duabus naturis; & in ſymbolo Nicæno non dicatur Chriſtus habere duas naturas, vel eſſe ex duabus naturis. Eutyches pietatem hanc tollebat, ne voces quidem addi permittens. Quod audiens Euſebius quidam Dorylæi epiſcopus exclamavit; Mentitus eſt; nullus eſt canon, qui hoc præcipiat. Reſpondit Dioſcorus: Quomodo nullus eſt canon? apud nos duo ſunt codices, & in omnibus legitur, non licere quidquam addi Nicæno ſymbolo. Acta ſunt hæc in ſynodo Chalcedonenſi, quæ nihil dixit adverſus Euſebium Dorylæi, ſed ſuſcepit illum, & amplexa eſt. Infra etiam Dioſcorus ſententiam fert contra Flavianum; quam pronunciando ait, idcirco illum privare epiſcopatu, quoniam Epheſinæ ſynodi decretum eſſet tranſgreſſus: in quo ſancitur, epiſcopum vel clericum proferentem aliam fidem, aut addentem, ſive detrahentem, epiſcopatu deponi, quoniam, &c. proinde Euſebium & Flavianum, ut hujus legis tranſgreſſores abdicavit. Omnes autem illi epiſcopi, quamquam ſententiam Dioſcori ſecuti ſunt, reprobatam poſtea ſecuti ſunt: & omnes interdicto illo innitebantur, quod tulerat ſynodus. Quare ita loquuntur: Oſtenderunt ſeſe ab omni ſacerdotali dignitate alienos Flavianus & Euſebius, qui aggreſſi ſunt addere vel demere de ſancta fide per Nicænam ſynodum expoſita, & per celebratam Epheſi comprobata. Quapropter juſtum eſt addentes vel detrahentes alienos eſſe epiſcopos ab epiſcopatu, & clericos a clero. Cum vero hæc legerentur in ſynodo Chalcedonenſi, dixerunt omnes; Anathema Dioſcoro, quia male judicavit: hac hora damnetur Dioſcorus. Atque ita ſynodus omnia adverſus Flavianum conſtituta reſcidit; cenſuitque nihil a Flaviano commiſſum contra Nicænam, aut Epheſinam ſynodum: & verba illa, quibus dicitur Chriſtus habere duas naturas, vel ex duabus eſſe naturis; licet expreſſe non habeantur in Nicæno ſymbolo, non eſſe tamen contraria veritati, ſed de Nicæno ſymbolo virtute deduci. Quare nec arguendus, nec increpandus eſt, qui addit, vel explicat; dum veritati fideique catholicæ conſona proferat. Et videtur mihi, patres reverendiſſimi, nullum aptius exemplum poſſe uſpiam reperiri ad propoſitum hoc ipſo, quod de Flaviano prolatum eſt. Concludo igitur: Verba illa interdicti: Nemini liceat proferre, aut ſentire, & reliqua, intelligenda eſſe de iis, qui fidem contrariam tenent,

Seſſio XI.

tenent, aut a vera diverſam: ſeu ſcripturam ſacram aut Nicænum ſymbolum immutant. Hæc pro meo rudi judicio omnem poſſunt tollere dubitationem: Si non ita eſt, opto a vobis doceri. Quapropter cum eccleſia Latina dicat, nihil ſe contra veritatem, aut ſacram ſcripturam, aut Nicænum ſymbolum, aut aliarum ſynodorum definitiones addidiſſe: operæ pretium eſt quæſtionem hanc prætermittere, an liceat, nec ne: & accedere ad aliam, verumne ſit, Spiritum ſanctum ex Filio procedere. Quod ſi oſtendere poteritis ex Filio non procedere: tunc ego aperte dixerim, eſſe additamentum: & ſanctæ Romanæ eccleſiæ non licuiſſe addere quod eſt veræ fidei oppoſitum: ſed ſi falſum hoc eſſe probare non potueritis: imo vero demonſtratum fuerit utile & verum: tunc concedendum erit, licuiſſe in ſymbolo explicare: eritque pax utrique parti. Hæc dicere potui, correctioni ea ſubjiciens beatiſſimi patris & domini noſtri, nec non ſereniſſimi imperatoris, aliorumque reverendiſſimorum patrum.

Nicæni. Reverendiſſime mi domine, & omnes quidem ex utraque parte ſermones optime pulcerrimeque ſunt habiti: præſertim vero quos præclare, & ad propoſitum accommodatiſſime tua reverentia protulit: nam & rem ipſam tetigiſti, & nihil fere omiſiſti, quod eſſet neceſſarium dicere. Reſpondebimus tamen ad hæc cum caritate, veſtras etiam fortaſſe defenſiones pariter audituri: Arbitramur enim nos, pleraque horum pro nobis facere: ſed in præſenti non videtur mihi tempus commodum ad reſpondendum duabus hiſce de cauſis. Primo, quia ſurgendi tempus jam eſt. Secundo, quia ſicuti pulchra, ita etiam fuere multa. Volumus ergo ea ſcripta etiam videre, atque ita ſatisfacere. Nunc, ſi videtur, in nomine domini ſurgamus; poſtea vero cum acceperimus quæ ſunt excepta, dabimus congruens adhibita conſideratione reſponſum.

Seſſio XII.

## SESSIO XII.

*Die decimoquinto Novembris ſabbato, celebrata eſt.*

Ephesi. NOs, amici patres, non eo convenimus, ut verbis tantum inter nos decertemus; aut alter alterius dicta refellamus: hoc enim jactantiæ potius eſt, quam viæ ferentis ad veritatem: ſed ut communi ſtudio diſquirentes ſingula quæ emergunt, eaque cum omni diligentia, pace, ſimplicitate, & benevolentia examinantes, ita reliqua quæ ſequuntur concludamus; donec ambæ partes ad illum, quem pariter inquirimus, finem perveniamus, hoc eſt, inventionem veritatis: Quapropter ea quæ prius dixit reverendiſſimus cardinalis, & qui proximus ei ſedet, reverendus epiſcopus Forolivienſis, Deo favente, & tempore permittente jam examinabuntur: ad ſingula nobis non ſermone longo & ornato & probabilita-

περὶ τῶν φρονούντων ἐναντίαν πίστιν ἢ ἑτέραν τῆς ἀληθοῦς, ἢ ποιούντων ἐναλλαγὴν τῆς θείας γραφῆς, καὶ τοῦ ἐν Νικαίᾳ συμβόλου. ταῦτα δύνανται λύειν πᾶσαν ἀπορίαν κατὰ τὴν ἐμὴν ἀμαθῆ κρίσιν· εἰ δὲ οὕτως οὐκ ἔστιν, ἐγὼ ἐπιποθῶ ἐντυπωθῆναι παρ' ὑμῶν. ὅθεν ἐπεὶ λέγει ἡ ἐκκλησία ἡ Λατινικὴ μηδὲν προσθεῖναι κατὰ τῆς ἀληθείας, ἢ τῆς ἱερᾶς γραφῆς, ἢ τοῦ ἐν Νικαίᾳ συμβόλου, ἢ τῶν ἄλλων συνόδων, ἄξιον παραλιπεῖν τὸ ζήτημα τοῦτο τό, εἰ ἔξεστιν, ἢ οὔ, καὶ χωρῆσαι πρὸς τὸ ἕτερον τὸ λέγον, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ υἱοῦ, εἰ ἀληθές ἢ οὔ. καὶ ἐὰν ὑμεῖς δυνηθῆτε δεῖξαι, ὅτι οὐκ ἐκ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεται, τότ' ἂν εἴποιμι ἐγὼ φανερῶς, προσθήκην εἶναι, καὶ ὅτι οὐκ ἐξῆν τῇ ἁγίᾳ Ῥωμαϊκῇ ἐκκλησίᾳ προσθεῖναί τι ἐναντίον τῆς ἀληθοῦς πίστεως· εἰ δὲ οὐ δυνηθῆτε ἀποδεῖξαι ψευδὲς, ἀλλὰ μᾶλλον ἀποδειχθῇ χρήσιμον καὶ ἀληθὲς, τότε προσήκει ἐνδοῦναι, ὅτι ἐξῆν ἀναπτύξαι ἐν τῷ συμβόλῳ· καὶ ἔσται εἰρήνη ἐν ἑκατέρῳ μέρει· ταῦτα ἠδυνήθην εἰπεῖν ὑπὸ διορθώσει τοῦ μακαριωτάτου πατρὸς καὶ κυρίου ἡμῶν, καὶ τοῦ γαληνοτάτου βασιλέως, καὶ τῶν ἄλλων αἰδεσιμωτάτων πατέρων.

Αἰδεσιμώτατε κύριέ μου, καὶ πάντες μὲν οἱ λόγοι οἱ ἀφ' ἑκατέρου μέρους εἰρημένοι, ἦσαν ἄριστα καὶ κάλλιστα εἰρημένοι, μάλιστα δὲ οἱ παρὰ τῆς σῆς αἰδεσιμότητος εἰρημένοι, καὶ πρὸς τὸ προκείμενον μάλιστα. ἥψω γὰρ καὶ αὐτοῦ τοῦ πράγματος, καὶ σχεδὸν οὐδὲν κατέλιπες τῶν ἀναγκαίων ῥηθῆναι· ὅμως μετὰ ἀγάπης ἀπολογησόμεθα πρὸς ταῦτα, καὶ ἴσως ἀκουσόμεθα ὁμοίως καὶ τὰ παρ' ὑμῶν. ἡμεῖς γὰρ νομίζομεν, ὅτι καὶ τὰ πλείω τούτων εἰσὶν ὑπὲρ ἡμῶν. ὅμως κατὰ τὸ παρὸν οὐκ εἶναι νομίζω καιρὸν ἀποκρίσεως διὰ δύο ταύτας αἰτίας· πρῶτον διὰ τὴν ὥραν, ὅτι καιρός ἐστιν ἀναστῆναι. δεύτερον, ὅτι ὥσπερ ἦσαν καλὰ, οὐδὲν ἧττον ἦσαν καὶ πολλά· θέλομεν οὖν ἰδεῖν αὐτὰ καὶ γεγραμμένα, καὶ οὕτω δοῦναι τὴν ἀπολογίαν. νῦν δὲ εἰ δοκεῖ, ἐν ὀνόματι τοῦ κυρίου ἀναστῶμεν· μετὰ δὲ ταῦτα λαβόντες τὰ γεγραμμένα, καὶ σκεψάμενοι δώσομεν ἱκανὴν τὴν ἀπόκρισιν.

## ΣΥΝΕΛΕΥΣΙΣ ιβ΄.

Νοεμβρίου πέμπτῃ καὶ δεκάτῃ, τῷ σαββάτῳ, ἐγένετο.

ΗΜΕΙΣ, ὦ φίλοι πατέρες, οὐκ ἀντιλέγειν ἀλλήλοις ἁπλῶς, οὐδὲ τὰ παρ' ἀλλήλων λεγόμενα ἀνατρέπειν συνεληλύθαμεν· τοῦτο γὰρ φιλοτιμίας ἔχεται μᾶλλον, ἢ τῆς πρὸς ἀλήθειαν φερούσης ὁδοῦ· ἀλλ' ἵνα κοινῇ συζητοῦντες ἕκαστον τῶν ἀνακυπτόντων εἰς μέσον, καὶ μετὰ πάσης ἀκριβείας εἰρηνικῶς τε καὶ ἁπλῶς φιλικῶς αὐτὰ ἐξετάσαντες, οὕτω τὰ ἑξῆς περαίνωμεν, ἄχρις ἂν ἐπὶ τὸ κοινῇ ζητούμενον ἀμφότεροι τέλος καταντήσωμεν, ὅπερ ἐστὶν ἡ τῆς ἀληθείας εὕρεσις· διὰ τοῦτο τὰ μὲν πρότερον εἰρημένα τῷ αἰδεσιμωτάτῳ κυρίῳ τῷ Καρδιναλίῳ, καὶ τῷ μετ' αὐτὸν καθημένῳ αἰδεσίμῳ ἐπισκόπῳ Φορολιβιένσει, Θεοῦ διδόντος, καὶ τοῦ καιροῦ συγχωροῦντος ἐν τοῖς ἑξῆς ἐξετασθήσεται· πρὸς ἕκαστον τούτων ἁπάντων, ἡμῖν οὐ μα-

Anno Christi 1438.

κροῖς τισι καὶ εὐλογοφανέσι καὶ κεκοσμημένοις λόγοις, ἀλλ' ἐκεῖνα λεγόντων, ἅπερ ἂν καὶ διὰ τῆς ὑμετέρας συγκαταθέσεως ὁμολογούμενα φαίνοιτο. νῦν δὲ εἰ δοκεῖ, πρὸς ἃ πλατύτερον εἶπεν ὁ αἰδεσιμώτατος κύριος ὁ καρδινάλιος, χωρήσωμεν πρότερον. καὶ ταῦτα μὲν κεφαλαιωδῶς ἕκαστα ὁποῖά ποτ' ἐστὶν, ἐξετάσωμεν. ταῦτα γὰρ καὶ πρὸς αὐτὸ τὸ προκείμενον εἴρηται, μηδὲν ἀλλότριον ἔχοντα, καὶ εὐτάκτως ὡς ἔνι μάλα καὶ εὐπρεπῶς διατέθειται· ὅθεν καὶ ταύτην αὐτοῖς τὴν χάριν ἡμεῖς ἀποδώσωμεν, τὸ μηδὲν αὐτῶν καταλιπεῖν ἀνεξέταστον. λέγω δὲ τὰ πρότερον κεφαλαιωδῶς εἰρημένα, καὶ οὐχὶ τὰ ὕστερον κατὰ μέρος ἐπεξειργασμένα· ταῦτα γὰρ ὑπερβαίνει τὴν ἐξέτασιν αὖθις εἰς μῆκος ἄπειρον ἐκτεινόμενα. παρακαλῶ δὲ αὐτὸν, ὁσάκις ἂν ἐρωτηθῆναι συμβαίνῃ, ἢ συμφωνεῖν τοῖς παρ' ἐμοῦ εἰρημένοις, ἢ ἐνίστασθαι. μετ' αὐτοῦ γὰρ τοὺς αὐτοῦ λόγους, ἀλλ' οὐ πρὸς αὐτὸν μόνον ἐξετάσαι προείρημαι, χαίροντα τοῦτον ἰδὼν μᾶλλον τῇ τῆς ἀληθείας εὑρέσει, ἢ τῇ τῶν οἰκείων λόγων συστάσει. ὅθεν κἂν ἐλεγχθῆναι συμβαίνῃ τὸν αὐτοῦ λόγον, ἀγαπήσει με μᾶλλον οἷα σοφός· ὁ γὰρ σοφὸς ἐλεγχόμενος ἀγαπᾷ τὸν ἐλέγχοντα, κατὰ τὸν τοῦ σοφοῦ λόγον. ἐξέστω δὲ καὶ αὐτῷ ἐπανερωτᾶν πᾶν ὅπερ βούλοιτο ἐν τοῖς προσήκουσι τόποις. ἀνέξομαι γὰρ ἐγὼ καὶ διακοπτόμενος, καὶ ἐξεταζόμενος, καὶ λόγον ὑπέχων τῶν παρ' ἐμοῦ εἰρημένων, ἂν ὁ Θεὸς χορηγῇ. ἐλεγχέτω δὲ εἴ τι μὴ ἀληθὲς αὐτῷ δόξειεν ὑπ' ἐμοῦ λέγεσθαι· τοῦτο γινώσκων, ὡς ἅπερ ἀνεξέταστα καταλείπω, κυρωθήσεται πάντως ὡς ἀναντίρρητα, καὶ μηδεμιᾶς ἔτι συζητήσεως προσδεόμενα. αὐτὰ δὲ ταῦτα τηρηθήσεται πάντως καὶ ἐν τοῖς μετ' ἐμὲ διαδεξομένοις τὸν λόγον. τὸ μὲν οὖν πρῶτον ἐπιχείρημα τῶν παρ' αὐτοῦ εἰρημένων τοιοῦτον ἦν. ἐπὶ τῆς τρίτης οἰκουμενικῆς συνόδου Χαρίσιός τις ἐν τοῖς λιβέλλοις, οὓς κατὰ τῶν τὰ τοῦ Νεστορίου φρονούντων ἐπέδωκε, τῆς ἑαυτοῦ πίστεως ἔκθεσιν ποιησάμενος, ἑτέρως ἔχουσαν παρὰ τὴν ἐν Νικαίᾳ παραδοθεῖσαν, οὐδὲν ἐπετιμήθη παρὰ τῆς συνόδου. φαίνεται τοίνυν ἐκ τούτου, μὴ τὴν ἑτέραν ἁπλῶς πίστιν, ἀλλὰ τὴν ἐναντίαν κωλύεσθαι. οὕτως ἔχει τὸ σὸν ἐπιχείρημα; ἀπόκριναι.

Ioan. Card. Ἐγὼ ἤκουσα ἄσμενος ἅπερ ἡ αἰδεσιμότης σου εἴρηκε νῦν· καὶ ὅσα ἀνήκει πρὸς τὰ προοίμια, αὐτὸς οὐδὲν ἐρῶ· πρὸς δὲ τὴν ἐρώτησιν, ἣν ἡ αἰδεσιμότης σου εἴρηκε νῦν, ἑπόμενος τῇ διδασκαλίᾳ τοῦ μακαρίου Πέτρου, ἔσομαι ἕτοιμος ἀποδοῦναι λόγον ἑκάστῳ, καθόσον ἐγχωρεῖ ἡ σμικρότης τῆς ἐμῆς διανοίας. ἀλλ' ἑλοίμην ἂν μᾶλλον τὴν αἰδεσιμότητά σου ποιήσασθαι τὴν ἐρώτησιν πρός τινα τῶν παρόντων διδασκάλων, ἐπειδὴ αὐτοὶ καὶ κάλλιον ἂν τὰς ἀποκρίσεις ἐποιήσαντο. ἐπειδὴ δὲ ἐξελέξω ἐμὲ, καὶ πρὸς ἐμὲ πεποίησαι τὴν ἐρώτησιν, ἀποκρινοῦμαι κατὰ τὸ ἐγχωροῦν. ἀλλ' ἐπεὶ ἐνταῦθα συνήλθομεν διὰ τὴν τῆς ἀληθείας εὕρεσιν, ἐγὼ οὐκ αἰσχυνθήσομαι, κἄν τε ὑπὸ σοῦ, κἄν τε ὑπ' ἄλλου διορθωθήσομαι ἔν τινι ἐμῷ σφάλματι. μᾶλλον γὰρ ὀφείλομεν προκρίνειν τὴν τοῦ Θεοῦ τιμὴν, ὅς ἐστιν αὐτὴ ἡ ἀλήθεια, ἢ τὴν ἰδίαν τιμήν. ἀποκριθήσομαι δὲ μετὰ τούτου τοῦ προσδιορισμοῦ, ὅτι ἐὰν μὴ ἱκανὴ ἡ ἀπόκρισις ᾖ πρὸς θεραπείαν ὧν παρ' ἐμοῦ ἐρωτᾷς μαθεῖν, ἔστω ἄδεια τοῖς παροῦσι πατράσι καὶ πᾶσιν ἀπολογήσασθαι. θέλω δὲ ἐάν τι ῥηθῇ παρ' ἐμοῦ οὐκ

Seſſio XII.

tis habente ſpeciem reſpondentibus, ſed ea dicentibus, quæ vera omnes fateantur. vel vobis ipſis aſſentientibus. Nunc ſi placet, ad ea quæ poſterior dixit reverendiſſimus dominus cardinalis, prius accedamus: eaque ſummatim ſingula, qualia ſint, expendamus: nam & ad propoſitum ipſum ſpectabant, & nihil alieni continebant, & quoad ejus fieri poſſit recte atque ordine diſpoſita erant. Quare hanc etiam illis referamus gratiam, ut nihil eorum indiſcuſſum prætereamus: ea dico quæ ſummatim dicta ſunt prius, non quæ ſunt poſtea particulatim enarrata; hæc enim rurſus in immenſitatem producta diſcuſſionem effugiunt. Rogo autem ipſum, ut quotieſcumque fuerit a me interrogatus, aut mea dicta recipiat, aut obſiſtat: neque enim ſolum ad ipſum, ſed cum ipſo etiam volo quæ dixit perpendere: cum animadverterim oblectari eum potius inventione veritatis, quam ſuorum defenſione dictorum: ut ſi contingat etiam illa revinci, amaturus potius me ſit ut ſapiens, juxta dictum ſapientis, *Argue ſapientem, & diliget te*: (Prov. 9.) liceat vero ipſi quoque de me viciſſim quærere quidquid voluerit, cum opus erit: nam æquo animo feram ſermones meos interrumpi & examinari, meque dictorum meorum reddere Deo juvante rationem. Si quid etiam a me dicetur, quod illi falſum videatur, coarguat: pro certo habens, quidquid a me fuerit abſque examine relictum, fore omnino indubitatum, quod non egeat in poſterum aliqua diſcuſſione: quod ipſum profecto ab iis etiam ſervabitur, qui poſt me ſermonem ſunt habituri. Itaque primum inter ea quæ protulit, argumentum tale fuit: In tertia œcumenica ſynodo Chariſius quidam oblato adverſus Neſtorianos libello, factaque ſuæ fidei expoſitione, aliter ac Nicæna fides expoſita eſt ſe habente, non fuit a ſynodo redargutus: conſtat igitur ex hoc, non alteram ſimpliciter fidem, ſed contrariam eſſe vetitam: ita ſe habet argumentum tuum? reſponde.

Ioan. card. Ego libenter audivi quæ nunc tua dixit reverentia: quod ergo attinet ad exordia, nihil ipſe dicam: ad illud vero quod nunc reverentia tua quæſivit, ſequendo beati Petri doctrinam, paratus ero ad ſatisfaciendum unicuique, quantum ingenii mei tenuitas fert: ſed vellem tua reverentia aliquem ex præſentibus hiſce doctoribus interrogaret: nam ab illis potiores haberet reſponſiones. At quando me elegiſti, & ex me quæſiiſti, pro viribus reſpondebo. Et quoniam veritatis inveniendæ gratia huc convenimus, ego non erubeſcam, ſive tu, ſive alius errantem me corrigat: præferendus eſt enim honor Dei, qui eſt ipſa veritas, honori proprio. Reſpondebo tamen hac conditione, ut ſi quæſitis tuis ipſe non ſatisfecero, liceat hiſce patribus & cuivis reſpondere: & ſi non recte dictum a me quidquam fuerit, ſoli mihi aſcribatur, non veri-

ANNO CHRISTI 1438.

SESSIO XII.

veritati ipſi, aut aliis patribus. Accipio item quod ultro obtulit, ac pollicita eſt tua reverentia; ut quoties fueris a me requiſitus, patiaris interrogari a nobis, atque ut par eſt, reſpondeas. Venio ad ipſam reſponſionem, & dico; non opus eſſe, ut ex me tua reverentia nunc quærat: cum ſeſſione proxima omnia plane, clareque dixerim: imo etiam quæ dixi, ſcripta tradiderim ſatis bene explicata: ſed ſi placet tuæ reverentiæ, obſequar tuæ voluntati, & reſpondebo ad interrogata. Tua quoque reverentia reſpondeat, an dictum ſit ſatis: nam ſi vis, ut addam quid amplius, dicam.

EPHES. Nos alia reſponſione non egemus, ſed tantum aſſenſu, quod ita ſe habeat; nam illa examinabuntur: propterea non opus eſt prolixa oratione: nos enim ex ſcriptis quidem talem ſenſum percipimus, quærimuſque utrum bene perceperimus, necne?

IMPERATOR. Graves ſunt patres reverendiſſimo cardinali: ſed ſi opus eſt, alii patres reſpondeant; ſin minus, fiat ut lubet.

EPHES. Petimus, uti paucis ipſi quæſiimus, ita paucis reſponderi nobis: nam in diſputationibus aliter fieri non poteſt, niſi conciſæ fiant reſponſiones, atque ita progrediantur.

JUL. CARD. Ego nihil aliud quæro; quam ut ſi vis, omnia quæ dicta ſunt, aſſumas, ſi placet interrogationes miſſas facere: ita diſſeres, & refelles ea tantum inſpiciens, quæ ſcripta ſunt. Si tamen lubet, dic omnino quod vis, & reſpondebo tibi. Summa porro dictorum meorum hæc eſt. Chariſius obtulit ſynodo fidem ſuam, quæ ſane catholica erat. Poſtea confictum a Neſtorianis ſymbolum recitatum eſt. Synodus reprobavit confictum ſymbolum, non expoſitionem fidei a Chariſio factam. Quod ſi Chariſio non licuiſſet exponere; profecto ſynodus abrogaſſet illam, ac rejeciſſet. Dixi etiam, expoſitionem & confeſſionem fidei Chariſii ſimilem plane eſſe Nicæno ſymbolo, exceptis duabus aut tribus dictionibus, quæ etiam veræ ſunt & piæ: ſi res aliter ſe habet, dicat tua reverentia.

EPHES. Convenimus plane: nam & ego hunc eſſe dixi ſenſum tuorum dictorum, ſi unum excipias; nempe Chariſii fidem eſſe catholicam: erat enim catholica ſenſu tantum, non autem verbis; cum diverſis ab ea quæ Nicææ tradita eſt, conſtet vocabulis: ſed neque ab illis ut catholica probata eſt, verum ut congruens & ſequens catholicam fidem, illius tamen propria. Ita ſe res habet, an non?

JUL. CARD. Placet mihi quod dixiſti, & admitto: admitto autem hoc quod dicam: expoſitionem ſcilicet, ſive confeſſionem fidei Chariſii congruere, quod attinet ad ſenſum, cum fide catholica, non autem juxta

ὀρθῶς, ὅπως ἀναγραφῇ πρὸς ἐμὲ μόνον, καὶ οὐ πρὸς αὐτὴν τὴν ἀλήθειαν, ἢ πρὸς τοὺς ἄλλους πατέρας· δέχομαι δὲ καὶ τὴν προσφορὰν ἐκείνην ἢ ὑπόσχεσιν τῆς σῆς αἰδεσιμότητος λεγούσης, ὅτι ὁσάκις ἂν ἐρωτηθήσῃ παρ' ἐμοῦ, ἀνέξῃ τὴν ἡμετέραν ἐρώτησιν, καὶ ἀποκριθήσῃ κατὰ τὸ προσῆκον. ἔρχομαι δὲ πρὸς αὐτὴν τὴν ἀπόκρισιν, καὶ λέγω, ὅτι οὐκ ἦν ἀναγκαῖον τὴν σὴν αἰδεσιμότητα ἐρωτᾶν με νῦν, ἐπειδὴ ἐν τῇ προλαβούσῃ ὁμιλίᾳ πάντα εἶπον ἀναπεπταμένως καὶ σαφῶς· μᾶλλον δὲ καὶ γεγραμμένα δέδωκα τὰ εἰρημένα, καὶ ἀποχρώντως εἰσὶ πάντα ἐκεῖσε· ὅμως εἰ ἀρέσκει τῇ σῇ αἰδεσιμότητι, χαρίσομαί σοι καὶ τοῦτο, καὶ ἀποκριθήσομαι κατὰ τὴν ἐρώτησιν σου. ἀποκριθήτω γοῦν καὶ ἡ αἰδεσιμότης σου, εἰ ἀρκεῖται τοῖς εἰρημένοις, εἰ δὲ βούλει καὶ πλεῖόν μέ τι εἰπεῖν, ἐρῶ.

ΕΦΕΣ. Ἡμεῖς οὐ δεόμεθα ἑτέρας ἀποκρίσεως, ἀλλὰ συγκαταθέσεως μόνης, εἴπερ καὶ ἔχει οὕτως, ἐπειδὴ ἐξετασθήσονται ἐκεῖνα· διὰ τοῦτο οὐδὲ μακρῶν λόγων χρεία. ἡμεῖς γὰρ ὅσον ἀπὸ τῶν γεγραμμένων τοιαύτην διάνοιαν ἐξελάβομεν· καὶ ἐρωτῶμεν εἰ καλῶς ἐνοήσαμεν, ἢ οὔ;

ΒΑΣΙΛ. Οἱ πατέρες βαρύνουσι τὸν αἰδεσιμώτατον καρδινάλιον, ἀλλ' ἐὰν χρήζωσιν, οἱ ἄλλοι πατέρες ἀπολογησάσθωσαν. εἰ δὲ μή, πάλιν ὡς ἀρέσκει ἐκείνοις.

ΕΦΕΣ. Ζητοῦμεν, ὥσπερ εἴπομεν ἐν ὀλίγοις ῥήμασιν, οὕτω δέξασθαι καὶ τὰς ἀποκρίσεις. ἄλλως γὰρ ἐν ταῖς διαλέξεσιν οὐκ ἐγχωρεῖ γίνεσθαι, ἐὰν μὴ συντετμημέναι ὦσιν αἱ ἀποκρίσεις, καὶ οὕτω προβαίνωσιν.

ΙΟΥΛ. ΚΑΡΔ. Ἐγὼ οὐδὲν ἐρωτῶ ἄλλο τι, εἰ μὴ μόνον ἐὰν θέλῃς, ἵνα ἐπαναλάβῃς ἐκεῖνα τὰ εἰρημένα, ἐὰν φαίνηταί σοι μηδὲν ἐρωτᾶν· καὶ ποιοῦ τοὺς λόγους καὶ τὰς ἀνατροπάς, βλέπων μόνον πρὸς τὰ γεγραμμένα, εἰ δὲ θέλεις, πάλιν εἰπὲ ὃ χρήζεις, καὶ ἀποκρινοῦμαί σοι. ὅμως κεφαλαιωδῶς τὰ εἰρημένα παρ' ἐμοῦ εἰσι ταῦτα. ὁ Χαρίσιος ἔδωκεν ἐν τῇ συνόδῳ τὴν ἑαυτοῦ πίστιν, ἥτις ἦν καὶ καθολική. μετὰ ταῦτα ἀνεγνώσθη τὸ παραπλασθὲν σύμβολον ὑπὸ τῶν Νεστοριανῶν. ἡ σύνοδος ἀπεδοκίμασε τὸ σύμβολον τὸ παραπλασθέν, οὐ μὴν τὴν ἔκθεσιν τῆς πίστεως τῆς ἑαυτοῦ, ἥν τινα ὁ Χαρίσιος ἐποιήσατο πρὸς τὴν σύνοδον. διὰ τοῦτο εἴπερ οὐκ ἐξῆν τῷ Χαρισίῳ ἐκτίθεσθαι, ἠκύρωσεν ἂν καὶ ἠθέτησεν ἐκείνην ἡ σύνοδος. καὶ ὅτι ἡ ἔκθεσις καὶ ὁμολογία τῆς πίστεως τοῦ Χαρισίου σχεδὸν κατὰ πάντα ἐξομοιοῦται τῷ ἐν Νικαίᾳ συμβόλῳ, πλὴν δύο ἢ τριῶν λέξεων, αἵ εἰσι καὶ ἀληθεῖς καὶ καλαί. εἰ δὲ ἄλλως ἔχει, ἡ αἰδεσιμότης σου εἰπάτω.

ΕΦΕΣ. Συνεφώνησάς μοι κατὰ πάντα· τοιαύτην γὰρ εἶπον τὴν διάνοιαν καὶ ἐγὼ τῶν παρὰ σοῦ εἰρημένων, πλὴν ἑνὸς μόνου, τοῦ εἶναι τοῦ Χαρισίου τὴν πίστιν καθολικήν. καθολικὴ γὰρ ἦν τῇ ἐννοίᾳ μόνον, ἀλλ' οὐ ταῖς λέξεσι· παρηλλαγμένη γάρ ἐστι παρὰ τὴν ἐν Νικαίᾳ δοθεῖσαν· καὶ οὐδὲ ὡς καθολικὴ παρ' ἐκείνων ἐδέχθη, ἀλλ' ὡς συμβαίνουσα καὶ ἑπομένη τῇ καθολικῇ πίστει, ἰδία δὲ ὅμως ἐκείνου. οὕτως ἔχει, ἢ ἄλλως;

ΙΟΥΛ. ΚΑΡΔ. Ἀρέσκει μοι ὅπερ εἶπας, καὶ δέχομαι. δέχομαι δὲ τοῦτο ὅπερ ἐρῶ, ὅτι ἡ ἔκθεσις ἡ ὁμολογία τῆς πίστεως τοῦ Χαρισίου ἦν ἑπομένη τῇ καθολικῇ πίστει κατὰ τὸν νοῦν, οὐ μὴν κατὰ τὰς λέξεις

ἢ τὰς



ANNO CHRISTI 1438.

ἢ τὰς συλλαβάς, ἐπειδὴ πολὺ παρήλλακται. καὶ ὅταν ἐγὼ λέγω τὴν καθολικὴν πίστιν, τὴν ἀληθῆ νοῶ. εἰ δὲ ὁμολογεῖς, ὅτι ἡ τοῦ Χαρισίου ἔκθεσις ἡ ὁμολογία συμβαίνει τῇ καθολικῇ πίστει, καὶ ἑπομένη ἐστί, τοῦτο ἀρέσκει μοι. μεταξὺ δὲ ἐρωτῶ, πότερον ἡ ὁμολογία ἐκείνη ἐδέχθη παρὰ τῆς συνόδου, ἢ οὔ.

ΕΦΕΣ. Ἐδέχθη ὡς ἰδία, οὐχ ὡς κοινή·

ΙΟΥΛ. ΚΑΡΔ. Ἐδέξατο ὡς ἀληθῆ ἡ σύνοδος αὐτήν;

ΕΦΕΣ. Ἔχομεν ἱκανῶς τὰ ἠρωτημένα. πρὸς ὅλον τὸ ἐπιχείρημα τοῦτο καὶ φιλαλήθως καὶ ἁπλῶς ἀποκρινόμενοι λέγομεν· ὅτι ὁ Χαρίσιος ἐκεῖνος οὐχ ἁπλῶς ἐνεκάλει τοῖς Νεστοριανοῖς, ὡς ἑτέραν πίστιν ἐκδεδωκόσιν, ἀλλὰ διὰ τρία ταῦτα. πρῶτον μέν, ὅτι τὴν ὑπ' ἐκείνων διεστραμμένην πίστιν ὡς κοινὸν μάθημα παρεδίδουν τοῖς ἐξ αἱρέσεων προσερχομένοις τῇ πίστει, ἀντὶ τῆς ἐν Νικαίᾳ παραδοθείσης, τοῦτο δὲ ἀνατρέχει προδήλως εἰς ἀτιμίαν τῆς ἁγίας συνόδου ἐκείνης, καὶ τῆς ὑπ' αὐτῆς ἐκτεθείσης πίστεως. δεύτερον, ὅτι ψευδῆ καὶ διεστραμμένα δόγματα ἐν ταύτῃ παρέσπειραν καὶ ἀσεβείας πλήρη· διὰ τοῦτο καὶ ἀπιστίαν μᾶλλον ἢ πίστιν ἐκείνην καλεῖ ὁ Χαρίσιος. τρίτον, ὅτι καὶ αὐτὸν τὸν Χαρίσιον μὴ δεχόμενον τὴν τοιαύτην ἔκθεσιν ὡς αἱρετικὸν ἤλαυνον. διὰ ταῦτα τοίνυν ὁ Χαρίσιος ἠναγκάσθη τὴν ἑαυτοῦ πίστιν ἐκθέσθαι, ὡς ἠβούλετο καὶ οἷς ἐβούλετο ῥήμασιν, ἵνα δείξῃ ἑαυτὸν συμφωνοῦντα μὲν τοῖς ἐν Νικαίᾳ πατράσι καὶ τὰ αὐτὰ φρονοῦντα, εἰκότως δὲ παρὰ τῶν αἱρετικῶν ἐλαυνόμενον, ὡς ἀλλότρια τῆς ὀρθῆς πίστεως ἐκείνων φρονούντων. τοῦτο δὲ οὐδέποτε κεκώλυται, τὸ τὴν ἑαυτοῦ πίστιν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἐκτίθεσθαι ὡς βούλεται ἕκαστος, εἰς ἐπίδειξιν μόνον τοῦ ἑαυτοῦ φρονήματος, ἀλλ' οὐχ ὡς καθολικὴν ὁμολογίαν καὶ πίστιν· καὶ πολλῷ μᾶλλον τότε ἐξῆν, ὅτε οὐδὲ ὅρος ἔφθασεν ἐξενεχθῆναι. δῆλον γάρ ἐστι καὶ ἐν ταῖς μετὰ ταῦτα συνόδοις, ὅτι πολλοὶ τῶν ἡγουμένων τῆς ἐκκλησίας ἐξέθεντο τὴν ἑαυτῶν πίστιν κατὰ καιρούς, ὡς ἐβούλοντο, καὶ οἷς ἐβούλοντο ῥήμασι. καὶ γὰρ ὁ μακάριος Ἀγάθων, καθὼς ἡ ὑμετέρα αἰδεσιμότης εἴρηκε, τὴν ἑαυτοῦ ὁμολογίαν ἐκθέμενος μετὰ τῶν ὑπ' αὐτὸν ἐπισκόπων, ἀπέστειλε πρὸς τὴν ἕκτην σύνοδον τὴν οἰκουμενικήν. καὶ πρὸ αὐτοῦ ὁ μακάριος πατριάρχης Ἱεροσολύμων Σωφρόνιος ἐν τῇ οἰκείᾳ καταστάσει, τουτέστιν ἐν τῇ εἰς τὴν ἐπισκοπὴν ἀνόδῳ, γράψας τὴν ἔκθεσιν τῆς ἑαυτοῦ πίστεως πρὸς τὸν πατριάρχην Κωνσταντινουπόλεως ἀπέστειλεν· ἥτις ἔκθεσις ἀνεγνώσθη καὶ αὐτὴ ἐν τῇ οἰκουμενικῇ ἕκτῃ συνόδῳ. καὶ ὅλως ἕκαστος τῶν ἀρχιεπισκόπων καὶ πατριαρχῶν πρὸς ἀλλήλους ἀπέστελλον τὰ συνοδικὰ λεγόμενα γράμματα, οὐδὲν ἄλλο περιέχοντα ἢ τὴν ὀρθὴν πίστιν καὶ τὴν ὁμολογίαν τοῦ φρονήματος, καὶ μέχρι τοῦ νῦν τοῦτο γίνεται ἐν ταῖς ἀνατολικαῖς ἐκκλησίαις. οἱ γὰρ μετὰ τὸν Κωνσταντινουπόλεως πατριάρχαι τρεῖς ἕτεροι γράφουσιν ἐν ταῖς οἰκείαις καταστάσεσι πρὸς αὐτὸν τὴν ὁμολογίαν τοῦ ἰδίου φρονήματος. καὶ ὅλως ἐξ ἀρχῆς εἴωθε τοῦτο γίνεσθαι, καὶ μέχρι τοῦ νῦν ἐπικρατεῖ. διὰ τοῦτο καὶ ἐπὶ τῆς ἐκθέσεως ἐκείνης τοῦ Χαρισίου θαυμαστὸν οὐδέν, εἰ μὴ ἐπετιμήθη παρὰ τῆς συνόδου. οὐ γὰρ ὡς καθολικὴν πίστιν αὐτὴν ἐδω-

SESSIO XII.

voces & ſyllabas, cum multam habeat varietatem. Ego vero cum dico fidem catholicam, intelligo veram. Quod autem fateris, expoſitionem ſive confeſſionem Chariſii conſentire cum fide catholica, atque illam ſequi, mihi placet. Interim quæro, utrum illa confeſſio recepta fuerit a ſynodo, necne?

EPHES. Recepta eſt ut propria, non ut communis.

JUL. CARD. Recepit illam ſynodus ut veram?

A ροῦ ἀποπεσεῖν, ἤδη δὲ ἤλθομεν ἐπ' αὐτὴν τὴν ὑπόθεσιν· πρὸς δὲ, ἐπειδὴ ἐν τῇ προλαβούσῃ, ὁ γαληνότατος κύριος ὁ βασιλεὺς ἐμήνυσε πρὸς τὸν ἁγιώτατον δεσπότην ἡμῶν, ἵνα συνέλθωμεν ἰδίᾳ καὶ μυστικῶς, καὶ μὴ διὰ μακρῶν ὁμιλιῶν, μηδὲ ἀποτάδην διαλεχθῶμεν πρὸς ἀλλήλους, ἤδη ἄρξομαι διὰ βραχέων ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. ἐν ὅσῳ ἦμεν ἐν τῇ πόλει τῆς Φεῤῥαρίας, καὶ ἐβουλευόμεθα ἐκεῖθεν μετατιθέναι τὴν ἱερὰν ταύτην σύνοδον ἐν τῇ πόλει τῆς Φλωρεντίας, ἡ γαληνότης αὐτοῦ καὶ ἡ πατρότης τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου κατὰ πολὺ ἐφίετο, ὥστε τὴν πραγματείαν ταύτην τῆς ἑνώσεως συμπληρωθῆναί τε καὶ συμπερανθῆναι, τοῦτο τὸ B ῥῆμα ὑπερβαλλόντως ἐδέξατο ὁ μακαριώτατος πατὴρ, οὗ τινος τὸ ἔργον καὶ ἡ ἔφεσις θερμοτάτη ἐστὶν, ὥστε τὴν πραγματείαν ταύτην τῆς ἑνώσεως διὰ ταχέων γενέσθαι. ἔφη γὰρ ἡ ἁγιότης αὐτοῦ διὰ τῶν ἐκ τοῦ μέρους ἀποτεταγμένων, ὅτι οὐδεὶς ἐστι τρόπος ἄλλος ἐπιτηδειότερος ὥστε τὴν ἕνωσιν τελεσθῆναι, ἀλλ' ἢ συχνάκις παραβάλλειν, καὶ διαλέγεσθαι, καὶ σχεδὸν καθ' ἑκάστην ἡμέραν. τελευταῖον ἀπεφάνθη συναινέσει ἑκατέρων, ἵνα ἐξ ἅπαντος συνερχώμεθα τρεῖς τῆς ἑβδομάδος, καὶ ἵνα αἱ διαλέξεις διαρκῶσι μέχρι τριῶν ὡρῶν, μὴ προσισταμένου τινὸς, ὅπερ μὴ γένοιτο, ἢ εἰς τὸ πρόσωπον τοῦ μακαριωτάτου πατρὸς, ἢ τοῦ γαληνοτάτου κυρίου τοῦ βασιλέως, ἢ τοῦ ἁγίου C πατριάρχου. ἐν τούτοις ἔδοξε τῷ γαληνοτάτῳ κυρίῳ τῷ βασιλεῖ συμφέρον ἔσεσθαι, πρὶν ἂν ἀρξώμεθα τῶν συνοδικῶν διαλέξεων, ἵνα ἐκλεξώμεθά τινας ἐξ ἑκατέρου μέρους, τοὺς διασκεψομένους ἰδίᾳ μετ' ἀγάπης, ἐφ' ᾧ εὑρεθῆναί τινα τρόπον ποιοῦντα πρὸς τὴν ἕνωσιν. μέμνημαι δὲ ἐπὶ τούτοις εἰρηκέναι, μᾶλλον συμφέρειν καὶ λυσιτελῆσαι εἴπερ προηγήσονται συνοδικαὶ καὶ κοιναὶ διαλέξεις, ὥστε διὰ τούτων τῶν διαλέξεων τῶν μεταξὺ πρῶτον μὲν εὕρωμεν τὴν ἀλήθειαν, εἶτα εὑρεθείσης τῆς ἀληθείας χωρήσωμεν πρὸς τὸ μέσον τὸ ποιοῦν τὴν ἕνωσιν. ὅμως ἡ γαληνότης αὐτοῦ ἐνέμεινε τῇ ἑαυτῆς διαθέσει, χρώμενος καὶ τούτῳ τῷ παραδείγματι· ἔλεγε γὰρ, ὡς ἡνίκα ἐμπέσῃ ἀμφισβήτησις μεταξὺ D δύο τινῶν φίλων, ὥστε αὐτοὺς ἀναγκάζεσθαι παραγενέσθαι εἰς δικαστήριον, μᾶλλον ἂν εἵλοντο πρὶν εἰς δικαστήριον ἀπελθεῖν, προσλαβεῖν φίλους τινὰς, ὥστε τὴν μεταξὺ διαφορὰν δι' αὐτῶν διαλύσασθαι. εἰ δὲ διὰ τοῦ τρόπου τούτου οὐ δυνηθεῖεν εὑρεῖν τὸ ποιοῦν μεταξὺ αὐτῶν ὁμόνοιαν καὶ ἕνωσιν, τὸ τελευταῖον παραβάλλουσιν εἰς τὸ δικαστήριον. οὕτως ἡ γαληνότης αὐτοῦ ἔλεγεν, ἵνα πρῶτον μὲν ἰδίᾳ καὶ μυστικῶς σκεψώμεθα περὶ τῶν ἀγόντων εἰς τὴν ἕνωσιν· καὶ εἰ μὲν τούτῳ τῷ τρόπῳ προβῇ συμπέρασμα, ἰδοὺ καλόν· εἰ δὲ μὴ, τότε προχωρήσομεν καὶ εἰς τὰς κοινὰς διαλέξεις. E ταῦτα ἀκούσας ὁ μακαριώτατος πατὴρ, καὶ βουλόμενος χαρίσασθαι τῷ βασιλεῖ συνῄνεσε καὶ αὐτὸς, ὥστε ἰδίᾳ σκέψασθαι περὶ τοῦ τρόπου τῆς ἑνώσεως· καὶ οὕτω τελευταῖον εἴρηται μεταξὺ τοῦ γαληνοτάτου βασιλέως καὶ τῶν περὶ αὐτὸν, ὅτι μετὰ τὸ ἐπιδημῆσαι εἰς τὴν Φλωρεντίαν, πρῶτον ἰδίᾳ καὶ μυστικῶς σκέψασθαι τὴν μεταχείρισιν τῆς ἑνώσεως, καὶ εὑρεῖν τρόπον τινὰ, δι' οὗ ἀπέλθωμεν εἰς τὴν ἕνωσιν. καὶ εἰ μὲν τούτῳ τῷ τρόπῳ γένηται τέλος, καὶ ἐπακολουθήσῃ συμπέρασμα, καὶ γένηται ἕνωσις, ἤδη καλόν· εἰ δὲ μὴ, ὀφείλομεν χω-

Seſſio XVII.

A major pars temporis effluxerit; & ventum jam eſt ad rem ipſam: & præterea quoniam heſterna die ſereniſſimus dominus imperator miſit, qui ſanctiſſimo domino noſtro dicerent, ut privatim & ſecreto conveniremus, & non longis aut perpetuis uteremur ſermonibus; nunc brevi aggrediar in nomine domini Jeſu Chriſti. Dum eſſemus Ferrariæ, & deliberaremus de transferenda hac ſancta ſynodo Florentiam, ſerenitas ſua, & ſanctiſſimi patriarchæ paternitas vehementer optabant, ut negotium hoc conciliandæ unitatis perficeretur, & abſolveretur. Dictum hoc ſupra modum pla- B cuit beatiſſimo patri; cujus opus & ardentiſſimum deſiderium eſt, ut hoc unionis negotium quamcitiſſime fiat. Dixit enim ejus ſanctitas per alterius partis deputatos, nullum eſſe alium aptiorem modum ad perficiendam unionem, quam ſi frequenter conventus diſputationeſque habeantur, & fere per dies ſingulos. Tandem utriuſque partis conſenſu decretum eſt, ut omnino ſingulis hebdomadis ter conveniremus, & diſputationes ad trium horarum ſpatium protraherentur: non obſtante aliquo, quod abſit, aut in perſona beatiſſimi patris, aut ſereniſſimi domini imperatoris, aut C ſacri patriarchæ. Interea viſum eſt ſereniſſimo domino imperatori operæpretium eſſe, antequam ſynodicas aggrederemur diſputationes, deligi aliquos ex utraque parte, qui privatim cum caritate modum aliquem perquirerent, qui faceret ad unionem. Memini vero me ad hæc dixiſſe; potius conducere & utilius eſſe, ſi præcedant ſynodicæ communeſque diſceptationes; ut per has interim primum quidem reperiamus veritatem; deinde comperta veritate tranſeamus ad medium, quo conjungamur. Serenitas tamen ſua permanſit in ſuo ſenſu, hoc etiam uſa exemplo: Dicebat enim, ſi quando inter duos amicos oriatur controverſia, ut accedere ad D judicem compellantur, antequam eant; malle eos quorumdam amicorum judicio controverſiam dirimi: quod ſi hac via reperiri non poſſit quod illos ad concordiam revocet, tum demum ad tribunal ſe ſiſtere. Ita, ſerenitas ſua ajebat; prius eſſe agendum privatim ac ſecreto de conducentibus ad unionem: & ſi quidem hac via concludatur aliquid, bene erit; ſin minus, tunc progrediemur etiam ad publicas diſputationes. Hæc porro cum beatiſſimus pater accepiſſet, velletque indulgere impera- E tori, annuit & ipſe, ut privatim modus unionis conquireretur. Ita poſtremo inter ſereniſſimum imperatorem & ſuos dictum eſt; ut ubi perveniretur Florentiam, unionis negotium privatim, ac ſecreto prius tractaretur, & inveniretur modus aliquis, per quem conveniremus; & ſi quidem hac ratione finis rei fieret, & ſequeretur concluſio, & partium conjunctio, bene: ſin minus, citra ullam dilationem ter per hebdomadam haberentur conventus, ut ſupra jam dixi. Convenit jam in nomi-

SESSIO XVII.

nomine domini noſtri Jeſu Chriſti ſerenitas ſua & ſanctiſſimus patriarcha cum ſuis ad præſtandum quod Ferrariæ inter nos convenerat. Quoniam ergo ſereniſſimus imperator primus hoc propoſuit, ut privatim tractaremus; viſus enim eſt ipſi modus iſte omnium optimus; propterea beatiſſimus pater compertum habet, eſſe ab imperatore inventum modum aliquem, qui fuerat ad unitatem. Idcirco petit, ut modum illum velitis aperire, ut de eo quoque conſilium capiamus. Hæc ſunt, quæ juſſu beatiſſimi patris ita ſimpliciter & nude, ſicut promiſeram, expoſui veſtræ caritati.

B

IMPERATOR. Ego dicere aliquid habebam ante reverendum cardinalem, ſed quia prior ipſe locutus eſt, propterea illud non dixi: nunc volo dicere quod eram dicturus; deinde reſpondebo etiam ad ea, quæ dixit reverendus cardinalis. Dico igitur, nos eſſe exorſos, & diſputaſſe de additamento multis validiſque rationibus; ſimiliter & vos. Confidimuſque divino freti auxilio, quæcumque a nobis dicta ſunt, nervoſa extitiſſe & neceſſario concludentia: nec deerant nobis multo plura & validiora quæ diceremus; ſed quia

C reverendus cardinalis ejuſque ſocii rogarunt nos, ut prætermitteremus quæ dicenda habebamus; necnon ſanctiſſimus pater de hoc ſeorſum locutus mecum eſt; idcirco viſum nobis eſt opportunum prætermittere tunc illam partem propterea quoque nihil dicimus hac de re in præſenti; quamquam ſtudio brevitatis etiam hoc idem omiſimus: ſitum tamen eſt in voluntate noſtra, ut cum voluerimus, & quomodocumque voluerimus, de hoc dicamus. Cœterum hoc præfari viſum mihi eſt bono conſilio factum, nec poſthac ademptam nobis putet aliquis facultatem ad hoc redeundi, quod ſemel prætermiſerimus: nec opus eſt ut ad hoc re-

D ſpondeatis: nam ſicuti diximus, hoc tum prætermiſimus, ut, quandocumque voluerimus, reſumere illud poſſimus. Alterum vero negotium ita ſe habet ut ipſe narravit; & ſupervacaneum mihi videtur de eo verba facere: fatemur enim ita ſe habere, ut ipſe ait. Quod vero petit, an habeamus dicere aliquid; nos, ut etiam alias diximus, nihil habemus meditatum: ipſi potius, ut ſi quid habetis dicere, dicatis rogamus; & gratum id nobis erit: arbitramur enim fieri poſſe, ut ipſi habeant aliquid nobis de hoc dicere: & ſi habent, dicant. Hoc in præſentia de hac re dico.

E Poſt hæc cardinales & archiepiſcopi acceſſerunt ad pontificem; & conſultatione modice habita, dixit iterum cardinalis:

JUL. CARD. Sereniſſime domine imperator, & reverendiſſimi ac venerabiles patres, ſanctiſſimus dominus noſter ſummus pontifex mihi turſus præcepit, ut breviter aliquid dicam de ipſius & patrum qui adſunt ſententia, ad reſpondendum iis, quæ nunc dixit tua ſerenitas. Sanctitas ejus, & omnes qui cum eo ſunt, audi-

ANNO CHRISTI 1439.

A εἰς ἀναβολῆς συνέρχεσθαι τοὐλάχιστον τρεῖς τῆς ἑβδομάδος, καθὼς ἤδη προείρηκα. ἤδη λοιπὸν ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ συνῆλθεν ἡ γαληνότης αὐτοῦ καὶ ὁ ἁγιώτατος πατριάρχης μετὰ τῶν περὶ αὐτὸν, ἐφ᾽ ᾧ πληρῶσαι τὴν συμφωνίαν, ἣν ἐν τῇ Φερραρίᾳ πεποιήκαμεν. ἐπειδὴ οὖν ὁ γαληνότατος βασιλεὺς πρῶτος προέτεινε τοῦτο, ὥστε ἡμᾶς ἰδίᾳ σκέψασθαι, ἔδοξε γὰρ αὐτῷ ὁ τρόπος οὗτος μάλιστα ἄριστος, διὰ τοῦτο πεπεισμένος ἐστὶν ὁ μακαριώτατος πατὴρ τὸν βασιλέα εὑρεῖν τρόπον τινὰ τὸν ἄξοντα εἰς τὴν ἕνωσιν. καὶ διὰ τοῦτο ἀξιοῖ, ἵνα θελήσητε δεῖξαι τὸν τρόπον ἐκεῖνον, ὥστε καὶ ἐπὶ τούτῳ σκέψασθαι ἡμᾶς. ταῦτά εἰσιν ἅτινα ἐξ ἐπιταγῆς τοῦ μακαριωτάτου πατρὸς πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀγάπην οὕτως ἁπλῶς καὶ

B γυμνῶς ἐξεθέμην κατὰ τὴν ὑπόσχεσιν.

BASIL. Ἐγὼ ἐβουλόμην εἰπεῖν τι πρὸ τοῦ αἰδεσίμου καρδιναλίου· διότι δὲ προλαβὼν ἐκεῖνος εἶπεν, οὐκ εἶπον αὐτό. νῦν δὲ βούλομαι εἰπεῖν ὅπερ πρότερον προεθέμην εἰπεῖν, ἔπειτα δὲ ἀπολογήσομαι καὶ πρὸς τοὺς λόγους τοῦ αἰδεσίμου καρδιναλίου. λέγω τοιγαροῦν, ὅτι ἡμεῖς ἠρξάμεθα καὶ διελέχθημεν πολλὰ, εἰπόντες λόγους πολλοὺς περὶ τῆς προσθήκης καὶ ἀναγκαίους, ὡσαύτως καὶ ὑμεῖς. καὶ θαρροῦμεν εἰς Θεὸν, ὅτι ὅσα εἴπομεν ἦσαν καὶ γνήσια, καὶ ἀναγκαῖα καὶ εἴχομεν εἰπεῖν καὶ ἔτι πολλῷ πλείονα καὶ ἰσχυρότερα· ἀλλὰ διότι ὁ αἰδέσι-

C μος καρδινάλιος καὶ οἱ μετ᾽ αὐτοῦ ἠξίωσαν ἡμᾶς, ὡς ἂν ἀφῶμεν ἃ εἰπεῖν εἴχομεν· ἔτι δὲ καὶ ὁ ἁγιώτατος πατὴρ ἰδίᾳ εἶπε περὶ τούτου πρὸς ἐμὲ, διὰ τοῦτο ἐφάνη καλὸν ἡμῖν, καὶ παρελίπομεν τὸ μέρος ἐκεῖνο τότε· διὸ καὶ οὐδὲν λέγομεν νῦν περὶ τούτου· ἄλλως τε καὶ διὰ τὴν συντομίαν τοῦ ἔργου εἰάσαμεν τοῦτο. ὅμως ἐστὶν τὸ ἡμέτερον θέλημα, ὅτι θέλομεν, καὶ ὡς ἂν θέλομεν εἰπεῖν περὶ τούτου. πλὴν ἐφάνη μοι καλὸν προειπεῖν τοῦτο, ἵνα μὴ δόξῃ εἰς τὸ ἔμπροσθεν, ὅτι ἅπαξ παραιτησάμενοι οὐκ ἔτι ἔχομεν ἄδειαν ἐπανέρχεσθαι εἰς αὐτό. καὶ ὑπὲρ τούτου οὐ χρεία, ἵνα ποιῆτε ἀπολογίαν. ἐπειδὴ ὡς εἴπομεν, εἰάσαμεν τοῦτο τότε, ἵνα ὁπόταν θελήσωμεν, πάλιν ἐπ-

D ανελθεῖν ἔχωμεν εἰς αὐτό. περὶ δὲ τῆς ἑτέρας ὑποθέσεως, οὕτως ἔχει ὡς αὐτὸς φησὶ, καὶ περιττόν μοι δοκεῖ ἵνα λέγωμεν περὶ τούτου· στέργομεν γὰρ τοῦτο, ὅτι οὕτως ἔχει ὡς αὐτὸς λέγει. περὶ δὲ τοῦ ἐρωτήματος οὗ ἐρωτᾷ, ἐὰν ἔχωμεν τι εἰπεῖν· ἡμεῖς περὶ τούτου καὶ ἄλλοτε εἴπομεν, ὅτι οὐκ ἔχομεν τι ἐσκεμμένον. μᾶλλον ἡμεῖς ἀξιοῦμεν, ὅτι ἐὰν ἔχητε αὐτοί τι εἰπεῖν, εἴπατε ἡμῖν, καὶ φανήσεται τοῦτο ἡμῖν ἀρεστόν. ὑπολαμβανόμεθα γὰρ, ὅτι ἐνδεχόμενόν ἐστιν ἔχειν αὐτούς τι εἰπεῖν πρὸς ἡμᾶς περὶ τούτου· καὶ εἴπερ ἔχουσιν, εἰπάτωσαν. τοῦτο λέγω κατὰ τὸ παρὸν περὶ τούτου.

Μετὰ ταῦτα τῶν καρδιναλίων καὶ τῶν ἀρχιεπισκό-

E πων πρὸς τὸν πάπαν γενομένων, καὶ βουλευομένων ἐφ᾽ ἱκανὸν, πάλιν ὁ καρδινάλιος εἶπε·

IOUL. KARD. Γαληνότατε κύριε βασιλεῦ, καὶ αἰδεσιμώτατοι καὶ σεβάσμιοι πατέρες, ὁ ἁγιώτατος δεσπότης ἡμῶν ὁ ἄκρος ἀρχιερεὺς πάλιν ἀνετείλατό μοι, ἵνα εἴπω τινὰ διὰ βραχέων, ἅ τινά εἰσι τῆς γνώμης αὐτοῦ καὶ τῶν παρόντων πατέρων, ἅ τινα ἔσονται πρὸς ἀπολογίαν τῶν ῥηθέντων κατὰ τὸ παρὸν ὑπὸ τῆς σῆς γαληνότητος. ἡ ἁγιότης αὐτοῦ καὶ πάντες οἱ μετ᾽ αὐτοῦ ἤκουσαν ὅσα παρὰ τῆς σῆς γαληνότητος λίαν εὐρύθμως κατὰ τὸ εἰωθὸς εἴρηται. ἡ γαληνότης σου τοίνυν ἤρξατο ἀπὸ

τού-



ANNO CHRISTI 1439.

τούτου πρῶτον, ὅτι ἐγένοντο διαλέξεις τινὲς περὶ τοῦ ἄρθρου ἐκείνου, πότερον ἔξεστι προστιθέναι τι ἐν τῷ συμβόλῳ· καὶ ὅτι πέποιθεν ἡ γαληνότης σου, ὅτι τὰ εἰρημένα παρὰ τῶν σῶν περὶ τῆς διαφορᾶς ἐκείνης, ὑπῆρχον καλὰ καὶ εὔλογα· καὶ ὅτι καὶ ἄλλα πλεῖστα παρελείφθησαν, ἅπερ ὤφειλον ἐπὶ τούτῳ ῥηθῆναι· καὶ ὅτι μεταξὺ τῶν διαλέξεων πολλάκις εἶπον ἐγὼ, καὶ ἐζήτησα, ἵνα παραλειφθεισῶν τῶν διαλέξεων ἐκείνων προχωρήσωμεν ἐπὶ τὰς διαλέξεις τὰς ποιούσας περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου πνεύματος· καὶ ὅτι αὐτὸς ὁ μακαριώτατος πατὴρ ἠξίωσε περὶ τούτου, ὥστε παραλειφθῆναι μὲν τὴν συζήτησιν ἐκείνην, μεταβῆναι δὲ ἐπὶ τὴν τῆς ἑτέρας δια-

B φορᾶς ζήτησιν· καὶ ὅτι τότε ἡ γαληνότης σου βουλομένη χαρίσασθαι τῷ μακαριωτάτῳ πατρὶ καὶ ἡμῖν, ἔδοξέ σοι δεῖν παραλιπεῖν ἐκείνας τὰς διαλέξεις ἢ συζητήσεις, οὕτω γε μὴν ὥστε τὴν διαφορὰν ἐκείνην, ὅταν δόξῃ τῇ σῇ γαληνότητι, πάλιν καὶ κινῆσαι καὶ διαλέξασθαι περὶ τούτου· ὥστε ἐάν ποτε δόξῃ τοῖς σοῖς ἐπανελθεῖν ἐπὶ τὰς πρώτας ἐκείνας διαλέξεις, μὴ δόξαι ἡμῖν τὸ πρᾶγμα παρὰ λόγον καὶ παρὰ τὸ εἰκός. προσέθηκας δὲ τελευταῖον, ὅτι οὐκ ἔστι χρεία τὸ οἱονοῦν ἀπολογήσασθαι, ἀλλὰ τούτων εἰρημένων μεταβῆναι ἐπὶ τὰ ἕτερα. τῷ γοῦν ἁγιωτάτῳ πατρὶ καὶ τοῖς αἰδεσίμοις τούτοις πατράσιν ἐξ ἅπαντος φαίνεται ἡμᾶς τινα εἰπεῖν περὶ

C τούτου. πρὸς μὲν οὖν τὸ πρῶτον, ὅτι δοκεῖ σοι τοὺς σοὺς εἰρηκέναι λόγους πολλοὺς καὶ ἰσχυροὺς καὶ δικαίους, καὶ ἔχειν καὶ ἄλλους πλείους, φαίνεται τῷ ἁγιωτάτῳ πατρὶ καὶ τοῖς αἰδεσιμωτάτοις πατράσιν, ὅτι εἰ ἕτερα ἔχετε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν οὐκ οἴδαμεν· ἴσμεν δὲ καλῶς, ὅτι ἡ ἔκθεσις ἐκείνη ἀνεπτύχθη οὕτω τηλαυγῶς, οὕτω λαμπρῶς. ὥστε μηδένα τρόπον ἔχειν ἀμφισβητήσεως. πεπείσμεθα μέντοι, ὅτι ἡ σὴ γαληνότης, καὶ πάντες οἱ σεβάσμιοι πατέρες, ἀκούσαντες τὰς ἀνικήτους ἡμῶν ἀπολογίας, ἅτε νουνεχεῖς ὄντες καὶ σοφώτατοι, ἔχουσιν ἐν ταῖς καρδίαις ταῖς ἑαυτῶν τὴν διαφορὰν ἐκείνην σαφῶς ἀνεπτυγμένην ὑπάρχειν, καὶ λαμπρῶς διασαφηνισθεῖσαν.

D ὅτι δὲ πολλοὶ λόγοι καὶ πολλαὶ αἰτίαι περὶ τὴν ὑπόθεσιν ἐκείνην γεγόνασι τοῖς σοῖς, ἴσμεν τοῦτο καλῶς, ὅτι πολλάκις ἐδόθη αὐτοῖς ἄδεια τοῦ λέγειν, καὶ ἐν ταῖς διαλέξεσιν εἶχον ἄδειαν· ἔτι δὲ καὶ μετὰ ὃ ἀπέδωκαν τὰς ἀποκρίσεις πολλαὶ ἡμέραι παρῆλθον, ἐν αἷς ἦν λέγειν αὐτοῖς τὰ δοκοῦντα. εἰ δὲ ἐναπελείφθη λόγος ἰσχυρὸς, ὃς ἦν ἄξιος ῥηθῆναι, νομίζομεν ὅτι καθ᾽ ὃν τρόπον εἶπον τὰ λοιπὰ, εἶπον ἂν κἀκεῖνον. μᾶλλον μὲν οὖν πολλὰ ἐπιχειρήματα ἡμῶν οὐκ ἐδέξαντο ἀπολογίαν, ἀλλ᾽ ἔμειναν οὕτως ἄλυτα. καί τοι πρὸς τὰς ἀποκρί-

E σεις αὐτῶν ἡμεῖς ἀπελογήθημεν λαμπρῶς καὶ καλῶς καὶ δικαίως, ἐφ᾽ αἷς ἀποκρίσεσιν οὐδὲν παρ᾽ αὐτῶν ἀντεισηνέχθη λαμπρόν. ὅτι δὲ ἐζητήθη παρὰ τοῦ μακαριωτάτου πατρὸς, ὥστε ἡμᾶς μεταβῆναι ἐπὶ τὰς διαλέξεις ταύτας, εἴρηται καὶ πρότερον παρ᾽ ἐμοῦ, ὅτι δι᾽ οὐδένα ἄλλον τρόπον ἐζητήθησαν παρ᾽ ἡμῶν, ἢ ὅτι ἡμεῖς πεπληροφορημένοι ἦμεν περὶ ἐκείνων, ὅτι ἀπεδείξαμεν ταῦτα λαμπρῶς. διὰ τοῦτο οὐκ αἱρούμεθα τὸν καιρὸν κατατρίβειν· αἱ γὰρ διαλέξεις περὶ τὰ ἀμφίβολα γίνονται. διὰ τοῦτο ὥστε μὴ καταναλίσκεσθαι τὸν καιρὸν, καὶ ἐγὼ γνώ-

A vere quæcumque apte decenterque admodum, ut ſui moris eſt, tua dixit ſerenitas. Orſa igitur eſt tua ſerenitas ab eo primum, quod aliquæ ſint habitæ diſputationes de illo articulo, Num liceret addere quidpiam ſymbolo: & confidat tua ſerenitas, recta & rationi conſentanea fuiſſe quæ dicta ſunt a tuis de illa controverſia: & ſint alia plura prætermiſſa, quæ de hac materia erant dicenda: quodque ipſe inter diſputandum ſæpe dixerim, petierimque ut omiſſis illis diſputationibus progrederemur ad diſputationes de proceſſione ſancti Spiritus: & ipſe beatiſſimus pater rogaverit,

B ut illa quidem prætereiretur quæſtio, tranſiretur autem ad alterius controverſiæ diſquiſitionem: & tua ſerenitas gratum facere tunc volens beatiſſimo patri & nobis, omittendas eſſe cenſuerit diſputationes illas ſeu diſquiſitiones; ita tamen, ut quando libuerit tuæ ſerenitati, rurſus illa controverſia & proponatur & agitetur: adeo ut ſi quando tibi videbitur ad primas illas redire diſputationes, id nobis nec abſurdum, nec alienum a ratione videatur: poſtremo addidiſti, nulla opus eſſe ad hæc reſponſione, ſed his dictis tranſeundum eſſe ad alia. Verum ſanctiſſimo patri & reverendis hiſce pa-

C tribus omnino videtur eſſe aliquid a nobis de hoc dicendum. Ad primum itaque, quod tui tibi videantur attuliſſe rationes multas & validas & optime concludentes, & habere alias plures; videtur ſanctiſſimo patri & reverendiſſimis patribus ita dicendum: Neſcire quidem nos, an alia lateant in cordibus veſtris: ſcire tamen illud plane, propoſitionem illam adeo perſpicue, adeo luculenter fuiſſe explicatam, ut nullus dubitandi relictus ſit locus. Exploratum vero habemus, ſerenitatem tuam omneſque venerandos patres, auditis noſtris invictis reſponſionibus, utpote prudentes ac ſapien-

D tiſſimos apud ſe controverſiam illam habere pro liquido explicata dilucideque declarata: & multos quidem a tuis fuiſſe habitos ſermones de illa materia, multaſque rationes allatas optime ſcimus: nam conſtat, ſæpe illis datam fuiſſe facultatem dicendi, atque in diſputationibus licuiſſe proferre ſi quid haberent: nec non poſt redditas ab iis reſponſiones præteriiſſe multos dies, quando fas erat illis dicere quæ viderentur. Quod ſi forte aliquod ſupereſt argumentum prolatu dignum, dixiſſent illud etiam, ſicut & reliqua putamus. Quinimo ad complura noſtra argumenta nihil reſponſum eſt,

E quæ adhuc enodationem deſiderant: cum nos eorum reſponſis luculenter, probe, atque adamuſſim ſatisfecerimus, illis contra nihil præclari objicientibus. Quod vero beatiſſimus pater petierit, ut ad haſce diſputationes tranſiremus; jam antea dixi, nulla alia de cauſa fuiſſe id a nobis quæſitum, quam quod certum haberemus, per illas fuiſſe rem a nobis clariſſime demonſtratam, & nollemus propterea tempus conterere: diſputationes enim de rebus fiunt ambiguis. Idcirco ne tempus fruſtra conſumeretur, ego

etiam

SESSIO XVII.

SESSIO XVII.

etiam vos illud rogavi de communi om-
nium sententia. Sed neque protulimus
quicquam ex nobis ut nostrum inventum;
verum quidquid diximus, ex epiſtolis,
ex ſynodis, & aliis ſanctis patribus de-
prompſimus: neque tamen aut rogatu pa-
tris beatiſſimi, aut meo, quæſtionis il-
lius diſcuſſio prætermiſſa eſt: imo vero
poſtea multæ ſunt ea de re habitæ di-
ſputationes, in quibus dicta ſatis ſunt
quæ videbantur. Ceterum nos minime
expedire, nullamque afferre utilitatem ar-
bitramur, relicta tantopere examinata ma-
teria ſine determinatione tranſire ad alia:
ſed ſi rationes aliquæ ipſis ſuppetunt ad
controverſiam illam ſpectantes, & dignæ
quæ proferantur, parati ſunt beatiſſimus
pater & hi reverendi patres audire vos
differentes: nos autem divinæ opis ſpe
nixi, uti priores diluimus, ita poſte-
riores quoque diluemus. Dixit poſtremo
tua ſerenitas, rem eſſe a me narratam
uti ſe habuit: & nullum medium eſſe a
tua ſerenitate excogitatum, aut medita-
tum: ſe vero potius arbitrari, eſſe ali-
quid a nobis inventum, quod ſi eſt, af-
feramus in medium. Ad hoc ſatis jam ego
reſpondi; Nam cum tua ſerenitas tunc
diceret, modum hunc fore utilem, ego
reſpondi, utilius fore diſputationes ſyno-
dicas aggredi. Verum tua ſerenitas inſti-
tit aſſerens, ita magis expedire. Quoniam
igitur viſus eſt ſerenitati tuæ, tuiſque om-
nibus inventus quidam unionis modus,
rogamus & obſecramus, ut ille ponatur in
medio. Quod ſi tunc ſerenitas tua dixiſ-
ſet, præſtare ſynodicas ordiri diſceptatio-
nes, nos autem prætuliſſemus modum ſe-
cretum, merito noſtrum eſſet exponere il-
lud medium: ſed quia vos hoc quæſiſtis,
jure a vobis debet tale medium & inveni-
ri, & in præſentia proponi.

IMPERATOR. Quæ dixi de priori additamenti mate-
ria, non eo animo dixi, ut mihi reſpon-
deretur: jam enim convenit inter nos, ut
tranſeamus ad aliam: dico tamen, mihi
non probari ut retrocedamus, & agamus
de illa, ſed miror, ſi quæſtionem illam
exiſtimant a nobis miſſam ob eam cauſam:
norunt enim tractationis progreſſum, ut
nihil aut ab illis aut a nobis fuerit con-
cluſum. Quapropter non opus eſſe arbi-
tramur ad indeciſam illam redire materiam.
Oporteret enim aut a noſtra, aut ab eo-
rum parte declarari, ſatis examinatam eſ-
ſe materiam, nec eſſe amplius de ea diſpu-
tandum; at quia jam ſtatuimus agitandam
eſſe rem ipſam, de ea volumus agere. Ve-
rum nos id nec omiſimus, nec omittemus,
ſed ſtabit ſi quando opus erit. Quare de
hoc ſatis. Quod vero ad alteram attinet
materiam; nos haud nobis ſolis adjudica-
vimus inveſtigationem illius modi, ut no-
bis incumbat hæc neceſſitas, ſed utriſque:
neque enim ad hoc ulla nos neceſſitate pre-
mimur. Propterea dicant, ſi quid habent
dicere: ſin minus, vobiſcum ipſi cogita-
te, & nos pariter cogitabimus, atque ita
conveniemus. Quod ſi hac via nullus repe-
rietur unionis modus, tunc nihil impediet,
quo minus ſynodicæ communeſque ſeſſiones
cum diſputationibus habeantur.

JUL. CARD. Sereniſſime domine imperator, ad tol-

ANNO CHRISTI 1439.

μὴ πάντων τὸ τοιοῦτον ἐζήτησα παρ' ὑμῶν. ἀλλ' οὐδὲ
προϊωνέγκαμεν τι ἡμέτερον ὡς παρ' ἡμῶν εὑρεθέν,
ἀλλ' ὅ, τι ἂν εἴπομεν, εἴπομεν ἀπὸ τῶν ἐπιστολῶν
καὶ τῶν συνόδων καὶ ἄλλων ἁγίων πατέρων· ἀλλ' ὅ-
μως οὔτε διὰ τῆς παρακλήσεως τοῦ μακαριωτάτου πατρὸς,
οὔτε διὰ τῆς ἐμῆς, ἡ περὶ τὸ ζήτημα ἐκεῖνο σκέψις
καταλείφθη, μᾶλλον δὲ μετὰ ταῦτα πολλαὶ διαλέ-
ξεις ἐγένοντο περὶ τούτου, ἐν αἷς ἱκανῶς ἐρρήθησαν
τὰ δοκοῦντα. οὐ δοκεῖ δὲ ἡμῖν χρήσιμον καὶ λυσιτελὲς,
τὴν οὕτως ἐξετασθεῖσαν ὑπόθεσιν πάλιν ἐᾶσαι μετέω-
ρον, καὶ προβαίνειν ἐφ' ἕτερα· ἀλλ' εἴπερ ἔχουσι λό-
γους τινὰς, καί εἰσι ῥητοὶ περὶ τὴν διαφορὰν ἐκείνην,
ὁ μακαριώτατος πατὴρ καὶ οἱ αἰδέσιμοι οὗτοι πατέρες
εἰσὶ παρεσκευασμένοι καὶ ἕτοιμοι ἀκοῦσαι ὑμῶν λε-
γόντων. ἐλπίζομεν δὲ εἰς Θεὸν, ὅτι καθὼς ἐλύ-
σαμεν τὰς πρότερον ἐκείνας, οὕτω διαλύσομεν καὶ τὰς
ὕστερον ἐπενεχθησομένας. πρὸς δὲ τὰ τελευταῖα ἡ
γαληνότης σου εἶπεν, ὅτι καθὼς τὸ πρᾶγμα πα-
ρηκολούθησεν, οὕτως ἐξεθέμην· καὶ ὅτι ἡ γαληνό-
της σου οὐδὲν ἐφεῦρεν μέσον, οὐδὲ ἐσκέψω περὶ τούτου,
ἀλλὰ μᾶλλον νομίζεις ἡμᾶς εὑρεῖν τι, ὅπερ εἰ εὕρομεν,
προτιθέναι καὶ ἄξαι εἰς τὸ μέσον. περὶ τούτου οὖν ἀρ-
κούντως ἤδη αὐτὸς ἀπεκρίθην, ὅτι λεγούσης τότε τῆς
σῆς γαληνότητος λυσιτελήσειν τοῦτον τὸν τρόπον,
ἀντεπήγαγον ἐγὼ, μᾶλλον λυσιτελήσειν ἂν ἄρξα-
σθαι τῶν συνοδικῶν διαλέξεων· ἀλλ' ὅμως ἡ γαλη-
νότης σου ἐνίστατο, λέγων, οὕτω μᾶλλον λυσιτελή-
σειν. ἐπειδὴ οὖν ἔδοξε τῇ σῇ γαληνότητι καὶ πᾶσι τοῖς
σοῖς εὑρηκέναι τρόπον τινὰ γενέσθαι τὴν ἕνωσιν,
ἀξιοῦμεν καὶ παρακαλοῦμεν εἰς τὸ μέσον προτεθῆναι.
εἰ δ' ἔλεγε τότε ἡ σὴ γαληνότης, ἄμεινον ἄρξασθαι τῶν
συνοδικῶν διαλέξεων, ἡμεῖς δὲ ἀντεπηγάγομεν τὸν
μυστικὸν τρόπον, δίκαιος ἂν ἦν καὶ προσῆκον, τὸ μέσον
ἐκεῖνο εἰπεῖν ἡμᾶς· ἐπειδὴ δὲ ὑμεῖς ἐζητήσατε τοῦτο,
ἄξιόν ἐστιν εὑρεῖν ὑμᾶς καὶ τὸ μέσον ἐκεῖνο προτιθέναι
κατὰ τὸ παρόν.

ΒΑΣΙΛ. Περὶ τῆς πρώτης ὑποθέσεως τῆς προσθήκης ἃ
εἶπον, οὐκ εἶπον ταῦτα, ἵνα δέξωμαι ἀπολογίαν,
αὐτῆς γὰρ ἐστήσαμεν ἵνα μεταβῶμεν. ὅμως ἐρῶ τινα,
οὐδέν μοι δοκεῖ καλὸν, ἵνα ὑποστρέψωμεν καὶ ὁμι-
λῶμεν περὶ αὐτῆς. θαυμάζω δὲ ἂν ἀπὸ τούτου τοῦ τρό-
που νομίζουσιν, ὅτι ἀφήκαμεν αὐτό. οἴδασι γὰρ πῶς
παρηκολούθησε τὸ πρᾶγμα, ὅτι οὔτε αὐτοὶ συνεπέ-
ρανάν τι, οὔτε ἡμεῖς. καὶ διὰ τοῦτο ὡς μετέωρον τὴν ὑπό-
θεσιν οὐδὲν ἀξιοῦμεν ὑπογραφῆναι. ἤθελε γὰρ παρὰ
τοῦ μέρους ἢ τοῦ ἡμετέρου, ἢ αὐτῶν, ἵνα λαληθῇ,
ὅτι ἀρκούντως ἐξητάσθη ἡ ὑπόθεσις, καὶ πλέον οὐδὲν
ἔνι χρεία λόγων. διὰ τοῦτο ἐπειδὴ ἐνομίσαμεν, ἵνα
εἴπομεν περὶ τοῦ προκειμένου, θέλομεν εἰπεῖν. τοῦ-
το δὲ οὔτε ἀφήκαμεν, οὔτε ἀφήσομεν, ἀλλὰ μέλλει
ἵστασθαι εἴπερ δεήσει ποτέ. περὶ τούτου οὐ λέγω πλέ-
ον· περὶ δὲ τῆς ἄλλης ὑποθέσεως οὐδὲν ἐκρίναμεν
ἵνα σκεψώμεθα μόνοι περὶ ταύτης, καὶ ἔχομεν ἡμεῖς
τὴν ἀνάγκην ταύτην, ἀλλὰ κοινῶς· οὐδὲ γὰρ ἀναγ-
καζόμεθα εἰς τοῦτο ἡμεῖς. διὰ τοῦτο ἐὰν ἔχωσί τι εἰ-
πεῖν, εἰπάτωσαν· εἰ δὲ μή γε, σκεψάσθωσαν.
ὁμοίως σκεψόμεθα καὶ ἡμεῖς, καὶ οὕτω συνελευσό-
μεθα. εἰ δὲ οὐχ εὑρήσει τρόπον ἑνώσεως, τότε οὐ-
δὲν τὸ κωλύον κοινῶς καὶ συνοδικῶς συνέρχεσθαι καὶ
διαλέγεσθαι.

ΙΟΥΛ. ΚΑΡΔ. Γαληνότατε κύριε βασιλεῦ, ἵνα ἀφέλω ἔκπλη-
ξίν



ANNO CHRISTI 1439.

ξίν τινα καὶ θαῦμα, ὅπερ ἡ γαληνότης σου φαίνεται
εἰληφέναι ἀπὸ τῶν εἰρημένων παρ' ἐμοῦ, ἐρῶ τινα
ῥήματα διὰ βραχέων. ἐγὼ οὐ μέμνημαι εἰρηκέναι
συμπερανθῆναι τὴν ὕλην ταύτην κοινῇ γνώμῃ τῶν
τε σῶν καὶ τῶν ἡμετέρων· ἀλλ' εἶπον ὅτι ἐφαίνετό μοι
μὴ χρήσιμον εἶναι μηδὲ προσῆκον ἐπαναστρέψαι ἐπὶ
τὴν ὕλην ταύτην, ἐφ' ἣν πολλὰ ἐρρήθησαν ἀπὸ
ῥητῶν καὶ ἀποδείξεων ἐναργεστάτων· καὶ ὅτι ἡμεῖς
ὄντες ἐν τῇ συνόδῳ τῇ ἐν Φερραρίᾳ πολλὰ εἴπο-
μεν, πρὸς ἃ οἱ ὑμέτεροι οὐδὲν ἀπεκρίναντο· καὶ ὅτι
εἴπομεν, εἰ ἔχουσί τι εἰπεῖν, εἰπάτωσαν, ἐπειδὴ ἕ-
τοιμοι ἦμεν καί ἐσμεν τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι εἰπεῖν καὶ
ἀκοῦσαι πάντα. τοῦτο τοίνυν λέγομεν καὶ κατὰ τὸ πα-
ρὸν, καὶ προκομίζομεν, ὅτι εἴπερ ἐστί τις ὁ βουλό-
μενος εἰπεῖν, εἰπάτω· ἡμεῖς γὰρ παρεσκευασμένοι ἐσ-
μὲν τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ δοῦναι ἀποκρίσεις ταύτας
πρὸς πάντα. καὶ ὁμολογουμένως, εἴγε βούλονται ὀψέ
ποτε ἐπανελθεῖν ἐπὶ τὴν ἐξέτασιν τῆς διαφορᾶς ἐ-
κείνης, πολὺ κρεῖττόν ἐστι κατὰ τὸ παρὸν εἰπεῖν πάν-
τα, καὶ γὰρ οὐκ ἔσται χρήσιμον οὐδὲ δίκαιον, ἄρξα-
σθαι μὲν ἑτέρας ὑποθέσεως, μεταξὺ δὲ ἐπανελθεῖν
εἰς ἑτέραν. πρὸς δὲ τὸ δεύτερον μέρος, καθ' ὃν
τρόπον εἶπον, οὕτω καὶ νῦν λέγω ὁρισμῷ τοῦ μακα-
ριωτάτου πατρὸς, καὶ τῶν αἰδεσιμωτάτων πατέρων. ἡ
γαληνότης σου οὖσα φρονιμωτάτη καὶ σοφωτάτη δύ-
ναται σκέψασθαι, καὶ εὑρεῖν τὸ δίκαιον καὶ εὔλογον ὄν.
ἐπειδὴ τοίνυν ἡ γαληνότης σου εὗρε τὸν τρόπον τὸν
ἰδίᾳ καὶ μυστικὸν, καὶ τοῦτο ἀπῄτησας, δίκαιόν ἐστι
πάντως, καὶ οὕτως ᾄδεται παρὰ πάντων, εὑρεῖν σε τὸν
τρόπον τὸν λυσιτελοῦντα πρὸς τὴν ἕνωσιν. ἐπειδὴ δὲ
εἶπεν ἡ γαληνότης σου, καλὸν εἶναι σκέψασθαι καὶ ὑμᾶς,
καὶ ἡμᾶς, εἴπερ οὐκ ἦλθες ἐσκεμμένος, ἀρέσκει τῷ μα-
καριωτάτῳ πατρὶ καὶ πᾶσιν ἡμῖν, ἵνα τὸ τοιοῦτον
ὑπερτεθῇ ἄχρι τῆς τοῦ σαββάτου ἡμέρας. καὶ οὕτως
ἔλθητε μετὰ τοῦ μέσου τρόπου ἐκείνου τοῦ παρ' ὑμῶν εἰ-
ρημένου, ἐπειδὴ καὶ ἐκ τοῦ μέρους ὑμῶν ἡ περὶ τούτου
ζήτησις γέγονεν. ἐρῶ δὲ καὶ ἕτερόν τι, καὶ οὕτως ἐπι-
θήσω τέλος· ἐπειδὴ ἡμεῖς προϊωνέγκαμεν μέσον τι,
ἵνα ἀρξώμεθα κοινῶς τῶν διαλέξεων, λυσιτελοῦν πρὸς
τὴν ἕνωσιν, ἡ γαληνότης σου δὲ ἐπήγαγεν ἕτερόν τι μέ-
σον τὸ ἰδίᾳ καὶ μυστικὸν, δηλονότι πρῶτον ἰδίᾳ καὶ
μυστικῶς, διὰ τοῦτο ἐπειδὴ καὶ ὑμεῖς ἐστὲ οἱ εὑρεταὶ,
ς. αὐτό. ἀναγκαῖόν ἐστιν ὑμᾶς τοῦτο " εὑρεῖν.

ΒΑΣΙΛ. Ὅσον πρὸς τοῦτο οὐ βούλομαι ἀπολογήσασθαι· εἰ
γὰρ λέγω καὶ ἀπολογοῦμαι, τοῦτο ἔσται ἐπ' ἄπειρον.
διὰ τοῦτο ἔσται σύντομον ὃ λέγω· ὅτι ἀναγκαῖόν ἐστιν
ἐλθεῖν ἡμᾶς εἰς τὸ προκείμενον, ὥσπερ ἐστήσαμεν,
ἵνα μεταβῶμεν εἰς τὴν ἄλλην ὑπόθεσιν. πλὴν οὐδὲν
παραιτούμεθα ἐκεῖνο, ἀλλ' ὅταν θέλωμεν, ἕξομεν
αὐτὸ ἐπ' ἀδείας. εἰς τὴν ἄλλην δὲ ὑπόθεσιν, ἐ-
πειδὴ φαίνεται καλὸν ἵνα σκεψώμεθα κοινῶς, ἀρέσκει
καὶ ἡμῖν.

Ὑμεῖς μὲν σκέψασθε περὶ τοῦ μέσου τρόπου, καὶ
ἡμεῖς ἀποκρινούμεθα ἐφ' οἷς ἐρεῖν μέλλετε πρὸς ἡ-
μᾶς. οὕτω δὲ τούτων ῥηθέντων ἐλύθη ἡ συνέλευσις, καὶ
ἀπήλθομεν.

ΙΟΥΛ. ΚΑΡΔ. Εἰπόντων οὖν ἡμῖν βουλευθῆναί τι μέσον τὸ λυ-
σιτελοῦν πρὸς ἑνότητα, τοῦτο οὐ μικρὸν ἔδοξεν ἡμῖν,
ἀλλὰ καὶ λίαν δυσεύρετον. καὶ δὴ συναχθέντων ἡμῶν
εἰς τὸν πατριάρχην, ἦν γὰρ ἀσθενής, ἠρώτησεν ἡμᾶς

SESSIO XVII.

lendum ſtuporem quemdam & admiratio-
nem, quam ſerenitati tuæ videntur dicta
mea moviſſe, nonnulla paucis dicam.
Ego non memini me dicere, materiam
hanc fuiſſe terminatam communi tuorum
noſtrorumque ſententia: ſed dixi, non
videri mihi utile aut conveniens ad eam-
dem reverti, cum de ea multa dicta fue-
rint ex locis & demonſtrationibus eviden-
tiſſimis: dixi quoque nos, cum Ferrariæ
ſynodus celebraretur, multa dixiſſe, ad
quæ tui nihil reſponderint: præterea di-
xi, ut ſi quid habent dicere, profe-
rant; quoniam favente Deo prompti fui-
mus, & ſumus ad dicendum & audien-
dum omnia. Itaque hoc idem in præſen-
ti dicimus, proferimuſque: Si quis eſt
qui velit dicere, dicat: nos enim Deo
juvante parati ſumus ad reſpondendum &
diluendum omnia. Et ſine dubio, ſi re-
dire tandem volunt ad illius controver-
ſiæ diſcuſſionem, multo præſtat nunc om-
nia dicere, nam nec utile, nec juſtum
erit, aliam quidem aggredi materiam;
dum vero illa diſputatur, redire ad a-
liam. Ad ſecundam partem, quemadmo-
dum dixi, ita etiam dico juſſu beatiſſimi
patris, & reverendiſſimorum patrum. Se-
renitas tua cum prudentiſſima doctiſſima-
que ſit, poterit cogitationem ſuſcipere, &
invenire quod juſtum eſt & rationi conſo-
num. Quoniam igitur ſerenitas tua de pri-
vato ſecretoque modo cogitavit, & illum
quæſivit jure optimo a te eſt excogitandus,
quod etiam ab omnibus decantatur, mo-
dus iſte, qui ſit ad unitatem accommo-
datus. Et quia ſerenitas tua dixit, com-
modum fore, ut & vos & nos hac de re
cogitemus, ſi nihil habes meditatum, pla-
cet beatiſſimo patri, nobiſque omnibus,
ut hoc in diem ſabbati differatur; & acce-
datis tunc cum illo medio modo, quem
ipſi dixiſtis: quandoquidem pars veſtra in-
veſtigandum illum propoſuit: unum quid
præterea dicam, & finem faciam: Nos
medium propoſuimus ad unionem confe-
rens, ut ſcilicet ſeſſiones fierent genera-
les: ſerenitas vero tua ſubjecit aliud me-
dium, privatum ſcilicet ac ſecretum, quod
prius eſſet adhibendum. Cum vos ergo
ſitis inventores, neceſſe eſt a vobis etiam
hoc ſuggeratur.

IMPERAT. Ego ſane ad hoc reſpondere nolo: Si
enim dico, & reſpondeo, infinitum
hoc erit: propterea breviter dico, ne-
ceſſe eſſe nos ad propoſitam venire quæ-
ſtionem, ſicuti conſtituimus, ut ad a-
liam materiam tranſiremus. Ceterum prio-
rem non deſerimus: ſed integrum no-
bis erit, cum voluerimus, illam reſu-
mere. Quod ad aliud caput attinet;
quoniam videtur conſentaneum, ut com-
muniter de illo cogitemus, nobis etiam
placet.

JUL. CARD. Vos quidem cogitabitis de medio modo,
nos vero reſpondebimus ad ea quæ dicturi
eſtis. His igitur ita dictis dimiſſa eſt ſeſ-
ſio, & diſceſſimus.

Cum vero dictum nobis eſſet, ut con-
ſultaremus de medio quopiam ad unitatem
conferente, res viſa eſt nobis haud parvi ne-
gotii, ſed & inventu perdifficilis. Itaque
con-

SESSIO XVII.

A conventimus ad patriarcham, eo quod ægrotabat; & interrogavit nos imperator, quid eſſemus ad hoc reſponſuri; quodve aptum eſſet medium ad conciliandam piam concordiam. Reſponderunt præſules: Nos medium ullum nec habemus, nec proponimus: ſed quia die ſabbati debemus reſpondere Latinis, petat imperium tuum, ut pars utraque privatim conveniamus; & Deus de unionis modo providebit. Reſpondit imperator: Et vultis omnes vos privatam hanc fieri ſeſſionem? reſpondimus ei, ſignifica de hoc papæ; an illi placeat: & ſi permiſerit privatam fieri ſeſſionem, tunc deligemus e noſtris aliquot præcipuos, quotquot viſum fuerit, ut ii conveniant. B At vero imperator poſtulabat ulterius, ut eligerentur perſonæ, quæ de reſponſione deliberarent, quibuſque cura eſſet omnium reſponſionum: placuit ergo deligi e nobis vicarios patriarcharum, hoc eſt, metropolitam Heracleenſem domnum Antonium, totius Thraciæ ac Macedoniæ præſulem, & apoſtolicæ ſedis ſanctiſſimi patriarchæ Alexandrini vicarium: venerabilem hieromonachum, confeſſarium & protoſyncellum domnum Gregorium, ejuſdem apoſtolicæ ſedis patriarchæ Alexandrini vicarium: metropolitam Cyævenſem ac totius Ruſſiæ, vicarium apoſtolicæ ſedis ſanctiſſimi patriarchæ C Antiocheni, domnum Iſidorum: metropolitam Epheſi domnum Marcum Eugenicum, vicarium apoſtolicæ ſedis ejuſdem ſanctiſſimi patriarchæ Antiocheni, necnon vicarium apoſtolicæ ſedis ſanctiſſimi patriarchæ Hieroſolymitani: metropolitam Monembaſienſem, & vicarium apoſtolicæ ſedis ejuſdem ſanctiſſimi patriarchæ Hieroſolymitani, domnum Doſitheum. Duos alios præterea delegimus præſules, nempe Nicænum metropolitam domnum Beſſarionem, & metropolitam Mitylenenſem, domnum Dorotheum, ſimul omnes ſeptem: ut convenirent, ac de noſtra ſententia tranſigerent quidquid illis Deus D præſtitiſſet. Cum hæc nuntiata eſſent papæ, viſum illi eſt non expedire, anguſtam hanc petere viam: ſed ſignificavit nobis: Quoniam, inquit, diſputare vultis, nec ullum a vobis medium reperitur, uti promiſeratis, deligite perſonas, quod ipſum & nos faciemus: abeat vero dies ſabbati, & feria ſecunda generalis habeatur diſputatio, ut noſtra ſententia examinetur.

Itaque feria ſecunda, menſis Martii die ſecunda, convenit iterum ſeſſio œcumenica Florentiæ. Cumque præſediſſet papa, abſentibus ob valetudinem imperatore noſtro, & patriarcha (exceptis enim illis omnes convenimus) & ceteri ordine conſediſ- E ſent, aggreſſus eſt diſputationem hieromonachus quidam nomine Joannes, philoſophus Latinorum, & dialecticæ peritiſſimus. Hic ubi ſurrexiſſet, & ſeſe venerationis cauſa inclinaſſet, interrogavit Græcos diſputatione conciſa, qua ratione calumnientur Spiritus ſancti proceſſionem ex Filio. Inſtituit vero ſermonem ſuum in hunc modum:

ANNO CHRISTI 1439.

A ὁ βασιλεὺς, τί ἂν περὶ τούτου ἀπολογησώμεθα, καὶ τί ἐστι μέσον ἐπάγον εἰς τὴν εὐσεβῆ ὁμόνοιαν. ἀπεκρίθησαν οἱ ἀρχιερεῖς· ἡμεῖς μέσον οὔτ' ἔχομεν οὔτε λέγομεν· ἀλλ' ἐπειδὴ ὀφείλομεν ἀπολογίαν δοῦναι τοῖς Λατίνοις τῇ ἡμέρᾳ τοῦ σαββάτου, ζητησάτω ἡ βασιλεία σου, ὅπως συνέλθωμεν ἀμφότερα τὰ μέρη ἰδίᾳ, καὶ ὁ Θεὸς μεριμνήσει τρόπον ἑνώσεως. ἀπεκρίθη ὁ βασιλεύς· καὶ πάντες ὑμεῖς βούλεσθε τὴν ἰδίαν ταύτην συνέλευσιν ποιεῖν; καὶ ἀπεκρίθημεν αὐτῷ· μήνυσον τῷ πάπᾳ, εἰ ἀποδέχεται τοῦτο· καὶ ἐὰν παραχωρήσῃ κατ' ἰδίαν γενέσθαι συνέλευσιν, τότε μέλλομεν ἐκλέξασθαι τῶν ἐκκρίτων τινὰς τῶν ἡμετέρων τοῦ ἀπελθεῖν, ὅσους ἂν δόξῃ τῷ ἀριθμῷ. ὁ δὲ B βασιλεὺς καὶ ἔτι ἐζήτει ἐκλογὴν προσώπων τοῦ βουλεύσασθαι τὰς ἀπολογίας, καὶ ἔχειν τὴν μέριμναν πασῶν τῶν ἀποκρίσεων. ἔδοξε τοίνυν καλὸν, καὶ ἐξελεξάμεθα ἀφ' ἡμῶν τοὺς τοποτηρητὰς τῶν πατριαρχῶν, οἵτινές εἰσιν οὗτοι· ὁ μητροπολίτης Ἡρακλείας κῦρις Ἀντώνιος, ἀρχιερεὺς πάσης Θρᾳκίας καὶ Μακεδονίας. ὑπῆρχε δὲ οὗτος τοποτηρητὴς τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου Ἀλεξανδρείας· καὶ ὁ τιμιώτατος ἐν ἱερομονάχοις πνευματικὸς καὶ πρωτοσύγκελλος κῦρις Γρηγόριος, ὁ καὶ τοποτηρητὴς τῆς αὐτῆς ἀποστολικῆς καθέδρας τοῦ πατριάρχου τῆς Ἀλεξανδρείας· ὁ μητροπολίτης Κυέβου καὶ πάσης Ῥω- C σίας. καὶ τοποτηρητὴς τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου Ἀντιοχείας, κῦρις Ἰσίδωρος. ὁ μητροπολίτης Ἐφέσου, κῦρις Μάρκος ὁ Εὐγενικὸς, ὁ καὶ τοποτηρητὴς τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας τοῦ αὐτοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου Ἀντιοχείας, ἔτι δὲ καὶ τοποτηρητὴς τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου Ἱεροσολύμων· ὁ μητροπολίτης Μονεμβασίας, καὶ τοποτηρητὴς τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας τοῦ αὐτοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου Ἱεροσολύμων, κῦρις Δοσίθεος. ἐλεξάμεθα δὲ καὶ ἑτέρους δύο ἀρχιερεῖς, οἵτινές εἰσιν οὗτοι· ὁ μητροπολίτης Νικαίας κῦρις Βησσαρίων· καὶ ὁ μητροπολίτης Μιτυλήνης κῦρις Δωρόθεος, ὡς γενέσθαι πάντας ὁμοῦ ἑπτά· καὶ ἵνα συνέρχωνται οὗτοι καὶ D πράττωσι μετὰ γνώμης ἡμετέρας, εἴ τι χορηγήσει αὐτοῖς ὁ Θεός. ταῦτα τῷ πάπᾳ μηνυσάντες, οὐκ ἔδοξεν αὐτῷ λυσιτελὲς τὴν στενὴν ὁδεῦσαι ταύτην ὁδόν· ἀλλ' ἐμήνυσεν ἡμῖν, ὅτι ἐπειδὴ βούλεσθε διαλεχθῆναι, καὶ μέσον τι οὐχ εὑρίσκεται παρ' ὑμῶν, καθὼς ὑπεσχέθητε, ποιήσατε ἐκλογὴν προσώπων, ὥσπερ μέλλομεν ποιῆσαι καὶ ἡμεῖς. παρελθέτω δὲ τὸ σάββατον, καὶ τῇ δευτέρᾳ ἵνα γένηται καθολικὴ διάλεξις καὶ ἐξέτασις τῆς δόξης ἡμῶν.

Τῆς οὖν δευτέρας καταλαβούσης μηνὶ Μαρτίῳ, δευτέρᾳ, γέγονε καὶ πάλιν συνέλευσις οἰκουμενικὴ ἐν Φλωρεντίᾳ. προκαθίσαντος οὖν τοῦ μακαριωτάτου πάπα, τοῦ βασιλέως ἡμῶν καὶ τοῦ πατριάρχου μὴ E ὄντων ἐκεῖσε διὰ τὸ εἶναι αὐτοὺς ἀσθενεῖς· ἐκτὸς γὰρ τούτων πάντες συνήλθομεν· καὶ τῆς τάξεως γενομένης, ἤρξατο τῆς διαλέξεως ἱερομόναχός τις ὀνόματι Ἰωάννης, ἀνὴρ φιλόσοφος τῶν Λατίνων, καὶ διαλεκτικώτατος. οὗτος ἀναστὰς καὶ μετάνοιαν ποιήσας, ἠρώτησε κατὰ πεῦσιν καὶ ἀπόκρισιν τοὺς Γραικοὺς, ποίῳ λόγῳ συκοφαντοῦσι τὴν ἐκ τοῦ υἱοῦ ἐκπόρευσιν τοῦ παναγίου πνεύματος. εἶχε δὲ ὁ λόγος αὐτοῦ ἐπὶ λέξεως οὕτως·

ΣΥ-



ANNO CHRISTI 1439.

A

# ΣΥΝΕΛΕΥΣΙΣ ιη'.

*Μαρτίου μηνὸς δευτέρᾳ, ἡμέρᾳ δευτέρᾳ, ἐγένετο,*

IOAN. ΜΕΤΑ τῆς εὐλογίας τῆς ἁγιότητος τοῦ μακαριωτάτου πατρὸς, ἀπὸ ὁρισμοῦ καὶ προστάγματος τούτου ἀρξόμενος τοῦ διαλέγεσθαι πρὸς ὑμᾶς περὶ ἐκείνων, ἅ τινα περιέχουσι περὶ τῆς πίστεως, ἤγουν τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου πνεύματος· ἔνθα κατὰ τὴν γνώμην τοῦ μακαρίου πατρὸς Αὐγουστίνου ἐν τῷ πρώτῳ κεφαλαίῳ περὶ τριάδος, μετὰ σεμνότητος δια- B λεκτέον ἐστὶ, παρακαλῶ ἵνα προσέχητε, καὶ παρέχητε τὰ ὦτα ὑμῶν. ἐν πρώτοις ἐὰν εἴπω τι, ὅπερ μὴ ἢ οὕτως ἀσφαλὲς, ἢ οὕτως ἐμπείρως, ἐπιθυμῶ διορθωθῆναι παρὰ τῆς ἁγιότητος τοῦ μακαριωτάτου πατρὸς, ἥτις κατέχει τὸν τόπον, καὶ τὸν θρόνον, καὶ τὴν πίστιν τοῦ ἁγίου Πέτρου· ἔτι ἐπιποθῶ διορθωθῆναι παρὰ τῶν ἐνθάδε αἰδεσιμωτάτων πατέρων τῶν παρόντων ἐνταῦθα· ἑπομένως δὲ παρὰ τῶν θεολόγων αὐτῶν. οὐ χρὴ δὲ εἶναι λογομαχίαν, ἀλλ' ἀεὶ ζητεῖν τὴν ἀλήθειαν καὶ τὴν γνῶσιν τῶν λεγομένων ὀφείλομεν. ἐλπίζομεν δὲ ἕξειν βοήθειαν παρ' ἐκείνου, ὅστις φωτίζει τὰς διανοίας, καὶ εἰσάγει πάντας εἰς γνῶσιν, καθὼς ὑπέσχετο ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ τὴν ἀλήθειαν· οὕτως C ἐλπίζομεν εἰς τὴν ἀγαθότητα τοῦ Θεοῦ. ἐπειδὴ ὅστις ἠθέλησε τὸ κεφάλαιον τὸ περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐν τῇ παρούσῃ οἰκουμενικῇ κινηθῆναι συνόδῳ, διὰ τοῦ αὐτοῦ ἁγίου πνεύματος παρέξει, ὅπως μετὰ πάσης πρᾳότητος καὶ ἐπιεικείας ἡ ἀλήθεια αὐτοῦ δηλωθείη καὶ διασαφηνισθείη· ὅπως μάθωσι πάντες καὶ χωρὶς φιλονεικίας τὴν ἀλήθειαν· ὅπως ἑνὶ στόματι καὶ μιᾷ καρδίᾳ τὸ αὐτὸ πάντες κατὰ τὸν ἀπόστολον εἴπωμεν· καὶ ὥσπερ εἷς ἐστι Χριστὸς καὶ μία πίστις, οὕτως ὦμεν ἐν μιᾷ πίστει καὶ ἐν τῷ αὐτῷ σώματι τοῦ Χριστοῦ. νῦν δὲ τούτων προτεθέντων ἔρχομαι πρὸς τὸ πρᾶγμα αὐτό. ἐν πρώτοις δὲ τρία γνώριμα δέονται γενέσθαι· πρῶτον, ἐπειδὴ ὁ γαληνότατος D κύριος ὁ βασιλεὺς πολλάκις ἐν τῇ Φερραρίᾳ εἶπεν, ὅτι περ ἐδόκει ἐκείνῳ ὑπὲρ εὐχερεστέρας καὶ ῥᾴονος τοῦ πράγματος συντελείας, ὥστε μὴ ποιεῖν μακροὺς λόγους καὶ ἀποτάδην, ἀλλ' ἀπὸ ἐπιχειρήματος εἰς ἐπιχείρημα, ἢ ἀπὸ μαρτυρίας εἰς μαρτυρίαν, ἢ ἀπὸ κεφαλαίου ἐπὶ κεφάλαιον μεταβαίνειν, καθ' ὃν τρόπον καὶ ὑμεῖς τὸ αὐτὸ εἴπατε· βουλόμενος οὖν ὁ ἁγιώτατος δεσπότης ἡμῶν χαρίσασθαι τῷ γαληνοτάτῳ βασιλεῖ καὶ ὑμῖν τοῖς πατράσιν, ἔτι τε κατανοῶν, ὅτι καὶ αἱ ὑποθέσεις πᾶσαι ῥᾴδιον οὕτω διατίθενται, ἀποδέχεται ἵνα καὶ τὴν παροῦσαν συνέλευσιν, καὶ εἰς τὸ ἑξῆς ἑπομένως τοῦτον τὸν τρόπον ποιῶμεν. τὸ δὲ τρίτον, ὃ δεῖ E γνώριμον εἶναι, ἐστὶ τοῦτο· ἐπειδὴ ὁ μακαριώτατος πατὴρ Αὐγουστῖνος ἐν τῷ πρώτῳ περὶ τῆς πόλεως τοῦ Θεοῦ φησιν, ὅτι οὐδὲν διαλέξεως εἶδος ἢ τέλος τοῦ ὁμιλεῖν, εἰ δεῖ ἀπολογεῖσθαι πρὸς τοὺς ἀποκρινομένους.

Διὰ τοῦτο δοκεῖ δεῖν μεταξὺ συντηρεῖσθαι, ἵνα ἔχωμεν ἐν ταῖς παρούσαις διαλέξεσι τὰς μαρτυρίας τῶν γραφῶν, καὶ τῶν ἁγίων πατέρων, οὓς ἡ ἁγία ἐκκλησία προσίεται, ἔπειτα τοὺς λόγους τοὺς κομισθησομένους, ὡς ὅρους οἱονεί τινας τῆς ἡμετέρας διαλέξεως, οὓς οὐκ ἔξεστι παραβῆναι μήτε τῷ ἐπιχειροῦντι,

SESSIO XVIII.

# SESSIO XVIII.

*Die ſecundo menſis Martii, feria ſecunda, celebrata eſt.*

JOANNES: ACCEPTA a ſanctitate beatiſſimi patris benedictione, juſſu & mandato ejus aggreſſurus diſputationem, quæ mihi vobiſcum erit, de iis quæ ad fidem ſpectant, hoc eſt de proceſſione Spiritus ſancti; in quibus juxta beati patris Auguſtini ſententiam primo capite de Tri- (Initio lib. 1. de Trinit.) B nitate, diſputandum eſt cum reverentia; quæſo ut attendatis, veſtraſque aures mihi præbeatis. In primis ſi quid dixero, quod non ſit adeo tutum, nec ita perite prolatum, cupio a ſanctitate patris beatiſſimi corrigi, qui locum & ſedem & fidem ſancti Petri tenet: opto etiam emendari a reverendiſſimis patribus, qui præſentes adſunt, deinde ab ipſis etiam theologis. Non oportet autem fieri verborum altercationem, ſed veritatem ſemper debemus inquirere, & eorum quæ dicuntur, intelligentiam habere. Speramus vero latum nobis iri auxilium ab eo, qui mentes illuminat, C ducitque omnes ad agnitionem veritatis, ſicut Filius Dei promiſit: ita plane Dei bonitate confiſi ſperamus. Ille (Joan. 16.) enim qui argumentum de Spiritus ſancti proceſſione in hac ſynodo œcumenica diſputationi ſubjici voluit, dabit per eumdem ſanctum Spiritum, ut cum omni manſuetudine & humanitate, clara & manifeſta fiat ejus veritas; ut omnes veritatem addiſcant citra etiam contentionem, atque uno ore & corde uno juxta apoſtolum omnes idem dicamus: & ſicut unus eſt Chriſtus & una fides, ita in una fide, (1. Cor. 1. Epheſ. 4.) & in eodem Chriſti corpore ſimus. Hæc ita præfatus ad rem ipſam venio. In primis D tria nota eſſe oportet; primo ſereniſſimum dominum imperatorem Ferrariæ ſæpe dixiſſe, videri ſibi, ut facilius expeditiuſque res abſolvatur, non eſſe utendum longis & prolixis ſermonibus, ſed de argumento in argumentum, ſive de teſtimonio in teſtimonium, ſive de capite in caput, ut vos ipſi etiam idem affirmaſtis, tranſeundum. Cum ergo ſanctiſſimus dominus noſter velit indulgere ſereniſſimo imperatori vobiſque patribus; & animadvertat, cujuſlibet materiæ tractationem ita commodius expediri, annuit, ac probat hunc modum, quem & in præſenti ſeſſione, & poſthac in aliis teneamus: ter- E tio vero ſciendum illud eſt, quoniam beatiſſimus pater Auguſtinus in primo libro de civitate Dei; Quis, inquit, diſceptandi (Cap. 1. lib. 1.) finis erit, & loquendi modus, ſi reſpondendum eſſe reſpondentibus ſemper exiſtimemus?

Propterea videtur illud inter nos conſtare debere, ſacræ ſcripturæ teſtimonia, ſanctorumque patrum, quos ſecundo loco eccleſia ſancta recipit, ſententias in his diſputationibus afferendas, habenda eſſe veluti quoſdam terminos noſtræ diſceptationis, quos tranſgredi non liceat aut argumen-

SESSIO XVIII.

gumentanti aut reſpondenti : hoc enim a ſanctis edocemur patribus , præſertim vero ab Agathone papa in epiſtola ſæpe prolata , quam ad Conſtantinum imperatorem & ſextam ſynodum ſcripſit ; in qua de ſuis legatis ſic ait : Quibus , legatis ſcilicet , & teſtimonia aliquorum ſanctorum patrum quos hæc apoſtolica ſancta eccleſia ſuſcipit , cum eorum libris tradidimus , ut facultatem ſuggerendi a ſereniſſimis tunc temporis Chriſtianorum imperatoribus conſecuti , ex his dumtaxat ſatisfacere ſtudeant . Hoc idem aſſerunt patres ſynodi Chalcedonenſis in allocutione ad Marcianum imperatorem , cujus initium eſt : Et hoc plane veſtrum decebat imperium ; ubi de Leonis ad Flavianum epiſtola ſic loquuntur : Neque enim mirari oportet de eccleſiæ Romanæ præſulibus , ut epiſtola illa impietatis offendiculi arguatur ; ſed ſi non eſt divinis ſcripturis congruens , redarguant , ſi non patrum concordet ſententiis ; & infra : Ut nulla relinquatur illis occaſio , qui apoſtolicum virum lacerant , oſtendendam epiſtolæ ejus convenientiam cum ſanctorum patrum teſtimoniis : atque ut magis teſtata ſit pietas , ex multis pauca ſubdidimus . His ita propoſitis ad id quod caput eſt accedamus .

*Concil. VI act. 4.* — *Conc. Chalcedonenſis part. 3.*

Quoniam in unaquaque diſputatione quæſitum quoddam ſupponitur , videlicet quid nominis ejus rei , de qua eſt diſputatio : nos vero ſermonem inter nos habituri ſumus de proceſſione Spiritus ſancti , primum a vobis quærimus , quid per hoc nomen ſignificetur ſive in rebus humanis , ſive in divinis : ratio cur id quæramus , hæc eſt : quoniam juxta ſententiam beati Dionyſii in libro de divinis nominibus , a creaturis Deum ipſum nominamus ; & in ſacra ſcriptura vox iſta , proceſſio , non ſolum Spiritui , ſed etiam Filio tribuitur , nam Joannes decimoſexto capite : *Exivi* , inquit , *a Patre* : & Spiritus ſanctus dicitur ex Patre procedere . Hoc porro propterea dictum eſt , quod pro certo habemus , eam potiſſimum vocem in reliquis diſputationibus verſaturam vobis in ore .

*Cap. 2.*

EPHES. Reverendiſſimi domini & patres , ad ea quæ primo loco dicta ſunt a vobis per hunc reverendiſſimum patrem , cum ad rem noſtram non faciant , & communi utriuſque partis conſenſu recepta ſint , non opus eſt in præſens uti longiori reſponſione : ad illud vero quod propoſitum eſt reſpondemus : Proceſſionis nomen alio atque alio modo rebus convenire divinis atque humanis : & in divinis quidem utrique divinarum perſonarum productioni congruere : verum peculiariter ſecundum exactam theologiæ rationem productioni ſancti Spiritus potiſſimum tribui tum a ſacra ſcriptura , tum a ſanctis omnibus , atque hoc nomine diſtingui productionem , qua Spiritus ſuum eſſe accipit , a productione Filii : nam hæc vocatur generatio , illa vero proprie proceſſio : multa porro ſunt hujuſmodi nomina , quæ de quibuſdam communiter & proprie prædicantur . Pro-

ANNO CHRISTI 1439.

μήτε τῷ ἀποκρινομένῳ, τοῦτο γὰρ διδασκόμεθα παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων, μάλιστα δὲ παρὰ τοῦ Ἀγάθωνος πάπα ἐν τῇ ἐπιστολῇ τῇ προκομισθείσῃ πολλάκις, ἣν ἔγραψε πρὸς τὸν βασιλέα Κωνσταντῖνον καὶ τὴν ἕκτην σύνοδον, ἐν ᾗ περὶ τῶν ἑαυτοῦ ἀποκρισιαρίων οὕτω φησίν. οἷς, δηλονότι ἀποκρισιαρίοις, καὶ μαρτυρίας ἐνίων ἁγίων πατέρων, οὓς αὐτὴ ἡ ἀποστολικὴ ἁγία ἐκκλησία προσήκατο, μετὰ τῶν βιβλίων ἐκείνων παραδεδώκαμεν, ὥστε ἐξουσίαν βοηθείας καὶ ἀρωγὴν παρὰ τῶν γαληνοτάτων τότε τῶν Χριστιανῶν βασιλέων μεταχόντες, ἀπὸ τούτων μόνων ἱκανοποιῆσαι σπουδάσωσι. τοῦτό φασι καὶ οἱ πατέρες τῆς ἐν Καλχηδόνι συνόδου ἐν τῷ προσφωνήματι τῷ πρὸς Μαρκιανὸν βασιλέα, οὗ τινος ἡ ἀρχή· καὶ τοῦτο πάντως ἔπρεπε τῇ σῇ βασιλείᾳ· λέγοντες περὶ τῆς ἐπιστολῆς Λέοντος πρὸς Φλαβιανόν· οὐδὲ γὰρ δεῖ θαυμάζειν τοὺς τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐκκλησίας προϊσταμένους, ὥστε τὴν ἐπιστολὴν ἐκείνην ὡς πρόσκομμά τι ἀσεβείας ἐγκαλεῖσθαι, ἀλλ' εἰ οὐκ ἔστιν ἐφαρμόζουσα ταῖς θείαις γραφαῖς, ἐλεγχέτωσαν· καὶ εἴπερ οὐκ ἔστι ταῖς διανοίαις τῶν πατέρων καὶ ταῖς γνώμαις ἰσωμένη. ἔτι, ὥστε μηδεμίαν ἐκείνοις ἀφορμὴν ὑπολελεῖφθαι τοῖς ταράττουσι τὸν ἀποστολικὸν ἄνδρα, καὶ διαβάλλουσιν, ἡ * συμφωνία τῆς ἐκείνου ἐπιστολῆς, τῶν ἁγίων πατέρων αἱ μαρτυρίαι πρὸς μείζονα τῆς εὐσεβείας μαρτυρίαν, ἀπὸ πολλῶν ὀλίγα ὑπεθέμεθα. τούτων οὖν προτεθέντων πρὸς αὐτὸ τὸ κύριον δράμωμεν.

** Ιπ. τὴν συμφωνίαν τῆς ἐκείνου ἐπιστολῆς ταῖς τῶν ἁγίων πατέρων μαρτυρίαις.*

Ἐπειδὴ ἐν ἑκάστῃ διαλέξει ζήτημά τι ὑποτίθεται, τίνος ὀνόματός ἐστι περὶ οὗ ἡ διάλεξις γίνεται. ἐπειδὴ περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου πνεύματος ὁ λόγος μεταξὺ ἡμῶν εἶναι ὀφείλει, ζητοῦμεν πρῶτον παρ' ὑμῶν, τί διὰ τοῦ ὀνόματος νοεῖται, εἴτε ἐν ἀνθρωπίνοις πράγμασιν, εἴτε ἐν θείοις. ἡ δ' αἰτία ἐστὶν αὐτή. ἐπειδὴ κατὰ τὴν ἀπόφασιν τοῦ μακαρίου Διονυσίου ἐν τῷ περὶ θείων ὀνομάτων, ἀπὸ τῶν κτισμάτων αὐτὸν τὸν Θεὸν ὀνομάζομεν· καὶ ἀπὸ τῆς θείας γραφῆς τοῦτο τὸ τῆς ἐκπορεύσεως ὄνομα οὐ μόνον τῷ πνεύματι, ἀλλὰ καὶ τῷ υἱῷ ἀπονέμεται. καὶ τοῦτο λέγει ὁ Ἰωάννης ἐν τῷ ἑκκαιδεκάτῳ κεφαλαίῳ. ἐξῆλθον παρὰ τοῦ πατρός. καὶ περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος λέγεται, ὅτι ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται. τοῦτο δὲ ὑπὲρ τούτου ἐρρήθη, ἐπειδὴ πεπείσμεθα, ὅτι ἐν ταῖς λοιπαῖς συνελεύσεσι ταύτην ἀνὰ χεῖρας μάλιστα ἔχειν ὀφείλετε.

ΕΦΕΣ. Αἰδεσιμώτατοι κύριοι καὶ πατέρες, πρὸς μὲν τὰ πρῶτα τῶν παρ' ὑμῶν εἰρημένων διὰ τοῦ αἰδεσιμωτάτου τοῦδε πατρός, ἔξω τε τῆς προκειμένης ὑποθέσεως ὄντα, καὶ συνδοκοῦντα κοινῶς ἀμφοτέροις ἡμῖν, οὐ χρείαν ἔχομεν εἰς πλάτος ἀπολογήσασθαι κατὰ τὸ παρόν. πρὸς δὲ τὴν προτεθεῖσαν ὑπόθεσιν ἀπολογούμεθα ταῦτα, ὅτι τὸ τῆς ἐκπορεύσεως ὄνομα διαφόρως μὲν ἐπί τε τῶν ὄντων καὶ τῶν θείων καὶ τῶν ἀνθρωπίνων λέγεται. προσήκει γὰρ ἐπὶ τούτων καὶ ταῖς δυσὶ προόδοις τῶν θεαρχικῶν προσώπων· ἰδίως δὲ μάλιστα κατὰ τὸν ἀκριβῆ τῆς θεολογίας λόγον, ἐπὶ τῆς προόδου τοῦ παναγίου πνεύματος λέγεται παρά τε τῇ θείᾳ γραφῇ καὶ τοῖς ἁγίοις ἅπασι· καὶ τούτῳ τῷ ὀνόματι διαστέλλεται τοῦ πνεύματος ἡ ὑπαρκτικὴ πρόοδος τῆς τοῦ υἱοῦ προόδου, ὅτι ἡ μὲν ὀνομάζεται γέννησις, ἡ δὲ ἰδίως ἐκπόρευσις. πολλὰ δὲ τῶν ὀνομάτων τοιαῦτα, καὶ κοινῶς ἐπί τινων καὶ ἰδίως κατηγορούμενα. καὶ διὰ τοῦτο θαυμαστὸν οὐδέν, εἰ καὶ τὸ ὄνομα τοῦτο καὶ ἐπὶ τῆς θείας γρα-



ANNO CHRISTI 1439.

φῆς περὶ τοῦ υἱοῦ λέγεται· καίτοιγε ἡ τοῦ, ἐξῆλθον παρὰ τοῦ πατρὸς, φωνὴ, οὐ ταυτόν ἐστι τῷ, ἐξεπορεύθην, ἀλλ' ἕτερόν τι παρὰ τὴν ἐκπόρευσίν ἐστιν. ὅμως δὲ ὁ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου πνεύματος τρόπος ἄρρητος καὶ ἀκατονόμαστος ἰδίως παρὰ τοῖς θεολόγοις λέγεται· ἐπειδὴ ἡ τοῦ υἱοῦ γέννησις διὰ τὸν καθ' ἡμᾶς τῆς γεννήσεως τρόπον γνωριμωτέρα πως εἶναι δοκεῖ· διὰ τοῦτο περὶ τῆς ἐκπορεύσεως ὁ μακάριος Ἰωάννης ὁ Δαμασκηνὸς φησίν· ἄλλος τρόπος οὗτος ὑπάρξεως ἄρρητος καὶ ἀκατονόμαστος, ἄλλος δηλονότι παρὰ τὴν τοῦ υἱοῦ γέννησιν. ὃ ἐβουλόμην, ἀποκεκρινάμην πρὸς τὴν ἐρώτησιν.

ΙΩΑΝ. Συνήκαμεν τὴν ἀπόκρισιν πρὸς τὸ ἐρώτημα, ὅσον πρὸς τὸ σημαινόμενον περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐπὶ τῶν θείων, ἀφ' ἧς τρία διὰ βραχέων ἕλκονται. τὸ πρῶτόν ἐστιν, ὅτι ἡ φωνὴ αὕτη τῆς ἐκπορεύσεως κοινή ἐστι τῇ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ πνεύματος ἀπὸ τοῦ πατρὸς προόδῳ. δεύτερόν ἐστιν, ὅτι μᾶλλόν ἐστιν ἴδιον τῷ ἁγίῳ πνεύματι, ἢ τῷ υἱῷ· ὁ δὲ λόγος ἐστὶν, ὅτι ἡ πρόοδος τοῦ λόγου ἐστὶν ἡμῖν μᾶλλον γνωριμωτέρα ἢ τῆς τοῦ ἁγίου πνεύματος· διὰ τοῦτο καὶ τὸ ὄνομα αὐτὸ τῆς προόδου ἀπονέμεται τῷ ἁγίῳ πνεύματι. τρίτον ἐστὶν, ὅτι ἡ ἐκπόρευσις ἐκεῖ λέγεται ὑπαρκτικὴ καὶ οὐσιώδης. νῦν οὖν ἐρωτῶ περὶ τοῦ τρίτου· ἐπειδὴ ἐν τοῖς θείοις οὐχ εὑρίσκεται ἄλλο τι, εἰ μὴ * ὕπαρξις καὶ ἰδιότης καὶ ἀναφορὰ, τί βούλεται τούτῳ τῷ λόγῳ, ὅτι ἡ ἐκπόρευσίς ἐστιν ὕπαρξις ἐν τῷ θείῳ προσώπῳ; ἆρά γε ἐστὶ τὸ λαβεῖν ἀφ' ἑτέρου τὴν ὕπαρξιν ἢ ἰδίωμα; ἡ γὰρ ἐκπόρευσις φαίνεται εἶναι πρόοδος ἀφ' ἑνὸς πρὸς ἕτερον. εἰ δὲ ἡ ἐκπόρευσίς ἐστιν ὑπαρκτικὴ, φαίνεται λαμβάνειν ἀπὸ τοῦ πατρὸς τὴν ὕπαρξιν, ἐπειδὴ τὸ λαμβάνειν τὴν ὕπαρξιν ταυτόν ἐστι τῷ ἐκ τοῦ * υἱοῦ. ἐρωτῶ οὖν, εἰ οὕτως νοεῖς.

** Per ὕπαρξιν intelligit eſſentiam & exiſtentiam.* — ** Ἴσ. πατρὸς*

ΕΦΕΣ. Τοιαύτην νοῶ τὴν πρόοδον, καθ' ἣν ἐξ αὐτοῦ λαμβάνει τὸ εἶναι, καὶ πᾶν ὅπερ ἐστὶ καὶ ἰδίως λέγεται τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον.

ΙΩΑΝ. Ἀρέσκει μοι, ἔχομεν τὸ συμπέρασμα τοῦτο· τὸ λαμβάνειν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸ εἶναι παρὰ τοῦ πατρὸς ταυτόν ἐστι τῷ καὶ ἐξ αὐτοῦ ἐκπορεύεσθαι. * τοῦτο λέγεται οὕτως· ἀφ' οὗ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον λαμβάνει τὸ εἶναι ἐπὶ τῶν θείων, ἀπὸ τούτου καὶ ἐκπορεύεται· ἀλλὰ λέγεται τὸ πνεῦμα τὸ εἶναι λαμβάνειν παρὰ τοῦ υἱοῦ· ἄρα τὸ πνεῦμα πρόεισιν ἐκ τοῦ υἱοῦ ἐν τῇ ἰδίᾳ σημασίᾳ τῆς ἐκπορεύσεως *, καθὼς ὑμεῖς συνεχωρήσατε. ὅτι δὲ τὸ πνεῦμα λαμβάνει τὸ εἶναι παρὰ τοῦ υἱοῦ, τοῦτο δυνατὸν ἀποδειχθῆναι πολλαῖς μαρτυρίαις.

** Ἴσ. τότε.* — ** ἐκείνης*

ΕΦΕΣ. Πόθεν τοῦτο λαβόντες ἔχετε, τὸ, ἐκ τοῦ υἱοῦ λαμβάνειν τὸ εἶναι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον; ἡμεῖς τοῦτο οὐ συγχωροῦμεν.

ΙΩΑΝ. Ἀρέσκει μοι τὸ ῥηθέν· ταχὺ γὰρ ἐπανελευσόμεθα πρὸς τὴν ἐρώτησιν. ὅτι μὲν οὖν λαμβάνει τὸ εἶναι παρὰ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, δείκνυται ἀπὸ τοῦ ῥητοῦ τοῦ ἁγίου Ἐπιφανίου· ὃς ἔν τινι συγγράμματι Ἀγκυρωτῷ καλουμένῳ, μεταγλωττισμένῳ ἀπὸ βιβλίου Ἑλληνικοῦ παλαιοῦ παρὰ τοῦ Ἀμβροσίου, φησὶν οὕτως ὡς * ἀπὸ προσώπου τοῦ πατρός· ὅτι υἱὸν λέγω ἐκεῖνον τὸν ὄντα ἐξ αὐτοῦ, πνεῦμα δὲ ἅγιον, ὃ μόνον ἐξ ἀμφοῖν ἐστιν. ἀπὸ τούτου οὖν τοῦ ῥητοῦ, εἰ τὸ πνεῦμα ἐξ ἀμφοῖν ἐστιν, ἄρα καὶ τὸ εἶναι λαμβάνει ἐξ ἀμφοῖν. ἔτι ἐν τῷ αὐτῷ συγγράμματι οὕτω λέγει· καὶ καθά-

** Ἴσ. εἰπεῖν*



SESSIO XVIII.

Patri connaturalis, & Spiritus Patri & Filio, id enim reperimus apud doctores, Ex Patre ſcilicet ac Filio, & eorum ſubſtantia eſſe Spiritum ſanctum, quoniam Patri & Filio connaturalis & conſubſtantialis eſt: & conſtat hoc ex ſancto Cyrillo veluti concluſionem deducente, quod Spiritus ſanctus ſit de eſſentia Patris & Filii. Sed ut ad propoſitum redeamus, & imperfectum illud non relinquamus, de verbis magni Baſilii dicimus; quia nondum plane perſpicueque reſpondiſtis. Siquidem ex Patre dixit, utpote ex ejus hypoſtaſi; atque ita intelligitur illud, Non aliunde; ad aliam refertur hypoſtaſim: & procul dubio dicit, non eſſe ex alia quam ex hypoſtaſi ſolius Patris. Si vero eſſentiam intelligit, quæ tribus perſonis communis eſt, ex ipſo, & non aliunde; hoc eſt ex eadem natura, inquit, & non alia: namque procedere ex Patre, in ſcriptura teſtatum eſt. Et ſanctus Epiphanius dum ex ambobus ait, ex Patre & Filio, non neceſſario ſignificare vult ex eorum ſubſiſtentiis, ſed ex eorum ſubſtantia. In divinis ergo quod dicitur ex eorum ſubſtantia, non neceſſario dicetur etiam ex eorum ſubſiſtentia: ſed poteſt dici & eſſe ex eorum ſubſtantia tanquam conſubſtantiale, ut dictum eſt.

Joannes. Ex hoc duo habeo; primum, etſi ſubintelligitur verbum, Eſt, in ſententiis allatis; non tamen ſequi, ut ſi habeat eſſe, ſit etiam ex hypoſtaſi: & videtur hoc prioribus tuis dictis contrarium. Quoniam vehementer inniteris dicto magni Baſilii, dicimus, Baſilium non ita expoſuiſſe: nam pugnantia fuiſſet locutus. Si enim, Ex Patre, dicit, & non aliunde; & alibi dicit, Ex Filio, profecto ſecum ipſe pugnaret. Debemus ergo textum inſpicere, & inde conſequens intelligemus.

His ita dictis dimiſſa eſt ſynodus, ſeſſione in quintam reſervata feriam: quæ cum veniſſet, & nos rurſus conveniſſemus, præſente quoque imperatore noſtro, patriarcha vero abſente propter ægram valetudinem, Latinus iterum eſt orſus, & multa cum fiducia ſic eſt locutus:

μα πρὸς τὸν υἱὸν καὶ τὸν πατέρα. καὶ τοῦτο παρὰ τοῖς διδασκάλοις εὑρίσκομεν τό, ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τῆς οὐσίας αὐτῶν εἶναι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὅτι ὁμοφυές ἐστι καὶ ὁμοούσιον τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. καὶ τοῦτο φαίνεται ἐκ τοῦ ἁγίου Κυρίλλου συνάγοντος ὥσπερ τι συμπέρασμα, τὸ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ εἶναι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. ἵνα δὲ πρὸς τὸ προκείμενον ἔλθωμεν, καὶ μὴ ἀτελὲς αὐτὸ καταλείψωμεν, λέγομεν πρὸς τὸ ῥητὸν τοῦ μεγάλου Βασιλείου, ἐπειδὴ οὔπω καθαρῶς καὶ σαφῶς ἀπεκρίνασθε· εἰ μὲν ἐκ τοῦ πατρὸς εἶπεν, ὡς ἐκ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, καὶ τοῦτο νοεῖται, τό, οὐχ ἑτέρωθεν, πρὸς ἄλλην ὑπόστασιν ἀναφέρεται, καὶ δῆλον ὅτι λέγει μὴ εἶναι ἐξ ἑτέρας τινὸς ὑποστάσεως, ἀλλ' ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς μόνης. εἰ δὲ πρὸς τὴν οὐσίαν λέγει, ἥτις ἐστὶ κοινὴ τῶν τριῶν προσώπων, ἐξ αὐτοῦ λέγει καὶ οὐχ ἑτέρωθεν, ἐκ τῆς αὐτῆς φύσεως καὶ οὐκ ἔκ τινος. τὸ γὰρ ἐκπορεύεσθαι ἐκ τοῦ πατρός, ὡμολόγηται παρὰ τῇ γραφῇ. καὶ ὁ μέγας Ἐπιφάνιος λέγων, ἐξ ἀμφοῖν, ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ, οὐκ ἐξ ἀνάγκης βούλεται δηλοῦν ἐκ τῶν αὐτῶν ὑποστάσεων, ἀλλ' ἐκ τῆς οὐσίας αὐτῶν. οὐκ ἄρα ἐπὶ τῶν θείων τὸ ἐκ τῆς οὐσίας αὐτῶν λεγόμενον, ἤδη καὶ ἐκ τῆς ὑποστάσεως αὐτῶν ἐξ ἀνάγκης, ἀλλὰ δύναται λέγεσθαί τε καὶ εἶναι καὶ ἐκ τῆς οὐσίας αὐτῶν ὡς ὁμοούσιον, ὥσπερ εἴρηται.

ΙΩΑΝ. Ἔχω δύο ἀπὸ τούτου· τὸ πρῶτον, ὅτι εἰ καὶ νοεῖται τό, ἐστι, ῥῆμα ἐν τοῖς προκομισθεῖσιν, οὐ μέντοι ἕπεται, εἰ ἔχει τὸ εἶναι, ἐστὶ καὶ ἐκ τῆς ὑποστάσεως· καὶ φαίνεται ἐναντίον τοῖς πρότερον παρὰ σοῦ εἰρημένοις. ἐπειδὴ ποιεῖς μέγα θεμέλιον τὸ ῥητὸν τοῦ μεγάλου Βασιλείου, λέγομεν ὁ Βασίλειος οὐχ οὕτως ἐξηγήσατο, ἐπειδὴ περιέβαλλεν ἂν ἑαυτὸν ἀντιφάσει. εἰ γὰρ λέγει, ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ οὐχ ἑτέρωθεν, ἐν ἄλλοις δὲ λέγει ἐκ τοῦ υἱοῦ, περιέπιπτεν ἂν ἀντιφάσει. ὀφείλομεν οὖν ἰδεῖν τὸ προκείμενον, κἀντεῦθεν εἰσόμεθα τὸ ἑπόμενον.

Τούτων οὕτω λαληθέντων ἐλύθη ἡ σύνοδος, τῇ πέμπτῃ ταμιεύσαντες τὴν συνέλευσιν. τῆς πέμπτης τοίνυν ἐλθούσης, καὶ πάλιν ἡμῶν συνελθόντων, παρόντος καὶ τοῦ βασιλέως ἡμῶν, καὶ τοῦ πατριάρχου ἀπέχοντος, ἀσθενὴς γὰρ ἦν, ὁ Λατῖνος καὶ αὖθις τὴν ἔναρξιν ἐποιήσατο, καί φησι μετὰ παρρησίας πολλῆς·

## SESSIO XIX.

Sessio XIX.

*Quinto die menſis Martii, feria quinta celebrata eſt.*

Joannes. RELIQUIMUS, patres reverendiſſimi, ſuperiore ſeſſione dictum Baſilii a vobis prolatum: ex quo ſenſum Baſilii eſſe dicebatis, ut Spiritum ſanctum dicat eſſe ex ore Patris, & non aliunde, hoc eſt a nulla alia perſona, ut vos exponitis. Ego vero reſpondi illud, Non aliunde, ſic intelligi; ut ſit non ex alia quam divina ſubſtantia: ratio eſt; quia Baſilius in libro contra Eunomium aſſerit Spiritum ſanctum habere eſſe ex Filio: non ergo poterat, niſi ſecum ipſe pugnans dicere, Spiritum a nulla alia eſſe perſona. Propterea petii, ut in ipſo codice textus Baſilii perſpiceretur, atque om-

## ΣΥΝΕΛΕΥΣΙΣ ιθʹ.

Μαρτίου μηνὸς πέμπτῃ, ἡμέρᾳ πέμπτῃ, ἐγένετο.

ΙΩΑΝ. ΠΑρελείψαμεν ἐν τῇ προλαβούσῃ τὸ ῥητὸν τοῦ Βασιλείου τὸ προκομισθὲν παρ' ὑμῶν, πατέρες αἰδεσιμώτατοι· ἀφ' οὗ ῥητοῦ εἴπατε τὴν ἔννοιαν τοῦ ἁγίου Βασιλείου, ὅτι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιόν ἐστιν ἀπὸ τοῦ στόματος αὐτοῦ τοῦ πατρός, καὶ οὐχ ἑτέρωθεν, τουτέστιν ἀπ' οὐδενὸς ἑτέρου προσώπου, καθὼς ὑμεῖς ἐξηγήθητε. ἐγὼ δὲ ἀπεκρινάμην, ὅτι τό, οὐχ ἑτέρωθεν, οὕτω νοεῖται· τουτέστιν, ἀπὸ οὐδεμιᾶς οὐσίας, ἢ τῆς τοῦ Θεοῦ οὐσίας. ὁ δὲ λόγος, ὅτι ὁ Βασίλειος ἐν τῷ κατ' Εὐνομίου λέγων, ὅτι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔχει τὸ εἶναι ἐκ τοῦ υἱοῦ, οὐκ ἠδύνατο λέγειν τὸ πνεῦμα ἀπ' οὐδενὸς ἑτέρου προσώπου χωρὶς ἀντιφάσεως. καὶ διὰ τοῦτο αὐτὸ ἐζήτησα, ἵνα θεωρηθῇ τὸ πρωτότυπον τοῦ



Sessio XIX.

τοῦ αὐτοῦ Βασιλείου, ὥστε τὴν ἀλήθειαν πᾶσι γνωσθῆναι περὶ τῆς τοῦ Βασιλείου διανοίας, ἐπειδὴ οἱ τοιοῦτοι διδάσκαλοι θεμέλιοί εἰσι τῆς ἡμετέρας πίστεως. εἴδομεν δὲ ἡμεῖς τὸ ῥητὸν τοῦ μεγάλου Βασιλείου καὶ μετὰ δύο ἑρμηνέων, καὶ ἐπειρασάμεθα τὸ ῥητὸν μεταγαγεῖν εἰς τὴν ἡμετέραν φωνὴν χωρὶς προσθήκης ἢ ἐλλείψεως. ἔχομεν τοίνυν τὸν Βασίλειον πιστότατον μάρτυρα καὶ ἀρχαιότατον, ἔχομεν καὶ τὴν ἑρμηνείαν, καὶ διὰ τοῦτο ἐπ' ἀκροάσει τῶν αἰδεσίμων τούτων πατέρων ἐρῶ πρῶτον Λατινικόν, κἀντεῦθεν ἀναγνωσθήσεται καὶ ῥητὸν ἐν τῷ πρωτοτύπῳ βιβλίῳ· εἰ δὲ θέλετε, ἀναγνωσθήτω τὸ Ἑλληνικὸν πρότερον τοῦ μεγάλου Βασιλείου· ὅτι καὶ ἄνευ τοῦ καλεῖσθαι υἱὸν τὸ πνεῦμα· καί, πῶς τὰ ἀνθρώπινα παραδείγματα. ὅτι δὲ ὁ μέγας Βασίλειος βούλεται, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔχειν τὸ εἶναι ἐκ τοῦ υἱοῦ, νῦν ὁ Βασίλειος ἐν τῷ ἑπομένῳ δευτέρῳ κεφαλαίῳ οὕτω φησίν. ἐπειδὴ ἐστι κεφάλαιον λίαν ἀξιόλογον, καὶ πάνυ ποιεῖ πρὸς τὸ προκείμενον· πέπεισμαι, ὅτι σὺ εἶδες τὸ ῥητὸν τοῦ μεγάλου Βασιλείου, καὶ σὺ τοῦτο προήγαγες. καὶ διὰ τοῦτο ἡ ῥῆσις ἀκουσθήτω, ἐπειδή ἐστι πρὸς τὸ αὐτό, ἐν τῷ κεφαλαίῳ τῷ ἐπιγραφομένῳ, εἰ μή τις λέγει ἐκ τοῦ Θεοῦ τὸ πνεῦμα, οὐδὲ τὸν λόγον.

ΕΦΕΣ. Τοῦτο ὃ λέγεις, ἐστὶν ἐξ ἑτέρου, μὴ σύναπτε οὖν τὰ ῥητά, ἀλλὰ λέγε αὐτὰ ὡς ἔχει· τοῦτο γὰρ ἐποίησας καὶ εἰς τὰ τοῦ ἁγίου Ἐπιφανίου. τοῦτο οὖν ποιεῖ τὴν διάνοιαν ταράττεσθαι. διὰ τοῦτο ἐξετασθήτωσαν τὰ εἰρημένα παρὰ σοῦ. τὸ συναγόμενόν ἐστιν ἐκ τῆς σῆς ἐξηγήσεως τοῦ παρ' ἡμῶν προενηνεγμένου ῥητοῦ, καὶ τῶν ἄλλων ὧν εἶπες, ὅτι ὅταν ὁ μέγας Βασίλειος λέγῃ, ἐξ αὐτοῦ τοῦ πατρὸς τὸ πνεῦμα, καὶ οὐχ ἑτέρωθεν, οὐ λέγει ἰδίως ἐκ τῆς ὑποστάσεως τοῦ πατρός, ἵνα ᾖ τό, ἑτέρωθεν, ἐξ ἑτέρας τινὸς ὑποστάσεως, ἀλλ' ἁπλῶς ὅτι ἐκ τοῦ πατρός, τουτέστιν ὅτι ἐκ τῆς φύσεως τοῦ πατρός. ἵνα ᾖ τό, οὐχ ἑτέρωθεν, οὐκ ἔξωθεν, οὐδὲ ἐξ ἑτέρας τινὸς οὐσίας ἢ φύσεως, τουτέστιν ὡς ἓν τῶν κτισμάτων, ὅπερ Εὐνόμιος ἔλεγε. ταύτην τὴν ἐξήγησιν ἡμεῖς ἀκούοντες, ὅτι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ πατρὸς ἢ ἐκ τοῦ υἱοῦ, οὐκ ἀναγκαζόμεθα νοεῖν, ὅτι ἐκ τῆς ὑποστάσεως τοῦ πατρός, ἢ ἐκ τῆς ὑποστάσεως τοῦ υἱοῦ, ἢ ἐκ τῶν ὑποστάσεων ἀμφοτέρων, ἀλλὰ δυνάμεθα νοεῖν ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ ἀκούοντες ὅτι ἐκ τῆς οὐσίας αὐτῶν, τουτέστιν ὁμοούσιον αὐτοῖς καὶ οὐκ ἐξ ἄλλης τινὸς οὐσίας ὡς ἓν τῶν κτισμάτων. τοῦτο γὰρ καὶ οἱ θεολόγοι πολλάκις συλλογιζόμενοι καὶ ἀποδεικνῦντες φαίνονται. εἰ δὲ ἦν ἀναγκαῖον ἀκούοντας ἡμᾶς, ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ, νοεῖν ἐκ τῆς ὑποστάσεως αὐτῶν, οὐκ ἂν οἱ ἅγιοι συνελογίζοντο τοῦτο καὶ ἀπεδείκνυον.

ΙΩΑΝΝΗΣ. Ἀπὸ τῶν σῶν ῥημάτων δύο τινὰ συνῆξα· τὸ πρῶτον, ὅτι ἐπειδήπερ οὐκ εἴρηται ἐν τῷ ῥητῷ τοῦ μεγάλου Βασιλείου, τὸ πνεῦμα εἶναι ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ, διὰ τοῦτο οὐκ ἀναγκάζῃ καὶ αὐτὸς τοῦτο λέγειν. δεύτερον, ὅτι ὁ νοῦς τοῦ Βασιλείου ἦν οὗτος, ὅτι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐχ ἦν ἀλλοτρίας φύσεως ἢ τῆς τοῦ πατρός· καὶ ὅτι οὐ νοεῖται τὸ πνεῦμα εἶναι ἀπὸ τοῦ πατρός, ἀλλ' ἀπὸ τῆς οὐσίας τοῦ πατρός τε καὶ τοῦ υἱοῦ. ὥστε κατὰ σὲ ἡ οὐσία ἐστὶν ἐκείνη ἡ προάγουσα τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον.

ΕΦΕΣ. Βούλομαι εἰπεῖν ὀλίγον τι, καὶ πάλιν ἵνα λέγῃς αὐτός· ὁ σκοπὸς τοῦ μεγάλου Βασιλείου, ἐπειδὴ ἠγωνίζετο κατὰ τῶν αἱρετικῶν, τῶν λεγόντων, τὸ πνεῦμα

nibus de mente Baſilii pateficeret veritas: quandoquidem hujuſmodi doctores fundamenta ſunt noſtræ fidei. Vidimus porro nos Baſilii magni dictum cum duobus interpretibus; & conati ſumus illud in noſtram linguam convertere, nihil addendo vel detrahendo. Habemus ergo Baſilium fideliſſimum & antiquiſſimum teſtem; habemus & interpretationem. Idcirco, ut hi reverendi patres audiant, prius Latine recitabo: deinde legetur etiam dictum, ut eſt in ipſo codice. Si vero vultis, recitentur prius Græca Baſilii magni verba: Quod licet Spiritus non vocetur Filius, &, Quomodo exempla humana, &c. Quod vero Baſilius magnus velit, Spiritum ſanctum habere ſuum eſſe ex Filio, in ſequenti capite declarat ipſe his verbis. Quoniam eſt valde magni momenti caput, multumque facit ad rem (certo vero ſcio te dictum hoc Baſilii magni vidiſſe, cum tu illud protuleris) idcirco audiantur verba: agunt enim de eadem re, in capite cui titulus eſt, Quod niſi quis dicat Spiritum ſanctum ex Deo, nec Verbum, &c.

Ephes. Quod dicis ex alio capite eſt: ne ergo dicta connecte, ſed profer illa ut ſe habent: nam hoc idem feciſti in verbis ſancti Epiphanii; & proinde ſenſus confunditur. Quapropter examinentur quæ tu dixiſti. Quod a tua expoſitione dicti a nobis prolati, & reliquo tuo ſermone colligitur, eſt, Baſilium magnum, cum dicit: Ex ipſo Patre Spiritus eſt & non aliunde: non tribuere hoc ſpeciatim ſubſiſtentiæ Patris, ut illud Aliunde, perinde ſit atque ex alia quadam hypoſtaſi; ſed loqui ſimpliciter ex Patre, hoc eſt ex natura Patris: ut vox, Non aliunde, ſignificet non extrinſecus, neque ex alia quadam ſubſtantia, ſive natura, ut una videlicet e creaturis, quod ajebat Eunomius. Nos expoſitionem hanc audientes, cum Spiritus ſanctus dicitur ex Patre vel ex Filio, nequaquam intelligere cogimur proceſſionem ex hypoſtaſi Patris, vel ex hypoſtaſi Filii, vel ex amborum hypoſtaſibus: ſed ex Patre & Filio audientes poſſumus ita accipere, ut ſit ex eorum ſubſtantia, id eſt, conſubſtantialis ipſis, & non ex alia quadam ſubſtantia, ut una de numero creaturarum: hoc enim theologi etiam ſæpe ſyllogiſmis & demonſtrationibus probant: ſi vero eſſet neceſſarium, dum ex Patre & Filio audimus, intelligere ex eorum hypoſtaſi; profecto ſancti id ratiocinationibus non demonſtrarent.

Joannes. Ex tuis verbis duo quædam collegi, primum, quoniam in dicto magni Baſilii non dicitur Spiritus ſanctus eſſe ex Patre & Filio, propterea te quoque non cogi illud aſſerere: alterum, Baſilii magni mentem fuiſſe hanc, ut Spiritus ſanctus non ſit alienæ naturæ, ſed ejus quam habet Pater: & Spiritum ſanctum non intelligi a Patre, ſed ex ſubſtantia Patris & Filii. Itaque per te ſubſtantia eſt quæ producit Spiritum ſanctum.

Ephes. Volo brevi quidpiam dicere, ut mox ipſe loquaris: magni Baſilii conſilium, quoniam cum hæreticis decertabat aſſerenti-

bus, Spiritum ſanctum eſſe alienum a ſubſtantia Patris & Filii, non erat oſtendere, undenam Spiritus ſanctus habeat eſſe: hoc enim fatentur etiam hæretici, nempe illius cauſam eſſe Deum, quandoquidem omnia a Deo ſunt; nec etiam quænam hypoſtaſis ſit cauſa Spiritus ſancti; compertum enim & hoc eſt ex evangelio, Spiritum ſcilicet procedere a Patre: ſed propoſitum ei erat oſtendere, Spiritum ſanctum, cum ex Deo ſit, non eſſe ut unam creaturarum, verum ex ejus ſubſtantia procedere, ſicut & Filium. Idcirco cum dicit; Ex ipſo Spiritus; ſignificat, ex ſubſtantia ejus & non extrinſecus.

JOANNES. Dicis, ſcopum fuiſſe Baſilio demonſtrare, Spiritum ſanctum ejus plane eſſe ſubſtantiæ, cujus Pater & Filius; & non alterius, ut aſſerebant hæretici. Secundo, non fuiſſe opus Baſilio probare, quænam ſit cauſa Spiritus, Paterne an Filius. Tertio, inſtitutum Baſilii fuiſſe illud, ut Spiritus ſanctus ſit ſubſtantiæ Patris, & non alterius. Ad primum ergo dicimus, nos in eo ſatis convenire, ut ſcilicet Baſilius voluerit demonſtrare, Spiritum ſanctum eſſe paternæ ſubſtantiæ, & non aliunde: Conſentimus de hoc; quare nihil dico. Contra vero ſecundum, quod ſcilicet illi non fuerit propoſitum demonſtrare, utrum Pater & Filius ſit cauſa Spiritus, repugno: nam ex hoc dicto contrarium ejus ſequitur, ſuperiore ſeſſione dixiſti, Tunc enim vocem, Non aliunde, ſignificare dixiſti, Non ex alia hypoſtaſi: nunc vero negas, perſonam hanc ex illa perſona eſſe: ſed clarius hoc præterea demonſtratur; Nam idem eodem capite, Spiritus, inquit, ex Dei eſt ore. Nunc igitur quæro ex te, quid intelligas per illud, Ex ore Dei, ex Patrene, an vero ex ore, videlicet Filio? quodcumque reſponderis, neceſſe eſt ſermonem eſſe de cauſa Spiritus. Ad tertium vero dico, fateri nos etiam, Spiritum ſanctum eſſe ex Patris ſubſtantia; quandoquidem eadem numero eſt Patris & Filii ſubſtantia: neque enim aut creatus aut imaginarius eſt, ut cum ex Patre ſit, non ſit etiam ex Filio, quatenus accipit a Patre quod Patris eſt, videlicet eſſentiam. Dicat tua reverentia, & reſponde ad ſecundum & tertium; de primo enim conſentimus.

EPHES. Ego recepta tua expoſitione non ſum locutus pugnantia, ſed dixi tibi contraria, qui coram hiſce auditoribus uſque adeo tecum pugnas. Nam heri interrogatus a me, an ex ipſo Patre audiens, intelligeres neceſſario ex ipſa Patris hypoſtaſi, affirmaſti. Ad hoc ego protuli Baſilii magni dictum, & quoniam ille dicit, Spiritum ex ipſo Patre eſſe & non aliunde, coegi te ex conceſſis fateri de ſola Patris hypoſtaſi & non aliunde, hoc eſt, ex alia quapiam hypoſtaſi. Quæ igitur dixiſti heri, congruentia erant iis quæ conceſſeras; poſtea vero mutata ſententia, aliam dicti expoſitionem amplexus, quod vox illa, Ex ipſo Patre, non neceſſario intelligenda ſit perinde atque ex ejus hypoſtaſi; ſed poſſit intelligi, Ex ipſo Patre, hoc eſt, ex ejus natura propter conſubſtantialitatem, & non

τὸ ἅγιον ἀλλότριον τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ, οὐκ ἦν δεῖξαι, πόθεν ἔχει τὸ εἶναι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. τοῦτο γὰρ ὡμολόγηται καὶ τοῖς αἱρετικοῖς, ὅτι ἐκ τοῦ Θεοῦ τὴν αἰτίαν ἔχει, ἐπειδὴ καὶ πάντα ἐκ τοῦ Θεοῦ. ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ἐκ τίνος ὑποστάσεως ἔχει τὴν αἰτίαν τὸ πνεῦμα· καὶ τοῦτο γὰρ ὡμολόγηται παρὰ τοῦ εὐαγγελίου, ὅτι τὸ πνεῦμα παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται. ἀλλ᾽ ὁ σκοπὸς ἦν δεῖξαι, ὅτι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ Θεοῦ ὂν, οὐχ ὡς ἓν τῶν κτισμάτων ἐστὶν, ἀλλ᾽ ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ προϊὸν, ὥσπερ καὶ ὁ υἱός. διὰ τοῦτο ὅταν λέγῃ· ἐξ αὐτοῦ τὸ πνεῦμα, τοῦτο λέγει, ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ καὶ οὐκ ἔξωθεν.

ΙΩΑΝ. Λέγεις ὅτι ὁ σκοπὸς τοῦ Βασιλείου ἦν ἀποδεῖξαι, ὅτι τὸ πνεῦμα τῆς αὐτῆς ἦν οὐσίας τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ, καὶ οὐκ ἄλλης, καθὼς ἔλεγον οἱ αἱρετικοί. δεύτερον, ὅτι οὐκ ἦν χρεία τῷ Βασιλείῳ ἀποδεῖξαι τὴν αἰτίαν τοῦ πνεύματος, πότερον ἂν ὁ πατὴρ ἦν ἢ ὁ υἱός· τρίτον, ὅτι ὁ σκοπὸς τοῦ Βασιλείου ἦν, ὡς τὸ πνεῦμα εἴη τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας καὶ οὐχ ἑτέρας. πρὸς μὲν οὖν τὸ πρῶτον λέγομεν, ὅτι σύμφωνοι ἀρκούντως ἐσμὲν, ὅτι ἦν ὁ σκοπὸς τῷ Βασιλείῳ ἀποδεῖξαι τὸ πνεῦμα εἶναι τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας καὶ οὐχ ἑτέρωθεν. ἐν τούτοις συμφωνοῦμεν, ὅθεν οὐδὲν λέγω. πρὸς δὲ τὸ δεύτερον, οἷον ὅτι οὐκ ἦν ὁ σκοπὸς ἀποδεῖξαι, πότερον ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς εἴη αἰτία τοῦ πνεύματος, ἀντιλέγω· ὅτι ἀπὸ τούτου τοῦ λόγου ἐναντίον ἕπεται τῷ ἐν τῇ προλαβούσῃ εἰρημένῳ σοι. καὶ γὰρ ἐν τῇ προλαβούσῃ εἶπες, οὐχ ἑτέρωθεν, δηλονότι ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως· νῦν δὲ τὸ πρόσωπον λέγεις τοῦτο ἐκ τοῦ προσώπου ἐκείνου οὐκ ἔστι. μᾶλλον ἀποδείκνυται δεύτερον, ὅτι αὐτὸς ἐν τῷ αὐτῷ κεφαλαίῳ φησὶν, ὅτι τὸ πνεῦμά ἐστιν ἐκ τοῦ στόματος τοῦ Θεοῦ. νῦν οὖν ἐρωτῶ σε πότερον ἐννοεῖς ἐκ τοῦ στόματος εἶναι τοῦ Θεοῦ, δηλονότι τοῦ πατρὸς, ἢ ἐκ τοῦ στόματος δηλονότι τοῦ υἱοῦ· καθ᾽ ὃν ἂν τρόπον ἀποκριθῇς, χρεία ἐστὶν εἶναι περὶ τὴν αἰτίαν τοῦ πνεύματος. πρὸς δὲ τὸ τρίτον, καὶ ἡμεῖς ὁμολογοῦμεν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον εἶναι ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας. ἐπειδὴ ἡ αὐτή ἐστι τῷ ἀριθμῷ ἡ τοῦ πατρὸς οὐσία καὶ τοῦ υἱοῦ. οὐ γάρ ἐστι κτιστὸν ἢ φανταστὸν, ὥστε ὂν ἐκ τοῦ πατρὸς μὴ εἶναι τὸ ἐκ τοῦ υἱοῦ, καθ᾽ ὃ λαμβάνει παρὰ τοῦ πατρὸς ὅ ἐστι τοῦ πατρὸς, τὴν οὐσίαν δηλονότι. λεγέτω ἡ αἰδεσιμότης σου, καὶ ἀποκρίθητι πρὸς τὸ δεύτερον καὶ τὸ τρίτον, πρὸς γὰρ τὸ πρῶτον συμφωνοῦμεν.

ΕΦΕΣ. Ἐγὼ τὴν σὴν ἐξήγησιν παραδεξάμενος, * οὐκ εἶπον ἐναντίαν ἐμαυτῷ, ἀλλ᾽ εἶπον ἐναντία σοι οὕτω ταῖς ἐναντιολογίαις ἀντιπίπτοντι ἐνώπιον τῶν παρόντων ἀκροατῶν. χθὲς γὰρ ἐρωτηθεὶς παρ᾽ ἐμοῦ, ὅτι τὸ, ἐξ αὐτοῦ τοῦ πατρὸς, ἀκούων νοεῖς ἐξ ἀνάγκης, ἐξ αὐτῆς τῆς ὑποστάσεως τοῦ πατρὸς, εἶπες, οὕτως. ἐπὶ τούτῳ παρήγαγον τὸ ἁγίου Βασιλείου ῥητόν· καὶ ἐπειδὴ αὐτὸς λέγει, ἐξ αὐτοῦ τοῦ πατρὸς εἶναι τὸ πνεῦμα καὶ οὐχ ἑτέρωθεν, ἠνάγκασά σε κατὰ τὴν σὴν ὁμολογίαν ἐκ τῆς ὑποστάσεως τοῦ πατρὸς μόνης ὁμολογῆσαι, καὶ οὐχ ἑτέρωθεν, τουτέστιν, οὐκ ἐξ ἑτέρας τινὸς ὑποστάσεως. ἃ γοῦν εἶπες χθὲς, ἀκόλουθα ἦσαν ταῖς ὁμολογίαις. μετὰ ταῦτα δὲ μεταβαλλόμενος, καὶ πρὸς ἑτέραν χωρήσας ἐξήγησιν τοῦ ῥητοῦ, ὅτι τὸ, ἐξ αὐτοῦ τοῦ πατρὸς, οὐκ ἀναγκάζει νοεῖν ἡμᾶς ἐκ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, ἀλλὰ δυνάμεθα νοεῖν ἐξ αὐτοῦ τοῦ πατρὸς, ἤγουν ἐκ τῆς φύσεως αὐτοῦ. καὶ ὡς ὁμοούσιον αὐτῷ καὶ οὐχ ἑτέρωθεν, με-



μετήγαγες ἡμᾶς εἰς τὸ παραδέξασθαι ταύτην τὴν σὴν ἐξήγησιν. ἀκολουθοῦντες οὖν τῇ σῇ διανοίᾳ εἴπομεν, καὶ ἐκ τῶν εἰρημένων παρά σου συνάγομεν τὰ ἀναγκαίως ἑπόμενα, ἀλλ᾽ οὐχ ἑαυτοῖς περιπίπτοντες καὶ ἐναντιούμενοι. συνάγεται τοίνυν ἀπὸ τῆς σῆς ἐξηγήσεως ταύτης, ὅτι ἐκ τοῦ πατρὸς ἀκούοντες τὸ πνεῦμα καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ ἐξ ἀμφοτέρων, οὐκ ἀναγκαζόμεθα νοεῖν καὶ ἐκ τῶν ὑποστάσεων αὐτῶν. ἀλλ᾽ ἁπλῶς ἐκ τῆς αὐτῶν οὐσίας ὡς ὁμοούσιον αὐτοῖς· καθ᾽ ὃν τρόπον καὶ ἡμεῖς ἐκ τῆς οὐσίας ἀλλήλων, καὶ ἐξ ἀλλήλων δυνάμεθα λέγεσθαι διὰ τὸ ταυτὸν τῆς οὐσίας, ἀλλ᾽ οὐκ ἐκ τῶν ὑποστάσεων αὐτῶν. καὶ παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ φησιν ὁ Ἰσαὰκ περὶ τοῦ Ἡσαῦ πρὸς τὸν Ἰακώβ. ἀδελφός σου ἐστι, καὶ ἐκ τῆς φύσεώς σου ἐστί. δῆλον δὲ, ὅτι ὁ ἀδελφὸς οὐκ ἔστιν ἐκ τῆς αὐτοῦ ὑποστάσεως, ἀλλ᾽ ἐκ τῆς φύσεως ὡς ὁμοφυὴς αὐτῷ καὶ ὁμοούσιος.

ΙΩΑΝ. Ἃ εἶπον ἐν τῇ ἑτέρᾳ συνελεύσει, διασαφῶν πῶς ἂν εἴη τὸ πνεῦμα ἀπό τε τῆς οὐσίας, καὶ τῆς ὑποστάσεως, ἅπας ὁ σύλλογος τῶν αἰδεσιμωτάτων τούτων πατέρων ἀρκούντως καὶ ἀναπεπταμένως συνῆκε· καὶ ὅτι τὰ τοιαῦτα νοεῖ τὸ πνεῦμα πᾶσι γέγονε γνώριμον, δηλονότι οὐκ ἐξ ἑτέρου προσώπου. καὶ διὰ τοῦτο ἐπὶ τῷ μὴ καταναλίσκειν τὸν καιρὸν ἐν τοῖς περιττοῖς, μόνον πρὸς τὴν ἀρχικὴν στιγμὴν ἐρωτῶ· ἐπειδὴ ἴσως παρέξει τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ὁμόνοιαν μεταξὺ ἡμῶν καὶ πρότερον ἃ εἶπες λαβὼν ἀπὸ τῶν ῥητῶν ἡμῶν ἀρκούντως ἀρέσκει, ὅτι καὶ ἀληθές ἐστι τὸ παρὰ σοῦ ἀρτίως εἰρημένον, ὅτι ὁ Βασίλειος ἐν τῷδε τῷ κεφαλαίῳ εἶπεν, οὐχ ἑτέρωθεν, τουτέστιν, οὐκ ἐξ ἑτέρας οὐσίας. ἐπειδὴ εἰ οὗτος ἦν ὁ σκοπὸς τοῦ μεγάλου Βασιλείου, καθὼς εἶπες, ἐν οὐδενὶ ἀντεναντιοῦται τοῖς παρ᾽ ἐμοῦ εἰρημένοις. καὶ διὰ τοῦτο ἔλθε ἐν τῷ τρίτῳ, ἐπειδὴ ἐν τῷ δευτέρῳ συνεφωνήσαμεν.

ΕΦΕΣ. Σήμερον ἐν τῷ δευτέρῳ ἐκείνῳ ἁπτόμενος τοῦ ῥητοῦ ἐν τῷ κεφαλαίῳ ἐκείνῳ, τοῦ ἑτέρωθεν, τουτέστιν, οὐκ ἐξ ἑτέρας οὐσίας, ἀλλ᾽ ἐκ τῆς τοῦ πατρός.

ΙΩΑΝ. Ἔστω, τοῦτο ὁμολογῶ καὶ δέχομαι.

ΕΦΕΣ. Εἶπας, ὅτι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς λεγόμενον, νοεῖν ἡμᾶς ἀναγκάζει καὶ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ υἱοῦ τὸ αὐτὸ εἶναι πνεῦμα ἅγιον· ἐπειδὴ αὐτή ἐστι καὶ μία τῷ ἀριθμῷ οὐσία πατρὸς καὶ υἱοῦ. λέγεις οὖν, ὅτι ἡ οὐσία τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ ἐστιν αἰτία τοῦ ἁγίου πνεύματος.

ΙΩΑΝ. Οὐ λέγω οὕτως· ποιήσομεν ἐπανάληψιν.

ΕΦΕΣ. Ὅταν ἀκούσωμεν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τῆς οὐσίας πατρὸς καὶ υἱοῦ, νοεῖν ὀφείλομεν, τὴν αἰτίαν, ὅτι καὶ ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ οὐσίας ἔχει τὸ εἶναι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον;

ΙΩΑΝ. Οὐ λέγομεν οὕτως.

ΕΦΕΣ. Ὅταν ἀκούσωμεν ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ οὐσίας, νοεῖν ὀφείλομεν τὴν αἰτίαν ἐξ ἀνάγκης;

ΙΩΑΝ. Ὅταν ἀκούσωμεν, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον εἶναι ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ, τότε ἀναγκαίως ἀναγκαζόμεθα νοεῖν ὡς ἀπ᾽ αἰτίας· λέγω δὲ ταυτὸν τὴν αἰτίαν, ἣν οἱ ἡμέτεροι διδάσκαλοι οὐ χρῶνται, ἀλλὰ τῇ τῆς ἀρχῆς φωνῇ. ἐπειδὴ ἐν τῷ χωρίῳ τούτῳ λέξει, τὸ πνεῦμά ἐστιν ἐκ τοῦ στόματος τοῦ πατρὸς, ἔστι δὲ ὁ σκοπὸς περὶ τῆς αἰτίας τοῦ πνεύματος, διὰ τοῦτο ἠρώτησα, ἐκ τοῦ στόματος, τουτέστι τοῦ πατρὸς νοεῖν ὀφείλομεν, ἢ τοῦ υἱοῦ; ὅ, τι ἂν εἴπωμεν, * νοεῖν ὀφείλομεν. καὶ γὰρ ἀρκούντως ἐσαφηνίσθη ἐν τῷ εὐαγγε-

* deeſt τὴν αἰτίαν



aliunde; feciſti ut hanc tuam expoſitionem ſuſciperemus. Sequentes igitur tuum ſenſum diximus, & ex iis quæ ipſe dixiſti, colligimus quæ neceſſario conſequuntur, non ipſi nobis contraria pugnantiaque loquentes. Ex hac ergo tua expoſitione colligitur; Dum audimus Spiritum ex Patre & Filio, & ex ambobus, non neceſſario eſſe intelligendum ex eorum quoque ſubſiſtentiis, ſed ſimpliciter ex eorum ſubſtantia, ut conſubſtantialem ipſis: quemadmodum & nos dici poſſumus alter ex alterius eſſe ſubſtantia propter eſſentiæ identitatem, non tamen alter ex alterius hypoſtaſi. Ita apud ſacram ſcripturam Iſaac ad Jacob de Eſau, Frater, inquit, tuus eſt; & de tua natura eſt. Conſtat autem fratrem non eſſe ex fratris hypoſtaſi, ſed ex natura ejus, ut connaturalem & conſubſtantialem.

Videtur eſſe locus Gen. 29.

JOANNES. Quæ proxima ſeſſione dixi, declarans quo pacto Spiritus & a ſubſtantia ſit & ab hypoſtaſi, percepit ſatis aperteque univerſus hic reverendiſſimorum patrum cœtus; planeque omnes cognoverunt, Baſilium non ita eſſe intelligendum, ut Spiritus non ſit ex alia perſona. Idcirco ne fruſtra tempus abſumatur in ſupervacaneis, de principali tantum puncto abs te quæro: fortaſſe enim dabit nobis Spiritus ſanctus ut conveniamus: & primo quidem quæ dixiſti, deſumens ea ex noſtris verbis, placent ſatis: verum enim eſt, quod fuit a te dictum; Baſilium in hoc capite dixiſſe, Non aliunde, hoc eſt, non ex alia ſubſtantia: nam ſi hic fuit ſcopus magno Baſilio, ut aſſeruiſti, nulla certe ex parte dictis meis adverſatur. Quapropter accede ad tertium, quandoquidem de ſecundo conſenſimus.

EPHES. Hodie reſpondendo ad ſecundum illud, de dicto illius capitis mentionem feciſti: & explanando vocem, Aliunde, hoc eſt, non ex aliena ſubſtantia, ſed paterna.

JOANNES. Eſto, fateor hoc & admitto.

EPHES. Dixiſti, cum Spiritus ſanctus dicitur ex Patris ſubſtantia, cogi nos intelligere, ex ſubſtantia quoque Filii eumdem eſſe Spiritum ſanctum, quoniam una eademque numero eſt ſubſtantia Patris & Filii. Aſſeris ergo eſſentiam Patris & Filii eſſe cauſam Spiritus ſancti.

JOANNES. Non ita dico; repetamus quæ dixi.

EPHES. Cum audimus Spiritum ſanctum ex ſubſtantia Patris & Filii, debemus intelligere cauſam, ita ut ex ſubſtantia Patris & Filii habeat eſſe Spiritus ſanctus?

JOANNES. Non ita dicimus.

EPHES. Cum audimus, Ex ſubſtantia Patris & Filii, neceſſario cauſam intelligere debemus?

JOANNES. Cum audimus, Spiritum ſanctum eſſe ex ſubſtantia Patris & Filii, tunc neceſſario intelligere cogimur, ut e cauſa (ſumo autem pro eodem nomen cauſæ, quo doctores noſtri non utuntur, ſed ejus loco voce principii) quoniam hoc loco ait, Spiritum eſſe ex ore Patris: eſt porro illi propoſitum agere de cauſa Spiritus; propterea quæſivi, debeamuſne intelligere ex ore, hoc eſt, ex Patre, an vero ex Filio? quidquid enim dixerimus, cauſam intelli-

SESSIO XIX.

gere debemus. In evangelio quippe ſatis declaratum eſt, Spiritum ſanctum ex Patre procedere, videlicet ex ejus quoque ſubſtantia. Procedens autem ex Patre accipit etiam eſſe, uti jam declaravimus. Et quemadmodum accipit a Patre, ſubſtantiam ejus ſcilicet, quod idem eſt atque eſſe a Patre; accipit pariter & a Filio; quandoquidem Patris & Filii ſubſtantia una eſt. Exemplum vero Iſaac & Eſau non facit ad rem.

EPHES: Omitto in præſens Baſilii magni & evangelii verba; tu vero mihi plane perſpicueque ad quæſitum reſpondeas. Cum audimus Spiritum ſanctum ex ſubſtantia Patris & Filii, intelligere debemus illum B eſſe ex eorum quoque ſubſiſtentia?

JOANNES: Hoc eſt, quod proxima ſeſſione dixi, actiones eſſe ſuppoſitorum, ſicut in humanis clamat univerſa philoſophia. Quæro autem ex te, verumne ſit actiones eſſe ſuppoſitorum?

EPHES. Non dico, an actiones ſint ſuppoſitorum: reſponde igitur, deinde ego ad hoc etiam reſpondebo.

JOANNES. Erat ergo Iſaac in hoc mundo ſubjectum unum, unum ſuppoſitum: & ſeſſione superiore diximus, in divinis non eſſe C ſubſtantiam quæ generat, aut ſpirat; ſed hypoſtaſes eſſe, quæ generant & ſpirant. Sequitur ergo, ut ejus cauſa ſit paterna hypoſtaſis, non ſubſtantia: & quoniam hypoſtaſis Patris quæ generat Filium, communicat Filio, propter hanc cauſam doctores ajunt, Filium eſſe ex Patris ſubſtantia, & Spiritum ſanctum ex ſubſtantia Patris, & Filii, ut ſervetur perſonarum diſtinctio; alioquin perſonæ unum ſunt; non eſt enim relativa oppoſitio. Habetis, qua ratione Spiritus habeat eſſe ex ſubſtantia Patris & Filii.

EPHES. Ego non poſſum connectere tua dicta, videntur enim mihi inter ſe pugnare; modo dicis, Ex ſubſtantia Patris & Filii, D quæ una eadem numero eſt; modo vero mutata ſententia dicis ſecundum doctores, eſſentiam ipſam per ſe non eſſe cauſam ſubſiſtentiarum.

RHOD. Quod reverendus pater dicit, bene ſcientiſſimeque dicit. Tu quoque pater reverendiſſime bene reſpondes: ſed quod ambiguitatem affert, æquivocatio eſt, ut mihi videtur. In communi doctorum tam Græcorum, quam Latinorum theologia differt, divinam ſubſtantiam dicere, & ſubſtantiam Patris & Filii: ne tamen re differre hoc puteris, ſed apprehenſione tantum & intelligentia. Quo- E niam igitur audimus doctores ita loquentes, divinam ſubſtantiam concipimus animo, commune quid Patri & Filio & Spiritui ſancto; Cum vero dicimus Patris ſubſtantiam, intelligimus perſonam Patris.

EPHES. Interdum quidem, non tamen neceſſario, & ſemper.

IMPERATOR. Non poſſunt noſtri reſpondere duobus, idque pugnantibus inter ſe.

JOANNES. Ad exempli declarationem dixi jam ſatis: dicam rurſus pauca; in humanis ſuppoſitum eſſe ſubſtantiam, quæ communicat eſ-

ANNO CHRISTI 1439.

A λίῳ, ὅτι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται, δηλαδὴ καὶ παρὰ τῆς αὐτοῦ οὐσίας. ἐκπορευόμενον δὲ ἐκ τοῦ πατρὸς, λαμβάνει καὶ τὸ εἶναι καθ' ἣν ἐγένετο διασάφησιν. καὶ καθ' ὃν τρόπον λαμβάνει παρὰ τοῦ πατρὸς, τουτέστι τὴν οὐσίαν αὐτοῦ, ὅ ἐστι ταυτὸν τῷ παρὰ τοῦ * υἱοῦ, τοῦτον τὸν τρόπον λαμβάνει καὶ παρὰ τοῦ υἱοῦ· ἐπειδὴ ἡ οὐσία μία ἐστὶ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ. τὸ δὲ παράδειγμα τοῦ Ισαὰκ καὶ τοῦ Ησαῦ οὐκ ἔστι πρὸς τὸ προκείμενον. (* ἴσ. πατρὸς)

ΕΦΕΣ. Τὰ μὲν τοῦ μεγάλου Βασιλείου κατὰ τὸ παρὸν καὶ τὰ τοῦ εὐαγγελίου ἐάσω. σὺ δέ μοι πρὸς τὸ ἐρωτηθὲν ἀπόκριναι σαφῶς οὕτω καὶ καθαρῶς. ὅταν ἀκούσωμεν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τῆς οὐσίας πατρὸς καὶ B υἱοῦ, νοεῖν ὀφείλομεν ὅτι ἐκ τῆς ὑποστάσεώς ἐστιν αὐτῶν;

ΙΩΑΝ. Τοῦτό ἐστιν ὅπερ εἴρηκα καὶ ἐν τῇ προλαβούσῃ συνελεύσει, ὅτι αἱ ἐνέργειαι εἰσὶ τῶν ὑποκειμένων, καθὼς πᾶσα φιλοσοφία βοᾷ ἐπὶ τῶν ἀνθρωπίνων. ἐρωτῶ δὲ, εἰ τοῦτό ἐστιν ἀληθὲς, αἱ ἐνέργειαι εἰσὶ τῶν ὑποκειμένων;

ΕΦΕΣ. Οὐ λέγω, ὅτι αἱ ἐνέργειαι εἰσὶ τῶν ὑποκειμένων. ἀποκρίθητι οὖν, εἶτα * ἀποκριθήσῃ καὶ πρὸς τοῦτο. (* ἴσ. ἀποκριθήσομαι.)

ΙΩΑΝ. Λοιπὸν ὁ Ισαὰκ ἐν τῷ παρόντι κόσμῳ ἕν τι ἦν ὑποκείμενον, μία * ὑπόθεσις. καὶ ἐν τῇ προλαβούσῃ εἴπομεν, ὅτι ἐπὶ τῶν θείων οὐκ ἔστιν ἡ γεννῶσα ἢ πνέουσα C οὐσία, ἀλλ' εἰσὶν αἱ ὑποστάσεις αἱ γεννῶσαι καὶ πνέουσαι. ὥστε ἕπεται, τὴν αἰτίαν αὐτοῦ, τοῦ πατρὸς εἶναι ὑπόστασιν, καὶ οὐκ οὐσίαν· ἐπειδὴ δὲ ἡ τοῦ πατρὸς ὑπόστασις ἡ γεννῶσα τὸν υἱὸν μεταδίδωσι τῷ υἱῷ, αὕτη ἐστὶν ἡ αἰτία δι' ἣν οἱ διδάσκαλοί φασιν, ὅτι ὁ υἱός ἐστιν ἀπὸ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τῆς οὐσίας πατρὸς καὶ υἱοῦ, ἐπὶ τῷ σώζεσθαι τὴν διάκρισιν τῶν προσώπων, ἐπειδὴ τὰ πρόσωπα ἕν εἰσιν· οὐ γάρ ἐστιν ἀντίθεσις ἀναφορική. ἔχετε τὸ νοῦν, τίνα τρόπον ἔχει τὸ πνεῦμα τὸ εἶναι ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας καὶ υἱοῦ. (* ἴσ. ὑπόστασις) (* ἴσ. πατρῴαν.)

ΕΦΕΣ. Ἐγὼ οὐ δύναμαι συνάψαι τὰ παρὰ σοῦ εἰρημένα· D δοκοῦσι γάρ μοι ἐναντία ἀλλήλοις εἶναι. ποτὲ μὲν γὰρ λέγεις ἐκ τῆς οὐσίας πατρὸς καὶ υἱοῦ, ἥτις μία καὶ ἡ αὐτή ἐστι τῷ ἀριθμῷ· νῦν δὲ αὖθις μεταβαλλόμενος λέγεις ἀκολούθως τοῖς διδασκάλοις, ὅτι ἡ οὐσία οὐκ ἔστιν αἰτία τῶν ὑποστάσεων κατ' αὐτήν.

ΡΟΔ. Ὃ λέγει ὁ αἰδέσιμος πατὴρ, καλῶς καὶ θαυμασίως λέγει. καὶ σὺ πάτερ αἰδεσιμώτατε καλῶς ἀποκρίνῃ. ἀλλ' ἔστι τὸ γεννῶν τὴν ἀμφιβολίαν ὁμωνυμία, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ. ἐν τῇ κοινῇ θεολογίᾳ τῶν διδασκάλων Γραικῶν τε καὶ Λατίνων διαφέρει λέγειν, θείαν οὐσίαν, καὶ οὐσίαν πατρὸς καὶ υἱοῦ. μὴ οὖν νομίζετε τοῦτο πράγματι διαφέρειν, ἀλλὰ μόνον ἐπινοίᾳ καὶ λόγῳ. ἐπειδὴ τοίνυν ἀκούομεν τῶν διδασκάλων τοῦ- E το προφερόντων τὸ ῥῆμα, τὴν θείαν οὐσίαν νοοῦμεν κοινόν τι τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι· ἡνίκα δὲ λέγομεν τὴν οὐσίαν τοῦ πατρὸς, νοοῦμεν τὸ τοῦ πατρὸς πρόσωπον.

ΕΦΕΣ. Ἔστιν ὅτε, πλὴν οὐκ ἐξ ἀνάγκης, οὐδὲ ἀεί.

ΒΑΣΙΛ. Οὐδὲν δύνανται οἱ ἡμέτεροι ἀπολογεῖσθαι τοῖς δυσὶ, καὶ ταῦτα μαχομένοις ἀλλήλοις.

ΙΩΑΝ. Πρὸς διασάφησιν τοῦ παραδείγματος ἀρκούντως εἶπον· ἐρῶ δὲ πάλιν ὀλίγα τινὰ, ὅτι ἐπὶ τῶν ἀνθρωπίνων τὸ ὑποκείμενον οὐσία ἐστὶν ἡ μεταδιδοῦσα τὴν ἐν αὐ-



ANNO CHRISTI 1439.

τῇ οὐσίας καὶ φύσεως, ὡς ἐπὶ τοῦ Ισαὰκ ἐστί. νῦν οὖν ἡ φύσις, ἡ ἀνθρωπότης ἡ οὖσα ἐν τῷ Ισαὰκ, οὐκ ἔστιν ἡ γεννῶσα, ἀλλ' ἡ φύσις τοῦ Ισαὰκ ἐστὶν ἀρχὴ δι' ἧς προάγει τὸν Ιακὼβ, καὶ ἔστι τὸ κοινωνούμενον, ἐπειδὴ ἡ φύσις τοῦ Ισαὰκ ἡ οὖσα ἐστὶν ἡ μεταδιδομένη τῷ Ιακώβ. νῦν οὖν λέγει, ὅτι ὁ Ιακὼβ ἐστὶν ἀπὸ τῆς φύσεως τοῦ Ισαάκ. τίνα οὖν τρόπον ὀφείλει νοεῖσθαι ἡ πρόθεσις αὕτη, ἐκ τοῦ * Ιακώβ; οὐ δύναται νοεῖν, τουτέστιν ἐκ τοῦ Ισαὰκ ὡς ἐξ ὑποκειμένου ἐνεργοῦντος, ἐπειδὴ αἱ ἐνέργειαι εἰσὶ τῶν ὑποκειμένων ὑποστάσεων, καὶ ἀπὸ τῆς φύσεως τοῦ Ισαὰκ ὡς ἐξ ἀρχῆς δίδονται τῷ Ιακώβ. εἰ δυνατὸν ἦν, ὥστε τὴν οὐσίαν τοῦ Ιακὼβ καὶ τοῦ Ισαὰκ μὴ εἶναι διακεκριμένας, ἀλλ' εἶναι μίαν τῷ παραδείγματι. B ἐπεὶ οὖν ἡ γέννησις ἐπὶ τῶν θείων ἄπορος πέλει, διὰ τοῦτο φαμὲν· τὸ τοῦ πατρὸς ὄνομά ἐστιν ὑποστάσει ὑφεστῶν. τοῦτο οὖν τὸ ὑποκείμενόν ἐστι τὸ γεννῶν· ἐπειδὴ τὸ γεννᾷν ἐστιν ἐνέργεια γνωριστική, καὶ μόνῳ τῷ ὑποκειμένῳ γνωρίζεται. νῦν οὖν ἡ οὐσία τοῦ πατρός ἐστιν ἀρχὴ, δι' ἧς γεννᾷ ὁ πατὴρ, καὶ ἔστι τὸ διδόμενον τῷ υἱῷ καὶ τὸ κοινούμενον τῷ υἱῷ διὰ γεννήσεως, καὶ ἔστι τὸ λαμβανόμενον παρὰ τοῦ υἱοῦ καὶ τὸ κοινωνούμενον παρ' αὐτοῦ, καθὼς καὶ ἐπὶ τῶν ἀνθρωπίνων ἡ φύσις τοῦ Ισαὰκ καὶ ἀνθρωπότης αὐτοῦ. ἔστιν οὖν ὁ Ιακὼβ λαμβάνων ἀπὸ τοῦ ὑποκειμένου τοῦ γεννῶντος· ἀλλ' ἡ διαφορά ἐστι διὰ τὴν ὑπεροχήν. ἡ φύσις αὕτη ἐστὶ μία καὶ ἡ αὐτὴ τῷ ἀριθμῷ ἐν τῷ πατρὶ καὶ υἱῷ καὶ ἁγίῳ πνεύματι. C καὶ οὔπως ἐν οὐδενὶ ἄλλῳ διακρίνονται, εἰ μὴ ὅτι ὁ πατήρ ἐστι πατὴρ, καὶ ὁ υἱὸς υἱός· καὶ λέγομεν, ὅτι σοφία τοῦ Θεοῦ καὶ ἀγαθότης καὶ δύναμις, ταῦτα κοινωνοῦνται, ἐπειδή εἰσι τὰ αὐτά. ἐπειδὴ δὲ ἡ οὐσία ἐστὶν ὄνομα ἐξ ἀφαιρέσεως, καὶ ἔστιν ὑποκείμενον, διὰ τοῦτο οὐκ ἔστι δυνατὸν ἐφαρμόζειν ἐκεῖσε τὴν ἐνέργειαν τῆς γεννήσεως. ἐπειδὴ μία ἐστὶ τῷ ἀριθμῷ, εἰ ἐγέννα, ἐδέησεν ἂν εἶναι διάκρισιν ἐπὶ τῶν θείων. καὶ γὰρ οὐκ ἂν ἐγέννησεν ἑαυτὴν, ὡς ἀδύνατον, ἀλλ' ἦν ἂν χρεία γεννῆσαι ἄλλο τι. νῦν οὖν συμπεραίνουσι πάντες, ὅτι ἐπὶ τῶν θείων ἡ οὐσία οὐ γεννᾷ. ἐπειδὴ τὸ αὐτὸ πολλάκις εἶπον, καὶ πάλιν λέγω, ὅτι ὁσάκις ἂν ἀκούωμεν τὸ πνεῦμα ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς, νοοῦμεν, ὡς ἐξ ὑ- D ποκειμένου, ὁμοίως καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ, ὡς ἐξ ὑποκειμένου. νῦν οὖν ἐπὶ τῷ τυχεῖν τῆς ἀληθείας ἴωμεν ἐπ' αὐτὸ τὸ ῥητὸν, ἐπειδὴ οὐκ ἔστιν ἄλλος σκοπὸς, ἢ ἵνα ἐξετάσωμεν τὴν ἀλήθειαν. (* ἴσ. ἐκ τῆς φύσεως τοῦ Ισαάκ;)

ΕΦΕΣ: Συνήγαγον ἐκ τῶν σῶν λόγων, ὡς νομίζω, ὅτι ἡ οὐσία τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ, ἥτις ἐστὶν ἡ αὐτὴ καὶ μία τῷ ἀριθμῷ, ἔστιν ἀρχὴ τοῦ ἁγίου πνεύματος· τούτῳ γὰρ τῷ ὀνόματι χαίρειν ἔοικας μᾶλλον· ἐπειδὴ ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς προβάλλουσι τὸ πνεῦμα κατὰ τὴν κοινὴν οὐσίαν καὶ φύσιν. ἐπειδὴ οὖν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ ἀκούων ὡς ἐξ αἰτίου νοεῖς, ἐξ ἀνάγκης ἄρα οὐκ ἀληθές ἐστι νοεῖν ἡμᾶς, ὅτι ἡ οὐσία τοῦ πατρὸς E καὶ τοῦ υἱοῦ ἐστὶν ἀρχὴ καὶ αἰτία;

ΙΩΑΝ. Ἐγὼ διεῖλον τὸ ὄνομα τῆς ἀρχῆς.

ΕΦΕΣ. Ὁπωσδήποτε τὴν οὐσίαν τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ λέγεις ἀρχὴν καὶ αἰτίαν;

ΙΩΑΝ. Ναί.

ΕΦΕΣ. Λείπεται τοίνυν τὴν οὐσίαν τοῦ ἁγίου πνεύματος εἶναι αἰτιατὴν, ὡς ἐξ ἀρχῆς οὖσαν τῆς κοινῆς πατρὸς καὶ υἱοῦ.

ΙΩΑΝ. Ἐξ ἀρχῆς κοινῆς τῆς μεταδιδομένης παρά τε τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ.

SESSIO XIX.

A ſentiam & naturam ſuam, ut in Iſaac. Nunc ergo natura, humanitas quæ eſt in Iſaac, non eſt quæ generat: ſed natura Iſaac eſt principium, per quod procreat Jacob; eſtque res quæ communicatur: quandoquidem natura Iſaac eſt, quæ Jacob communis efficitur. Sic dicimus, Jacob eſſe de natura Iſaac. Quomodo igitur intelligenda eſt hæc propoſitio. Ex natura Iſaac? non poteſt ita intelligi, ut ſit ex Iſaac, veluti ſuppoſito agente, quoniam actiones ſunt ſuppoſitarum hypoſtaſeon: ex natura vero Iſaac ut a principio tribuuntur Jacob. Si fieri poſſet, eſſentiam Jacob & Iſaac non diſtingui, ſed B unam eſſe, aptum eſſet exemplum: at quia divina generatio inexplicabilis eſt, propterea Patrem dicimus eſſe ſubſiſtentem hypoſtaſim, & hoc eſſe ſubjectum generans: quoniam generare eſt notionalis actio, & a ſuppoſito tantum eſſe dignoſcitur. Eſt ergo ſubſtantia Patris principium per quod generat Pater; & res quæ datur & communicatur Filio per generationem, & quam Filius accipit ſibi communicatam, ſicut in humanis natura & humanitas Iſaac: nam Jacob accipit a ſuppoſito generante. Verum differentia eſt propter excellentiam. Natura hæc una eademque numero eſt in Patre & Filio & C Spiritu ſancto; atque in nullo alio diſtinguuntur, quam eo quod Pater ſit pater, & Filius filius: dicimus autem ſapientiam in Deo & bonitatem & potentiam communicari, quoniam ſunt eadem. Quia vero eſſentia eſt nomen abſtractum, & non eſt ſuppoſitum, idcirco fieri non poteſt, ut illi conveniat generationis actio. Namque cum una numero ſit, ſi generaret, oporteret in divinis eſſe differentiam: ſiquidem ſe ipſam non generaret, impoſſibile enim eſt; ſed opus eſſet, aliud quid generari ab ipſa. Ita ergo concludunt omnes, ſubſtantiam in divinis non generare. Dixi autem ſæpius, & rurſus dico; D Cum audimus Spiritum ex ſubſtantia Patris, intelligimus ut ex ſuppoſito: ſimiliter etiam cum ex Filio, ut ex ſuppoſito. Nunc igitur ut veritatem aſſequamur, ad ipſum dictum accedamus; quandoquidem nil aliud agimus, quam veritatem inveſtigamus.

EPHES. Ex iis quæ dixiſti, collegi ut arbitror, eſſentiam Patris & Filii, quæ una & eadem numero eſt, eſſe principium Spiritus ſancti; (hoc enim potius nomen arridere tibi videtur;) quandoquidem Pater & Filius producunt Spiritum ſecundum communem ſubſtantiam & naturam: quoniam igitur, dum audis Ex ſubſtantia E Patris & Filii, intelligis ut ex cauſa; an non neceſſario ſequitur ut intelligamus, ſubſtantiam Patris & Filii eſſe principium & cauſam?

JOANNES: Ego principii nomen diſtinxi.

EPHES. Eſſentiam Patris & Filii aliquo prorſus modo vocas principium & cauſam?

JOANNES. Utique.

EPHES. Reſtat ergo, ut ſancti Spiritus eſſentia cauſata ſit, utpote ex principio communi Patri & Filio emanans.

JOANNES. Ex communi principio, quod a Patre ſimul & Filio communicatur.

SESSIO XIX.

EPHES. Dico; communem Patri & Filio ſubſtantiam eſſe cauſam Spiritus ſancti.

JOANNES. Eſt principium Spiritus, ut per quod.

EPHES. Quid ergo aliud ſupereſt, niſi Spiritus ſancti eſſentiam eſſe cauſatam?

JOANNES. Non ſequitur.

EPHES. Quomodo non ſequitur?

JOANNES. Cauſa, cur non ſequatur, hæc eſt: Quoniam in humanis id quod productum eſt, non producitur niſi a ſuppoſito agente: nec dicitur, Subjectum hoc a mea natura productum eſt? non valet hæc conſequentia: humanitas noſtro modo conſiderandi eſt nomen abſtractum, & ſignificatione ſua non denotat ſuppoſitum: at vero nomen hoc, Iſaac, aut cujuſvis hominis ſignificat ipſum ſuppoſitum, quod producit illud per humanitatem: hoc igitur ſuppoſitum producit ab humanitate.

EPHES. Ita quoque dicimus in divinis?

JOANNES. Ita.

EPHES. Nunc ergo non ſequitur, ut Spiritus ſanctus ſit ex ſubſtantia, & ſpiretur aut generetur ex ſubſtantia Patris; ſitque ſpiratus aut procedens ex ſubſtantia Filii?

JOANNES. Ego dixi vobis ſeſſione proxime celebrata, illud in quod ultimo ſancti patres generalium conciliorum omnia reſolvebant, ſemper fuiſſe ſanctorum patrum teſtimonia, ita ut in unaquaque definitione fidei decretum edituri proferrent patrum teſtimonia: & omnes acquieſcerent: hoc idem me facturum exiſtimabam: & proinde antequam locos & teſtimonia ex dictis ſanctorum proferrem, vos contra citaſtis locum Baſilii jam allatum. Quare de explanatione dicti per me prolatis ſatis jam a me dictum: nam omnes intelligunt.

EPHES. Nondum illa concluſimus.

JOANNES. Cum ego gratiæ cauſa voluerim fidei hanc diſquiſitionem, æquum eſt te etiam hoc mihi largiri, ut videamus teſtimonia, tumque quod inde colligitur, inveniamus.

EPHES. Locus paulo poſt expendetur. Interim neſcimus, ex tuis verbis quid colligatur. Dixiſti, in humanis ſuppoſitum ex hoc ſuppoſito procreari, velut hominem ex hoc homine produci ſecundum communem naturam: & hominem non dici ex humanitate, ſed ex hoc homine, ſecundum communem humanitatis naturam. Ita ergo in divinis etiam dicendum eſt de perſona divina, ſicut in humanis. Non eſt igitur dicendum, perſonam aliquam ex communi eſſentia produci, cum eſſentia communis non ſit unum ſuppoſitum, & per ſe ſubſiſtens, ex quo aliud producatur. Cum ergo audimus ex Patre & Filio, non debemus intelligere cauſam: neque enim eſſentiæ proprium eſt generare aut producere; neque in humanis ita dici ſolet.

JOANNES. Volo neceſſaria demonſtratione proba-

ΕΦΕΣ. Λέγω, ὅτι ἡ κοινὴ οὐσία τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ ἐστιν αἰτία τοῦ ἁγίου πνεύματος.

ΙΩΑΝ. Ἀρχὴ τοῦ πνεύματος, ὡς δι᾽ ἧς.

ΕΦΕΣ. Ὥστε τί ἄλλο λείπεται, ἢ τὴν οὐσίαν τοῦ ἁγίου πνεύματος εἶναι αἰτιατήν;

ΙΩΑΝ. Οὐχ ἕπεται.

ΕΦΕΣ. Πῶς οὐχ ἕπεται;

ΙΩΑΝ. Αὕτη ἐστὶν ἡ αἰτία, δι᾽ ἣν οὐχ ἕπεται, ὅτι τὸ προαχθὲν πρᾶγμα ἐπὶ τῶν ἀνθρωπίνων οὐ προάγεται, εἰ μὴ ὑπὸ τοῦ ἐνεργοῦντος ὑποκειμένου, καὶ οὐ λέγεται ὅτι τὸ ὑποκείμενον τοῦτο προήχθη ἀπὸ τῆς ἐμῆς φύσεως. οὐκ ἔρρωται ἡ ἀκολούθησις αὕτη. ἡ ἀνθρωπότης κατὰ τοὺς ἡμετέρους λόγους ἐστὶν ὄνομα ἐξ ἀφαιρέσεως, καὶ ἐν τῇ ἑαυτοῦ σημασίᾳ οὐ σημαίνει ὑποκείμενον. νῦν δὲ λέγω, ὅτι τὸ ὄνομα τοῦτο τοῦ Ἰσαὰκ ἢ τοῦ ἀνθρώπου σημαίνει αὐτὸ τὸ ὑφιστάμενον. τοῦτο τὸ ὑποκείμενον προάγει ἐκεῖνο διὰ τῆς ἀνθρωπότητος· ἄρα τοῦτο τὸ ὑποκείμενον προάγει ἀπὸ τῆς ἀνθρωπότητος.

ΕΦΕΣ. Οὕτω λέγομεν καὶ ἐπὶ τῶν θείων;

ΙΩΑΝ. Οὕτως.

ΕΦΕΣ. Νῦν οὖν οὐχ ἕπεται τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον εἶναι ἐκ τῆς οὐσίας, καὶ ὅτι οὐ πνεῖται, οὐ γεννᾶται ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς, καὶ οὐκ ἔστιν ἢ πνευστὸν, ἢ ἐκπορευτὸν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ υἱοῦ;

ΙΩΑΝ. Ἐγὼ εἶπον ὑμῖν ἐν τῇ προλαβούσῃ πλατυτέρᾳ συνόδῳ, ὅτι ἡ πλατυτέρα ἀνάλυσις τῶν ἁγίων πατέρων τῶν ἐν ταῖς οἰκουμενικαῖς συνόδοις ἦν ἀεὶ πρὸς τὰς μαρτυρίας τῶν ἁγίων πατέρων, οὕτως ὥστε ἐν παντὶ ὅρῳ τῆς πίστεως, ὅταν ἠθέλησαν τιθέναι ὅρον, προήγαγον τὰς μαρτυρίας τῶν πατέρων, καὶ πάντες ἐφησύχαζον. οὕτω καὶ αὐτὸς ὑπενόουν ποιῆσαι, καὶ διὰ τοῦτο πρὸ τοῦ με ἀγαγεῖν λόγους ἢ μαρτυρίας ἀπὸ τῶν ῥητῶν τῶν ἁγίων, ὑμεῖς προηγάγετε ἐκ τοῦ ἐναντίου τὴν χρῆσιν τοῦ Βασιλείου τὴν ἤδη ῥηθεῖσαν. τοίνυν περὶ τῆς διασαφήσεως τοῦ ῥητοῦ τοῦ προκομισθέντος παρ᾽ ἐμοῦ ἅλις· καὶ γὰρ πάντες νοοῦσιν.

ΕΦΕΣ. Οὔπω συνεπεράναμεν ἐκεῖνα.

ΙΩΑΝ. Ἐπειδὴ δὲ ἐγὼ χαριζόμενός σοι συνεθέμην γενέσθαι τὴν ἐξέτασιν, ἄξιον καὶ σοὶ χαρίσασθαι, ἵνα ἴδωμεν τὰς μαρτυρίας, καὶ τότε εὕρωμεν καὶ τὸ συναγόμενον.

ΕΦΕΣ. Τὸ ῥητὸν θεωρηθήσεται μετὰ μικρόν. νῦν οὐκ οἴδαμεν τὸ συναγόμενον ἐκ τῶν παρὰ σοῦ εἰρημένων. εἶπας ὅτι ἐπὶ τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων τὸ ὑποκείμενον ἐκ τοῦδε τοῦ ὑποκειμένου γίνεται, οἷον ἐκ τοῦδε τοῦ ἀνθρώπου προάγεται ἄνθρωπος κατά γε τὴν κοινὴν φύσιν· καὶ οὐ λέγεται ὁ ἄνθρωπος ἔκ γε τῆς ἀνθρωπότητος, ἀλλ᾽ ἐκ τοῦδε τοῦ ἀνθρώπου κατὰ τὴν κοινὴν τῆς ἀνθρωπότητος φύσιν. ἄρα οὖν καὶ ἐπὶ τῶν θείων οὕτως ὀφείλει λέγεσθαι τὸ θεῖον πρόσωπον, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἀνθρωπίνων. οὐκ ἄρα ὀφείλει λέγεσθαι, ἐκ τῆς κοινῆς οὐσίας πρόεισί τι τῶν προσώπων, ἡ κοινὴ οὐσία οὐκ ἔστιν ἓν ὑποκείμενον καὶ καθ᾽ αὑτὸ ὑφιστάμενον, ἐξ οὗ προάγεται ἕτερον. ὅταν ἄρα ἀκούσωμεν, ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ, οὐκ ὀφείλομεν νοεῖν τὴν αἰτίαν· οὔτε γὰρ τῆς οὐσίας ἴδιον τὸ γεννᾶν ἢ προβάλλειν, οὔτε ἐπὶ τῶν ἀνθρωπίνων οὕτως εἴωθε λέγεσθαι.

ΙΩΑΝ. Βούλομαι ἀποδεῖξαι ἀναγκαίως, ὅτι ἡνίκα λέγομεν



ANNO CHRISTI 1439.

τι ἔκ τινος, νοεῖται ἐκ τοῦ προσώπου· καὶ τοῦτο ἀποδείκνυμι ἀπὸ τοῦ ῥητοῦ τοῦ μεγάλου Βασιλείου, τοῦ προκομισθέντος ἐν τῇ προλαβούσῃ συνελεύσει. λέγει οὖν ἐν τῷ τρίτῳ κατ᾽ Εὐνομίου· Τίς γὰρ ἀνάγκη, εἰ τῷ ἀξιώματι τρίτον καὶ τῇ τάξει ἐστὶ τὸ πνεῦμα, τρίτον καὶ τῇ φύσει εἶναι; τῷ ἀξιώματι δεύτερον τοῦ υἱοῦ, ἐξ αὐτοῦ τὸ εἶναι ἔχον, καὶ τὰ λοιπά. ἐνταῦθα οὖν φησιν ὁ Βασίλειος, ὅτι τὸ πνεῦμα τὸ εἶναι ἔχει ἐξ αὐτοῦ, καὶ αὐτοῦ ἐστιν ἐξηρτημένον ὡς ἐξ αἰτίας. νῦν οὖν κατὰ τὴν προλαβοῦσαν πρότασιν, λαμβάνειν ἐστὶ τὸ εἶναι*, καθὼς καὶ πάντες οἱ διδάσκαλοι κατὰ τὸν Βασίλειον κρατοῦσι. τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔχει τὸ εἶναι καὶ λαμβάνει ἐκ τοῦ υἱοῦ, καὶ ἐξῆπται τούτου ὡς ἐξ αἰτίας. ὥστε ἀναγκαίως ἕπεται, εἰ λαμβάνει τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ υἱοῦ, ἐκπορεύεσθαι καὶ ἐξ αὐτοῦ. πόσου δὲ ἀξιώματος γέγονεν ὁ Βασίλειος ἐπὶ τῆς ὕλης τοῦ ἁγίου πνεύματος, πάντες οἱ πατέρες οἱ ἐν Καλχηδόνι συνελθόντες, ἐν τῷ προσφωνήματι τῷ πρὸς Μαρκιανὸν οὕτω φασὶ περὶ τούτου.* οὗτος ὁ μέγας Βασίλειος διάκονος τῆς χάριτος. οὗτος ἐσάφησε καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος τὴν διδασκαλίαν. οὕτω παρέδωκε μετὰ τῶν αὐτοῦ ἱερέων ἕλκων καὶ τὴν ἐκείνων ἔννοιαν δι᾽ ὑπογραφῆς τῆς ἐν Καλχηδόνι συνόδου. εἰ τοίνυν πάντες οἱ πατέρες δεδώκασι τοσαύτην ἄδειαν τῷ Βασιλείῳ ἐπὶ τῆς ὕλης τοῦ ἁγίου πνεύματος, καὶ οὗτος οὕτω σαφῶς λέγει ἐν τούτῳ τῷ χωρίῳ, ἀναγκαῖον φαίνεται, καθ᾽ ὃν τρόπον οἱ πατέρες πάντες, οὕτω καὶ ἡ ἐκκλησία πᾶσα, καὶ πάντες ἡμεῖς περιπλέκεσθαι ὀφείλομεν τὰ συγγράμματα τοῦ μεγάλου Βασιλείου. ἰδὲ ἀρχαιότατον βιβλίον· καὶ εἰ βούλεσθε ἀναγνωσθῆναι, ἀναγνωσθήτω.

*Τὸ τὸ εἶναι ἔχον.

*οὗτος ὁ μέγας Βασίλειος ὁ τῆς χάριτος ὑπηρέτης τῷ ἁγίου πνεύματος ἀκριβῆ διδασκαλίαν παρέδωκε, ταῖς ὑπογραφαῖς τῶν συμπαρόντων ἀναστάσει τῶν συγκατάθεσιν.

ΕΦΕΣ. Ἐξετάσομεν τὸ τοῦ μεγάλου Βασιλείου ῥητὸν ἐν καιρῷ τῷ προσήκοντι, συμπεράναντες πρότερον τὰ παρὰ σοῦ εἰρημένα.

ΙΩΑΝ. Εἰπὲ πρὸς ταῦτα, ἐπειδὴ τοῦτό ἐστι τὸ καταργοῦν πάντα.

ΕΦΕΣ. Ὅτι τὴν κοινὴν οὐσίαν πατρὸς καὶ υἱοῦ, ἥτις ἐστὶ μία καὶ ἡ αὐτὴ τῷ ἀριθμῷ, λέγεις αἰτίαν καὶ ἀρχὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος, καθ᾽ ἣν πρόεισιν ἐξ αὐτοῦ τὸ πνεῦμα. φαίνεται τοίνυν ἐκ τούτων, τὴν οὐσίαν τοῦ ἁγίου πνεύματος αἰτιατὴν εἶναι, κἀντεῦθεν δύο οὐσίας ἐν τῇ ἁγίᾳ Τριάδι συνάγεσθαι, καὶ ἀντικειμένας ἀλλήλαις κατὰ τὸ αἴτιον καὶ αἰτιατόν. τοῦτο δὲ πόρρω τῆς τῶν Χριστιανῶν θεολογίας καὶ παντελῶς ἀλλότριον, καὶ παρ᾽ οὐδενὸς τῶν διδασκάλων οὐδέποτε εἰρημένον· ἡ γὰρ οὐσία, φασὶν, οὔτε γεννᾷ, οὔτε προβάλλει. ἀλλ᾽ οὐδὲ κατὰ τὴν κοινὴν οὐσίαν ἢ ὁ πατὴρ γεννᾷ ἢ προβάλλει, ἢ ὁ υἱὸς, ὡς ὑμεῖς λέγετε, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἑαυτοῦ οὐσίαν, ἢ τὸ ἴδιον καὶ ὑποστατικὸν ἰδίωμα. ταῦτα μὲν ἐκ τῶν σῶν λόγων οὕτω συνήχθησαν· καὶ ὥρα ἤδη ἐπανορθώσασθαι τὰ εἰρημένα ἢ ἐν ἄλλοις, ἢ κατὰ τὸ παρόν. νῦν οὖν πρὸς τὴν ἐξέτασιν χωρήσωμεν, εἰ δοκεῖ.

ΙΩΑΝ. Ἀναγνωσθήτω οὖν τὸ βιβλίον. Βούλομαί σοι διασαφῆσαι τοῦτο, ἐπειδὴ καλῶς οὐ συνῆκας τὸν ἐμὸν λόγον. ἡ οὐσία ἐνίοτε λαμβάνεται ὑπὲρ τοῦ ἐκτιθεμένου διὰ τοῦ τοῦ πράγματος λόγου, καθὸ λέγομεν, ὁ ὅρος σημαίνει τὸ τί ἦν εἶναι τοῦ πράγματος, καὶ τοῦτό ἐστιν ὀντότης, ἡ οὐσία, ἡ φύσις· καὶ ἐν τῷ ἰδίῳ σημαινομένῳ οὐδέποτε συνδηλοῖ ὑποκείμενον, ἀλλ᾽ ἀεὶ σημαίνει τὸ εἶδος ἐκεῖνο, ἢ τὴν οὐσίαν, ἢ τὴν φύσιν. ἑτέρῳ τρόπῳ λαμβάνεται ἡ οὐσία ἀντὶ ὑποκειμένου.

SESSIO XIX.

re, cum aliquid ex aliquo dicimus, intelligi ex perſona: idque demonſtro per dictum magni Baſilii, quod fuit proxima ſeſſione prolatum. Is enim in tertio contra Eunomium libro ſic ait: Cur enim neceſſe eſt, ſi dignitate & ordine tertius eſt Spiritus, tertium quoque eſſe natura? dignitate enim eſſe a Filio ſecundum, cum habeat eſſe ab ipſo, & cetera. Aſſerit igitur hoc loco Baſilius, Spiritum habere ſuum eſſe ex ipſo, & ab eo dependere tanquam ex cauſa. Nunc ergo, quod antea aſſerebamus, accipere eſt habere eſſe, ut etiam doctores omnes juxta Baſilium ſentiunt: Spiritus ſanctus habet eſſe & accipit ex Filio, & ab eo dependet ut ex cauſa: ergo neceſſario ſequitur, ut ſi Spiritus ſanctus accipit ex Filio, procedat etiam ex ipſo. Quantæ vero fuerit auctoritatis Baſilius in materia Spiritus ſancti, teſtantur omnes, qui Chalcedone convenerunt, patres in allocutione ad Marcianum, ita de eo dicentes: Sic magnus ille Baſilius, gratiæ miniſter, exactam tradidit de ſancto Spiritu doctrinam, & a conſacerdotibus ſuis aſſenſum per ſubſcriptiones depopoſcit. Si ergo patres omnes in materia Spiritus ſancti tantum Baſilio tribuere, iſque hoc loco tam aperte loquitur; debemus neceſſario, ſicuti & omnes illi patres, & univerſa eccleſia, nos quoque omnes amplecti quæ magnus conſcripſit Baſilius. En liber vetuſtiſſimus, & ſi vultis legi, legatur.

Conc. Chalcedonenſis, part. 3.

EPHES. Baſilii magni dictum ſuo loco conſiderabimus, ſi prius, quid ſibi tua dicta velint, concludamus.

JOANNES. Reſponde ad hæc; ex his enim deſtruuntur omnia.

EPHES. Communem Patris & Filii ſubſtantiam, quæ una eademque numero eſt, dicis eſſe cauſam & principium Spiritus ſancti, ſecundum quam procedit ex eo. Ex his ergo videtur cauſata eſſe ſancti Spiritus ſubſtantia; & proinde in ſancta Trinitate duæ inferuntur ſubſtantiæ inter ſe oppoſitæ ſecundum cauſam & cauſatum: hoc autem procul eſt & omnino alienum a theologia Chriſtianorum, atque a nullo unquam doctore traditum: Subſtantia enim, inquiunt, nec generat, nec producit: ſed neque per communem ſubſtantiam generat aut producit Pater, ſive Filius, ut vos dicitis; ſed per ſuam ipſius ſubſtantiam, ſive ſuam hypoſtaticam proprietatem. Hæc quidem ex tuis verbis ita deducta ſunt, & corrigenda profecto ſunt aut alias, aut in præſenti. Nunc vero ad examinandum accedamus, ſi placet.

JOANNES. Legatur ergo liber. Volo tibi declarare hoc, quia non percepiſti bene quæ dixi. Subſtantia quandoque ſumitur pro eo quod exprimit ipſam rationem rei; ita dicimus definitionem ſignificare quod quid erat eſſe rei, eſtque hoc entitas, eſſentia, ſive natura: quæ ſignificatu ſuo nunquam connotat ſubjectum, ſed ſpeciem illam, ſive eſſentiam, ſive naturam ſignificat: altero modo accipitur ſubſtantia pro ſubjecto, de

de quo videre poteſtis apud Ariſtotelem quinto metaphyſicorum, quotupliciter dicatur ſubſtantia: noſtri quoque diſtinguunt ſimiliter. Itaque juxta ſecundum modum ſubſtantia ſumitur pro ſubjecto, quod ſubſtat ſuperioribus ſpeciebus ac generibus in linea ſubſtantiæ ſeu prædicamentali, ut eam diſponit Porphyrius: veluti Socrates, Plato; ſubjecta hæc ſunt. Subſtantia hæc quæ ita ſubjectum, vocatur aliquando hypoſtaſis, quandoque ſubſiſtentia, nonnunquam etiam appellatur res naturæ: ceterum in natura humana præter hæc vocatur perſona; quandoquidem perſona eſt intellectualis naturæ incommunicabilis ſubſiſtentia; ita ut in ſpecie intellectiva ſubjectum & ſubſtantia dicatur ſubſiſtentia & perſona. Hoc declarato hac ratione, doctores tam Græci quam Latini adverſus Arium ac Macedonium inſurgere volentes, quorum primus Filium dixit creaturam, non autem, Ex ſubſtantia Patris: alter vero Spiritum non eſſe Ex ſubſtantia Patris & Filii, ſubſtantiam pro ſubſiſtentia ſumpſerunt. Si nos igitur accipiamus ſubſtantiam pro ſubſiſtentia; quoniam Pater eſt intellectualis naturæ ſubſtantia, ita enim dici poteſt ſubſiſtentia hæc rei ſubjectæ ſubſtantia. Si ergo ſumatur hoc modo, quoniam generare convenit perſonæ Patris, perinde eſſet ac dicere: Subſtantia hæc convenit huic ſubſtantiæ: ita fit, ut ſubſtantia idem ſit quod Pater & paternitas, & nulla ratione communicetur. Quocirca cum proprietates ſint incommunicabiles, doctores noſtri Latini non utuntur hoc termino, Subſtantia, ad ſignificandam perſonam Patris, ſed naturam Patris, quemadmodum in definitione hominis accipitur ſubſtantia. Quare dum juxta noſtros dicimus, Spiritum eſſe ex Patris ſubſtantia, ſubſtantiam accipimus pro entitate, quæ eſt in Patre. Dico ſic, ſubſtantiam ſumi ut ſubjectum, ſicut perſonam in divinis: tumque idem eſſe quod hypoſtaſim. Cum dicimus Spiritum ex ſubſtantia Patris, nunquam accipiunt doctores ſubſtantiam pro ſuppoſito; quoniam perſona non communicatur, nec ſuppoſiti ſubſiſtentia. Dico ſubſtantiam alio modo ſumi, eo ſcilicet, quo dicimus definitionem ſignificare rei ſubſtantiam; ea vero eſt id quod vocatur entitas, natura, eſſentia. Cum vero noſtri dicunt, Spiritum eſſe ex ſubſtantia Patris vel Filii, non accipiunt ſubſtantiam pro ſubſiſtentia Patris, ſed pro eſſentia & natura ejus; & illa eſſentia eſt in Spiritu, & eſt in ipſa ſicut Pater. Nomen quoque Patris dicit ſubſtantiam & relationem, ſecundum quam ſubſiſtentia hæc, ſive hoc ſuppoſitum diſtinguitur ab alio. Hæc igitur communis eſſentia quæ eſt in Patre, cauſa eſt, quæ per generationem communicatur, habetque rationem principii. Pater generat & producit Filium; ſed hæc ſubſtantia non communicatur Filio; in hoc verſatur error. Namque cum dicimus, ſubſtantiam Patris communicari Filio, non intelligimus hoc verum, qua Pater generat Filium; ſequeretur enim tunc, ut ipſe quoque Filius generaret. Propterea dicimus, non com-

ὅτι ὁ αἰδεσιμώτατος κύριος τῆς ἁγίας Σαβίνης ὁ ἐνταῦθα προεκόμισεν ὑμῖν ἀρχαιοτάτην καὶ αὐθεντικωτάτην ἐπιστολὴν Ἰουλίου πάπα, Λιβερίου πάπα. καὶ ὅπως ὁ μακάριος Ἀθανάσιος ἐν τῷ διωγμῷ ἐκείνῳ, ὃν ὑπείχετο παρὰ τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου, ἥτις ἐκείνου κατεψηφίσατο, γράφων πρὸς Φήλικα πάπαν, καὶ Μάρκον, καὶ πρὸς Ἰούλιον, καὶ Λιβέριον, ἐπειδὴ οἱ τέσσαρες ἐγένοντο κατὰ τὸν καιρὸν Ἀθανασίου, ὁ αὐτὸς ἱκέτευσε τοὺς ἀρχιερεῖς τούτους, ὡς ἐπειδήπερ εἶχον τὰς πράξεις τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου ἀκεραίας ἐν τῇ αὐλῇ τῇ Ῥωμαϊκῇ, ταύτας πρὸς αὐτὸν ἀποστείλωσιν, ἐπειδὴ ἐν πάσῃ τῇ ἑῴᾳ παρὰ τῶν Ἀρειανῶν τῶν ἐπικειμένων ἐφθάρησαν. τότε ἀντέγραψαν οἱ ἀρχιερεῖς ἐκεῖνοι τῷ Ἀθανασίῳ, ὡς εἶχον ἐν τῷ B πατριαρχείῳ τῷ Ῥωμαϊκῷ τὰς πράξεις κατὰ τὸ ἀκέραιον Ῥωμαϊκῶς καὶ Ἑλληνικῶς, μετὰ σφραγίδων καὶ ὑπογραφῶν τῶν γενομένων ἐν Νικαίᾳ πατέρων· καὶ ὅτι τὰς πράξεις καὶ τοὺς κανόνας ἐτήρουν μετὰ μεγάλης αἰδοῦς· καὶ ὡς οὐκ ἐβούλοντο πέμψαι τὰ πρωτότυπα· καὶ ὡς ἔμελλον πέμψειν τινὰ κεφάλαια τὰ τότε ὄντα ἀναγκαῖα ἐκείνῳ. διὰ τοῦτο, ἐπειδὴ ἐξεκάλεσεν ὁ Ἀθανάσιος τὴν ἐν Ἀντιοχείᾳ σύνοδον εἰς τὸν Ῥωμαϊκὸν θρόνον, καὶ οἱ αἱρετικοὶ ἐπέφερον ἐκείνῳ, ὡς οὐκ ἠδύνατο εἰς τὴν Ῥωμαϊκὴν ἐκκλησίαν ἐκκαλέσαι τὴν ἀπόφασιν τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου. καὶ ὥστε δυνηθῆναι ἀποδεῖξαι διὰ τῶν κανόνων τῶν ἐν Νικαίᾳ, ὅτι δυνάμει * ἀρείσας ἐκείνας ἐκάλεσε, πέμπει ὁ Λιβέριος τῷ C Ἀθανασίῳ τοὺς ἐν Νικαίᾳ συνόδου κανόνας, οἵτινες ἠριθμήθησαν ἐν Φερραρίᾳ, ἐν οἷς ἐστι κανών, ὡς ἡ ἔκκλητος εἶναι τῇ Ῥωμαϊκῇ ἐκκλησίᾳ· καὶ τοῦτο ὑπεραπελογήσατο τοῦ Ἀθανασίου. καὶ διὰ τοῦτο Ἰούλιος πάπας ἀποκρινόμενος τοῖς ἐν Ἀντιοχείᾳ ποιήσασι τὴν σύνοδον, λίαν δριμέως ἐπιλαμβάνεται ἐκείνων διὰ τὴν ἑαυτῶν θρασύτητα, ὡς ἐτόλμησαν * συναινέσαι χωρὶς συναινέσεως τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας, δεικνύων αὐτοῖς ἀπὸ τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου, ὡς οὐδεμία ἔσται ποτὲ ἐπηλεγμένη καὶ βεβαία σύνοδος, ἡ μὴ στηριχθεῖσα τῇ αὐθεντίᾳ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐκκλησίας. τίνα οὖν τρόπον λέγεις, ὡς ὁ D Ζώσιμος ἔφθειρε κανόνα, καὶ ἔπεμψε μὴ πρότερον ὄντα ἐν τοῖς τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου κανόσι; λέγω οὖν, ὡς οἱ ἐν Καρθαγένῃ ᾔδεσαν τοὺς κανόνας διεφθαρμένους εἶναι κατὰ πᾶσαν τὴν ἀνατολήν. καὶ εἰ ἐπέμφθησαν, πάντως ἐπέμφθησαν ἀπὸ τῆς ἀνατολῆς, ἐπεὶ τοιαῦται τῶν ἁγίων πατέρων καὶ οὕτως ἐναργέσταται μαρτυρίαι, καὶ δυνάμεθα δεῖξαι τὰς βίβλους ἃς ἔχομεν παρ᾽ ἡμῖν. τούτῳ τῷ ἀξιώματι ἀπὸ τῶν ῥημάτων ἃ προήγαγες ἐξηγούμενος τὰ εἰρημένα τῷ Βασιλείῳ, οὐκ ἔστι θαυμαστόν, εἰ πολλὰ φαίνονται ἄτοπα ἐκείνων ἃ E εἶπες· ἐπειδὴ ἵδρυσας τὴν σὴν ἐξήγησιν ἐπὶ τῷ διεφθαρμένῳ ῥητῷ· καὶ ἐπειδὴ ἐν τῇ φιλοσοφίᾳ εὑρίσκεται, ὅτι μικρὰ πλάνη ἐν ταῖς διαλέξεσι μεγάλην βλάβην ἐμποιεῖ, πολλὰ καὶ αὐτὸς τὰ ἄτοπα ἐκ διεφθαρμένων ἀρχῶν συνήγαγες. εἰς σύνεσιν οὖν τῆς ἀληθείας καλὸν δεῖν ἡμᾶς συσφίγξαι εἰς δύο. πρῶτον εἶπες, ὅτι ἐξήρτηται τοῦ υἱοῦ, ἀλλ᾽ ὅμως ὁ υἱὸς οὐκ ἔστιν αἰτία τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἀλλ᾽ ὁ πατήρ. δεύτερον ἔδοξας εἰρηκέναι, ὅτι οὐ φαίνεται τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τοιαύτην

ἴσ. [illegible]

* ἴσ. συνελθεῖν

Sessio XX.

A meminiſſe, reverendiſſimum dominum ſanctæ Sabinæ, qui præſens adeſt, protuliſſe vobis epiſtolam antiquiſſimam & maxime authenticam Julii papæ, Liberii papæ; utque beatus Athanaſius in perſecutione illa, quam paſſus eſt a ſynodo Antiochena, quæ illum damnaverat, ſcribens ad Felicem papam, & Marcum, & Julium, & Liberium: nam tempore Athanaſii fuere hi quatuor pontifices: rogaverit eoſdem pontifices, ut quoniam in Romana curia Nicænæ ſynodi acta ſincera aſſervabantur, ad ipſum ea mitterent; quod per univerſum orientem ab Arianis inſequentibus corrupta eſſent. Tunc pontifices illi reſponderunt Athanaſio: habere ſe quidem B in patriarchio Romano acta integra Græce & Latine, ſigillis obſignata & ſubſcriptionibus patrum Nicænorum: & magna veneratione ſervari a ſe acta & canones: ſed nolle mittere ipſa prototypa, cum ſatis eſſet certa mitti capita, quæ tunc illi eſſent neceſſaria: propterea quod Athanaſius ad ſedem Romanam provocaverat ex Antiochena ſynodo: hæretici autem objiciebant, ex ſynodi Antiochenæ ſententia non potuiſſe illum appellare ſedem Romanam. Ut igitur poſſet demonſtrare per Nicænos canones, facultate optima potuiſſe provocare, miſit Liberius Athanaſio Nicæ- C næ ſynodi canones, qui Ferrariæ numerati ſunt: inter quos eſt canon, Romanæ eccleſiæ eſſe, ut ad eam fiant appellationes: ex quo Athanaſius ſuam cauſam defendit. Atque ob id Julius papa reſpondens ad eos, qui ſynodum Antiochiæ celebraverant, nimis acriter in eos invehitur ut procaces: quod auſi fuerint convenire abſque conſenſu ſedis apoſtolicæ: oſtendens illis ex Nicæna ſynodo, nullam fore unquam ratam legitimamque ſynodum, niſi comprobata ſit auctoritate Romanæ eccleſiæ. Qua ergo ratione dicis, corruptum eſſe a Zoſimo canonem, miſſum- D que cum non extaret inter Nicænæ ſynodi canones? dico igitur, notum fuiſſe Charthaginenſibus, per totum orientem corruptos haberi canones: & ſi miſſi ſunt; ab oriente certe miſſi ſunt; quod multos ſanctorum patrum, & longe evidentiſſimis teſtimoniis patet, poſſumuſque proferre libros, qui ſunt apud nos. Hoc principio innixus, ex verbis quæ protuliſti, explanando Baſilii dicta, mirum non eſt, ſi ex iis quæ dixiſti multa eſſe videntur abſurda; quandoquidem expoſitionem tuam E ſententia depravata fundaſti: & quoniam philoſophia aſſerit, parvum errorem in diſputationibus nocere multum; tu quoque ex depravatis principiis abſurda multa collegiſtis. Ad intelligendam ergo veritatem operæ pretium eſt in duo noſtrum coarctare ſermonem. Primum dixiſti, pendere quidem ex Filio, tamen Filium non eſſe cauſam Spiritus ſancti, ſed Patrem. Secundo viſus es dixiſſe, Spiritum ſanctum non videri ordinem illum naturalem habere ad Filium, quem Filius habet ad Patrem.

SESSIO XX.

trem; Dicam propterea quædam neceſſaria. Quæro ex te, quidnam differre putes inter pendere, & habere cauſam ſui eſſe: rurſus, quam ſtatuas differentiam inter hæc; aliquid eſſe alicujus cauſam, & ex alio pendere. Nam apud nos effectus pendet: & quod dependet, videtur ſecundum cauſam pendere: idcirco in divinis non ponitur effectus; ſiquidem hac voce non utimur nos Latini: neque unquam a doctoribus noſtris illam invenimus uſurpatam: ſed dicimus Filium principium de principio, ſicuti & Deum de Deo, in quantum Pater eſt principium. Secundum loquendi modum Baſilii magni, non ſolum in libro citato, ſed aliis etiam in locis, ut oſtenſum eſt, ipſe demonſtrat Spiritum ſanctum ita ſe habere ad Filium, atque ita pendere ex eo, ſicut ſe habet Filius ad Patrem & dependet ab eo. Declara ſenſum, quid ſit dependere ab alio; quidve illud, a quo illius eſſe dependet.

**Ephes.** Ad ea, quæ primo dicta ſunt a te, quod ſcilicet nullum de Zoſimo teſtimonium protulerimus, hoc volo dicere: nos hoc teſtimonium non attuliſſe, non quod proferre aut non habeamus, aut non valeamus, poſſumus enim nullo id facere negotio, vel ex ipſis veſtris codicibus, quia nos huc paucos attulimus: ſed liber eſt Conſtantinopoli: rem indicavimus: nam vobis etiam nota ſunt, quæ diximus.

**Joannes.** Quiſnam eſt liber iſte?

**Ephes.** Liber canonum ſynodorum.

**Joannes.** Apud Latinos nunquam invenietur facta a Zoſimo papa hæc depravatio: ſed omittamus hoc: indiget enim diſquiſitione.

**Ephes.** Placet omitti: non eſt enim præſentis temporis hæc quæſtio.

**Joannes.** Reſponde igitur ad alia, ſi vis.

**Ephes.** Nos ad hæc dicimus, Baſilium magnum ſeipſum exponere, & quid ſibi velit hæc vox, Dependere, eſt enim; Dependet a Filio, hoc eſt coordinatus eſt illi, & cum eo ſine ulla disjunctione percipitur. Quæ connumerantur, non poſſunt ſimul una eademque voce connumerari: ſed neceſſe eſt in enumeratione, ut alterum alteri præponatur. Ita ergo & Spiritus ſanctus coordinatus eſt Filio, id eſt, cum ipſo numeratus: hoc enim impoſſibile eſt aliter ſe habere: non ut ab illo cauſatus, cum id ipſe non inferat: ſed dependet, inquit, ab eo, eodem ſcilicet quo ille eſt ordine poſitus: ut etiam cum eo una apprehenſione percipitur: hoc dicit magnus Baſilius. Tu vero unde habes, ut dependens ab alio neceſſario cauſetur ab eo? Nam ad hoc dictum nullo nos alio interprete indigemus præter illum ipſum, qui cauſam dependentiæ ſubdidit: quod videlicet cum eo indisjuncte ſimul intelligatur.

**Joannes.** Dependere igitur juxta mentem Baſilii & expoſitionem tuam nihil eſt aliud, quam Spiritum ordinari ad Filium, quis ergo eſt ordo Spiritus ad Filium? quæ-

Anno Christi 1439.

ἔχον φύσιν καὶ τάξιν πρὸς τὸν υἱόν, οἵαν ἔχει ὁ υἱὸς πρὸς τὸν πατέρα. διὰ τοῦτο ἐρῶ ἀναγκαῖά τινα. ἐρωτῶ σε, τίνα διαφορὰν ποιεῖς τοῦ ἐξηρτῆσθαι, καὶ τοῦ ἔχειν αἰτίαν τοῦ εἶναι· καὶ τίνα διαφορὰν νοεῖς τοῦ εἶναί τι αἰτίαν τινός, καὶ τοῦ ἐξῆφθαι ἑτέρου. ἐπειδὴ παρ' ἡμῖν τὸ ἀποτέλεσμα ἤρτηται· καὶ τὸ ἐξηρτημένον φαίνεται κατ' αἰτίαν ἐξηρτῆσθαι. νῦν οὖν ἐπὶ τῶν θείων οὐ τίθεται ἀποτέλεσμα, ἐπειδὴ οὐδ' ἔχομεν τοῦτο ἡμεῖς οἱ Λατῖνοι, οὐδ' εὕρομεν τοὺς ἡμετέρους διδασκάλους οὕτω ποτὲ εἰρηκότας. λέγομεν οὖν τὸν υἱὸν ἀρχὴν ἐξ ἀρχῆς, καθὼς καὶ Θεὸν ἐκ Θεοῦ, ἐφ' ὅσον ὁ πατήρ ἐστιν ἀρχή. κατὰ τὸν τρόπον τῆς ὁμιλίας τοῦ μεγάλου Βασιλείου, οὐ μόνον ἐν τῷ προκομισθέντι βιβλίῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν ἄλλοις χωρίοις, ὡς ἀποδέδεικται, ὁ αὐτὸς ἀποδείκνυσιν, ὅτι τοῦτον τὸν τρόπον ἔχει τὸ πνεῦμα πρὸς τὸν υἱόν, καὶ ἐξήρτηται τούτου, καθ' ὃν καὶ υἱὸς πρὸς τὸν πατέρα, καὶ ὁ υἱὸς ἐξήρτηται τοῦ πατρός. διασάφησον τὴν διάνοιαν, τί ποτ' ἂν εἴη τὸ, ἐξηρτῆσθαι τινός· καὶ τὸ, οὗ ἐξήρτηται τὸ εἶναι ἐκείνου.

**Ἐφεσ.** Πρὸς μὲν τὰ πρῶτα τῶν παρὰ σοῦ εἰρημένων, ὅτι τὴν μαρτυρίαν περὶ τοῦ Ζωσίμου πάπα οὐ παρηγάγομεν, τοῦτο εἰπεῖν βούλομαι· τὴν μαρτυρίαν ταύτην οὐ παρηγάγομεν, οὐχ ὡς οὐκ ἔχοντες ἢ μὴ δυνάμενοι παραγαγεῖν· ἔχομεν γὰρ καὶ ῥᾳδίως παραγαγεῖν ἐξ αὐτῶν παρ' ὑμῖν εὑρισκομένων βιβλίων· ἡμεῖς γὰρ ἐνταῦθα ὀλίγας βίβλους ἠνέγκαμεν· ἀλλ' εὑρίσκεται ἡ βίβλος ἀπὸ τῆς Κωνσταντινουπόλεως, καὶ ἐγνωρίσαμεν, ὅτι γνώριμά εἰσι καὶ ὑμῖν τὰ παρ' ἡμῶν λεγόμενα.

**Ἰωαν.** Ποῖόν ἐστι τὸ βιβλίον;

**Ἐφεσ.** Τὸ βιβλίον τῶν κανόνων συνόδων.

**Ἰωαν.** Οὐδέποτε εὑρεθήσεται παρὰ τοῖς Λατίνοις, τὸν Ζώσιμον πάπαν πεποιηκέναι τὴν φθορὰν ταύτην, ἀλλὰ τοῦτο ἐάσωμεν, δεῖται γὰρ ἐξετάσεως.

**Ἐφεσ.** Στέργομεν τοῦτο, διὰ τὸ μὴ εἶναι τοῦ παρόντος καιροῦ τὸ ζήτημα τοῦτο.

**Ἰωαν.** Ἀπολόγησαι λοιπὸν εἰς τὰ ἕτερα, εἰ βούλει.

**Ἐφεσ.** Ἡμεῖς πρὸς τοῦτο λέγομεν, ὅτι ὁ μέγας Βασίλειος ἐξηγούμενος ἑαυτὸν τί τὸ, ἤρτηται, βούλεται, λέγει, ὅτι ἐξήρτηται τοῦ υἱοῦ, τουτέστιν αὐτῷ συντέτακται, καὶ σὺν αὐτῷ ἀδιαστάτως καταλαμβάνεται. τὰ συναριθμούμενα οὐ δύναται κατὰ ταυτὸν μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ φωνῇ συναριθμηθῆναι, ἀλλ' ἀνάγκη καὶ ἐν τῇ ἀριθμήσει προτετάχθαι τοῦ ἑτέρου τὸ ἕτερον. εἰ τοίνυν καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον συντέτακται τῷ υἱῷ, τουτέστι σὺν αὐτῷ, τοῦτο γὰρ ἀδύνατον ἄλλως ἔχειν, ἀλλ' οὐχ ὡς ἐξ αὐτοῦ τὴν αἰτίαν ἔχον, τοῦτο γὰρ οὐδαμῶς ἐπήγαγεν· ἀλλ' ἤρτηται, φησίν, αὐτοῦ, τουτέστι, συντέτακται, καὶ ὡς σὺν αὐτῷ ἀδιαστάτως καταλαμβανόμενον. τοῦτό φησιν ὁ μέγας Βασίλειος. σὺ δὲ πόθεν νοεῖς, ὅτι τὸ ἠρτημένον τινὸς κατὰ πᾶσαν ἀνάγκην καὶ ἐξ αὐτοῦ τὴν αἰτίαν ἔχει; πρὸς γὰρ τὸ ῥητὸν τοῦτο ἡμεῖς οὐ δεόμεθα ἄλλου τινὸς ἐξηγητοῦ, πλὴν αὐτοῦ τοῦ ἐπαγαγόντος τὴν αἰτίαν τοῦ ἠρτῆσθαι, ὅτι σὺν αὐτῷ ἀδιαστάτως καταλαμβάνεται.

**Ἰωαν.** Λοιπὸν τὸ, ἐξηρτῆσθαι, κατὰ τὸν σκοπὸν τοῦ Βασιλείου καὶ κατὰ τὴν ἐξήγησιν τὴν σὴν, οὐδὲν ἄλλο ἐστὶ, πλὴν ὅτι τὸ πνεῦμα τέτακται πρὸς τὸν υἱόν. τίς ἐστιν οὖν ἡ τάξις τοῦ πνεύματος πρὸς τὸν υἱόν; ἐρωτῶ, εἴπερ ἡ τάξις ἐστὶ προκαταρκτική, ἢ προκατάρξις.



Anno Christi 1439.

**Ἐφεσ.** Οὐ λέγω ὅτι τέτακται πρὸς τὸν υἱόν, ἀλλ' ὅτι τέτακται μετὰ τὸν υἱόν. καὶ ἐν τῇ συναριθμήσει τῆς τάξεως σωζομένης, ἀνάγκη ἀριθμεῖσθαι μετὰ τὸν πατέρα τὸν υἱόν, καὶ μετὰ τὸν υἱὸν τὸ πνεῦμα.

**Ἰωάννης.** Ὥστε ἡ τάξις αὕτη οὐδέν ἐστιν ἀλλ' ἢ τάξις κατὰ τὴν ἀρίθμησιν τῆς φωνῆς. ὥστε ἀπὸ τοῦ μέρους τοῦ πράγματος ὑπεξαιρουμένης τῆς φωνῆς τῆς ἡμετέρας δι' ἧς ἀριθμοῦμεν, οὐδεμία θεωρεῖται τάξις;

**Ἐφεσ.** Ἔστι μὲν ἀνάγκη καὶ κατά τι τετάχθαι τὰ θεῖα πρόσωπα. οὐδὲ γὰρ ἂν ἄλλως ἀριθμηθείη, μὴ τάξεώς τινος σωζομένης· ἔστι δὲ καὶ κατὰ τὴν φύσιν τοῦ πράγματος, ἣν ἐνταῦθά φησιν ὁ μέγας Βασίλειος, ὅτι ὁ υἱὸς μόνος μονογενὴς ἐκ τοῦ ἀγεννήτου φωτὸς ἐκλάμψας, μετ' αὐτὸν ὀφείλει ἀριθμεῖσθαι, ὡς μονογενὴς δηλονότι πρὸς τὸν πατέρα. καὶ κατὰ τοῦτο τρίτον ὀφείλει ἀριθμεῖσθαι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἵνα μὴ προταττόμενον τοῦ υἱοῦ, καὶ ἀναφερόμενον πρὸς τὸν πατέρα ἀμέσως, δόξῃ καὶ αὐτὸ υἱὸς εἶναι. διὰ τοῦτο ὅτι προσεχῶς ἀριθμεῖται τῷ υἱῷ μετὰ τὸν πατέρα, τρίτον συναριθμεῖται τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. καὶ αὕτη ἐστὶν ἐν τοῖς θείοις προσώποις ἡ τάξις, ἄλλην δὲ παρὰ τῶν θεολόγων οὐδεμίαν λαβόντες ἔχομεν.

**Ἰωαν.** Λέγεις ὅτι ἀπὸ τοῦ σκοποῦ τοῦ θείου Βασιλείου αὕτη ἐστὶ τάξις φύσεως, δηλονότι τοῦ ἁγίου πνεύματος πρὸς τὸν υἱόν. δεῖ τοιγαροῦν νοεῖν τὴν τάξιν ταύτην τῆς φύσεως μεταξὺ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ πατρός· ἆρά ἐστιν ἄλλη τάξις πλὴν τῆς τάξεως τῆς φύσεως; καὶ γὰρ ἡ τάξις ἐκείνη τοῦ ἁγίου πνεύματος πρὸς τὸν υἱὸν κατά σε ἐπὶ τῷ ἠρτῆσθαι οὐκ ἐπιφέρει τὴν αἰτίαν κατά σε. ἐπειδὴ δὲ μεταξὺ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ λέγεται εἶναι τάξις φύσεως, καὶ οὐδὲν πλέον ἀφαιρεῖται ἢ προστίθεται ἐν τῷ ὀνόματι, ἕπεται, ὥστε καὶ τὴν τάξιν τοῦ ὀνόματος τὴν μεταξὺ πατρὸς καὶ υἱοῦ μηδὲν ἄλλο σημαίνειν ἢ τὴν ἐξάρτησιν. ἐπειδὴ λέγοντες μεταξὺ πατρὸς καὶ υἱοῦ τάξιν εἶναι φύσεως, νοοῦμεν τὸν υἱὸν ἐξηρτῆσθαι τοῦ πατρός, καὶ τὸν πατέρα αἴτιον τοῦ υἱοῦ, οὕτω μὴ προστιθεὶς μεταξὺ τῆς τάξεως τὸν υἱόν, ἀλλὰ μόνον λέγων τάξιν φύσεως, ὅτι ἐστὶ τάξις καὶ φύσις, ἕπεται τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐξηρτῆσθαι τοῦ υἱοῦ, καὶ τὸν υἱὸν αἴτιον τοῦ ἁγίου πνεύματος κατὰ τὴν διάνοιαν τοῦ αὐτοῦ Βασιλείου. νῦν κατασκευάζω ταῦτα διὰ μαρτύρων δύο· πρῶτον, ὁ Βασίλειος μετὰ τὰ προκομισθέντα ἐν τῇ προλαβούσῃ ῥήσει [a] τὰ ἐν ταύτῃ τῇ βίβλῳ ἡμῶν, συνάπτων τὴν ἑαυτοῦ διάνοιαν δι' ὅλου, οὕτως ἄρχεται λέγειν, παραδοὺς τὴν αἰτίαν τοῦ κεφαλαίου, διὰ τί τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν τῇ τριάδι τρίτον ὑπάρχον τάξει καὶ ἀξιώματι, ἐστὶ δεύτερον τοῦ υἱοῦ, ἀλλ' ὅμως ἐστὶν ἐν τῇ αὐτῇ καὶ μιᾷ οὐσίᾳ μετ' αὐτοῦ, οὕτως ἀποδείκνυσιν ἀποδοὺς τὴν αἰτίαν· καθὼς γὰρ ὁ υἱὸς τάξει μὲν δεύτερος τοῦ πατρός, ὅτι ἐξ αὐτοῦ, καὶ δι' αὐτοῦ ἔχομεν τὴν πρόσοδον καὶ τὴν προσαγωγὴν πρὸς τὸν πατέρα, τῇ φύσει δὲ οὐκ ἔστι δεύτερος, διότι ἡ θεότης ἐν ἑκατέρῳ μία· οὕτω καὶ τὸ πνεῦμα, εἰ τῇ τάξει καὶ τῷ ἀξιώματι ὑποβέβηκε τὸν υἱόν, οὐκ εἰκὸς ἀλλοτρίας εἶναι φύσεως. νῦν οὖν ἐν τούτῳ τῷ κεφαλαίῳ βουλόμενος ἀποδεῖξαι ὃ πρῶτον εἶπεν, ἀποδείκνυσι διὰ τούτου· ὅτι οἵα ἐστὶν ἡ τάξις τοῦ υἱοῦ πρὸς τὸν πατέρα, τοιαύτη ἐστὶ καὶ τοῦ πνεύματος πρὸς τὸν υἱόν· ὁ πατὴρ ἀρχὴ καὶ αἰτία τοῦ υἱοῦ ἐν μιᾷ φύσει, καὶ εἰσάγει διὰ παραδειγμάτων ἐνταῦθα ἀντιτιθεὶς κατὰ τοῦ Εὐνο-

[a] Porro, μετὰ ταῦ. ii.

SESSIO XX.

ro, an hic ordo ſit originis, vel origo.

**Ephes.** Non dico ordinatum eſſe ad Filium, ſed concilium eſſe poſt Filium: & in connumeratione ſervato ordine, neceſſe eſt poſt Patrem numerari Filium, poſtea Spiritum ſanctum.

**Joannes.** Itaque ordo iſte non eſt, niſi ordo ſecundum enumerationem vocis: ergo a parte rei, ſublata voce noſtra qua numeramus, ordo nullus conſideratur?

**Ephes.** Neceſſe quidem eſt, ut inter divinas perſonas aliqua ratione ſit ordo: aliter enim numerari non poſſent, niſi ordo quidam ſervaretur, iſque ex natura rei, quem hic Baſilius magnus explicat; quod ſcilicet ſolus Unigenitus ex ingenito effulgens lumine, poſt illum ſit numerandus, nimirum poſt Patrem ut Unigenitus: & hac ratione Spiritus ſanctus numerandus eſt tertius; ne ſi præponatur Filio, referatur immediate ad Patrem, videatur eſſe & ipſe Filius. Quia ergo juxta Filium numeratur poſt Patrem, tertius connumeratur Spiritus ſanctus. Hic eſt in divinis perſonis ordo; & nullum alium accepimus a theologis.

**Joannes.** Dicis, hunc eſſe juxta mentionem ſancti Baſilii naturæ ordinem, ſancti inquam Spiritus ad Filium. Oportet igitur hunc naturæ ordinem intelligere inter Filium & Patrem: eſtne porro alius ordo præter ordinem naturæ? nam ordo ille Spiritus ſancti ad Filium, quo is dependere dicitur, non infert per te cauſam. Quoniam igitur inter Patrem & Filium dicitur eſſe ordo naturæ, & vox nec addit quidquam, nec de re ipſa demit, ſequitur, ut ordo hujus nominis inter Patrem & Filium nihil aliud ſignificet, quam dependentiam. Et ſicut dicentes, inter Patrem & Filium eſſe ordinem naturæ, intelligimus Filium dependere a Patre, & Patrem eſſe Filii cauſam: ita ſi non exprimam, dum loquor de ordine, Filium; ſed tantum naturæ ordinem dicens, affirmem eſſe ordinem & naturam; ſequitur ut Spiritus ſanctus dependeat a Filio, & Filius ſit cauſa Spiritus ſancti juxta mentem ejuſdem Baſilii: probo jam hæc per duos teſtes. Primum, Baſilius poſt verba allata ſententiæ in hoc noſtro libro conſtans plane in ſuo ſenſu ſic dicere incipit, aſſertque cauſam illius capitis: Cur Spiritus ſanctus in Trinitate tertius exiſtens ordine & dignitate, ſecundus a Filio, tamen unam & eamdem habeat quam ille ſubſtantiam: ita ergo demonſtrat reddendo cauſam: Nam quemadmodum Filius ordine quidem ſecundus a Patre eſt quoniam ex ipſo; & nos per ipſum accedimus adducimurque ad Patrem: natura vero non eſt ſecundus, quoniam deitas in utroque una; & Spiritus licet ordine & dignitate poſt Filium ſit, non ideo conſentaneum eſt alienæ ipſum eſſe naturæ. Nunc igitur in hoc capite volens demonſtrare quod primo dixit, demonſtrat per hoc: quod is ordo ſit Spiritus ad Filium, qui eſt Filii ad Patrem: eſt autem Pater principium & cauſa Filii in eadem natura: idque invictis explicat exemplis contra Eunomium: & hic

Lib. 3. contra Eunomium.

SESSIO XX.

& hic eſt verus ſenſus totius capitis. Ait enim omnes angelos eſſe unius naturæ, cum ſint naturæ intellectualis: idem tamen ponit ordinem & dignitatem, proferens multos textus & ſententias ſcripturæ: per quæ probat quoſdam eſſe principatus, quoſdam dominationes, quoſdam poteſtates, ſuperiores & inferiores. Deinde concludit, omnes habere inter ſe ordinem: non ſequi tamen, ut aliquis angelus ſit alterius naturæ: quandoquidem ita ordinati permanent in ipſa intellectuali natura.

EPHES. Eſt quidem naturalis ordo inter Patrem & Filium, quatenus ex Patre Filius habet eſſe, & refertur ad ipſum immediate: qui ſolus ordo cogit tertium numerari Spiritum ſanctum. Et propterea Baſilius magnus dum loquitur de Patre & Filio, non utitur voce hac, Dependere: nec dicit, Filium pendere ex Patre: ſed eſſe ab eo ſecundum, quatenus habet eſſe ab ipſo. Spiritum vero ſanctum ex Filio inquit pendere: hoc coaptatum & coordinatum illi eſſe, ut cum ipſo ſine ulla disjunctione percipiatur. Et hanc affert cauſam, cur tertius numeretur Spiritus ſanctus, quod Filius neceſſario præintelligatur Spiritui ſancto, quoniam refertur immediate ad Patrem. Quod ſi eumdem ordinem agnoſceret inter Filium & Spiritum ſanctum, quem eſſe ſcit inter Patrem & Filium; atque ita ſecundum a Filio Spiritum diceret, ſicut Filium a Patre; ſane non inſectaretur Eunomium, nec doctrinæ ſanctorum novatorem vocaret, quod Spiritum ſanctum diceret tertium ordine & dignitate. Conſtat enim, nullo modo ipſi probari, quod Spiritus ſanctus ſit a Filio dignitate ſecundus, ſed ex ſuppoſitione dari.

JOANNES. Hic eſt æquivocatio; & opus eſt accedere ad definitionem, quod inter Spiritum & Filium ſit ordo naturæ, & dependentia illa ſit ordo naturæ: hic adhibenda eſt nobis accurata conſideratio, quid per naturæ ordinem intelligas: nos enim ex noſtro codice demonſtravimus, Filium eumdem ordinem habere ad Patrem, quem habet Spiritus ad Filium. Volo explicare, ut ſereniſſimus quoque imperator audiat. Omnes doctores & theologi conantur ſemper definitiones tradere in earum propria ſignificatione: & quemadmodum priores philoſophi uſi ſunt illis in propria earum ſignificatione, ita & doctores & theologi utuntur definitionibus, ſicut illis certum eſt eſſe traditas in propria cujuſque ſignificatione; alioquin omnis periret ſcientia, ſi ſemper definitionum æquivocatione laboraremus. Nunc ergo Ariſtoteles veſter, quem coactus produco, quinto metaphyſicorum, in capite cui titulus, Quotupliciter natura dicatur; ut ſerenitas tua intelligat: incipiens de natura loqui; Uno, inquit, modo ſumitur natura pro generatione rerum quæ oriuntur; ita ut hoc primo modo generatio vocetur natura: altero vero modo ſumitur pro illo principio, a quo ſunt quæ oriuntur: qui mo-

ANNO CHRISTI 1439.

μίου. καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ ἀληθὴς διάνοια παντὸς τοῦ κεφαλαίου. λέγει γὰρ, ὅτι πάντες οἱ ἄγγελοι εἰσὶ μιᾶς φύσεως, ἐπειδὴ πάντες εἰσὶ νοερᾶς φύσεως, ἀλλ' ὅμως τίθησιν ὁ αὐτὸς τάξιν καὶ ἀξίωμα, προκομίζων πολλὰ κείμενα καὶ ῥητὰ τῆς γραφῆς, δι' ὧν ἀποδείκνυσι, τινὰς μὲν εἶναι ἀρχάς, τινὰς κυριότητας, τινὰς δὲ ἐξουσίας καὶ προτέρας καὶ ὑστέρας. εἶτα συμπεραίνει, ὅτι οἱ πάντες ἔχουσιν ἐν ἑαυτοῖς τάξιν· οὐ μέν τοι γε ἕπεται, τινὰ ἄγγελον ἑτέρας εἶναι φύσεως. ἐπειδὴ οὕτω ταχθέντες ἀεὶ διαμένουσιν ἐν αὐτῇ τῇ νοερᾷ φύσει.

ΕΦΕΣ. Ἔστι μὲν φυσικὴ τάξις μεταξὺ πατρὸς καὶ υἱοῦ, καθὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ὁ υἱὸς ἔχει τὸ εἶναι, καὶ προσεχῶς πρὸς αὐτὸν ἀναφέρεται. καὶ αὕτη ἡ τάξις μόνη τρίτον ἀναγκάζει ἀριθμεῖσθαι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. καὶ διὰ τοῦτο ὁ μέγας Βασίλειος ἐπὶ πατρὸς καὶ υἱοῦ τὸ, ἤρτηται, οὐδαμῶς ἔθηκεν· οὐδὲ λέγει, ὅτι ἤρτηται τοῦ πατρὸς ὁ υἱὸς, ἀλλ' ὅτι δεύτερος αὐτοῦ ἐστι, καθὸ ἔχει ἐξ αὐτοῦ τὸ εἶναι. τοῦ δὲ υἱοῦ λέγει τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἤρτηται, τουτέστι, συνῆφθαι αὐτῷ καὶ συντετάχθαι, ὡς σὺν αὐτῷ ἀδιαστάτως * ἠρτῆσθαι. καὶ ταύτην ἀποδίδωσι τὴν αἰτίαν τοῦ, τρίτον ἀριθμεῖσθαι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὅτι ὁ υἱὸς ἐξ ἀνάγκης προεπινοεῖται τοῦ ἁγίου πνεύματος, διὰ τὸ πρὸς τὸν πατέρα προσεχῶς ἀναφέρεσθαι. εἰ δὲ καὶ τὴν αὐτὴν τάξιν ἐγίνωσκε μεταξὺ υἱοῦ καὶ πνεύματος, ἣν μεταξὺ πατρὸς καὶ υἱοῦ, καὶ οὕτω δεύτερον ἔλεγε τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα, ὥσπερ τὸν υἱὸν τοῦ πατρὸς, οὐκ ἂν τὸν Εὐνόμιον ἤλαυνε, καὶ καινοτόμον ἐκάλει τῆς τῶν ἁγίων διδασκαλίας, λέγοντα, τρίτον εἶναι τῇ τάξει καὶ τῷ ἀξιώματι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. τοῦτο γὰρ δῆλον, ὡς οὐδαμῶς καταδέχεται ὡς ἀξιώματι δεύτερον τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀλλὰ καθ' ὑπόθεσιν τίθησιν.

* ἴσ. καὶ λαμβάνεσθαι.

ΙΩΑΝ. Ἐνταῦθα ἐστὶν ὁμωνυμία, καὶ χρεία ἐστὶν ἡμᾶς ἰέναι ἐπὶ τὸν ὅρον, ὅτι μεταξὺ τοῦ πνεύματος καὶ τοῦ υἱοῦ ἐστὶ τάξις φύσεως, καὶ ὅτι ἡ ἐξάρτησις ἐκείνη ἐστὶ τάξις φύσεως. ἐνταῦθα ἡμᾶς δεῖ σκέψασθαι ἀκριβῶς, τί νοεῖς τὴν τάξιν τῆς φύσεως· ὅτι ἡμεῖς ἀπεδείξαμεν ἀπὸ τῆς ἡμετέρας βίβλου, ὅτι τὴν αὐτὴν ἀπεδείξαμεν ἔχει τάξιν τὸν υἱὸν πρὸς τὸν πατέρα, καὶ τὸ πνεῦμα πρὸς τὸν υἱόν. βούλομαι εἰπεῖν, ὥστε ἀκοῦσαι καὶ τὸν γαληνότατον βασιλέα. πάντες οἱ διδάσκαλοι καὶ οἱ θεολόγοι ἀεὶ * τηρῶνται τοὺς ὅρους ἀπὸ τῆς ἰδίας αὐτῶν σημασίας. καὶ καθ' ὃν τρόπον οἱ προηγησάμενοι τῶν φιλοσόφων ἐχρήσαντο ἐν τῇ ἰδίᾳ αὐτῶν σημασίᾳ, οὕτω καὶ οἱ διδάσκαλοι καὶ οἱ θεολόγοι χρῶνται τοῖς ὅροις, καθὼς εἰσὶ βέβαιοι κεῖσθαι τούτους περὶ τὴν ἑκάστου σημασίαν. ἄλλον γὰρ τρόπον ἀπώλετο ἂν πᾶσα ἐπιστήμη, εἰ ἦμεν ἀεὶ ἐν ὁμωνυμίᾳ τῶν ὅρων. νῦν οὖν ὁ ὑμέτερος Ἀριστοτέλης, ὃν ἀναγκαζόμενος προκομίζω, ἐν τῷ πέμπτῳ τῶν μετὰ τὰ φυσικά· ἔστι δὲ ἐν τῷ κεφαλαίῳ, ὃ καλεῖται, περὶ τοῦ ποσαχῶς ἡ φύσις· ἵνα ἡ γαληνότης σου γνῷ, οὗ ἡ ἀρχή· περὶ φύσεως, φησίν· ὅτι ὁ πρῶτος τρόπος τοῦ λαμβάνειν τὴν φύσιν ἐστὶ γένεσις τῶν γινομένων, οὕτως ὥστε τὴν γένεσιν καλεῖσθαι φύσιν κατὰ τὸν πρῶτον τρόπον· δεύτερος τρόπος τοῦ λαμβάνειν τὴν φύσιν ἐστὶν ἡ ἀρχὴ ἐκείνη, ἀφ' ἧς εἰσι τὰ γινόμενα, καὶ τοῦτον τὸν τρόπον ἐπιλαμβάνων ἐπιφέρει τὴν τάξιν τῆς

πρω-

* ἴσ. κηρῶνται ἀποδίδοται.



ANNO CHRISTI 1439.

πρωτογονίας, καθὼς τὰ γινόμενά εἰσιν ἀπὸ τῆς οὐσίας ἐκείνης. καὶ ἀπὸ ταύτης τῆς σημασίας ληφθείσης ἀπὸ τοῦ κεφαλαίου ἐκείνου, οὕτως οἱ διδάσκαλοι Γραικοὶ καὶ Λατῖνοι, ὁ Βασίλειος, ὁ Ἀθανάσιος, ὡς ἀποδείξομεν, καὶ ὁ μακάριος Αὐγουστῖνος, καὶ πάντες φασὶν ὅτι ἡ τάξις τῆς πρωτογονίας ἑνὸς προσώπου ἀφ' ἑτέρου, ἐστὶ τάξις φύσεως. καὶ πρὸς τοῦτον τὸν λόγον ὁ Βασίλειος καὶ πάντες * κατεγίνοντο ἐὰν περὶ ὁμώνυμα, οὕτως ὥστε τὴν τάξιν τῆς προόδου οὐδὲν ἕτερον εἶναι, ἢ πρόσωπον ἕτερον ἐξ ἑτέρου, καὶ λαμβάνειν τὴν φύσιν ἀφ' οὗ ἐστι, καθὼς ἐν τῷ δευτέρῳ· καὶ οὕτω πάντες οἱ διδάσκαλοι κρατοῦσι τοῦ κόσμου. εἰ τοίνυν ἐστὶ τάξις φύσεως τοῦ ἁγίου πνεύματος πρὸς τὸν υἱόν, ἄρα ἀναγκαίως ἕπεται τὸ πνεῦμα ἔχειν τὸ εἶναι ἐκ τοῦ υἱοῦ, καὶ λαμβάνειν τὴν φύσιν. καὶ τοῦτό φησιν ὁ μέγας Βασίλειος, συγκρίνων ἐν τῷ προκομισθέντι ῥητῷ. ἐνταῦθά ἐστιν ἡ ἀκμὴ τῆς ὑποθέσεως.

* ἴσ. οὐ κατεγίνοντο.

ΕΦΕΣ. Πρὸ τοῦ διαλαβεῖν τὰ περὶ τῆς τάξεως, πρῶτον ἐξετάσωμεν τὴν παροῦσαν χρῆσιν τοῦ μεγάλου Βασιλείου. εἰπὲ οὖν ἡμῖν· λέγεις εἶναι δόξαν τοῦ μεγάλου Βασιλείου, τὸ τρίτον εἶναι τῇ τάξει καὶ τῷ ἀξιώματι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον;

ΙΩΑΝ. Ναί, οὕτως ἐστὶ τρίτον τῇ τάξει καὶ τῷ ἀξιώματι, καθ' ὃν τρόπον ἐστὶν ὁ υἱὸς δεύτερος τοῦ πατρός.

ΕΦΕΣ. Αὐτὸ δὴ τοῦτο καὶ ὁ Εὐνόμιος ἔλεγεν, ὅτι τρίτον τῇ τάξει καὶ τῷ ἀξιώματι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον.

ΙΩΑΝ. Οὕτως ἔλεγε καὶ ὁ Εὐνόμιος παρειληφέναι παρὰ τῶν θείων γραφῶν· καὶ ἀπὸ τούτου ἐβούλετο δεῖξαι ὡς τὸ πνεῦμα εἶναι τρίτον τῇ φύσει. καὶ οὐκ ἐλέγχεται ὁ Εὐνόμιος παρὰ τοῦ Βασιλείου λέγων τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τρίτον τῇ τάξει καὶ τῷ ἀξιώματι, ἐπειδὴ ἐν τούτῳ συνεφώνει τῷ Βασιλείῳ ὁ Εὐνόμιος, ἀλλ' ἐπιχειρεῖ κατ' ἐκείνου, ὡς οὐχ ἕπεται, εἰ τρίτον τῷ ἀξιώματι καὶ τῇ τάξει τρίτον εἶναι καὶ τῇ φύσει.

ΕΦΕΣ. Ἀληθῆ ἄρα ὁ Εὐνόμιος ἔλεγεν, τρίτον εἶναι τῇ τάξει καὶ τῷ ἀξιώματι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον;

ΙΩΑΝ. Ναί.

ΕΦΕΣ. Καὶ συνεφώνει τοῖς πράγμασι καὶ τῷ μεγάλῳ Βασιλείῳ; ἐπειδὴ ἡ δόξα αὐτοῦ τίς ἦν * ἴδωμεν οὖν, εἰ οὕτω φησὶν ὥσπερ σὺ λέγεις, ὡς λέγει τὸ σὸν βιβλίον. προσποιεῖται, φησίν, ὁ Εὐνόμιος φυλάττειν τὴν τῶν ἁγίων διδασκαλίαν. οὐ λέγει τοῦτο τὸ σὸν βιβλίον;

* Forte, ἴδωμεν. ἴδωμεν οὖν. Μ.

ΙΩΑΝ. Τοῦτο λέγει· προσποιεῖται φυλάττειν τὴν τῶν ἁγίων διδασκαλίαν. λέγει γὰρ ὁ Βασίλειος, ὅτι ὁ Εὐνόμιος λέγει ἀπὸ τῆς γραφῆς τρίτον τῇ τάξει καὶ τῷ ἀξιώματι, καὶ διὰ τοῦτο τρίτον καὶ τῇ φύσει.

ΕΦΕΣ. Οὐ λέγει οὕτως, ἀλλὰ λέγει· προσποιεῖται φυλάττειν τὴν τάξιν τῶν πατέρων, οἵτινες λέγουσι τρίτον εἶναι τῷ ἀξιώματι καὶ τῇ τάξει.

ΙΩΑΝ. Ἡ προσποίησις ἐκείνη ἀναφέρεται πρὸς τὴν ἐπανάληψιν ἢ τὴν συναγωγὴν, ἣν ἐποίει ὁ Εὐνόμιος· καὶ γὰρ οἱ ἅγιοι λέγοντες τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τρίτον εἶναι τῇ τάξει καὶ τῷ ἀξιώματι, οὐχ οὕτω συνῆγον εἶναι καὶ τῇ φύσει· καὶ διὰ τοῦτο ἐν τῷ τοιούτῳ, ἐπειδή εἰσιν ἐκεῖσε τὰ ῥήματα τοῦ Εὐνομίου ἑνικῶς ἢ μοναδικῶς, ταύτην τὴν συναγωγὴν περὶ ἧς διαλέγεται φάσκων· φύσει δὲ χρῆσθαι τρίτῃ, οὐ παρὰ τούτων, ὅτι ἐκ τῶν εἰρημένων κατὰ τὴν ἀκολουθίαν δυνάμεθα συλλογίσασθαι, κατὰ τῆς προσποιήσεως

SESSIO XX.

dus ſi ſumatur, infert ordinem originis; quatenus quæ oriuntur, ſunt ab illa ſubſtantia: & ex hac ſignificatione deſumpta ab illo capite, Græci & Latini doctores, Baſilius, Athanaſius, ut demonſtrabimus, & beatus Auguſtinus, & omnes ajunt, ordinem originis unius perſonæ ab altera eſſe ordinem naturæ. Qua ratione Baſilius & omnes non ſunt verſati in æquivocis: ita ut productionis ordo nihil aliud ſit, quam unam perſonam eſſe ex alia, & naturam ab eo quo eſt accipere, juxta modum ſecundum, ut omnes mundi doctores tenent. Si igitur eſt ordo naturæ ſancti Spiritus ad Filium; ſequitur neceſſario, ut Spiritus habeat ſuum eſſe a Filio, & naturam accipiat: & hoc eſt quod magnus ait Baſilius conferens in ſententia illa prolata: circa hoc vertitur propoſitæ materiæ cardo.

EPHES. Antequam de ratione ordinis agamus, examinemus præſentem magni Baſilii locum. Cedo igitur nobis: aiſne eſſe Baſilii magni ſententiam, ordine & dignitate tertium eſſe Spiritum ſanctum?

JOANNES. Ita plane: eo modo eſt tertius ordine & dignitate, quo Filius eſt ſecundus a Patre.

EPHES. Hoc idem aſſerebat Eunomius, ordine & dignitate tertium eſſe Spiritum ſanctum.

JOANNES. Ita ſe ajebat Eunomius accepiſſe a ſacris ſcripturis: & ex hoc volebat oſtendere, Spiritum natura quoque tertium eſſe: nec vero reprehenditur Eunomius a Baſilio, quod tertium aſſereret ordine & dignitate Spiritum ſanctum: in hoc enim Baſilius & Eunomius conveniebant; ſed contra illum argumento utitur, quod non ſequatur, ut quia tertius eſt ordine & dignitate, ſit etiam tertius natura.

EPHES. Verum ergo dicebat Eunomius aſſerendo, tertium eſſe ordine & dignitate Spiritum ſanctum?

JOANNES. Maxime.

EPHES. Et re ipſa conſentiebat cum magno Baſilio? Videamus ergo, quæ fuerit ejus ſententia: videamus an is ita dicat ut tu aſſeris, utque in tuo legitur libro. Simulat; inquit, Eunomius ſanctorum ſe tenere doctrinam: non eſt ita ſcriptum in tuo libro?

JOANNES. Ita ſcriptum eſt; Simulat ſe tenere ſanctorum doctrinam. Dicit enim Baſilius Eunomium ex ſcriptura aſſerere tertium ordine & dignitate, proinde natura quoque tertium.

EPHES. Non ita dicit; ſed, tenere, inquit, ſe ſimulat doctrinam patrum aſſerentium tertium eſſe dignitate & ordine.

JOANNES. Simulatio illa refertur ad aſſumptum ſive illationem, quam faciebat Eunomius. Sancti enim aſſerentes Spiritum ſanctum tertium eſſe ordine & dignitate, non ita inferebant, eſſe quoque natura. Propterea Baſilius ad verba tantum Eunomii reſpondet, quibus concluſionem inferebat, de qua ipſe loquitur dum ait: Natura vero tertia uti nec ab illis di-

dici-

dicimus; neque ex dictis poſſibile eſt deduci ut conſequens; & contra ſimulationem illationis hujus ſermonem habet. Quod ſi Spiritus ſanctus non eſſet tertius ordine & dignitate, contra hoc etiam dixiſſet ea ratione, qua impugnavit ordinem tertiæ naturæ. Hoc porro verum eſſe, ab exemplis quæ ſequuntur, evidentiſſime colligitur.

EPHES. Si ſanctorum & ipſius magni Baſilii ſententia eſſet, ordine & dignitate tertium eſſe Spiritum ſanctum, non utique Eunomio diceret, ſimulate ab eo teneri doctrinam ſanctorum; ſed atteſtaretur, ſervari quidem ab illo doctrinam ſanctorum, verum aliud quidpiam inferri ex ipſa præter dictum eorum; quod illi affirmaverint tertium eſſe ordine & dignitate; iſte vero inferat, natura quoque tertium eſſe. Nunc vero Baſilius magnus non dat Eunomio teſtimonium ut vera dicenti, ſed ſanctorum, inquit, doctrinam ſimulate ab eo ſervari, certe tamen non ſervari. Idcirco ſubjungit, oppugnans dictum & opinionem; Eos vero qui ſibi tradiderunt hunc ordinem, tacet: deinde addit; Qui vero ſint illi ſancti, & quibus in ſermonibus docuerint hoc, tacet. Vides, ut ipſe neget hanc eſſe ſanctorum & ſuam ſententiam: & poſt hæc dicit; Fuitne unquam homo tam audax & rerum novarum molitor? novatorem ipſum appellat & audacem, utpote præter ſanctorum doctrinam proferentem quod ſancti neutiquam dixerunt: nemo enim affirmaret, tertium eſſe dignitate & ordine. Et hoc ait impugnans Eunomium. Alioquin proba tu, eſſe ſanctorum ſententiam, quod ſit tertius ordine & dignitate Spiritus ſanctus: nos enim oſtendimus, Baſilium in hoc non convenire cum Eunomio, imo vero & opinionem ejus & vocem refellere: an non ita in veſtro quoque libro legitur?

JOANNES. De dicto quidem ipſo conſiderabimus: quoniam vero aſſeris, non eſſe magni Baſilii ſententiam de ſancto Spiritu, quod tertius dignitate ſit, profero tibi graviſſimum teſtem, magnum videlicet Athanaſium; cujus fidem & ſententias eaſdem tenere ſe, pater reverende, profitetur Cyrillus. Is in illo dialogo, quem in Nicæna ſynodo cum Ario habuit, diſputans ſic ait; quod idem etiam in epiſtola habemus: Si igitur non eſt ex ſubſtantia Patris & Filii, cur de eo Filius mentionem facit in traditione ſanctificationis, ubi ait: *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii, & Spiritus ſancti?* (Matth. 28.) Ex quo Athanaſius concludit, quoniam in ſacramento tres enumerantur perſonæ, Spiritum eſſe ex ſubſtantia Patris & Filii; & neceſſario eſſentiam habere a Patre & Filio: & in prima epiſtola ad Serapionem, fundans ſuam ſententiam auctoritate ſcripturæ, ſic ait: Spiritus a Filio accipit juxta domini vocem: *De meo accipiet, & annuntiabit vobis*: (Joan. 16.) & de Filio quidem dicitur: *In nomine Patris veni*: (Joan. 5.) de Paracleto autem: *Spiritus ſanctus, quem mittet Pater in nomine meo*. (Joan. 14.) Si ergo talem ordinem & naturam habet Spiritus ad Filium, qualem habet Filius ad Patrem; qui Spiritum di-

τῆς συναγωγῆς ταύτης ἐφαίνετο ὁ Βασίλειος· καὶ εἰ οὐκ ἦν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τρίτον τῇ τάξει καὶ τῷ ἀξιώματι, ἐπήγαγεν ἂν καὶ κατὰ τούτου ἐν τοῖς εἰρημένοις ὀνόματι, καθὼς ἐπήγαγε καὶ περὶ τῆς τάξεως τῆς τρίτης φύσεως. καὶ ὅτι τοῦτό ἐστιν ἀληθές, ἐναργέστατα διὰ τῶν ἐφεξῆς παραδειγμάτων ἐν τούτῳ συνάγεται.

ΕΦΕΣ. Εἰ δόξα τῶν ἁγίων ἦν καὶ αὐτοῦ τοῦ μεγάλου Βασιλείου, ὅτι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τρίτον ἐστὶ τῇ τάξει καὶ τῷ ἀξιώματι, οὐκ ἂν ἔλεγε περὶ τοῦ Εὐνομίου, ὅτι προσποιεῖται φυλάσσειν τὴν τῶν ἁγίων διδασκαλίαν· ἀλλ᾽ ἐμαρτύρησεν αὐτῷ, ὅτι φυλάσσει τὴν τῶν ἁγίων διδασκαλίαν, ἐξ αὐτῆς δὲ ἄλλο τι συνάγει παρὰ τὴν ἐκείνων ῥῆσιν, οἷον ὅτι ἐκεῖνοι εἶπον τρίτον τῇ τάξει καὶ τῷ ἀξιώματι, οὗτος δὲ συνάγει, ὅτι καὶ τῇ φύσει τρίτον. νῦν δὲ ὁ μέγας Βασίλειος οὐ μαρτυρεῖ τῷ Εὐνομίῳ ὡς ἀληθεύοντι, ἀλλὰ λέγει, ὅτι φυλάσσειν τὴν τῶν ἁγίων προσποιεῖται διδασκαλίαν, φυλάσσει δὲ πάντως. διὸ καὶ ἐφεξῆς ἐπάγει πρὸς τὸν λόγον καὶ τὴν οἴησιν ἐνιστάμενος, ὅτι τοὺς ταύτην αὐτῷ τὴν τάξιν παραδεδωκότας σιωπᾷ. καὶ μετὰ ταῦτα, τίνες δὲ οἱ ἅγιοι, καὶ ἐν ποίοις λόγοις τὴν διδασκαλίαν πεποίηνται, σιωπᾷ· βλέπεις, ὅτι ἀρνεῖται τοῦτο εἶναι δόξαν τῶν ἁγίων καὶ ἑαυτοῦ. καὶ μετὰ ταῦτα λέγει· ἆρα γέγονεν ἄνθρωπος οὕτω τολμηρὸς καὶ καινοτόμος; καινοτόμον αὐτὸν λέγει καὶ τολμηρόν, ὡς λέγοντα παρὰ τὴν τῶν ἁγίων διδασκαλίαν ὃ μηδαμῶς οἱ ἅγιοι εἶπον. οὐδεὶς γὰρ ἂν εἴποι τρίτον τῷ ἀξιώματι καὶ τῇ τάξει. καὶ τοῦτό φησιν ἐνιστάμενος κατὰ τοῦ Εὐνομίου· εἰ δὲ μή, δεῖξον αὐτός, ὡς τῶν ἁγίων ἐστὶ δόξα τό, εἶναι τρίτον τῇ τάξει καὶ τῷ ἀξιώματι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· ἡμεῖς γὰρ ἐδείξαμεν τὸν Βασίλειον οὐ συμβαίνοντα κατὰ τοῦτο τῷ Εὐνομίῳ, ἀλλὰ μᾶλλον ἀνατρέποντα τὴν ἐκείνου δόξαν τε καὶ φωνήν. ἆρα οὐκ ἔχει ταῦτα καὶ τὸ παρ᾽ ὑμῖν βιβλίον;

ΙΩΑΝ. Περὶ μὲν τοῦ ῥητοῦ σκεψόμεθα· ἐπεὶ δὲ λέγεις, ὅτι οὐκ ἔστι γνώμη τοῦ Βασιλείου, τὸ τρίτον εἶναι τῷ ἀξιώματι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, προφέρω σοι μαρτυρίαν ἀξιολογωτάτην, δηλονότι τὸν μέγαν Ἀθανάσιον, οὗ τινος τὴν αὐτὴν πίστιν καὶ τὰ αὐτά, πάτερ αἰδέσιμε, φησὶν ὁ Κύριλλος κρατεῖν· οὗτος ἐν τῷ διαλόγῳ ἐκείνῳ διαλεγόμενος ἐν τῇ ἐν Νικαίᾳ συνόδῳ κατὰ Ἀρείου, οὕτω φησὶν ἐν τούτοις, καὶ οὕτως ἔχομεν * ἐν τῇ ἐπιστολῇ. εἰ τοίνυν ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ οὐσίας οὐκ ἔστιν, τίνος χάριν ὁ υἱὸς ἐν τῇ παραδόσει τοῦ ἁγιασμοῦ ὀνομάζει ἐκεῖνο. ὅπου φησί· πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος; καὶ ἀπὸ τούτου ὁ Ἀθανάσιος, ἐπειδὴ ἐν τῷ ἁγίῳ συμβόλῳ τίθεται τρία πρόσωπα, συμπεραίνει, ἐκ τῆς οὐσίας πατρὸς καὶ υἱοῦ εἶναι τὸ πνεῦμα, καὶ ὅτι ἐστὶν ἀναγκαῖον ἔχειν τὴν οὐσίαν παρὰ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ. ἐν τῇ πρώτῃ ἐπιστολῇ τῇ πρὸς Σεραπίωνα οὕτω φησίν, θεμελιῶν τὴν ἑαυτοῦ γνώμην ἐπὶ τῷ ἀξιώματι τῆς γραφῆς οὕτω λέγει· τὸ πνεῦμα παρὰ τοῦ υἱοῦ λαμβάνει κατὰ τὴν τοῦ κυρίου φωνήν· παρὰ τοῦ ἐμοῦ λήψεται καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν. περὶ δὲ τοῦ υἱοῦ λέγει· ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ πατρὸς ἦλθον· περὶ δὲ τοῦ παρακλήτου· τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ὃ πέμψει ὁ πατὴρ ἐν τῷ ὀνόματί μου. εἰ τοίνυν τοιαύτην τάξιν καὶ φύσιν ἔχει τὸ πνεῦμα πρὸς τὸν υἱόν, οἵαν ἔχει ὁ υἱὸς πρὸς τὸν

* ſr. καὶ ἐν τῇ ἐπιστολῇ.



τὸν πατέρα, πῶς ὁ κτίσμα τοῦτο λέγων οὐ τὸ αὐτὸ καὶ περὶ τοῦ υἱοῦ ἐξ ἀνάγκης φρονήσει; νῦν οὖν ἀηττήτως συμπεραίνεται διὰ τῆς μαρτυρίας ταύτης, ὅτι οἵαν τάξιν ἔχει ὁ υἱὸς πρὸς τὸν πατέρα, τοιαύτην ἔχει καὶ πρὸς τὸν υἱὸν τὸ πνεῦμα. ἀπὸ τούτων συμπεραίνεται, ὅτι ἀπὸ μὲν τοῦ πρώτου ῥητοῦ τό, τρίτον πρόσωπον εἶναι τὸ πνεῦμα· ἀπὸ δὲ τοῦ δευτέρου, τὴν αὐτὴν ἔχειν τάξιν τὸ πνεῦμα πρὸς τὸν υἱόν, ἣν καὶ ὁ υἱὸς πρὸς τὸν πατέρα. καὶ ἀπὸ τούτου φαίνεται, πῶς λαμβάνει τὸ πνεῦμα τὸ εἶναι παρὰ τοῦ υἱοῦ. διασαφήσατε οὖν, κατὰ τίνα τρόπον λαμβάνει τὸ πνεῦμα τὸ εἶναι ἐκ τοῦ υἱοῦ. καὶ οὐ δεῖ φανερῶς ἀντιλέγειν τῷ μεγάλῳ Ἀθανασίῳ. ἐν οὖν τῇ ἐφεξῆς συναθροίσει ἀποδείξομεν φανερῶς ἀπ᾽ αὐτοῦ τοῦ Βασιλείου. τούτων οὕτως εἰρημένων ἐλύθη σύνοδος, τὴν τρίτην ταμιευσάντων γενέσθαι αὐτήν. τῆς τρίτης οὖν ἐλθούσης, καὶ τῆς τάξεως συνήθως γενομένης, ἤρξατο ἡ διάλεξις.

## ΣΥΝΕΛΕΥΣΙΣ κα´.

Μαρτίου μηνὸς δεκάτῃ, ἡμέρᾳ τρίτῃ, ἐγένετο,

ΕΦΕΣ. ΕΝ τῇ προλαβούσῃ συνελεύσει, πατέρες αἰδεσιμώτατοι, τὸ τοῦ μεγάλου πατρὸς Βασιλείου ῥητὸν ἐξετάσαι προθέμενοι, καὶ τὴν ἐν ταῖς βίβλοις διαφορὰν αὐτοῦ κατιδεῖν, ἠρωτήσαμεν τὴν ὑμετέραν ἀγάπην, εἰ νομίζετε δόξαν εἶναι τοῦ μεγάλου Βασιλείου, τρίτον εἶναι τῇ τάξει καὶ ἀξιώματι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. καὶ πρὸς τοῦτο καταθεμένους ὑμᾶς ὁρῶντες, ἐπηρωτήσαμεν αὖθις, εἰ καὶ τῶν ἁγίων ἐστὶ δόξα τοῦτό τε καὶ διδασκαλία, καθάπερ ἔλεγεν ὁ Εὐνόμιος. ἐπεὶ δὲ καὶ τοῦτο μάλα προθύμως ὡμολογήσατε, παρηγάγομεν ὑμῖν τὸν μέγαν Βασίλειον τἀναντία λέγοντα προφανῶς, ὡς καὶ ἐν τῷ ὑμετέρῳ βιβλίῳ κεῖται· προσποιεῖται γάρ, φησί, τὴν τῶν ἁγίων διδασκαλίαν, οὐ φυλάσσει δὲ πάντως, καὶ τοὺς ταύτην αὐτῷ παραδεδωκότας σιωπᾷ, καὶ ἐφεξῆς ἐπάγει καταφορικῶς τε καὶ ἐπιπληκτικῶς· τίνες δὲ οἱ ἅγιοι, καὶ ἐν ποίοις λόγοις τὴν διδασκαλίαν πεποίηνται, εἰπεῖν οὐκ ἔχει. ἆρα γέγονεν οὕτω τολμηρὸς ἄνθρωπος, τὰς περὶ τῶν θείων δογμάτων καινοτομίας εἰσηγούμενος; εἰ τοίνυν ὁ υἱὸς τῇ τάξει καὶ τῷ ἀξιώματι δεύτερος τοῦ πατρός, ὅτι ἀπ᾽ ἐκείνου, τὸ πνεῦμα δὲ τὸ ἅγιον οὐδαμῶς λέγειν καταδέχεται τάξει καὶ ἀξιώματι δεύτερον τοῦ υἱοῦ, οὐκ ἄρα τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ υἱοῦ κατ᾽ αἰτίαν. οὕτω μὲν οὖν τὴν ἐναντιολογίαν ὁρῶντες ἐν τοῖς παρ᾽ ὑμῶν λεγομένοις, κἀκ τούτου νόθον εἶναι τὴν προσθήκην ἐκείνην συλλογιζόμενοι. οὐ γὰρ ἂν ἀπεδίδου τὴν αἰτίαν τοῦ δεύτερον εἶναι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ὁ μηδ᾽ ὅλως τοῦτο καταδεχόμενος. τοῦτο μὲν παρεδράμετε, δεῖξαι δὲ παρὰ τοῖς ἁγίοις εἰρημένον προέθεσθε, τό, τρίτον εἶναι τῇ τάξει καὶ τῷ ἀξιώματι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. καὶ δὴ προχειρισάμενοι δύο ῥητὰ τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου, τὸ μὲν ἁπλῶς λέγον, ὅτι τρίτον τῇ τάξει τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· τὸ δέ, ὅτι τοιαύτην φύσιν καὶ τάξιν ἔχει τὸ πνεῦμα πρὸς τὸν υἱόν, οἵαν ὁ υἱὸς πρὸς τὸν πατέρα. ἐκ τούτων οὖν ὅτι τρίτον ἐστὶ

cit creaturam, quo pacto non idem etiam de Filio neceſſario ſentiat? Nunc ergo ex hoc invicto teſtimonio concluditur, Spiritum ſanctum talem habere ordinem ad Filium, qualem habet Filius ad Patrem. Unde colligitur ex primo quidem dicto, Spiritum ſanctum eſſe tertiam perſonam; ex ſecundo vero, Spiritum habere illum ordinem ad Filium, quem Filius ad Patrem: & ex hoc liquido apparet, quod Spiritus ſanctus accipiat eſſe a Filio. Declarate ergo, quonam modo Spiritus ſanctus accipiat a Filio. Nec oportet aperte loquenti magno Athanaſio reluctari. In ſequenti vero ſeſſione manifeſte hoc idem ex ipſo Baſilio demonſtrabimus. His ita dictis dimiſſa eſt ſynodus, & dilata in feriam tertiam. Itaque feria tertia, ſervato conſueto ordine, diſputatio haberi cœpit.

## SESSIO XXI.

*Die decimo menſis Martii feria tertia, celebrata eſt.*

EPHES. PROPOSUERAMUS ſeſſione proxima, patres reverendiſſimi, magni patris Baſilii dictum examinandum, & diſcrepantiam quæ in libris eſt perſpicienda; atque ita ex veſtra caritate quæſivimus, an Baſilii magni ſententiam eſſe arbitraremini, quod Spiritus ſanctus ordine & dignitate ſit tertius. Quod quidem cum affirmaſſetis, rurſus quæſivimus, an ſanctorum quoque ſententia & doctrina hæc ſit, ſicut ajebat Eunomius: quod etiam cum prompte admodum dediſſetis, protulimus vobis magnum Baſilium perſpicue contraria dicentem, ut in veſtro etiam libro habetur: Simulat, inquit, ſanctorum doctrinam: ſed illam certe non conſervat; tacetque eos, qui ſibi ipſam tradiderunt. Deinde utens vehementi objurgatione ſubdit: Qui vero ſint illi ſancti, & quibus in ſermonibus docuerint hoc, dicere non poteſt. Fuitne homo tam audax, novandorum dogmatum auctorem ſe præbens? Si ergo Filius ordine ac dignitate ſecundus a Patre eſt, quod ab ipſo; Spiritum vero ſanctum dici a Filio ſecundum ordine & dignitate nullo modo patitur; ergo Spiritus ſanctus non eſt a Filio tanquam a cauſa. Ita dictorum veſtrorum inter ſe repugnantiam videntes, & ex eo colligentes adulterinum eſſe quod fuit additum (neque enim plane, cur ſit ſecundus Spiritus ſanctus, redderet cauſam, qui omnino illud non recipit) hoc quidem præteriiſtis; dictum vero eſſe a ſanctis, tertium eſſe ordine & dignitate Spiritum ſanctum, probandum ſumpſiſtis: & protuliſtis duo ſancti Athanaſii dicta: alterum aſſerens ſimpliciter, tertium eſſe ordine Spiritum ſanctum alterum affirmans, Spiritum ſanctum habere talem naturam & ordinem ad Filium, qualem Filius habet ad Patrem:

atque

Sessio XVIII.

A atque ex his, quod ſit dignitate tertius, demonſtratum a vobis arbitrati eſtis. Verum ad primum illud dicimus; fateri nos etiam, in ſancta Trinitate tertium eſſe ordine Spiritum ſanctum, ut ſalvator noſter in traditione baptiſmatis dixit: quod vero dignitate etiam tertius ſit, mirari ſatis, quomodo ut dictum aſſumitis, quod non eſt dictum. Id vero etiam in aliis facitis: nam cum audieritis, Spiritum a Patre & Filio, verbum, Eſt, adjicitis, &, Habere eſſe. Cum vero, Spiritum a Filio accipere, dicitis accipere ſuum eſſe: hoc porro eſt, controverſa ſumere pro certis B atque confeſſis; quod eſt deterrimum demonſtrandi genus: & hæc quidem ad primum. Ad ſecundum vero dicimus, conſiderandum eſſe, quis ſit in iis verbis magno Athanaſio ſcopus, & ad quos verba faciat. Oportet enim, ut magnus Cyrillus ait in actis tertiæ ſynodi, ſacros evolventem libros, diſtinguere & perſonas, & tempus, cauſamque, propter quam unumquodque dictum eſt, expendere: ita enim quis dicto cuique convenientem aſſignare poterit cauſam favente gratia Spiritus, *&c.* Videtur ergo celeberrimus Athanaſius ea ſcribere depugnans cum ſancti Spiritus oppugnatoribus; qui cum Fi- C lium Patri exæquarent, ejuſdemque gloriæ ac ſubſtantiæ faterentur, Spiritum ſanctum minorem aſſeverabant; & proinde non connumerandum ſed ſubnumerandum illis, utpote alienæ & creatæ naturæ exiſtentem, ajebant. In hos ergo ſtrenuus Pater ſermonem ſuum inſtituens, & Spiritum Patri & Filio connaturalem, parique ac illi dignitate præſtantem volens oſtendere, quod ejuſdem ſit ordinis, ejuſdemque voluntatis & operationis: per hæc enim ſemper doctores idemtitatem naturæ demonſtrabant; in prima ad Serapionem epiſcopum epiſtola ſcribit hæc: Filius quidem a Patre mittitur: (Joan. 3.) E *Sic* enim, inquit, *Deus dilexit mundum, ut Filium ſuum unigenitum daret*: a Filio vero Spiritus mittitur: (Joan. 16.) *Si enim*, inquit, *ego abiero, mittam Paracletum*: & Filius quidem clarificat Patrem dicens; (Joan. 17.) *Ego te clarificavi*: Spiritus autem clarificat Filium; (Joan. 16.) *Ille enim, me clarificat*. Et Filius quidem dicit; (Joan. 8.) *Quæ audivi a Patre, hæc loquor in mundo*: Spiritus vero a Filio accipit; (Joan. 16.) *Nam de meo*, inquit, *accipit, & annunciabit vobis*. (Joan. 5.) Et Filius quidem venit in nomine Patris: de Spiritu vero ſancto Filius dicit: (Joan. 15.) *Quem mittet Pater in nomine meo*. Cum ergo talem naturam & ordinem habeat Spiritus ad Filium, qualem Filius ad Patrem, D qui Spiritum dicit creaturam, quomodo non etiam de Filio idem neceſſario ſentiet? In his non videtur velle doctor explicare diſtinctionem, neque unde utraque perſona ſui eſſe cauſam habeat; ſed earum potius unitatem & connaturalitatem, ex idemtitate voluntatis & operum proportione apparentem. Itaque non dixit, Filium habere ſuum eſſe a Patre, Spiritum vero a Filio, neque Filium a Patre generari: Spiritum vero produci a Filio; ſic enim dixiſſet, ſi juxta veſtram ſententiam locutus eſſet: nunc his peni-

Anno Christi 1439.

τῷ ἀξιώματι, δεδειγμένον ἔχειν ᾠήθητε. πρὸς μὲν οὖν τὸ πρῶτον ἐκεῖνό φαμεν, ὅτι τρίτον εἶναι κατὰ τὴν τάξιν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν τῇ θείᾳ τριάδι, ὡς ἐν τῇ παραδόσει τοῦ βαπτίσματος ὁ σωτὴρ ἡμῶν εἴρηκε, καὶ ἡμεῖς συνομολογοῦμεν· ὅτι δὲ καὶ τῷ ἀξιώματι τρίτον, θαυμάζειν ἔπεισι, πῶς ὡς εἰρημένον λαμβάνετε τὸ μηδαμῶς εἰρημένον. τοῦτο δὲ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ποιεῖτε. καὶ ὅταν μὲν ἀκούσητε, πνεῦμα παρὰ πατρὸς καὶ υἱοῦ, τὸ, ἐστὶ, προστίθετε, καὶ, ἔχειν τὸ εἶναι· ὅταν δὲ ὅτι παρὰ υἱοῦ λαμβάνει, λαμβάνειν τὸ εἶναι λέγετε· τοῦτο δέ ἐστι τὸ τὰ ζητούμενα λαμβάνειν, ὡς ὁμολογούμενα, ὅπερ ἐστὶν ἀποδείξεως εἶδος τὸ χείριστον. ταῦτα μὲν πρὸς τὸ πρῶτον. πρὸς δὲ τὸ δεύτερον ἐκεῖνό φαμεν, ὅτι τὸν σκοπὸν τοῦ μεγάλου Ἀθανασίου ἐν οἷς λέγει τούτοις θεωρητέον ἐστὶ, καὶ πρὸς οὓς τὸν λόγον ποιεῖται. χρὴ γὰρ τὸν τοῖς θείοις λόγοις ἐντυγχάνοντα, καθώς φησιν ὁ μέγας Κύριλλος ἐν τοῖς πρακτικοῖς τῆς τρίτης συνόδου, καὶ τὰ πρόσωπα, καὶ τὸν χρόνον διαιρεῖν, καὶ τὴν αἰτίαν δι' ἣν ἕκαστον εἴρηται λογίζεσθαι· οὕτω γὰρ ἑκάστῳ ῥητῷ τὴν πρέπουσαν αἰτίαν τις ἀποδοῦναι τῇ τοῦ πνεύματος δυνήσεται χάριτι, καὶ τὰ ἑξῆς. φαίνεται τοίνυν ὁ ἀοίδιμος Ἀθανάσιος πρὸς τοὺς μαχομένους τῷ ἁγίῳ πνεύματι διαμαχόμενος τοιαῦτα γράφειν, οἳ τὸν μὲν υἱὸν συνέταττον τῷ πατρὶ, καὶ τῆς αὐτῆς δόξης καὶ οὐσίας διωμολόγουν, τὸ δὲ πνεῦμα τὸ ἅγιον ὑποβιβάζοντες, οὐ συναριθμεῖσθαι τούτοις ἑπομένως, ἀλλ' ὑπαριθμεῖσθαι, καὶ ξένης τινὸς εἶναι καὶ κτιστῆς φύσεως ἔλεγον. πρὸς τούτους τοίνυν ἀποτεινόμενος ὁ γεννάδας, καὶ τὸ τοῦ πνεύματος συμφυὲς καὶ ὁμότιμον δεῖξαι θέλων πρὸς τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν, ἀπό τε τοῦ συντετάχθαι τούτοις, καὶ τῆς αὐτῆς εἶναι τελειώσεώς τε καὶ ἐνεργείας· ἐκ τούτων γὰρ ἀεὶ οἱ διδάσκαλοι καὶ τὸ ταυτὸν τῆς φύσεως ἀπεδείκνυον. τοιάδε φησὶν ἐν τῇ ἐπιστολῇ τῇ πρώτῃ πρὸς Σεραπίωνα τὸν ἐπίσκοπον· ὁ μὲν υἱὸς παρὰ τοῦ πατρὸς ἀποστέλλεται· οὕτω γὰρ, φησὶν, ὁ Θεὸς ἠγάπησε τὸν κόσμον, ὥστε τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἀπέστειλε τὸν μονογενῆ· ὁ δὲ υἱὸς τὸ πνεῦμα ἀποστέλλει· ἐὰν γὰρ, φησὶν, ἐγὼ ἀπέλθω, ἀποστελῶ τὸν παράκλητον. καὶ ὁ μὲν υἱὸς τὸν πατέρα δοξάζει λέγων· πάτερ, ἐγώ σε ἐδόξασα· τὸ δὲ πνεῦμα δοξάζει τὸν υἱὸν, ἐκεῖνος γὰρ, φησὶν, ἐμὲ δοξάσει. καὶ ὁ μὲν υἱός φησιν· ἃ ἤκουσα παρὰ τοῦ πατρὸς, ταῦτα λαλῶ εἰς τὸν κόσμον· τὸ δὲ πνεῦμα ἐκ τοῦ υἱοῦ λαμβάνει, ἐκ τοῦ ἐμοῦ γὰρ λήψεται, καὶ ἀναγγελεῖ, φησὶν, ὑμῖν. καὶ ὁ μὲν υἱὸς ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ πατρὸς ἦλθε· τὸ δὲ πνεῦμα τὸ ἅγιον, φησὶν ὁ υἱὸς, ὃ πέμψει ὁ πατὴρ ἐν τῷ ὀνόματί μου. τοιαύτην δὲ φύσιν καὶ τάξιν ἔχοντος τοῦ πνεύματος πρὸς τὸν υἱὸν, οἵαν ὁ υἱὸς πρὸς τὸν πατέρα, πῶς ὁ κτίσμα τοῦτο λέγων, οὐ τὸ αὐτὸ καὶ περὶ τοῦ υἱοῦ ἐξ ἀνάγκης φρονήσει; ἐν τούτοις οὐ τὴν διάκρισιν ὁ διδάσκαλος φαίνεται παραστῆσαι θέλων, οὐδ' ὅθεν ἔχει τὴν αἰτίαν τῶν προσώπων ἑκάτερον τοῦ εἶναι, ἀλλὰ τὴν ἕνωσιν μᾶλλον καὶ συμφυΐαν ἐκ τῆς ταυτότητος τοῦ θελήματος καὶ τῆς ἀναλογίας τῶν ἔργων ἐκφαινομένην. ἀμέλει οὐκ εἶπεν, ὁ μὲν υἱὸς παρὰ τοῦ πατρὸς ἔχει τὸ εἶναι, τὸ δὲ πνεῦμα παρὰ τοῦ υἱοῦ· οὐδ' ὅτι ὁ μὲν πατὴρ γεννᾷ τὸν υἱὸν, ὁ δὲ υἱὸς τὸ πνεῦμα προβάλλει. ταῦτα γὰρ ἂν εἶπεν, εἰ κατὰ τὴν ὑμετέραν ἔλεγε δόξαν· νῦν δὲ ταῦτα παραλιπὼν παντελῶς,

τὴν



Anno Christi 1439.

τὴν εὐδοκίαν τοῦ πατρὸς, ἐφ' οἷς ὁ υἱὸς ποιεῖ, προστίθησι· καὶ τὴν τοῦ υἱοῦ πάλιν, ἐφ' οἷς ποιεῖ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. καὶ ὁ μὲν υἱὸς, φησὶ, παρὰ τοῦ πατρὸς ἀποστέλλεται, ὁ δὲ υἱὸς τὸ πνεῦμα ἀποστέλλει. τὴν εὐδοκίαν τοῦ πατρὸς ἀποστολὴν εἶναι νόμιζον, φησὶν ὁ θεολόγος Γρηγόριος. καὶ τὴν εὐδοκίαν οὖν τοῦ υἱοῦ νόμιζον ἀποστολὴν εἶναι τοῦ πνεύματος. καὶ ὁ μὲν υἱὸς τὸν πατέρα δοξάζει, τὸ δὲ πνεῦμα δοξάζει τὸν υἱόν· ἐν τούτοις ἡ ἀναλογία τῶν ἔργων, καὶ ἡ τοῦ θελήματος ταυτότης ἐκφαίνεται. ἐπειδὴ γὰρ ὁ υἱὸς ἐφανερώθη τῷ κόσμῳ προεγνωσμένου τοῦ πατρὸς ἤδη, μετὰ δὲ ταῦτα πάλιν ἐγνώσθη τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἵνα μὴ ἀντίθεοί τινες εἶναι δόξωσιν ὁ υἱὸς καὶ τὸ πνεῦμα, δοξάζει μὲν ὁ υἱὸς τὸν πατέρα, τὸ δὲ πνεῦμα τὸν υἱὸν, καὶ ἃ παρέλιπεν ἐκεῖνος, ἀποκαλύπτει τοῖς μαθηταῖς. καὶ ὁ μὲν υἱός φησιν· ἃ ἤκουσα παρὰ τοῦ πατρὸς, ταῦτα λαλῶ εἰς τὸν κόσμον· τὸ δὲ πνεῦμα παρὰ τοῦ υἱοῦ λαμβάνει· ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν. σημείωσαι πάτερ ἐνταῦθα, ὅτι λόγον λαμβάνει ἐνταῦθα τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ ἀναγγέλλει τοῖς μαθηταῖς, καθάπερ ὁ υἱὸς, ἃ ἤκουσε παρὰ τοῦ πατρὸς, ταῦτα λαλεῖ εἰς τὸν κόσμον· οὐκ ἄρα τὸ εἶναι λαμβάνει, καθάπερ αὐτὸς ἔλεγες. καὶ ὁ μὲν υἱὸς ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ πατρὸς ἦλθε, τὸ δὲ πνεῦμα τὸ ἅγιον, φησὶν ὁ υἱὸς, ὃ πέμψει ὁ πατὴρ ἐν τῷ ὀνόματί μου· διὰ τούτων ἁπάντων, ὥσπερ εἶπον, ἡ ταυτότης τοῦ θελήματος καὶ ἡ ἀναλογία τῶν ἔργων φαίνεται, ἐκ τούτων δὲ καὶ ἡ τῆς οὐσίας ταυτότης συνάγεται ἐξ ἀνάγκης. τοιαύτην οὖν, φησὶ, τάξιν καὶ φύσιν ἔχει τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον πρὸς τὸν υἱὸν, οἵαν ὁ υἱὸς πρὸς τὸν πατέρα. τουτέστιν, οὕτω συντέτακται καὶ συμφυές ἐστι τῷ υἱῷ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὥσπερ ὁ υἱὸς τῷ πατρί· πῶς οὖν ὁ λέγων κτίσμα τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐ καὶ περὶ τοῦ υἱοῦ τὸ αὐτὸ φρονήσει ἐξ ἀνάγκης; εἰ γὰρ συντέτακται τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τῷ υἱῷ καθάπερ ὁ υἱὸς τῷ πατρὶ, καὶ τῆς αὐτῆς ἐστι φύσεως ὡς ἐκ τῆς ταυτότητος τοῦ θελήματος καὶ τῆς ἀναλογίας τῶν ἔργων δείκνυται, πῶς ἂν εἴη κτίσμα τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον; αὕτη μὲν ἡ τοῦ ἁγίου διάνοια, καὶ πρὸς τὸν σκοπὸν τοῦτον εἴρηκεν ἅπερ εἴρηκεν, οὐ τὴν διάκρισιν παραστῆσαι θέλων, ἀλλὰ τὴν ἕνωσιν καὶ ταυτότητα τῆς οὐσίας. καὶ οὕτως οὐ κατ' ἐλπίδας ὑμῖν τὸ ῥητὸν ἀπέβη, οὐδὲ τῇ ὑμετέρᾳ δόξῃ συνηγορεῖ. ὅτι δὲ ὁ μέγας πατὴρ Ἀθανάσιος οὐ τὴν αὐτὴν εἶχε γνώμην περὶ τῆς τοῦ πνεύματος ἐκπορεύσεως, οὐδὲ τὸν υἱὸν αἴτιον ἐφρόνει τοῦ ἁγίου πνεύματος, οὐδὲ διὰ τοῦτο τὴν τάξιν εἴρηκε ταύτην, δῆλον ἐν οἷς ἀλλαχοῦ φησι, τὴν διάκρισιν τῶν θείων προσώπων παραδιδοὺς, μόνον πηγὴν τῆς θεότητος τὸν πατέρα καλῶν, καθάπερ καὶ μόνον ἀγέννητον. τοῦτο δὲ ταυτόν ἐστι λέγειν τῷ λέγειν αὐτὸν μόνον γεννήτορα, καὶ μόνον προβολέα. οὐκ ἄρα καὶ τὸν υἱὸν αἴτιον ἐφρόνει τοῦ ἁγίου πνεύματος, ὁ μόνον πηγὴν θεότητος τὸν πατέρα λέγων. ἔχει δὲ τὸ ῥητὸν οὕτως ἐν τῷ λόγῳ, ὃ ἐπιγραφὴν ἔχει, περὶ τῆς ἀϊδίου ὑπάρξεως υἱοῦ τε καὶ πνεύματος, οὕτω φησί· χωριζόμεθα δὲ καὶ τῶν Ἰουδαϊζόντων, καὶ τῶν τὸν Χριστιανισμὸν παραφθειρόντων, οἳ τὸν ἐκ Θεοῦ Θεὸν ἀρνούμενοι, ἕνα Θεὸν παραπλησίως Ἰουδαίοις λέγουσιν· οὐχ ὅτι μόνος ἀγέννητος, καὶ μόνος πηγὴ θεότητος ὁ πατὴρ, διὰ τοῦτο ἔφασκον αὐτὸν Θεὸν, ἀλλ' ὡς ἄγονον υἱοῦ, καὶ

Sessio XXI.

JOANNES. Etſi ea non meminiſti, ego in memoriam redigam. Diſputatio noſtra deſierat in verbis magni Baſilii, ubi ſtatuit numerum & ordinem in divinis perſonis: & liquet ab exemplis quæ affert in ſequentibus libri tertii contra Eunomium, dicens; Sicuti ſunt ordines archangelorum & angelorum una in natura, & ſicuti ſunt ordines ſtellarum, ſtella quippe differt a ſtella, in una natura; & ſicuti multæ ſunt manſiones ordine diſpoſitæ in regno; ita ſunt etiam in divinis perſonis.

EPHES: Ex rebus & exemplis creatis oſtenditis quæ fidei ſunt, & res divinas?

JOANNES: Etiam; exempla enim creata ſunt explicatio increatorum; nam ab humanis & aliis rebus exempla ſumimus rerum incomprehenſibilium & imperceptibilium.

EPHES: Atqui non eſt hic Baſilio ſcopus; Cur enim inquit, neceſſe eſt, ſi dignitate & ordine tertius eſt Spiritus ſanctus, ut ipſa natura quoque ſit tertius, licet etiam id concedamus? ut exempli cauſa; Nos cum Ferrariæ diſputaremus, quod non liceat addere, dicebamus; Quamvis rectum & pium comperiatur quod eſt additum in ſymbolo, non recipiemus: dicebamus autem hoc ex ſuppoſitione. Ita & magnus Baſilius, licet concedamus etiam, inquit. Idcirco non hoc vult magnus Baſilius, ut certum ſit, a Filio Spiritum ſanctum habere ſuum eſſe, aut eſſe tertium ordine: nam & Eunomius hoc arripiens ajebat, Spiritum eſſe natura tertium.

JOANNES. Et quomodo eximius iſte pater peccaturus erat in artem? non eſt in philoſophia, Omne quod currit, movetur; movetur ergo, quia currit? Itaque magnus Baſilius numerum ponens in angelis, & ſtellis, & manſionibus, ponit etiam ordinem & numerum in divinis perſonis. Quoniam autem longam es theologiam exorſus, ad docendos nimirum auditores; minus tamen intelligens, quid ipſi de conſubſtantiali Trinitate ſentiamus; ego docebo, planamque tibi reſponſionem hanc dabo. Nos qui ſequimur apoſtolicam ſedem, unam novimus cauſam Filii ac Spiritus Patrem; nam ab initio prædicationis apoſtolorum fides noſtra fulget ſole ſplendidius. Sermo enim domini ad principem apoſtolorum Petrum, *Portæ inferi non prævalebunt adverſus eam* (Matth. 16.), non præteriit, nec præteribit: namque unicum fulcimentum ac fundamentum omnibus Chriſtianorum eccleſiis eſt Romana eccleſia; quippe quæ germanam habet pietatem, clauditque & obſtruit omne hæreticum os loquens in excelſo iniquitatem. Idcirco non credit duo principia vel duas cauſas, ſed unum principium & unam cauſam; eos vero qui aſſerunt duo principia, vel duas cauſas, anathematizamus.

His a Latino dictis dimiſſa eſt ſynodus, Græcis quod ad fidei confeſſionem attinet, ſatis habentibus. Nam egreſſi ſumus e conventu, & magnam percepimus lætitiam, quod unam Latini cauſam Filii ac Spiritus norunt Patrem, & non dicunt duas cauſas. Poſt hæc imperator adiit pa-

SESSIO XXIII.

triarcham de his verbis conſultaturus feria quarta mane. Conſilio ab iis inito, feria quinta quintæ hebdomadis quadrageſimæ habitus eſt conventus noſtrorum metropolitarum in cella patriarchæ, præſente quoque imperatore. Itaque concionatus eſt imperator, hoc ſermone uſus ad metropolitas:

IMPERATOR. Nos, ſacri patres, quomodocumque in Italiam venimus: nec ſoli mihi fuit voluntas veniendi; nec primus ego negotium hoc ſuſcepi: ſed memoria teneatis, patrem meum imperatorem eo tempore, quo erat in Iſthmo, miſiſſe Eudæmona Joannem illum in Italiam, & hujuſmodi opus fuiſſe aggreſſum. Noſtis enim optimo, imperatorem patrem meum quanta prudentia, & rerum polleret experientia; utpote qui non modo præſtantiſſimus philoſophus, ſed fuit etiam eccleſiaſticorum dogmatum enarrator ſubtiliſſimus: nam aderat etiam ipſi patriarcha ille, domnus Euthymius, vir vera virtute præditus, ac ſummus theologus. Qui cum tanti ac tales eſſent, non ſolum de hoc negotio capeſſendo cogitarunt, verum etiam aggreſſi ſunt; & cupiebant illud conficere: ſed obſtitit tempus: pervenit ergo negotium ad nos, non ut majorum tempore, ſed multo præſtantius: nam & triremes miſero, & ſumptus; & opus hoc multo cum ſtudio quæſivere. Hæc nos ſcientes, ego ſcilicet & ſacer patriarcha, vos omnes convocavimus, atque huc veſtro conſenſu pervenimus. Nunc tempus abit, & nihil, quod ſit in rem noſtram, fecimus. Subeat vobis memoria domus noſtræ, quanto ſit in periculo in medio impiorum. Quod ſiquid acciderit, hei mihi, quam grave malum: arbitror perſecutionem fore longe majorem, quam Diocletiani & Maximiani temporibus. Debemus ergo diſputationes & contentiones miſſas facere, & reperire medium aliquod, illudque amplecti: medium autem in vobis eſt. Unum tantummodo vobis dico; Fratrem Joannem, qui diſputat, palam in concilio dixiſſe, fateri Latinos unam cauſam Filii ac Spiritus Patrem; & anathematizare ponentes in conſubſtantiali Trinitate duo principia, vel duas cauſas: a quo petii ſcriptam mihi dari hanc confeſſionem, quam miſerunt ad me: legite vos & conſilium capite de unione concilianda.

His ab imperatore dictis, cœpit ſynodus perquirere: & poſt multos ſermones invenimus epiſtolam ſancti Maximi, ita dicentis.

*Epiſtola ſancti Maximi.*

SANCTISSIMI papæ, qui nunc eſt, ſynodalium, non tot capita, quot ſcripſiſtis, regiæ urbis incolæ notarunt, ſed duo tantum; quorum alterum ad divina ſpectat; quod dixerit, inquiunt, Spiritum ſanctum etiam ex Filio procedere; alterum vero ad incarnationem; quod dixerit, dominum ut hominem eſſe abſque peccato originali. Et in primum quidem conſonas Romanorum patrum attulere ſententias nec

A τούτων τῇ πετάρτῃ πρωΐ. τούτων οὖν βουληθέντων, τῇ πέμπτῃ τῆς πέμπτης ἑβδομάδος τῆς τεσσαρακοστῆς, σύναξις γέγονε τῶν ἡμετέρων μητροπολιτῶν ἐν τῷ κελλίῳ τοῦ πατριάρχου, παρόντος καὶ τοῦ βασιλέως. ἐδημηγόρησεν οὖν ὁ βασιλεὺς, καὶ ὥρισε πρὸς τοὺς μητροπολίτας.

ANNO CHRISTI 1439.

BASIL. Ἡμεῖς, πατέρες ἅγιοι, ἤλθομεν ὁπωσδήποτε ἐν τῇ Φραγκίᾳ· καὶ ἐγὼ οὐδὲ ἐπεθύμουν μόνος ἐλθεῖν, οὐδὲ ἐγὼ ἠρξάμην πρῶτος ταύτης τῆς ὑποθέσεως, ἀλλ' ἐνθυμεῖσθε, ὅτι ὁ πατήρ μου ὁ βασιλεὺς ἀπὸ τοῦ καιροῦ ὅτε ἦν ἐν τῷ Ἑξαμιλίῳ, ἀπέστειλε τὸν Εὐδαίμονα Ἰωάννην ἐκεῖνον εἰς Ἰταλίαν, καὶ ἤρξατο B τοῦ τοιούτου ἔργου. ἐπίστασθε γὰρ ἀκριβῶς τὸν βασιλέα τὸν πατέρα μου, καὶ τὴν γνῶσιν καὶ τὴν πρᾶξιν αὐτοῦ, ὅτι οὐ μόνον ὑπῆρχεν ἄριστος φιλόσοφος, ἀλλὰ καὶ τῶν δογμάτων τῆς ἐκκλησίας λεπτότατος ἐξηγητής· εἶχε γὰρ καὶ συνήγορον τὸν πατριάρχην ἐκεῖνον κῦριν Εὐθύμιον, τὸν ὄντως ἐνάρετον καὶ θεολόγον ἀκρότατον. τοσοῦτοι δὲ καὶ ἡλίκοι ὑπάρχοντες οὐκ ἐνενόησαν μόνον τοῦ τοιούτου ἔργου τὴν ἐπιχείρησιν, ἀλλὰ καὶ ἤρξαντο, καὶ ἐπεθύμουν πληρῶσαι αὐτό· ὁ καιρὸς δὲ ἐνεπόδισε τοῦτο. ἔφθασεν οὖν τὸ ἔργον καὶ ἕως ἡμῶν, οὐχ ὥσπερ ἐν τοῖς πρὸ ἡμῶν, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον κρειττόνως ὅτι τε ἔστειλαν C τριήρεις καὶ ἐξόδους, καὶ ὅτι ἠτήσαντο τὸ ἔργον μετὰ πολλῆς τῆς ὁρμῆς. ταῦτα εἰδότες ἡμεῖς, ἐγώ τε καὶ ὁ ἅγιος πατριάρχης, συνήξαμεν ὑμᾶς πάντας, καὶ μετὰ γνώμης ὑμῶν ἤλθομεν ἕως ὧδε. πλημμελεῖ οὖν ὁ καιρὸς, καὶ οὐδέν τι ἐποιήσαμεν ἀνῆκον τῷ πράγματι. μνήσθητε τοίνυν τοῦ ἡμετέρου οἴκου, ὅπως κινδυνεύει ἐν μέσῳ τῶν ἀσεβῶν, καὶ ἐὰν συμβῇ τι, οἴμοι, πόσον τὸ δεινόν· ἔχω ὅτι ὁ διωγμὸς μέλλει γενέσθαι πολλῷ χείρων τοῦ ἐπὶ Διοκλητιανοῦ καὶ Μαξιμιανοῦ· διὸ καὶ ὀφείλομεν καταλεῖψαι τὰς φιλονεικίας, καὶ εὑρεῖν τι μέσον, καὶ χωρῆσαι εἰς αὐτό. τὸ δὲ μέσον ἐστὶν ἐν ὑμῖν. ἓν μόνον λέγω ὑμῖν, ὅτι ὁ διαλεγόμενος φρὰ Ἰωάννης ὡμολόγησε παρρησίᾳ ἐν τῇ D συνόδῳ, ὅτι ὁμολογοῦσιν οἱ Λατῖνοι μίαν αἰτίαν τὸν πατέρα υἱοῦ τε καὶ πνεύματος, καὶ ἀναθεματίζουσι τοὺς δύο ἀρχὰς ἢ δύο αἰτίας ποιοῦντας ἐν τῇ ὁμοουσίῳ Τριάδι, ἐξ οὗπερ ἐξήτησα ἐγγράφως δοθῆναί μοι τὴν ὁμολογίαν ταύτην, καὶ ἔστειλάν μοι αὐτήν. ἀναγνόντες σκέψασθε περὶ ἑνώσεως βουλήν.

Ταῦτα τοῦ βασιλέως εἰπόντος, ἡ σύνοδος ἤρξατο ἐρευνᾶν· καὶ πολλῶν λόγων λαληθέντων, εὕρομεν τὴν ἐπιστολὴν τοῦ ἁγίου Μαξίμου, ὃς διαλαμβάνει οὕτως.

E Ἐπιστολὴ τοῦ ἁγίου Μαξίμου.

ΤΩΝ τοῦ νῦν ἁγιωτάτου πάπα συνοδικῶν, οὐκ ἐν τοσούτοις ὅσοις γεγράφατε κεφαλαίοις, οἱ τῆς βασιλίδος ἐπελάβοντο, δυσὶ δὲ μόνοις· ὧν τὸ μὲν ὑπάρχει περὶ θεολογίας, ὅτι τε, φασὶν, εἴρηκεν ἐκπορεύεσθαι κἀκ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· τὸ δὲ ἄλλο περὶ τῆς θείας σαρκώσεως, ὅτιπερ γέγραφε δίχα τὸν κύριον εἶναι τῆς προπατορικῆς ἁμαρτίας ὡς ἄνθρωπον. καὶ εἰς μὲν τὸ πρῶτον συμφώνους παρήγαγον χρήσεις Ῥωμαίων πατέρων, ἔτι μὴν καὶ Κυρίλ-



ANNO CHRISTI 1439.

λου Ἀλεξανδρείας ἐκ τῆς ποιηθείσης αὐτῷ ἱερᾶς πραγματείας εἰς τὸν εὐαγγελιστὴν ἅγιον Ἰωάννην, ἐξ ὧν οὐκ αἰτίαν τὸν υἱὸν ποιοῦντας τοῦ πνεύματος σφᾶς αὐτοὺς ἀπέδειξαν· μίαν γὰρ ἴσασιν υἱοῦ καὶ πνεύματος τὸν πατέρα αἰτίαν, τοῦ μὲν κατὰ τὴν γέννησιν, τοῦ δὲ κατὰ τὴν ἐκπόρευσιν· ἀλλ' ἵνα καὶ δι' αὐτοῦ προϊέναι δηλώσωσι, καὶ ταύτῃ τὸ συναφὲς τῆς οὐσίας καὶ ἀπαράλλακτον παραστήσωσι.

Τῆς οὖν ἐπιστολῆς ταύτης ἀναγνωσθείσης, τὰ γραφέντα παρὰ τῶν Λατίνων ἀφέντες, καὶ πάντα καταλιπόντες, ἐν τῇ ἐπιστολῇ τοῦ ἁγίου Μαξίμου τὸν νοῦν ἐνεβάλομεν, καὶ εἴπομεν πάντες ὁμοῦ· ἐὰν οἱ Λατῖνοι ταύτῃ τῇ ἐπιστολῇ πείθωνται, ἡμεῖς ἄλλο τι μὴ ζητήσαντες, αὐτοῖς ἑνωθησόμεθα. ὥρισεν B οὖν ὁ βασιλεὺς, καὶ ἐγνωμοδότησεν εἰς τοῦτο ἡ σύνοδος, τοῦ πατριάρχου συγκαταθέντος αὐτῷ· καὶ προέτρεψεν ἡ σύνοδος τὸν βασιλέα μηνῦσαι τῷ πάπᾳ σὺν τοῖς μετ' αὐτοῦ, εἴπερ στέργουσι τὴν ἐπιστολὴν καὶ τὴν ὁμολογίαν τοῦ ἁγίου Μαξίμου· καὶ τοῦτο μαθόντα ἀναγγεῖλαι ἡμῖν. ταῦτα ἡμῶν βουληθέντων ἐμήνυσαν ἡμῖν οἱ Λατῖνοι οὕτως·

LATIN. Ὑμεῖς ἐν τῇ παρελθούσῃ συνελεύσει εἴπατε ὅσα ἠθέλετε, ἡμῶν ἐν δευτέρᾳ συνελεύσει εἰπόντων ἀποκριθῆναι· γενέσθω τοίνυν συνέλευσις, ἵνα ἀποκριθησώμεθα. οὐ γάρ ἐστι δυνατὸν ἄλλο τι γενέσθαι, ἡμῶν μὴ ἀποκριθέντων.

Τούτων ἀκούσας ὁ βασιλεὺς ὥρισε καὶ πάλιν συνέλευσιν γενέσθαι. τοῦ σαββάτου τοίνυν ἐλθόντος, τῇ εἰκοστῇ πρώτῃ τοῦ Μαρτίου μηνὸς συνήλθομεν καὶ πάλιν ἐν τῷ εἰθισμένῳ τόπῳ, τοῦ Ἐφέσου κῦρ Μάρκου, καὶ τοῦ Ἡρακλείας κῦρ Ἀντωνίου μὴ παρόντων, παραγγείλαντος τοῦ βασιλέως μὴ ἐλθεῖν αὐτοὺς ἐν τῇ συνελεύσει· ἤθελε γὰρ ὁ βασιλεὺς τρόπον ἑνώσεως εὑρεῖν τοῦ ἀπελθεῖν, καὶ οὐκ ἤθελε φιλονεικίας λόγους. συνήλθομεν δὲ οἱ πάντες ἐν τῷ εἰθισμένῳ τόπῳ. ἤρξατο οὖν ὁ προβιντζιάλιος φρὰ Ἰωάννης, καὶ πάλιν δημηγορεῖ, καὶ φησιν D οὕτως·

## ΣΥΝΕΛΕΥΣΙΣ κδ'.

Μαρτίου πρώτῃ καὶ εἰκοστῇ, τῷ σαββάτῳ, ἐγένετο.

IOAN. ΕΒΟΥΛΟΜΗΝ εἶναι ὧδε τὸν Ἐφέσου, καὶ συμπαρεῖναι ἡμῖν ἐν ταύτῃ τῇ συνελεύσει, ὅπως ἀκούσῃ τὰς λύσεις τῶν προενεχθέντων αὐτοῦ ῥημάτων. ἀλλ' ὡς ἔοικεν ἡττηθεὶς ἀπέγνω, διὰ τοῦτο οὐκ ἐπαρρησίασε τῇ συνόδῳ· διὸ πρὸς ὑμᾶς, καὶ ἐν παντὶ τούτῳ E τῷ ἀκροατηρίῳ τὸν λόγον ποιήσομαι.

BASIL. Ἡμεῖς κατὰ τὸ παρὸν οὐδὲν βουλόμεθα εἰπεῖν, διὰ τοῦτο οὐδ' ὁ Ἐφέσου ἦλθε μεθ' ἡμῶν· οὐδὲ ἤλθομεν διαλεχθῆναι σήμερον ἡμεῖς, ἀλλὰ διὰ τὸ θέλημα ὑμῶν ἤλθομεν, καὶ διὰ τὴν συμφωνίαν ἣν ἔχομεν πρὸς ἀλλήλους, ὅπως μὴ ἀμελῶνται αἱ συνελεύσεις. ἤλθομεν οὖν καὶ εἴ τι θέλετε, λέγετε· ἡμεῖς οὐδεμίαν ἀπολογίαν θέλομεν ποιῆσαι ὑμῖν. καὶ δὴ ὁ Ἰωάννης ἔφη·

IOAN. Δύο ζητημάτων ζητηθέντων παρ' ἡμῶν, οὐδὲ ἓν ἐπληρώσαμεν· τὸ γὰρ ῥητὸν, μᾶλλον δὲ τὰ ῥητὰ τοῦ μεγάλου Βασιλείου σαφέστατα παριστῶσιν, ὅτι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔχει εἶναι ἀπὸ τοῦ υἱοῦ ὥσπερ καὶ ἀπὸ τοῦ πατρὸς, καὶ

A non Cyrilli Alexandrini ex ſacris ejus commentariis in Joannem: Per quas demonſtrarunt, ſeſe nequaquam aſſerere, Filium eſſe cauſam Spiritus; unam quippe norunt cauſam Filii ac Spiritus Patrem, illius quidem ſecundum generationem, hujus autem ſecundum proceſſionem: ſed ſignificare quod per ipſum etiam procedat: eaque ratione oſtendere ejuſdem eſſentiæ nulla cum varietate communionem.

SESSIO XXIII.

Cum lecta eſſet hæc epiſtola, omiſſis Latinorum ſcriptis, & relictis omnibus, ad ſancti Maximi epiſtolam adjecimus animum: & omnes ſimul diximus; Si Latini recipiunt hanc epiſtolam, cum ipſis conjungemur, nihil aliud requirentes. Ergo imperatoris juſſu ſynodus ſententias dixit, patriarcha idem ſentiente: & ſynodus hortata eſt imperatorem ut mitteret ad pontificem & ſuos, qui dicerent, an ſancti Maximi epiſtolam & confeſſionem reciperent: atque ubi illud reſciſſet, nobis ſignificaret. Et nos quidem tale conſilium cepimus. Latini vero ſignificarunt nobis hæc:

LATINI. C Vos ſeſſione proxima dixiſtis quantum voluiſtis; nos autem diximus, reſpondere velle ſeſſione altera: fiat ergo conventus, ut reſpondeamus; nihil enim aliud fieri poteſt, niſi reſpondeamus.

His auditis imperator juſſit rurſus conventum haberi. Sabbato igitur die Martii vigeſimoprimo convenimus rurſum ad locum conſuetum, domno Marco Epheſio, & domno Antonio Heracleenſi abſentibus: præceperat enim imperator, ne convenirent; namque modum unionis reperire volebat ad abeundum, non ſermones contentioſos. Itaque convenimus omnes ad conſuetum locum. Et orſus eſt de integro provincialis frater Joannes concionem ſuam hoc pacto:

## SESSIO XXIV.

SESSIO XXIV.

*Die vigeſimaprima menſis Martii, ſabbato, celebrata eſt.*

JOANNES. VELLEM hic eſſet Epheſius, & coram nobiſcum adeſſet in hac ſeſſione, ut dictorum ſuorum ſolutiones audiret: ſed videtur victus deſperaſſe; propterea non convenit ad ſynodum: Quare ad vos & univerſum hoc auditorium verba faciam.

IMPERATOR. Nos in præſenti nihil dicere volumus; propterea & Epheſius non convenit nobiſcum: neque venimus ad diſputandum nos, ſed ut voluntati veſtræ ſatisfaceremus, & propter pactum quod inter nos eſt, ut ne ſeſſiones negligantur: venimus igitur; & ſi quid habetis, dicite: nos reſponſionem nullam ſumus daturi. Itaque Joannes dixit:

JOANNES. Duabus propoſitis a nobis quæſtionibus, neutram abſolvimus: nam dictum, ſive potius dicta magni Baſilii clariſſime indicant, Spiritum ſanctum habere ſuum eſſe a Filio ſicut a Patre: & nos

SESSIO XXIV.

nos unam cauſam Filii & Spiritus fatentes Patrem, ut principaliter a Patre Filius producat Spiritum ſanctum, ad nullum finem perducere potuimus hanc materiam. Hoc igitur & ipſe relicto, ad ea quæ protulit Epheſius, dicam. Itaque jam reſpondebo, atque ab ipſo ſalvatore noſtro Jeſu Chriſto ſumam exordium. Ait enim ipſe in evangelio: *Cum autem venerit Paracletus, quem ego mittam vobis a Patre, Spiritum veritatis, qui a Patre procedit, &c.* Nam vox illa, Mittam, quid aliud ſignificat, quam quod ab aliquo mittitur? qui mittit igitur, proprium aliquid mittit; & ex ipſo eſt quod mittitur: ut, exempli gratia, quando præfectus agit juſſu imperatoris: non enim agit ex ſe ipſo, ſed imperatoris mandato: ita & Filius non a ſe ipſo producit Spiritum ſanctum, ſed a conſubſtantiali Patre, in generatione ſua illud accipiens, virtutemque paternam & naturalem in ſe habens producit & ipſe Spiritum ſanctum non principaliter, uti Pater; is enim eſt radix & fons deitatis. Pater enim indiſtinctus ab eſſentia, imo vero cum ipſe ſit ipſeſſentia, non intelligitur diſtinctam habere eſſentiam ab hypoſtaſi: non enim re, ſed ſola ratione diſtinguitur paterna hypoſtaſis a ſua eſſentia. Eſt ergo Pater ſubſtantialis hypoſtaſis, & generat ſubſtantialiter Filium, & generatur Filius, ſubſtantialis & ipſe hypoſtaſis: & ſunt quidem duæ hypoſtaſes, ſed unus Deus, & una amborum natura, cum qua Spiritus ſanctus indiſtincte intelligitur, & neque Pater eſt, neque Filius relativum; Spiritum enim ut Spiritum ad ſpirantem referri oportet. Quia vero Spiritus eſt Patris Spiritus; & ſcriptura teſtatur, illum eſſe Filii quoque Spiritum; ſpirantes ergo ſunt Pater & Filius. Filius quoque reſpiciens ad Patrem, ſecundum divinitatem ait. *Ego & Pater unum ſumus*: (Joan. 10.) &, *Ego in Patre, & Pater in me*: &, *Qui vidit me, vidit & Patrem meum*. (Joan. 14.) Ergo ſecundum unam virtutem ſpirativam duarum perſonarum, & unam producendi vim, non ſunt duo ſpiratores, & duæ cauſæ, ſed una cum ſit & eadem numero, originaliter quidem Patris eſſe intelligitur, a quo Filius hanc habet: & hac virtute dicitur Pater & Filius unum principium, non confuſione perſonarum. Eſt enim Pater, Pater & ingenitus: & Filius, Filius genitus, ſecundum cauſam & cauſatum: pari ratione debemus & Spiritui ſancto aliquem aſſignare ordinem ad Patrem & Filium, ne confuſio ponatur neceſſario in divinis. Cum vero Pater generando communicet hanc eſſentiam Filio, quatenus eſt Filio communicabilis: Filius vero hanc a Patre accipiat, ut ſibi communicabilem, communicet eamdem ſancto Spiritui, ut communicabilem illi ab ipſo Filio: quoniam una eſt eſſentia, ſecundum quam hic generatur, ille procedit; idcirco unum principium & cauſa eſt Spiritus ſancti Pater & Filius, & procedit ex ambobus. Præterea quia dicitur etiam a patribus Spiritus ſanctus procedi per Filium naturaliter; procedit ergo Spiritus ſanctus ex Patre & Filio: nam hoc loco, Per,



ANNO CHRISTI 1439.

ἡμεῖς μίαν αἰτίαν ὁμολογοῦντες υἱοῦ καὶ πνεύματος τὸν πατέρα, ὡς ἀρχικῶς ὁ υἱὸς παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύων, οὐδὲν ἠδυνάμην συμπεράναι πρὸς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐδέν τι πλέον τὴν ὑπόθεσιν. τοῦτο δὲ παραλιπὼν καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς προκομισθεῖσι παρὰ τοῦ Ἐφέσου ῥητοῖς, τὴν ἀπολογίαν ποιήσομαι. καὶ δὴ ἄρχομαι ἀπ' αὐτοῦ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· φησὶ γὰρ ἐν εὐαγγελίοις· ὅταν δὲ ἔλθῃ ὁ παράκλητος, ὃν ἐγὼ πέμψω ὑμῖν παρὰ τοῦ πατρὸς, τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται, καὶ τὰ ἑξῆς. τὸ γὰρ, πέμψω, τί ἄλλο δηλοῖ, εἰ μὴ ὅ, τι ἔκ τινος πέμπεται; ὁ πέμπων οὖν ἴδιόν τι πέμπει, καὶ ἐξ ἐκείνου ἐστὶ τὸ πεμπόμενον, καθώσπερ ἐν παραδείγματι, ὅταν ἐνεργῇ ὁρισμῷ βασιλέως ὁ ἔπαρχος· οὐ γὰρ ἀφ' ἑαυτοῦ πράττει, ἀλλὰ τοῦ βασιλέως τὸν ὁρισμόν· οὕτω καὶ ὁ υἱὸς, οὐκ ἀφ' ἑαυτοῦ ἐκπορεύει τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀλλὰ παρὰ τοῦ ὁμουσίου πατρὸς ἐν τῇ γεννήσει λαβὼν αὐτὸ, καὶ δύναμιν πατρικὴν καὶ φυσικὴν ἔχων ἐν ἑαυτῷ προβάλλει καὶ αὐτὸς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐχ * ὑπαρκτικῶς, ὡς ὁ πατήρ· αὐτὸς γάρ ἐστι ῥίζα καὶ πηγὴ τῆς θεότητος. ὁ πατὴρ γὰρ ἐν τῇ οὐσίᾳ ὡς ἀχώριστος, μᾶλλον αὐτουσία ὑπάρχων, ἀχωρίστως συνεπινοεῖται τῇ οὐσίᾳ καὶ τῇ ὑποστάσει. οὐ γὰρ ἐνεργείᾳ μερίζεται ἡ πατρικὴ ὑπόστασις τῇ οὐσίᾳ αὐτῆς, ἀλλὰ μόνῃ ἐπινοίᾳ. ἔστι μὲν οὖν ὁ πατὴρ οὐσιώδης ὑπόστασις, καὶ γεννᾷ οὐσιωδῶς τὸν υἱόν· καὶ γεννᾶται ὁ υἱὸς, οὐσιώδης καὶ αὐτὸς ὑπόστασις· καὶ εἰσὶ μὲν δύο ὑποστάσεις, ἀλλὰ εἷς Θεὸς, καὶ μία φύσις ἀμφοῖν, ᾗ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀχωρίστως συνεπινοεῖται· καὶ οὔτε πατήρ ἐστιν, οὔτε υἱὸς, ἀλλ' οὐδὲ τῶν πρός τι. ἀλλὰ τὸ πνεῦμα καθὸ πνεῦμα, πρὸς τὸ πνέοντα δεῖ ἀναφέρεσθαι. ἐπειδὴ δὲ τὸ πνεῦμα, τοῦ πατρός ἐστι πνεῦμα, καὶ τοῦ υἱοῦ πνεῦμα μαρτυρεῖται παρὰ τῆς γραφῆς, πνέοντές εἰσιν ἄρα ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱός. ἀλλὰ καὶ ὁ υἱὸς πρὸς τὸν πατέρα ἀποβλέπων, κατὰ τὴν θεότητα φησίν· ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν· καὶ, ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί· καὶ, ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν πατέρα. κατὰ μίαν οὖν πνευστικὴν δύναμιν τῶν δύο προσώπων, καὶ κατὰ μίαν προβλητικὴν, οὐ δύο προβολεῖς, οὐδὲ δύο αἰτίαι εἰσὶν, ἀλλὰ μία καὶ ἡ αὐτὴ οὖσα τῷ ἀριθμῷ, ἀρχοειδῶς μὲν τοῦ πατρὸς εἶναι νοεῖται, παρ' οὗ ὁ υἱὸς ταύτην ἔχει. καὶ ταύτῃ τῇ δυνάμει λέγεται ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς μία ἀρχὴ, οὐ συναλοιφῇ προσώπων, ἔστι γὰρ ὁ πατὴρ καὶ ἀγέννητος· καὶ ὁ υἱὸς, υἱὸς γεννητὸς, κατὰ τὸ αἴτιον καὶ αἰτιατόν· ὡσαύτως καὶ τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ τάξιν τινὰ ὀφείλομεν δοῦναι πρὸς τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν, ἵνα μὴ ἀταξία ἐξ ἀνάγκης εἰσάγοιτο ἐν τοῖς θείοις. ἐπειδὴ δὲ ὁ πατὴρ ἐν τῷ γεννᾷν τὸν υἱὸν, ταύτην τῷ υἱῷ κοινωνεῖ τὴν οὐσίαν, καθὸ τῷ υἱῷ κοινωνητή ἐστιν· ὁ δὲ υἱὸς λαμβάνει ταύτην παρὰ τοῦ πατρὸς, ὡς ληπτὴν ἑαυτῷ, κοινωνεῖ δὲ ταύτην τῷ παναγίῳ πνεύματι, ὡς κοινωνητὴν αὐτῷ παρ' αὐτοῦ τοῦ υἱοῦ· ἐπειδὴ μία οὐσία, καθ' ἣν ὁ μὲν γεννᾶται, τὸ δὲ ἐκπορεύεται· κατὰ τοῦτο ἄρα μία ἀρχὴ καὶ αἰτία ἐστὶ τοῦ πνεύματος ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς, καὶ ἐκπορεύεται ἐξ ἀμφοῖν. ἐπεὶ δὲ λέγεται καὶ παρὰ τῶν πατέρων, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον προϊέναι δι' υἱοῦ φυσικῶς, ἄρα τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεται ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ· ἡ, διὰ, γὰρ ἐνταῦθα ἴσον δύναται τῇ, ἐκ. προέφερε δὲ μαρτυρίας τοῦ τε ἁγίου Λέοντος πάπα, τοῦ

* ὑπαρκτικῶς, id eſt, ἀρχικῶς, quod ſupra dixit, ἀρχικῶς.



ANNO CHRISTI 1439.

τε Γρηγορίου τοῦ Διαλόγου, τοῦ ἁγίου Ἀμβροσίου, τοῦ ἁγίου Ἱερωνύμου, τοῦ ἁγίου Αὐγουστίνου, καὶ ἑτέρων πολλῶν δυτικῶν, ἀναγινώσκων τὰς βίβλους, καὶ ἐξηγούμενος αὐτάς. τούτων οὕτω γινομένων ἐβράδυνεν ὁ καιρὸς, καὶ ἡ ἡμέρα πρὸς ἑσπέραν ἔληξε. καὶ οὕτως ἐλύθη ἡ σύνοδος, καὶ πάλιν ἐταμιεύσατο αὐτὴν τῇ τρίτῃ. τῇ τρίτῃ οὖν ἡμέρᾳ, τῇ εἰκοστῇ τετάρτῃ τοῦ αὐτοῦ μηνὸς πάλιν ἐγένετο συνέλευσις εἰκοστὴ πέμπτη, τελευταία τῶν ἐν Φλωρεντίᾳ, καὶ πάλιν ὁ προβιντζιάλιος Ἰωάννης ἤρξατο λέγειν οὕτως·

## ΣΥΝΕΛΕΥΣΙΣ κε'.

*Μαρτίου τετάρτῃ καὶ εἰκοστῇ, ἡμέρᾳ τρίτῃ, ἐγένετο.*

Τελευταία τῶν ἐν Φλωρεντίᾳ.

ΙΩΑΝ. ΗΘΕΛΟΝ καὶ τὸν Ἐφέσου εἶναι ὧδε, καὶ ἀκούειν τὰς ἀποκρίσεις τῶν λόγων αὐτοῦ. ἀλλ' ἐπειδὴ οὐκ οἶδ' ὅπως ἐκεῖνος οὐκ ἦλθε, φέρε πρὸς ὑμᾶς τὸν λόγον ποιήσωμεν, καὶ τῶν ἀνατολικῶν ἁγίων τὰ ῥητὰ εἰς μέσον ἀγάγωμεν. φησὶ γὰρ ὁ μέγας Βασίλειος· ὥσπερ γὰρ ὁ υἱὸς τάξει μὲν δεύτερος τοῦ πατρός· παραδέδεκται γὰρ ὁ πατὴρ ἐν τῇ συναριθμήσει, τοῦ κυρίου λέγοντος· Βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· ἔτι δὲ καὶ ἀξιώματι· ἐκ τοῦ πατρὸς γὰρ ὁ υἱὸς, καὶ οὐκ ἐξ υἱοῦ ὁ πατὴρ, φύσει δὲ ἴσος· ἐγὼ γὰρ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν· οὕτω καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τάξει μὲν δεύτερον τοῦ υἱοῦ, καθὼς ἐν τῇ συναριθμήσει δεδήλωται, [illegible] καὶ ἀξιώματι, πνεῦμα γὰρ υἱοῦ λέγεται, ὡς διὰ τοῦ υἱοῦ χορηγούμενον· ἐξαπέστειλε γὰρ, φησὶν, ὁ Θεὸς τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ εἰς τὰς καρδίας ἡμῶν. οὐ μὴν υἱὸς πνεύματος, φύσει δὲ ἴσον πατρὶ καὶ υἱῷ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· οἷς γὰρ ἡ αὐτὴ ἐνέργεια, τούτοις καὶ ἡ φύσις ἡ αὐτή. ὁ δὲ μέγας Ἐπιφάνιος οὕτω φησίν· εἰ πιστεύεται Χριστὸς ἐκ Θεοῦ, ὡς Θεὸς ἐκ Θεοῦ, οὕτω καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐξ ἀμφοῖν. ὃν τρόπον οὐδεὶς ἔγνω τὸν πατέρα εἰ μὴ ὁ υἱὸς, οὕτω τολμῶ λέγειν, οὐδὲ τὸν υἱὸν εἰ μὴ τὸ πνεῦμα, ὃ ἐξ ἀμφοτέρων ἐκπορεύεται. ὁ δὲ μέγας Κύριλλος, οὕτω, φησὶ, προχεῖται τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ υἱοῦ, καθώσπερ ἀμέλει καὶ ἐκ τοῦ πατρός. ἀλλὰ καὶ ὁ σοφώτατος Δίδυμος, καὶ ὁ μέγας Ἀθανάσιος, εἰ ἐκ τοῦ πατρὸς, φασὶν, ἐκπορεύεται, καὶ ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν· ἄρα ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. ἔφερε δὲ καὶ ἄλλας χρήσεις ἐπιστολῶν τοῦ μεγάλου Κυρίλλου, ἀπὸ τῆς ἐπιστολῆς, ἧς ἡ ἀρχή· εὐφραινέσθωσαν οἱ οὐρανοί. καὶ ἀπὸ τῆς ἑτέρας, ἧς ἡ ἀρχή· τοῦ κυρίου καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· καὶ ἀπὸ τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου· ἄλλας πολλὰς παραστάσεις δεικνυούσας ἐναργῶς, ὅτι ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ ἐκπορεύεται τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον.

Πολλὰ τοίνυν εἰπόντος, καὶ τῆς ἑσπέρας ἐλθούσης, ἀπελογήσατο ὁ Ῥωσίας Ἰσίδωρος, λέγων οὕτως.

ΡΩΣ. Ὁ τρέχων μόνος, καὶ ἀγωνιζόμενος μόνος ἐν τῷ σταδίῳ, δοκεῖ νικητής· καὶ ὁ λέγων μόνος μηδενὸς ἀποκρινομένου, δοκεῖ λέγειν ἀνικήτως. διὸ καὶ ἡ σὴ σεβασμιότης πολλὰ μὲν ἐθεολόγησε, καὶ λαμ-





SESSIO XXV.

idem valet atque, Ex. Attulit autem teſtimonia ſancti Leonis papæ, Gregorii Dialogi, ſancti Ambroſii, ſancti Hieronymi, ſancti Auguſtini, & multorum aliorum occidentalium, legendo libros, & declarando. His ita peractis tempus elapſum eſt, & dies in veſperam inclinatus: atque ita dimiſſa eſt ſeſſio, rurſus in feriam tertiam reſervata. Ergo feria tertia, quarta & vigeſima die ejuſdem menſis, convenit rurſus quinta & vigeſima ſeſſio, Florentiæ celebratarum poſtrema: & rurſus Joannes provincialis ſic eſt orſus dicere:

## SESSIO XXV.

*Die vigeſimaquarta Martii, feria tertia, celebrata eſt.*

*Florentiæ celebratarum poſtrema.*

Joannes. VELLEM Epheſius quoque adeſſet, audiretque reſponſiones ad ea quæ dixit: ſed quia neſcio cur ipſe non venerit age ſermonem ad vos inſtituamus, & ſanctorum orientalium dicta in medium proferamus. Ait enim magnus Baſilius; Nam ſicut Filius ordine quidem ſecundus a Patre eſt; prior enim eſt poſitus in connumeratione Pater, dicente domino: *Baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti*, & præterea dignitate; Ex Patre enim Filius, non ex Filio Pater; natura vero æqualis; *Ego enim & Pater unum ſumus*: ita & Spiritus ſanctus ordine quidem eſt ſecundus a Filio, ut in connumeratione declaratum eſt; itemque dignitate, Spiritus enim Filii dicitur, ut qui per Filium datur: *Miſit enim*, inquit, *Spiritum Filii ſui in corda noſtra*: non autem Filius Spiritus: natura vero æqualis Patri & Filio Spiritus ſanctus; quorum enim eadem operatio, eadem eſt quoque natura. Magnus autem Epiphanius ita inquit; Si Chriſtus ex Deo creditur, ut Deus de Deo, ita & Spiritus ſanctus ex ambobus. Quemadmodum nemo novit Patrem, niſi Filius; ita dicere audeo, nec Filium niſi Spiritus, qui ex ambobus procedit. Magnus quoque Cyrillus: Ita, inquit, profluit a Filio Spiritus, ſicut plane a Patre. Doctiſſimus etiam Didymus, & magnus Athanaſius; *Si ex Patre*, inquiunt, *procedit, & de meo accipiet, & annunciabit vobis*: ex Patre igitur & Filio Spiritus ſanctus. Attulit præterea & alias ſententias ex epiſtolis magni Cyrilli; ex epiſtola, cujus initium; Lætentur cœli: & ex alia, quæ incipit; Domino & ſalvatore noſtro Jeſu Chriſto: & ex Nicæna ſynodo: & multas alias probationes evidenter oſtendentes, Spiritum ſanctum procedere ex Patre & Filio.

(Lib. 3. contra Eunomium. — Matth. ult. — Joan. 10. — Galat. 4. — Epiphan. in Ancorato. — Epiſt. ad Neſtorium: Salvatore noſtro, &c.)

Cum igitur multa dixiſſet, & jam adveſperaſceret, reſpondit Iſidorus Rhutenus hoc pacto:

Rhuten. Qui ſolus currit, & ſolus certat in ſtadio, victoriam adeptus videtur: & qui ſolus diſputat nemine reſpondente, videtur invicte diſſerere. Quocirca & tua reverentia multa quidem theologice diſputavit,

SESSIO XXV.

vit, & luculenter peroravit; ſed nobis A etiam ſuppetunt præclaræ reſponſiones: verum quia per tempus non licet, adveſperaſcit enim, alia ſeſſione reſpondebimus.

At vero imperator excepto ſermone dixit:

IMPERATOR. Date nobis libros, & ſanctorum dicta quæ citaſtis, ut de reſponſione cogitemus.

Cardinalis autem Julianus reſpondit:

JUL. CARD. Quæcumque diximus, a notariis excepta ſunt; illa igitur vos habentes, conſiderate: quod ſi non vultis hoc, uno quopiam die convenite in templum ſancti Franciſci, ibi enim prope habitat ſereniſſimus imperator; atque illuc con- B gregati libros, verba ſcilicet, conferemus; ſicque reperietis, quid juxta veritatem reſpondeatis.

Cum hoc inter utramque partem conveniſſet, diſceſſit ſynodus. Itaque feria quinta mane congregati in dictum ſancti Franciſci templum, viderunt utriuſque partis libros; & ex eo cognoverunt, eſſe aliquam conciliandæ pacis rationem favente & adjuvante Deo. Miſit ergo patriarcha noſter, qui papæ dicerent, ut per totam ſanctam hebdomadam ſeſſiones ſuſpenderet, ad habendas conſultationes; ut deinde dominica in albis reſponderemus. Placuit papæ, ut ita fieret. Die ve- C ro Martii triceſima, feria ſecunda majoris hebdomadæ, factus eſt conventus noſtrorum metropolitarum juſſu patriarchæ in ejus cella. Convenimus igitur præſules, Cruceſignati, hegumeni, & ſummates, tum nos omnes orientales. Significavit ergo patriarcha, quæ dicta & indicata fuerant a papa; ut amplius non haberetur generalis ſynodus; & nos deliberaremus de agendo ex duobus altero; aut reperiremus modum unionis uſque ad paſcha, aut certe viam redeundi in patriam noſtram. Reſpondit Iſidorus Rhutenus, & concionatus eſt ita:

RHUTEN. Satius eſt nos uniri animis & corporibus, D quam re infecta abire; nam abire quidem facile eſt; quomodo vero abeundum ſit, aut quo, & qualiter, non item.

Cum hæc alia dixiſſet & ſummas rerum attingendo in hanc ſententiam peroraſſet, præſul quoque Nicænus Beſſario prudentiſſime ac luculentiſſime concionatus eſt, iiſdem ſermonibus & iiſdem ſententiis uſus. Reſpondit Doſitheus Monembaſienſis:

MONEMB. Et quid vultis? ut redeamus in patriam ſumptibus papæ, dogma noſtrum prodamus? mori malo, quam unquam Latinizare.

Reſpondit Rhutenus. E

RHUTEN. Neque ipſi volumus Latinizare; ſed dicimus, Spiritus ſancti proceſſionem Filio quoque tribui non ſolum a patribus occidentalibus, ſed etiam orientalibus. Quapropter æquum eſt, ut ſanctos noſtros ſequentes cum Romana eccleſia conjungamur.

His auditis Heracleæ præſul domnus Antonius reſpondit:

HERACL. Et quinam ſunt plures, patres ſynodorum, & omnes noſtri ſancti, an occidentales? plures ergo ſequi oportet, dicentes Spi-

πρῶς ἐρρητόρευσεν· ἀλλ' ἔχομεν καὶ λαμπρὰς ἀποκείσεις εἰπεῖν, ἀλλ' οὐκ ἔστι καιρὸς σήμερον διὰ τὸ εἶναι πρὸς ἑσπέραν· ἐν ἄλλῃ δὲ συνελεύσει ποιήσομεν τὴν ἀπόκρισιν.

ANNO CHRISTI 1439.

Ὁ δὲ βασιλεὺς τὸν λόγον ἐπισχὼν ἔφη·

ΒΑΣΙΛ. Δότε ἡμῖν τὰς βίβλους καὶ τὰ ῥητὰ τῶν ἁγίων ὧν εἰρήκατε, ὅπως σκεψώμεθα τοῦ ἀποκριθῆναι.

Ὁ δὲ καρδινάλιος Ἰουλιανὸς ἀπεκρίνατο λέγων.

ΙΟΥΛ. ΚΑΡΔ. Ὅσα εἴπομεν, οἱ νοτάριοι ἐσχεδίασαν· ταῦτα οὖν ὑμεῖς ἔχοντες σκέψασθε· εἰ δὲ τοῦτο οὐ βούλεσθε, μίαν ἡμέραν ἔλθετε εἰς τὸν ναὸν τοῦ ἁγίου Φραγκίσκου, διὰ τὸ εἶναι τὸν γαληνότατον βασιλέα πλησίον ἐκεῖ, κἀκεῖσε συναχθέντες συγκρίνομεν τὰς βίβλους ἤγουν τὰ ῥήματα, καὶ οὕτως εὑρεθήσεται ἡ ἀπόκρισις τῆς ἀληθείας ἐν ὑμῖν.

Ταῦτα συμφωνησάντων ἀμφοτέρων τῶν μερῶν, ἐλύθη ἡ σύνοδος. τῇ πέμπτῃ οὖν πρωῒ, ἐν τῷ ῥηθέντι ναῷ τοῦ ἁγίου Φραγκίσκου συναχθέντες εἶδον ἀμφοτέρων τῶν μερῶν τὰ συγγράμματα, καὶ κατέλαβον ἀπὸ τούτου, ὅτι ἐστί τις συμβίβασις ἑνώσεως Θεοῦ βοηθείᾳ καὶ χάριτι. ἐμήνυσεν οὖν ὁ πατριάρχης ἡμῶν τῷ πάπᾳ, ἵνα ἐπίσχῃ τὴν συνέλευσιν τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ ἑβδομάδι πάσῃ, ἵνα βουλευσώμεθα, καὶ τῇ νέᾳ κυριακῇ ὅπως ἀπολογησώμεθα, ἤρεσε τῷ πάπᾳ ἵνα οὕτω γένηται. τῇ δὲ τριακοστῇ τοῦ Μαρτίου, τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ δευτέρᾳ σύναξις γέγονε τῶν C ἡμετέρων μητροπολιτῶν ὁρισμῷ τοῦ πατριάρχου ἐν τῷ κελλίῳ αὐτοῦ. συνήλθομεν οὖν οἱ ἀρχιερεῖς, οἱ σταυροφόροι, οἱ ἡγούμενοι, καὶ ἁπλῶς οἱ ἀνατολικοὶ πάντες ἡμεῖς. ἐδήλωσεν οὖν ὁ πατριάρχης τὰ λαληθέντα καὶ τὰ μηνυθέντα παρὰ τοῦ πάπα. ὅπως μηκέτι γένηται ἡ καθολικὴ σύνοδος, καὶ ὅπως βουλευσώμεθα ποιῆσαι ἐκ τῶν δύο θάτερον, ἢ εὑρεῖν τρόπον ἑνώσεως ἕως τοῦ πάσχα, ἢ εὑρεῖν μέθοδον ὅπως ἐπιστρέψωμεν εἰς τὴν πατρίδα ἡμῶν. ἀπελογήσατο ὁ Ῥωσίας Ἰσίδωρος, καὶ ἐδημηγόρησε λέγων·

ΡΩΣ. Συμφέρει ἡμᾶς ἑνωθῆναι ψυχικῶς τε καὶ σωματικῶς, ἢ ἀπελθεῖν ἀπράκτους. τὸ γὰρ ἀπελθεῖν εὔκολόν ἐστι, τὸ δὲ πῶς μέλλομεν ἀπελθεῖν, ἢ ποῦ, ἢ πότε, οὐκ ἐπίσταμαι.

Ταῦτα αὐτοῦ εἰπόντος καὶ κεφαλαιωδῶς τὸν λόγον συμπερανάντος, καὶ ὁ Νικαίας Βησσαρίων καὶ αὐτὸς ὁμοίως συνεχέστατα καὶ ῥητορικώτατα ἐδημηγόρησε, τοὺς αὐτοὺς λόγους καὶ τὴν αὐτὴν ἔννοιαν εἰπών. ἀπεκρίθη ὁ Μονεμβασίας Δοσίθεος.

ΜΟΝΕΜ. Καὶ τί βούλεσθε, διὰ τὸ ἀπελθεῖν ἡμᾶς ἐν τῇ πατρίδι μετὰ τῶν ἐξόδων τοῦ πάπα; θέλετε ἵνα προδώσωμεν τὸ δόγμα ἡμῶν; ἐγὼ βούλομαι ἀποθανεῖν, ἢ λατινίσαι ποτέ.

Ὁ δὲ Ῥωσίας ἀπεκρίνατο.

ΡΩΣ. Οὐδὲ ἡμεῖς βουλόμεθα λατινίσαι· ἀλλὰ λέγομεν, ὅτι τὴν ἐκπόρευσιν τοῦ παναγίου πνεύματος οὐ μόνον δυτικοὶ ἅγιοι διδάσκουσι καὶ τῷ υἱῷ ἀλλὰ καὶ ἀνατολικοί· διὰ τοῦτο δίκαιόν ἐστι συνομολογῆσαι τοῖς ἁγίοις ἡμῶν, καὶ ἑνωθῆναι τῇ τῶν Ῥωμαίων ἐκκλησίᾳ.

Ταῦτα ἀκούσας ὁ Ἡρακλείας κῦρις Ἀντώνιος ἀπεκρίνατο·

ΗΡΑΚΛ. Καὶ τίνες εἰσὶ πλείους, οἱ τῶν συνόδων πατέρες καὶ οἱ ἡμέτεροι πάντες ἅγιοι, ἢ οἱ δυτικοί; λοιπὸν τοῖς πλείοσι δεῖ ἕπεσθαι, τοῖς λέγουσιν ὅτι ἐκ τοῦ



ANNO CHRISTI 1439.

πατρὸς ἐκπορεύεται τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐκ ἐκ A τοῦ υἱοῦ.

Τὸν λόγον δὲ λαβὼν ὁ Ἐφέσου κῦρις Μάρκος μακρὸν λόγον ἐποιήσατο, τὰ αὐτὰ κἀκεῖνος εἰπών. προσθεὶς ὅτι οὐ μόνον εἰσὶν οἱ Λατῖνοι σχισματικοὶ, ἀλλὰ καὶ αἱρετικοί. καὶ τοῦτο παρεσιώπησεν ἡ ἐκκλησία ἡμῶν, διὰ τὸ γένος ἐκείνων εἶναι πολὺ καὶ ἰσχυρότερον ἡμῶν. ἡμεῖς δὲ οὐδὲ δι' ἄλλο τι ἐσχίσθημεν αὐτῶν, εἰ μὴ ὅτι εἰσὶν αἱρετικοί. διὸ οὐδὲ πρέπει ὅλως ἑνωθῆναι αὐτοῖς, εἰ μὴ ἐκβάλωσι τὴν προσθήκην ἀπὸ τοῦ συμβόλου, καὶ ὁμολογήσωσι τὸ σύμβολον καθὼς καὶ ἡμεῖς.

Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Νικαίας Βησσαρίων εἶπεν αὐτοῖς· B

ΝΙΚ. Λοιπὸν οἱ λέγοντες τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεσθαι καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ, αἱρετικοί εἰσιν;

ΕΦΕΣ. Καὶ ὁ Ἐφέσου. ναί.

ΝΙΚ. Καὶ ὁ Νικαίας· Ἵλεώς μοι Θεέ· καὶ οἱ ἅγιοι οἱ λέγοντες τοῦτο αἱρετικοί εἰσιν; ἀλλὰ ἄλαλα γενηθήτω τὰ χείλη τὰ δόλια, τὰ λαλοῦντα κατὰ τῶν ἁγίων, ἀλλ' ἀκούσατε ὑμεῖς νουνεχῶς· οἱ δυτικοὶ καὶ ἀνατολικοὶ ἅγιοι οὐ διαφωνοῦσιν· ἀλλὰ τὸ αὐτὸ πνεῦμα ἐλάλησεν ἐν πᾶσι τοῖς ἁγίοις. καὶ εἰ θέλετε, συγκρατάσθωσαν τὰ συγγράμματα αὐτῶν πρὸς ἄλληλα, καὶ οὕτως εὑρεθήσονται ὁμογνώμονες οἱ ἅγιοι.

ΕΦΕΣ. Καὶ τίς οἶδεν, εἰ ἐφθάρησαν αἱ βίβλοι παρ' C αὐτῶν;

ΝΙΚ. Καὶ τίς ἔχει τοῦτο τολμῆσαι εἰπεῖν, ὁμιλίας ὁλοκλήρους, καὶ ἑρμηνείας τοῦ εὐαγγελίου, θεολογίας ἀκεραίας παρὰ τῶν αὐτῶν; ἐὰν γοῦν ἀπαλείψωμεν ταῦτα ἀπὸ τῶν βιβλίων, οὐδὲν ἀπομένει ἄλλο ἐν αὐτοῖς, εἰ μὴ μεμβράναι λευκαί. τούτων καὶ ἄλλων ὁμοίων λαληθέντων, ἀνέστημεν μηδὲν πράξαντες, εἰ μὴ διχονοίας καὶ σχίσματα· ἡ γὰρ σύνοδος ἡ ἡμετέρα τοσοῦτον ὑπῆρχε μικρὰ, ὅτι ἐσχίσθη εἰς δύο· καὶ οἱ μὲν ἀκολουθοῦντες τοῖς ἀνθισταμένοις τῇ ἑνώσει, οἱ δὲ τοῖς συνηγόροις, ἐσχίσθησαν· ὑπῆρχον δὲ καὶ τῶν ἀρχόντων τινὲς ἀπαγορεύοντες τὴν ἕνωσιν, καὶ ἔσχιζον αὐτούς. τῆς μεγάλης οὖν δευτέρας παρελθούσης, καὶ τῆς μεγάλης D τρίτης ἐπελθούσης, ἦλθεν ὁ βασιλεὺς πάλιν εἰς τὸν πατριάρχην, ἀναγκαζόμενος διόρθωσιν ποιήσασθαι, ἔβρεχε δὲ, καὶ αὐτὸς οὐκ ἠμέλησεν, ἀλλὰ βρεχόμενος ἐσπούδαζε τέλος ἐπιθεῖναι τῇ διαλέκτῳ καὶ τῷ πράγματι· ἠνάγκαζε γὰρ τοὺς ἀρχιερεῖς ποιῆσαι τὴν ἕνωσιν, οἱ δὲ ἐρραθύμουν. καὶ οἱ μὲν ἀκολουθοῦντες τοῖς ἀνθισταμένοις τῇ πράξει τῆς ἑνώσεως, ὡς εἴρηται, οἱ δὲ τοῖς συνηγόροις ἐσχίσθησαν, καὶ ἐγένοντο μέρη, καὶ οὐδεμία συμφωνία ἦν ἐν αὐτοῖς. εἶχον γὰρ, ὡς δεδήλωται, καί τινας τῶν ἀρχόντων μὴ βουλομένους τὴν ἕνωσιν, καὶ ἠκολούθουν ἀλλήλοις.

Τῇ οὖν μεγάλῃ τετάρτῃ πρωῒ σύναξις γέγονε, E καὶ συνήχθημεν ἅπαντες ἐν τῷ κελλίῳ τοῦ πατριάρχου ἡμῶν, καὶ ἠρώτησεν ὁ πατριάρχης ἡμᾶς, λέγων. ἔχετέ τι εἰπεῖν; ἀπεκρίθη ὁ Ἡρακλείας, καὶ εἶπεν αὐτῷ οὕτως·

ΗΡΑΚΛ. Ἐν τῇ λειτουργίᾳ τῶν προηγιασμένων ἤλθομεν, καὶ ἄλλο τι ποτὲ οὐδὲν ἔχομεν.

Καὶ ὁ Μιτυλήνης φησί·

ΜΙΤΥΛ. Πῶς οὐδὲν ἔχομεν τι εἰπεῖν; οὐ διαλεγόμεθα; οὐκ ἔχομεν ἀγῶνα; ἔχομεν δέσποτά μου εἰπεῖν πάνυ πολλά. τὰ δέ εἰσιν, ἵνα ποιήσωμεν ἐκ τῶν δύο τὸ ἓν, ἢ ἵνα

ritum ſanctum ex Patre procedere, non ex A Filio.

SESSIO XXV.

Hunc ſermonem excipiens præſul Epheſi domnus Marcus prolixam habuit orationem, eadem & ipſe dicens, addendo, Latinos non ſolum eſſe ſchiſmaticos, ſed & hæreticos: hoc autem noſtra, inquit, eccleſia reticuit, quod genus ipſorum eſſet numeroſum, & potentius noſtro: nos vero nullam aliam ob cauſam ab ipſis ſejuncti ſumus, niſi quod hæretici ſunt. Quocirca non decet omnino cum illis conjungi, niſi tollant e ſymbolo additionem, & proferant ſymbolum ut nos.

Reſpondens Beſſario Nicænus ad eos di- B xit:

NICÆN. Ergo qui aſſerunt, Spiritum ſanctum etiam ex Filio procedere, hæretici ſunt?

EPHES. Et Epheſius: Maxime.

NICÆN. Pſalm. 30. Et Nicænus: Deus mihi propitius ſis. & ſancti qui dicunt hoc, hæretici ſunt? muta fiant labia doloſa, quæ loquuntur adverſus ſanctos: at vos cordate auſcultate. Occidentales & orientales ſancti non diſcrepant, ſed idem Spiritus ſanctus locutus eſt in omnibus ſanctis: & ſi placet, conferantur ſcripta eorum inter ſe; & ita comperietur, ſanctos nequaquam diſſen- C tire.

Et quis novit, an libri ab ipſis corrupti ſint?

Et quis audeat hoc affirmare? totos ſermones, & expoſitiones evangelii, integras in eadem theologicas enarrationes? Certe ſi ea velimus inducere, nihil aliud remanebit in libris, quam albæ membranæ. His aliiſque ſimilibus habitis ſermonibus ſurreximus, cum nihil egiſſemus, niſi diſſenſiones & ſchiſmata. Nam ſynodus noſtra adeo parva erat, ut in duas partes diviſa fuerit: & hi quidem ſequebantur eos qui unioni obſiſtebant, illi vero eos qui favebant. Ex nobilibus etiam D viris aliqui unionem detrectabant, & disjungebant eos. Elapſa vero ſecunda feria majoris hebdomadæ, feria tertia imperator venit rurſus ad patriarcham, illud enitens, ut res componeret: etſi enim pluebat, rem ille non diſtulit; ſed imbre madidus conabatur diſputationi & negotio finem imponere: nam impellebat præſules ad amplectendam unionem; illi vero ad hoc ſegniores, aliis, ut dictum eſt, eos ſequentibus, qui obſiſtebant negotio unionis; aliis vero eos qui favebant: itaque diviſi erant in partes, & neutiquam conveniebant: habebant enim, ut ſignificatum eſt, aliquos ex viris nobilibus, qui nolebant unionem; ſeque E invicem ſequebantur.

Feria quarta igitur majoris hebdomadæ, mane omnes convenimus in cellam patriarchæ noſtri; & interrogavit nos patriarcha dicens: Habetis aliquid dicere? Reſpondit Heracleenſis hoc modo:

HERACL. Venimus ad miſſam præſanctificatorum, & nihil aliud habemus.

Tum Mitylenenſis ait:

MITYLEN. Quomodo nihil dicendum habemus? non diſputamus? non eſt nobis certamen? Habemus domine mi permulta dicere; E...

SESSIO XXV.

ro ſunt; ut alterum ex duobus faciamus; aut ſequamur ſanctos, & uniamur cum Latinis: aut transfigamus eos, & abſcedamus. Attamen ſi quid magnus aſſerit Maximus, recipitis?

Reſponderunt, ſe illum recipere.

Et ille; magnus, inquit, Maximus Spiritum ſanctum ait ex Patre ſubſtantialiter, per Filium ineffabiliter genitum, procedere.

Confirmat hoc Nicænus, & per multa dicta probat, complures ſanctorum eſſe uſos voce, Per Filium, præcipue magnum Taraſium.

His auditis patriarcha juſſit has ſententias exſcribi, atque poſtridie generalem fieri conventum, ut hæc audirent, & communi ſententia unum caput approbaretur, & imperatori renunciaretur. Omnes dixerunt, Placet: atque ita diſceſſimus.

Feria quinta in cœna domini cum omnes conveniſſent, ſignificavit nobis patriarcha; imperatorem, ubi reciviſſet quæ locuti ſumus heri inter nos, monere, ut res differatur in ſabbatum ſanctum; ut nobiſcum & ipſe conveniat, & fiat quod videbitur agendum: omnes contenti fuimus, ut poſſet imperator adeſſe.

GRÆCI. Cum ergo veniſſet ſabbatum, & patriarcha graviter ægrotaret, omiſſa eſt conſultationis congregatio, & convenientes extremæ unctionis officium patriarchæ celebravimus, vix ſedere valenti: atque ita diebus paſchalibus tranſactis uſque ad ſextam feriam infra octavam paſchæ, illo tandem die convenimus præſente quoque imperatore: decretumque eſt, ut hæc ad papam deferrentur.

Nos amplius non diſputabimus, cum diſputatio nihil aliud pariat, quam turbam: nam dicentibus nobis, non deeſt vobis copia reſponſionum, audientibus autem quæ vos dicitis, cum ea innumera ſint, quis ferre queat nullum dicendi & audiendi finem? Idcirco ſi qua eſt alia unionis via, de ea conſultate, & renunciate nobis; ſin minus, nos dicimus quæ putamus: nos quod teneamus, ex paterna traditione, & ſeptem ſynodis acceptum habemus; idque nobis ſatis eſt.

Delectos igitur Ruſſiæ præſulem, & Nicææ, duoſque crucesignatos, & magnum bibliothecarium, & magnum eccleſiarcham miſimus: ii vero profecti pertulere ad pontificem quæ locuti eramus, & reverſi ſunt. Sabbato autem ante veſperas rurſus convenimus una cum imperatore; & reddidere papæ reſponſum dicentes ita:

Nos, domini ſancti, profecti ſumus ad beatiſſimum papam, & ei veſtris verbis diximus quæ nobis mandaſtis. Reſpondet autem, & dicit hæc:

PAPA. Ego, ut videtis & ipſi, & ſtudium poſui, & inſumpſi, & laboravi pro hoc negotio unionis eccleſiarum; nec vero iſtam curam dimitto: Vos autem ab initio rem negligenter tractatis, & fruſtra tempus abſumitis; quodque pejus eſt, nec etiam, ut convenit inter nos, ad diſputandum convenitis. Itaque denuncio ſereniſſimo im-

ANNO CHRISTI 1439.

συμφωνήσωμεν τοῖς ἁγίοις καὶ ἑνωθῶμεν τοῖς Λατίνοις, ἢ ἵνα ὀβελίσωμεν αὐτοὺς καὶ ἀπελαστώμεθα. ὅμως στέργετε τὸν μέγαν Μάξιμον, εἴ τι διακελεύεται;

Ἀπεκρίθησαν καὶ εἶπον, ὅτι στέργουσιν αὐτόν.

Ὁ δὲ λέγει· ὁ μέγας Μάξιμος τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιόν φησιν ἐκ τοῦ πατρὸς οὐσιωδῶς, διὰ τοῦ υἱοῦ γεννηθέντος ἀφράστως ἐκπορευόμενον.

Βεβαιοῖ τοῦτο καὶ ὁ Νικαίας, καὶ παρίστα ἐκ πολλῶν ῥητῶν, ὅτι πολλοὶ τῶν ἁγίων λέγουσι τὸ διὰ τοῦ υἱοῦ, μάλιστα ὁ μέγας Ταράσιος.

Ταῦτα ἀκούσας ὁ πατριάρχης, ὥρισε ταῦτα τὰ ῥητὰ γράψαι, καὶ τῇ ἐπαύριον ἵνα γένηται καθολικὴ σύναξις, ὅπως ἀκούσωσι ταῦτα, καὶ γνώμῃ κοινῇ ἐπιβεβαιωθῇ ἓν κεφάλαιον· καὶ τῷ βασιλεῖ ἀπαγγελοῦμεν αὐτό. εἶπον πάντες, ἀρέσκει. καὶ οὕτως ἐξήλθομεν.

Τῆς δὲ ἁγίας καὶ μεγάλης πέμπτης ἐλθούσης, καὶ πάντων συναθροισθέντων, ὥρισεν ὁ πατριάρχης ἡμῖν, ὅτι ὁ βασιλεὺς μαθὼν τὰ λαληθέντα παρ᾽ ἡμῶν χθὲς, μηνύει ἡμῖν, ὅπως ταμιευθῇ ἡ ὑπόθεσις ἕως τοῦ μεγάλου σαββάτου, ἵνα καὶ αὐτὸς μεθ᾽ ἡμῶν συνέλθῃ, τοῦ γενέσθαι πᾶν ὃ διακριθῇ. ἠρκέσθημεν πάντες εἰς τὸ παραγενέσθαι τὸν βασιλέα.

ΓΡΑΙΚ. Τοῦ ἁγίου καὶ μεγάλου σαββάτου τοίνυν ἐλθόντος, καὶ τοῦ πατριάρχου βαρέως ἀσθενοῦντος, ἀφείθη ἡ σύναξις τῆς βουλῆς, καὶ ἐγένετο σύναξις, καὶ ἐψάλαμεν τῷ πατριάρχῃ ἅγιον ἔλαιον μόλις δυναμένῳ καθέζεσθαι. καὶ οὕτως παρῆλθον αἱ ἡμέραι τοῦ πάσχα ἕως τῆς νέας παρασκευῆς. ὀψὲ γοῦν τῇ παρασκευῇ συνήλθομεν σὺν τῷ βασιλεῖ. καὶ διεκρίθη ὅπως μηνύσωμεν ταῦτα τῷ πάπᾳ·

Ἡμεῖς πλέον οὐ διαλεγόμεθα, ὅτι ἡ διάλεξις οὐδὲν ἄλλο προξενεῖ εἰ μὴ ὄχλησιν. λεγόντων γὰρ ἡμῶν, οὐδὲν ἀπορεῖτε ἀπολογίας εἰς πληθυσμόν· ἀκουόντων δὲ τὰ παρ᾽ ὑμῶν λεγόμενα, ἀναρίθμητα ὄντα, τίς δύναται ἀκούειν καὶ λέγειν ἀπαύστως. διὸ ἐὰν ἔστι τις ἄλλη μέθοδος ἑνώσεως, βουλευσάμενοι μηνύσατε ἡμῖν· εἰ δ᾽ οὔ, ἡμεῖς ὅσον ἠδυνήθημεν εἴπομεν, ἡμεῖς ὃ κρατοῦμεν, ἐστὶ πατροπαράδοτον, καὶ ὑπὸ τῶν ἑπτὰ συνόδων παραδεδομένον, καὶ ἀρκούμεθα.

Ἐκλεξάμενοι οὖν τόν τε Ῥωσίας, καὶ τὸν Νικαίας, καὶ δύο σταυροφόρους, τόν τε μέγαν χαρτοφύλακα, καὶ τὸν μέγαν ἐκκλησιάρχην, ἀπεστείλαμεν αὐτούς. ἀπελθόντες τοίνυν, καὶ τὰ παρ᾽ ἡμῶν λαληθέντα τῷ πάπᾳ εἰπόντες, ἦλθον· καὶ τῷ σαββάτῳ πρὸ τοῦ ἑσπερινοῦ συνήλθομεν πάλιν ἅμα τῷ βασιλεῖ, καὶ εἶπον τὴν ἀπόκρισιν τοῦ πάπα, λέγοντες οὕτως·

Ἡμεῖς ἀπήλθομεν, δεσπόται ἅγιοι, εἰς τὸν μακαριώτατον πάπαν, καὶ ἀπηγγείλαμεν τὰ δηλωθέντα παρ᾽ ὑμῶν εἰς ἡμᾶς· ἀποκρίνεται δὲ καὶ λέγει οὕτως.

ΠΑΠΑΣ. Ἐγὼ ὡς ὁρᾶτε καὶ ὑμεῖς, καὶ ἐσπούδασα, καὶ ἐξοδίασα, καὶ ἐκοπίασα εἰς τὸ ἔργον τοῦτο τῆς ἑνώσεως τῶν ἐκκλησιῶν, καὶ πάλιν οὐδὲν ἀμελῶ· ὑμεῖς δὲ ἀπ᾽ ἀρχῆς ποιεῖτε πᾶσαν ἀμέλειαν καὶ πλημμέλειαν. καὶ τὸ χεῖρον, ὅτι οὐδὲ κἂν τὰς συνελεύσεις ποιεῖτε τῶν διαλέξεων κατὰ τὴν συμφωνίαν ἡμῶν. λοιπὸν μηνύω τῷ γαληνοτάτῳ βασιλεῖ, καὶ τῷ ἀδελ-



ANNO CHRISTI 1439.

φῷ μου τῷ πατριάρχῃ, καὶ πάσῃ τῇ ἀνατολικῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ λέγω οὕτως· τέσσαρά εἰσι τὰ ζητούμενα ὑμῖν. πρῶτον, ἐὰν ἀρκεῖσθε εἰς τὴν λαμπροτάτην καὶ καθαρὰν ἀπόδειξιν, ἣν ἀπεδείξαμεν ἀπὸ τῶν γραφῶν, ὅτι ἐκπορεύεται τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ, καλόν. εἰ δ᾽ οὔ, εἴπατε εἰς τί ἀμφιβάλλετε, καὶ κατὰ τί οὐ στέργετε τοῦτο, ἵνα θεραπεύσωμεν καὶ παραστήσωμεν ἐναργῶς καὶ καθαρῶς, ὅτι ἐστὶν ἀληθῶς ἡ ἐκπόρευσις αὕτη καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ. δεύτερον, ἐὰν ἔχητε παραστάσεις ἀπὸ τῶν ἁγίων γραφῶν ἐναντία λεγόντων εἰς τὰ παρ᾽ ἡμῶν λεγόμενα, ἵνα δείξητε αὐτάς. τρίτον, ἐὰν ἔχητε ἰσχυρὰ τῶν γραφῶν παριστῶντα, ὅτι ὃ κρατεῖτε ὑμεῖς, ἐστὶ κρεῖττον τοῦ ἡμετέρου δόγματος καὶ εὐσεβέστερον. τέταρτον, ἐὰν ταῦτα οὐ βούλεσθε, συναχθῶμεν ὁμοῦ καὶ γενέσθω σύνοδος, ἱερουργησάτω ἱερεὺς, δῶμεν ὅρκον Λατῖνοι ὁμοῦ, καὶ Γραικοὶ, παρρησιασθήτω ἡ ἀλήθεια ἐν ὅρκῳ· καὶ ὃ φανεῖται τοῖς πλείοσι, τοῦτο στερχθήτω ἐν ἡμῖν καὶ ὑμῖν. ὅρκος γὰρ οὐ πλανᾶται εἰς τοὺς Χριστιανούς.

ΓΡΑΙΚ. Ταῦτα ὑπὸ τῶν ἀποσταλέντων ἀπαγγελθέντα ἀκούσαντες ἡμεῖς, καὶ εἷς τὸν ἕτερον εἰς τὸ πρόσωπον ἰδὼν, καὶ ἀναντίρρητα πάντα καταλαβόντες, εἴπαμεν.

Οὐκ ἔχομεν τι ἀπολογήσασθαι πρὸς ταῦτα. εἰς τὸ πρῶτον· καὶ εἰσιν ἅγιοι οἱ λέγοντες, ἐκπορεύεσθαι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ· τίνα ἀμφιβολίαν ἔχομεν εἰπεῖν; εἰς τὸ δεύτερον· καὶ τίνες ἅγιοί εἰσιν οἱ ἐναντιούμενοι τοῖς ἁγίοις τοῖς λέγουσι τοῦτο; ἡμεῖς οὐ δυνάμεθα εἰπεῖν, ὅτι οἱ ἅγιοι ἐναντία φρονοῦσι πρὸς ἀλλήλους. εἰς τὸ τρίτον· καὶ πῶς ἔχομεν παραστῆσαι κρειττότερον καὶ εὐσεβέστερον τὸ ἡμέτερον δόγμα παρὰ τὸ τῶν Λατίνων; καὶ γὰρ τὸ ἡμέτερον εὐσεβές ἐστιν, ὡς παραδεδομένον παρὰ τῶν πατέρων, ἀλλ᾽ οὐδὲν ἧττόν ἐστι κἀκείνων, ὅτι καὶ τοῦτο ἅγιοι πατέρες εἰσὶν οἱ λέγοντες· εἰς τὸ τέταρτον, ὅτι ἵνα ποιήσωμεν ὅρκον εἰς τὸ τίμιον σῶμα καὶ αἷμα τοῦ Χριστοῦ· καὶ ποία ἄλλη σύνοδος ἐποίησε τοῦτο, ἵνα ποιήσωμεν καὶ ἡμεῖς αὐτό; οὐδὲ τοῦτο ἔχει ἀπολογίαν τινά.

Καὶ ἀποκριθεὶς πάλιν ὁ Μιτυλήνης εἶπε·

ΜΥΤΙΛ. Τί γνωσιμαχεῖτε πρὸς ἀλλήλους, καὶ ἐστὲ ἐν ἀπορίᾳ μεγάλῃ; γνῶτε καὶ ἴδετε, ὅτι τὸ ἡμέτερον δόγμα ἐστὶν εὐσεβές, ἀλλὰ καὶ ὃ εἰς σαφήνειαν καὶ ἀνάπτυξιν προσέθεντο οἱ Λατῖνοι ἐν τῷ συμβόλῳ, παρὰ τῶν ἁγίων παρέλαβον αὐτοὶ, καὶ ἐστι κἀκεῖνο εὐσεβές. ἐπεὶ καὶ τὸ ἅγιον σύμβολον ἀπὸ τῶν θείων γραφῶν συνετέθη, καὶ οἱ Λατῖνοι ἀπὸ τῶν θείων γραφῶν προσέθηκαν τὴν ἐκ τοῦ υἱοῦ, φωνήν. διό ἐστι μὲν τὸ ἡμέτερον εὐσεβές, ἀλλ᾽ οὐδὲ τὸ αὐτῶν ὑπάρχει κατά τι ἀσεβές· ὑπάρχει γὰρ μία πίστις, μία εὐσέβεια, εἷς Θεὸς τρισυπόστατος ἐν ἡμῖν. καὶ μὴ πλέον παρατρίβετε τὸν καιρὸν, ἀλλὰ προσέλθωμεν τῇ ἀληθεῖ ἑνώσει τῆς ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ, καὶ μὴ περαιτέρω προβαίνωμεν. ἔστω τοῦτο ἀπολογία εἰς τὸν μακαριώτατον πάπαν ἡμῶν.

Ταῦτα αὐτοῦ εἰπόντος οὐδεὶς ἀντεῖπεν, οὐδεὶς ἀντεφθέγξατο. ἀλλ᾽ ὁ βασιλεὺς, οὐκ ἔστι τοῦτο νῦν, φησὶ, τὸ ζητούμενον· ἀλλὰ βουλόμεθα δοῦναι ἀπολογίαν τῷ πάπᾳ ἐκ τῶν τεσσάρων ζητημάτων τὸ ἕν.

Τότε ὁ μέγας πρωτοσύγκελλος καὶ πνευματικὸς

SESSIO XXV.

peratori, fratrique patriarchæ; ac univerſæ orientali eccleſiæ, & dico hæc: Quatuor ſunt quæ vobis proponuntur: Primum, ſi ſatisfactum vobis eſt per clariſſimam & evidentem demonſtrationem, qua demonſtravimus ex ſcripturis, Spiritum ſanctum procedere ex Patre & Filio, bene: ſin minus, dicite, de quo ambigatis, & qua ex parte illud non recipitis, ut remedium adhibeamus; & evidenter perſpicueque probemus, proceſſionem hanc vere etiam eſſe ex Filio. Secundum; ſi habetis ex ſacris ſcripturis auctoritates contrarium aſſerentes iis quæ dicuntur a nobis, ut eas proferatis. Tertium, ſi habetis valida ſcripturæ loca, quibus probetur, melius eſſe magiſque pium quod vos tenetis, quam noſtrum dogma. Quartum, ſi hæc non vultis, conveniamus ſimul, fiatque ſynodus: conficiat ſacrum ſacerdos, jusjurandum demus Latini pariter & Græci; proferatur libere veritas per juramentum, & quod pluribus videbitur, hoc amplectamur & nos & vos: jurandum enim apud Chriſtianos non fallitur.

GRÆCI. Hæc nos cum audiſſemus ab iis qui miſſi erant, alter alterius os contuentes, & omnia comperientes talia, contra quæ dici nihil poſſet, diximus:

Quid reſpondeamus ad hæc, non habemus. Nam quod ad primum attinet, non deſunt ſancti, qui Spiritum ſanctum etiam ex Filio procedere aſſerant: quam dubitationem afferre nos poſſumus? Quod ad ſecundum, & quinam ſancti ſunt, qui ſanctis hoc aſſerentibus adverſentur? nos dicere non poſſumus, ſanctos inter ſe contraria ſentire. Quod ad tertium: quomodo probare poterimus, dogma noſtrum eſſe melius & magis pium, quam dogma Latinorum? nam & noſtrum pium eſt, utpote a patribus traditum, ſed non minus eſt & illorum dogma, cum illud etiam qui aſſerunt, ſint ſancti patres. Quod ad quartum: ut juremus in pretioſum corpus & ſanguinem Chriſti: Et quæ alia ſynodus hoc fecit, ut idem & nos faciamus? neque ad hoc eſt ulla reſponſio.

Et reſpondens iterum Mitylenenſis ait:

MITYLEN. Quid altercamini cum veritate, multaque dubitatione æſtuatis? cognoſcite, & videte, noſtrum dogma pium eſſe, ſed & illud, quod Latini appoſuerunt ſymbolo declarationis & explicationis cauſa, ſumptum eſſe a ſanctis, & eſſe pariter pium: nam & ſacrum ſymbolum ex divinis ſcripturis compoſitum eſt, & Latini ex divinis ſcripturis addiderunt vocem illam, Ex Filio. Quapropter noſtrum quidem pium eſt: ſed & illorum nulla ex parte eſt impium. Eſt enim nobis una fides, una religio, unus Deus in tribus perſonis. Ne ergo tempus conterite amplius; ſed accedamus ad veram eccleſiæ Dei unitatem, & ne ulterius progrediamur. Sit hoc pro reſponſione ad beatiſſimum papam noſtrum.

Hæc cum ille dixiſſet, nemo contradixit, nemo repugnavit. Imperator autem; Non eſt, inquit, hoc de quod quæritur; ſed reſpondere volumus papæ, ex illis quatuor, quæ propoſita ſunt, quodnam eligamus.

Tunc magnus protoſyncellus & confeſſarius

Seſſio XXV.

Protoſyncellus:

rius domnus Gregorius, qui & vicarium agebat Alexandrinæ ſedis, reſpondit:

Et quid reſpondere poſſumus ad hæc? dicere enim, ſcripta hæc eſſe falſa, illa vero adulterina: & hæc quidem nos ignorare, illa vero non recipere, eſt quodammodo nulla ratione utentium. Quid ergo ſupereſt? commentitia reſpondere? at hoc nobis indignum eſt.

Verum imperator rogatu omnium juſſit, ut iterum ad papam irent ii, quos antea diximus; hæcque ad ipſum perferrent:

Imperator.

Nos, quæcumque renuncianda mandaſti, unum eſſe comperimus, & quatuor capita ad unum ſpectare, nempe diſputationem. Res enim, de qua dubitatur, judicio indiget; & probationes ad judicium pertinent; & ſcripturarum teſtimonia in judicio proferuntur, ſed & jusjurandum dicitur, quod per illud vera dijudicantur. Quoniam igitur illa quatuor in unum rediguntur, quod eſt diſputare, & judicio agere; nos jam reſpondemus, nequaquam velle judicare & judicari; nam ex hoc judicio nil commodi conſequemur: quandoquidem nos ſacrum habemus ſymbolum a ſanctis & œcumenicis ſeptem ſynodis; & neque addimus, neque demimus; ſed contenti ſumus eo quod ſtatutum eſt a patribus noſtris, qui fuere ante nos. Vos autem oſtendiſtis, doctrinam eſſe ſanctorum, quod addidiſtis; nec ulla ratione expungi poſſe dicitis. Cum ergo neque ipſi recepturi unquam ſimus quod eſt additum, neque vos illud e ſymbolo ejecturi; quid opus eſt contentionibus, & diſputationibus, & probationibus, & juramentis, & teſtimoniis? Sed beatitudo tua ſecum cogitet; & ſi quis eſt alius unionis modus, uniemur: ſin minus, abibimus cum pace in patriam.

Cum hæc ab imperatore dicta, & ab internunciis audita eſſent, dixerunt illi, ſe poſtridie renunciaturos ea papæ, dominica ſcilicet in albis: & dimiſſa eſt ſynodus.

Itaque profecti ad papam nunciarunt hæc illi. At vero is nihil reſpondit; ſed cardinales, inquit, mittam ad orientalem ſynodum, ut enarrent omnia præſente quoque imperatore.

Tres ergo dies elapſi ſunt, antequam venirent cardinales; quarto enim die venerunt: hoc interim ſpatio, ſecunda videlicet ac tertia feria, cum celebrata eſſet noſtra ſynodus, protulit in medium Nicænus præſul domnus Beſſario de unione orationem, in decem capita diſtinctam; quæ ſic ſe habet:

*Sapientiſſimi archiepiſcopi Nicæni ad ſynodum orientalem oratio dogmatica, ſive de unione.*

Ipſomet Beſſarione interprete. † ** Verum paulo liberior eſt iſta verſio.

SACRAM eccleſiarum Dei pacem atque concordiam nemo eſt, viri præſtantiſſimi, qui non maximi æſtimet, & loco ſummæ felicitatis eſſe ducat. Ob eam quippe ſalvatoris noſtri oratio ad Patrem porrigitur, qui cum pro diſcipulis, & iis, qui nomine ejus vocati ſunt, precaretur: *Fac*, inquit, *Pater, ut unum ſint, quemadmodum*

Joan. 17.

Anno Christi 1439.

ΠΡΩΤΟΣΥΓΚΕΛΛΟΣ.

κύριος Γρηγόριος, ὁ καὶ τοποτηρητὴς ὑπάρχων τοῦ Ἀλεξανδρείας, ἀπεκρίνατο·

Καὶ τί δυνάμεθα ἀπολογεῖσθαι πρὸς ταῦτα; τὰς μὲν γὰρ λέγειν τῶν γραφῶν ὅτι εἰσὶ ψευδεῖς, τὰς δὲ ὅτι νόθαι· καὶ τὰ μὲν λέγειν ἄγνωστα ἡμῖν, τὰ δὲ ὅτι οὐ στέργομεν, ἄλογόν πως ἐστί. τί ἔτι λείπεται λοιπόν; ἀπολογεῖσθαι ψευδῆ; καὶ τοῦτο οὐδὲν πρέπει ἡμῖν.

Ἀλλ' ὅμως ἁπάντων τὸν βασιλέα παρακαλεσάντων, ὥρισεν ἵνα ἀπέλθωσι πάλιν οἱ προῤῥηθέντες εἰς τὸν πάπαν καὶ ὅπως ποιήσωσιν ἀπολογίαν τοιαύτην·

ΒΑΣΙΛ.

Ἡμεῖς ὅσα ὥρισας κατελάβομεν, ὅτι εἰσὶν ἕν, καὶ τὰ τέσσαρα κεφάλαια πρὸς ἓν βλέπουσι, τὸ διαλέγεσθαι. τὸ γὰρ ἀμφιβαλλόμενον κρίσεως δεῖται, καὶ αἱ παραστάσεις κρίσεώς εἰσιν, καὶ αἱ μαρτυρίαι τῶν γραφῶν ἐν κρίσει μαρτυροῦσιν, ἀλλὰ καὶ ὅρκος τὸ διακρίνειν ἀληθῆ λέγεται. λοιπὸν ἐπειδὴ τὰ τέσσαρα εἰς ἓν περικλείονται, τὸ διαλέγεσθαι καὶ κρίνεσθαι, ἡμεῖς ἀπολογούμεθα λοιπὸν, μηδόλως κρίνειν καὶ κρίνεσθαι· οὐ γὰρ κερδανοῦμέν τι ἀπὸ ταύτης τῆς κρίσεως. ἐπεὶ ἡμεῖς ἔχομεν τὸ ἅγιον σύμβολον ἀπὸ τῶν ἁγίων καὶ οἰκουμενικῶν ἑπτὰ συνόδων, καὶ οὔτε προστίθεμεν, οὔτε ἀφαιροῦμεν, ἀλλ' ἀρκούμεθα ἐπὶ τῇ διαγνώσει τῶν πατέρων ἡμῶν τῶν πρὸ ἡμῶν. ὑμεῖς δὲ καὶ ὅσον προστεθήκατε ἐν τῷ ἱερῷ συμβόλῳ ἐδείξατε ἁγίους λέγοντας τοῦτο, καὶ ἔχετε ἀπαρασάλευτον. καὶ λοιπὸν οὔτε ἡμεῖς μέλλομεν δέξασθαι ἁπλῶς τὸ προστεθὲν, οὔτε ὑμεῖς μέλλετε ἐξελάσαι αὐτὸ τοῦ συμβόλου, ἵνα τί αἱ φιλονεικίαι, καὶ αἱ διαλέξεις, καὶ αἱ παραστάσεις, καὶ οἱ ὅρκοι, καὶ αἱ μαρτυρίαι; ἀλλὰ σκεψάσθω ἡ σὴ μακαριότης, καὶ ἐὰν ἐστί τις ἄλλος τρόπος ἑνώσεως, ἑνωθησόμεθα· εἰ δ' οὔ, ἀπελευσόμεθα μετὰ φιλίας εἰς τὰ ἴδια.

Ταῦτα τοῦ βασιλέως εἰπόντος, καὶ τῶν ἀποκρισιαρίων ταῦτα ἀκηκοότων, καὶ τῷ πάπᾳ εἰπόντων ἀπαγγεῖλαι κατὰ τὴν αὔριον, ἥτις ἦν ἡ νέα κυριακὴ τοῦ Θωμᾶ, ἐλύθη ἡ σύνοδος.

Ἀπελθόντων τοίνυν εἰς τὸν πάπαν, καὶ ταῦτα εἰπόντων αὐτῷ, οὐκ ἀπεκρίθη αὐτοῖς, ἀλλὰ τοὺς καρδηναλίους, εἶπεν, ἀποστελῶ εἰς τὴν ἀνατολικὴν σύνοδον, ἵνα καὶ παρόντος τοῦ βασιλέως μέλλωσιν εἰπεῖν πάντα.

Τρεῖς οὖν ἡμέραι παρῆλθον πρὶν ἐλθεῖν τοὺς καρδηνάλεις· τῇ τετάρτῃ γὰρ ἦλθον. μέσον δὲ τῶν ἡμερῶν τούτων, τῇ δευτέρᾳ δηλαδὴ καὶ τῇ τρίτῃ, συνόδου ἡμετέρας γινομένης, λόγον ἐξέδωκε μέσον ἡμῶν ὁ Νικαίας κύριος Βησσαρίων περὶ ἑνώσεως, ἐν κεφαλαίοις δέκα διῃρημένον, ἔχει δὲ οὕτως·

Τοῦ σοφωτάτου Νικαίας πρὸς τὴν ἀνατολικὴν σύνοδον δογματικὸς, ἢ περὶ ἑνώσεως λόγος.

ΤΗΝ μὲν τῶν ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ ἱερὰν εἰρήνην τε καὶ ὁμόνοιαν οὐκ ἔστιν οὐδεὶς ὅστις ἂν οὐ τοῦ παντὸς τετιμήσαιτο, καὶ μεγάλην εὐδαιμονίαν ἡγήσαιτο· καὶ ἀφ' ἧς ἥ τε τοῦ σωτῆρος εὐχὴ πρὸς τὸν Θεὸν καὶ πατέρα λήψεται τέλος· ποίησον αὐτοὺς, περὶ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ λέγοντος καὶ τῶν ὀνόματι αὐτοῦ κεκλημένων, ἵνα ὦσιν ἓν καθὼς καὶ ἡμεῖς



Anno Christi 1439.

μεῖς ἕν ἐσμεν. καὶ ἀκολούθως ἕψεται τὸ χρῆμα τῆς θείας ἀγάπης, ἥτις ἡμᾶς ἀπάγουσα ἐγγυτάτω παραστήσει Θεοῦ, καὶ τὸ σημεῖον ἡμῖν ἐπανθήσει τῆς τοῦ Χριστοῦ μαθητείας. ἀρθήσεται δὲ ἀφ' ἡμῶν ἥ τε παρ' ἀλλήλων ἔχθρα, πρᾶγμα ἐναντιώτατον ἀνθρώποις Χριστιανοῖς, καὶ ταῦτά γε πρὸς ἀλλήλους ἢ κατ' ἀλλήλων· ἀρθήσεται δὲ ὁ παρὰ τῶν ἐχθρῶν τοῦ σταυροῦ καθ' ἡμῶν ἐγειρόμενος μυκτηρισμός τε καὶ χλευασμὸς καὶ καταγέλως, ἐπεγγελώντων ἡμῖν, ὡς δὴ Χριστιανοῖς μὲν οὖσι καὶ λεγομένοις, καὶ τὸν αὐτὸν ἐπιγραφομένοις δεσπότην, εἶτ' ἀλλήλων οὕτως ἀπεσχοινισμένοις τοῖς δόγμασιν, ὡς ἐχθρούς τε καὶ πολεμιωτάτους ἀλλήλους ἡγεῖσθαι. διὰ ταῦτα μὲν οὖν καὶ ἔτι πολλῷ τούτων πλείονα φιλοῦμεν μὲν ἅπαντες τὴν εἰρήνην, καὶ τὴν τῶν Χριστιανῶν συμφωνίαν περὶ πλείστου ποιούμεθα, τὸ δ' ὅπως ἂν γένοιτο τοσοῦτον καλὸν, καὶ τίσι τρόποις προβιβασθείη, ἐνταῦθα δὴ περὶ διάφορα σχιζόμεθα, καὶ διαφόρως περὶ τούτου νοοῦμεν. περὶ τούτου δὲ δὴ καὶ τὰ νῦν σκεπτέον, καὶ ῥητέον εἰς δύναμιν· καὶ δὴ λέγομεν οὕτως.

Seſſio XXV.

*& nos unum ſumus*. Per hanc divinus amor, quod ſignum diſcipulorum Chriſti eſt, in nos influit: tolluntur a nobis inimicitiæ ac diſſenſiones mutuæ, quæ ab hominibus, præſertim Chriſtianis, alieniſſimæ eſſe debent: tolluntur & deriſiones & opprobria, quibus a Chriſti crucis hoſtibus continue afficimur, qui nos irrident, contemnunt, ac pro nihilo habent, ut Chriſtianos quidem nominatos, & eumdem habentes dominum, verumtamen ita inter nos diviſos & dogmatibus fidei diſſidentes, ut alii alios pro inimicis atque hoſtibus habeamus. His igitur rationibus aliiſque permoti, pacem quidem amamus omnes atque optamus, & concordiam atque unitatem Chriſtianorum maximi omnes facimus. Quo autem modo a Deo præclarum bonum conſequi poſſimus, & quæ ratio habenda ſit ad ſanctiſſimum opus perficiendum, hic diverſis opinionibus ſumus, variiſque inter nos ſententiis diſcrepamus. Quapropter de hoc a nobis in præſentia conſiderandum, & quantum ingenioli noſtri vires ſufficient, diſſerendum exiſtimavimus.

*De cauſis ſchiſmatis, & quod tametſi ante generale concilium aliqua nobis de noſtra a Latinis diviſione excuſatio erat, nunc tamen jam celebrato concilio œcumenico, non poſſumus abſque ſcelere dividi ab eis, niſi eos a veritate deviare probabimus.*

Caput I.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ α'

ΗΝ ὅτε ἡ τοῦ Θεοῦ ἄσπιλος νύμφη ἡ ἄμωμος ἐκκλησία εὐθηνεῖτο ἀκμάζουσα καὶ καλῶς ἔχουσα, ἡνίκα τὸ μὲν ἁπλοῦν καὶ ἀπερίεργον τῆς κατὰ τὸ εὐαγγέλιον πίστεως περὶ πλείονος ἐποιούμεθα, τὸ δὲ περιττὸν τοῦτο καὶ κατεγλωττισμένον, καὶ τὰ ἀπὸ τῶν οἰκείων λογισμῶν ἐν δευτέρῳ τῶν θείων λογίων τιθέμενοι, μόνοις τοῖς γεγραμμένοις προσείχομεν τοῖς ἀπὸ τοῦ πνεύματος ἀγαπῶντες, καὶ εἰς ἓν ὑπ' αὐτῶν συναγόμενοι· καὶ μία μὲν ὄντες ποίμνη, ποιμένι δ' ἑνὶ χρώμενοι· καὶ τῆς αὐτῆς μὲν αὐτοῦ συνιέντες φωνῆς, τὴν αὐτὴν δὲ ἀποδιδόντες αὐτῷ οὐ μόνον τὴν πίστιν τὴν ἐν καρδίᾳ, ἀλλὰ καὶ τὴν ὁμολογίαν τὴν διὰ στόματος. ἀφ' οὗ δέ τι προσεπιγένονται τοῖς ἀρχαίοις, καὶ τῷ κοινῷ κτήματι καὶ συμβόλῳ τῆς πίστεως οὐ μετὰ κοινῆς ψήφου προσγέγραπται· οὔπω λέγω εἰ καὶ τισὶν εἰρημένον τῶν διδασκάλων, εἴτε καὶ μή· εἴτε καὶ εἰρημένον, πότερον καθ' ὃν αὐτὸ νοῦν ἐκλαμβάνουσιν οἱ πολλοὶ, εἴτε καθ' ἕτερον. ἐξ ὅτου δ' οὖν τοῦτ' ἐγεγόνει, εἰς πολλὰ μὲν τὸ ἓν τοῦ Χριστοῦ σῶμα διῄρηται, φεῦ, τὰ δὲ μέλη κατ' ἀλλήλων ὁπλίζονται, μὴ συνιέντες ὡς ἑαυτοῖς μάχονται καὶ λυμαίνονται ἑαυτοῖς, τῶν ἀδελφῶν ἑαυτοὺς διϊστάντες· ἢ μᾶλλον συνιέντες μὲν, εἰσὶ γὰρ ἄνδρες σοφοί τε καὶ γνώσει κεκοσμημένοι, καὶ οὐ λέληθεν αὐτοὺς τὸ δεινὸν ὅσον ἐστὶν, ἀναγκαίως δὲ καὶ εἰκότως τῆς ἀλλήλων διϊστάμενοι κοινωνίας, καὶ μάλιστά γε τῆς τῶν Λατίνων ἡμεῖς, μένοντες ἐπ' αὐτῶν τῶν ἀρχαίων καὶ κεκριμένων καὶ καθαρῶς παρὰ πάσης ἀποπεφασμένων συνόδου, τὸ μήπω κοινῇ ζητηθὲν ἑλομένων, μηδέπω δοκιμασθὲν ὑπὸ κοινοῦ καὶ καθολικοῦ καὶ οἰκουμενικοῦ κριτηρίου. δεῖ γὰρ ἔν γε τοῖς περὶ πίστεως, μηδεμιᾶς μὲν οὔσης ἀνάγ-

## CAPUT I.

FUIT aliquando tempus, quo immaculata Dei ſponſa eccleſia ſancta, ſumma concordia, tranquilliſſima pace, & intemerata veritate fruebatur; cum ſcilicet ſimplicitatem ac puritatem evangelicæ doctrinæ maximi omnes faciebamus, ſolis ſacris eloquiis contenti, his inhærentes, his acquieſcentes, in unum ab his collecti ovile, ſub uno paſtore omnes agentes, eamdem unius audientes vocem: & aut nihil præter ea quæ nobis tradita erant, cogitantes, nulla urgente neceſſitate, aut neceſſitate coacti, & hæreſibus undique ſcatentibus, unum in locum univerſa eccleſia congregata, ambiguitates reſcindentes, & declarationes neceſſarias facientes. Poſtquam autem hæreſi quadam, ut Latinos ſæpenumero dicentes audivimus, in occidentali regione vigente, Romanorum præſul pontifex maximus ſua unius auctoritate fretus, advocata ſynodo generali, particulam illam communi ſymbolo fidei, non cum communi conſenſu aſcripſit, in multas partes, heu rem miſeram atque acerbam! Chriſti ſacratiſſimum corpus diviſum eſt: membraque ejus, hoc eſt, Chriſtiani homines, adverſus ſe invicem arma ceperunt, minime intelligentes, ſe ſibi ipſis hoſtes eſſe, & contra ſe ipſos armari, dum ſe a fratribus dividunt; aut intelligendum quidem, cum multi ſint inter nos doctrina ac ſapientia præſtantes, quos latere minime poteſt, quantæ jacturæ cauſa hæc diſſenſio extiterit, ſed, neſcio quomodo, diviſi invicem atque alienati, & præſertim nos a Latini. Oportere majores noſtri dixerunt, qui ea tempeſtate fuere, qua oriri hæc diſſenſio cœpit in rebus fidei, dum nulla neceſſitas urget, his acquieſcere, quæ nobis ſacris literis tradita ſunt, in quibus omnis fidei veritas aut plane ex-

Caput I.

explicata eſt, aut latens erui haud difficulter poteſt. Quoties vero neceſſitas ingruat, & ſi aliqua oritur hæreſis, quod imbecillitate humani ingenii ſæpenumero inter mortales evenit, debere eccleſiam Dei unum in locum congregatam de rebus dubiis judicare; ac ſecundum præcepta divinæ legis & ſanctorum patrum, quos jam ut ſacrarum literarum doctores approbavit, communi omnium conſenſu ſententiam ferre, & per hunc modum fidem Chriſtianam augere, obviam eundo hæreſibus, procul ab eccleſia Dei eas fugando. Ubique tamen aſſeverant iidem majores noſtri, communiter hæc agi debere; & quæ communia ſunt, communi conſenſu oportere terminari. Per hunc modum ſynodus prima generalis conſubſtantialitatem Patris & Filii prædicavit, Ario de inæqualitate ipſorum neſcio quas nugas & deliramenta proferente. Per hunc modum ſecunda Spiritus divinitatem confeſſa eſt, Macedonio illum creaturis annumerante. Per hunc modum ſubinde unaquæque ſynodus, quæ poſita in ancipiti fuerunt, pronunciavit, inſtante dumtaxat neceſſitate. Neque enim licere inquiunt, pace ac tranquillitate fidei vigente, novas movere quæſtiones: neque ortis hæreſibus aut tacere, aut ſolum vel cum paucis de his quæ credi communiter ab omnibus debent, tractare, ſed communi quidem conſenſu hoc fieri oportere, fieri vero dumtaxat neceſſitate urgente. Et quemadmodum generali concilio congregato, opus eſſe ajunt, ſummo ſtudio ac cogitatione omnia diſcutere; &, quod ratio tandem obtinuerit, accipere omnes atque amplecti: ita, ſi ante commune judicium de aliqua re quiſpiam dubitaverit, mota quæſtione, & ab aliquibus determinata, jure id facere, meritoque ab his dividi, qui abſque communi conſenſu auſi ſunt de rebus communibus judicium ferre: quandoquidem ipſe communibus rebus & communiter traditis aſſentiatur, illi vero aliquid dicant, quod antequam communiter diſcutiatur, non parum in ſe habeat dubitationis. Quas ob res noſtrum plerique aſſerunt, haud ſe injuria a Latinorum conſortio abhorrere; quod non ſit ferendum, uniri noluit, antequam judicio univerſali eccleſiæ, quod [illegible] fuit, ſubjiciatur: atque hic quidem duplici accuſatione ſuccenſendum exiſtimant: Primo, quod ignaris & nequaquam aſſentientibus nobis quidquam in communem eccleſiam introduxerint: tum, quod pati nollent generalem ſynodum & antiquis illis ſimilem convocari. Hæc nos quoque illis ſæpenumero coram objecimus, palamque in eos invecti ſumus. Quibus quid illi reſponderint, quas excuſationes in medium adduxerint, quibus rationibus objecta purgaverint, latiſſime omnes intelleximus. Itaque non eſt in præſentia repetendi locus, præſertim cum noſtra omnis quæſtio minime in hoc verſetur, utrum per ſe ſoli, an nobiſcum una particulam illam addiderint; & licueritne addere, necne: ſed utrum verum falſumve ſit quod additum eſt, hoc in primis conſiderandum a nobis eſſe univerſi judicavimus. Verum demus in præſentia, non recte illos feciſſe, quod ſine totius eccleſiæ congregatione de rebus gravibus ad fidem Chriſtianam pertinentibus tractarint, quouſque quidem in

Anno Christi 1439.

A κης, μηδὲ τινος κινδυνεύοντος, καὶ ἠρεμούσαν τῶν αἱρέσεων, μένειν ἐπ' αὐτῶν τῶν παραδοθέντων, ἃ μὲν ἀποκεκαλυμμένως, ἃ δὲ καὶ συνεπτυγμένως περιεχόντων τῶν θείων δογμάτων, καὶ οὐδὲν ὅ, τι ὀρθοδοξίας οὐ περιεχόντων ἐν ἑαυτοῖς. ἀνάγκης δὲ κινηθείσης, καὶ τινος ἀναφυείσης αἱρέσεως, οἷα πολλὰ κατ' ἀνθρώπους εἴωθε γίνεσθαι, καὶ μέντοι καὶ γέγονε, καὶ προσέτι γενήσεται διὰ τὴν τῆς ἀνθρωπίνης διανοίας ἀσθένειαν, τὴν ἐκκλησίαν ἐκ πάσης ἐσχατιᾶς κοινῇ συλλεγεῖσαν, κελεύουσι τε περὶ τῶν ζητουμένων καθίσαι, καὶ κατὰ τὸν χρωμένην τῇ θείᾳ γραφῇ καὶ τοῖς πρὸ αὐτῶν διδασκάλοις, οὓς φθάσασα ἔχει ἐν ἁγίων
B τάξει καὶ διδασκάλων, οὕτως ἀποφαίνεσθαι κοινῇ τὰ δοκοῦντα, καὶ τὴν πίστιν ἐξεργάζεσθαι, σκόλοπας ἰσῶντας ταῖς αἱρέσεσι πάντοθεν, καὶ πόρρω τῆς ἐκκλησίας αὐτὰς ἀπελαύνοντας, ἀεὶ μέν τοι τοῦτο κοινῇ πράττειν, καὶ τὰ κοινὰ κοινῶς διαιτεῖν, καὶ οὐδέποτε καθ' αὑτοὺς τι ποιοῦντας ἀξιοῦσι καὶ παρὰ πᾶσιν ἐξ ἀνάγκης τὰ οἰκεῖα κρατεῖν· οὐδὲ γὰρ δίκαιον. οὕτω γὰρ καὶ οἱ πατέρες ἡμῶν διετέλουν ποιοῦντες, οὕτω καὶ ἡμεῖς αὐτοὺς μιμησόμεθα. οὕτως ἡ πρώτη τῶν οἰκουμενικῶν συνόδων τὸ ὁμοούσιον ἀνεκήρυξε πατρὸς καὶ υἱοῦ, συνωθοῦντος τοῦ πράγματος, καὶ τοῦ Ἀρείου τὸ ἀνόμοιον ληρῳδοῦντος. οὕτως ἡ
C δευτέρα τὴν τοῦ πνεύματος θεότητα ὡμολόγησε, Μακεδονίου τιθέντος αὐτὸ μετὰ τῶν κτισμάτων. οὕτως ἑκάστη σύνοδος τὰ καθ' αὑτὴν ἀπεφήνατο, ὑπὸ τῆς ἑκάστοτε παρούσης ἀνάγκης κινουμένη. οὔτε γὰρ εἰρήνης κατὰ πάντων ἀνθούσης, καὶ κρατούντων τῶν βελτιόνων ἔδει πράγματα ἐμποιεῖν ταῖς τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαις, αὐτοὺς τι νεώτερον προσεξευρίσκοντας· οὔτε κινηθεισῶν τῶν αἱρέσεων ἡσυχάζειν, ἢ αὐτῶν τινα ἀποφαίνεσθαι ἕκαστον, εἴτε καὶ μετ' ὀλίγων περὶ τῶν κοινῶς ὑπὸ πάντων ὀφειλόντων πιστεύεσθαι, ἀλλὰ κοινῇ μὲν τοῦτο ποιεῖν, ποιεῖν δὲ κατεπειγούσης
D ἀνάγκης, ἀλλ' ὥσπερ ἀνάγκη, συνεδρίου κοινοῦ καταστάντος, μετὰ πολλῆς τῆς τε βασάνου περὶ τῶν κινηθέντων ἐξέτασιν εἰσελθεῖν, καὶ τὸ ἐκ τῆς συζητήσεως ἐκφανθὲν ἀσπάσασθαί τε καὶ προσδέξασθαι· οὕτως, εἰ πρὸ τοῦ κοινοῦ κριτηρίου περί τινος δόγματος κινηθέντος τις ἀμφιβάλλει, τὰ δίκαιά τε ποιεῖ, καὶ εἰκότως ἂν ἀποσταίη τῶν ἄνευ κοινῆς ἀποφάσεως περὶ τῶν κοινῶν ἀποφηναμένων· αὐτὸς μὲν ἐπὶ τῶν κοινῶν καὶ κοινῇ παραδιδομένων ἐμμένων, καὶ οἷς οὐδεμία ἀμφιβολία οὐδ' ἐξέτασις λείπεται, ἐκείνων δέ τι λεγόντων, ὃ πρὶν ἐξετασθῆναι κοινῶς οὐκ ὀλίγον ἀμφιβολίας ἐν ἑαυτῷ περιφέρει· διὰ ταῦτα τοι-
E γαροῦν καὶ ἡμεῖς εἰκότως τῆς Λατίνων ἀπέστημεν κοινωνίας, μὴ ἀνεχόμενοι πρὸς ἕνωσιν αὐτοῖς συνελθεῖν, πρὶν ὑποπεσεῖν οἰκουμενικῇ κρίσει τὸ παρ' αὐτῶν εἰσαχθέν· καὶ διχῇ διετελοῦμεν ἐγκαλοῦντες αὐτοῖς· τὸ μέν τι δίχα τῆς καὶ ἡμῶν αὐτῶν γνώμης εἰσαγαγεῖν εἰς τὴν κοινὴν ἐκκλησίαν, τὸ δὲ μηδ' ἀνεχομένοις συστήσασθαι σύνοδον κατὰ τὰς ἀρχαίας ἐκείνας τὰς πρὸ ἡμῶν: ἀλλὰ μέχρι μὲν ταύτῃ χρώμενοι διετέλουν τῇ γνώμῃ, καὶ τὰ παρ' ἡμῶν αὐτοῖς ἐγκλήματα με-



Anno Christi 1439.

μετὰ παντὸς ἀπιῶντα δικαίου, καὶ ἡμεῖς ἔξω πάσης αἰτίας. ἐπεὶ δὲ τούτου μὲν ἤδη κατέγνωσαν, καὶ ὃ προυβάλλοντο ἀξίωμα ἴδιον ἀπεώσαντο, μετὰ τῆς ἴσης δὲ καὶ αὐτοὶ ταπεινώσεως εἰς οἰκουμενικὸν ἐθελονταὶ συνῆλθον κριτήριον, καὶ τῷ ἐκ τῶν λόγων φανησομένῳ ἀκολουθήσειν συνέθεντο, αὐτοί τε παντὸς ἐγκλήματος τοῦτο τὸ μέρος σφᾶς αὐτοὺς ἀνωπίρους ἐτήρησαν· καὶ ἡμᾶς δεῖ τῷ πράγματι προσελθεῖν μετὰ πολλῆς βασάνου καὶ μεγάλης τῆς ἐξετάσεως, καὶ ποιῆ μεταβαλόντα τῷ πράγματα καθ' ἡμῶν αὐτῶν ἀντιστραφῇ, καὶ πολλαπλασιασθῇ καθ' ἡμῶν, ἃ κατ' αὐτῶν ἐπεφέρομεν πρότερον δίκαια ἐγκλήματα.
B εἴρηται γὰρ καὶ δοκεῖ μοι συνδοκεῖν ἅπασιν, ὥσπερ μήπω συνόδου συγκροτηθείσης κοινῆς, ἐκεῖνοι τὴν καταδικάζουσαν ἀπεφέροντο· οὕτω συστάσης λοιπὸν, μέγαν ἡμῖν ἀγῶνά τε καὶ κίνδυνον εἶναι, πῶς ἂν διαχειρισάμενοι τὰ παρόντα, ἀνέγκλητοι ἐντεῦθεν ἀπαλλαξαίμεν ὡς εἰκός. ἤδη γὰρ αὐτοί τε λόγον ὑπέσχον ὧν λέγουσί τε καὶ δογματίζουσι, καὶ ἡμεῖς πρὸς τὰ παρ' αὐτῶν εἰρημένα διὰ τῶν δυνατῶν ἀπηντήκαμεν, πρὸς ἃ μὲν καὶ παντελῶς σεσιγηκότες, πρὸς ἃ δὲ οὐδὲν ὅ, τι καὶ ἄξιον λόγου ἀποκρινάμενοι.
C ἐνταῦθα δὲ δὴ λοιπὸν μεγάλης ἡμῖν κρίσεως δεῖ, καὶ σοφῆς μεταχειρίσεως ὡς οἷόν, καὶ οἰκονομίας τῆς ἐν δικαιοσύνῃ καὶ κρίσει τε καὶ εὐθύτητι. οὐ γὰρ ἁπλῶς ἀρκέσει τὸ μὴ βούλεσθαι φάναι, καὶ πάντα γεγονέναι εὐθὺς τὰ προσήκοντα, οὐδὲ τοῦτο τέλος τῆς οἰκουμενικῆς ὑγιὲς συνόδου· ἀλλὰ μετ' ἀκριβείας σκεπτέον ἅτε ἐκεῖνοι εἰρήκασιν, ἅτε ἡμεῖς προυβαλόμεθα· καὶ ἐπιμελῶς ἐξεταστέον, ὅπῃ μὲν συμφωνοῦσιν ἡμῖν καὶ τῇ ἀληθείᾳ, ὅπῃ δὲ τοῦ εὐθέος πλανῶνται, καὶ τῆς ἀληθείας ἀπάγονται· καὶ τί μὲν αὐτοὺς διδακτέον, τί δὲ παρ' αὐτῶν ἀκουστέον: καὶ τί μὲν ὠφεληθῆναι παρ' αὐτῶν, τί δ' αὐτοὺς ὠφελῆσαι
D δέον· καὶ ὅπως προσληψόμεθα ἀδελφοὺς τοιούτους τε καὶ τοσούτους, ὧν τῷ χωρισμῷ στενάζεσθαι πάντας εἰκός· μήποτε τῷ θέλειν χαρισάμενοι μόνον, ἢ οὐ σὺν δίκῃ ζημιωθῶμεν αὐτοὶ, ἢ μετ' καὶ τῆς ἡμῶν αὐτῶν βλάβης αὐτοὺς προσλαβώμεθα· αὕτη γὰρ ἡμῖν μόνη βελτίστη πρὸς τὸ τέλος ὁδὸς, καὶ διὰ ταύτης οἶμαι πρός τι χρηστὸν ἀπαχθῆναι καὶ ἄμεμπτον, μήτε τοῖς ἁπλῶς οὕτω σὺν οὐδενὶ λόγῳ λέγουσι διαστῆναι Λατίνων, ὡς οὐδὲν ὑγιὲς οὔτε λεγόντων, οὔτε φρονούντων, προσχόντας τὸν νοῦν, μήτε πεισθέντας εὐθὺς τοῖς σὺν οὐδεμιᾷ τῇ ἀπὸ τῶν λόγων πειθοῖ τὴν ἕνωσιν ἐπιτρέπουσιν, ἀλλὰ συνεξετάσει καὶ κρί-
E σει καὶ τῇ ἀπὸ τῶν ἁγίων καὶ διδασκάλων ὁδηγίᾳ χρωμένους ἐπὶ τὸ τέλος ἰέναι: οὕτω μὲν οὖν ἐγὼ γνώμης ἔχω, καὶ ταῦτα περὶ τούτων φρονῶ. ὅπως δ' ἂν καὶ διὰ τίνων πρὸς τοῦτο τὸ τέλος ἀπαχθείημεν, ἐντεῦθεν ἐρῶ, Θεὸν προστησάμενος μόνον, εἰ καὶ μέγας ὁ ἆθλος καὶ δυσχερὴς ὁ ἀγών. φιλοκίνδυνον τε γάρ τινα τὰ παρόντα ζητεῖ, καὶ πρὸς πάντα ἁπλῶς ἕτοιμον ἀποδέσθαι· καὶ γενναῖον * οὐδὲν οὔτε λεχθῆναι οὔτε πραχθῆναι, μή τινος πάντως παρρησιασαμένου

Caput I.

A hac ſententia permanſere, ne aliquod dogma in generali ſynodo propoſitum diſcuteretur, fortaſſis haud injuria ſuccenſere illis videbamur, & noſtræ adverſus illos accuſationes jure optimo defendi poterant. Nunc autem cum hujuſmodi culpa vacent, ſponteque in generalem ſynodum convenerint, ac omnia ſe facturos aſſirmarint quæ ratio perſuaſerit, & ipſe ſe omni accuſatione prorſus immunes reddiderint; & nos oportet non mediocre ſtudium cogitationemque adhibere, ut quæ agenda a nobis ſint, caute prudenterque agamus; ne quod ante hunc diem objicere Latinis conſuevimus, in nos recidat; denique ea accuſatione judicemur, cujus il-
B los olim reos agebamus. Nam ſi, ut dicere ipſi conſuevimus, nondum advocata ſynodo generali accuſandi erant Latini, quod ſuo dumtaxat judicio de re adeo gravi credidiſſent: quidni nos quoque, cum id, quod quærebamus, factum ſit, omneſque in unum convenerimus, magnum ingredi certamen, ingenſque ſubire periculum neceſſe eſt, ut abſque culpa hinc abire poſſimus? Siquidem illi quoque jam rationem reddiderunt eorum quæ & dicunt & ſentiunt: paſſim etiam ſingulis quibuſque petentibus rationes de his, quæ eccleſia credit, afferentes: & nos ad aliqua quidem ex his, quæ dixerunt, quoad fieri potuit, obviam
C ivimus: ad plura vero opportunioraque, & illorum opinionem maxime confirmantia, nihil omnino locuti ſumus, neque fortaſſis dignum aliquod, quod loqui poſſimus, habemus. Hic igitur recto judicio & exactiſſima cogitatione opus eſt. Neque enim ſatis erit dicere, nolle unionem: neque hunc generalis concilii finem eſſe exiſtimandum eſt: ſed diligenter conſiderandum, quæ dicta a Latinis ſint, quæ nos propoſuerimus: ſcrutandumque, quibus in rebus illi veritati conſentanea dicant, quibus in rebus aberrent: quid nobis dicendum ſit, quid illis audiendum: poſtremo, quomodo uniri poſſi-
D mus fratribus, quorum disjunctio merito deploranda eſt & illis & nobis, ne voluntatem abſque ratione ſequentes, aut cum jactura noſtra ab illis dividamur, aut non ſine noſtro detrimento illis uniamur. Neque enim his, qui ſimpliciter & ſine ulla ratione diſcendum eſſe ajunt a Latinis, tanquam longe a veritate aberrantibus, aſſentiendum arbitror: neque his etiam obtemperandum, qui nulla ſuadente ratione, incumbendum dicunt eſſe unioni. Enimvero aſſiduo ſtudio, diligentique inveſtigatione veritatis, & exactiſſimo judicio doctores ſacros tanquam duces ſequi oportet; & per hanc viam,
E utpote quæ ſola tuta ſit, atque omni periculo libera, finem jam diu optatum attingere. Hæc mea eſt de hujuſmodi rebus ſententia: hoc ego, viri clariſſimi, ſentio. Quomodo autem, quibuſve mediis finem nobis propoſitum aſſequi poſſimus, ſubinde dicam, Deo fretus: quamquam ingens profecto certamen & non mediocre onus ſubire me intelligo. Verum ea eſt conditio præſentis rei, ut hominem efflagitet, qui libenter pro veritate periculum ſubeat: nihilque magnum aut dici aut fieri poteſt, niſi quis, quæ

CAPUT II.

quæ ſibi vera videantur, forti animo dicat; paratuſque ſit calumnias & pericula pati pro defenſione veritatis. Hic autem exordium ſumam, Dei optimi maximi auxilio fretus.

τε τὰ δοκοῦντα καὶ ἀπαρακινδυνεύτως. ἄρξομαι δ' ἐντεῦθεν, ὑπόθεσίν τινα καὶ ἀρχὴν ὑποθέμενος,

ANNO CHRISTI 1439.

*Probatio, quod neceſſe eſt ſanctos doctores, tum occidentales, tum orientales; invicem eſſe concordes.*

## CAPUT II.

DOMINUS noſter Jeſus Chriſtus, cum diſcipulos ſuos ad prædicandum inter gentes evangelium mitteret, multa, B quæ eis eventura erant, prædicens; & inter cetera, quod ante reges & præſides ſua cauſa ducerentur: *Nolite*, inquit, *cogitare quomodo aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini: (Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis:)* manifeſte his verbis ſignificans quæcumque ab illis dicerentur, ſua eſſe verba & Spiritus ſancti in illis loquentis: quem alibi ſuperventurum affirmavit, docturumque eos omnem veritatem, ut etiam verba ipſorum, Spiritu veritatis in eis loquente veritas, & vita eſſent. Atqui verba hæc, C nemo eſt qui ambigat, non modo ad primos illos referri ſalvatoris diſcipulos, quibus datum eſt ut præſentem eum intuerentur, ſed etiam ad paſtores eccleſiarum & doctores ceteros, qui poſt apoſtolos evangelium prædicavere. Hoc enim & ipſe ſalvator probat cum inquit: *Quæ vobis dico, omnibus dico*: & res ipſæ maniſeſtiſſime oſtendunt. Siquidem priores cuncti doctores iiſdem claruerunt operationibus & ſignis, quod divini verbi prædicatione divinum verbum non minus per eos, quam per apoſtolos ſequentibus ſignis confirmatum fuit: ut palam omnibus ſit, ipſos quoque ſanctos patres D & doctores Chriſtianæ fidei per Spiritum ſanctum locutos fuiſſe: verbaque ipſorum, ſalvatoris noſtri verba extitiſſe, cum adverſus tyrannos & præſides & veritatis hoſtes, certavere, ſcripſere, & palam veritatem prædicavere. Quo fit, ut neceſſe ſit, eos ſibi invicem conſentanea dicere: & ratio cogit fateri, nihil ab illis dictum eſſe, quod invicem repugnet ne minimis quidem in rebus: aliter enim non veritatis magis, quam mendacii ſpiritus in illis locutus fuiſſet. Mendacii namque proprium eſt, nec hoc nec illud aſſerere: quemadmodum ſapientis ſignum eſt, ſibi aſſidue conſtare, nulliſque in rebus a ceteris ſapientibus diſcrepare. E Quanto igitur homines ſapientes, ſapientiæ & veritatis Spiritus antecellit; tanto magis neceſſe eſt, eum ſibi ipſi conſentaneum eſſe. Et ſi quis forte ſit, qui ſanctos patres & doctores noſtros contraria invicem dixiſſe exiſtimet, cum profecto cum infidelibus & crucis hoſtibus connumerari fas eſt, qui hinc arguere fidem noſtram conſueverunt, contrarietates quaſdam & contradictiones ſacrarum literarum inter ſe fingentes: quas tamen ne-

Matth. 10.
Joan. 16.

## ΚΕΦΑΛ. Β'.

Ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐπὶ τὸ σωτήριον κήρυγμα πέμπων τοὺς μαθητὰς, καὶ τὰ συμβησόμενα αὐτοῖς προαγορεύων δεινὰ, καὶ ὡς ἐπὶ βασιλεῖς τε καὶ ἡγεμόνας ἀχθήσονται παρασημόμενοι, μὴ μεριμνήσητε, φησὶν, τί εἴπητε, ἢ τί λαλήσητε· ἐγὼ γὰρ ὑμῖν δώσω λόγον τε καὶ σοφίαν, ᾗ οὐ δυνήσονται ἀντειπεῖν, οὐδὲ ἀντιστῆναι πάντες οἱ ἀντικείμενοι ὑμῖν. διὰ τούτων δεικνὺς τῶν ῥημάτων, ὡς ἅπερ ἂν αὐτοὶ φαῖεν, αὐτοῦ ῥήματα ἔσονται, καὶ τοῦ ἐνηχοῦντος αὐτοῖς πνεύματος· ὃ ἀλλαχοῦ ἔφη, πᾶσαν αὐτοὺς διδάξειν τὴν ἀλήθειαν ἐπελθὸν, ὡς εἶναι καὶ τὰ αὐτῶν ῥήματα, τοῦ πνεύματος τῆς ἀληθείας ἐν αὐτοῖς φθεγγομένου ἀλήθειαν C καὶ ζωήν. ὅτι δὲ ταῦτα τὰ ῥήματα οὐκ εἰς αὐτοὺς μόνον τοὺς αὐτόπτας τοῦ λόγου διέβη, ἀλλὰ καὶ εἰς πάντας τοὺς μετ' αὐτοὺς τὸ σωτήριον διαγγέλλοντας κήρυγμα ποιμένας καὶ διδασκάλους, πάντες τε ἴσασιν, αὐτός τε ὁ σωτὴρ ἔφη, ἃ ὑμῖν λέγω, πᾶσι λέγω, φάμενος· αὐτά τε τὰ πράγματα μαρτυρεῖ, πάντων τῶν μετὰ ταῦτα θαυμασθέντων τοῖς αὐτοῖς ἔργοις τε καὶ σημείοις, καὶ τοῖς τῆς διδασκαλίας ἀφθόνοις νάμασι καὶ πηγαῖς ἀενάοις· ὡς φανερὸν εἶναι λοιπὸν, καὶ τοὺς ἁγίους πατέρας καὶ διδασκάλους διὰ τοῦ παναγίου λαλεῖν πνεύματος, καὶ ῥήματα φθέγγεσθαι τοῦ σωτῆρος κατὰ τυράννων καὶ ἡγεμόνων, καὶ τῶν τῇ ἀλη- D θείᾳ μαχομένων αἱρετικῶν συγγραψαμένους καὶ δογματίζοντας, καὶ κηρύττοντας τὴν ἀλήθειαν. οὕτω δὲ ἔχοντας, καὶ συμφωνεῖν ἑαυτοῖς καὶ ἀλλήλοις ἀνάγκη· καὶ μηδὲν ἐναντίον, οὐ μικρὸν, οὐ μέγα, οὐ πρὸς ἀλλήλους, οὐ πρὸς ἑαυτοὺς, οὐδ' ἐννοῆσαι γοῦν ὅλως θεμιτὸν αὐτοὺς φάναι· οὕτω γὰρ ἂν οὐκ ἀληθείας μᾶλλον ἢ πλάνης ἐν αὐτοῖς ἐλάλησε πνεῦμα· πλάνη γὰρ καὶ τοῖς πλανωμένοις οἰκεῖον, ὁτὲ μὲν τάδε, ὁτὲ δὲ αὖ λέγειν τὰ ἐναντία· ὥσπερ οἶμαι καὶ ἐπιστήμονος ἀνδρὸς ἀπλανὲς ἐστι σημεῖον, ἑαυτῷ καὶ τοῖς ἄλλοις σοφοῖς συμφωνεῖν. ὅσῳ οὖν ἀνθρώπων σοφῶν τὸ τῆς σοφίας καὶ ἀληθείας ὑπέρκειται πνεῦ- E μα, τοσούτῳ καὶ σύμφωνον ἑαυτῷ μᾶλλον εἶναι ἀνάγκη, οὐ μὴν ἀλλ' εἴ τις καὶ ἑαυτοῖς ἢ ἀλλήλοις ἔσθ' ὅτε τοὺς πατέρας ἐναντιουμένους ἀποτολμήσειε φάναι, ὥρα λοιπὸν αὐτῷ μετὰ τῶν ἀπίστων ταχθῆναι καὶ τῶν ἐχθρῶν τοῦ σταυροῦ· οἷς ἔργον ἐντεῦθεν τὰ ἡμέτερα ἐπιχειρεῖν ὑποσαλεύειν λυτήρια, τεκμήριον τῆς τοῦ κηρύγματος ἀσθενείας, πλάττουσιν ἐναντιοφανείας τινὰς τῆς θείας γραφῆς, πλὴν αὐτῶν οὐδενὶ ἐπέχω δοκούσας·



ANNO CHRISTI 1439.

σας· καθ' ὧν πᾶς διδάσκαλος ἵσταται, καὶ ἀγωνίζον(ται) πάντες συκοφαντοῦντας ἐκείνους τὴν ἀλήθειαν δεῖξαι, συμβαίνουσαν ἑαυτῇ τὴν θείαν ἀποδεικνῦντες διὰ πάντων γραφήν. ἄλλως τε καὶ ἡμεῖς τοὺς ἔξω τῆς ἡμετέρας αὐλῆς τε καὶ ἐκκλησίας διὰ τούτων συμποδίζοντες καὶ ἀνατρέποντες, τοὺς τῆς δόξης αὐτῶν ἡγεμόνας ἐν πλείστοις μαχομένους ἀλλήλοις ἀποφαίνοντες, καὶ διὰ τούτων τὴν αὐτῶν ἐλέγχοντες ἄγνοιαν, πῶς ἂν καὶ καθ' ἡμῶν αὐτῶν τοῦτο δεξαίμεθα τὸ δεινὸν, καὶ τοὺς ἡμετέρους πατέρας ὑπὸ ταυτὸν περιπεσεῖν συγχωρήσαιμεν πάθος, εἰ μὴ καὶ τὴν καθόλου πίστιν ἡμῶν ἐθελονταὶ αὐτοὶ ἀνατρέψαι θελήσομεν; ἀλλ' ἀπείη B γε τοῦτο τῆς Χριστοῦ ἐκκλησίας καὶ τῶν ταύτης τροφίμων. ὁρῶμεν δὲ καὶ τὰς οἰκουμενικὰς ἁπάσας συνόδους περὶ τῶν ἑκάστη προκειμένων δογμάτων οὐκ ἀνθρωπίνης σοφίας πειθοῖ, οὐ πλοκολογίαις ῥημάτων, οὐ φυσικοῖς λόγοις, οὐ συλλογισμοῖς χρησαμένους, ἀλλὰ μόνῳ στοιχήσαντας κριτηρίῳ τοὺς πατέρας τοὺς ἐν αὐταῖς γυμνοῖς τῶν πρὸ αὐτῶν πατέρων καὶ διδασκάλων διδασκαλίαις καὶ λόγοις, καὶ διὰ τούτων συμπεράναντας τὰ περὶ τῶν ἑκάστοτε ζητουμένων δογμάτων, καὶ κατ' ἴχνος ἀκολουθήσαντας ταῖς τῶν ἁγίων φωναῖς. ὥστ' οὐκ οἶδ' ὅ, τι περὶ τῆς καθόλου πίστεως ἡμῶν ἔσται φρονεῖν, εἴ τις τὸ ἄτοπημα τοῦτο παρακολουθοῦν δέ- C ξαιτο τοῖς πατράσιν. εἰ γὰρ οἱ τῆς πίστεως ἡγεμόνες οὐ ταυτὰ πάντες, ἀλλ' οἱ μὲν ἀλλήλοις, οἱ δὲ καὶ ἑαυτοῖς, φεῦ τῆς ἀτοπίας, ἐναντία φασὶν, ἡ δὲ πίστις ἡ ἡμετέρα τοῖς ἐκείνων ἵδρυται λόγοις· κενὸν ἄρα τὸ κήρυγμα ἡμῶν, κενὴ δὲ καὶ ἡ πίστις ἡμῶν. ἀλλὰ πολλῆς ὄντως ἀνοίας ἐννοῆσαι γοῦν τὰ τοιαῦτα περὶ τῶν θεοφόρων ἐκείνων ἀνδρῶν· ἀνάγκη γὰρ αὐτοὺς διά τε τὰ εἰρημένα, καὶ τούτων ἕτερα πλείονα, ἃ οὐκ ἀνάγκη νυνὶ καταλέγειν, συμφωνεῖν ἀλλήλοις καὶ ἑαυτοῖς, καὶ κατὰ μηδὲν ἐναντία μὴ λέγειν μηδὲ φρονεῖν. φησὶ δὲ περὶ τούτων καὶ ὁ μακάριος Ἰωάννης ὁ Δαμασκηνὸς ἐν τῇ πρὸς Ἰορδάνην ἐπιστολῇ· D ἀλλ' ἄγε δὴ καὶ ἃς προφέρουσι ῥήσεις ἐπισκεψώμεθα, καὶ τὴν ἀκριβῆ τούτων ἐξέτασιν ποιησώμεθα, πατρικαὶ γὰρ αὗται, καὶ οὐδαμῶς ἀντιρρητέον. ἀλλὰ χρὴ συμφώνους καὶ μὴ ἀλλήλοις ἐναντίους, οὐδὲν δὲ ἔλαττον ἑαυτοῖς ἀντιλόγους καὶ μαχομένους ἀποδεικνύειν τοὺς ἁγίους πατέρας καὶ διδασκάλους· ὧν τὸ περὶ πίστεως φρόνημα ἑνιαῖον καὶ [a] ἀπαράλλακτον ἔδειξεν ἡ μία τοῦ πνεύματος δύναμίς τε καὶ ἔλλαμψις. ἐντεῦθεν φαίνεται, τῶν αἱρετικῶν συγκρουόντων τοὺς ἁγίους ἀλλήλοις, καὶ τινας ἑλκόντων πρὸς τὸ ἑαυτῶν βούλημα, οὔτε ἀπαρνούμενος ὁ μακάριος Ἰωάννης τοὺς δοκοῦντας αὐτοῖς συνηγορεῖν, οὔτε δε- E χόμενος ὡς ἐκεῖνοι· ἀλλὰ προσιέμενος μὲν αὐτοὺς, πειρώμενος δ' αὐτοὺς καὶ ἑαυτοῖς καὶ ἀλλήλοις συμβαίνοντας δεῖξαι· τοῦτο γὰρ ἔργον ἐστὶ διδασκάλου, τοῦτο Χριστιανοῦ. ἡ δὲ ἑβδόμη τῶν οἰκουμενικῶν συνόδων διὰ τοῦ ἁγίου φησὶ Ταρασίου ἐν τῇ πρώτῃ αὐτῆς πράξει· κατ' οὐδὲν τοὺς πατέρας εὑρίσκομεν διαφωνοῦντας, ἀλλ' ὡς τοῦ αὐτοῦ πνεύματος ὄντες πάντες τὸ αὐτὸ κηρύττουσι καὶ διδάσκουσι. καὶ ἡ αὐτὴ διὰ τοῦ αὐτοῦ αὖθις ἐν τῇ αὐτῇ πράξει· πανταχοῦ γὰρ οἱ ἅγιοι πατέρες ἀλλήλοις σύμφωνοί εἰσιν. ἐναντίωσις δὲ οὐδε-

[a] Leg. ἀπαράλλακτον.

CAPUT II.

mo præter ipſos, tales exiſtimat, contra quos univerſi doctores certant; eoſque calumniatores eſſe veritatis arguunt, conſentaneam ſibi eſſe ubique ſacram ſcripturam aſſeverantes. Præterea cum nos per hunc modum Gentiles, & eos qui extra noſtram eccleſiam ſunt, arguamus, ignorantiamque eorum comprehendamus, philoſophos ſcilicet, & fidei eorum præcones, in quampluriimis ſibi invicem contradicentes, oſtendentes: quomodo etiam contra nos ipſos hoc idem acceptabimus, & noſtros doctores ejuſdem criminis reos eſſe arbitrabimur, niſi & noſtram ipſi ſponte noſtra evertere velimus B fidem? Sed abſit hoc a Chriſti eccleſia alumniſque ejus. Videmus enim nunc univerſalia cuncta concilia, patreſque in eis congregatos, de dogmatibus propoſitis non humanæ ſapientiæ perſuaſionibus, non artificio verborum, non rationibus naturalibus, non denique ſyllogiſmis uſos fuiſſe, ſed auctoritate dumtaxat; nudaque ipſa verba ſuperiorum doctorum, qui eos tempore prævenerunt, tanquam rectam regulam, gloriam veritatis ſecutos fuiſſe: & per ea quaſcumque de fide quæſtiones terminaſſe, ſanctorum patrum veſtigia ſequendo. Quare neſcio quid de noſtra fide ſapere li- C ceret, ſi quis concedat poſſe hoc inconveniens patribus imputari. Si enim fidei noſtræ principes non eadem omnes, ſed alii quidem invicem, alii vero etiam ſibi ipſis, o rem abſurdam, contradicant, fides autem noſtra in illorum rationibus fundetur; inanis eſt ergo prædicatio noſtra, inanis eſt fides noſtra. At magnæ ſtultitiæ eſt, cogitare etiam talia de illis Spiritu plenis hominibus: Neceſſe eſt enim & propter prædicta & alia plura, conſentanea & ſibi ipſis & invicem, nihilque omnino contrarium non dicere, non ſapere. Dicit etiam de eis beatus Joannes Syrus ad Jor- D danem ſcribens: Sed eia, quas producunt auctoritates conſideremus; cum paternæ ſint, & eis nullo modo contradicendum ſit. At vero concordes, neque contrarios invicem, & multo minus ſibi ipſis oppugnantes, decet probare ſanctos patres & doctores noſtros: quorum de fide ſententiam unicam & indifferentem eſſe fecit una Spiritus ſancti virtus & illuminatio. Hinc apparet, quod hæreticis calumniantibus ſanctos patres, tanquam non eadem dicentes, aliquoſque eorum ad ſuam pravam opinionem probandam trahentibus, beatus Joannes, neque eos qui viden- E tur hæreticos juvare, negat: nec tamen eos intelligit, prout illi; ſed acceptat quidem eos, conatur autem & ſibi ipſis & invicem convenientes probare. Hoc enim doctoris, hoc eſt Chriſtiani officium. Septima item generalis ſynodus, per os ſancti Taraſii in prima ejus actione, in nullo ſanctos patres, inquit, invenimus diſcordes; ſed cum omnes ejuſdem ſententiæ ſint, idem quoque prædicant & docent. Et eadem rurſus in eadem actione: Ubique etenim patres concordes in invicem ſunt, contrarietas

Caput V.

vero nulla in eis eſt. Verum contraria eos dicere putant, qui œconomias & intentionem eorum ignorant. Vide quod etiam ſeptimi concilii patres eadem hac de re ſentiunt, & concordes ſibi ipſis & invicem eſſe ſanctos doctores dicentes eamdem etiam rationem aſſignant, quam beatus Joannes. Idem enim Spiritus, ajunt, in omnibus locutus eſt: quem ſibi ipſi non conſentaneum eſſe, neque cogitare fas eſt. Et longum quidem eſſet enumerare, quemadmodum omnes doctores in tota ſancta ſcriptura hoc ſibi proponunt, apparentes in ea contrarietates concordare; concludere vero manifeſte per prædicta, fidei noſtræ principes & doctores, quorum doctrinis & illuminati & edocti ſumus, neceſſe eſſe eadem & conſentanea non ſolum ſibi ipſis, ſed non minus invicem dicere, tanquam in idem concurreret hoc non eſſe, & totam fidem everti, & qui non concederet hoc, nihil ab infidelibus differret. His igitur ita præſuppoſitis, habemus quidem ſanctos doctores eos, qui ex oriente nobis veritatis fidei lumen illuxerunt, Athanaſium, Baſilium, Gregorios ambos, Chryſoſtomum, Cyrillum, Maximum, Taraſium, ceteramque cohortem eorum. Habemus item eos, qui ab occidente extinxerunt errorum flammas ſana clariſſimaque doctrina, Hilarium, Ambroſium, Auguſtinum, Hieronymum, Damaſum, Gregorium, Leonem, qui rugitu ſuo hæreticos omnes deterruerunt, & ceterorum ſanctorum chorum; omnes communes doctores, & patres, & fidei principes, qui multa quidem in hac vita pro veritate paſſi fuerunt, pro eaque mortui ſunt; Verumtamen vivunt, non ſolum apud Deum in libro vitæ deſcripti, verum etiam apud nos per ea, quæ reliquerunt nobis opera & doctrinas ſuas, quæ pro regulis fidei haberi debent a nobis, æque fere atque ſancta ſcriptura veneratæ & creditæ. Faciemus igitur officium noſtrum, & quod a filiis gratis debetur, patribus quidem autem æquat præbentes, omnibus vero proprium animum ſubjicientes, & ſemina eorum acceptantes. Ad eumdem enim finem nos ducent, & eamdem nobis fidem prædicabunt, atque confirmabunt, cum ipſi primo idem inter ſe dicunt, tanquam uno & eodem ſpiritu locuti. Quod hoc modo conſiderandum eſt.

" deterruit;

μία ἐστὶν ἐν αὐτοῖς, ἀλλ' ἐναντιοῦνται αὐτοῖς, οἱ τὰς οἰκονομίας καὶ τοὺς σκοποὺς αὐτῶν μὴ ἐπιστάμενοι. οὕτω καὶ οἱ τῆς ἑβδόμης συνόδου πατέρες ταυτὰ περὶ τούτου φρονοῦσι, καὶ συμφώνους ἑαυτοῖς καὶ ἀλλήλοις εἶναι τοὺς ἁγίους διδάσκουσι, καὶ αἰτίαν ἀποδιδόασι τὴν αὐτὴν τῷ ἱερῷ Ἰωάννῃ. τὸ γὰρ αὐτὸ πνεῦμα, φησὶν, ἐν πᾶσιν ἐλάλησεν· ὃ διαφωνεῖν ἑαυτῷ οὐδ' ἐννοῆσαι γοῦν θεμιτόν. καὶ μακρὸν μὲν ἂν εἴη καταλέγειν, ὅπως οἱ διδάσκαλοι πάντες ἐν πάσῃ τῇ θείᾳ γραφῇ τοῦτο προτίθενται, τὰς δοκούσας διαφωνίας ὡς οἷόν τε συμβιβάζειν· ὡς ταυτὸν ὂν τοῦτό τε κρατῆσαι, τὸ φάσκειν ἑαυτῇ ἐναντίαν εἶναι, καὶ πᾶσαν ἀνατρέπειν τὴν πίστιν. συμπεραίνεται δὲ διὰ πάντων, τοὺς πατέρας ἡμῶν τοὺς τῆς πίστεως ἡμῶν ἡγεμόνας, ὧν ταῖς διδασκαλίαις ἐφωτίσθημεν καὶ ἐδιδάχθημεν, ἀναγκαίως ταυτὰ λέγειν ἀλλήλοις, καὶ σύμφωνα οὐχ ἑαυτοῖς μόνον, ἀλλ' οὐδὲν ἧττον καὶ ἀλλήλοις· ὡς τοῦ τοῦτο μὴ συγχωροῦντος, οὐδὲν διαφέροντος τῶν ἀπίστων. τούτων οὖν ὑποκειμένων, ἔχομεν μὲν τοὺς ἁγίους καὶ διδασκάλους, τοὺς ἐξ ἀνατολῆς τὸ τῆς πίστεως ἀνατείλαντας φῶς, τὸν Ἀθανάσιον, τὸν Βασίλειον, τοὺς Γρηγορίους, καὶ τὸν Χρυσόστομον, τὸν Κύριλλόν τε καὶ τὸν Μάξιμον, καὶ τὸν Ταράσιον, καὶ τὴν λοιπὴν ἑταιρείαν· ἔχομεν δὲ καὶ τοὺς ἀπὸ δυσμῶν, τὴν τῆς πλάνης σβέσαντας φλόγα καὶ σκότος τῇ παρ' αὐτῶν αἴγλῃ τῆς ἀληθείας, τὸν Ἱλάριον, τὸν Ἀμβρόσιον, τὸν Αὐγουστῖνον, τὸν Ἱερώνυμον, τὸν Δάμασον, τὸν Γρηγόριον, τὸν Λέοντα τὸν λεόντειον βρυχώμενον, καὶ τὸν ἱερὸν τῶν ἄλλων ἁγίων χορόν· πάντας δὲ διδασκάλους κοινοὺς, καὶ πατέρας, καὶ ἡγεμόνας τῆς πίστεως· πολλὰ μὲν ἑκατέρους ἐν τῷδε τῷ βίῳ παθόντας ὑπὲρ τῆς ἀληθείας, ὑπὲρ αὐτῆς δὲ θανόντας· ζῶντας δὲ ὅμως οὐ μόνον παρὰ Θεῷ, ἀλλ' ἤδη καὶ παρ' ἡμῖν δι' ὧν ἡμῖν καταλελοίπασι συγγραμμάτων καὶ διδαγμάτων, ἅπερ ἀντὶ κανόνων τῆς πίστεως κρατεῖσθαι ὀφείλουσι παρ' ἡμῶν, ἐν ἴσῳ τῇ θείᾳ γραφῇ τιμώμενά τε καὶ πιστευόμενα. ποιῶμεν ἂν οὖν τὰ εἰκότα, καὶ ὅσα παρὰ παίδων εὐγνωμόνων πατράσιν ὀφείλεται, πᾶσι μὲν εὐπειθεῖς ὑπέχοντες οὖς, πᾶσι δὲ τὴν ἰδίαν ὑποστρωννῦντες ψυχὴν, καὶ τὰ παρ' ἐκείνων δεχόμενοι σπέρματα. πρὸς τὸ αὐτὸ γὰρ ἡμᾶς ἄξουσι τέλος, καὶ τὴν αὐτὴν ἡμῖν βεβαιώσουσι πίστιν, αὐτοὶ πρότερον ἀλλήλοις ἐν φθεγγόμενοι καὶ τὸ αὐτὸ, ὡς ἑνὶ καὶ ταυτῷ λαλήσαντες πνεύματι, τοῦτο δὲ σκεψώμεθα ὡδί.

Caput III.

*Quod quamvis nulla omnino ſit in dictis contradictio, ſi tamen aliquid tale ſaltem apparenter eſſet, nos oporteret conari concordare, tanquam ſumme neceſſarium fidei noſtræ: & hoc aſtruitur per exempla.*

## CAPUT III.

## ΚΕΦΑΛ. γ'.

Ex Patre dicunt orientales ſancti doctores ſanctum procedere Spiritum, & ex Patre per Filium: Ex Patre & Filio occidentales eumdem procedere ajunt; Idem etiam nonnulli orientalium aſſeverant. Quid igitur dicemus? Contrarium hoc eſſe illi? Abſit. Neque enim contraria, neque contradictoria invicem ſunt, ex Patre procedere, & ex Patre & Filio. Atqui etiam ſi contradictorie ſermo proferretur, ita ut alios ex Patre non ex Filio, alios ex Patre & Filio dixiſſe: nec tunc auderem dicere ſanctos invicem contradicere, ſed potius me ipſum accuſarem, tanquam non percipientem illorum intellectum, ſecundum quod a Taraſio dictum eſt in ſeptima ſynodo; quod ſcilicet eis contrariantur, qui ignorant œconomias & intentionem eorum; quam illis contradictionem aut contrarietatem imputarem. Multa habeo hujus rei in ipſa canonica ſcriptura exempla. *Pater meus*, inquit, *major me eſt*: Et rurſus: *Ego & Pater unum ſumus*. Hac quæ major poſſit videri contradictio? Attamen contradicunt veritati, qui hoc contradictionem putant. Stephanus, cum eſſet plenus Spiritu ſancto, intendens in cœlum, vidit gloriam Dei, & Jeſum ſtantem a dexteris Dei, Luca in Actibus teſte; At Paulus una cum David, eum ad dexteram majeſtatis in excelſis ſedere ait; Sedere autem, & non ſedere, (ſtare enim, non ſedere eſt,) manifeſta contradictio eſt. Eumdem item Stephanum beatus introducit Lucas, Dei & Patris vidiſſe gloriam & ejus unigenitum Filium: At ſanctus Joannes evangeliſta, *Deum nemo vidit unquam*, ab ipſa veritate edoctus aſſeverat; Videre autem, & non videre Deum, neſcio, ſi cui non eſſe contradictoria videantur. Unus evangeliſtarum ſexta hora dominum crucifixum fuiſſe ait; alter clamat: *Erat autem hora tertia & crucifixerunt eum*; Sexta vero, patet quod non eſt tertia: Tertia vero, & non tertia, manifeſta contradictio eſt. Deum Patrem cauſam eſſe Filii & Spiritus ſancti, palam prædicant & docent omnes orientales patres & doctores; at beatus Cyrillus in eis quæ ad Hermiam ſcribit, una cum occidentalibus patribus non admittit quidem hoc nomen cauſæ in divinis perſonis. Eumdem autem dicere cauſam, & non cauſam, & præſertim ad idem, nullus eſt qui non concedat contradictorie dictum fuiſſe. Et quis facile recenſere poſſet, quot ſunt, quæ cum contradictoria videantur, pie tamen a doctoribus intellecta ſunt, & ad unum & eumdem ſenſum ab eis referuntur? Quod & nos imitari, etiamſi de propoſita quæſtione accidiſſet contraria contradictoriaque dixiſſe ſanctos doctores, nobis ipſis potius ignorantiæ culpam imputare debemus, quam illos credere diſcordare: & eos conari reconciliare inter ſe, & quoad poſſit per omnia concordes oſtendere. Nunc vero dicunt quidem nihil contrarium, conſentanea autem ſibi ipſis & invicem ajunt. Et hoc experientia percipiemus, ſi modo debito eis & eorum doctrina utamur. Modus autem qualis ſit, audite, & attendite, quam verus quamque juſtus ſit.

Joan. 14.
Joan. 10.
Actor. 16.
Hebr. 1.
Pſalm. 109.
Joan. 1.
Joan. 4.
Joan. 19.
Marc. 15.



Anno Christi 1439.

Ἐκ τοῦ πατρὸς φασὶν οἱ ἐξ ἕω ἅγιοι πατέρες τὸ ἅγιον ἐκπορεύεσθαι πνεῦμα, καὶ ἐκ τοῦ πατρὸς διὰ υἱοῦ· ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ υἱοῦ, οἱ δυτικοὶ φάσκουσι τὸ αὐτὸ ἐκπορεύεσθαι πνεῦμα. τί οὖν ἐροῦμεν; ἐναντίον τοῦτο ἐκείνῳ; μὴ γένοιτο· οὐδὲ γάρ ἐστι τὸ, ἐκ πατρὸς ἐκπορεύεσθαι, τῷ, ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ, οὔτ' ἐναντίον, οὔτε μὴν ἀντιφατικόν. ὅπου γε καὶ εἰ ἀντιφατικῶς τὸν λόγον προέφερον, ὡς τοὺς μὲν ἐκ πατρὸς, οὐκ ἐκ υἱοῦ, τοὺς δὲ ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ λέγειν ἐκπορεύεσθαι, οὐδ' οὕτως ἂν ἀποφαίνεσθαι θαρροῦντως ἀντιφάσκειν τοὺς ἁγίους ἀλλήλοις, ἀλλὰ μᾶλλον ἂν κατέγνων ἐμαυτοῦ μὴ συνιέντος ἅπερ ἐκεῖνοι φασὶ κατὰ τὸ ὑπὸ Ταρασίου ἐν τῇ ἑβδόμῃ εἰρημένον συνόδῳ, ὅτι ἐναντιοῦνται αὐτοῖς οἱ τὰς οἰκονομίας καὶ τοὺς σκοποὺς αὐτῶν μὴ ἐπιστάμενοι, ἢ ἐκείνων ἐναντιολογίαν τε καὶ ἀντίφασιν. ἔχω τούτου πολλὰ παραδείγματα ἀπ' αὐτῆς τῆς θείας γραφῆς· ὁ πατήρ μου, φησὶ, μείζων μου ἐστί. καὶ πάλιν· ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν. τούτου τίς μείζων δοκοῦσα ἀντίφασις; ἀλλ' ὅμως ἀντιφάσκουσι τῇ ἀληθείᾳ οἱ ἀντίφασιν τοῦτο λέγοντες. ὁ Στέφανος ὑπάρχων πλήρης πνεύματος ἁγίου, ἀτενίσας εἰς τὸν οὐρανὸν εἶδε δόξαν Θεοῦ, καὶ Ἰησοῦν ἑστῶτα ἐκ δεξιῶν τοῦ Θεοῦ· ἀλλ' ὁ Παῦλος σὺν τῷ Δαβὶδ αὐτὸν ἐν δεξιᾷ φησὶ κεκαθικέναι τῆς μεγαλωσύνης ἐν ὑψηλοῖς· τὸ δὲ καθῆσθαι καὶ μὴ καθῆσθαι, τὸ ἵστασθαι γὰρ οὐ καθῆσθαί ἐστι, περιφανής ἐστιν ἀντίφασις. Λουκᾶς ὁ μακάριος τὸν θεῖον Στέφανον εἰσάγει τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, καὶ τὸν μονογενῆ αὐτοῦ υἱὸν ἰδόντα· ὁ δὲ μύστης τῶν ἀπορρήτων· Θεὸν οὐκ εἶδεν οὐδεὶς, οὔτε ἰδεῖν δυνήσεται πώποτε, παρὰ τῆς αὐτοαληθείας δεδιδαγμένος φησί· τὸ δὲ ἰδεῖν καὶ μὴ ἰδεῖν τὸν Θεὸν, οὐκ οἶδ' εἴ τινι μὴ ἀντίφασις δόξειεν. ὁ μὲν τῶν εὐαγγελιστῶν τρίτῃ ὥρᾳ τὸν κύριον ἐσταυρῶσθαί φησιν, ὁ δέ γε βοᾷ· ἦν δὲ ὥρα ἕκτη, καὶ ἐσταύρωσαν αὐτόν· ἡ δὲ ἕκτη δηλονότι τρίτη οὐκ ἔστιν· ἡ δὲ τρίτη τε καὶ οὐ τρίτη, πάντως ἀντίφασις. τὸν Θεὸν καὶ πατέρα αἰτίαν υἱοῦ τε καὶ πνεύματος τρανῶς ἀνακηρύττουσί τε καὶ διδάσκουσι πάντες οἱ ἐξ ἀνατολῆς ἅγιοι πατέρες τε καὶ διδάσκαλοι· ἀλλὰ μετὰ τῶν ἐκ τῆς ἑσπέρας ὁ μακάριος Κύριλλος οὐδὲ προσίεται τοῦτο τὸ ὄνομα τὸ, αἰτίαν, ἐν τοῖς θείοις προσώποις· τὸ δὲ τὸν αὐτὸν αἰτίαν λέγειν καὶ οὐκ αἰτίαν, πᾶς τις ἂν οἶμαι ἀντιφατικῶς συγχωρήσειε λέγεσθαι. καὶ τίς ἂν ἐξαριθμήσαιτο, ὅσα ἀντιφατικῶς εἰρῆσθαι δοκοῦντα, ὅμως εὐσεβῶς ὑπὸ τῶν διδασκάλων νοοῦνται, καὶ πρὸς ἓν καὶ τὸ αὐτὸ ἀναπτύσσονται νοῦν; οὓς καὶ ἡμᾶς μιμουμένους, καὶ περὶ τοῦ προκειμένου ζητήματος, εἰ συνέβαινεν ἐναντία τε καὶ ἀντιφατικῶς ἀντικείμενα λέγειν τοὺς διδασκάλους, ἡμῖν αὐτοῖς ἔδει μᾶλλον προσάπτειν ἀγνοίας αἰτίαν, ἢ διαφωνίαν ἐκείνοις, καὶ πειρᾶσθαι διαλλάττειν ἀλλήλοις αὐτοὺς, καὶ διὰ πάντων ὡς οἷόν συμβιβάζειν. νῦν δὲ λέγουσι μὲν οὐδὲν ἐναντίον, συμφωνοῦσι δὲ παντὸς μᾶλλον ἀλλήλοις. καὶ τοῦτο συνήσομεν καὶ πεῖραν εὑρήσομεν, εἰ κατὰ τρόπον αὐτοῖς καὶ τοῖς αὐτῶν χρησόμεθα λόγοις. ὁ δὲ τρόπος οἷος, ἀκούσατε, καὶ σκοπεῖτε, ὡς ἀληθής τε καὶ δίκαιος.

*Quod ad intelligentiam illorum doctorum, qui obſcurius locuti ſunt, utendum eſt illis patribus, qui apertius & clarius loquuntur.*

## CAPUT IV.

Omnis fides & probatio habet quidem aliud, quod demonſtrare proponit; habet vero aliud, per quod probat quod ſibi proponit. Neque poteſt idem eſſe quod probat, & quod probatur. Ipſum quidem ſeipſum, aut ipſum aliquid per ſeipſum probare, impoſſibile eſt; ſed cum ex aliquibus conceſſis & omnibus notis ad aliquod quæſitum procedere oporteat, per ea quæ manifeſta ſunt, ad incognita & quæſita eundum eſt: & per notoria probandum, quæ nobis ignotiora ſunt. Hoc vero ita eſt verum, & ab omnibus conceſſum, ut non indigeat pluribus verbis. Et in propoſito igitur, cum proponantur nobis auctoritates doctorum orientalium, proponantur vero etiam occidentalium, ſitque neceſſarium, ſi Chriſtianiſmum velimus nobis ſervare, conſentanea omnia omnibus eſſe probare: ſi æque clara & aperta nobis eorum dicta ſint, neque aliquod dubium inſit in eis, non eſt opus diſcuſſione amplius, invento quod quæritur. Quod ſi quid in eis dubii inſit, & aliqua non ita aperte dicta indigent declaratione majori, regula prædicta utendum eſt: aliter enim impoſſibile eſt attingere finem quæſitum; & contrapoſitis utriuſque, a clarioribus ad ea quæ non ita clara ſunt comparatis, per clariora etiam intellectum eorum inveſtigare, quæ obſcurius dicta ſunt: & hoc modo una harmonia ex ambabus partibus compoſita, in concordem & conſonantem glorificationem Dei accedere. Et meo quidem judicio, tum orientales tum occidentales patres clare manifeſteque locuti ſunt, & veritatem fidei nobis tradiderunt. Et facile quis poſſet alterius partis auctoritatibus uſus, per eas dumtaxat propoſitam quæſtionem concludere. Et hoc paulo poſt, ſi Deus concedet, probabimus. Concedatur tamen non ita clare, nec ita expreſſe orientales doctores fuiſſe de Spiritus ſancti ex Filio proceſſione, quemadmodum occidentales; quid igitur faciendum eſt? Nempe nil aliud, niſi cum occidentales patres apertiſſime hanc prædicaverint fidem, orientales quoque putandum hoc idem dicere: nec oppugnare illos qui idem de fide ſenſerunt. Qui enim in illis, idem & in his locutus eſt Spiritus; & quæ per illos ſubobſcure, eadem per hos aperte docuit, ob eam quam ille ſcivit cauſam, & propter neceſſariam tunc fortaſſis diſpenſationem. At nobis probandum eſt, etiam abſque comparatione ad occidentales patres, ipſos per ſe ipſos orientales doctores idem cum occidentalibus de proceſſione Spiritus ſancti concludentes, & idem quod illi ſentientes.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ δ'

Πᾶσα πίστις τε καὶ ἀπόδειξις ἔχει μὲν τι ἕτερον ὃ προκεῖται δεῖξαι, ἔχει δέ τι ἕτερον, δι' οὗ τὸ προκείμενον δείκνυσιν. οὐ δύναται δὲ ταυτὸν εἶναι τὸ δεικνῦον τε καὶ δεικνύμενον· αὐτὸ γάρ τι ἑαυτὸ τι δι' ἑαυτοῦ δεικνύναι, ἀδύνατον. ἀλλ' ἐπειδὴ ἔκ τινων ὁμολογουμένων τε καὶ δοκούντων κοινῇ, ἐπί τι ζητούμενον ἀνάγκη ἰέναι, διὰ τῶν σαφῶν ἐπὶ τὰ ἀσαφῆ καὶ ζητούμενα προβαίνειν εἰκός, καὶ διὰ τῶν δήλων δεικνύναι τὰ ἄδηλα. καὶ τοῦτο οὕτως ἐστὶν ἀληθές, ὡς μὴ δεῖσθαι λόγων πλειόνων. ἐκκειμένων καὶ ἐνταῦθα προκειμένων μὲν ἡμῖν ῥητῶν τῶν μακαρίων τῶν ἐξ ἑώας πατέρων, προκειμένων δὲ καὶ τῶν ἐκ τῆς ἑσπέρας, ὄντος δὲ ἀναγκαίου, εἰ μέλλομεν τὸν Χριστιανισμὸν σώζειν, συμβαίνοντα ἀλλήλοις δεῖξαι τὰ παρ' ἀλλήλων· εἰ μὲν ἐπίσης ἄμφω σαφῆ, καὶ οὐδεμία ἡμῖν ἀμφιβολία λοιπὴ, οὐδὲ λόγου δεήσει λοιπὸν, αὐτόθεν εὕρηται τὸ ζητούμενον· εἰ δέ τις ἐν αὐτοῖς ἀπορία ἐμφαίνεται, καὶ τινα συνεπτυγμένως λεγόμενα δεῖται πλείονος ἀναπτύξεως, τῷ εἰρημένῳ κανόνι χρηστέον· ἄλλως γὰρ ἀδύνατον ἐντυχεῖν τῷ ζητουμένῳ τέλει· καὶ παρ' ἄλληλα θέντας, καὶ τὰ σαφέστερα πρὸς τὰ ἧττον σαφῆ παραβαλόντας, διὰ τῶν σαφεστέρων καὶ τὸν τῶν ἀσαφῶν νοῦν ἀνιχνεῦσαι· καὶ οὕτω μίαν ἁρμονίαν ἐξ ἀμφοτέρων συστησαμένους, εἰς ὁμόφωνον δοξολογίαν τραπῆναι Θεοῦ. ἐγὼ μὲν οὖν φημι, καὶ ἀμφοτέρους τοὺς διδασκάλους σαφῆ τὰ παρ' αὐτῶν εἰς τὴν ἐκκλησίαν συναγαγεῖν· καὶ δύναιτ' ἄν τις μηδαμῶς τοῖς παρ' ἀμφοτέρων προσχρώμενος, διὰ τῶν παρὰ θατέροις μόνον ταυτὸ συμπερᾶναι συμπέρασμα. καὶ τοῦτο δείξομεν μετὰ ταῦτα, ἂν ὁ Θεὸς ἐπιτρέψῃ, διὰ βραχέων. ὑποκείσθω δὲ ὅμως μὴ πάνυ σαφῶς τοὺς ἀνατολικοὺς, μηδ' οὕτως ἀναπεπταμένως ὡς οἱ ἐκ τῶν δυσμῶν, τὴν ἐκ τοῦ υἱοῦ τοῦ πνεύματος κηρύξαι ἐκπόρευσιν. τί οὖν ποιήσομεν; τί δ' ἄλλο γε ἢ τῶν ἐξ ἑσπέρας πατέρων οὕτω σαφῶς ἀποφαινομένων ταύτην τὴν πίστιν, καὶ τοὺς ἀνατολικοὺς ἡγητέον ταυτὸ τοῦτο λέγειν ἐξ ἀνάγκης, καὶ μὴ μάχεσθαι τοῖς ὁμόφροσιν· ὃ γὰρ ἐν ἐκείνοις, τοῦτο καὶ ἐν αὐτοῖς ἐλάλησε πνεῦμα· καὶ ἅπερ ἐν τούτοις συνεπτυγμένως, ταῦτα πάντως ἐν ἐκείνοις ἀνεπτυγμένως ἐφθέγξατο, δι' ἣν οἶδεν ἐκεῖνο αἰτίαν, καὶ διὰ τὴν τότε ἴσως ἐκεῖσε προσήκουσαν οἰκονομίαν. δεικτέον δὲ ὅμως, καὶ ἄνευ τῆς πρὸς τοὺς δυτικοὺς ἁγίους πατέρας παραβολῆς, καὶ κατ' αὐτοὺς τοὺς ἐξ ἑώας πατέρας ταυτὸ συμπεραίνοντας περὶ τῆς τοῦ παναγίου πνεύματος ἐκπορεύσεως, καὶ τοῦτο φρονοῦντας ὅπερ ἐκεῖνοι.

Pro-



*Proponit hanc concluſionem ex dictis orientalium doctorum dumtaxat probare dupliciter: videlicet per præpoſitionem Per, & per Ex: & primo de vi ipſius præpoſitionis Per, diſputat, probans eam cauſam mediantem ſignificare.*

## ΚΕΦΑΛ. ε'.

Τὴν, διὰ, πρόθεσιν ἴσμεν πάντες αἰτίαν σημαίνουσαν ἐπὶ πάντων, ἐφ' ὧνπερ παραλαμβάνεται. οὐδέποτε δὲ λεγομένην ἄνευ τοῦ μεσιτεύουσάν τινα παρεμφαίνειν αἰτίαν. ἀεὶ γὰρ καὶ ἐπὶ πάντων, ἐφ' ὧν τόδε παρά τινος διά τινος εἶναι ἢ γίνεσθαι λέγεται, τὸ δι' οὗ, ὡς κοινωνοῦν ἢ συνεργοῦν τῷ πρώτως ἐνεργοῦντι παραλαμβάνεται. ὥσπερ εἰ τὸν τέκτονα διὰ τοῦ πρίονος τεκταίνεσθαι φαίημεν, καὶ τὸν πρίονα συνεργεῖν τῷ τέκτονι πρὸς τὸ πρίζειν νοοῦμεν, καὶ τὸν σύστοιχον αὐτῷ τρόπον, ἤγουν ὀργανικῶς καὶ αὐτὸν πρίζειν, ἀλλὰ μὴ ἀργῶς οὕτω παραλαμβάνεσθαι. καὶ τὸ διὰ τόπου δὲ, ἢ διὰ χρόνου τὸ δέ τι γεγονέναι ἢ διελθεῖν λέγειν, ὁμοίως αἰτίαν τινὰ τὸν τόπον καὶ χρόνον τῶν διελθόντων ἢ γινομένων λέγειν ἐστίν. ὅ, τε γὰρ τόπος κινήσεως αἴτιον· πᾶσα γὰρ κίνησις ἐπὶ μεγέθους καὶ διαστήματος· καὶ ὁ χρόνος δὲ πλεῖστον συμβάλλεται τῇ κινήσει, ἐν χρόνῳ γὰρ ἅπασα κίνησις, κινήσεως δ' ἄνευ οὐκ ἄν τι γένοιτο· χωρὶς δὲ οὗ οὐκ ἄν τι γένοιτο, τοῦτο ἑαυτοῦ αἴτιον ἔχει. καὶ τὸ ἐν τοῖς συλλογισμοῖς δὲ λέγειν, διὰ τοῦ μέσου τὰ ἄκρα συνάπτεσθαι, δῆλον ὅτι διὰ τοῦ μέσου ὡς δι' αἰτίου, κατὰ τὴν τῆς διανοίας κίνησιν ἢ μετάβασιν συμβαίνει. ὁ δὲ λόγος, εἴγε χρὴ καθόλου περὶ τούτου διαλαβεῖν, ἐν πᾶσι λόγοις, ἐν οἷς λέγεταί τις ἐνεργεῖν δι' ἑτέρου, ἡ πρόθεσις αὕτη, διὰ, αἰτίαν ἢ ἀρχὴν ἐν ᾗ λέγεται πτώσει, τῆς ἐνεργείας ἐκείνης σημαίνει. ἐπεὶ δὲ ἡ ἐνέργεια μέση ἐστὶ τοῦ τε ποιοῦντος καὶ τοῦ γινομένου, τὸ αἰτιατικὸν ἐκεῖνο, ᾧ ἡ, διὰ, συνάπτεται πρόθεσις, ποτὲ μὲν αἰτία τῆς ἐνεργείας ἐστὶ, καθόσον πρόεισιν ἀπὸ τοῦ ἐνεργοῦντος· καὶ τότε αἰτία ἐστὶ τοῦ ποιεῖν τῷ ποιοῦντι, εἴτε εἰδικὸν ἐστὶν αἴτιον, εἴτε τελικὸν, εἴτε ποιητικὸν, εἴτουν κινητικόν· ἐπὶ ὑλικῆς γὰρ αἰτίας οὐκ ἔστιν ἐν χρήσει παραλαμβάνεσθαι, ἀλλ' ἀντὶ ταύτης ἡ, ἐκ· οὐ γὰρ διὰ λίθων καὶ ξύλων, ἀλλ' ἐκ τῶνδε καὶ τῶνδε τὴν οἰκίαν συγκεῖσθαι φαμέν. ὅταν μὲν οὖν διὰ τὴν τοῦ κέρδους ἐπιθυμίαν τὸν τεχνίτην ἐνεργεῖν λέγωμεν, τελικὸν σημαίνομεν αἴτιον· εἰδικὸν δὲ νοοῦμεν, ὅταν διὰ τὴν ἑαυτοῦ τέχνην φῶμεν ἐνεργεῖν τὸν τεχνίτην· κινητικὸν δὲ, εἰ λέγομεν, διὰ τὸ τοῦ ἑτέρου πρόσταγμα ἕτερον ἐνεργεῖν. οὕτω μὲν οὖν τὸ αἰτιατικὸν ἐκεῖνο ὄνομα, ᾧ ἡ, διὰ, συνάπτεται πρόθεσις, ποτὲ μὲν αἰτία ἐστὶ τοῦ ποιεῖν τῷ ποιοῦντι, αἴτιον τῆς ἐνεργείας ὑπάρχον, καθόσον πρόεισιν ἀπὸ τοῦ ποιοῦντος· ποτὲ δὲ αἴτιόν ἐστι τῆς ἐνεργείας, καθόσον ὅρον ἔχει τὸ ἀποτέλεσμα, ὥσπερ ὅταν λέγωμεν διὰ τῆς σφύρας ἐνεργεῖν τὸν τεχνίτην· τότε γὰρ οὐ σημαίνει τὴν σφύραν αἴτιον εἶναι τοῦ ἐνεργεῖν τῷ τεχνίτῃ, ἀλλ' ὅτι αἴτιόν ἐστι τῷ τεχνητῷ τοῦ προϊέναι ἐκ τοῦ τεχνίτου. τούτων οὕτως ἐχόντων σκεπτέον ὅ, τι ποτὲ βούλεται τοῖς ἁγίοις, ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεσθαι, λέγειν· πάντως κἀνταῦθα αἰτίαν τινὰ τὴν, διὰ, σημαίνειν ἐροῦμεν· ἢ τίνος χάριν παρείληπται;

## CAPUT V.

Præpoſitionem igitur Per; in omnibus, in quibus accipitur, cauſam ſignificare, nunquamque dici, niſi aliquam mediantem ſuboſtendat cauſam, nemo eſt qui ignoret. Semper enim & in omnibus, quibus hoc ab hoc per hoc eſſe aut fieri dicitur, illud Per, tanquam communicans aut cooperans primo agenti accipitur. Quemadmodum ſi fabrum per ſerram fabricari dicamus, ſerram quoque cooperari fabro ad ſecandum intelligimus: & modo ei convenienti, hoc eſt, inſtrumentaliter ipſam etiam ſecare, nec ſupervacaneam eam accipi. Per locum etiam, aut per tempus aliquid fuiſſe vel tranſiviſſe dicere, nil aliud dicere eſt, niſi locum etiam & tempus, aliquam cauſam illorum, tranſiverint, vel facta fuerint, eſſe. Et locus enim motus cauſa eſt; ſiquidem omnis motus in magnitudine & diſtantia eſt: tempus quoque maxime confert motui: Omnis enim motus in tempore: abſque vero motu nil omnino corporalium & ſenſibilium fieret. Sine quo autem non fieret aliquid, hoc ſui cauſam habet. In ſyllogiſmis quoque dicere, per medium extrema conjungi, patet, quod per medium tanquam per cauſam, ſecundum motum aut diſcurſum intellectus accidit. Cujus ratio eſt, ut univerſaliter de hac præpoſitione tractemus, In omnibus locutionibus, in quibus dicitur aliquis per aliquem operari, hæc præpoſitio, Per, deſignat in cauſali aliquam cauſam ſeu principium illius actus: ſed cum actio ſit media inter faciens & factum, quandoque illud cauſalis, cui adjungitur hæc præpoſitio, Per; cauſa actionis, ſecundum quod exit ab agente: & tunc eſt cauſa agenti quod agat, ſive ſit cauſa finalis, ſive formalis, ſive effectiva, ſive motiva. In materiali namque cauſa non eſt in uſu accipi: ſed pro ea, Ex: Non enim per ligna & lapides, ſed ex his & his domum eſſe compoſitam dicimus. Cum igitur propter lucri cupiditatem dicimus artificem operari, finalem ſignificamus cauſam: formalem vero, cum dicimus, quod operatur per artem ſuam: motivam vero, ſi dicitur, quod operatur per imperium alterius. Quandoque vero dictio cauſalis, cui adjungitur hæc propoſitio, Per, eſt cauſa actionis, ſecundum quod terminatur ad factum; ut cum dicimus, Artifex operatur per martellum. Non enim ſignificatur, quod martellus ſit cauſa artifici, quod agat, ſed quod ſit cauſa artificiato, ut ab artifice procedat, & quod hoc ipſum habeat ab artifice. Quæ cum ita ſe habeant, conſiderandum, quid velit ſanctos dicere, ex Patre per Filium procedere Spiritum ſanctum. Nempe hic etiam dicemus cauſam quamdam ſignificare præpoſitionem, Per; at primarum quidem trium nullam. Nec enim Filius Patri cauſa eſt, ut ex eo Spi-

Caput V. — Anno Christi 1439.

ritus ſanctus procedat, quod univerſaliter primæ tres cauſæ poſſunt: ſed e converſo eſt. Nec enim Filius cauſa formalis, aut finalis, aut effectiva eſt Spiritus ſancti: cum effectiva quidem cauſa ad creaturam referatur, nec conveniat Spiritui: ipſa vero tota beata Trinitas & bonitas ejus, creaturarum finalis cauſa ſit, non autem una perſona alterius: formalis autem, ipſa divina eſſentia, ſecundum quam Filius & Spiritus ſanctus procedunt: quæ tribus eadem eſt. Reliquum igitur eſt, ut reliquo & quarto modo in re propoſita accipiamus & illum quoad fieri poteſt. Hic enim, in quantum terminatur in effectum, cum ſit actionis cauſa, convenit huic quæſtioni, cum dicimus ex Patre per Filium procedere Spiritum: in quantum vero tanquam inſtrumentum intelligatur, valde diſſimile habet ſignificatum. Non enim ut per inſtrumentum, vel per locum, vel per tempus, aut aliquam cauſam imperfectam dicimus Spiritum ſanctum per Filium procedere: longe etenim hæc ab illa ejus ſumma perfectione, & ſumma ad Patrem æqualitate & unitate abſunt. Nunc enim alia potentia numero producit Spiritum, quam Pater, & Filius, ut tanquam ſecunda vel inſtrumentalis cauſa accipiatur: ſed cum eadem & una in Patre & Filio productiva potentia ſit, æqualiter ex utroque procedere dicitur. Nam & ſerra, ſi homo eſſet, quemadmodum ipſe faber & idem homo: ſicuti Pater & Filius, idem Deus eſt: ſecaret utique etiam illa, prout ipſe faber: & quod diceretur per ſerram, nullam imperfectionem de ſerra notaret. Nec mirum, ſi in divinis utamur imbecillibus & imperfectis verbis & nominibus, cum aliter non poſſumus. Divinas enim res per nomina & intentiones quidem conſueas nobis manifeſtare conamur. Aliter enim impoſſibile eſt nobis ſenſu viventibus de illis loqui. Quod vero prolationi verborum accidit, etiam ſignificatis rebus velle imputare, cavendum ne ſit nefas: multæ enim hoc modo certæque fidei veritates evaneſcerent. Etenim univerſum quoque ex Patre per Filium, creatum eſſe dicimus. Nullus tamen eſt ita audax, ut [illegible] eandem cum Patre cauſam dixerit Filium, quippe qui eadem unaque potentia & actione cum Patre mundum creaverit. Simili igitur modo etiam de Spiritus per Filium productione, inſtrumentalem quidem cauſam etiam ſolum cogitare, blaſphemia eſt: cauſam autem, & hanc non imperfectam, hoc vero neceſſarium eſt: imperfectionem etenim hujus præpoſitionis, Per, longe repellendum: quantum autem perfectionis & pietatis habet, hoc vero acceptandum. Ait enim in octava ad Amphiloćhium beatus Baſilius: Patrem creare per Filium, nec imperfectam Patris creationem, nec imbecillem Filii actionem ſignificat, ſed unitatem voluntatis eorum manifeſtat: quare hæc vox, Per Filium, non minuis effectivam cauſam, ſed ad principaliorem cauſam nos refert. Palam itaque patet, præpoſitionem, Per, cauſam ſignificare. Non enim imbecillem, ait, oſtendit Filii actionem, ſed cauſam cum ordine. Ad principalem enim, inquit, cauſam nos refert. Semper

ἀλλὰ τῶν μὲν πρότερον ἐκτεθειμένων τελῶν οὐδεμίαν· οὔτε γὰρ ὁ υἱὸς τῷ πατρὶ αἴτιος τοῦ προβάλλειν, ὃ καθόλου τὰ προειρημένα τρία αἴτια δύναται, ἀλλ' οὐδὲ ἄρα τὸ ἀνάπαλιν. οὔτε γὰρ ὁ υἱὸς αἰτία εἰδική, ἢ τελική ἐστιν, εἴτε ποιητικὴ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου· τό, τε γὰρ ποιητικὸν αἴτιον πρὸς τὰ κτίσματα ἀναφέρεται, καὶ οὐχ ἁρμόζει ἐπὶ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου· τό, τε τελικόν, αὐτή ἐστιν ὅλη ἡ μακαρία τριὰς καὶ ἡ ἀγαθότης αὐτῆς τῶν κτισμάτων, οὐχ ἓν δὲ πρόσωπον ἄλλου· εἰδικὸν δέ ἐστιν αὐτὴ ἡ θεία οὐσία, καθ' ἣν ὁ υἱὸς καὶ τὸ πνεῦμα προάγονται, ἥτις ἐστὶν ἡ αὐτὴ τοῖς τρισί. λείπεται δή, λοιπόν, καὶ τέταρτον τρόπον ἐπὶ τοῦ προκειμένου παραλαμβάνειν, καὶ τοῦτον ἐφόσον εἰκός. οὗτος γάρ, καθόσον μὲν ὅρον ἔχει τὸ ἀποτέλεσμα, αἴτιον ὑπάρχων τῆς ἐνεργείας, ἁρμόζει ἐπὶ τοῦ νυνὶ ζητουμένου, καὶ μάλιστα διὰ υἱοῦ λεγόντων ἡμῶν ἐκπορεύεσθαι τὸ πνεῦμα· καθόσον δὲ ὡς ὄργανον παραλαμβάνεται, ἀπεμφαίνουσαν ἔχει τὴν ὁμοιότητα· οὐ γὰρ ὡς δι' ὀργάνου, ἢ τόπου, ἢ χρόνου, ἤ τινος τῶν ἀτελῶν αἰτιῶν φαμὲν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον διὰ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι· ταῦτα γὰρ πόρρω τῆς ἐκείνου παντελοῦς τελειότητος, καὶ τῆς ἄκρας πρὸς τὸν πατέρα ἰσότητος ἢ ἑνότητος. οὐ γὰρ ἄλλῃ δυνάμει τῷ ἀριθμῷ παρὰ τὸν πατέρα προβάλλει τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ὁ υἱός, ἵν' ὥσπερ δευτέρα ἢ ὀργανικὴ αἰτία παραλαμβάνοιτο· ἀλλὰ τῷ τὴν αὐτὴν καὶ μίαν ἐν πατρὶ καὶ υἱῷ προβλητικὴν εἶναι δύναμιν, ἐπίσης παρ' ἑκατέρων λέγεται προϊέναι. ἐπεὶ καὶ ὁ πρίων, εἴπερ ἄνθρωπος ἦν ὥσπερ καὶ ὁ τέκτων, καὶ ὁ αὐτὸς ἄνθρωπος, ὥσπερ ἐπὶ πατρὸς καὶ υἱοῦ ὁ αὐτὸς Θεός, ἔπριζεν ἂν κἀκεῖνος, ὥσπερ καὶ ὁ τέκτων· καὶ τὸ διὰ τοῦ πρίονος λεγόμενον, οὐδεμίαν ἂν τοῦ πρίονος κατηγόρει ἀτέλειαν. θαυμαστὸν δὲ οὐδέν, εἰ ἀσθενέσι καὶ ἐπὶ τῶν θείων φωναῖς τε καὶ ῥήμασι χρώμεθα, μὴ ἄλλως δυνάμενοι. τὰ γὰρ θεῖα διὰ τῶν εἰωθότων μὲν ἡμῖν ὀνομάτων ἐκφαίνειν πειρώμεθα· ἄλλως γὰρ φθέγγεσθαί τι νοοῦν περὶ ἐκείνων ἀμήχανον· τὸ δὲ περὶ τὴν ἐκφώνησιν τῶν ὀνομάτων συμβαῖνον, ἐπιχειρεῖν καὶ τοῖς ὑπ' αὐτῶν σημαινομένοις πράγμασιν ἐφαρμόζειν, μὴ οὐ θεμιτὸν ᾖ· πολλὰ γὰρ ἂν οὕτω τῶν ὁμολογουμένων καὶ ἀναγκαίων ἀνατραπείη. καὶ τὰ πάντα γὰρ ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ λέγομεν γενέσθαι. ἀλλ' οὐ δήπου τολμήσειε τις ὀργανικὴν αἰτίαν, ἀλλ' οὐχὶ τὴν αὐτὴν τῷ πατρὶ τὸν υἱὸν λέγειν, ὡς μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ ἐνεργείᾳ τε καὶ δυνάμει τὰ πάντα συνδημιουργήσαντα. καὶ ἐπὶ τῆς δι' υἱοῦ τοίνυν τοῦ πνεύματος ἐκπορεύσεως, ὀργανικὴν μὲν αἰτίαν ἐννοῆσαι γοῦν βλάσφημον· αἰτίαν μέντοιγε καὶ ταύτην οὐκ ἀτελῆ, ἀναγκαῖον. τὸ μὲν γὰρ ἀτελὲς τῆς, διά, ἀποδιαπομπητέον ἐντεῦθεν· ὅσον δὲ εὐσεβείας καὶ πληρότητος ἐπιφέρεται, τοῦτο παραληπτέον. φησὶ δὲ ὁ μέγας Βασίλειος ἐν τῷ ὀγδόῳ τῶν πρὸς Ἀμφιλόχιον· τὸ διὰ τοῦ υἱοῦ δημιουργεῖν τὸν πατέρα, οὔτε ἀτελῆ τοῦ πατρὸς τὴν δημιουργίαν, οὔτε ἄτονον τοῦ υἱοῦ παραδηλοῖ τὴν ἐνέργειαν, ἀλλὰ τὸ ἡνωμένον τοῦ θελήματος αὐτῶν παρίστησιν. ὥστε ἡ, δι' υἱοῦ, φωνή, τῆς προκαταρκτικῆς αἰτίας ὁμολογίαν ἔχει, οὐκ ἐπὶ κατηγορίᾳ τοῦ ποιητικοῦ αἰτίου παραλαμβάνεται. οὕτω μὲν οὖν ἡ, διά, περιφανῶς αἰτίαν σημαίνει. οὐ γὰρ ἄτονον τοῦ υἱοῦ φησί, παραδηλοῖ τὴν ἐνέργειαν, ἀλλ' αἰτίαν τὴν μετὰ τάξεως· τῆς γὰρ προκαταρκτικῆς, φησίν, αἰτίας ὁμολογίαν ἔχει. ἀεὶ γὰρ ὅταν ἔκ τι-



Anno Christi 1439. — Caput V.

νος διά τινος εἶναί τι λέγοιτο, τάξις δηλοῦται πρὸς τὸ ἐξ οὗ, τοῦ δι' οὗ· τοῦ μὲν ἐξ οὗ ὡς ἀρχικοῦ νοουμένου αἰτίου· τοῦ δὲ δι' οὗ, ὡς ὀργάνου ἢ συναιτίου, ἑαυτοῦ προϋποκείμενον ἔχοντος τὸν ἐφ' οὗ λέγεται τὸ ἐξ οὗ. ταύτην δέγε τὴν τάξιν ἀναγκαῖον καὶ ἐπὶ πατρὸς λαμβάνεσθαι καὶ υἱοῦ· παρὰ γὰρ τοῦ πατρὸς πάντα λαβὼν τὰ τοῦ πατρὸς ὁ υἱὸς ἔχει, καὶ μετὰ τοῦ πατρὸς καὶ ἅμα αὐτῷ εὐθὺς συνεπινοεῖται προσεχῶς ὁ υἱός· καὶ υἱὸν λέγοντες, εὐθὺς εἰς τὸν οὗ ἐστιν ὁ υἱὸς ἀναγόμεθα τῇ διανοίᾳ, πατέρα· καὶ πατέρα εἰπόντες, υἱὸν εὐθὺς ἐννοοῦμεν. ταῦτα δὲ ἡ, διά, μάλιστα δύναται, τῆς προκαταρκτικῆς αἰτίας ὁμολογίαν κατὰ τὸν μέγαν Βασίλειον ἔχουσα. διὰ τοῦ υἱοῦ γὰρ τὸ πνεῦμα λέγοντες ἐκπορεύεσθαι, τὸν πατέρα, ἐξ οὗ τοῦτ' ἔχει λαβὼν ὁ υἱός, ἐννοοῦμεν, καὶ ὅτι πρὸς ἕτερον ἀναφέρει τὰ ἑαυτοῦ· τοῦτο καὶ ὁ Χρυσόστομος φησιν ἐξηγούμενος τό, πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο· εἰ γὰρ ἐνταῦθα δι' αὐτοῦ, φησίν, εἴρηται, δι' οὐδὲν ἕτερον εἴρηται, ἀλλ' ἢ ἵνα μὴ ἀγέννητον ὑποπτεύσῃ τις τὸν υἱόν. ὥστε καὶ κατὰ τοῦτον τὸν διδάσκαλον ἡ, διά, ἐπὶ τὴν παρὰ τοῦ πατρὸς γέννησιν ἡμᾶς παραπέμπει, καὶ τὸ ἐκεῖθεν αὐτῷ τὴν τοῦ δημιουργεῖν τὰ ὄντα, καὶ προβάλλειν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον δύναμιν ἥκειν· καὶ δύναται μάλιστα πάντων σημαίνειν τὴν τάξιν τὴν πρὸς ἀλλήλους πατρὸς καὶ υἱοῦ, καὶ οὕτως ἀναγκαίως παραλαμβάνεσθαι. ὥσπερ γάρ ἐστιν ἐν αὐτοῖς ἄκρα δυνάμεως ἰσότης, μᾶλλον δὲ ἄκρα ταυτότης, οὕτως οὐδὲν ἧττον πρὸς ταύτῃ καὶ ἄκρα ἐστὶ τάξις, ἣν ἡ, διά, δύναται παραλαμβανομένη δηλοῦν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὕτως·

etenim cum aliquid ex aliquo per aliquem eſſe dicitur, ordo quidam ad illum ex quo, illius per quem, ſignificatur: Ex quo quidem, tanquam principali cauſa: per quem vero, tanquam inſtrumentali accepta vel concauſa, quæ præſupponit ſibi illum, qui dicitur ex quo: hunc autem ordinem neceſſe, etiam inter Patrem & Filium eſſe. Ex Patre etenim omnia, quæ Patris ſunt, accipit Filius & habet: poſtque Patrem & ſimul cum eo; ſubito & immediate intelligitur Filius. Cum enim Filium dicimus, ſubito in Patrem, cujus Filius eſt, mente reducimur; & cum Patrem dicimus, Filium ſtatim intelligimus. Hæc autem maxime præpoſitio Per, poteſt ad principalem cauſam, teſte beato Baſilio, nos reducere. Per Filium enim dicentes Spiritum ſanctum procedere, Patrem, ex quo Filius hoc habet, concipimus: & quod ad alium refert quæ ſua ſunt. Item Chryſoſtomus etiam illud evangelii exponens, *Omnia per ipſum facta ſunt* (Joan. 1.): Si enim hic, ait, *per ipſum*, dictum eſt, nulla alia de cauſa dictum eſt, niſi ne aliquis ſuſpicetur Filium ingenitum eſſe. Quare ſecundum hunc etiam doctorem, præpoſitio Per, ad nativitatem ex Patre nos remittit: ut intelligamus illinc ei potentiam datam, cum univerſi creandi, tum Spiritus ſancti producendi: & plus aliis poteſt ſcilicet præpoſitio, Per, ordinem Filii ad Patrem ſignificare, quæ maxime neceſſaria eſt in Trinitate. Quemadmodum enim ſumma in eis potentiæ æqualitas eſt, imo potius ſumma identitas, ita nil minus etiam ſummus eſt ordo, quem ipſa, Per, maxime poteſt, ut probatum eſt ſignificare. Et de his quidem ſatis.

*Auctoritates ſanctorum doctorum, qui hac præpoſitione, Per, utuntur: & probatio quod cauſam ſignificat.* — Caput VI.

## ΚΕΦΑΛ. ϛ'.

ῬΗΤΕΟΝ δὲ καὶ ὅσοι τῶν ἔξωθεν λόγων οἱ ἐξ ἑῴας πατέρες, καὶ οἵ τινες ἐπὶ τῆς τοῦ παναγίου πνεύματος ἐκπορεύσεως ἐχρήσαντο ἐπὶ τοῦ υἱοῦ τῇ διά. πρῶτον μὲν οὖν ὁ θεῖος Ἀθανάσιος ἐν τῷ ἐπιγεγραμμένῳ λόγῳ, ἔλεγχος ὑποκρίσεως τῶν περὶ Μελέτιον καὶ Εὐσέβιον· ἦν δὲ ἀδύνατον, φησίν, ἐν τῇ τῆς Τριάδος δόξῃ τὸ πνεῦμα δοξάζεσθαι, μὴ προοδικῶς ὂν ἐκ Θεοῦ δι' υἱοῦ, ἀλλὰ ποιητικῶς ἐκ Θεοῦ γεγονός, ὡς λέγουσιν. ἐπιστῆσαι οὖν ἄξιον, ὅτι περὶ τῆς τοῦ πνεύματος ὑποστάσεως ὁ λόγος ἐνταῦθα τῷ διδασκάλῳ, τοῦ ἑνὸς τῆς Τριάδος, οὐ χαρίσματός τινος ἀνυποστάτου, καθὼς ἄν τινες φαῖεν· καὶ ὅτι αὐτὸ τοῦτο τὸ συμπληρωτικὸν τῆς Τριάδος εἶναί φησιν ἐκ Θεοῦ δι' υἱοῦ· τό, τε γὰρ εἶναι, τὸ ὑπάρχειν δηλοῖ καθαρῶς, καὶ τὸ τὴν ὕπαρξιν ἔχειν, καὶ μάλιστα τὸ εἶναι προοδικῶς. καὶ τὸ ἐκ Θεοῦ δι' υἱοῦ προοδικῶς εἶναι λέγειν αὐτό, ἐκ Θεοῦ δι' υἱοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχειν αὐτὸ λέγειν ἐστί. εἰπὼν δέ, ἐκ Θεοῦ δι' υἱοῦ, καὶ οὐκ ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ, ἀποκλείει τὸν λόγον τοῖς λέγουσιν, ὡς διὰ τοῦτό φησι δι' υἱοῦ, ἐπειδὴ τοῦ πατρὸς ἐμνήσθη, ὀνόματος ἀναφορικοῦ τε ὄντος, καὶ πάντως υἱὸν ἀπαιτοῦ-

## CAPUT VI.

DICENDUM autem, quinam patres orientales, & quibus in locis, de proceſſione Spiritus ſancti uſi ſunt ipſa, Per, in Filio. Primum itaque divinus Athanaſius in ſermone, qui inſcribitur: Redargutio ſimulationis Meletii & Euſebii: Erat autem impoſſibile, inquit, Spiritum inter Trinitatem cum gloria numerari, ſi non eſſet emanatus ex Deo per Filium, ſed per modum creaturæ ex Deo factus, ut autumant. Animadvertendum igitur, quod de perſona Spiritus eſt hic ratio, qui unus in Trinitate eſt: ſed non, ut aliqui dicerent, de quadam non ſubſiſtente gratia; quodque ipſum Spiritum, qui Trinitatem complet, eſſe ait ex Deo per Filium. Eſſe etenim exiſtere ſignificat clare, & ipſum ſubſiſtere, & maxime eſſe emanative. Et affirmare, ex Deo per Filium, cum eſſe emanative, nil aliud eſt dicere, niſi ex Deo per Filium ſubſiſtere cum & exiſtere. Dicens vero, ex Deo per Filium, non ex Patre per Filium; vanam arguit aliquorum rationem, qui dicunt, ideo eum dixiſſe per Filium, quia Patrem nominavit, quod relativum eſt no-

CAPUT VI.

nomen, & ideo requirit Filium. Habe- A ret enim hoc aliquam rationem, etſi non ſufficientem, ſi ex Patre per Filium dixiſſet: nunc vero non hoc dicit, ſi ex Deo per Filium. Deinde Baſilius cum quæreret, quare Spiritus non dicatur Filii filius: Non ideo, inquit, quia non eſt ex Deo per Filium; ſed ut Trinitas non in multitudinem infinitam incidat, filios ex filiis, ut in hominibus fit, credita propagare. Primo itaque ex ipſamet quæſtione, cum quærat; cur Spiritus ſanctus non dicatur filius Filii; manifeſte apparet, non fuiſſe beatum Baſilium hujus opinionis, nihil videlicet Filium conferre ad eſſe Spiritus. Non enim talem B quæſtionem moviſſet; quemadmodum nullus quæreret, quare Spiritus non ſit pater Patris, vel genitor Filii. Deinde ex ipſa ſolutione quæſtionis apparet, quod putabat Filium cauſam Spiritus; & hoc per præpoſitionem Per, ſignificare. Cum enim liceret ei dicere, quod ideo non eſt filius Filii, quia nec ex eo, nec per eum eſt, nec eum habet ſui ipſius cauſam, (quænam eſſet ſolutio convenientior?) hoc quidem non dixit, ſed aliam reddidit rationem: Eſt enim, inquit, ex Deo per Filium, & hoc negandum non eſt. Quod ſi hoc cogat, & filium eum Filii & eſſe & dici; & diceretur, C inquit, etiam hoc, niſi hoc inconveniens ſequeretur, quod Trinitas multitudo infinita putaretur. Quod ſi hoc abſurdum non timeretur, diceretur etiam filius Filii. At ſi filius Filii diceretur, nullus dubitaret, quod Filium etiam haberet ſui cauſam. Igitur etiam cum dicatur per Filium eſſe, Filium habet cauſam; ipſe etiam eſſe ait, quod verbum potiſſimum exiſtentiam & ſubſiſtentiam ſignificat, & eſſe ex Deo per Filium, prout ſacer Athanaſius dixit. Nec igitur de gratiis non ſubſiſtentibus eſt ei propoſitum dicere, nec propter relationem per Filium dictum eſt; nec propoſitio, Per, D idem poteſt, quod præpoſitio, Cum. Quæ enim ratio eſt, ideo aliquos ſuſpicari, Spiritum Filium eum Filii poſſe dici & eſſe, quia ex Deo cum Filio eſt? Cum igitur nullum de his tribus refugiis, ad quæ ſe omnes ſolent referre, his ſanctorum doctorum teſtimoniis relinquatur, neque conveniat, palam patet, cauſam hic ſignificare hanc præpoſitionem, Per. Idem ex alia ejuſdem auctoritate probatur, dicentis: Ideo quod ex Deo quidem Spiritus ſit, palam prædicavit apoſtolus, dicens: *Spiritum, qui ex Deo eſt, accipimus*; (1. Cor. 2.) Et quod per Filium manifeſtatus ſit, aperte oſtenditur, cum illum Filii Spiritum, E quemadmodum etiam Dei nominaverit; Ideo enim dicitur Filii Spiritus, inquit, quia per eum manifeſtatus eſt. Cuncti etiam patres occidentales communi ſententia, ideo dicunt Filii Spiritum & eſſe & dici, quia ex eo procedit. Idem igitur occidentales doctores ſignificant, cum dicunt ex Filio Spiritum procedere, quod ſanctus Baſilius, cum dicit, per Filium eum manifeſtari. At dicere, ex Filio eum procedere, nihil aliud ſignificat, niſi quod Filius etiam ſit cauſa Spiritus. Igitur & ſi

A τος. εἶχε γὰρ ἄν τινα λόγον ἡ πρόφασις εἰ καὶ μηδὲ τότε, εἰ ἐκ πατρὸς διʼ υἱοῦ ἔλεγε. νῦν δʼ οὐ τοῦτό φησιν, ἀλλʼ ἐκ Θεοῦ διʼ υἱοῦ. ἔπειτα δὲ ὁ μέγας Βασίλειος ἐν ἑνὶ τῶν κεφαλαίων, οὗ ἐπιγραφή, διὰ τί μὴ τὸ πνεῦμα υἱὸς τοῦ υἱοῦ, φησίν. ὅτι οὐ διὰ τὸ μὴ εἶναι ἐκ Θεοῦ διʼ υἱοῦ, ἀλλʼ ἵνα ἡ Τριὰς μὴ νομισθῇ πλῆθος ἄπειρον, υἱοὺς ἐξ υἱῶν, ὡς καὶ ἐν ἀνθρώποις, ἔχειν ὑποπτευθεῖσα. πρῶτον μὲν αὐτόθεν ἀπʼ αὐτοῦ ζητήματός τε καὶ τῆς ἀπορίας, διὰ τί μὴ υἱὸς τοῦ Θεοῦ λέγεται τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἔστι ποείσασθαι, μὴ ταύτης εἶναι τῆς δόξης τὸν μέγαν Βασίλειον, δηλονότι μηδὲν εἰς τὸ εἶναι τοῦ πνεύματος συμβάλλεσθαι τὸν υἱόν. οὐδὲ γὰρ B ἂν τοιοῦτον ἐκίνησε ζήτημα, ὥσπερ οὐδὲ διὰ τί μὴ τὸ πνεῦμα πατὴρ τοῦ υἱοῦ ἐζήτησεν ἄν τις. ἔπειτα δὲ καὶ ἀπʼ αὐτῆς τῆς τοῦ ζητήματος λύσεως φαίνεται νομίζων τὸν υἱὸν αἰτίαν τοῦ πνεύματος, καὶ τοῦτο παραδηλῶν διὰ τῆς, διά. ἐξὸν γὰρ εἰπεῖν, ὅτι διὰ τοῦτο οὐκ ἔστιν υἱὸς τοῦ υἱοῦ, διότι οὐκ ἐξ αὐτοῦ, οὐδὲ διʼ αὐτοῦ ἐστιν, οὔτε μὴν αὐτὸν ἔχει αἰτίαν· καίτοι τίς ἄλλη μᾶλλον ἁρμόζουσα λύσις; τοῦτο μὲν οὐκ εἶπεν, ἀλλʼ ἄλλην αἰτίαν ἀπέδωκεν· ἔστι μὲν γάρ, φησίν, ἐκ Θεοῦ διʼ υἱοῦ. καὶ τοῦτο οὐκ ἔστιν ἀρνήσασθαι· εἰ δὲ τοῦτʼ ἀναγκάζει καὶ υἱὸν αὐτὸ τοῦ υἱοῦ εἶναι καὶ λέγεσθαι, ἐλέγετο ἄν, φησί, καὶ τοῦτο C εἰ μή τι ἕτερον ἄτοπον ἀπήντα, τὸ πλῆθος ἄπειρον τὴν τριάδα νομισθῆναι· ὡς τοῦ γε ἀτοπήματος τούτου μὴ ἀκολουθοῦντος, ἐλέγετο ἄν, φησί, καὶ υἱὸς τοῦ υἱοῦ. ἀλλʼ εἰ υἱὸς ἐλέγετο τοῦ υἱοῦ, ἀναμφιβόλως καὶ αἰτίαν εἶχεν ἂν τὸν υἱόν· καὶ διὰ τοῦ υἱοῦ ἄρα εἶναι λεγόμενον, καὶ τὸν υἱὸν ἔχει αἰτίαν· καὶ αὐτὸς δὲ εἶναί φησιν, ὃ μάλιστα τῶν ῥημάτων τὸ ὑπάρχειν δηλοῖ καὶ τὴν ὕπαρξιν, καὶ ἐκ Θεοῦ διʼ υἱοῦ, κατὰ τὸν ἱερὸν Ἀθανάσιον. οὔτε οὖν περὶ χαρισμάτων τινῶν ἐνταῦθά φησιν, ἵνα ᾖ τὸ διʼ αὐτοῦ προχεόμενον ἢ χορηγούμενον, οὔτε διὰ τὴν ἀναφοράν, διʼ αὐτοῦ εἴρηται, δηλαδὴ τοῦ υἱοῦ· οὐ γὰρ ἐκ πατρός, ἀλλʼ ἐκ Θεοῦ εἴρηται· οὔτε ἡ, διά, ταυ- D τὸ τῇ, μετά, δύναται ἐνταῦθα· τίνα γὰρ λόγον ἔχει, διὰ τὸ ἐκ Θεοῦ μετὰ τοῦ υἱοῦ εἶναι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὑποπτεύειν τινὰς δύνασθαι καὶ υἱὸν τοῦ υἱοῦ δεῖν ὀνομάζεσθαι; ὅτι τοίνυν οὐδεμία τούτων καταφυγὴ τῶν τριῶν, εἰς ἃς εἰώθασιν ἅπαντες ἑαυτοὺς ἀναφέρειν, τῷ παρόντι χωρίῳ λείπεται, φαίνεται καθαρῶς ἐνταῦθα τὴν, διά, σημαίνειν αἰτίαν. τοῦτο δὲ σαφέστερον δείκνυται καὶ ἀπὸ ἑτέρας τοῦ αὐτοῦ χρήσεως, λέγοντος· διὰ τοῦτο μὲν ἐκ Θεοῦ τὸ πνεῦμα εἶναι, τρανῶς ἐκήρυξεν ὁ ἀπόστολος λέγων, τὸ πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐλάβομεν· καὶ τὸ διὰ τοῦ υἱοῦ πεφηνέναι, σαφὲς πεποίηκεν, υἱοῦ πνεῦμα ὀνομά- E σας αὐτὸ καθάπερ καὶ Θεοῦ· διὰ τοῦτο γάρ, φησίν, υἱοῦ λέγεται πνεῦμα, διότι πέφηνε διʼ αὐτοῦ. ἀλλὰ καὶ οἱ δυτικοὶ πάντες πατέρες ὥσπερ ἐκ κοινῆς συμφωνίας, διὰ τοῦτό φασιν υἱοῦ λέγεσθαι πνεῦμα καὶ εἶναι, διότι ἐξ αὐτοῦ ἐκπορεύεται. ταυτὸν ἄρα τοῖς δυτικοῖς τὸ ἐξ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι δύναται, ᾧ φησιν ὁ μέγας Βασίλειος διὰ τοῦ υἱοῦ πεφηνέναι. ἀλλὰ τὸ ἐκ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι αὐτὸ λέγειν, τοῦ πνεύματος αἰτίαν εἶναι δηλοῖ τὸν υἱόν, καὶ τὸ διὰ υἱοῦ πεφηνέναι, ἄρα σαφῶς τοῦ πνεύματος αἴτιον βούλεται τὸν υἱὸν λέγειν. εἰ δὲ τὸ

ANNO CHRISTI 1439.



ANNO CHRISTI 1439.

τὸ διʼ υἱοῦ πεφηνέναι, τὴν εἰς τὸν αἰσθητὸν τουτονὶ κόσμον ἔκφανσιν καὶ φανέρωσιν αὐτοῦ τις δηλοῦν βούλεσθαι λέγει, οὐ καλῶς λέγει. εἰ γὰρ διὰ τοῦτό ἐστι τοῦ υἱοῦ πνεῦμα τὸ πνεῦμα, οὐκ ἀϊδίως αὐτό, οὐδὲ φύσει, ἀλλʼ ἐπίκτητον αὐτὸ ἔχει λαβὼν καὶ ἐν χρόνῳ, ἐξ ὅτου τῷ κόσμῳ αὐτὸ ἐνεφάνισεν, ὃ πόρρω πάσης μανίας. τοῦ γὰρ ἀποτελέσματος προεπινοεῖσθαι τὴν αἰτίαν ἀνάγκη, αἰτία δὲ τοῦ τὸ πνεῦμα εἶναι πνεῦμα υἱοῦ, τὸ διʼ υἱοῦ πεφηνέναι. εἰ οὖν ἀϊδίως καὶ φύσει τὸ πνεῦμα υἱοῦ πνεῦμα, καὶ ἀϊδίως διʼ υἱοῦ πέφηνε· τὸ δὲ ἀϊδίως διʼ αὐτοῦ πεφηνέναι, εἰ μὴ τὸ ἀϊδίως διʼ αὐτοῦ ἐκπορεύεσθαι καὶ τὴν ὕπαρξιν ἔχειν σημαίνει, θαῦμα ἂν εἴη. ἀλλὰ καὶ τό, καθάπερ καὶ Θεοῦ, τῷ λόγῳ προσκείμενον, μέγα τῇ ἡμετέρᾳ ἐξηγήσει συμβάλλεται· οὕτω γάρ, φησίν, υἱοῦ λέγεται πνεῦμα καθάπερ καὶ Θεοῦ. ἀλλὰ τοῦ Θεοῦ λέγεται πνεῦμα, ὡς ἐκπορευόμενον ἐξ αὐτοῦ. καὶ τοῦ υἱοῦ ἄρα λέγεται πνεῦμα, ὡς ἐκπορευόμενον διʼ αὐτοῦ, εἴτουν διʼ αὐτοῦ πεφηνός, ταυτὸν γὰρ ἀμφότερα σημαίνειν ἀποδέδεικται. ἐνταῦθα δὲ καὶ μάλιστα φαίνεται, μηδεμίαν ἔχειν χώραν ἀντὶ τῆς, μετά, μεταλαμβάνεσθαι τὴν, διά. τὸ γὰρ εἶναι, φησί, πνεῦμα διʼ υἱοῦ, σημεῖόν ἐστι τοῦ διʼ αὐτοῦ πεφηνέναι. εἰ γοῦν τὸ διʼ αὐτοῦ πεφηνέναι, τὸ μετʼ αὐτοῦ πεφηνέναι ἐσήμαινεν, οὐδὲν δὲ μᾶλλον μετὰ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα, ἢ μετὰ τοῦ πνεύματος πέφηνεν ὁ υἱός, ἔδει ἂν καὶ τοῦ μετὰ τοῦ πνεύματος τὸν υἱὸν πεφηνέναι, σημεῖον ἕτερον εἶναι, τὸ τὸν υἱὸν τοῦ πνεύματος λέγεσθαι· ἀλλὰ τοῦτο οὐ λέγεται, οὐκ ἄρα οὐδὲ μετὰ τοῦ πνεύματος ὁ υἱὸς πέφηνεν. ἀλλὰ τοῦτο καὶ ψεῦδος καὶ βλάσφημον· πέφηνε γὰρ σὺν τῷ πνεύματι καὶ ἅμα τῷ πνεύματι, διʼ αὐτοῦ δὲ ὅμως οὐ πέφηνεν· ἕτερον ἄρα περιφανῶς τὸ διʼ αὐτοῦ πεφηνέναι τοῦ σὺν αὐτῷ ἢ μετʼ αὐτοῦ πεφηνέναι. ἀλλὰ φησίν· οὐ λέγεται τοῦ πνεύματος ὁ υἱός, ἵνα μὴ πατὴρ αὐτοῦ δόξῃ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. ἀναφορικὸν γὰρ ὄνομα ὢν ὁ υἱός, ἀποδίδοται πρὸς πατέρα. ὥστε εἰ μὴ τοῦτο ὑπενοεῖτο τὸ ἄτοπον, καὶ ὁ υἱὸς ἂν τοῦ πνεύματος ὠνομάζετο, διὰ τὸ σὺν τῷ πνεύματι καὶ ἅμα αὐτῷ προελθεῖν ἐκ πατρός. ἀλλʼ ὦ βέλτιστοι, καὶ τὸ πνεῦμα ἀναφορικόν ἐστιν ὄνομα, καὶ πρὸς τὸν πνέοντα ἀποδίδοται ἐξ ἀνάγκης, καὶ οὗ λέγεται πνεῦμα, ἐξ ἐκείνου πάντως καὶ πνεῖται. (a Lege, n. II,) ὅτι γὰρ ἀναφορικὰ τὰ ὑποστατικὰ ὀνόματα τῆς Τριάδος, οὐδεὶς ἀντερεῖ. ὑποστατικὸν δὲ τοῦ πνεύματος ὄνομα, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον λέγεται, ὥσπερ καὶ τοῦ πατρὸς ὁ πατήρ, καὶ ὁ υἱὸς τοῦ υἱοῦ· καὶ ἀναφορικὸν ἐξ ἀνάγκης, ὥσπερ καὶ ταῦτα· εἴπερ οὐσία μὲν οὐκ εἰσιν, ἄλλο δὲ παρὰ τὰς ἀναφοράς τε καὶ τὴν οὐσίαν ἐν τοῖς θείοις οὐκ ἔστιν. ὥσπερ οὖν τὸν υἱὸν διὰ τὸ ἀναφορικὸν ὄνομα εἶναι ἀποδίδοσθαι πρὸς πατέρα, δεδίαμεν υἱὸν τοῦ πνεύματος λέγειν, ἵνα μὴ πατὴρ αὐτοῦ νομισθῇ· οὕτω καὶ τὸ πνεῦμα, ἀναφορικὸν ὄνομα ὄν, καὶ πάντως ἀποδιδόμενον πρὸς τὸν πνέοντα, ἐξ ἐκείνου καὶ πνεῖται, οὗ πνεῦμα λέγεται εἶναι. ὡς ἂν δὲ μηδεμία τοῖς λόγοις τούτοις καταλείποιτο πρόφασις, καὶ φανείη σαφέστερον αἰτίαν σημαίνουσα ἡ, διά, Μάξιμος ὁ θεῖος παρείτω, ἐν οἷς ἑρμηνεύει, τί δῆτα βούλεται τῷ

A per Filium dicere eum manifeſtari, palam ſignificat, Filium cauſam eſſe Spiritus ſancti. Quod ſi hoc, quod dicimus per Filium eum manifeſtari, dicat aliquis ſignificare, ad ſenſibilem hunc modum ejus manifeſtationem & temporalem miſſionem, non recte dicet. Si enim ideo Spiritus eſt Filii Spiritus, nec æternaliter nec natura, ſed accidentaliter & temporaliter illum habet, ex quo ſcilicet mundo illum manifeſtavit: quod impium eſt etiam cogitare: Effectus enim ut præſupponat cauſam neceſſe eſt. Quod autem per Filium Spiritus manifeſtetur, hoc eſt cauſa, ut Spiritus ſit Spiritus Filii. Si B igitur effectus, videlicet quod Spiritus ſit Spiritus Filii, æternaliter etiam eſt, multo magis & cauſa, videlicet quod per eum manifeſtatus fuerit, æterna & naturalis ſit neceſſe eſt: Æternaliter autem per eum manifeſtari, quid aliud, niſi quod æternaliter ab eo procedit, ſignificat? Illud etiam quod additur, Quemadmodum & Dei, noſtram expoſitionem corroborat. Ita enim, ait, dicitur Spiritus Filii, quemadmodum & Dei. At Dei dicitur Spiritus, tanquam ex eo procedens; Igitur etiam Filii dicitur Spiritus, tanquam ex eo procedens, ſive per eum manifeſtatus: Idem enim ambo ſignificare probatum eſt. Hic autem C potiſſimum apparet, nullo modo præpoſitionem, Per, debere accipi pro, Cum. Quod enim ſit Filii Spiritus, ſignum eſt, inquit, quod per eum manifeſtatus ſit. Si igitur Per eum manifeſtari, idem atque Cum eo manifeſtari, ſignificaret, cum nil minus cum Filio Spiritus, quam cum Spiritu Filius manifeſtatus ſit, oporteret ut etiam Filius Spiritus diceretur, in ſignum quod cum Spiritu Filius manifeſtatus ſit. At hoc non dicitur, igitur nec cum Spiritu Filius manifeſtatus eſt. Sed hoc mendacium & impium eſt dicere: manifeſtatus eſt enim cum Spiritu, non tamen per Spiritum. Quo ſit, ut aliud ſit, per eum manifeſtari, & a- D liud, quod cum eo manifeſtetur. *Sed dicet aliquis: Ideo Filius non dicitur Spiritus, ne Pater ejus videatur eſſe Spiritus ſanctus*: Filius enim, cum nomen ſit relativum, refertur ad Patrem. Quare, ſi non timeretur hoc inconveniens, Filius etiam Spiritus diceretur, eo quod cum Spiritu, & ſimul cum Spiritu progrediatur ex Patre. At, o vir optime, Spiritus quoque relativum nomen eſt, & ad ſpirantem refertur: & cujus dicitur Spiritus, ab illo etiam ſpiratur. Quod enim perſonalia nomina Trinitatis relativa ſunt, nullus ignorat. Perſonale vero nomen Spiritus eſſe, quod ſanctus Spiritus dicatur, nemo inficiatur, quemadmodum Patris pa- E ter, & Filii filius; & neceſſario relativum, quemadmodum & illa: ſiquidem eſſentia non ſunt, nec aliud eſt in divinis præter eſſentiam & relationes. Quemadmodum igitur Filium, cum ſit nomen relativum, & referatur ad Patrem, veremur filium Spiritus dicere, ne Spiritus pater ejus putaretur; ita & Spiritus, cum ſit nomen relativum & neceſſario ad ſpirantem referatur, ab eo etiam ſpiratur, cujus dicitur Spiritus eſſe. Ut vero nulla cuiquam excuſatio relinquatur, & clarius appareat præpoſitio, Per, ſignificans cauſam, ſanctus Maxi-

CAPUT VI.

CAPUT VI.

*Zach. 4.*

A Maximus in medium adeat; qui exponens quid velit illud Zachariæ prophetæ: *Aurea lampas, & quod ſupra eam*, ſic dicit: Spiritus enim ſanctus, quemadmodum natura ſecundum eſſentiam Dei & Patris eſt, & Filii ſecundum eſſentiam eſt, tanquam ex Patre eſſentialiter per Filium ineffabiliter natum procedens: Filii enim eſt, inquit, eſſentialiter Spiritus, non adventitius & deforis, nec temporaliter illum accipientis, ſed ab æterno eſſentialiter illum habentis, quemadmodum & Pater: Cujus ratio eſt, quod ex Patre per eum eſſentialiter procedit. Et attende, quod unius & ejuſdem rei rationem reddentes, tam beatus Baſilius, quam ſanctus Maximus, videlicet cur B Spiritus dicitur Spiritus Filii, eamdem uterque reddit. Quia enim ex Patre per eum procedit, ideo Spiritum ejus eſſe & dici aſſeverant. Et quod ſanctus Maximus per eum procedere, inquit, illud beatus Baſilius per eum manifeſtari dixit, ſignificans, idem poſſe manifeſtari atque procedere. Quod ſi per eum procedere, per eum eſſe & exiſtentiam habere ſignificat; igitur & per eum manifeſtari, per eum eſſe & exiſtentiam habere ſignificat: Et præpoſitio, Per, cauſam hic neceſſario ſignificat, nec ullo modo aliter capi poteſt. At Nyſſenus etiam Gregorius idem pleriſque in locis ait: non ſolum cum Trinitatem C cauſa & cauſato diſtingui aſſeverat, ſed etiam in primo ſuorum contra Eunomium librorum, de diſtinctione divinarum perſonarum tractans: Spiritus, inquit, Patri conjunctus, ſecundum quod uterque increatus, & rurſus ab eo diſtinguitur, eo quod non eſt Pater, prout ille eſt: Filio vero, & ſecundum quod uterque increatus eſt, & ſecundum quod uterque ex primo principio ſuam ſubſiſtentiam habet, conjunctus, diſtinguitur ab eo ſua proprietate, quæ eſt, quod nec ut unigenitus ex Patre productus eſt, & quod per ipſum Filium ſit manifeſtatus: Et cum creatura per Filium ſit producta, ne quis putet aliquid commune eſſe D Spiritui & creaturæ, propterea quod dicitur per Filium manifeſtatus, immutabilitate & immobilitate a creatura diſtinguitur. Hic enim manifeſte de divina unione & diſtinctione ſanctus doctor loquuturus, proponit ſibi Spiritum ſanctum: quem ad Patrem comparans & Filium, invenit quæ communia eis & unientia, quæ vero propria & diſtinguentia ſunt. Patri itaque, inquit, conjunctus, ſecundum quod uterque increatus eſt: ac ſi diceret, per abſoluta & eſſentialia, quæ per nomen increati ſignificantur: rurſus ab eo diſtinguitur, eo quod non eſt Pater ut ille. Cum Filio vero commune habens, quod uterque in- E creatus, & omnia eis abſoluta communia ſint, cum una eademque utriuſque eſſentia ſit, item quod uterque Deum & Patrem ſui principium habet, tamen ab eo his duobus diſtinguitur: Primo, quod non per generationem ut Filius, ſed per proceſſionem videlicet ex Patre ſit; ac ſi diceret, per diverſum ſubſiſtentiæ modum: Secundo, quod per ipſum Filium manifeſtatus ſit. Si igitur, Per eum, idem ſignificaret ac, Cum eo, prout aliqui ſomniant; mirum eſſet profecto, ſi ideo Spiritus diſtinguatur

ANNO CHRISTI 1439.

A προφήτῃ Ζαχαρίᾳ ἡ χρυσῆ λυχνία, καὶ τὸ ἐπ' αὐτῇ λαμπάδιον καὶ οἱ λύχνοι, λέγων ἐν ἐκείνοις ὡδί. τὸ γὰρ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὥσπερ φύσει κατ' οὐσίαν ὑπάρχει τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, οὕτω καὶ τοῦ υἱοῦ κατ' οὐσίαν ἐστὶν, ὡς ἐκ τοῦ πατρὸς οὐσιωδῶς δι' υἱοῦ γεννηθέντος ἀφράστως ἐκπορευόμενον. τοῦ υἱοῦ γὰρ, φησὶν, οὐσιωδῶς ἐστὶ τὸ πνεῦμα, οὐκ ἐπίκτητον αὐτὸ καὶ ἔξωθεν, οὐδὲ χρονικῶς εἰληφότος, ἀλλ' ἐξ ἀϊδίου κατ' οὐσίαν αὐτὸ κεκτημένου, καθάπερ καὶ ὁ πατήρ, καὶ ἡ αἰτία, ὅτι ἐκ τοῦ πατρὸς δι' αὐτοῦ οὐσιωδῶς ἐκπορεύεται. καὶ βλέπε ὅτι τοῦ αὐτοῦ καὶ ἑνὸς πράγματος, ὅ, τε μέγας Βασίλειος, ὅ, τε θειότατος Μάξιμος αἰτίαν ἀποδιδόντες τοῦ διατί τὸ πνεῦμα λέγεται πνεῦμα υἱοῦ, τὴν B αὐτὴν ἀποδιδόασι καὶ ἀμφότεροι· διὰ γὰρ τὸ δι' αὐτοῦ ἐκ πατρὸς ἐκπορεύεσθαι, καὶ πνεῦμα εἶναι αὐτοῦ διατείνονται. ὃ οὖν Μάξιμος, δι' αὐτοῦ ἐκπορεύεσθαι, ἔφησε, τοῦτο ὁ θεῖος Βασίλειος, δι' αὐτοῦ πεφηνέναι φησὶν, εἰς ἴσον τιθεὶς τὸ πεφηνέναι τῷ ἐκπορεύεσθαι. εἰ δὲ τὸ δι' αὐτοῦ ἐκπορεύεσθαι, τὸ δι' αὐτοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχειν δηλοῖ, ἄρα καὶ τὸ δι' αὐτοῦ πεφηνέναι, τὸ δι' αὐτοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχειν παρίστησι· καὶ αἰτίαν ἡ, διά, ἐξ ἀνάγκης ἐνταῦθα δηλοῖ, καὶ οὐδαμῶς ἄλλως λαμβάνεσθαι δύναται. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὁ Νύσσης Γρηγόριος πολλαχοῦ μὲν καὶ ἀλλαχοῦ σαφέστατα τοῦτο φησίν· οὐκ ἐν οἷς μόνον τῷ αἰτιατῷ καὶ αἰτίῳ διακρίνεσθαι C λέγει τὴν Τριάδα ἀλλήλων, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ πρώτῳ τῶν πρὸς Εὐνόμιον, σαφῶς περὶ διακρίσεως τῶν θείων προσώπων τὸν λόγον ποιούμενος. τὸ πνεῦμα, φησὶ, τῷ πατρὶ κατὰ τὸ ἄκτιστον συναπτόμενον, πάλιν ἀπ' αὐτοῦ τῷ μὴ πατὴρ εἶναι καθάπερ ἐκεῖνος, διαχωρίζεται. τῆς δὲ πρὸς τὸν υἱὸν κατὰ τὸ ἄκτιστον συναφείας, καὶ ἐν τῷ τὴν αἰτίαν τῆς ὑπάρξεως ἐκ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων ἔχειν, ἀφίσταται πάλιν τῷ ἰδιάζοντι ἐν τῷ μήτε μονογενῶς ἐκ τοῦ πατρὸς ὑποστῆναι, καὶ ἐν τῷ δι' αὐτοῦ τοῦ υἱοῦ πεφηνέναι. πάλιν δὲ τῆς κτίσεως διὰ τοῦ μονογενοῦς ὑποστάσης, ὡς ἂν μὴ κοινότητά τινα πρὸς ταύτην ἔχειν νομισθῇ τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ διὰ τοῦ υἱοῦ πεφηνέναι, ἐν τῷ D ἀτρέπτῳ καὶ ἀναλλοιώτῳ καὶ ἀπροσδεεῖ τῆς ἑτέρωθεν ἀγαθότητος διακρίνεται τὸ πνεῦμα ἀπὸ τῆς κτίσεως. ἐνταῦθα περὶ θείας ἑνώσεώς τε καὶ διακρίσεως ὁ διδάσκαλος τὸν λόγον ποιούμενος, προχειρίζεται μὲν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, παραβάλλων δ' αὐτὸ πρός τε τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν, εὑρίσκει τίνα μὲν αὐτοῖς κοινὰ καὶ ἑνοῦντα, τίνα δὲ ἴδιά τε καὶ διακρίνοντα. τῷ μὲν οὖν πατρὶ, φησὶ, κατὰ τὸ ἄκτιστον συναπτόμενον· τοῦτο δ' ἐστὶ τοῖς ἀπολελυμένοις καὶ οὐσιώδεσιν, ἃ διὰ τῆς ἀκτίστου σημαίνει φωνῆς· τῷ μὴ πατὴρ εἶναι καθάπερ ἐκεῖνος, ἀπ' αὐτοῦ πάλιν διαχωρίζεται. τῷ δὲ υἱῷ κοινωνοῦν αὐτῷ τε τῶν ἀπο- E λελυμένων καὶ τῆς κατὰ τὸ ἄκτιστον συναφείας, μία γὰρ ἀμφοτέρων οὐσία, ἔτι τε καὶ τῷ αἰτιατὰ εἶναι κοινῶς ἀμφότερα τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ, ὅμως αὐτοῦ διακρίνεται πάλιν δυσὶ τούτοις, τῷ μήτε μονογενῶς ὡς ὁ υἱὸς, ἀλλ' ἐκπορευτῶς δηλαδὴ ὑποστῆναι· τοῦτο δ' ἐστὶ τῷ διαφόρῳ τῆς ὑπάρξεως τρόπῳ· καὶ ἐν τῷ δι' αὐτοῦ τοῦ υἱοῦ πεφηνέναι. εἰ οὖν ἐνταῦθα τὸ, δι' αὐτοῦ, ἰσοδυναμεῖ τῷ, μετ' αὐτοῦ, θαῦμα ἂν εἴη, εἰ τῷ μετὰ τοῦ υἱοῦ πεφηνέναι τὸ πνεῦμα διακρίνεται τοῦ υἱοῦ· ἑνοῖτο γὰρ ἂν οὕτω μᾶλλον, οὐ διακρίνοιτο· καὶ συνάπτοιτο πλέον, ἢ διαιροῖτο. οὐ μὴν οὐδὲ περὶ χαρισμάτων ἐνταῦθα

δια-



ANNO CHRISTI 1439.

διανομῆς ὁ λόγος αὐτῷ, ἀλλὰ περὶ τῆς τῶν θείων A ὑποστάσεων διακρίσεως. οὔτε δέ τις εἰπεῖν ἔχει, τὴν εἰς τὸν κόσμον διὰ τοῦ υἱοῦ φανέρωσιν τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου, διὰ τούτου τοῦ λόγου δηλοῦσθαι. πρῶτα μὲν γὰρ περὶ διακρίσεως ὄντος τοῦ λόγου τῶν ὑποστάσεων, καὶ πῶς ἂν τὴν χρονικὴν ταύτην φανέρωσιν ἀϊδίου τινος πράγματος αἴτιον ἐποιεῖτο; ἀϊδίως γὰρ ἀλλήλων ὁ υἱὸς καὶ τὸ πνεῦμα τοῖς προσωπικοῖς διακρίνονται ἰδιώμασι· καὶ οὐ δήπου πρὶν ὑπὸ τοῦ υἱοῦ φανερωθῆναι τῇ κτίσει τὸ πνεῦμα, ἀλλήλων οὐ διεκρίνοντο· τοῦτο γὰρ ἀτοπώτατον λέγειν. ἔπειτα τῶν εἰς τὴν κτίσιν ἔργων τῆς Τριάδος ὄντων κοινῶν, οὐ διὰ τοῦ υἱοῦ μᾶλλον, ἢ δι' ἑαυτοῦ ἐφανερώθη τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τὸν υἱὸν ἐδόξασέ B τε καὶ ἐφανέρωσε, καὶ οὐχ ἥκιστα τὸν πατέρα, τὸν αὐτὸν δὲ καὶ ὁ υἱός. οὕτως οὖν ἂν καὶ ἑαυτοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον διακρίνοιτο, ἑαυτὸ φανερῶσαν, ἔτι τε τοῦ πατρός· καὶ ὁ υἱὸς ἑαυτοῦ τε καὶ τοῦ πατρὸς διὰ ταῦτα· ἀλλ' οὔτε ἐπὶ τούτων εἴρηταί τοῦτό ποτε, οὔτ' ἐπὶ τοῦ νυνὶ προκειμένου τούτῳ λόγῳ καταλείπεται χώρα. ὃ δὲ τοῦτον ἐλέγχει τὸν λόγον ὄντα ματαίαν καταφυγὴν, ἐστὶν ὅτι τὸ πνεῦμα τῆς κτίσεως ὁ διδάσκαλος διακρῖναι βουλόμενος, ἐπείπερ ἤδη ἔθετο, μᾶλλον δ' ἔφθασεν ἀποδεδωκὼς κοινὸν αὐτῷ τε κἀκείνῃ τὸ διὰ τοῦ υἱοῦ τὸ μὲν πεφηνέναι, τὴν δὲ ὑποστῆναι· δεδιὼς, μή τις τούτῳ δὴ τῷ κοινῷ καὶ ταυτότητα οὐ- C σίας δοξάσῃ, τῷ ἀτρέπτῳ τε καὶ τρεπτῷ, καὶ ἀναλλοιώτῳ. καὶ μὴ τοιούτῳ διακρίνει ταῦτα ἀλλήλων, τὸ, διὰ τοῦ υἱοῦ, τὴν μὲν ὑποστῆναι, τὸ δὲ πεφηνέναι, κοινὸν καὶ ταυτὸν ἡγησάμενος· διακρίσεως δὲ τρόπον εὑρὼν, τὸ τὴν μὲν τρεπτὴν καὶ ἀλλοιωτὴν εἶναι, τὸ δ' ἄτρεπτόν τε καὶ ἀναλλοίωτον. καί τοι εἰ τὸ διὰ τοῦ υἱοῦ πεφηνέναι τὸ πνεῦμα, μὴ αἰτίαν ἐδήλου τὸν υἱὸν, ὥσπερ τὸ διὰ τοῦ υἱοῦ ὑποστῆναι τὴν κτίσιν, τοῦτο γὰρ αὐτὸν αἰτίαν δηλοῖ, ῥᾴστη ἂν ἦν ἡ διάκρισις τοῦ πνεύματός τε καὶ τῆς κτίσεως. ἐξῆν γὰρ εἰπεῖν ὅτι εἰ καὶ ἀμφότερα διὰ τοῦ υἱοῦ. ἀλλ' ἡ μὲν κτίσις αἰτιατὸν ἐξ αὐτοῦ, τὸ δὲ γ' οὐδαμῶς. νῦν δὲ τοῦ- D το μὲν οὐκ εἶπεν· ὃ γὰρ μὴ ᾔδει ἀληθὲς ὄν, οὐκ ἦν ἐκείνου εἰπεῖν· ἀλλ' ἄλλην εὗρε διάκρισιν, ἣν καὶ αὐτῷ δόξαται ἀληθῆ καὶ μόνην ὑπάρχουσαν. ἡ, διὰ, ἄρα ἐπὶ τῆς δι' υἱοῦ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου ἐκφάνσεως τοῦτ' αὐτὸ δύναται, ὅπερ ἐπὶ τῆς κτίσεως λεγομένης δι' υἱοῦ ὑποστῆναι. ἀλλ' ἐπὶ τῆς κτίσεως αἰτία λέγεται καὶ πιστεύεται ὁ υἱὸς εἶναι, καὶ διὰ τῆς, διὰ, τοῦτο σημαίνεται· καὶ ἐπὶ τοῦ πνεύματος ἄρα αἰτίαν ἡ, διὰ, παρίστησι τὸν υἱόν. καὶ γὰρ δὴ καὶ ἄλλως φανερὸν, ὡς τοῖς αἱρετικοῖς οἱ διδάσκαλοι πολεμοῦντες δι' υἱοῦ λέγουσι γεγενῆσθαι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, διὰ τὸ κακῶς ἀκούειν τοῦ εὐαγγελιστοῦ, πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, λέγοντος, καὶ τὸ E πνεῦμα διὰ τοῦτο βλασφήμως ὡς ἓν οἰομένοις τῶν πάντων, ταύτας ἀφῆκαν κατ' αὐτῶν τὰς φωνὰς διὰ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι, καὶ δι' αὐτοῦ πεφηνέναι καὶ εἶναι τὸ πνεῦμα εἰπόντες. ἀλλ' οἱ αἱρετικοὶ διὰ τοῦ υἱοῦ γεγενῆσθαι τὸ ἅγιον λέγοντες πνεῦμα, δύο ταῦτα ἐνόουν· αὐτό τε γὰρ ἐτίθεσαν εἶναι ὡς ἓν τῶν κτισμάτων, καὶ τὸν υἱὸν αἰτίαν αὐτοῦ εἶναι καὶ τοῦτο δηλοῦσθαι διὰ τῆς προθέσεως τῆς, διὰ. εἰ οὖν ἀμφότερα ἔλεγον βλασφημοῦντες, καὶ πρὸς ἑκάτερον ἂν οἱ διδάσκαλοι παρετάξαντο· καὶ

CAPUT VI.

a Filio, quia cum eo manifeſtatur: unitur enim hoc modo, non diſtinguitur; & conjungitur, non dividitur. Nec etiam de diviſione chariſmatum hic loquitur ſanctus doctor, quinimo de divinarum perſonarum diſtinctione. Nec quiſquam habet dicere, Spiritus per Filium in mundo manifeſtationem per hæc verba ſignificari. Primo namque cum de diſtinctione perſonarum hic ſermo haberetur, quonam modo temporalem hanc manifeſtationem, æternæ rei cauſam poneret? æternaliter enim Filius & Spiritus ſanctus perſonalibus diſtinguuntur proprietatibus. Neque dici poteſt, quod antequam manifeſtaretur mundo Spiritus, non erant ab invicem perſonaliter diſtincti; hoc enim abſurdiſſimum etiam cogitare eſt. Deinde cum opera in creaturam communia Trinitati ſint, non magis per Filium, quam per ſeipſum Spiritus ſanctus manifeſtatus eſt: quinimo ipſum etiam Filium Spiritus glorificavit & manifeſtavit, & non minus Patrem eumdem etiam Filius. Quare cum hac ratione a ſeipſo etiam Spiritus diſtingueretur, cum ſeipſum manifeſtavit: item & a Patre: Filius quoque & a ſeipſo, & a Patre, ob eamdem rationem. Sed nec de his unquam hoc dictum eſt, neque de re nobis propoſita idem dicere convenit. Quod autem palam arguit, has rationes vana refugia eſſe, illud eſt, quod Spiritum ſanctum volens a creatura divinus iſte doctor diſtinguere, cum jam attribuiſſet Spiritui, per Filium manifeſtari; creaturæ, per Filium creatam fuiſſe: timens, ne quis propter hoc, quod Spiritus & creatura per Filium eſſe dicantur, ejuſdem etiam eſſentiæ Spiritum cum creatura putaret; mutabili & immutabili hæc ab invicem diſtinguit, quod Spiritus quidem per Filium manifeſtetur, creatura vero per Filium ſubſiſtat; hoc commune & idem utriuſque putans, diſtinctionis vero alium reperiens modum, videlicet quod ille quidem immutabilis, illa vero mutabilis ſit. At ſi, cum dicitur, Spiritum per Filium manifeſtari, non ſignificaretur, quod Filius ſubſiſtentiæ Spiritus eſſet cauſa, quemadmodum cum dicitur, mundum per Filium eſſe factum, (hoc enim manifeſte Filium ſignificat cauſam eſſe) facilis eſſet Spiritus a creatura diſtinctio: licuiſſet enim dicere, quod etſi uterque ſit per Filium, creatura tamen eſt ex eo tanquam cauſatum, Spiritus vero non tanquam cauſatum. Nunc autem hoc non dixit: Quod enim ſciebat non eſſe verum, dicere non erat ſuum; ſed alium diſtinctionis modum inveni, qui ei verus viſus eſt, & qui ſolus inveniri poteſt. Igitur præpoſitio, Per, idem poteſt, cum dicitur, quod Spiritus per Filium manifeſtatur; quod cum dicimus, creaturam per Filium eſſe factam. Sed creaturæ cauſam dicimus & credimus Filium & hoc ſignificat præpoſitio, Per: igitur etiam de Spiritu ipſa, ſignificat Filium cauſam eſſe. Præterea patet; quod quia hæretici per Filium fuiſſe factum Spiritum ſanctum blaſphemabant, eo quod evangeliſta dicit, *Omnia per ipſum facta ſunt*: male & impie Spiritum etiam ſanctum inter omnia connumerantes: ideo ſancti doctores eos oppugnantes, & contra eorum impietatem his uſi verbis de Spiritu ſancto, Per Filium eum procedere; & per Filium eſſe & manifeſtari dixerunt. Sed hæretici per Filium factum fuiſſe Spiritum ſanctum

*Joan. 1.*

dicen-

CAPUT VI.

dicentes, duo hæc concludebant: Primo, quod Spiritum creaturam putabant: Secundo, quod Filius cauſa ejus eſſet, & hoc ipſam, Per, ſignificare. Igitur ſi utrumque falſum eſſet, utrumque doctores oppugnaſſent, quemadmodum & illum a creaturis eximunt: quare nec unquam reperies eos uſos de Spiritu hoc vocabulo, Factus eſt, tanquam creaturæ appropriato; ita nec præpoſitione, Per, uſi fuiſſent unquam, ſi, cum hæretici eam putarent cauſam ſignificare, ipſis non ſolum falſum, verum impium hoc viſum eſſet. Ita per omnia veritas ipſa ſibi concordat, & manifeſte cauſam ſignificat, Per, cum de aliquibus accipiatur. Hoc idem ex ejuſdem doctoris ad Ablabium oratione probatur. Etenim cum illic etiam de divinarum perſonarum diſtinctione tractaret, poſtquam univerſaliter cauſa & cauſato ab invicem eas diſtinxit, deinde Filium a Spiritu etiam præpoſitione, Per, diſtinguit. Ille quidem eſt, inquiens, immediate a primo, Filius videlicet a Patre: hic vero, de Spiritu dicens, Per eum, qui immediate a Patre eſt, hoc eſt per Filium: & eo diſtinguitur, inquit, Spiritus a Filio, quia per ipſum eſt. Quaſi diceret, quod cum ambo a primo ſint, non ſufficienter diſtinguerentur, niſi alter per alterum eſſet. Ut manifeſte, Per, diſtinctionem hic ſignificaret, & diſtinctionem quæ ab æterno eſt, quæque ſecundum cauſam & cauſatum eſt; cum antea dixerit, cauſa & cauſato tantum ab invicem divinas perſonas diſtingui. Quod enim infert, aliam differentiam de Filio & Spiritu ſancto intelligi, non recte quis putaret aliam ſecundum ſpeciem, contradiceret namque ſibi ipſi, ſi cum antea cauſa & cauſato tantum dixerit perſonas divinas diſtingui, deinde alium modum diſtinctionis ſpecie differentem tradidiſſet. Aliam igitur differentiam ſecundum numerum accipientes, & recte cum ſancto doctore ſentiemus, & præpoſitionem, Per, cum cauſa intelligemus, ita ut nulli ratio relinquatur, vel pro, Cum, eam accipere. Cum enim non diſtinguit, vel mundo per Filium manifeſtationem Spiritus, eam ſignificare putare: Hæc enim non eſt ab æterno. Quod ſi verbum hoc, Manifeſtari, aliquos ſcandalizat, verbum, Procedere, tantum Spiritus ſubſiſtentiæ putantes debere attribui, Manifeſtari vero ad temporalem proceſſionem, & chariſmatum dationem, & ad mundi manifeſtationem trahentes: eorumdem etiam erit, Filium mundo dari, vel temporaliter mitti dicere, cum eum audiant a Patre manifeſtari, quod ab omnibus communiter doctoribus dicitur. Beatus etenim Cyrillus ad Valerianum epiſcopum: Cum enim quemadmodum Pater, ait, ita & qui ex eo manifeſtatur, unigenitus Filius natura ſanctus ſit. Et rurſus idem: Proprius eſt Filii Spiritus ſanctus, inquit, non ſolum in quantum Verbum eſt ex Patre manifeſtatum, ſed etiam in quantum intelligitur homo ſecundum nos factus. Quod ſi in his, Manifeſtari, eſſe & æternam ſubſiſtentiam, & generationem Filii ſignificat, quare non idem & de Spiritu ſancto ſignificaret? Quod autem &

ANNO CHRISTI 1439.

ὥσπερ ἐξαιροῦσιν αὐτὸ τῶν κτισμάτων, καὶ οὐκ ἔστιν ὅτε οὐ τοῦτο ποιοῦσιν· ὅθεν οὐδὲ τῇ λέξει τοῦ γεγενῆσθαι εἰς κτίσμα κατασπώσῃ τὸ πνεῦμα, εὕροις ἂν αὐτοὺς ἐπ' αὐτοῦ ποτε χρησαμένους· οὕτως οὐδ' ἄν ποτε ἐχρήσαντο τῇ, διά, εἰ τοῖς μὲν αἱρετικοῖς ὡς αἰτίαν σημαίνουσα παρελαμβάνετο, αὐτοῖς δ' οὐκ ἐδόκει τοῦτ' ἀληθὲς εἶναι. οὕτω διὰ πάντων τἀληθὲς αὐτό τε ἑαυτῷ φαίνεται σύμφωνον ὄν, καὶ αἰτίαν ἐν οἷς παραλαμβάνεται ἡ, διά, παριστῶσα. τοῦτο δ' αὐτὸ καὶ ἐκ τοῦ πρὸς Ἀβλάβιον λόγου τοῦ αὐτοῦ διδασκάλου σαφῶς δείκνυται. κἀκεῖ γὰρ περὶ διακρίσεως τῶν θείων προσώπων τὸν λόγον ποιούμενος, μετὰ τὸ καθόλου τῷ αἰτίῳ καὶ αἰτιατῷ διακρῖναι αὐτὰ ἀπ' ἀλλήλων, καὶ τῇ, διά, ταύτῃ τὸν υἱὸν τοῦ πνεύματος διακρίνει· ὁ μὲν γάρ ἐστι, φησί, προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου, τοῦ πατρὸς δηλαδή, τὸ δὲ διὰ τοῦ προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου, ἤτοι διὰ τοῦ υἱοῦ· καὶ τούτῳ, φησί, διακρίνεται τοῦ υἱοῦ τὸ πανάγιον πνεῦμα, τῷ δι' αὐτοῦ εἶναι, δηλαδὴ τοῦ υἱοῦ· οὗτος γάρ ἐστι προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου. ἐκ τοῦ πρώτου γὰρ ἀμφότερα ὄντα, οὐκ ἂν ἀρκούντως διακρίνοιντο, εἰ μὴ καὶ θάτερον εἴη διὰ τοῦ ἑτέρου, φησίν. ὡς φανερῶς τὴν, διά, ἐπὶ διακρίσεως ἐνταῦθα παραληφθῆναι, καὶ διακρίσεως τῆς ἐξ ἀϊδίου, τῆς κατὰ αἰτιατὸν δηλαδὴ καὶ τὸ αἴτιον· ἐπεὶ προαποδεδωκὼς ἔφθασε πρότερον, τῷ αἰτίῳ καὶ αἰτιατῷ μόνῳ ἀλλήλων τὰ θεῖα πρόσωπα διακρίνεσθαι. τὸ γὰρ ἐπιφερόμενον, ἄλλην πάλιν διαφορὰν ἐπὶ υἱοῦ καὶ πνεύματος εἰσοίσεσθαι, οὐκ ἄν τις ἀναμαρτήτως ἐκλάβοι, ἄλλην λέγων κατ' εἶδος· οὕτω γὰρ ἂν ἀντιφάσει τὸν διδάσκαλον περιβάλλομεν, εἰ πρότερον τῷ αἰτίῳ καὶ αἰτιατῷ μόνῳ διακρίνεσθαι εἰπόντα τὰ πρόσωπα τῆς Τριάδος, ἔπειτα καὶ ἄλλον τρόπον αὐτὸν νομίζοιμεν ἀποδεδωκέναι διακρίσεως κατ' εἶδος διαφέροντα τοῦ προτέρου. ἄλλην τοίνυν διαφορὰν τὴν κατ' ἀριθμὸν ἐκδεχόμενοι, τά τε τοῦ διδασκάλου φρονοίημεν ἄν, καὶ φανερῶς τὴν, διά, μετὰ αἰτίας δεξαίμεθα, ὡς μὴ ἔχειν λόγον λοιπὸν ἢ ἀντὶ τῆς, μετά, αὐτὴν λέγειν, ἢ, μετά, γὰρ οὐ διακρίνει, ἢ τὴν ἐν τῷ κόσμῳ τοῦ πνεύματος δι' υἱοῦ ἔκφανσιν τῷ λόγῳ δηλοῦσθαι· αὕτη γὰρ οὐκ ἐξ ἀϊδίου. εἰ δὲ ἡ λέξις τοῦ πεφηνέναι, σκανδαλίζει τινάς, μόνον τὸ ἐκπορεύεσθαι προσήκειν τῇ τοῦ πνεύματος ὑπαρκτικῇ προόδῳ αὐτοῦ, τὸ δὲ πεφηνέναι εἰς τὴν μεταδοτικὴν ἢ χρονικὴν μόνον πρόοδον, ἢ εἰς τὴν πρὸς τὴν κτίσιν φανέρωσιν ἕλκοντας· ὥρα λοιπὸν αὐτοῖς καὶ τὸν υἱὸν μεταδίδοσθαι λέγειν, ἢ πέμπεσθαι παρὰ τοῦ πατρός, ἐκ τοῦ πατρὸς αὐτὸν ἀκούουσι πεφηνέναι, οὗ πλήρεις οἱ λόγοι τῶν διδασκάλων. Κύριλλος γὰρ ὁ μακάριος ἐν τῷ πρὸς Οὐαλεριανὸν ἐπίσκοπον λόγῳ· ἅγιος γάρ, φησίν, ὢν κατὰ φύσιν, καθάπερ ἀμέλει καὶ ὁ πατήρ, ὁ ἐξ αὐτοῦ πεφηνὼς υἱὸς μονογενής· καὶ ὁ αὐτὸς περὶ τοῦ Χριστοῦ πάλιν· ἴδιόν ἐστι τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ, οὔτι που μόνον ἢ λόγος ἐστὶ πεφηνὼς ἐκ πατρός, ἀλλ' εἰ καὶ γέγονε καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπος γεγονώς. ὅτε τοίνυν ἐνταῦθα τὸ πεφηνέναι, τὸ εἶναι καὶ τὸ ὑπάρχειν δηλοῖ, πῶς ἐπὶ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου οὐ καταδεξόμεθα τὸ αὐτὸ τοῦτο σημαίνεσθαι, ἃ

ὁ δ'



ANNO CHRISTI 1439.

ὁ δὲ καὶ μὴ βουλομένους ἀναγκάσει δέξασθαι τοῦτο, ὅτι καὶ ἐπὶ τοῦ πνεύματος καὶ τῆς ὑπαρκτικῆς αὐτοῦ προόδου τὸ αὐτὸ λέγεται τοῦτο. λέγει δὲ καὶ ὁ μέγας Βασίλειος, τὸ πνεῦμα οὐδὲν ἐπίκτητον ἔχον ἐστὶν ἐν ἑαυτῷ, ἀλλ' ἀϊδίως πάντα ἔχει ὡς πνεῦμα Θεοῦ, καὶ ἐξ αὐτοῦ πεφηνός. οὕτω πᾶσα πρόφασις ἀφαιρεῖται τῶν ζητούντων προφάσεις· καὶ γὰρ δὴ καὶ ὅ φησιν ὁ προειρημένος Γρηγόριος ὁ Νύσσης ἐν τῇ τοῦ ὁμωνύμου αὐτῷ καὶ Θαυματουργοῦ Γρηγορίου ἀποκαλύψει περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, ὡς δι' υἱοῦ πεφηνε δηλαδὴ τοῖς ἀνθρώποις, οὐδὲν πρὸς τὸν λόγον· ἕως ἂν τὸ δι' υἱοῦ πεφηνέναι, σημαίνει μὲν καὶ ἀμφότερα, τό, τε δι' υἱοῦ ἀνθρώποις γνωσθῆναι ἐν χρόνῳ, τό, τε δι' υἱοῦ τὴν ἀΐδιον ὕπαρξιν ἔχειν, ὥστε δὲ ὅμως καὶ ἀμφότερα ἀληθῆ, ἐπὶ τῶν οἰκείων λαμβανόμενα τόπων. ἀφίημι γὰρ ἔν γε τῷ νῦν λέγειν, ὡς τὸ δι' υἱοῦ πεφηνέναι ἀνθρώποις ἐν χρόνῳ, προϋποτίθησιν ἐξ ἀνάγκης τὸ δι' υἱοῦ τὴν ἀΐδιον ὕπαρξιν ἔχειν· καὶ οὐκ ἂν δι' αὐτοῦ ἐν χρόνῳ ἐπεφήνει, εἰ μὴ δι' αὐτοῦ τὴν ἀΐδιον ὕπαρξιν εἶχεν. ἀλλὰ καὶ ὁ ἐν θεολογίᾳ μέγας Γρηγόριος ζητῶν, διὰ τί μὴ καὶ τὸ πνεῦμα υἱὸς κέκληται, καὶ εἴ τι αὐτῷ ἐλλείπει εἰς τὸ εἶναι υἱός· οὐ λείπει, φησίν, οὐ γὰρ ἐλλιπὴς ἡ θεότης· τὸ δὲ τῆς ἐκφάνσεως ἢ τῆς πρὸς ἄλληλα σχέσεως διάφορον, διάφορον αὐτῶν καὶ τὴν κλῆσιν πεποίηκε· τῇ αὐτῇ καὶ μιᾷ χρήσει τήν τε τῆς ἐκφάνσεως λέξιν, καὶ τὴν τοῦ πεφηνέναι, τὸ εἶναί τε καὶ ὑπάρχειν ἐνταῦθα δηλοῦν μαρτυρῶν τῷ ὁμωνύμῳ Γρηγορίῳ τῷ Νύσσης, καὶ ἔτι διάκρισιν καὶ αὐτὸς ἀποδιδοὺς τὴν αὐτὴν υἱῷ τε καὶ πνεύματι, καὶ διὰ τῶν αὐτῶν τε καὶ ἴσων τρόπων αὐτὰ διακρίνων ἀλλήλων· ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνος τῷ μήτε μονογενῶς ὑποστῆναι καὶ τῷ διὰ τοῦ υἱοῦ πεφηνέναι, τοῦ υἱοῦ διακρίνει τὸ πνεῦμα, οὕτω καὶ οὗτος τῷ τε τῆς ἐκφάνσεως διαφόρῳ, καὶ τῷ τῆς πρὸς ἄλληλα σχέσεως. ὃ μὲν ἐκεῖνος εἶπε, τὸ μὴ μονογενῶς ὑποστῆναι, ἀλλ' ἐκπορευτῶς δηλαδή, τοῦθ' οὗτος ἐκφάνσεως διάφορον εἴρηκεν, εἴτουν διάφορον τρόπον ὑπάρξεως· ὃ δὲ ὁ Νύσσης, διὰ τοῦ υἱοῦ πεφηνέναι, τοῦθ' οὗτος διάφορον τῆς πρὸς ἄλληλα σχέσεως εἶπε. σχέσιν δὲ τὴν πρὸς ἄλληλα υἱοῦ τε καὶ πνεύματος, οὐκ οἶδ' εἴ τινά τις ἑτέραν εὕροι, πλὴν τῆς κατὰ τὸ αἰτιατόν τε καὶ αἴτιον, καθ' ἣν ὁ μὲν πρὸς αὐτὸ τὸ πνεῦμα ὡς αἴτιον ἔχει, τὸ δὲ διαφόρως πρὸς τὸν υἱόν, κατὰ τὸ παθητικὸν δηλαδὴ καὶ ποιητικὸν ὡς αἴτιον αὐτοῦ, ἢ δειξάτω μοί τις ἑτέραν σχέσιν μεταξὺ υἱοῦ τε καὶ πνεύματος, καθ' ἣν τὸ ἕτερον πρὸς τὸ ἕτερον ἀναφέρεται· ἀλλ' οὐκ ἂν εὕροι ῥᾳδίως. εἰ γάρ τις τὸ λέγεσθαι πνεῦμα υἱοῦ, τὸ πνεῦμα, ἡμῖν ἀντιθείη, πρῶτα μὲν ἡ σχετικὴ αὕτη ἀκολουθία καὶ κατ' αὐτὸν αὖθις τὸν Νύσσης Γρηγόριον, καὶ κατὰ πάντας ὁμοῦ οὐκ ἀντιστρέφει· οὐδὲ γὰρ λέγεται καὶ ὁ υἱὸς τοῦ πνεύματος, οὔτε μὴν ἑτέρα τις ἀντικατάκειται ταύτῃ τῇ πρὸς τὸν υἱὸν τοῦ πνεύματος σχέσει, τοῦ υἱοῦ πρὸς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὔτε ἡ αὐτή, οὔτε διάφορος τῷ γε γοῦν ποιητικῷ καὶ παθητικῷ· ἔπειτα δὲ καὶ αὐτὸ τὸ τοῦ υἱοῦ λέγεσθαι, οὐδὲν ἕτερον σημαίνει, ἢ τὸ διὰ τοῦ υἱοῦ πεφηνέναι κατὰ τὸν μέ-



CAPUT VI.

nolentes cogeret concedere idem ſignificare, illud eſt, quod etiam de Spiritu & ejus æterna proceſſione hoc idem dicitur, dicente B. Baſilio de Spiritu ſancto: Nil adventitium in ſe habet, ſed æternaliter omnia habet tanquam Spiritus Dei, & ex eo manifeſtatus: ita omnis occaſio tollitur malignari cupientibus. Illud etenim, quod prædictus Gregorius Nyſſenus in revelatione Neocæſarienſis Gregorii, qui miraculis coruſcavit, de Spiritu dicit, quod per Filium manifeſtatus ſit, addens, videlicet hominibus, nil contra nos facit: ſiquidem hoc, quod Filium manifeſtatus ſit, ſignificat quidem utrumque etiam, quod per Filium ſit hominibus notificatus temporaliter, & quod per Filium æternaliter producatur, ſint vero utraque vera, in propriis locis accepta. Omitto namque dicere in præſenti, quod per Filium temporaliter hominibus manifeſtari, præſupponit neceſſario per Filium æternaliter procedere: nec per eum temporaliter manifeſtaretur, niſi per eum æternaliter procederet. Alter etiam Gregorius, Nazianzenus videlicet, qui a theologia per excellentiam theologus cognominatus eſt, quærens, cur & Spiritus non nominetur Filius, & an ei aliquid deficiat ut Filius ſit: non ei quicquam deficere ait; divinitati namque deficit nil: Manifeſtationis autem vel relationis ad invicem diverſitas, diverſa quoque eis attribuit nomina. His verbis, Manifeſtationis verbum, æternam proceſſionem ſignificare probans, prout etiam ex verbis Nyſſeni Gregorii apparuit, & eamdem Filii & Spiritus ſancti ab invicem diſtinctionem tradens, quam & Nyſſenus Gregorius: quemadmodum enim ille, eo quod non ut Unigenitus ex Patre productus eſt, & quod per ipſum Filium ſit manifeſtatus, Spiritum a Filio diſtinguit: ita & Nazianzenus tum manifeſtationis, tum relationis ad invicem diverſitate diſtinctionem eorum ponit. Quod ille dixit, non ut Unigenitum eſſe productum, hic manifeſtationis diverſitatem, hoc eſt, diverſum ſubſiſtentiæ modum: Quod vero Nyſſenus per Filium ait, manifeſtari, Nazianzenus diverſitatem relationis ad invicem nominavit. Relationem vero ad invicem Filii & Spiritus ſancti, neſcio an aliam quiſquam reperiat præter eam, quæ ſecundum cauſam & cauſatum ſit, ſecundum quam Filius quidem ad Spiritum ut cauſa ſe habeat; Spiritus vero e converſo ad Filium, ut cauſatum ad cauſam, & ideo diverſimode. Aut oſtendat mihi quiſpiam aliam inter Filium & Spiritum ſanctum relationem, ſecundum quam alter ad alterum refertur: Sed profecto nunquam reperiet. Etenim ſi quis nobis illam opponet, quod Spiritus dicatur Spiritus Filii; primo quidem iſta relatio & ſecundum ipſum Nyſſenum Gregorium, & alios omnes doctores non convertitur. Nec enim Filius dicitur etiam Spiritus, nec huic ad Filium Spiritus relationi aliqua alia Filii ad Spiritum correſpondet relatio, nec eadem, neque diverſa ſecundum actionem & paſſionem. Deinde quod dicatur Filii Spiritus, nihil aliud ſignificat, niſi quod per Filium manifeſtatus

Homil. de Spiritu ſancto.

T sit

CAPUT VI.

A ſit ſecundum magnum Baſilium, ſive quod per Filium procedat ſecundum Maximum, ſive quod ex Filio procedat ſecundum occidentales doctores. Hæc enim quatuor (ut probatum eſt) æquivalent, videlicet Filii Spiritum dici, per Filium manifeſtari, per Filium " procedi, & ex Filio procedi. Hæc autem relationem ad invicem cauſæ cauſati ſignificant; Quam Nazianzenus Gregorius audacter aſſeverat & divinarum perſonarum Filii & Spiritus diſtinctivam eſſe, & cauſam ut diverſa nomina habeant, & unus Filius, alter Spiritus dicatur. Hæc autem & ipſa ratio atteſtatur: Divina enim & ſancta Trinitas non magis B unum, quam tria eſt; illud eſſentia, hoc perſonis ſive proprietatibus: uniuntur etenim una cum diſtinctione, & diſtinguuntur una cum unitate, ſic B. Dionyſius ait. Et quia in quibuſcumque pluribus, in quibus eſt aliquid commune, eſt etiam aliquid diſtinctum in hac etiam divinarum perſonarum Trinitate, quæ ſibi in unitate eſſentiæ conveniunt, quærendum eſt illud, quod eas diſtinguit; & cum id non ſit eſſentia (in hanc enim ſumme conveniunt) in divinis autem præter eſſentiam, & relationes, atque diverſum proceſſuum modum, C quem Latini originem nominant, nihil aliud intelligere ſit: relinquitur, ut vel origo, vel relatio, vel utrumque divinas perſonas diſtinguat. Cum vero relatio & origo etſi ſecundum modum intelligendi differunt, (ſiquidem origo ſignificatur per modum actus, ut generatio; relatio vero per modum formæ, ut paternitas) re tamen non differunt; ideo utroque quidem modo diſtinguuntur divinæ perſonæ, prius tamen & principaliter ſecundum modum intelligendi per relationes, per quas etiam conſtituuntur divinæ perſonæ: conſequenter autem per diverſum modum proceſſuum, ſive per D originem. Non enim generare & genitum eſſe, quod originis eſt, conſtituit principaliter perſonam: ſed paternitas & filiatio, ſive Patrem & Filium eſſe, quod relationis eſt. Sed quia relatio & origo idem ſunt re, & relatio conſequitur originem, ideo utroque quidem modo diſtinguuntur divinæ perſonæ, ſed principalius relatione ſive proprietatibus. Quare non immerito theologi & doctores noſtri Filium a Spiritu diſtinguentes, dupliciter eos diſtinguunt, ab imperfectiori modo ad perfectiorem procedentes, diſtinctionem quæ per diverſum proceſſuum modum fit, diverſum manifeſtationis mo- E dum nominantes: illam vero, quæ fit per relationes: Nyſſenus quidem Gregorius per Filium manifeſtari, Nazianzenus vero diverſitatem relationum ad invicem appellans. Pater ergo, quod hæc relationum diverſitas, relationis diſtinctio eſt, & relative Filius ad Spiritum, & ad Filium Spiritus refertur. Et cum Filius, prout Filius, non refertur ad Spiritum; (non enim dicitur Filius Spiritus) reſtat ut referatur ad Spiritum tanquam ſpirans, cum Spiritus etiam referatur ad Filium tanquam Spiritus Spi-

[ι] procedendo,

De divinis nominibus cap. 2.

A γαν Βασίλειον, ἢ τὸ διὰ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι αὖθις κατὰ τὸν Μάξιμον, κατὰ δέ γε τοὺς δυτικοὺς τὸ ἐξ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι, καὶ ἐξ αὐτοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχειν. ὥστε τὸ υἱοῦ πνεῦμα τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον λέγεσθαι, εἰς ἴσον τοῖς τρισὶ λέγεσθαι τούτοις, λέγω δὴ, τῷ διὰ τοῦ υἱοῦ πεφηνέναι, καὶ διὰ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι, καὶ ἐξ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι· ταῦτα δὲ σχέσιν δηλοῦσι πρὸς ἄλληλα, τὴν κατὰ τὸ αἰτιατόν τε καὶ αἴτιον· ἣν καὶ θαῤῥούντως ὁ Θεολόγος ἀποφαίνεται τῆς τε τῶν θείων προσώπων υἱοῦ τε καὶ πνεύματος διακρίσεως αἴτιον, καὶ τῆς τῶν ὀνομάτων αὐτῶν ἑτερότητος, τοῦ μὲν υἱοῦ λεγομένου, θατέρου δὲ πνεύματος. τούτοις δὲ συνηγορεῖ καὶ ὁ λόγος, καὶ ἡ τῆς πίστεως ἀλή- B θεια· τὰ γὰρ θεῖα πρόσωπα τῆς Τριάδος οὐ μᾶλλόν εἰσιν ἓν ἢ τρία· τὸ μὲν τῇ οὐσίᾳ, τὸ δέ γε ταῖς ὑποστάσεσιν, εἴτε καὶ ἰδιότησιν· ἑνοῦνται γὰρ διακεκριμένως, καὶ διακρίνονται ἡνωμένως· κοινὴν μὲν ἔχοντα τὴν οὐσίαν, ταῖς δὲ διαφόροις προόδοις καὶ ταῖς ἀναφοραῖς ἀλλήλων διαφέροντα· ἃ δὴ κατὰ τὸν τρόπον τῆς ἡμετέρας νοήσεως διαφέρει, εἰ καὶ μὴ διαφέρει τῷ πράγματι, καθόσον ἡ μὲν πρόοδός ἐστιν ὥσπερ τις ὁδὸς, ἡ δ' ἀναφορὰ ὥσπερ τι εἶδος· εἰκότως καὶ κατὰ ταύτας διακρίνονται. οἷς γάρ τινα διαφέρει, τούτοις πάντως καὶ διακρίνονται, εἰ καὶ μὴ πᾶσιν ὁμοίως. ἐπεὶ γὰρ ἐν οἷς πλείοσιν εὑρίσκεταί C τι κοινὸν, ἀνάγκη εἶναί τι τὸ τὰ πλείω ἐκεῖνα διακρῖναν, ἀνάγκη καὶ τὰ θεῖα πρόσωπα πλείω γε ὄντα καὶ κοινωνοῦντα κατὰ τὴν οὐσίαν ἀλλήλοις, εἶναί τι τὸ διακρῖνον αὐτὰ, εἰ μὴ μᾶλλον μονὰς μέλλοιεν εἶναι ἢ καὶ τριάς. ἐπεὶ δ' ἐν αὐτοῖς οὐδὲν ἕτερον θεωρεῖται, πλὴν τῆς θείας οὐσίας καὶ τῶν ἀναφορῶν μόνων, εἴτουν τῆς ἑκάστου ἰδιότητος καὶ ὑποστάσεως, ἡ δὲ οὐσία κοινὴ οὖσα οὐκ ἂν εἴη διακρίσεως αὐτοῖς αἰτία, λείπεται κατὰ τὰς ἀναφορὰς αὐτὰ διακρίνεσθαι, καὶ προηγουμένως μὲν καὶ μάλιστα κατὰ ταύτας, ἑπομένως δέ γε καὶ κατὰ τὰς προόδους· καθόσον, ὡς εἴρηται, ἀναφορά τε καὶ πρόοδος οὐ διαφέρει τῷ πράγματι, εἰ καὶ διαφέρει τῷ D τρόπῳ τῆς σημασίας. ἡ μὲν γὰρ πρόοδος κατὰ τὸν τῆς ἐνεργείας τρόπον σημαίνεται, ὥσπερ ἡ γέννησις, ἡ δ' ἀναφορὰ κατὰ τὸν τοῦ εἴδους, ὥσπερ ἡ πατρότης, ἤ τις ὑπόστασις, τὸ τοῦ πατρός ἐστι πρόσωπον· καὶ διὰ τοῦτο διακρίνονται μὲν ἀλλήλων καὶ ταῖς προόδοις, καθόσον ἐξ ἀνάγκης ἕπονται ταύταις αἱ ἀναφοραί. τῷ τε γὰρ γεννᾶν ἕπεται ἡ πατρότης, καὶ τῷ γεννᾶσθαι ἡ υἱότης ὁμοίως, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὡσαύτως· πρότερον δὲ καὶ ἀρχοειδέστερον ὅμως ταῖς ἀναφοραῖς διακρίνονται, καὶ ταύταις μᾶλλον ἢ ταῖς προόδοις, ὅμως γε μέν τοι καὶ ἀμφοτέρως· εἰκότως οὖν καὶ οἱ θεολόγοι ἐνταῦθα τὸν υἱὸν τοῦ πνεύματος διακρί- E νοντες, διχῇ διακεκρίκασιν, ἀρχόμενοι μὲν ἀπὸ τοῦ ἀτελοῦς, ἐπὶ τὸν τελεώτερον δὲ καταπαύοντες τρόπον· ταῖς τε γὰρ προόδοις, καὶ ταῖς ἀναφοραῖς δὲ ἀρχοειδέστερον διακεκριμένων τῶν θείων προσώπων ἀλλήλων, ὡς εἴρηται, τοῖς αὐτοῖς καὶ οὗτοι τὸν υἱὸν τοῦ πνεύματος διακρίνουσι, τὴν μὲν ἀπὸ τῶν προόδων διάκρισιν, διάφορον τρόπον ἐκφάνσεως, εἴτουν ὑπάρξεως ὀνομάζοντες· τὴν δ' ἀπὸ τῶν ἀναφορῶν, ὁ μὲν διὰ τοῦ υἱοῦ πεφηνέναι, ὁ δὲ σχέσεως διαφορότητα τῆς πρὸς ἄλληλα, ὥστε τὴν τῆς πρὸς ἄλληλα σχέσεως διαφορότητα ταύτην, ἀναφορᾶς εἶναι διάκρι-

σιν,



ANNO CHRISTI 1439.

A σιν, καὶ ἀναφορικῶς τὸν υἱὸν πρὸς τὸ πνεῦμα, καὶ τὸ πνεῦμα πρὸς τὸν υἱὸν ἀναφέρεσθαι· ἀλλ' ἡ μὲν υἱὸς ὁ υἱὸς, οὐκ ἂν ἀναφέροιτο πρὸς τὸ πνεῦμα, οὐ γὰρ υἱὸς τοῦ πνεύματος λέγεται· λείπεται δὴ καθὸ πνέοντα πρὸς αὐτὸ ἀναφέρεσθαι, ἢ πνεῦμα καὶ αὐτὸ πρὸς ἐκεῖνον ἀναφερόμενον· τὸ πνεῦμα γὰρ τῷ πνέοντι, καὶ ἡ πνοὴ τῇ πνεύσει ἀντιπαράκειται. τὸ δὲ πνεῦμα καὶ πνεῦμα υἱοῦ λέγεται, καθὼς ἔστιν εὑρεῖν πολλαχοῦ τῆς γραφῆς, καὶ πνοὴ τοῦ αὐτοῦ. τοῦτο γὰρ τὸ πνεῦμα, φησὶν ὁ ἱερὸς Ἀθανάσιος, πνοή ἐστι τοῦ υἱοῦ. ἀναφέρεται δὲ τὸ πνεῦμα πρὸς τὸν υἱὸν, ἢ πνοή τε καὶ πνεῦμα, κατὰ τὰ προειρημένα τοῖς θεολόγοις δοκεῖ· καὶ ὁ υἱὸς ἄρα ἢ πνέων ἀνενεχθήσεται πρὸς τὸ πνεῦμα. καὶ B τί ἄν τις καταριθμήσαιτο τοὺς τῇ, διὰ, χρησαμένους ἁγίους ἐπὶ τῆς ἐκ τοῦ πατρὸς διὰ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύσεως τοῦ πνεύματος; ἀρκέσει δ' ἕνα χρησαμένους καὶ τελευταῖον, τὸν τελευταῖον τῶν θεολόγων, σκέψασθαι καὶ αὐτὸν ὅ, τι περὶ τούτου φρονεῖ. καὶ γοῦν Ἰωάννης ὁ ἐκ Δαμασκοῦ θεολόγος περὶ τοῦ πατρὸς λέγων· αὐτὸς μὲν οὖν ἐστι, φησὶ, νοῦς λόγου ἄβυσσος, λόγου γεννήτωρ, καὶ διὰ λόγου προβολεὺς ἐκφαντορικοῦ πνεύματος· καὶ αὖθις· τὸ δὲ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐκφαντορικὴ τοῦ κρυφίου τῆς θεότητος δύναμις τοῦ πατρὸς, ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ ἐκπορευόμενον. πάντως οὐ χρὴ περιττοὺς εἶναι τὰ φανερὰ σαφηνίζοντας. ἐκπορεύεσθαι γάρ φησιν, ὃ φανερῶς τε εἶναι δηλοῖ τοῦ πνεύμα- C τος καὶ τὴν ὕπαρξιν, μάλιστα τῶν ἄλλων ὀνομάτων ἁπάντων, καὶ μάλιστα καθ' ἡμᾶς, τοῦτο μόνον ἀποκληρούντας τῇ ὑπάρξει τοῦ πνεύματος ὄνομα. δι' υἱοῦ τοίνυν αὐτὸ ἐκπορεύεσθαι λέγων, δι' υἱοῦ αὐτὸ λέγει τὴν ὕπαρξιν ἔχειν· καὶ ἀποκλείει διὰ τούτου τὸν λόγον Θεοδωρήτου, ἀπαρνουμένου τὸ, δι' υἱοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχειν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· ὥσθ' ἡμῖν καὶ τὸ ἐντεῦθεν ὑπολειφθῆναι βοήθειαν, ἐπὶ τῇ τῆς συνόδου ἰσχυριζομένοις σιγῇ τοῦ Θεοδωρήτου εἰπόντος, μήτ' ἐξ υἱοῦ μήτε δι' υἱοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχειν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, [illegible] D τῆς, ἰδοὺ γὰρ ἔκ γε τῶν λόγων [illegible] γοῦν δι' υἱοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχειν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον δέδεικται, πάντων τῶν διδασκάλων βοώντων, καὶ οὐχ ἥκιστα τῶν μετὰ Θεοδώρητον, ἐκ τοῦ πατρὸς διὰ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· Ἰωάννου τε καὶ Μαξίμου τῶν μακαρίων, καὶ ἔτι διὰ τοῦ Ταρασίου τοῦ θείου τῆς ἑβδόμης τῶν οἰκουμενικῶν συνόδων, πιστεύειν εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον λέγοντος, τὸ ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ ἐκπορευόμενον, καὶ αὐτὸ Θεὸν εἶναι γνωριζόμενον· τῶν δὲ ἄλλων ἐκ Θεοῦ δι' υἱοῦ εἶναι, καὶ ἐκ Θεοῦ διὰ τοῦ λόγου, καὶ ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ προϊέναι, ἅπερ εἰς ἴσον τῷ ἐκπορεύεσθαι ἔρχεται, καὶ τῷ εἶναι, καὶ τὴν ὕπαρξιν ἔχειν· ὥστε ὁ Θεοδώρη- E τος οὐκ ἀληθεύει τοῦτο εἰπών· ἀλλ' ὅμως ἐσιώπησαν οἱ πατέρες, τούτου ἀκαίρως εἰρηκότος, ὡς μὴ δεῖν μαρτυρίαν ποιεῖσθαι τὴν αὐτῶν σιωπὴν, τοῦ μήτ' ἐξ υἱοῦ μήτε μὴν δι' υἱοῦ τὸ πνεῦμα τὴν ὕπαρξιν ἔχειν· τὸ γὰρ δι' υἱοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχειν, μάρτυρες οἱ δι' υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι αὐτὸ εἰρηκότες, εἴπερ τὸ ἐκπορεύεσθαι καὶ κατὰ τοὺς ἡμετέρους γε τὸ τὴν ὕπαρξιν ἔχειν δηλοῖ. καὶ ταῦτα μετὰ Θεοδώρητον γεγονότες τῷ χρόνῳ, καὶ ἀκούσαντες μὲν αὐτοῦ ταῦτα εἰπόντος, εἰδότες δὲ τὴν σιωπὴν

CAPUT VI.

A ritus enim ſpiranti, & paſſiva ſpiratio activæ ſpirationi correſpondet. Spiritus vero & Spiritus Filii multis in locis ſacræ ſcripturæ dicitur, & ſpiratio ejus. (Hic enim Spiritus) ſacer Athanaſius ait (ſpiratio eſt Filii.) Cum igitur ad Filium Spiritus & tanquam ſpiratio, & tanquam Spiritus referatur, Filius quoque tanquam ſpirans referetur ad Spiritum. At cum longum ſit omnes allegare doctores, qui per Filium ex Patre Spiritum ſpirari dixerunt, ſufficiat unum & ultimum in medium adducere, & quidnam de hoc ille ſentiat, conſiderare. Joannes igitur Damaſcenus de Patre loquens: (Ipſe qui- B dem eſt, ait, intellectus Verbi abyſſus, Verbi genitor, & per Verbum manifeſtativi Spiritus ſpirator.) Et rurſus: (Spiritus vero ſanctus, manifeſtativa occultæ divinitatis potentia Patris, & ex Patre per Filium procedens eſt.) Certe ſupervacaneum eſt velle quæ aperte dicta ſunt declarare. Procedens enim eſt, inquit, quod palam ipſum eſſe & ſubſiſtentiam Spiritus ſignificat, magis quam aliquod aliud nomen, præſertim ſecundum noſtros, qui hoc nomen ſolum ſubſiſtentiæ Spiritus appropriant. Cum igitur per Filium eum procedere dicat, per Filium eum ſubſiſtentiam habere ſignificat: & C per hoc excludit Theodoriti errorem, negantis per Filium ſubſiſtere Spiritum ſanctum; ita ut nullum nobis inde relinquatur ſubſidium; ſi Theodorito hæc coram generali Epheſino concilio dicente, ſacrum concilium tacuerit; qui putamus pro nobis hoc facere, quaſi concilium tacendo verbis Theodoriti conſenſerit. Nam cum Theodoritus utrumque negaſſet, nec ex Filio, nec per Filium ſubſiſtere Spiritum ſanctum aſſerens, ex dictis tamen horum ſanctorum, etſi non ambo, alterum ſaltem, videlicet quod per Filium ſubſiſtat, palam probatum eſt; cum omnes doctores, & non minus qui poſt Theodo- D ritum fuerunt, ex Patre per Filium procedere Spiritum ſanctum, clara voce prædicent; tum Joannes Damaſcenus & Maximus, viri uti doctiſſimi, ita etiam ſanctiſſimi; tota item generalis ſeptima ſynodus per ſanctum Taraſium patriarcham Conſtantinopolitanum, credere dicentem in Spiritum ſanctum, qui ex Patre per Filium procedit, Deus quoque ipſe eſſe cognoſcitur. Alii vero ex Deo per Filium eſſe, videlicet Spiritum ex Deo per Verbum, & ex Patre per Filium procedere; quæ omnia idem atque ſpirari ſignificant, & eſſe, & ſubſiſtentiam habere. Ex quibus patet, quod Theodoritus errat, quod E ad alteram partem attinus, eam videlicet, qua negat Spiritum ſubſiſtere per Filium: patres tamen concilii tacuerunt, eo etiam hanc partem negante; ita ut eorum ſilentium non debeat nobis teſtimonio eſſe, quod nec ex Filio, nec per Filium Spiritus habeat ſubſiſtentiam. Quod enim per Filium ſubſiſtat, teſtantur qui eum per Filium procedere dixerint: Siquidem procedere, etiam ſecundum noſtros ipſum ſubſiſtere ſignificat: cum tamen longo poſt Theodoritum tempore fuerint, & audiverint quidem eum hæc dicentem, ſciverint autem ſa-

Caput VI.

A eam ſynodum ad hæc tacuiſſe, attamen non judicarunt eum eſſe ſequendum, Theodorito enim & quod ex Filio, & quod per Filium ſubſiſtat Spiritus, negante, beatus Joannes Damaſcenus, quod ex Filio, ipſe quoque negat: qua vero ratione, paulo poſt explicabimus: Quod autem per Filium procedat, id eſt, ſubſiſtat, hoc ut verum ponit. Quod ſi quis illud nobis opponat, Solus Pater eſt cauſa, Joanne Damaſceno auctore; item, quod Maximus in epiſtola ad Marinum de Romanis ait, quod ſcilicet non ponant Filium cauſam Spiritus eſſe; quæ ad hæc Latini dicunt, ego non dicam, quod ſcilicet B nec illud Damaſceni omnibus in ejus libris inveniatur, quodque epiſtola Maximi non eſt ejus, cum nec ubique, nec in antiquioribus codicibus, nec inter opera ejus inveniantur, quodque nonnulli noſtrorum etiam eam non eſſe ſuam putant; hæc inquam non dicam, ſed concedam hæc illorum eſſe doctorum & verba & ſententias. Dixiſſe tamen eos hæc ego dicam, ne quis principalem cauſam Spiritus putet Filium, quaſi non a Patre ceperit, ut per eum Spiritus ſanctus procedat. Communis enim linguæ Græcorum uſus, cum per præpoſitionem, Ex, principalem ſignificet cauſam, & Damaſcenum coegit, non ex Filio, ſed per Fi- C lium dicere procedere Spiritum ſanctum; & Maximum, quod a Romanis dicitur ex Filio procedere, idem ſignificare ſentire, ac ſi dicerent; per Filium procedere. Quamquam enim, ait, ex Filio Spiritum ſanctum prodire Romani aſſerant, præpoſitio autem, Ex, principalem ſignificet cauſam, non tamen ideo dicunt, ut talem cauſam ſignificent Filium eſſe. Damaſcenus etiam, Ex Filio quidem Spiritus, inquit, minime eſt, per Filium autem conceditur: Solus namque Pater eſt cauſa talis, videlicet qualem ipſa, Ex, ſignificat. Quare talem quidem cauſam negant Filium eſſe: præpoſitionem D autem, Per, attribuunt Filio, per quam ſimul cum eo Patre cauſam ſive principium Spiritus [illegible] Quia enim, [illegible] Spiritus ſanctus, [illegible] cit idem doctor, quia per eum procedit, ideo a Romanis ex Filio prodire dicitur, & Damaſcenus, Ex Patre per Filium procedit. Quæ omnia aperte Filium etiam ſignificant cauſam ſive principium eſſe, & tale principium, qualis eſt Pater, cum nihil imperfectum apud Filium ſit, quamquam non principalem, nec propriam: ob hoc enim caventes, negant E Filium cauſſam eſſe. Et quia omnia, quæcumque Filius habet, a Patre habet, & ad eum omnia referuntur; quemadmodum & ſanctus Baſilius in octavo ad Amphilochium capitulo ait: Ideo inquit dominus ad Patrem; *Mea omnia tua ſunt*, quia ad eum principium creaturarum refertur. Et Nazianzenus in ſermone ad Ægyptios: Deus, inquit, tribus in maximis conſiſtit, cauſa, creatore, & perficiente: Patre videlicet, Filio, & Spiritu ſancto. Hæc autem dicebat, non quia omnino negabat, Filium & Spiritum ſanctum

Anno Christi 1439.

A δον πρὸς ταῦτα σιγήσασαν, ἀλλ' ὅμως ἐκείνῳ οὐ πάντῃ ἔκρινεν ἕπεσθαι. τὸ δὲ χαλεπώτερον, ὅτι καὶ ἀμφότερα ἀρνησαμένου Θεοδωρίτου, ὁ μακάριος Ἰωάννης τὸ μὲν ἐξ υἱοῦ ἀπαρνεῖται, ὅπως δέ, καὶ αὐτὸ ἐροῦμεν μετὰ μικρόν. τὸ δὲ δι' υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι, ἤτοι δι' αὐτοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχειν, τοῦτο δὲ τίθεται. εἰ δὲ τό, μόνος γὰρ αἴτιος ὁ πατήρ, ὅ φησιν ὁ μακάριος Ἰωάννης, καὶ τὸ ἐν τῇ πρὸς Μαρῖνον ἐπιστολῇ τοῦ θείου Μαξίμου περὶ τῶν Ῥωμαίων ῥηθέν τις ἡμῖν ἀντιπροτείνοι, ὡς οὐκ αἰτίαν ποιοῦνται τοῦ πνεύματος τὸν υἱόν, ἃ μὲν Λατῖνοι φασὶν ἐπὶ τούτοις οὐκ ἂν εἴποιμι καὶ αὐτός, ὡς οὔτε τὸ τοῦ Δαμασκηνοῦ ἐν τοῖς B πλείστοις τῶν αὐτοῦ βιβλίων εὑρίσκεται, τήν τε τοῦ Μαξίμου ταύτην ἐπιστολὴν μὴ εἶναι τοῦ Μαξίμου· οὔτε γὰρ πολλαχοῦ, οὔτε ἐν ἀρχαίοις βιβλίοις, οὔτε τοῖς ἐκείνου συγγράμμασιν ἐγγεγραμμένην εὑρίσκεσθαι· οὐδ' ὅτι καὶ τῶν ἡμετέρων τινὲς ταύτην νοθεύουσιν· ἀλλὰ τοῦτο μὲν συγχωρήσω, καὶ δέξομαι τῆς ἐκείνων εἶναι ταῦτα φωνῆς τε καὶ διανοίας· εἰρῆσθαι μέντοι ταῦτα φαίην ἂν αὐτοὺς ἔγωγε, ὡς ἂν μή τις προκαταρκτικὴν αἰτίαν τὸν υἱὸν τοῦ πνεύματος νομίζοι λέγεσθαι, ὡς μὴ παρὰ τοῦ πατρὸς εἰληφότα τὴν δύναμιν τοῦ δι' αὐτοῦ προϊέναι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. C ἡ γὰρ κοινὴ τῶν Ἑλλήνων χρῆσις ἐπὶ τῆς ἀρχοειδοῦς καὶ προκαταρκτικῆς αἰτίας κυρίως χρωμένη τῇ ἐκ, τόν τε Δαμασκηνὸν ἠνάγκασε, μὴ ἐξ υἱοῦ, ἀλλὰ δι' υἱοῦ φάναι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεσθαι· τόν τε Μάξιμον ἔπεισε, τὸ παρὰ τῶν Ῥωμαίων λεγόμενον ἐξ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι, εἰς τὸ δι' αὐτοῦ προϊέναι μεταλαβεῖν. εἰ καὶ γὰρ ἐξ υἱοῦ, φησίν, οἱ Ῥωμαῖοι τὸ πνεῦμα λέγουσιν ἐκπορεύεσθαι, ἡ δὲ ἐκ, ἐπὶ τῆς ἀρχοειδοῦς αἰτίας παραλαμβάνεται· ἀλλ' ὅμως οὐ τοιαύτην αἰτίαν ποιούμενοι τοῦ πνεύματος τὸν υἱόν. τοῦτό φησι καὶ ὁ Δαμασκηνός, ἐξ υἱοῦ μὲν οὐκ ἔστι τὸ πνεῦμα, δι' υἱοῦ δέ, μόνος γὰρ ὁ πατὴρ τοιοῦτόν ἐστιν αἴτιον οἷον ἡ ἐκ δηλοῦν βούλεται, D ταύτῃ τοι τὴν μὲν τοιαύτην αἰτίαν ἀρνοῦνται, τὴν [illegible] τὸ συμ[illegible] δηλοῦσι. διὰ γὰρ τὸ δι' αὐτοῦ προϊέναι, φησὶ Μάξιμος, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὅπερ ἀλλαχοῦ φησιν αὐτὸς ἐκπορεύεσθαι δι' αὐτοῦ, ἐξ αὐτοῦ παρὰ τῶν Ῥωμαίων ἐκπορεύεσθαι λέγεται. καὶ ὁ Δαμασκηνός, ἐν τῷ [illegible] δι' υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι, ἀ[illegible] καθαρῶς αἰτίαν σημαίνουσι τὸν υἱόν, οἵαν καὶ ὁ πατήρ· οὐδὲν γὰρ παρὰ τῷ υἱῷ ἀτελές, εἰ καὶ μὴ ἀρχοειδῆ ταύτην, μηδὲ προκαταρκτικήν· τοῦτο γὰρ δεδιότες ἀπαρνοῦνται ἀπὸ τοῦ υἱοῦ τὴν αἰτίαν. καὶ ἄλλως τε, διότι πάντα ὅσα ὁ υἱὸς ἔχει, παρὰ τοῦ E πατρὸς ἔχει λαβών, καὶ εἰς τὸν πατέρα τὰ αὐτοῦ ἀναφέρεται πάντα· καθὼς καὶ ὁ μέγας Βασίλειος ἐν τῷ ὀγδόῳ τῶν πρὸς Ἀμφιλόχιον κεφαλαίῳ φησί· διὰ τοῦτο φησὶν ὁ κύριος πρὸς τὸν πατέρα· τὰ ἐμὰ πάντα σά ἐστιν· ὡς ἐπ' αὐτὸν τῆς ἀρχῆς τῶν δημιουργημάτων ἀναγομένης. ἀλλὰ καὶ ὁ θεολόγος Γρηγόριος ἐν τῷ λόγῳ τῷ εἰς τὸν κατάπλουν τῶν Αἰγυπτίων· Θεός, φησίν, ἐν τρισὶν ἵσταται τοῖς μεγίστοις, αἰτίῳ, καὶ δημιουργῷ, καὶ τελειοποιῷ· τῷ πατρὶ λέγω, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ

πνεύ-



Anno Christi 1439.

πνεύματι. ταῦτα δ' ἔλεγεν, οὐ πάντως τοῦ υἱοῦ καὶ A τοῦ πνεύματος τὴν τῶν ὅλων ἀφαιρῶν αἰτίαν, τοῦτο γὰρ βλάσφημον καὶ μόνον ἐννοῆσαι, ἀλλὰ τῷ πατρὶ μόνῳ ταύτην ἀπονέμων, καὶ τοῦτον κατ' ἐξαίρετον αἰτίαν καλῶν, διὰ τὸ ἐκεῖθεν τοῖς ὁμοτίμοις ἥκειν προσώποις πᾶν ὅπερ ἂν ἔχοιεν. ἥ τις ἂν οὖν ἤρκεσεν ἀπολογία τοῖς κακούργως ἐντεῦθεν ἐπιχειροῦσι τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ πνεύματος τὴν τῶν ὄντων αἰτίαν ἀφελεῖν διὰ τὸ τὸν πατέρα λέγειν αἴτιον τὸν διδάσκαλον, οὐχὶ δὲ καὶ τὸν υἱὸν καὶ τὸ πνεῦμα· ἡ αὐτὴ καὶ νῦν ἀρκέσει τοῖς μὴ ποιοῦσι τὸν υἱὸν αἰτίαν τοῦ πνεύματος διὰ τό, τὸν μὲν Δαμασκηνὸν μνησθέντα τοῦ ἐξ υἱοῦ μὴ εἶναι τὸ πνεῦμα, μόνον B αἴτιον εἰπεῖν τὸν πατέρα. τὸν δὲ Μάξιμον εἰπόντα περὶ Ῥωμαίων, ἐκ τοῦ υἱοῦ λέγειν τὸ πνεῦμα, ἀλλ' οὐχ ὡς ἐξ αἰτίου φάναι, εἰδότας μὲν ἥν τινα ἡ, ἐκ, σημαίνει αἰτίαν, τοιαύτην δὲ μὴ συγχωροῦντας τὸν υἱὸν εἶναι, διὰ τὸ πάντα αὐτὸν παρὰ τοῦ πατρὸς ἔχειν λαβόντα, ὅς ἐστι μόνος ἀρχοειδὴς αἰτία καὶ πρώτη, καὶ οἵαν ἡ, ἐκ, δύναται παριστάνειν, αὐτὸς μὲν ἀφ' ἑαυτοῦ πάντα ἔχων καὶ οὐδαμόθεν ἄλλοθεν, τῶν δὲ τοῦ υἱοῦ πάντων πρὸς ἐκεῖνον ἀναφερομένων, ἅτε καὶ παρ' αὐτοῦ ἔχοντος πάντα. καὶ διὰ τοῦτο εἰκότως τοῦ πατρὸς λεγομένων τῶν τοῦ υἱοῦ, ὡς ἐκεῖθεν ἡκόντων αὐτῷ. καὶ γὰρ δὴ καὶ ὅλως οὐ δύναιτ' ἄν τις μὴ λέγειν αἰτίαν καὶ ὁπωσοῦν τὸν υἱόν, δι' αὐτοῦ C λέγων τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεσθαι. εἰ γὰρ τὸ μὲν διὰ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι, καὶ προϊέναι, καὶ εἶναι, τὸ δι' υἱοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχειν δηλοῖ, ὡς καὶ παρὰ τῶν ἀντιλεγόντων αὐτῶν συγχωρεῖται, μὴ δυναμένων ἀντιβλέπειν πρὸς τὰ φανερώτατα· τοῦτο δὲ λέγοντες οἱ διδάσκαλοι, οὔτε τὴν εἰς τὸν αἰσθητὸν τουτονὶ κόσμον τοῦ πνεύματος δηλοῦσι φανέρωσιν, οὔτε περὶ χαρισμάτων τινῶν ποιοῦνται τὸν λόγον, ἀλλὰ τῆς τοῦ πνεύματος ὑποστάσεως καὶ τῆς ἐξ ἀϊδίου προόδου αὐτοῦ καὶ ὑπάρξεως· οὔτε μέντοι ταυτὸ δύναται τῇ, μετά, ἡ, διά, καθὼς ἀπεδείξαμεν, εἰς ἃ καταφεύγειν ἔθος τοῖς ἀντιλέγουσι· τί ἕτερον λείπεται, D ἢ αἰτίαν τὴν, διά, ταύτην σημαίνειν; δι' υἱοῦ γὰρ τὴν ὕπαρξιν ἔχειν τὸ πνεῦμα λεγόντων, ἡ, διά, καθ' αὑτὴν μένουσα, καὶ μὴ δυναμένη μεταληφθῆναι εἰς τήν, μετά, τὸ ἑαυτῆς δύναται πάντως, καὶ αἰτίαν παρίστησιν, αἰτίαν πάντοτε δειχθεῖσα σημαίνειν ἐφ' ὧνπερ παραλαμβάνεται. ὅτι δὲ ἡ, διά, οὐδὲν τούτων τῶν τριῶν βούλεται, ἀπό τε τοῦ Μαξίμου ἐν τῇ πρὸς Μαρῖνον, καὶ τοῦ Δαμασκηνοῦ καθαρώτερον δείκνυται, τήν, ἐκ, φανερῶς μεταλαμβανόντων ἀντὶ τῆς, διά, καὶ περὶ τῆς τοῦ πνεύματος ὑποστάσεως, ἔτι δὲ καὶ τῆς ἀϊδίου ὑπάρξεως ποιουμένων τὸν λόγον· ὅσον οὖν κοινότητος μέτεστι τῇ, μετά, καὶ τῇ, ἐκ, τοσοῦτον τῇ, διά, καὶ τῇ, μετά. E καὶ Θεοδώρητος δ' οὐδὲ δι' υἱοῦ τὴν ὕπαρξιν λέγων ἔχειν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, πότερον ἀντὶ μετὰ τοῦ υἱοῦ ἐξελάμβανεν; οὐκοῦν ἐψεύδετο φανερῶς, οὐ δεῖ ἡμᾶς ἐπὶ τούτῳ καὶ τῇ τῆς συνόδου σιγῇ ἰσχυρίζεσθαι· καὶ γάρ ἐστι μετὰ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα, συμπροϊὸν αὐτῷ συμπαρομαρτοῦν τε καὶ συνεκλάμπον. ἀλλ' ὁμώνυμον ἡγούμενος τὴν φωνήν, καὶ τὸ διὰ τοῦ υἱοῦ, νῦν μὲν ἰσοδυναμεῖν τῷ μετὰ τοῦ υἱοῦ, νῦν δὲ καθ' αὑτὸ ὡς δι' υἱοῦ, εἶτα τὸ δι' υἱοῦ τὸ πνεῦμα ὑπάρχειν ἐκεῖνος ἀρνεῖται. οὐκοῦν ἢ αὐτὸ ἔδει τὴν

Caput VI.

A eſſe principium ſive cauſam creaturarum, (hoc enim impium eſt cogitare) ſed quia Patrem ſolum ſimpliciter principaliter cauſam eſſe ſciebat, & ab eo Filium & Spiritum ſanctum habere quidquid habent. Quæ ergo reſponſio ſuffeciſſet contra quoſcumque, qui ex his verbis doctoris non Filium, nec Spiritum, ſed Patrem ponentis cauſam creaturarum, maligne arguere volentes, totaliter negarent Filium & Spiritum ſanctum cauſam eſſe creaturarum: ipſa eadem illis ſufficiet, qui Filium non eſſe cauſam Spiritus ponunt. Eadem enim ratione & Damaſcenus, cum diceret Spiritum non eſſe ex Filio, addi- B dit: Solus enim Pater cauſa eſt. Et Maximus dicens de Romanis, quod ex Filio aſſererent Spiritum prodire: non enim cauſam ponunt, ait, cum ſcirent quidem, qualem cauſam ſignificet, Ex: talem Filium eſſe, minime concederent; quippe qui omnia quæ habet, a Patre accipit, qui ſolus prima & principalis cauſa eſt, qualem ipſa, Ex, ſignificat, cum ipſe quidem a ſeipſo omnia habeat, Filius vero a Patre. Et ideo non prima nec principalis cauſa eſt, eſt tamen cauſa, ſive principium Spiritus unum & idem cum Patre; nec quiſquam hoc omnino negare poterit, per eum, audiens docto- C res dicentes, Spiritum ſanctum procedere. Si enim per Filium procedere, prodire, & eſſe, ipſi quoque adverſarii, non valentes aperte veritati contradicere, concedunt idem ſignificare, ac ſi diceretur per Filium habere ſubſiſtentiam: hoc autem dicentes doctores, nec manifeſtationem Spiritus ad hunc ſenſibilem mundum ſignificant, nec de gratiis & donis Spiritus, ſed de ipſa hypoſtaſi Spiritus & ejus æterna emanatione & exiſtentia loquuntur: nec iſta præpoſitio, Per, idem quod præpoſitio, Cum, (ut probavimus) ſignificat, ad quæ refugere ſolent adverſari: quid aliud relinquitur, D niſi ut, Per, ſignificet cauſam ſive principium? Cum enim per Filium dicant doctores Spiritum ſanctum eſſe, & exiſtentiam habere; cumque ipſa, Per, non poſſit pro, Cum, intelligi, ſuam vim exprimit utique, & cauſam ſignificat, cum jam probatum ſit, cauſam ſignificare in quibus accipitur. Quod autem ipſa, Per, nullum trium prædictorum hic ſignificet, ex epiſtola Maximi ad Marinum prædicta, & ex ipſo Damaſceno palam probatur, qui ipſam, Ex, mutant in Per, & de ipſa perſona Spiritus & ejus æterna exiſtentia loquuntur. Quantum igitur conveniunt, Ex, &, Cum, tantum, Per, E &, Cum, convenire poſſunt, quod & per Theodoritum maxime probatur. Cum enim ille diceret, Spiritum non habere exiſtentiam per Filium, cum Filione intelligebat? Ergo palam mentiebatur, nec decet nos niti concilii ſilentio. Etenim Spiritus cum Filio ſimul eſt, & ex Patre ſimul emanans. An æquivocam hanc dictionem, Per, ille putans, ut aliquando idem quod, Cum, aliquando ſe ipſum, Per, ſignificaret, per Filium negat Spiritum eſſe? At oportuiſſet vel ipſum, vel concilium hanc æquivocationem diſtingue-

CAPUT VI.

te, & docere de quo ſignificato diceret, A prout omnes ſolent doctores: ſed nec idem, Per, cum Filio, ille putabat poſſe intelligi, cum diceretur, Per Filium: & per Filium negans Spiritum habere exiſtentiam, cauſam ſignificare, hanc præpoſitionem putabat. Palam itaque his omnibus patet, ſe ipſam in productis auctoritatibus, Per, ſignificare, & quod ſuum eſt per ſe cauſamque manifeſte ſignificare, & hanc Theodoritum negare, hanc ceteros ſanctos doctores audacter profiteri. Sed ne rurſus ad illa conſueta refugia te recipias, ideo dicens per Filium prodire Spiritum, dictum fuiſſe, ut conjunctio, connexio, & idemtitas ſubſtantiæ eorum ſignificetur. B Primo namque hic prodire pro procedere capitur. Ipſe enim idem Maximus, qui in epiſtola ad Marinum, prodire ait: in expoſitione ad Zachariam, procedere inquit. Idem Damaſcenus, idem ſeptima ſynodus ait: Procedere vero, ſubſiſtentiam habere ſignificat: & per Filium procedere, per Filium ſubſiſtentiam habere procul dubio ſignificat: hoc autem eſſe non poterit, niſi & Filius ſubſiſtentiæ Spiritus principium ſit. Deinde, non quia nos dicimus Spiritum prodire per Filium, ideo aut eſt, aut manifeſtatur ſubſtantiæ idemtitas, (non enim per nos, neque per noſtrum dicendi modum, divina eſſentia C divinis unitur aut idemtificatur perſonis) ſed quia eſt eſſentiæ idemtitas, ideo prodire dicitur, & prodit per Filium Spiritus. Hoc autem Latini etiam dicunt. Quia enim eadem eſt eſſentia Patri & Filio, ajunt; & omnia Patris Filius etiam habet, præterquam quod non ſit Pater; ideo etiam hoc eum habere aſſeverant, quod ex eo, vel per eum Spiritus procedat. Hoc idem quoque beatus Cyrillus in quinto ad Hermiam probat, dicens: Cujuſnam proprium eſſe Spiritum dicimus? Utrum ſolius Dei & Patris, an etiam Filii, an & disjunctim utriuſque & ſimul amborum, tanquam unum ex Patre per D Filium propter idemtitatem eſſentiæ? Ad quæ reſpondet Hermias: Ita mihi videtur. At doctor ad eum: Recte quidem. Propter idemtitatem eſſentiæ, inquit, Patris & Filii, & amborum Spiritus eſt, & ex Patre procedit per Filium. Quod quid aliud vult, niſi quod propter idemtitatem eſſentiæ Filii & Patris, & per Filium Spiritus procedit, & ejus Spiritus eſt, quemadmodum & Patris? Hoc autem Latini etiam concedunt. Præterea idemtitas eſſentiæ Patris cum Filio & Spiritu, ac Filii cum Patre & Spiritu, tum præcipue probatur, cum ad invicem ut principium, & E id quod a principio, ſe habeant. In quantum enim tales, & maxime invicem communicarent, & maxime ad invicem diſtinguerentur. Qui modus cum intelligi ſimul poſſit; merito in divinis omnibus aliis diſtinguendi vel uniendi modis præponitur. Quemadmodum enim in illis rebus divinis & una cum unitate, diſtinctio, & cum diſtinctione ſumma unitas eſt; ita neceſſe eſt, nos etiam talem unionis modum illic intelligere, qui non minus etiam diſtinctionem contineat, & talem diſtinctionem, quæ unionem in ſe habeat: talis vero ſola princi-

ANNO CHRISTI 1439.

ὁμωνυμίαν, ἢ τὴν σύνοδον διαστεῖλαι; καὶ δῆλον ποιῆσαι, περὶ ποίου τῶν σημαινομένων ὁ λόγος αὐτῷ. ἀλλ' ὑπὸ τὸ, δι' υἱοῦ, ἐκεῖνος ἡγεῖτο τῷ, μετὰ τοῦ υἱοῦ, ταυτὸν δύνασθαι, καὶ τὸ δι' υἱοῦ ὡς δι' υἱοῦ ἐξεδέχετο καὶ αἰτίαν τῇ, διὰ, ἀπονέμων. πανταχόθεν οὖν ἀναφαίνεται αὐτὴ ἑαυτῆς ἡ, διὰ, τιθεμένη ἐφ' ὧν νυνὶ προὐνεγκάμην χρήσεων, καὶ δυναμένη τὸ ἑαυτῆς, καὶ φανερῶς αἰτίαν σημαίνουσα. ἀλλὰ μή μοι πάλιν εἰς τὸ συναφὲς καταφύγῃς καὶ ἀπαράλλακτον τῆς οὐσίας, διὰ τοῦτο λέγων διὰ τοῦ υἱοῦ προϊέναι τὸ πνεῦμα εἰρῆσθαι, ἵνα τὸ συναφὲς καὶ ἀπαράλλακτον δηλωθῇ τῆς οὐσίας. πρῶτον μὲν γὰρ τὸ προϊέναι ἐνταῦθα ἀντὶ τοῦ ἐκπορεύεσθαι εἴρηται· αὐτός τε γὰρ ὁ θεῖος Μάξιμος ὁ τοῦτο εἰπὼν ἐν τῇ πρὸς Μαρῖνον ἐπιστολῇ, ἐν τῇ εἰς τὸν Ζαχαρίαν θεωρίᾳ, ἐκπορεύεσθαι εἴρηκε· τὸ δ' αὐτὸ καὶ ὁ Δαμασκηνὸς, καὶ ἡ τῶν συνόδων ἑβδόμη· τὸ δὲ ἐκπορεύεσθαι, τὸ τὴν ὕπαρξιν ἔχειν δηλοῖ· καὶ τὸ δι' υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι, τὸ δι' αὐτοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχειν. τοῦτο δ' οὐκ ἂν δύναιτο εἶναι, μὴ καὶ τοῦ υἱοῦ τῆς τοῦ πνεύματος ὑπάρξεως ὄντος αἰτίας. ἔπειτα δὲ ὅτι οὐδ' ἡμεῖς λεγομένου δι' υἱοῦ προϊέναι τὸ πνεῦμα, τὸ ταυτὸν τῆς οὐσίας ἢ ἔστιν, ἢ δηλοῦται· οὐ γὰρ ἡμᾶς ἀναμένει καὶ τὸν ἡμέτερον λόγον ἡ θεία οὐσία τοῖς προσώποις ταυτίζεσθαί τε καὶ κοινοῦσθαι· ἀλλὰ διότι ἔστι τὸ ταυτὸν τῆς οὐσίας, διὰ τοῦτο καὶ λέγεται προϊέναι καὶ πρόεισι διὰ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. τοῦτο δὲ καὶ οἱ Λατῖνοι φασί. διὰ τὸ τὴν αὐτὴν οὐσίαν εἶναι πατρὶ καὶ υἱῷ, καὶ πάντα τὰ τοῦ πατρὸς τὸν υἱὸν ἔχειν δίχα τοῦ εἶναι πατέρα, καὶ τοῦ ἐκπορεύεσθαι ἐξ αὐτοῦ ἢ δι' αὐτοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸν υἱὸν ἔχειν διϊσχυρίζονται. τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο καὶ ὁ μακάριος Κύριλλος ἐν τῷ πέμπτῳ τῶν πρὸς Ἑρμείαν δηλοῖ· τίνος γὰρ ἴδιον, φησὶν, εἶναί φαμεν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον; πότερον δὲ μόνου τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, ἢ γοῦν καὶ τοῦ υἱοῦ; ἢ καὶ ἀνὰ μέρος ἑκατέρου καὶ ἀμφοῖν, ὡς ἓν ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ διὰ τὴν ταυτότητα τῆς οὐσίας; πατρὸς δηλαδὴ καὶ υἱοῦ λέγων. ἀποκρίνεται δὲ ὁ Ἑρμείας· οὕτως ἔγωγέ φημι ὦ ἑταῖρε. καὶ ὁ ἅγιος πρὸς αὐτόν· ὀρθῶς. διὰ τὸ ταυτὸν γὰρ, φησὶ, τῆς οὐσίας πατρὸς καὶ υἱοῦ, ἀμφοῖν τὸ πνεῦμά ἐστι, καὶ ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ ἐκπορεύεται· ὅτι βούλεται ἕτερον, ἢ ὅτι διὰ τὸ ταυτὸν τῆς οὐσίας υἱῷ πρὸς πατέρα καὶ διὰ τοῦ υἱοῦ πρόεισι τὸ πνεῦμα, καὶ πνεῦμά ἐστιν αὐτοῦ, ὥσπερ καὶ τοῦ πατρός. τοῦτο δὲ καὶ Λατίνοις δοκεῖ. ἄλλως τε τὸ ὁμοούσιόν τε καὶ ἀπαράλλακτον τῆς οὐσίας οὕτως ἂν δειχθείη μάλιστα ἐπὶ τῶν θείων προσώπων πατρός τε πρὸς τὸν υἱὸν καὶ τὸ πνεῦμα, καὶ υἱοῦ πρὸς τὸν πατέρα καὶ τὸ πνεῦμα, εἰ ὡς αἴτιον καὶ αἰτιατὸν ἔχουσι πρὸς ἀλλήλους· ἢ γὰρ τοιαῦτα, κοινωνήσει τε μάλιστα ἀλλήλοις, οἰκείως ἔχοντα πρὸς ἄλληλα κατὰ φύσιν, διὰ τὸ αὐτὸ δὲ οὐδὲν ἧττον διακριθήσονται· καὶ μᾶλλον διὰ τούτου τοῦ τρόπου ἢ δι' ἑτέρου, τοῦ αὐτοῦ καὶ ἑνὸς ἀμφότερα δυναμένου, καὶ εἰκότως προλαμβανομένου ἐπὶ τῶν θείων. ὥσπερ γὰρ ἐκείνοις καὶ τῇ ἑνώσει ἡ διάκρισις, καὶ τῇ διακρίσει ἡ ἕνωσις συνεμφαίνεται, οὕτως ἀνάγκη καὶ τοιαύτην ἐκεῖ λαβεῖν κοινωνίαν, ὡς μηδὲν ἧττον καὶ τὴν διάκρισιν ἐν ἑαυτῇ συνέχειν· καὶ πάλιν τοιαύτην διάκρισιν, ἐν ᾗ συμπεριλαμβάνεται καὶ

ἡ ἕνω-



ANNO CHRISTI 1439.

ἡ ἕνωσις· ὥστε ἄν τινος ἀκούσωμεν λέγοντος τῶν ἁγίων, διὰ τὴν ὁμοουσιότητα εἰρῆσθαι δι' υἱοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεσθαι, ἐπεὶ τὴν ὁμοουσιότητα ταύτην ἡ κατὰ τὸ αἴτιον καὶ αἰτιατὸν σχέσις δηλοῖ, μάλιστα διὰ τὴν κατὰ τὸ αἴτιον καὶ αἰτιατὸν σχέσιν νομίσωμεν αὐτοὺς εἰρηκέναι, διὰ τοῦ υἱοῦ λέγεσθαι ἐκπορεύεσθαι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. ὅτι δὲ ἡ τοιαύτη σχέσις τὸ ὁμοούσιον παρίστησι, πρὸς τοῖς λεγομένοις καὶ ὁ μέγας μαρτυρήσει Βασίλειος, ἐν τῇ πρὸς τοὺς Κανονικὰς ἐπιστολῇ ταυτὶ λέγων· ἐπεὶ γοῦν ἐστιν ἄναρχον φῶς ὁ πατὴρ, γεννητὸν δὲ φῶς ὁ υἱὸς, φῶς δὲ καὶ φῶς ἑκάτερος, ὁμοούσιον αὐτὸν εἴποιεν ἂν δικαίως, ἵνα τὸ τῆς φύσεως ὁμότιμον παραστήσωσι. B οὐ γὰρ τὰ ἀδελφὰ ἀλλήλοις ὁμοούσια λέγεται, ὅπερ τινὲς ὑπειλήφασιν, ἀλλ' ὅταν καὶ τὸ αἴτιον καὶ τὸ ἐκ τοῦ αἰτίου τὴν ὕπαρξιν ἔχον τῆς αὐτῆς ὑπάρχῃ φύσεως, ὁμοούσια λέγεται. καὶ ἐν τῷ κατὰ Σαβελλίου καὶ Ἀρειανῶν λόγῳ περὶ πατρὸς καὶ υἱοῦ λέγων· οὐ γὰρ ἀδελφὰ, φησὶ, λέγομεν. ἀλλὰ πατέρα καὶ υἱὸν ὁμολογοῦμεν· τὸ δὲ τῆς οὐσίας ταυτὸν, ἐπειδὴ ἐκ τοῦ πατρὸς ὁ υἱός. εἰ οὖν διὰ τὸ ὁμοούσιον, εἴρηται διὰ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα· τὸ δ' ἔκ τινος ὂν, ὁμοούσιον εἶναι τῷ ἐξ οὗ ἐστι, καὶ τῷ μεγάλῳ Βασιλείῳ δοκεῖ, καὶ μάλιστα ὅταν τῆς αὐτῆς φύσεως ὦσι, διὰ τὸ αἴτιον καὶ αἰτιατὸν δι' υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι εἴρηται. C

CAPUT VI.

A pii, & ejus quod a principio, relatio eſt. Quare ſi quos audiamus doctores dicentes, propter conſubſtantialitatem dictum fuiſſe, per Filium Spiritum procedere; propter principii, & ejus quod a principio, relationem eos dixiſſe putemus, per Filium dici procedere Spiritum ſanctum, & ob nullam aliam rationem, cum iſtam conſubſtantialitatem potiſſimum principii, & ejus quod a principio, relatio probet. Cujus una cum aliis magnus quoque Baſilius teſtis eſt, in epiſtola ad canonicas hæc dicens: Cum enim Pater lumen ſine principio eſt, Filius quoque lumen, ſed natum, lumen tamen uterque; merito conſubſtantialem B eum dicent, ut naturæ idemtitatem ſignificent. Non enim, quæ germana ſunt, conſubſtantialia dicuntur, ut quidam putant, ſed cum cauſa, & quod a cauſa ſubſiſtentiam habet, ejuſdem naturæ ſint, tunc conſubſtantialia dicuntur. Rurſus idem in ſermone contra Sabellium & Arianos, de Patre dicens & Filio: Non enim eos, inquit, germanos dicimus, ſed Patrem profitemur & Filium: idemtitas autem eſſentiæ in eis eſt, quia Filius ex Patre. Si igitur propter conſubſtantialitatem dictus eſt per Filium Spiritus; cauſa vero & cauſatum, cum ejuſdem naturæ ſint conſubſtantialia ſunt, ut ait Baſilius; mani- C feſte patet, propter relationem cauſæ & cauſati, ſive principii & ejus quod a principio eſt, per Filium procedere Spiritum, dictum fuiſſe.

*Auctoritates doctorum in quibus Spiritus ſanctus ex Filio, & ex ambobus dicitur eſſe, prodire, & profluere: quodque non gratia Spiritus non ſubſiſtens, ſed ipſa perſona Spiritus dicitur prodire, profluere, emanare, &c. a Filio.*

CAPUT VII.

## ΚΕΦΑΛ. ζ'.

ΑΛΛ' οὕτω μὲν καὶ ἀπ' αὐτῆς τῆς, διὰ, μόνης οἱ ἀνατολικοὶ ἐδείχθησαν ἅγιοι τὸν υἱὸν αἰτίαν φρονοῦντες τοῦ πνεύματος· δεικτέον δὲ ὅμως καὶ τινας αὐτῶν οὐδὲν ἧττον καὶ τῇ, ἐκ, χρησαμένους ἐπὶ τοῦ υἱοῦ ἐν τῇ ὑπάρξει πνεύματος. ἐκείνους μὲν οὖν, ὧν τοῖς λόγοις καὶ τις ἀμφιβολία καταλείπεται, Βασίλειόν τέ φημι, καὶ τὸν Νύσσης Γρηγόριον, Ἀθανάσιόν τε [a] δὲ ἄλλους, παραλειπτέον ταννῦν. οὐ μὴν οὐδ' ἐκείνων τοῖς λόγοις χρηστέον, οἳ πολλαχοῦ δεικνύουσιν ἰσοδυναμοῦσαν τῇ, ἐκ, τὴν, διὰ, οὗτοι δ' εἰσὶν οἱ πλείους, ἢ πάντες. προχειριστέον δὲ μόνους Κύριλλόν τε καὶ Ἐπιφάνιον, σαφέστερόν τε τῶν ἄλλων καὶ μᾶλλον διὰ πάντων τῶν πονηθέντων αὐτοῖς λόγων αὐτῇ τῇ, ἐκ, χρησαμένους· ὧν τὸ ἀξίωμα ὅσον ἐν ἐκκλησίᾳ Θεοῦ, καὶ οἱ ὑπὲρ αὐτῆς κατὰ τῶν ἀπίστων ἀγῶνες καὶ τῶν αἱρέσεων, οὐδένα λελήθασιν· ἐρῶ δὲ οὐ πάντα αὐτῶν, οὐδὲ γὰρ ἂν δυναίμην ἐξαριθμήσασθαι, ἀλλ' ὀλίγα τε καὶ μέτρια, τὸ μῆκος ἐκφεύγων. ὁ μὲν οὖν μακάριος Κύριλλος ἐν τῇ εἰς τὸν προφήτην Ἰωὴλ ἑρμηνείᾳ, τῇ, ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός μου· οὕτω φησίν· ἢ μὲν γάρ ἐστι Θεὸς ἐκ Θεοῦ κατὰ φύσιν ὁ υἱὸς, γεγέννηται γὰρ ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, ἴδιον αὐτοῦ τε καὶ ἐν αὐτῷ καὶ ἐξ αὐτοῦ τὸ πνεῦμά ἐστι, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἐν αὐτῷ νοεῖται τοῦ Θεοῦ πατρὸς, καὶ ἐξ αὐτοῦ ἐστί φησι,

[a] Forte, καὶ ἄλλους. H.

## CAPUT VII.

SED jam, Per, ipſa ſola manifeſtiſſime probatum eſt, orientales doctores, Filium principium Spiritus eſſe palam profiteri. Probandum autem, nonnul- D los eorum præpoſitione quoque, Ex, non minus uſos fuiſſe de Filio in ſubſiſtentia Spiritus. Illos itaque, quorum teſtimonia calumniam patiuntur, tanquam non eorum, vel non ita per eos edita, ſanctum videlicet Athanaſium, Baſilium, Gregorium Nyſſenum, omittendos duxi, nec illorum auctoritatibus utendum, qui pleriſque in locis ipſam, Per, probant æquivalere ipſi, Ex, in theologia; hi vero quaſi omnes aut major pars ſanctorum doctorum eſt. Cyrillum autem dumtaxat & Epiphanium producendum duxi, qui ceteris apertius & magis ubique operum ſuorum præpoſitione, Ex, uſi ſunt: quorum E quanta qualiſque auctoritas in eccleſia Dei ſit, certaminaque eorum contra infideles & hæreſes, nemo eſt quem lateat. Producam vero non omnia eorum teſtimonia, (nec enim facile eſt) ſed aliqua pauca, fugiens verborum prolixitatem. Beatus itaque Cyrillus in expoſitione prophetæ Joelis ſupra illam auctoritatem: *Effundam a Spiritu meo*, ſic ait: In quantum enim Deus ex Deo ſecundum naturam Filius eſt, cum natus ſit ex Deo & Patre, proprius ejus & in eo & ex eo Spiritus eſt, Joel. 2.

quem-

 

quemadmodum & de ipſo Deo & Patre A
intelligitur, & ex eo eſt, inquit, & ita
eo, quemadmodum de ipſo Deo & Pa-
tre intelligitur; omne dubium quærenti-
bus cauſam tollens: Idem rurſus in ſer-
mone ad Theodoſium imperatorem: Ba-
ptizantem, inquit, Jeſum in igne & Spi-
ritu ſancto, non alienum baptizandis ef-
fudiſſe Spiritum ſerviliter & inſtrumenta-
liter, ſed tanquam Deum ſecundum na-
turam cum auctoritate ſumma, qui ex eo
& proprius ejus eſt. Et iterum in The-
ſauris: Legem igitur cum ferat Chriſtus,
ita condit eam, tanquam in eo & ex eo ſit
Spiritus ejus. Et rurſus: Nullam igitur
naturæ differentiam Filii & Spiritus ſancti B
Paulus novit, ſed tanquam ex eo & in eo
naturaliter ſit, dominico nomine eum vo-
cat. Et animadverte, quod ideo dicit Pau-
lum appellaſſe Spiritum dominum, quod 2. Cor. 3.
Filii nomen eſt, quia ex Filio eſt: Cauſa-
rum enim nomina cauſatis ſolemus impo-
nere. Item in expoſitione noni anathema-
tiſmi: Homo factus, inquit, unigenitus
Dei Filius, non minus permanſit Deus,
omnia habens quæcumque & Pater, præ-
terquam quod non ſit Pater, & proprium
habens, qui ex eo & in eo inſitus eſt Spi-
ritus ſanctus.

καὶ οὕτως ἐξ αὐτοῦ ὡς ἐπ' αὐτοῦ νοοῦνται τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός, πᾶσαν ἀμφιβολίαν τοῖς προφασιζομένοις περιαιρῶν. καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς ἐν τῷ πρὸς τὸν βασιλέα Θεοδόσιον λόγῳ· βαπτίζοντα, ἔφη, τὸν Ἰησοῦν ἐν πυρὶ καὶ ἁγίῳ πνεύματι, οὐ τὸ ἀλλότριον τοῖς βαπτιζομένοις ἐνιέντα πνεῦμα δουλοπρεπῶς καὶ ὑπηρετικῶς, ἀλλ' ὡς Θεὸν κατὰ φύσιν μετ' ἐξουσίας τῆς ἀνωτάτω, τὸ ἐξ αὐτοῦ καὶ ἴδιον αὐτοῦ. καὶ πάλιν ἐν ἄλλῳ· νομοθετοῦντος τοιγαροῦν τοῦ Χριστοῦ, ὡς ἐν αὐτῷ καὶ ἐξ αὐτοῦ φυσικῶς ὑπάρχον τὸ πνεῦμα αὐτοῦ, νομοθετεῖ. καὶ ἐν ἑτέρῳ· οὐδεμίαν ἄρα, φησὶν, οἶδεν ὁ Παῦλος φύσεως διαφορὰν υἱοῦ τε καὶ ἁγίου πνεύματος, ἀλλ' ὡς ἐξ αὐτοῦ καὶ ἐν αὐτῷ φυσικῶς ὑπάρχον. τῷ τῆς κυριότητος ὀνόματι καλεῖ. καὶ ὅρα, ὅτι διὰ τοῦτό φησι τὸν Παῦλον κύριον τὸ πνεῦμα καλέσαι, ὅπερ ἐστὶ τοῦ υἱοῦ ὄνομα, διὰ τὸ ἐξ αὐτοῦ εἶναι· τὰ γὰρ τῶν αἰτίων ὀνόματα τοῖς αἰτιατοῖς εἰώθαμεν ἐπιτιθέναι. καὶ ἐν τῇ εἰς τὸν ἔνατον ἀναθεματισμὸν ἐξηγήσει· ἄνθρωπος γεγονώς, φησὶν, ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ λόγος ἀπομεμένηκε καὶ οὕτω Θεός, πάντα ἔχων ὅσα καὶ ὁ πατὴρ, δίχα μόνου τοῦ εἶναι πατὴρ, καὶ ἴδιον τὸ ἐξ αὐτοῦ καὶ ἐν αὐτῷ ἐμπεφυκὸς ἅγιον πνεῦμα.

Quod ſi quis rurſus opponat quæ a Theodorito in hunc anathematiſmum dicta ſunt, C primo quidem ſcias, quæcumque Theodoritus contra Cyrillum ſcripſit, omnia reprobata & anathemati tradita ab omnibus ſequentibus ſanctis concilii fuiſſe, ita ut non deceat ex maledictis & jam reprobatis arguere. Deinde ſatis jam de hoc per nos dictum eſt, quando etſi non in utroque, in altero tamen eum mentitum fuiſſe probavimus, cum ipſe quidem, quod per Filium Spiritus habeat ſubſiſtentiam, negaret; nos autem teſtimoniis doctorum probaverimus verum eſſe, ita ut non debeamus ſilentio ſacri concilii niti, & inde arguere, D quod Theodoritus ſcripſiſſet Spiritum ſanctum, nec ex Filio, nec per Filium ſubſiſtentiam habere, & concilium his auditis tacuerit, nec eum redarguerit, ideo tacuit, quia eum vera dixiſſe ſciebat. Ecce etenim probatum quidem eſt, Spiritum ſanctum per Filium ſubſiſtentiam habere; ſynodus vero non ſolum de altero, videlicet quod non ex Filio habeat ſubſiſtentiam, tacuit, ſed etiam de altera parte, hoc eſt, quod nec per Filium procedat, quod tamen palam falſum eſt. Quemadmodum enim hoc ſilentio præteriit, cum tamen falſum ſit, ita etiam reliquum, videlicet quod nec ex Filio ſubſiſtentiam habeat, cum ipſum quoque falſum ſit. Hæc igitur in ſuperioribus diximus, & nunc illius noni anathematiſmi, contra quem Theodoritus ſcribens illa dixit, ipſius Cyrilli expoſitionem induximus, ſe ipſum & ſuam mentem exponentis, & contra maledicta Theodoriti replicantis. Non decet igitur, omiſſo illo alium quærere verborum Cyrilli expoſitorem, & præſertim acerrimum ejus hoſtem. Quare autem Cyrillus Spiritum dixerat proprium Filii, in nono anathematiſmo, quod Theodoritus carpſit, ipſe exponens. Quia dicit, Ex eo eſt, & conveniens in hoc occidentalibus patribus. Et illi enim Spiritum dicunt Filii tanquam ex eo procedentem. Præterea ex reſponſione Cyrilli ad Theodoritum idem probare poſſumus, ſi quis ſine contentione audiat: Procedit quidem, inquit, Spiritus ſanctus ex Deo Patre ſecundum verba ſalvatoris, non tamen eſt alienus a Filio: omnia namque cum Patre habet. Et hoc ipſemet docuit, dicens de Spiritu ſancto: *Omnia quæcumque habet Pater, mea ſunt*: ideo dixit vobis: *Ex meo accipiet, & annunciabit vobis*. Nam etſi a Patre, inquit, procedere Spiritum ſanctum ſalvator dixit, non minus tamen eſt etiam Filii: Eſt autem Filii, quemadmodum & Patris. Superius namque dixit: Erat namque & eſt Spiritus ejus, ſicut & Patris: & non magis Patris, minus Filii, ſed ſimiliter amborum. Hoc vero nihil aliud eſt, niſi quemadmodum eſt Spiritus Patris, tanquam ex eo procedens, ita ſcilicet etiam Filii eſt, tanquam ex eo & per eum procedens. Et hoc ſignificat cum in teſtimonium hujus rei accipiat, quod Filius omnia habeat quæ & Pater, & addat, quod hoc de Spiritu dixerat dominus. Poſtremo idem probat per illam auctoritatem, quod ex eo, id eſt, Filio accipiat Spiritus. Hoc enim & ſanctus

Εἰ δέ τις αὖθις ἀντιπάγοι τὰ τοῦ Θεοδωρήτου εἰς τοῦτον τὸν ἀναθεματισμὸν εἰρημένα, περὶ τούτου καὶ πρότερον εἴπομεν, καὶ νῦν αὖθις τὴν ἐξήγησιν ἀπεστήσαμεν ταύτην, σαφῶς [illegible] τὴν τοῦ διδασκάλου διάνοιαν· προσέτι δὲ καὶ ἀπὸ τῆς ἀπολογίας τῆς πρὸς Θεοδώρητον τὸ αὐτὸ τοῦτο, εἴ τις ἀγνωμόνως ἀχθέσεται, δεῖξαι δυνάμεθα. ἐκπορεύεται μὲν γάρ, φησὶν, ὡς ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον κατὰ τὴν τοῦ σωτῆρος φωνήν, ἀλλ' οὐκ ἀλλότριόν ἐστι τοῦ υἱοῦ, πάντα γὰρ ἔχει μετὰ τοῦ πατρός, καὶ ἀνωτέρω, τοῦ υἱοῦ φησι πνεῦμα τὸ πνεῦμα, καὶ ἴδιον αὐτοῦ, μονονουχὶ τοῦτο λέγων, ὡς εἰ καὶ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεσθαι αὐτὸ ὁ σωτήριός φησι λόγος, ἀλλ' οὐδὲν ἧττόν ἐστι καὶ τοῦ υἱοῦ, ὡς δηλαδὴ ἐκπορευόμενον ἐξ αὐτοῦ· καὶ ἡ αἰτία, ὅτι πάντα ἔχει μετὰ τοῦ πατρός· διὰ τοῦτο γάρ, φησί, καὶ τὸ ἐξ ἐμοῦ λήψεται, εἴρηται, ὅτι ἃ λαμβάνει ἐκ τοῦ πατρὸς λαμβάνει καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὸ πνεῦμα υἱοῦ καὶ ἴδιον τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα λέγων τὸ ἅγιον, καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ καὶ διὰ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι δηλοῦν βούλεται.



 

ſanctus Epiphanius, (ut paulo poſt oſtendetur) pro eo quod ex eo procedat, accipit. Ipſe quoque beatus Cyrillus in expoſitione ſuper Joannem, ipſam auctoritatem exponens, ſic inquit: Accipere enim Spiritum dicimus ex Patre & Filio ea quæ illorum ſunt, non tanquam aliquando quidem non habentem inſitam in eis ſapientiam & potentiam; cum intelligatur habere eamdem eſſentiam; ſemper etenim ſapiens & potens eſt Spiritus; imo vero ipſa ſapientia & potentia eſt, non participatione, ſed naturaliter. Si igitur id quod Spiritus ex Filio accipit, ſapientia & potentia eſt, hæc vero non aliquando quidem habet, aliquando vero non; ſemper namque talis eſt natura, non participatione; ſemperque a Filio accipit, quæ cum non habeat participatione, natura ejus ſunt: quid hinc colligatur, quis ignorat? Et merito hæc beatus dicit Cyrillus, qui in pleriſque aliis locis manifeſte ex Filio, ſicuti ex Patre procedere dicit Spiritum ſanctum. In epiſtola namque ad Neſtorium: Etſi eſt, inquit, Spiritus in propria hypoſtaſi prout Spiritus eſt, non Filius, non eſt tamen ab eo alienus, profluit autem ex eo ſicuti ex Deo & Patre. Ne quis autem hoc verbum, Profluere, de ſecunda & temporali proceſſione putet hic fuiſſe dictum; primo quidem ſciat, quod non eſt hic ſermo de diſtributione donorum & chariſmatum Spiritus, ſed de ipſa ejus hypoſtaſi. Deinde hoc, Profluere, ſemper reperies apud hunc doctorem pro, Procedere. Etenim tum in expoſitione ſymboli, profluit quidem, inquit, hoc eſt, procedit: tum in ſexto ad Hermiam, & Spiritum quidem veritatis eum nominat, profluere autem ex ipſo aſſerit Patre; tum etiam pleriſque aliis in locis idem dicit. Illud quoque quod dicit, Sicuti ex Deo & Patre, non ſuperfluit; Nihil enim ille ſupervacaneum, ſed omnia cum magno pondere dicit; & ita vult, Spiritum eſſe Filii, prout eſt Patris: & ita profluere, prodire, & emanare a Filio, prout a Patre, & nullo modo aliter. Ideo in ſermone ad Theodoſium imperatorem de hoc loquens, & volens probare ita eſſe Filii Spiritum, prout Patris; & ita ex Filio nobis emanare eum, prout ex Patre: Non ex menſura, inquit, ſecundum Joannem, dat Spiritum Filius, ſed ipſe eum ex ſeipſo emittit, quemadmodum & ipſe Pater. Quare beatus Paulus omni in hoc differentia poſtpoſita, nunc quidem Deo & Patri illum attribuit, nunc rurſus Filio. Infert deinde Pauli verba, quibus æque Filii eſſe Spiritus, ſicuti & Patris, probatur. Nulla enim differentia eſt, Filii Spiritum, vel Patris dici; omnem enim in hoc differentiam Paulus poſtponit: At Patris dicitur Spiritus, tanquam ex eo procedens: ergo eodem modo Filii quoque dicitur Spiritus.

Joan. 3.

Rom. 8. 2. Cor. 3. Galat. 4. Philipp. 1.

Τὸ γὰρ πνεῦμα υἱοῦ λέγεσθαι, εἴρηται ὅπως τοῖς A ἁγίοις νοεῖται· καὶ ὅτι τῷ μὲν μεγάλῳ Βασιλείῳ ὡς διὰ τοῦ υἱοῦ πεφηνός, τῷ δὲ θείῳ Μαξίμῳ ὡς ἐκπορευόμενον δι' αὐτοῦ, τοῖς δὲ πατράσι τοῖς δυτικοῖς ὡς ἐκπορευόμενον ἐξ υἱοῦ. οὐκ ἂν οὖν οὐδ' αὐτῷ κατ' ἄλλον ἔδοξε τρόπον υἱοῦ λέγεσθαι πνεῦμα, καὶ ἴδιον τοῦ υἱοῦ ἀλλ' ἢ πάντως ὡς τοῖς ὁμόφροσιν, ὡς ἐξ υἱοῦ δηλαδή, ἢ δι' υἱοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχον· οὐδὲν γὰρ διαφέρει, ἐξ υἱοῦ λέγειν, ἢ δι' υἱοῦ. καὶ γὰρ αὐτὸς ποτὲ μὲν τὴν, ἐκ, τίθησι, ποτὲ δὲ αὐτὴν μεταλαμβάνει εἰς τὴν, διά, ὡς καὶ ἄμφω δυναμένας παραλαμβάνεσθαι. καὶ γοῦν ἐν τοῖς πρὸς Παλλάδιον κατὰ πεῦσιν καὶ ἀπόκρισιν λόγοις· τρεπτὸν οὐκ ἔστι τὸ πνεῦμα, φησίν· ἢ εἴπερ αὐτὸ τρέπεσθαι νοεῖτο, B ἐπ' αὐτὴν ὁ μῶμος τὴν θείαν ἀναδραμεῖται φύσιν, εἴπερ ἐστὶ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός, ναὶ μὴν καὶ τοῦ υἱοῦ, οὐσιωδῶς ἐξ ἀμφοῖν, ἤγουν ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ προχεόμενον πνεῦμα. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ πέμπτῳ τῶν πρὸς Ἑρμείαν, αἰτίαν ἀποδιδοὺς τοῦ τὸ πνεῦμα υἱοῦ λέγεσθαι πνεῦμα φησί· τίνος ἴδιον εἶναι φαμὲν τὸ ἅγιον πνεῦμα· πότερον δὴ μόνου τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός; ἢ γοῦν καὶ τοῦ υἱοῦ; ἢ καὶ ἀνὰ μέρος ἑκατέρου, καὶ ἀμφοῖν, ὡς ἓν ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ διὰ τὴν ταυτότητα τῆς οὐσίας; ἀποκρίνεται δὲ ὁ Ἑρμείας· οὕτως ἔγωγέ φημι ὦ ἑταῖρε· καὶ ὁ Κύριλλος πρὸς αὐτόν· ὀρθῶς. ἰδοὺ καὶ αὐτὸς ἴδιον τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμά φησι διὰ τὸ δι' υἱοῦ εἶναι· C δι' υἱοῦ δὲ ἐστι, διὰ τὴν ταυτότητα τῆς οὐσίας πατρὸς καὶ υἱοῦ· ἀλλὰ διὰ τὴν αὐτὴν ταύτην καὶ πάντα τὰ τοῦ πατρός ἐστι τοῦ υἱοῦ, πλὴν τοῦ εἶναι πατήρ. οὕτως ἑαυτῷ διὰ πάντων ὁ διδάσκαλος συμφωνεῖ. ἕν γε γὰρ καὶ τὸ αὐτὸ πνεῦμα ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ ἐστι, μιᾷ πνεύσει πάντως ἢ ἐκπορεύσει· καὶ διὰ τοῦτό φησιν αὐτῶν ἴδιον εἶναι, διότι ἐκ πατρός ἐστι δι' υἱοῦ· τοῦτο δ' ἐστὶ διὰ τὸ ταυτὸν τῆς οὐσίας. ἀρκέσει μὲν οὖν ἐκ πάνυ πολλῶν τὰ τοῦ μακαρίου Κυρίλλου καὶ πλείστων πλήρης πᾶσα αὐτοῦ συγγραφή, καὶ μόνα ταῦτα κατ' ἐκείνην παραστῆσαι διάνοιαν. ἀκούσωμεν δὲ τὰ

Præterea in ſuperioribus ſatis diſſeruimus, quomodo dicitur Spiritus Filii ſecundum doctores; ſecundum enim Baſilium, tanquam per Filium manifeſtatus: ſecundum Maximum, tanquam per Filium procedens: ſecundum patres occidentales, tanquam ex Filio procedens. Nec igitur Cyrillus alia ratione dixiſſet, Spiritum Filii eſſe & Filii proprium, quam alii idem cum eo ſapientes doctores dixerunt, tanquam ex Filio ſcilicet, ſive per Filium, procedentem. Nihil enim intereſt, Ex Filio, vel, Per Filium dicere. Etenim ipſe quoque nunc ponit, Ex, nunc eam mutat in, Per; tanquam ambæ vere dici poſſint. Unde in eis quæ ad Palladium in forma dialogi ſcribit: Mutabilis vero minime, inquit, eſt Spiritus; nam ſi mutabilitati ſubjaceret, ipſi divinæ naturæ iſte defectus aſcriberetur. Siquidem Dei & Patris, nec non & Filii eſt, qui eſſentialiter ex utroque, ſcilicet ex Patre per Filium, profluit Spiritus. Item in quinto ad Hermiam, reddens cauſam, cur Spiritus Filii dicatur Spiritus, Cujuſnam, inquit, proprium dicimus eſſe Spiritum ſanctum? Utrum ſolius Dei & Patris? an etiam Filii? an & disjunctim utriuſque, ſimul & amborum, tanquam unum ex Patre per Filium propter identitatem eſſentiæ? Proprium itaque Filii ipſe quoque Spiritum dicit, quia per Filium eſt. Per Filium autem eſt propter identitatem eſſentiæ, Patris videlicet & Filii. At propter eamdem ipſam omnia etiam Patris ſunt Filii, præterquam quod non ſit Pater. Ita ſibi ipſi per omnia conſona dicit ſanctus hic doctor. Unum etenim & eumdem Spiritum ex Patre per Filium eſſe, una & eadem ſpiratione ſive proceſſione; & ideo illum eorum proprium ait eſſe, quia ex Patre per Filium eſt, hoc autem propter identitatem eſſentiæ.

Sed ea, quæ Cyrillus de proceſſione ipſius perſonæ Spiritus ſancti ex Patre & Filio dicit, hæc & his ſimilia ſunt. Ceterum

CAPUT VII.

terum audiamus ſanctum Epiphanium in ſuo Ancorato ſermone ita dicentem: Spiritus ſanctus ex Patre & Filio, tertius nominatione. Et rurſus: Uterque habitat in juſto homine, Chriſtus & Spiritus ejus. Quod ſi Chriſtus ex Patre creditur Deus ex Deo, Spiritus quoque ex ipſo, vel ex utroque, quemadmodum ait Joan. 16. Chriſtus: *Qui ex Patre procedit, & hic ex meo accipiet.* Et patet quod hic doctor non de diſtributione chariſmatum, de divinis autem perſonis & ſubſiſtentia eorum loquitur. In teſtimonium vero & probationem, quod Spiritus ex Filio quoque procedit, illam auctoritatem adducit: *Ex meo accipiet;* docens, ut cum audiamus in evangeliis dominum dicentem de Spiritu, quod ex eo accipiet, ita intelligamus, ac ſi diceret, ex eo procedere Spiritum ſanctum. Idem in eiſdem: Sed dicet quiſpiam, Ergo duos Filios eſſe dicimus? Et quomodo eſt unigenitus? At quiſnam es tu, qui contradicis Deo? Si enim Filium nominat, qui ex Patre, Spiritum vero ſanctum, qui ex utroque, &c. Et iterum: Spiritus ſanctus, Spiritus veritatis eſt, tertium lumen a Patre & Filio. Et rurſus, Quomadmodum enim *nemo novit* Matth. 11. *Patrem niſi Filius, nec Filium niſi Pater;* ita dicere audeo, nec Spiritum niſi Pater & Filius, a quo prodecit, & a quo accipit (ſed adverte quod in ſuperioribus Accipere pro Procedere poſuit) neque Filium & Patrem, niſi Spiritus ſanctus, qui vere glorificat, qui omnia docet, qui ex Patre & Filio. Quid his apertius, quid clarius dici poteſt? Nonne palam iſti doctores Filium quoque cauſam ſive principium Spiritus ponunt? Nonne docent ex eo quoque ipſum procedere? Quid igitur? Claudemuſne aures noſtras his auctoritatibus, & teſtimoniis ſanctorum tam multis, tam apertis, tam divinis, tam conſonis invicem & veritati, & obſtinato corde contra hæc contendemus? At hoc non ſapientum, non bonorum hominum propitium eſt, & eorum qui diſpenſatores verbi & myſteriorum Chriſti & eſſe & videri volunt. [illegible]

## CAPUT VIII.

CAPUT VIII.

VT autem clarius omnis eorum arguatur calumnia, qui contra ſanctam doctoris ſententiam autumant eum ex Filio dixiſſe dona Spiritus mitti, non ipſam ejus hypoſtaſin ſive perſonam, ipſe rurſus adſit, hanc falſam eorum arguens opinionem, & ſeipſum exponens, quidnam ſit quod ait, per Filium ſive ex Filio profluere, prodire, emanare, [illegible] ſimpliciter: quod in ſanctificationem [illegible] mittendum ab eo mittitur. [illegible] primo ad Hermiam: Inhabitantem enim [illegible] ſibi & intimum quis haberet eum, qui natura [illegible] Deus eſt (de Filio di[illegible] Spiritum accipias, qui non alienus & [illegible] ſed qui ex eo; & [illegible] & quo atque ille dom[illegible] item nobis e cœlo Paracletum [illegible] quo nobiſcum eſt [illegible] non alienum in nobis afflans [illegible] proprius eſt Spiritus [illegible] Quod [illegible] ſubſtantia Spiritus, non [illegible] ſubſiſtentibus ait, omnibus patet. Idem rurſus

περὶ τῶν τεσσάρων τούτων, περὶ τοῦ ἀζύμου καὶ ἐνζύμου, τὸ περὶ τῆς ἀρχῆς τοῦ πάπα, καὶ περὶ τῆς προσθήκης· τὸ δὲ περὶ τοῦ καθαρτηρίου, καὶ τῆς τελειώσεως τῶν δώρων καταλιπεῖν, καὶ μηδ' ὅλως εἰπεῖν περὶ αὐτῶν, ἀγνοοῦντες, ὡς οἶμαι, τὴν ἀληθῆ τοῦ πράγματος περαίωσιν. τούτων οὕτω βουλευθέντων, ἐμήνυσεν ὁ βασιλεὺς τοῖς καρδιναλίοις ἐλθεῖν· καὶ ὑπεσχέθησαν ἐλθεῖν τῇ εἰκοστῇ ὥρᾳ τοῦ σαββάτου. οἱ καὶ ἐλθόντες ἀντέστησαν τῷ βασιλεῖ, λέγοντες· οὐκ ἔστι δυνατὸν ἑνωθῆναι τὴν ἐκκλησίαν, ἂν μὴ προστεθῶσιν αἱ δύο ζητήσεις αὗται, ἡ τοῦ καθαρτηρίου, καὶ ἡ τῆς ἱερουργίας. ὁ δὲ βασιλεὺς οὐ κατεπείσθη. ἀλλ' οἱ Λατῖνοι, τὸ περὶ τοῦ καθαρτηρίου μόνον ἐζήτουν τεθῆναι ἐν τῷ ὅρῳ, τὸ δὲ περὶ τῆς τελειώσεως τοῦ ἁγίου ἄρτου διὰ ζώσης εἰπεῖν φωνῆς. τούτων λαληθέντων παρῆλθον δύο ἡμέραι, καὶ ἕτερον οὐκ ἦν ζήτημα, εἰ μὴ περὶ τοῦ καθαρτηρίου καὶ τῆς τελειώσεως τῶν δώρων. τῇ δὲ δευτέρᾳ ἦλθον μηνυταὶ ἀπὸ τοῦ πάπα εἰς τὸν βασιλέα, λέγοντες· τίνι λόγῳ οὐ σπουδάζετε περαιωθῆναι τουτὶ τὸ ἔργον; οὐκ ἔστι δίκαιον, πράγματος ζητηθέντος, ἵνα περαιωθῇ; ἀλλ' ὅμως συνεφώνησαν ἰδεῖν τῇ τρίτῃ τὸν πάπαν ὁ βασιλεὺς καὶ ὁ δεσπότης, ἀλλὰ καὶ μητροπολῖταί τινες ἀπήλθομεν· καὶ καθίσαντες μετὰ τῶν καρδιναλίων καὶ ἐπισκόπων, ἐδημηγόρησεν ὁ πάπας λέγων οὕτως·

ΠΑΠΑΣ. Τί ἔδει ποιῆσαι ὑμῖν περὶ τοῦ εὐλογημένου τούτου ἔργου, καὶ οὐκ ἐποίησα; τί ἐστιν ἡ τοσαύτη πλημμέλεια; τί ἀναμένετε ἀκαίρως ἐνταῦθα; τὸ δι' ὃ ὑπήρχομεν διῃρημένοι, ἡνώθημεν, καὶ τὸ μὴ βλάπτον ἐμποδίζει ἡμᾶς; οὐκ ἐξητάσθη τὸ τοῦ καθαρτηρίου δόγμα ἐν Φερραρίᾳ πολλάκις; οὐ πρέπει τεθῆναι ἐν τῷ ὅρῳ, ὡς δόγμα τῆς ἐκκλησίας ἡμῶν; τίνι λόγῳ οὐ πείθεσθε; ἀλλ' ὅμως ἐπειδὴ ἐζήτησεν ὁ γαληνότατος κύριος ὁ βασιλεὺς ἀκοῦσαι περὶ τῆς ἀρχῆς τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐκκλησίας, καὶ περὶ τῶν ἀζύμων, ἐξελεξάμεθα τοὺς παρόντας δύο διδασκάλους, τόν τε προβιντζιάλιον φρὰ Ἰωάννην, καὶ τὸν φρὰ Ἀμβρόσιον· οἵτινες, ὁ μὲν περὶ τοῦ ἑνὸς, ὁ δὲ περὶ τοῦ ἑτέρου ἐξηγήσονται.

Καὶ δὴ ἤρξατο ὁ φρὰ Ἰωάννης περὶ τῆς ἀρχῆς τοῦ πάπα, καὶ ἔλεγε μίαν ὥραν καὶ πλέον, ἀπὸ κανόνων, νόμων, καὶ ἐπιστολῶν βεβαιῶν τὰ παρ' αὐτοῦ λεγόμενα. σιωπήσαντος δὲ ἐκείνου, ἤρξατο ὁ ἄλλος περὶ τῶν ἀζύμων, εἰπὼν κἀκεῖνος ἀπὸ τοῦ νόμου καὶ ἀπὸ τῶν εὐαγγελιστῶν, ὅσον τοῦ ἱκανοποιῆσαι τὰ παρ' αὐτοῦ λεγόμενα. τούτων δὲ παυσαμένων, ἤρξατο πάλιν ὁ πάπας λέγων.

ΠΑΠΑΣ. Ἡμεῖς τὰ τοιαῦτα οὐκ εἴχομεν κατὰ νοῦν εἰπεῖν, ἀλλὰ πληροῦντες τὸ θέλημα τοῦ γαληνοτάτου βασιλέως, ταῦτα ἐποιήσαμεν εἰπεῖν. νῦν οὖν πάντα εἰσὶ τετελεσμένα, καὶ οὐ δέονται ἐξετάσεως. ἓν μόνον ἐστὶν ἀναγκαῖον, ἵνα γένηται ὁ ὅρος καὶ ἡ ἕνωσις τῶν ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ.

Ἀπεκρίθη ὁ βασιλεύς·

ΒΑΣΙΛ. Ἡμεῖς οὐδὲν λέγομεν εἰ μὴ ὁ καιρὸς ἤγγικε, καὶ ἔστιν ἀναγκαῖον ἑτοιμάσαι ἡμῖν ἀπελθεῖν.

Ἀπεκρίθη ὁ πάπας·

ΠΑΠΑΣ. Περὶ τούτου ἐφρόντισα καὶ μέλλω φροντίσαι· ἔστειλα γὰρ κατὰ τὸν καιρὸν καπετάνιον ἐν τῇ Βενετίᾳ ἑτοιμάζεσθαι κάτεργα· καὶ πάλιν εἴ τι δέεται ἡ ἐπάνοδος, προθύμως ποιήσω. πλὴν καὶ ὑμεῖς λάβετε τὸ χαρτίον τοῦτο, καὶ ἰδόντες ἀποκρίθητε ἡμῖν.

Ὁ δὲ βασιλεὺς προσκαλεσάμενος τοὺς ἀρχιερεῖς ἐβουλεύσατο. καὶ ἔδοξεν αὐτῷ μηδ' ὅλως λαβεῖν, τῶν



papæ, & de additamento; de purgatorio vero, & conſecratione munerum nihil omnino diceretur, quod neſcirent, ut opinor, veram rei deciſionem. Hoc ſuſcepto conſilio, admoniti ſunt cardinales ab imperatore, ut venirent: & illi ſe venturos promiſerunt vigeſima hora ſabbati. Cumque veniſſent, reſtiterunt imperatori, dicentes: Impoſſibile eſt uniri eccleſiam, non hæ duæ controverſiæ addantur, de purgatorio, & confectione ſacrificii. Sed imperator flecti noluit: at Latini inſtabant, ut in definitione fieret ſolum mentio de purgatorio, de conſecratione vero ſacri panis viva voce diceretur. Hiſce habitis ſermonibus elapſum eſt biduum, nec aliud erat in controverſia, niſi materia de purgatorio, & conſecratione munerum. Feria vero ſecunda venerunt a pontifice nuncii ad imperatorem, dicentes; Qua de cauſa non ſatagitis, ut opus hoc ad finem perducatur? nonne rem agitatam æquum eſt determinari? Tandem convenit, ut imperator ac deſpotes viderent papam feria tertia; profecti ſumus etiam metropolitæ quidam. Cum ergo conſediſſemus una cum cardinalibus & epiſcopis, papa concionatus eſt in hæc verba:



Papa. Quid fieri vobis oportuit ad benedictum hoc opus, & non feci? quid ſibi vult tanta mora? quid incaſſum hic conſidetis? uniti ſumus in eo, propter quod diſſidebamus; & impedimento nobis eſt, quod nihil nocet? nonne examinatum ſæpe eſt Ferrariæ dogma purgatorii? nonne decet illud in definitione poni, utpote eccleſiæ noſtræ dogma? quam ob cauſam non annuitis? Verum quia ſereniſſimus dominus imperator audire ſe velle dixit de primatu Romanæ eccleſiæ, deque azymis; duos præſentes magiſtros delegimus, fratrem Joannem provincialem, & fratrem Ambroſium: quorum alter de uno, alter de reliquo diſſeret.

Itaque cœpit frater Joannes dicere de primatu papæ; dixitque per horam & amplius, auctoritatibus canonum, legum, & epiſtolarum ſua dicta confirmans. Ubi vero is tacuit, orſus eſt alter de azymis agere, citans & ipſe legem, & evangeliſtas, quantum ſatis erat ad roboranda ſua dicta. Poſtquam illi dicendi finem fecere, rurſus papa ita ſermocinatus eſt:

Papa. Nobis non erat in animo hæc dicere, ſed juſſimus ea dici, ut ſereniſſimi imperatoris voluntati ſatisfaceremus: nunc igitur abſoluta ſunt omnia; nec indigent diſquiſitione: unum tantum eſt neceſſarium, ut fiat definitio, & unio eccleſiarum Dei.

Reſpondit imperator:

Imperator. Nos nihil dicimus, niſi tempus inſtare; & neceſſe eſt, ut reditus nobis paretur.

Reſpondit papa:

Papa. De hoc jam curavi, & curabo: miſi enim ad tempus capitaneum Venetias ad comparandas triremes; & ſi quid aliud opus erit ad reditum, prompte illud præſtabo. Ceterum vos etiam accipite chartulam hanc, & ea viſa reſpondete nobis.

Imperator autem adhibitis præſulibus conſultavit: & viſum eſt ei, omnino eam

SESSIO XXV.

A non ſumere, præſulibus ut ſumeret compellentibus. Itaque ubi conſederunt, imperator dixit:

IMPERAT. Nos quidquid habuimus, diximus cardinalibus; & nihil amplius dicimus: ſed tempus adventat, & diutius mori non poſſumus.

His auditis papa ſurrexit, & abiit, ut viſus eſt, dolore ſuſcepto. Attamen ut longanimis cardinali Juliano munus injunxit, iſque mollivit imperatorem, dicens:

JUL. CARD. Mitte aliquem ex tuis proceribus, nos quoque literas mittemus, ut parentur triremes: ſed rogamus ut expectes ipſe & B deſpotes tecum, quod finem rei Deus imponat, atque ita tecum redeat multo cum ſplendore: ſumptus quoque Venetias uſque ſuppeditabimus, & auxilium uſque Conſtantinopolim, nec ſolicitum ſit imperium tuum.

His dictis imperatoris domum profecti ſumus, & omnes eo convenimus, & examinavimus poſtulata Latinorum, reperimuſque ea quinque æqua omnia & recta. Primum de proceſſione ſancti Spiritus: ſecundum de azymo & fermentato: tertium de primatu papæ: quartum de additione, quintum de purgatorio: & compulimus valde imperatorem, dicentes; Nos C omnia recipimus, & ſtatuatur rei finis: quæ enim nobis eſt controverſia de purgatorio? nos de hoc dubitabamus, quia dicebant, ſanctos ſine aliquo medio videre Deum, & peccatorum animas qui pœnitentiam egerunt, purgari per orationes; hoc igitur nos morabatur: ſed hoc etiam pie nos excipientes imperatorem compellebamus, ut opus ad finem perduceret, ille vero nolebat.

Itaque feria quarta mane, die menſis Junii decimoſeptimo, ivimus ad ſepulcrum patriarchæ; nonique diei commemorationem ei peregimus. A prandio autem imperator per Nicænum & Mitylenenſem vocavit in cellam ſuam omnes vica- D rios trium ſanctiſſimorum patriarcharum. Venerunt igitur metropolita Heracleenſis domnus Antonius, locum tenens ſanctiſſimi patriarchæ Alexandrini domini Philothei: & maxime honorabilis pater ſpiritualis domnus Gregorius, locum & ipſe tenens ejuſdem apoſtolicæ ſedis ſanctiſſimi patriarchæ Alexandrini: metropolita Epheſi domnus Marcus, locum tenens & ipſe apoſtolicæ ſedis ſanctiſſimi patriarchæ Antiocheni; & præterea locum tenens ſanctiſſimi patriarchæ Hieroſolymitani domini Joachimi: metropolita Monembaſienſis domnus Doſitheus locum tenens E ejuſdem apoſtolicæ ſedis ſanctiſſimi patriarchæ Hieroſolymorum. Erat porro ejuſdem apoſtolicæ ſedis ſanctiſſimi patriarchæ Hieroſolymitani locum tenens metropolita quoque Sardium Dionyſius, qui Ferrariæ obiit. Cum ergo vicarii huc veniſſent, convenerunt cum Nicæno & Mitylenenſi octo etiam alii metropolitæ, qui ex præſulibus ſe adjunxerant: hi vero ſunt, Lacedæmonius, Rhodius, Nicomedienſis, Diſtrenſis, Gannenſis, Dramenſis, Melenicenſis; qui omnes volebant unionem. Porro conventum hunc celebravit

ANNO CHRISTI 1439.

A ἀρχιερέων ἀναγκαζόντων λαβεῖν αὐτό, καὶ δὴ καθισάντων αὐτῶν, εἶπεν ὁ βασιλεύς·

ΒΑΣΙΛ. Ἡμεῖς ὅσον εἴχομεν, εἴπομεν τοῖς καρδιναλίοις, καὶ πλέον οὐδὲν λέγομεν· ὁ καιρὸς δὲ ἤγγικε, καὶ πλέον οὐ δυνάμεθα πλημμελεῖν.

Ταῦτα ἀκούσας ὁ πάπας, ἀναστὰς ἀπῆλθεν, ὡς ἔδειξε, λυπούμενος. ἀλλὰ μακρόθυμος ὢν τῷ καρδιναλίῳ Ἰουλιανῷ παρεχώρησε, καὶ ἐθεράπευσε τὸν βασιλέα, εἰπών.

ΙΟΥΛ. ΚΑΡΔ. Ὅτι στεῖλον ἄρχοντά σου, καὶ ἡμεῖς γράμματα, ὅπως οἰκονομηθῶσι τὰ κάτεργα. ἀλλὰ ἀξιοῦμεν ἵνα μένῃς, καὶ ὁ δεσπότης μετὰ σοῦ, ἕως οὗ δώσῃ ὁ Θεὸς τέλος τῷ πράγματι· καὶ οὕτω μετὰ σοῦ ἀπέλθῃ μετὰ δόξης B πολλῆς, θέλομεν δῶσαι καὶ ἐξόδους ἕως Βενετίας, καὶ βοήθειαν ἕως τῆς πόλεως, καὶ μηδένα ἔχῃ λογισμὸν ἡ βασιλεία σου.

Τούτων ῥηθέντων ἤλθομεν ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ βασιλέως, καὶ συνήχθημεν πάντες ἐκεῖ, καὶ ἐξητάσαμεν τὰ ζητήματα τῶν Λατίνων, καὶ εὕρομεν αὐτὰ τὰ πέντε, καὶ πάντα δίκαια καὶ καλά. πρῶτον, τὸ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου πνεύματος· δεύτερον, τὸ τοῦ ἀζύμου τε καὶ ἐνζύμου· τρίτον, τὸ τῆς ἀρχῆς τοῦ πάπα· τέταρτον τὸ τῆς προσθήκης· πέμπτον, τὸ τοῦ καθαρτηρίου. καὶ ἠναγκάσαμεν τὸν βασιλέα πολλά, ἡμεῖς πάντα στέργομεν, εἰπόντες, καὶ γινέσθω πέρας τοῦ πράγματος. τίνα γὰρ ἀμφιβολίαν C ἔχομεν εἰς τὸ τοῦ καθαρτηρίου ζήτημα; τοῦτο ἦν ἀμφιβαλλόμενον ἐν ἡμῖν, ἐπεὶ ἔλεγον, ὅτι θεωροῦσιν οἱ ἅγιοι ἀμέσως τὸν Θεόν, καὶ ὅτι αἱ ψυχαὶ τῶν μετανοησάντων ἁμαρτωλῶν καθαρίζονται δι' εὐχῶν. λοιπὸν ὑπὲρ τούτου ἦν ἡ πλημμέλεια· ἀλλ' ἡμεῖς καὶ τοῦτο εὐσεβῶς δεχόμενοι ἠναγκάζομεν τὸν βασιλέα πληρῶσαι τὸ ἔργον· ὁ δὲ οὐκ ἤθελε.

Τῇ τετάρτῃ οὖν τῷ πρωΐ, μηνὸς Ἰουνίῳ, ἑπτακαιδεκάτῃ, ἀπήλθομεν ἐν τῷ τάφῳ τοῦ πατριάρχου, καὶ ἐψάλαμεν τὰ ἔνατα αὐτοῦ. καὶ ἀπὸ τοῦ γεύματος ἐμήνυσεν ὁ βασιλεὺς διὰ τοῦ Νικαίας καὶ τοῦ Μιτυλήνης, ἵνα ἔλθωσι πάντες οἱ τοποτηρηταὶ τῶν τριῶν ἁγιωτάτων πατριαρχῶν ἐν τῷ κελλίῳ αὐτοῦ. D καὶ δὴ ἦλθον, ὁ μητροπολίτης Ἡρακλείας Ἀντώνιος, τοποτηρητὴς ὢν τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου Ἀλεξανδρείας κυροῦ Φιλοθέου· καὶ ὁ τιμιώτατος πνευματικὸς κῦρ Γρηγόριος, τοποτηρητὴς καὶ αὐτὸς τῆς αὐτῆς ἀποστολικῆς καθέδρας τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου Ἀλεξανδρείας· ὁ μητροπολίτης Ἐφέσου κῦρ Μάρκος, τοποτηρητὴς καὶ αὐτὸς τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου Ἀντιοχείας, ἔτι δὲ καὶ τοποτηρητὴς τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου Ἱεροσολύμων κυροῦ Ἰωακείμ· ὁ μητροπολίτης Μονεμβασίας κῦρ Δοσίθεος, τοποτηρητὴς τῆς αὐτῆς ἀποστολικῆς καθέδρας τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου Ἱεροσολύμων· ὑπῆρχε δὲ τῆς αὐτῆς ἀποστο- E λικῆς καθέδρας τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου Ἱεροσολύμων τοποτηρητὴς καὶ ὁ μητροπολίτης Σάρδεων κῦρ Διονύσιος, ὅστις τέθνηκεν ἐν τῇ Φερραρίᾳ. ἐλθόντες δὲ οἱ τοποτηρηταὶ ἐνταῦθα, ἦλθον καὶ μετὰ τοῦ Νικαίας καὶ τοῦ Μιτυλήνης καὶ ἕτεροι μητροπολῖται ὀκτώ, οἱ ἑνωθέντες ἐκ τῶν ἀρχιερέων· οἵτινές εἰσιν οὗτοι, ὁ Λακεδαιμονίας, ὁ Ῥόδου, ὁ Νικομηδείας, ὁ Δίστρας, ὁ Γάνου, ὁ Δράμας, ὁ Μελενίκου. οὗτοι δὲ πάντες ἤθελον τὴν ἕνωσιν. ἐποίησε δὲ ὁ βασιλεὺς ταύτην τὴν σύναξιν, ἵνα διαλεχθῶσιν οἱ ἀρχιερεῖς μετὰ τοῦ Ἐφέσου, ἐπεὶ τοποτηρητὴς ὑπῆρχε τοῦ Ἀντιοχείας, καὶ τοῦ Ἱεροσολύμων πα-



ANNO CHRISTI 1439.

A τριαρχῶν. πάντων οὖν συναχθέντων ἐν τῷ κελλίῳ τοῦ βασιλέως καὶ καθισάντων, ἤρξαντο οἱ ἀρχιερεῖς τῆς διαλέξεως μετὰ τοῦ Ἐφέσου, βουλόμενοι τάχα τὸν Ἐφέσου ἑλκῦσαι πρὸς ἑαυτούς. εἶπον δὲ πάντες οἱ ἀρχιερεῖς πλήρη πολλά, τοῦ βασιλέως ἀκροωμένου καὶ μηδὲν λέγοντος. μετὰ δὲ τὸ εἰπεῖν πάντας τοὺς ἀρχιερεῖς, τότε ἤρξατο καὶ ὁ Ἐφέσου εἰπεῖν τὰ αὐτοῦ. εἶπε δὲ καὶ αὐτὸς πλήρη πολλὰ ἀπὸ τῶν εὐαγγελιστῶν, ἀπὸ τῶν ἁγίων, ἀπὸ τῶν συνόδων, ἀπὸ ἐπιστολῶν, ἀπὸ κανόνων, καὶ ἀπὸ τῶν παραδειγμάτων· δεικνύων καὶ λέγων, ὅτι τὸ ἅγιον πνεῦμα ἐκπορεύεται ἐκ τοῦ πατρός, καὶ ὅτι τὸ ἅγιον σύμβολον οὐ δέεται προσθήκης, οὐδὲ ἀναπτύξεως. ἔλεγε γάρ, ὅτι οὐ πείθεται ἔχειν αἰτίαν τὸν B υἱὸν τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου, ἀλλ' οὐδὲ ἐκπορεύεται τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ ὡς ἀπὸ μιᾶς ἀρχῆς, καὶ ἕτερα πολλά, ἕως οὗ ἡ ἑσπέρα κατῆλθε. καὶ πάντων τῶν ἀρχιερέων διαλεχθέντων μετ' αὐτοῦ, οὐδὲν ἤνυσαν, ἀλλ' ἔμεινεν ὁ κολοιὸς κολοιός, ἡμεῖς δὲ ὑπεμβύομεν.

Τῇ δὲ πέμπτῃ ἐμήνυσεν ὁ πάπας τῇ ἐκκλησίᾳ τῇ ἀνατολικῇ ἀπελθεῖν πρὸς αὐτόν. καὶ δὴ ἀπελθόντων, προετρέψατο δύο διδασκάλους, καὶ ἐξηγήθησαν πάλιν περὶ τῶν προνομίων αὐτοῦ· ὅτι ἐστὶν ἄκρος ἀρχιερεύς, καὶ ὅτι διάδοχος τοῦ Πέτρου, καὶ τοποτηρητὴς τοῦ Χριστοῦ, κρίνει τε καὶ ἰθύνει τὴν καθολικὴν ἐκκλησίαν ὡς διδάσκαλος καὶ ποιμήν. εἶτα ἐδίδαξαν καὶ C περὶ τοῦ θείου ἄρτου, ὅτι τὰ κυριακὰ λόγια ἁγιάζουσιν αὐτόν, καὶ μεταποιοῦσιν εἰς σῶμα Χριστοῦ, οὐ μὴν αἱ τῶν ἱερέων εὐχαί. καὶ πολλὰ περὶ τούτων εἰπόντων αὐτῶν, ἐξήλθομεν τοῦ πάπα· καὶ ἀπὸ τοῦ γεύματος συνήχθημεν εἰς τὸν βασιλέα, καὶ ἐξηγήθημεν αὐτῷ πάντα, ἐπεὶ οὐκ ἦν μεθ' ἡμῶν ἐν τῷ πάπᾳ.

Ταῦτα ἀκούσας ὁ βασιλεύς, καὶ τὰς βίβλους κελεύσας κομισθῆναι, ἠρξάμεθα ἐρευνᾶν τὰ τῶν ἐκκλησιῶν προνόμια. παρελθούσης οὖν ἐν τούτοις καὶ τῆς παρασκευῆς, τῷ σαββάτῳ συνήχθημεν πάλιν πρὸς τὸν βασιλέα, καὶ σκεψάμενοι περὶ πάντων οὐ- D δὲν συνεπεράναμεν· ἀλλὰ τῇ κυριακῇ τῷ πρωῒ ἐγράψαμεν καὶ ἐστέρξαμεν τὰ προνόμια τοῦ πάπα, πλὴν δύο τινῶν· ἵνα μὴ συναθροίζῃ σύνοδον οἰκουμενικὴν ἄνευ τοῦ βασιλέως καὶ τῶν πατριαρχῶν, εἴπερ ἔλθωσιν· εἰ δὲ μηνυθῶσι καὶ οὐκ ἔλθωσιν, ἵνα μὴ διὰ τοῦτο ἀπομείνῃ ἡ σύνοδος. καὶ τὸ δεύτερον, εἴ τις νομίζοι ἀδικεῖσθαι παρά τινος τῶν πατριαρχῶν, καὶ ἔλθοι ὁ ἐκκαλούμενος τὴν ἔκκλητον, ἵνα μὴ ἔρχωνται οἱ πατριάρχαι ἀπαντῶντες καὶ κρινόμενοι, ἀλλ' ὁ πάπας πέμποι ἐξεταστὰς κατὰ χώραν, κἀκεῖσε παρουσῶν τῶν ὑποθέσεων τοπικῶς ποιεῖν τοῖς ἀδικουμένοις τὸ δίκαιον.

E Ταῦτα τῇ κυριακῇ πρωῒ ποιήσαντες παρεκαλέσαμεν τὸν βασιλέα, καὶ ἀπῆλθεν εἰς τὸν πάπαν πρὸς τὴν ἑσπέραν, εἰπεῖν ὅσα ἐπράξαμεν, καὶ ὅσα προνόμια δεδώκαμεν αὐτῷ· ἀλλ' ὁ πάπας σὺν τῇ συνόδῳ αὐτοῦ εἰπὼν βουλευθῆναι, καίτοιγε ἡδέως ἀκούσας ταῦτα, τῇ δευτέρᾳ εἶπεν ἀποκριθῆναι, ἥτις ἦν εἰκοστὴ δευτέρα τοῦ Ἰουνίου μηνός.

Τῇ δευτέρᾳ οὖν ἀπέστειλε καρδιναλίους τρεῖς πρὸς τὸν βασιλέα, καὶ ἀπελογήσατο· ὅτι θέλει τὰ προνόμια πάντα τῆς ἐκκλησίας αὐτοῦ, καὶ θέλει ἔχειν

SESSIO XXV.

A imperator, ut præſules cum Epheſio colloquerentur, quod eſſet patriarcharum Antiocheni & Hieroſolymitani vicarius. Cum ergo ſe omnes in cellam imperatoris contuliſſent, & conſediſſent, cœpere præſules cum Epheſio colloqui, volentes ſcilicet Epheſium ad ſeſe pertrahere. Dixere autem omnes præſules quamplurima, imperatore audiente, & nihil dicente. Poſtquam vero præſules omnes dixerunt, tunc & Epheſius cœpit ſua dicere: dixit autem & ipſe quamplurima ex evangeliſtis, ex ſanctis, ex ſynodis, ex epiſtolis, ex canonibus & exemplis, oſtendens & dicens, Spiritum ſanctum ex Patre procedere, & B ſacrum ſymbolum non indigere additamento aut explicatione: ajebat enim, ſe non credere, Filium eſſe cauſam Spiritus ſancti, aut Spiritum ſanctum ex Patre & Filio procedere tanquam ab uno principio, & multa alia, uſque ad veſperum. Cumque multa cum eo collocuti eſſent omnes præſules, nihil profecerunt, ſed cornicula manſit cornicula: nos autem operam perdebamus.

Feria vero quinta evocavit ad ſe papa orientalem eccleſiam. Iis autem profectis duos juſſit magiſtros de privilegiis ejus rurſum diſſerere: quod ſit ſummus pontifex, & Petri ſucceſſor, Chriſtique vicarius: & C judicet ac regat catholicam eccleſiam tanquam doctor & paſtor. De ſacro deinde pane diſſeruerunt, quod verba illum domini conſecrent, tranſmutentque in corpus Chriſti, non autem orationes ſacerdotum. Ac de his multo ab illis ſermone habito digreſſi ſumus a papa: & convenimus, a prandio ad imperatorem, omniaque illi recenſuimus; non enim venerat nobiſcum ad papam.

His imperator auditis juſſit afferri libros; & cœpimus perquirere privilegia eccleſiarum. Lapſa igitur circa hæc feria quoque ſexta, ſabbato rurſum convenimus in domum imperatoris: & inita conſultatione D de omnibus nihil concluſimus: ſed die dominico mane ſcripſimus, & admiſimus privilegia papæ, præterquam duo; Ne convocet ſynodum œcumenicam ſine imperatore, & patriarchis, ſi conveniant: quod ſi advocentur, & non veniant, propterea impedimento ſint, quo minus ſynodus fiat. Alterum eſt; ut ſi quis putet, ſe ab aliquo patriarcharum pati injuriam, & veniat qui interpoſuit appellationem; ne patriarchæ ipſi ſeſe ſiſtant judicandos: ſed papa mittat in provinciam quamque inquiſitores, & ibi per eos præſentibus negotiis in patribus injuriam paſſi jus ſuum obtineant.

E Cum hæc die dominico mane egiſſemus, rogavimus imperatorem; iſque ad veſperum adiit pontificem, dicturus quidquid egiſſemus, & quæcumque illi privilegia dediſſemus. Papa vero dixit, ſe cum ſua ſynodo conſilium initurum, cum tamen ea libenter audiſſet; & feria ſecunda, die ſcilicet Junii vigeſima ſecunda reſponſurum.

Itaque feria ſecunda miſit ad imperatorem tres cardinales, & reſpondit, ſe velle omnia eccleſiæ ſuæ privilegia; velleque ad ſe

Sessio XXV.

ſieri appellationes ; nec non regere & paſcere univerſam Chriſti eccleſiam, uti ovium paſtorem : auctoritatem præterea ſibi eſſe & facultatem celebrandi ſynodum œcumenicam, cum opus fuerit : & omnes patriarchas parere ejus voluntati.

At vero imperator his auditis deſperavit ; nec aliud reſpondit, niſi ; Curate de noſtra hinc profectione, ſi vobis eſt in animo ; & abjerunt cardinales. Venit quoque dies feſtus nativitatis venerandi præcurſoris : & quia Florentini cum magna celebritate agunt, ſervatum eſt ſilentium uſque ad quintum & vigeſimum Junii diem.

B Quo nos die contriſtabamur, quod ſpes nulla eſſet unionis ; magnoque mœrore & ægritudine affligebamur.

Verum qui rebus omnibus providentia ſua conſulit Deus, non dereliquit nos ; ſed excitavit Rhutenum, Nicænum, & Mitylenenſem, & quoſdam alios ad operam ſuam interponendam : & hi quidem papæ, illi vero imperatori animos addidere : ne multa, modum adinvenerunt ; & papa quidem accivit imperatorem ; imperator autem obſecutus eſt papæ ; conjunctique conſultarunt ; collatiſque conſiliis nos congregarunt : & feria ſexta delegimus ex noſtris quatuor, & Latini quatuor alios ; C coactiſque omnibus in palatium papæ, delecti quidem diſputabant in quodam loco ; nos vero cum imperatore in triclinio ſedebamus ad plures horas. Interim papa bellariis ex ſaccharo, vinoque nos refecit ; nihil tamen factum, quod eſſet ex re ; niſi quod imperatoris domum profecti poſt conſultationem pari conſenſu ita ſcripſimus :

De primatu papæ, fatemur ipſum ſummum pontificem, & procuratorem, locum gerentem, ac vicarium Chriſti, paſtorem & doctorem omnium Chriſtianorum, regentem & gubernantem Dei eccleſiam, ſalvis privilegiis & juribus patriarcharum orientis : & D Conſtantinopolitanum quidem ſecundum eſſe poſt papam : deinde Alexandrinum ; poſt hunc eſſe Antiochenum ; poſtremo Hieroſolymitanum.

Hoc cum ſcripſiſſemus, ſtatuimus nihil amplius ſcribere, aut facere ; ſed ſi hoc a papa non reciperetur, nil eſſe ultra faciendum. Itaque miſſo hoc feria ſexta veſperi, cognovimus libenter fuiſſe receptum, & acquievimus. Sabbato vero mane tota orientalis eccleſia ivit in templum Novellæ, ubi ſepultus eſt patriarcha, & commemoratione ejus officium celebrarunt. Quo abſoluto Rhutenus & Mitylenenſis acceſſere ad pontificem, dixeruntque ei :

Graeci. E En ſereniſſimus imperator condeſcendit ad omnia, quæcumque tua beatitudo poſtulavit ; & nos omnes fecimus quidquid voluiſti ; nullaque alia de cauſa reluctari noluimus, niſi ut res quamcitiſſime abſolvatur : & ſi quid erat nobis dicendum, prætermiſimus, quia triremes Venetæ cito ſunt ſolituræ. Cum ergo multi dies feſti prætierint, non eſt facta unio ; nunc vero celebritas coryphæorum apoſtolorum dat nobis munificam illius conficiendæ occaſionem, idque non ſine divino numine : tu enim eorum ſucceſſor, debebantque tibi coro-

Anno Christi 1439.

A τὴν ἐκκλησίαν, καὶ ἰθύνειν καὶ ποιμαίνειν πᾶσαν τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Χριστοῦ, ὥσπερ ποιμένα τῶν προβάτων· πρὸς τούτοις ἵνα ἔχῃ ἐξουσίαν καὶ δύναμιν συγκροτεῖν σύνοδον οἰκουμενικὴν, ὅτε δεήσει, καὶ πάντας τοὺς πατριάρχας ὑπείκειν τῷ θελήματι αὐτοῦ.

Ταῦτα ἀκούσας ὁ βασιλεὺς ἀπήλπισε, καὶ οὐκ ἀπεκρίθη αὐτοῖς, εἰ μή· οἰκονομήσατε ἡμᾶς ἀπελθεῖν, εἴπερ ἔχετε θέλημα· καὶ ἀπῆλθον οἱ καρδινάλιοι. κατέλαβε δὲ καὶ ἡ ἑορτὴ, τὸ γενέσιον τοῦ τιμίου Προδρόμου, καὶ διὰ τὸ τοὺς Φλωρεντίνους λαμπρῶς ἑορτάζειν ταύτην τὴν ἑορτὴν, γέγονε σιωπὴ μέχρι καὶ αὐτῆς τῆς εἰκοστῆς πέμπτης τοῦ Ἰουνίου μηνός.

B Τῆς οὖν εἰκοστῆς πέμπτης καταλαβούσης, ἡμεῖς ἐλυπούμεθα, ὅτι οὐκ ἦν ἐλπὶς ἑνώσεως· καὶ ἦν ἐν ἡμῖν κατήφεια καὶ θλῖψις πολλή. ἀλλ' ὁ τῶν ἁπάντων προνοητὴς Θεὸς οὐ κατέλιπεν ἡμᾶς· ἀλλὰ διήγειρε τόν τε Ῥωσίας, τὸν Νικαίας, τὸν Μιτυλήνης, καὶ ἄλλους τινὰς μεσιτεύσοντας. καὶ οἱ μὲν ἐθάρρυνον τὸν πάπαν, οἱ δὲ τὸν βασιλέα. καὶ ἁπλῶς ἐποίησαν τρόπον τινά. καὶ ὁ μὲν πάπας ἐμήνυσε τῷ βασιλεῖ· ὁ δὲ βασιλεὺς ὑπήκουσε τῷ πάπᾳ· καὶ ἑνωθέντες ἐβουλεύθησαν, καὶ τῇ παρασκευῇ βουλευθέντες ἐσύναξαν ἡμᾶς. καὶ ἐξελεξάμεθα ἀφ' ἡμῶν τέσσαρας, καὶ οἱ Λατῖνοι ἄλλους τέσσαρας· καὶ πάντων συναχθέντων ἐν τῷ παλατίῳ τοῦ πάπα, οἱ μὲν ἐκλεχθέντες διελέγοντο ἐν C τόπῳ τινὶ, ἡμεῖς δὲ ἐν τῷ τρικλίνῳ μετὰ τοῦ βασιλέως ἐκαθεζόμεθα εἰς τοσοῦτον, ὅτι παρέτεινεν ὁ καιρός. καὶ ἐποίησεν ὁ πάπας διάκεισθαι ἡμῖν, κουφέτα καὶ οἶνον κεράσας πᾶσιν ἡμῖν. ἀλλ' οὐδὲν ἐγένετο τῶν δεόντων, εἰ μὴ ὅτι ἤλθομεν ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ βασιλέως, κἀκεῖσε βουλευθέντες συμπεφωνήσαμεν, καὶ ἐγράψαμεν οὕτως·

Περὶ τῆς ἀρχῆς τοῦ πάπα, ὁμολογοῦμεν αὐτὸν ἄκρον ἀρχιερέα, καὶ ἐπίτροπον, καὶ τοποτηρητὴν καὶ βικάριον τοῦ Χριστοῦ, ποιμένα τε καὶ διδάσκαλον ἁπάντων Χριστιανῶν, ἰθύνειν τε καὶ κυβερνᾶν τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, σωζομένων τῶν προνομίων καὶ τῶν δικαίων τῶν πατριαρχῶν τῆς ἀνατολῆς· τὸν Κων- D σταντινουπόλεως δεύτερον εἶναι μετὰ τὸν πάπαν, εἶτα τὸν Ἀλεξανδρείας, τὸν Ἀντιοχείας μετὰ τοῦτον, εἶτα τὸν Ἱεροσολύμων.

Ταῦτα γράψαντες, ἐστήσαμεν μηκέτι ἢ γράψαι ἢ ποιῆσαί τι· ἀλλὰ τούτου μὴ δεχθέντος παρὰ τοῦ πάπα, ἄλλο τι πλέον μὴ γένηται. καὶ τοῦτο στείλαντες τῇ ἑσπέρᾳ τῆς παρασκευῆς ἐμάθομεν, ὅτι ἐδέξατο αὐτὸ ἡδέως, καὶ ἀνεπαύθημεν. τῷ σαββάτῳ δὲ πρωῒ ἀπῆλθε πᾶσα ἡ ἐκκλησία τῆς ἀνατολῆς ἐν τῷ ναῷ τῆς Νοβέλλας, ἔνθα ἐστὶν ὁ τάφος τοῦ πατριάρχου, καὶ ἐποίησαν μνημόσυνον αὐτοῦ. ἐξελθόντων τοίνυν τοῦ μνημοσύνου, ἀπῆλθεν ὁ Ῥωσίας μετὰ τοῦ Μιτυλήνης πρὸς τὸν πάπαν, καὶ εἶπον αὐτῷ·

E Ἰδοὺ ὁ γαληνότατος βασιλεὺς συγκατέβη εἰς πάντα ὅσα ἐζήτησεν ἡ μακαριότης σου· ἀλλὰ καὶ ἡμεῖς πάντες, ὅσα οὐκ ἤθελες, ἐποιήσαμεν· καὶ δι' οὐδὲν ἄλλο παρῃτησάμεθα ἀντιστῆναι, εἰ μὴ διὰ τὴν συντομίαν τοῦ πράγματος. καὶ ἐὰν εἴχομέν τι εἰπεῖν, κατελίπομεν αὐτὸ διὰ τῶν Βενετικῶν κατέργων ταχεῖαν ἐξέλασιν. διὸ πολλῶν ἑορτῶν παρελθουσῶν οὐκ ἐγένετο ἡ ἕνωσις· νῦν δὲ τῶν πρωτοκορυφαίων ἡ μνήμη καταλαβοῦσα, ταύτην ἡμῖν ἐφιλοτιμήσατο, καὶ οὐκ ἀθεεί· ἐπεὶ σὺ διάδοχος αὐτῶν, καὶ ὤφ- Graec.



Anno Christi 1439.

A ειλον δοῦναί σοι τὸν τοιοῦτον στέφανον ἐν τῇ ἡμέρᾳ, ἐν ᾗ ἔλαβον αὐτοὶ τὸν ἀμαράντινον στέφανον. σπούδασον οὖν, ἵνα συλλειτουργήσωμεν ἐν τῇ ἑορτῇ αὐτῶν.

ΠΑΠΑΣ. Ταῦτα ἀκούσας ὁ πάπας, ἡδέως αὐτοῖς ἀπεκρίνατο· καὶ εὐχαριστῶ, φησὶ, τὴν σπουδὴν ὑμῶν, καὶ ἐγὼ ὑπὲρ τῆς συντομίας ταύτης τὴν σύναξιν ταύτην ποιῶ τῶν λογάδων ἣν θεωρεῖτε· ἣν γὰρ σύναξις μεγάλη ὡς οὐδέποτε· καὶ θαρρῶ, φησὶ, καθὼς καὶ ὑμεῖς λέγετε, ὅτι ἡ ἕνωσις ἐν τῇ μνήμῃ τῶν ἀποστόλων Χριστοῦ πληρωθήσεται. μέλλομεν οὖν σήμερον βουλευθῆναι καὶ ὁμονοῆσαι, καὶ τότε ἔχω μηνῦσαι ὑμῖν τὴν τοῦ ἔργου τελείωσιν. ταῦτα ἀκούσαντες οἱ μητροπολῖται ἀπῆλθον, καὶ ἀνήγγειλαν τῷ βασιλεῖ ταῦτα πάντα. καὶ οὕτως ἐξεδεχόμεθα τῷ σαββάτῳ πλείαν ἀπολογίαν καὶ τελείωσιν τοῦ πράγματος.

Ἑσπέρας τοίνυν γενομένας, ἦλθον ἀπὸ μέρους τοῦ πάπα ὅ, τε Κρήτης, ὁ Ῥόδου, καὶ ὁ Κορώνης, καὶ εἶπον τῷ βασιλεῖ· ὅτι ἐβουλεύσαντο καὶ στέργουσι τὴν συμφωνίαν, καὶ αὔριον ἵνα γένηται ὁ τόμος τοῦ ὅρου Ῥωμαϊκῶς τε καὶ Ἑλληνικῶς, καὶ ἵνα ὑπογράψωσι πάντες· καὶ ἐὰν φθάσωσι, τῇ δευτέρᾳ, τῇ ἑορτῇ τῶν ἁγίων ἀποστόλων γενήσεται ἡ λειτουργία καὶ ἡ ἕνωσις. τῷ πρωῒ τοίνυν ἦλθον οἱ ἀποτεταγμένοι τῶν Λατίνων, καὶ ἔλαβον τοὺς ἡμετέρους, καὶ ἀπ- C ῆλθον ἐν τῷ ναῷ τοῦ ἁγίου Φραγκίσκου. καὶ καθίσαντες ἐποίησαν τὸν ὅρον τῆς ἑνώσεως· καὶ κομίσαντες τοῦτον τῷ βασιλεῖ, ἀνέγνωσαν αὐτόν· καὶ εὐθὺς ἐκ προοιμίων ὠβέλισεν αὐτόν· ἔλεγε γὰρ ἐν τῇ ἀρχῇ· Εὐγένιος ἐπίσκοπος δοῦλος τῶν δούλων τοῦ Θεοῦ εἰς διηνεκῆ μνήμην· ὁ δὲ βασιλεὺς οὐκ ἤθελεν οὕτως, ἀλλὰ ἢ μὴ γραφῆναι ὅλως τὸ ὄνομα αὐτοῦ, ἢ γραφῆναι μὲν, ἀλλ' οὐ μονομερῶς μόνον τοῦ πάπα, ἀλλά· συναινέσει τοῦ γαληνοτάτου βασιλέως, καὶ τοῦ πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως, καὶ τῶν ἑτέρων πατριαρχῶν·

Διαλαμβάνει δὲ καὶ περὶ τῶν προνομίων τοῦ πά- D πα, ἵνα ἔχῃ αὐτὰ καθὼς ὁρίζεται ἡ θεία γραφὴ καὶ ῥητὰ τῶν ἁγίων. καὶ οὐδὲ τοῦτο ἤρεσε τῷ βασιλεῖ· μήπως, φησὶ, τὶς τῶν ἁγίων ἐν ἐπιστολῇ τιμᾷ τὸν πάπαν, καὶ ἐκλάβῃ τοῦτο ἀντὶ προνομίων. καὶ διὰ τοὺς τρόπους μηνύει τῷ πάπᾳ, ἢ διορθῶσαι τοῦτο, ἢ οἰκονομῆσαι αὐτὸν τοῦ ἀπελθεῖν.

Τοῦτο ἀκούσας ὁ πάπας ἐταράχθη, καὶ ἀπεκρίθη αὐτοῖς· καὶ διὰ ποῖον ἔργον φορτικὸν εἶπε τοῦτο ὁ βασιλεὺς, θαυμάζω πολλά. ἀλλ' ὅμως ἀποστείλας καρδιναλίους πρὸς τὸν βασιλέα, τὸ μὲν πρῶτον διώρθωσαν, ὅτι ἵνα γράψωσι, συναινέσει τοῦ γαληνοτάτου βασιλέως καὶ τῶν πατριαρχῶν· τὸ δὲ δεύτε- E ρον οὐκ ἠβουλήθησαν, ἀλλ' ἔλεγον· πῶς δυνάμεθα κρειττοτέρως ἔχειν τὴν ἀρχὴν, παρ' ὃ γράφουσιν οἱ ἅγιοι; ἀλλ' ὁ βασιλεὺς προσθήκην τινὰ ἐβιάζετο γράψαι ἐν αὐτῷ· ἔλεγε γὰρ ἵνα προστεθῇ, κατὰ τὴν δύναμιν τῶν κανόνων, καὶ μὴ, κατὰ τὰ ῥητὰ τῶν ἁγίων. καὶ οὐδὲν ὡμοφώνησαν, ἀλλ' ἀπῆλθον οἱ καρδινάλιοι.

Τῇ τρίτῃ οὖν πρωῒ συνήχθημεν πάντες· καὶ εἰς τὸν ἕτερον ἐρωτῶν, ἐγνωσιμαχοῦμεν ἀμφότεροι. καὶ οἱ μὲν ἔλεγον· οἱ Λατῖνοί εἰσιν αἴτιοι τῆς πλημμελείας· οἱ δὲ, ὁ βασιλεύς. καὶ τούτων λεγομένων ἐλυπούμεθα.

Sessio XXV.

A nam hanc eo die largiri, quo incorruptam illi coronam aſſecuti ſunt : feſtina igitur, ut eorum die feſto miſſarum ſolennia ſimul celebremus.

Papa. His auditis papa hilare ad eos reſpondit : & gratias, inquit, ago ſtudio veſtro, & ego, ut videtis, conventum hunc optimatum facio ad negotium cito expediendum ; ( erat vero, quantus nunquam antea, magnus conventus ) & confido, inquit, ut vos etiam dicitis, unionem die feſto apoſtolorum Chriſti eſſe conficiendam. Itaque hodie poſtquam conſultabimus, unamque ſententiam amplectemur, tunc vos B certiores faciam de operis abſolutione. Cum hæc metropolitæ audiſſent, abjerunt ; omniaque imperatori renunciarunt. Expectabamus igitur ſabbato plenam reſponſionem, reique totius finem.

Venerunt ergo, cum adveſperaſceret, nomine papæ, Cretenſis, Rhodius, & Coronenſis præſules ; dixeruntque imperatori, conſultationem eſſe habitam, & unionem admiſſam ; utque poſtridie fieret tomus definitionis Latine & Græce, & omnes ſubſcriberent ; qui ſi confectus eſſet feria ſecunda, die feſto ſanctorum apoſtolorum celebraretur miſſa, & fieret unio. Venerunt igitur mane conſtituti ex Latinis, C aſſumptiſque noſtris contulerunt ſe in templum S. Franciſci : & cum ſediſſent, conſcripſere decretum unionis : quod deinde allatum imperatori legerunt ; ſtatimque ipſo in exordio nota illud confixit : dicebat enim in principio ; Eugenius epiſcopus ſervus ſervorum Dei ad perpetuam memoriam : at vero imperator non ita, ſed volebat aut omnino ejus nomen reticeri, aut ſcribi quidem, ſed non papæ ſolius, verum hoc addito : Conſenſu ſereniſſimi imperatoris, & patriarchæ Conſtantinopolitani, ceterorumque patriarcharum.

Agebat præterea de privilegiis papæ, ut D habeat illa juxta determinationem ſacræ ſcripturæ, & dicta ſanctorum : hoc etiam non placuit imperatori : An ſi quis, inquit, ſanctorum in epiſtola honorat papam, excipiet hoc pro privilegio? Propter hæc ſignificavit papæ, aut hoc corrigeret, aut de reditu ejus cogitaret.

Quod audiens papa turbatus eſt, & reſpondit eis ; Qua imperator affectus moleſtia hoc dixerit, valde miror. Verumtamen miſſis ad imperatorem cardinalibus primum quidem correxerunt, ut videlicet ſcriberent, conſenſu ſereniſſimi imperatoris & patriarcharum : alterum vero nolue- E runt, ſed ajebant : Unde melius poſſumus habere primatum, quam ex ſcriptis ſanctorum ? At vero imperator cogebat ibi aliquid apponi ; dicebat enim, ut adderetur, Juxta tenorem canonum, & non, Secundum dicta ſanctorum : nec ulla ratione conſenſerunt, ſed abjere cardinales.

Itaque feria tertia mane convenimus omnes, & requirentes alter ab altero, utique altercabamur : & hi quidem dicebant, Latinos eſſe cauſam moræ ; illi vero, imperatorem : cumque hæc dicerentur, affligebamur.

Ad

Sessio XXV.

Ad veſperum autem imperator coegit præſules, dixitque eis:

Cardinales venerunt ad me, dixeruntque de propoſita quæſtione plane multa: ego vero illis reſpondi quoad ejus fieri potuit. Videntes igitur mihi non potuiſſe perſuaderi, rogarunt, ut vos convocarem; loqui enim volunt coram vobis. Idcirco ſanctitatem veſtram, ut huc veniret, admonui; quo venientes & illi inveniant vos, dicantque quidquid voluerint.

Dum hæc dicerentur, en cardinales, & cum ipſis archiepiſcopi, multique viri docti: cum ergo ſediſſent, Julianus eorum conſilio ſic orſus eſt dicere:

Juli. card. Sereniſſime imperator, voſque ſummo venerandi patres, ex duabus quæ ſunt inter nos controverſiis, de prænotatione nominis papæ, deque ſanctorum dictis: alteram utcumque ſedavit ipſe beatiſſimus pater, appoſitumque eſt in prænotatione nomen ſereniſſimi imperatoris & patriarcharum, cum neque neceſſarium eſſet, neque his temporibus congruens. De dictis vero, quo pacto illa velimus in definitione allegari, nihil ambigimus, cum dicta ſanctorum ſint, & per ea ſymbolum quoque fidei compoſitum ſit, & ſacrificium, & quidquid canonibus continetur; ac ſine dictis ſanctorum nihil ſit factum. Quapropter ſperabamus vos nullam controverſiam facturos. Nunc igitur audito mane de his multo ſermone ſereniſſimi imperatoris, operæpretium nobis eſt viſum, vos quoque qui eccleſiaſtici doctores eſtis, hoc habere cognitum; an æquum ſit, Dei opus impedire propter dicta ſanctorum. Rogamus itaque vos, ne diutius in luctatione verſetur eccleſiarum unio, tempuſque fruſtra conteratur: ſed admiſſa allegatione de dictis ſanctorum, fiat unio. Hæc & ſimilia cum dixiſſet, tacuit. Reſpondit imperator, ſpatium velle ſibi dari ad conſultandum. Statimque egreſſis cardinalibus nos conſilium inivimus, ſcripſimuſque habenda eſſe a papa ſua privilegia juxta canones, & dicta ſanctorum, ſacramque ſcripturam, & acta ſynodorum. Hæc illis ex tempore exarata tradidimus: reſponderuntque nobis; Soli nos nihil dicere poſſumus, ſed accepta hac ſcriptura referemus omnia ad dominum noſtrum; atque ita craſtina die reſpondebimus.

Poſtridie igitur, quarta videlicet feria, profecti ſunt cardinales ad imperatorem, dixeruntque ei: Pater ſanctus duas accepit ſcripturas, juſſitque nos de duabus alteram eligere. Legatur ergo tomus, examineturque, ut res ad finem perducatur.

Lectus eſt tomus, & placuit: juſſit ergo imperator, poſtera die ex utraque parte convenire ſex, ut definitio & tomus unionis Græce & Latine ſcriberetur in diptychis; a parte quidem dextera Latine, ut Latini ſubſcriberent, & appenderent bullam papæ; in altera vero parte Græci ſubſcriberent, & apponeretur aurea bulla imperatoris.

Anno Christi 1439.

πρὸς ἑσπέραν δὲ συνήθροισεν ὁ βασιλεὺς τοὺς ἀρχιερεῖς, καὶ εἶπεν αὐτοῖς·

Οἱ καρδινάλιοι ἦλθον πρὸς ἐμέ, καὶ εἶπον περὶ τοῦ προκειμένου ζητήματος πλήρη πολλά· ἐγὼ δὲ ἀπελογησάμην αὐτοῖς ὅσον τὸ δυνατόν, ἰδόντες οὖν ὅτι οὐδὲν δύνανται πεῖσαί με, παρεκάλεσαν ἵνα συνάξω ὑμᾶς· θέλουσι γὰρ ὁμιλῆσαι ἔμπροσθεν ὑμῶν· καὶ διὰ τοῦτο ἐμήνυσα τὴν ἁγιωσύνην ὑμῶν ἐλθεῖν ὧδε, ὅπως ἐλθόντες κἀκεῖνοι εὕρωσιν ὑμᾶς, καὶ εἴπωσιν ὃ χρήζουσι.

Τούτων οὖν λαλουμένων, ἰδοὺ καὶ οἱ καρδινάλιοι, καὶ σὺν αὐτοῖς ἀρχιεπίσκοποι καὶ τῶν λογίων πολλοί. καὶ καθισάντων, βουλευθεὶς τούτοις ὁ Ἰουλιανός, ἤρξατο λέγειν οὕτως·

ΙΟΥΛ. ΚΑΡΔ. Γαληνότατε βασιλεῦ, καὶ ὑμεῖς σεβασμιώτατοι πατέρες, δύο ἀμφισβητήσεων οὐσῶν ἐν ἡμῖν, περὶ τῆς προτάσεως τοῦ ὀνόματος τοῦ πάπα, καὶ περὶ τῶν ῥητῶν τῶν ἁγίων, τὸ ἓν ὁπωσδήποτε διώρθωσεν αὐτὸς ὁ μακαριώτατος πατήρ· καὶ ἐτέθη τῇ προτάσει καὶ τὸ ὄνομα τοῦ γαληνοτάτου βασιλέως καὶ τῶν πατριαρχῶν, πρᾶγμα μὴ ὑπάρχον ἀναγκαῖον, μηδὲ τοῦ καιροῦ. περὶ τῶν ῥητῶν δὲ οὐδεμίαν ἀμφιβολίαν ἔχομεν, ὅπως ζητοῦμεν τεθῆναι ἐν τῷ ὅρῳ· ἐπεὶ ῥητὰ ἁγίων εἰσί, καὶ διὰ τούτων γέγονε καὶ τὸ σύμβολον τῆς πίστεως, καὶ ἡ θυσία, καὶ πάντα τὰ τῶν κανόνων· καὶ ἄνευ τῶν ῥητῶν τῶν ἁγίων οὐδὲν γέγονε· καὶ λοιπὸν ἠλπίζομεν μὴ ἀμφιβάλλειν ὑμᾶς. νῦν οὖν ἀκούσαντες τῷ πρωῒ τοῦ γαληνοτάτου βασιλέως πολὺν λόγον περὶ τούτων ποιησαμένου, ἔδοξεν ἡμῖν, ὅπως καὶ ὑμεῖς οἱ τῆς ἐκκλησίας ῥήτορες μάθητε τοῦτο, εἴπερ ἐστὶ δίκαιον, ὅτι διὰ τὰ τῶν ἁγίων ῥητὰ ἐμποδίζεται τὸ ἔργον τοῦ Θεοῦ. παρακαλοῦμεν τοίνυν ὑμᾶς, μὴ ἐπὶ πολὺ πυκτεύηται ἡ ἕνωσις τῶν ἐκκλησιῶν, μηδὲ ὁ καιρὸς πλημμελῆται, ἀλλὰ τῶν ῥητῶν τῶν ἁγίων βεβαιωθέντων, γενέσθω ἡ ἕνωσις. ταῦτα καὶ ἄλλα ὅμοια εἰπών, ἐσίγησεν. ἀπεκρίνατο δὲ ὁ βασιλεύς, δοθῆναι καιρὸν αὐτῷ, ἵνα βουλευθῇ· καὶ εὐθὺς ἀπῆλθον οἱ καρδινάλιοι ἔξω. καὶ ἡμεῖς ἐβουλευσάμεθα, καὶ ἐγράψαμεν· ὅτι ἵνα ἔχῃ ὁ πάπας τὰ προνόμια αὐτοῦ κατὰ τοὺς κανόνας καὶ τὰ ῥητὰ τῶν ἁγίων, καὶ τὴν θείαν γραφήν, καὶ τὰ πρακτικὰ τῶν συνόδων. ταῦτα σχεδιάσαντες δεδώκαμεν αὐτοῖς· καὶ ἀπεκρίθησαν ἡμῖν, ἡμεῖς μόνοι οὐκ ἔχομεν τι εἰπεῖν· ἀλλὰ τὸ γραμμάτιον ὑμῶν τοῦτο λαβόντες, ἀναφέρομεν πάντα τῷ κυρίῳ ἡμῶν, καὶ οὕτως εἰς τὴν αὔριον ἀπολογησόμεθα.

Τῇ ἐπαύριον δέ, ἤγουν τῇ τετάρτῃ, ἀπῆλθον οἱ καρδινάλιοι εἰς τὸν βασιλέα, καὶ εἶπον αὐτῷ· ὁ πατὴρ ὁ ἅγιος ἐδέξατο δύο γραμμάτια, καὶ ὥρισεν ἡμῖν ἐκλέξασθαι ἐκ τῶν δύο τὸ ἕν· λοιπὸν ἀναγνωσθήτω ὁ τόμος, καὶ ἐξετασθήτω, ὅπως δοθῇ τῷ πράγματι τελεία ἀπόφασις.

Ἀναγνωσθείσης οὖν τῆς γραφῆς τοῦ τόμου, καὶ ἀρεσάσης, ὥρισεν ὁ βασιλεὺς εἰς τὴν αὔριον συναχθῆναι ἐξ ἀμφοτέρων τῶν ἕξ, ὅπως γραφῶσι γράμματα Ἑλληνικῶς καὶ Ῥωμαϊκῶς ἐν διπτύχοις, ἤγουν ὁ ὅρος καὶ τόμος τῆς ἑνώσεως· καὶ ἐν μὲν τοῖς δεξιοῖς μέρεσιν ἔσω Ῥωμαϊκῶς, ἵνα ὑπογράψωσιν οἱ Λατῖνοι, καὶ κρεμάσωσι τὴν βοῦλλαν τοῦ πάπα· ἐν δὲ τῷ ἄλλῳ μέρει, ἵνα γράψωσιν οἱ Γραικοὶ καὶ ὑπογράψωσι, καὶ τεθῇ καὶ τοῦ βασιλέως τὸ χρυσόβουλλον.

Ταῦ-



Anno Christi 1439.

Ταῦτα οἰκονομήσαντες, τῇ πέμπτῃ πρωῒ ἀπῆλθον ἐν τῷ ναῷ τοῦ ἁγίου Φραγκίσκου, καὶ ἐποίησαν τὸν ὅρον, καὶ ἐκόμισαν τοῦτον τῷ βασιλεῖ. μετὰ τὸ τελεσθῆναι δὲ πάντα, τί ποιεῖ ὁ πονηρός; γράφεται ἐν τῷ ὅρῳ, σωζομένων τῶν δικαίων καὶ τῶν προνομίων τῶν τεσσάρων πατριαρχῶν· καὶ εὑρίσκεται προσθήκη ἐν τούτῳ, πάντων. τοῦτο ἀκούσαντες οἱ Λατῖνοι, ὡς μέγα τι ἰλιγγίασαν. καὶ εὐθὺς ἐζήτουν, μὴ πάντων τῶν προνομίων λέγειν, ἀλλὰ τῶν προνομίων ἁπλῶς. καὶ οὗτος ὁ τρόπος ἐνεπόδισε γενέσθαι τὸν τόμον τῇ πέμπτῃ καὶ τῇ παρασκευῇ. Ἰουλίου δὲ τετάρτῃ, ἡμέρᾳ σαββάτου, συνῆλθον πάντες οἱ ἀποτεταγμένοι ἐν τῷ ναῷ τῷ εἰρημένῳ· καὶ συνέθεντο τὸν ὅρον μετὰ πάντων τῶν προνομίων καὶ τῶν δικαίων αὐτῶν, τῶν πατριαρχῶν δηλονότι. καὶ τῇ κυριακῇ ὑπεγράψαμεν αὐτόν.

Τῇ δευτέρᾳ δέ, μηνὶ Ἰουλίῳ εἰς τὰς ἕξ, γέγονεν ἡ ἕνωσις τῶν ἐκκλησιῶν. καὶ ἀνεγνώσθη ὁ ὅρος μετὰ τὴν λειτουργίαν. ἦλθε γὰρ ὁ μακαριώτατος πάπας ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ τῇ λεγομένῃ, σάντα Μαρία λιμπεράτα· καὶ συνεφορέσαμεν αὐτῷ, καὶ ἐλειτούργησε. καὶ μετὰ τὴν λειτουργίαν γενομένης παρακλήσεως ἀνεγνώσθη ὁ ὅρος Ῥωμαϊκῶς καὶ Ἑλληνικῶς· καὶ Λατινικῶς μὲν παρὰ τοῦ καρδιναλίου τῆς ἁγίας Σαβίνης Ἰουλιανοῦ, Ἑλληνικῶς δὲ παρὰ τοῦ ἀρχιεπισκόπου Νικαίας Βησσαρίωνος, ἔχων ἐπὶ λέξεως οὕτως·

His ita ordinatis, feria quinta mane contulerunt ſe in templum ſancti Franciſci, & conſcripſerunt definitionem, & ad imperatorem detulerunt. Poſtquam vero confecta ſunt omnia, quid facit malignus? Scriptum erat in definitione; Salvis juribus & privilegiis quatuor patriarcharum: repertum ergo eſt fuiſſe additum, omnibus. Quod audientes Latini, quaſi magnum quid eſſet, vertigine correpti ſunt; ſtatimque poſtularunt, ut non omnibus privilegiis, ſed tantum privilegiis diceretur: atque id fuit cauſæ, cur feria quinta & ſexta tomus non fieret. Quarta vero die Julii, ſabbato convenere omnes conſtituti in dictum templum; & compoſuere definitionem addentes, Cum omnibus privilegiis & juribus eorum, videlicet patriarcharum: & die dominica illam ſubſcripſimus.

Sessio XXV.

Feria vero ſecunda, ſexta die Julii, facta eſt unio eccleſiarum & lecta eſt definitio poſt celebrationem miſſæ. Venit enim beatiſſimus papa in magnam eccleſiam, cui nomen, ſancta Maria Liberata; & nos ei aſſiſtebamus ſacro induti habitu, Miſſamque celebravit. Et ſacro peracto poſt litanias decantatas recitata eſt definitio Latine & Græce, Latine quidem a cardinali ſanctæ Sabinæ Juliano: Græce vero a Beſſarione archiepiſcopo Nicæno, in hæc verba:

## ΟΡΟΣ ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΚΑΙ ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΚΗΣ ΣΥΝΟΔΟΥ ΤΗΣ ΕΝ ΦΛΩΡΕΝΤΙΑ ΓΕΝΟΜΕΝΗΣ.

Εὐγένιος ἐπίσκοπος δοῦλος τῶν δούλων τοῦ Θεοῦ εἰς ἀΐδιον τοῦ πράγματος μνήμην, συναινοῦντος τοῖς ὑπογεγραμμένοις καὶ τοῦ ποθεινοτάτου υἱοῦ ἡμῶν Ἰωάννου Παλαιολόγου τοῦ ἐπιφανοῦς βασιλέως τῶν Ῥωμαίων, καὶ τῶν τοποτηρητῶν τῶν σεβασμίων ἀδελφῶν ἡμετέρων τῶν πατριαρχῶν, καὶ τῶν λοιπῶν τῶν τὴν ἀνατολικὴν ἐκκλησίαν παριστανόντων.

Εὐφραινέσθωσαν οἱ οὐρανοί, καὶ ἀγαλλιάσθω ἡ γῆ. ἀφῄρηται μὲν γὰρ τὸ μεσότοιχον τὸ τὴν δυτικὴν καὶ ἀνατολικὴν διαιροῦν ἐκκλησίαν, ἐπανῆλθε δὲ ἡ εἰρήνη τε καὶ ὁμόνοια τοῦ ἀκρογωνιαίου λίθου ἐκείνου Χριστοῦ, τοῦ ποιήσαντος ἑκάτερα ἕν, τῷ τῆς ἀγάπης τε καὶ εἰρήνης ἰσχυροτάτῳ δεσμῷ ἑκάτερον τοῖχον ζευγνύντος, καὶ συσφίγγοντός τε καὶ συνέχοντος στοργῇ ἀϊδίου ἑνότητος· καὶ μετὰ τὴν μακρὰν ἐκείνην τῆς ἀθυμίας ὁμίχλην, καὶ τῆς ἀπὸ τῆς χρονίου διαστάσεως μελανάντε καὶ ἀχαρῆ ἀχλύν, ἡ γαληνιῶσα πᾶσιν ἀκτὶς ἐξήστραψε τῆς ποθεινοτάτης ἑνώσεως. εὐφραινέσθω καὶ ἡ μήτηρ ἐκκλησία τὰ ἑαυτῆς τέκνα μέχρι τοῦδε πρὸς ἄλληλα στασιάζοντα, εἰς ἑνότητά τε καὶ εἰρήνην ἤδη ἐπανιόντα ὁρῶσα. καὶ ἡ πρώην ἐπὶ τῷ χωρισμῷ αὐτῶν πικρότατα κλαίουσα, ἐκ τῆς νῦν αὐτῶν θαυμαστῆς ὁμονοίας σὺν ἀνεκφράστῳ χαρᾷ τῷ παντοδυνάμῳ εὐχαριστείτω Θεῷ. πάντες συνευφραινέσθωσαν οἱ πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης πιστοί, καὶ οἱ τῷ ἀπὸ Χριστοῦ ὀνόματι κεκλημένοι τῇ μητρὶ τῇ καθολικῇ ἐκκλη-

## DEFINITIO. SANCTÆ ŒCUMENICÆ SYNODI FLORENTINÆ.

Definitio Concilii Florent.

*Eugenius epiſcopus ſervus ſervorum Dei ad perpetuam rei memoriam, conſentiente ad infra ſcripta cariſſimo in Chriſto filio noſtro Joanne Palæologo Romæorum imperatore illuſtri, & locatenentibus venerabilium fratrum noſtrorum patriarcharum, & ceteris orientalem eccleſiam repræſentantibus.*

Ita etiam Blondus edidit l. 10. Decad. 3. 4.

LÆTENTUR cœli & exultet terra; ſublatus eſt enim de medio paries, qui occidentalem orientalemque dividebat eccleſiam, & pax atque concordia rediit, illo angulari lapide Chriſto, qui fecit utraque unum, vinculo fortiſſimo caritatis & pacis utrumque jungente parietem, & perpetuæ unitatis fœdere copulante ac continente; poſtque longam mœroris nebulam, & diſſidii diuturni atram ingratamque caliginem, ſerenum omnibus unionis optatæ jubar illuxit. Gaudeat & mater eccleſia, quæ filios ſuos hactenus invicem diſſidentes, jam videt in unitatem pacemque rediiſſe; & quæ antea in eorum ſeparatione amariſſime flebat, ex ipſorum modo mira concordia cum ineffabili gaudio omnipotenti Deo gratias referat.

Definitio concilii Florent.

referat. Cuncti gratulentur fideles ubique per orbem; & qui Chriſtiano cenſentur nomine, matri catholicæ eccleſiæ collætentur. Ecce enim occidentales orientaleſque patres poſt longiſſimum diſſenſionis atque diſcordiæ tempus, ſe maris ac terræ periculis exponentes, omnibuſque ſuperatis laboribus, ad hoc ſacrum œcumenicum concilium deſiderio ſacratiſſimæ unionis, & antiquæ caritatis reintegrandæ gratia, læti alacreſque convenerunt, & intentione ſua nequaquam fruſtrati ſunt. Poſt longam enim laborioſamque indaginem, tandem Spiritus ſancti clementia ipſam optatiſſimam ſanctiſſimamque unionem conſecuti ſunt. Quis igitur dignas omnipotentis Dei beneficiis gratias referre ſufficiat? Quis autem divinæ miſerationis divitias non obſtupeſcat? Cujus vel ferreum pectus tanta ſupernæ pietatis magnitudo non molliat? Sunt iſta prorſus divina opera, non humanæ fragilitatis inventa; atque ideo eximia cum veneratione ſuſcipienda, & divinis laudibus proſequenda. Tibi laus, tibi gloria, tibi gratiarum actio Chriſte fons miſericordiarum, qui tantum boni ſponſæ tuæ catholicæ eccleſiæ contuliſti, atque in generatione noſtra tuæ pietatis miracula demonſtraſti, ut enarrent omnes mirabilia tua. Magnum ſiquidem divinumque munus nobis Deus largitus eſt; oculiſque videmus, quod ante nos multi, cum valde cupierint, aſpicere nequiverunt. Convenientes enim Latini & Græci in hac ſacroſancta œcumenica ſynodo, magno ſtudio invicem uſi ſunt, ut inter alia etiam articulus ille de divina Spiritus ſancti proceſſione ſumma cum diligentia & aſſidua inquiſitione diſcuteretur. Prolatis vero teſtimoniis ex divinis ſcripturis, plurimiſque auctoritatibus ſanctorum doctorum orientalium & occidentalium, aliquibus quidem ex Patre & Filio, quibuſdam vero ex Patre per Filium procedere dicentibus Spiritum, & ad eamdem intelligentiam aſpicientibus omnibus ſub diverſis vocabulis, Græci quidem aſſeruerunt, quod id, quod dicunt Spiritum ſanctum ex Patre procedere, non hac mente proferunt, ut excludant Filium; ſed quia eis videbatur, ut ajunt, Latinos aſſerere Spiritum ex Patre & Filio procedere tanquam ex duobus principiis & duabus ſpirationibus, ideo abſtinuerunt a dicendo, quod Spiritus ſanctus ex Patre procedat & Filio. Latini vero affirmarunt, non ſe hac mente dicere, Spiritum ſanctum ex Patre Filioque procedere, ut excludant Patrem, quin ſit fons ac principium totius deitatis, Filii ſcilicet ac Spiritus ſancti; aut quod id, quod Spiritus ſanctus procedit ex Filio, Filius a Patre non habeat; ſive quod duo ponant eſſe principia, ſeu duas ſpirationes: ſed unum tantum aſſerant eſſe principium, unicamque ſpirationem Spiri-

Anno Christi 1439.

σία συναγαλλιάσθωσαν. ἰδοὺ γὰρ οἵ τε δυτικοὶ καὶ οἱ ἀνατολικοὶ πατέρες μετὰ τὸν μακρότατον τῆς διαφωνίας καὶ διαστάσεως χρόνον ἐκεῖνον πρὸς πάντα παραβαλόμενοι κίνδυνον τὸν ἐν γῇ καὶ θαλάττῃ, καὶ πάντα πόνον ὑπερβαλόντες, πρὸς τὴν ἱερὰν ταύτην καὶ οἰκουμενικὴν σύνοδον, τῇ τε τῆς ἱερᾶς ἑνώσεως ἐφέσει, καὶ τοῦ τὴν παλαιὰν ἀγάπην ἀνακτήσασθαι ἕνεκα, γεγηθότες συνῆλθον καὶ πρόθυμοι, καὶ τοῦ σκοποῦ οὐκ ἀπέτυχον. μετὰ γὰρ πολλὴν καὶ ἐπίπονον ἔρευναν, τέλος τῇ τοῦ παναγίου πνεύματος φιλανθρωπίᾳ τῆς εὐκταιοτάτης ταύτης καὶ ἁγιωτάτης ἑνώσεως ἔτυχον. τίς οὖν ταῖς τοῦ Θεοῦ εὐεργεσίαις ἀξίως εὐχαριστεῖν δύναιτ᾽ ἄν; τίς ἐνώπιον τοῦ πλούτου τῶν θείων οἰκτιρμῶν οὐκ ἂν ἐκπλαγείη; τίνος οὐκ ἂν καὶ σιδηροῦν στῆθος τὸ τῆς θείας εὐσπλαγχνίας οὕτως τηλικαύτης μαλθάξειε μέγεθος; οὕτως θεῖα εἰσὶ ταῦτα τὰ ἔργα, οὐκ ἀνθρωπίνης ἀσθενείας εὑρέματα· καὶ διὰ ταῦτα μετὰ ἐξαιρέτου μὲν εὐλαβείας ἀποδεκτέα, θείοις δὲ ὕμνοις προβιβαστέα. σοὶ αἶνος, σοὶ δόξα, σοὶ πρέπει εὐχαριστία Χριστὲ πηγὴ οἰκτιρμῶν· ὃς τοσοῦτον ἀγαθὸν τῇ νύμφῃ σου τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ κεχάρισαι, κἀν τῇ ἡμετέρᾳ γενεᾷ τὰ τῆς εὐσπλαγχνίας σου ἔδειξας θαύματα, ἵνα σου πάντες τὰ θαυμάσια διηγήσωνται. οὕτω μέγα τῷ ὄντι καὶ θεῖον ἡμῖν ὁ Θεὸς δῶρον δεδώρηται, καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς εἴδομεν, ὃ πολλοὶ τῶν πρὸ ἡμῶν ἐπιθυμήσαντες ἰδεῖν οὐ δεδύνηνται. συνελθόντες γὰρ Λατῖνοί τε καὶ Γραικοὶ ἐν ταύτῃ τῇ ἱερᾷ καὶ ἁγίᾳ οἰκουμενικῇ συνόδῳ, σπουδῇ μεγάλῃ πρὸς ἀλλήλους ἐχρήσαντο, ὅπως μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τὸ ἄρθρον ἐκεῖνο τὸ περὶ τῆς θείας ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου πνεύματος μετὰ πλείστης ὅσης ἐπιμελείας καὶ συνεχοῦς συζητήσεως ἐξετασθείη. προκομισθεισῶν δὲ μαρτυριῶν ἀπὸ τῆς θείας γραφῆς, καὶ πλείστων χρήσεων τῶν ἁγίων διδασκάλων ἀνατολικῶν τε καὶ δυτικῶν, τῶν μὲν ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ, τῶν δὲ ἐκ πατρὸς δι᾽ υἱοῦ λεγόντων τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεσθαι, καὶ εἰς τὴν αὐτὴν ἔννοιαν ἀποβλεπόντων ἁπάντων ἐν διαφόροις ταῖς λέξεσιν, οἱ μὲν Γραικοὶ διισχυρίσαντο, ὅτι τοῦθ᾽ ὅπερ λέγουσι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεσθαι, οὐ ταύτῃ τῇ διανοίᾳ προφέρουσιν, ὥστε αὐτοὺς τὸν υἱὸν ἀποκλείειν, ἀλλ᾽ ἐπειδήπερ αὐτοῖς ἐδόκει, φασί, τοὺς Λατίνους διαβεβαιοῦσθαι, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ ὡς ἀπὸ δύο ἀρχῶν καὶ δύο πνεύσεων ἐκπορεύεσθαι, διὰ τοῦτ᾽ ἐφυλάξαντο λέγειν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεσθαι ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ. οἱ δὲ Λατῖνοι διεβεβαιώσαντο, μὴ κατὰ ταύτην τὴν διάνοιαν σφᾶς αὐτοὺς λέγειν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι, ὡς ἀποκλείειν τὸν πατέρα τοῦ εἶναι πηγὴν καὶ ἀρχὴν τῆς ὅλης θεότητος, τοῦ υἱοῦ δηλονότι καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· ἢ ὅτι τὸ ἐκ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὁ υἱὸς οὐκ ἔχει ἀπὸ τοῦ πατρός· ἢ ὅτι δύο τιθέασιν εἶναι ἀρχὰς ἢ δύο πνεύσεις· ἀλλ᾽ ἵνα μίαν μόνην δηλώσωσιν εἶναι ἀρχὴν, καὶ μοναδικὴν προβολὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος, καθὼς μέχρι τοῦδε διισχυρίσαντο. ἐπειδὴ δὲ ἐκ τούτων ἁπάντων μία καὶ ἡ αὐτὴ τῆς ἀληθείας συνάγεται ἔννοια, τέλος εἰς τὴν ὑπογεγραμμένην ἁγίαν καὶ θεοφιλῆ τῇ αὐτῇ διανοίᾳ

καὶ

καὶ τῷ αὐτῷ νοῒ συνεφώνησαν καὶ συνῄνεσαν ὁμοθυμαδὸν ἕνωσιν. ἐν τῷ ὀνόματι τοίνυν τῆς ἁγίας Τριάδος τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, ταύτης τῆς ἱερᾶς καὶ οἰκουμενικῆς τῆς ἐν Φλωρεντίᾳ ἐπιψηφιζομένης συνόδου, ὁρίζομεν, ἵνα αὕτη ἡ τῆς πίστεως ἀλήθεια ὑπὸ πάντων πιστευθείη τε καὶ ἀποδεχθείη τῶν Χριστιανῶν, καὶ οὕτω πάντες ὁμολογῶσιν. ὅτι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ ἀϊδίως ἐστὶ, καὶ τὴν ἑαυτοῦ οὐσίαν καὶ τὸ ὑπαρκτικὸν αὐτοῦ εἶναι ἔχει ἐκ τοῦ πατρὸς ἅμα καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ ἐξ ἀμφοτέρων ἀϊδίως ὡς ἀπὸ μιᾶς ἀρχῆς καὶ μοναδικῆς προβολῆς ἐκπορεύεται· διασαφοῦντες, ὅτι τοῦθ᾽ ὅπερ οἱ ἅγιοι διδάσκαλοι καὶ πατέρες, ἐκ τοῦ πατρὸς διὰ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι λέγουσι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, εἰς ταύτην φέρει τὴν ἔννοιαν, ὥστε διὰ τούτου δηλοῦσθαι, καὶ τὸν υἱὸν εἶναι κατὰ μὲν τοὺς Γραικοὺς αἰτίαν, κατὰ δὲ τοὺς Λατίνους ἀρχὴν τῆς ἁγίου πνεύματος ὑπάρξεως, ὥσπερ καὶ τὸν πατέρα. καὶ ἐπειδὴ πάντα, ὅσα ἐστὶ τοῦ πατρὸς, αὐτὸς ὁ πατὴρ τῷ μονογενεῖ αὐτοῦ υἱῷ ἐν τῷ γεννᾷν δέδωκε πλὴν τοῦ εἶναι πατέρα, τοῦτ᾽ αὐτὸ ὅτι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεται, αὐτὸς ὁ υἱὸς παρὰ τοῦ πατρὸς ἀϊδίως ἔχει, ἀφ᾽ οὗ ἀϊδίως καὶ γεγέννηται. ἔτι διοριζόμεθα τὴν τῶν ῥημάτων ἐκείνων ἀνάπτυξιν τῶν, καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ, χάριν τοῦ τὴν ἀλήθειαν σαφηνισθῆναι, ἀνάγκης τε τότε ἐπικειμένης, θεμιτῶς τε καὶ εὐλόγως ἐν τῷ συμβόλῳ προστεθεῖναι. ἔτι ἐν ἀζύμῳ ἢ ἐνζύμῳ ἄρτῳ σιτίνῳ τὸ τοῦ Χριστοῦ σῶμα τελεῖσθαι ἀληθῶς, τούς τε ἱερεῖς ἐν θατέρῳ αὐτὸ τὸ σῶμα τοῦ κυρίου ὀφείλειν τελεῖν, ἕκαστον δηλονότι κατὰ τὴν τῆς ἰδίας ἐκκλησίας εἴτε δυτικῆς εἴτε ἀνατολικῆς συνήθειαν. ἔτι ἐὰν οἱ ἀληθῶς μετανοήσαντες ἀποθάνωσιν ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ ἀγάπῃ, πρὶν τοῖς ἀξίοις τῆς μετανοίας καρποῖς ἱκανοποιῆσαι περὶ τῶν ἡμαρτημένων ὁμοῦ καὶ ἠμελημένων, τὰς τούτων ψυχὰς καθαρτικαῖς τιμωρίαις καθαίρεσθαι μετὰ θάνατον. ὥστε δὲ ἀποκουφίζεσθαι αὐτὰς τῶν τοιούτων τιμωριῶν, λυσιτελεῖν αὐταῖς τὰς τῶν ζώντων πιστῶν ἐπικουρίας, δηλονότι τὰς ἱερὰς θυσίας, καὶ εὐχὰς, καὶ ἐλεημοσύνας, καὶ τἆλλα τῆς εὐσεβείας ἔργα, ἅτινα παρὰ τῶν πιστῶν ὑπὲρ ἄλλων πιστῶν εἴωθε γίνεσθαι, κατὰ τὰ τῆς ἐκκλησίας διατάγματα. ἐκείνων δὲ τὰς ψυχὰς, οἵτινες μετὰ τὸ βαπτισθῆναι οὐδεμιᾷ ὅλως τῆς ἁμαρτίας κηλῖδι ὑπέπεσον, καὶ ἔτι τὰς μετὰ τὸ ἐφελκύσασθαι τὴν τῆς ἁμαρτίας κηλῖδα, εἴτε ἐν τοῖς αὐτῶν σώμασιν, εἴτε μετὰ τὸ τὰ σώματα ἀποδύσασθαι, ὡς προείρηται, καθαρθείσας, εἰς οὐρανὸν εὐθὺς προσλαμβάνεσθαι, καὶ καθαρῶς θεωρεῖν αὐτὸν τὸν ἕνα καὶ τρισυπόστατον Θεὸν, καθώς ἐστι, ἕτερον μὲν τοῦ ἑτέρου τελεώτερον κατὰ τὴν τῶν βεβιωμένων ἀξίαν· τὰς δὲ ψυχὰς τῶν ἐν θανασίμῳ ἁμαρτίᾳ τῇ κατ᾽ ἐνέργειαν ἢ καὶ ἐν μόνῃ προπατορικῇ ἀποβιούντων εὐθέως καταβαίνειν εἰς ᾅδην, τιμωρίαις ὅμως ἀνίσοις τιμωρηθησομένας. ἔτι ὁρίζομεν τὴν ἁγίαν ἀποστολικὴν καθέδραν, καὶ τὸν Ῥωμαϊκὸν ἀρχιερέα εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην τὸ πρωτεῖον κατέχειν, αὐτόν τε τὸν Ῥωμαϊκὸν ἀρχιερέα διάδοχον εἶναι τοῦ μακαρίου Πέτρου τοῦ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων, καὶ ἀληθῆ τοποτηρητὴν τοῦ Χριστοῦ, καὶ πάσης τῆς ἐκκλησίας κεφαλὴν,

tus ſancti, prout hactenus aſſeruerunt. Et cum ex his omnibus unus & idem eliciatur veritatis ſenſus, tandem in infra ſcriptam ſanctam & Deo amabilem eodem ſenſu eademque mente unionem unanimiter concordarunt & conſenſerunt. In nomine igitur ſanctæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, hoc ſacro univerſali approbante Florentino concilio diffinimus, ut hæc fidei veritas ab omnibus Chriſtianis credatur & ſuſcipiatur, ſicque omnes profiteantur, quod Spiritus ſanctus ex Patre & Filio æternaliter eſt, & eſſentiam ſuam, ſuumque eſſe ſubſiſtens habet ex Patre ſimul & Filio, & ex utroque æternaliter tanquam ab uno principio & unica ſpiratione procedit; declarantes quod id, quod ſancti doctores & patres dicunt, ex Patre per Filium procedere Spiritum ſanctum, ad hanc intelligentiam tendit; ut per hoc ſignificetur, Filium quoque eſſe ſecundum Græcos quidem cauſam, ſecundum Latinos vero principium ſubſiſtentiæ Spiritus ſancti, ſicut & Patrem. Et quoniam omnia, quæ Patris ſunt, Pater ipſe unigenito Filio ſuo gignendo dedit, præter eſſe Patrem, hoc ipſum quod Spiritus ſanctus procedit ex Filio, ipſe Filius a Patre æternaliter habet, a quo etiam æternaliter genitus eſt. Diffinimus inſuper, explicationem verborum illorum, Filioque, veritatis declarandæ gratia, & imminente tunc neceſſitate, licite ac rationabiliter ſymbolo fuiſſe appoſitam. Item, in azymo ſive fermentato pane triticeo, corpus Chriſti veraciter confici; ſacerdoteſque in altero ipſum domini corpus conficere debere, unumquemque ſcilicet juxta ſuæ eccleſiæ ſive occidentalis, ſive orientalis conſuetudinem. Item, ſi vere pœnitentes in Dei caritate deceſſerint, antequam dignis pœnitentiæ fructibus de commiſſis ſatisfecerint & omiſſis, eorum animas pœnis purgatoriis poſt mortem purgari, & ut a pœnis hujuſmodi releventur, prodeſſe eis fidelium vivorum ſuffragia, miſſarum ſcilicet ſacrificia, orationes, & eleemoſynas, & alia pietatis officia, quæ a fidelibus pro aliis fidelibus fieri conſueverunt, ſecundum eccleſiæ inſtituta. Illorumque animas, qui poſt baptiſma ſuſceptum, nullam omnino peccati maculam incurrerunt; illas etiam, quæ poſt contractam peccati maculam, vel in ſuis corporibus, vel eiſdem exutæ corporibus, prout ſuperius dictum eſt, ſunt purgatæ, in cœlum mox recipi, & intueri clare ipſum Deum trinum & unum, ſicuti eſt, pro meritorum tamen diverſitate alium alio perfectius: illorum autem animas, qui in actuali mortali peccato, vel ſolo originali decedunt, mox in infernum deſcendere, pœnis tamen diſparibus puniendas. Item, diffinimus ſanctam apoſtolicam ſedem, & Romanum pontificem in univerſum

ſum

Definitio concilii Florent.

DEFINITIO CONCILII FLORENT.

ſum orbem tenere primatum, & ipſum pontificem Romanum ſucceſſorem eſſe beati Petri principis apoſtolorum, & verum Chriſti vicarium, totiuſque eccleſiæ caput & omnium Chriſtianorum patrem ac doctorem exiſtere; & ipſi in beato Petro paſcendi, regendi, ac gubernandi univerſalem eccleſiam a domino noſtro Jeſu Chriſto plenam poteſtatem traditam eſſe; quemadmodum etiam in geſtis œcumenicorum conciliorum, & in ſacris canonibus continetur. Renovantes inſuper ordinem traditum in canonibus ceterorum venerabilium patriarcharum; ut patriarcha Conſtantinopolitanus ſecundus ſit poſt ſanctiſſimum Romanum pontificem, tertius vero Alexandrinus, quartus autem Antiochenus, & quintus Hieroſolymitanus: ſalvis videlicet privilegiis omnibus, & juribus eorum.

Datum Florentiæ in ſeſſione publica ſynodali ſolemniter in eccleſia majori celebrata, anno incarnationis dominicæ milleſimo quadringenteſimo triceſimo nono, pridie Nonas Julii, pontificatus noſtri anno nono. [a]

A καὶ πάντων τῶν Χριστιανῶν πατέρα τε καὶ διδάσκαλον ὑπάρχειν, καὶ αὐτῷ ἐν τῷ μακαρίῳ Πέτρῳ τοῦ ποιμαίνειν, καὶ διϊθύνειν, καὶ κυβερνᾷν τὴν καθολικὴν ἐκκλησίαν ὑπὸ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ πλήρη ἐξουσίαν παραδεδόσθαι, καθ᾽ ὃν τρόπον καὶ ἐν τοῖς πρακτικοῖς τῶν οἰκουμενικῶν συνόδων, καὶ ἐν τοῖς ἱεροῖς κανόσι διαλαμβάνεται. ἀνανεοῦντες ἔτι καὶ τὴν ἐν τοῖς κανόσι παραδεδομένην τάξιν τῶν λοιπῶν σεβασμίων πατριαρχῶν, ὥστε τὸν τῆς Κωνσταντινουπόλεως πατριάρχην δεύτερον εἶναι μετὰ τὸν ἁγιώτατον πάπαν τῆς Ῥώμης, τρίτον δὲ τὸν τῆς Ἀλεξανδρείας, τέταρτον δὲ τὸν τῆς Ἀντιοχείας, καὶ πέμπτον τὸν τῶν Ἱεροσολύμων, σωζομένων δηλαδὴ καὶ τῶν προνομίων ἁπάντων καὶ τῶν δικαίων αὐτῶν. B

ANNO CHRISTI 1439.

Ἐδόθη ἐν τῇ Φλωρεντίᾳ, ἐν δημωσίᾳ συνελεύσει ἑορτασίμως ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ * τελεσθείσῃ, ἔτει ἀπὸ τῆς τοῦ κυρίου σαρκώσεως χιλιοστῷ τετρακοσιοστῷ τριακοστῷ ἐννάτῳ, Ἰουλίου ἕκτῃ, ἡμέρᾳ δευτέρᾳ, ἰνδικτιῶνος δευτέρας. (ἀπὸ δὲ κτίσεως κόσμου, ἔτει ἑξακισχιλιοστῷ ἑπτακοσιοστῷ τεσσαρακοστῷ ἑβδόμῳ, καὶ τῆς ἀρχιερατείας ἡμῶν ἔτει ἐννάτῳ.)

* τελεσθείσῃ

[a] Anno Græcorum recentiorum 6947. Pont. nostri an. 9.

Ego Eugenius catholicæ eccleſiæ epiſcopus ita definiens ſubſcripſi.

*Adjutor & protector meus es tu domine: Ne derelinquas me Deus meus.*

Vide ſequentes ſubſcriptiones hoc eodem tomo XVIII. conciliorum parte 2. collatione 12. concilii Florentini, cum variis lectionibus ad marginem.

Ego N. tituli ſanctæ Crucis presbyter cardinalis ſupradictis definitionibus tanquam veris & catholicis me ſubſcripſi.
Ego F. tituli ſancti Clementis presbyter cardinalis ſupradictis definitionibus me ſubſcripſi.
Ego A. tituli S. Marci presbyter cardinalis me ſubſcripſi.
Ego Jul. tituli ſanctæ Sabinæ presbyter cardinalis me ſubſcripſi.
Ego Antonius epiſcopus Oſtienſis cardinalis Bononienſis ſupradictas definitiones veras & catholicas eſſe affirmo, & illis me ſubſcripſi.
Ego Beranda epiſcopus Portuenſis cardinalis Placentinus ſupradictas definitiones veras & catholicas eſſe affirmo, & ſubſcripſi.
Ego Proſper tituli ſancti Georgii ad Velum aureum diaconus cardinalis de Columna ſubſcripſi.
Dominicus ſanctæ Mariæ in Via Lata ſanctæ Romanæ eccleſiæ diaconus cardinalis ſubſcripſi.

Joannes Palæologus, fidelis in Chriſto rex & imperator Romæorum ſubſcripſi. C

Antonius humilis metropolita Heracleenſis & primarius Ædeſſenorum, totius Thraciæ & Macedoniæ primas, & Philothei ſanctiſſimi ſedis apoſtolicæ Alexandrinæ patriarchæ locum tenens ſubſcripſi.

Gregorius hieromonachus, protoſyncellus, a confeſſionibus locum tenens ejuſdem apoſtolicæ ſedis ſanctiſſimi patriarchæ Alexandrini D. domini mei Philothei ſubſcripſi.

Iſidorus metropolita Kiævienſis totiuſque Ruſſiæ, & locum tenens apoſtolicæ ſedis ſanctiſſimi patriarchæ Antiocheni domini Dorothei ſatis habens ſubſcripſi. D

Humilis metropolita Monembaſienſis & locum tenens apoſtolicæ ſedis ſanctiſſimi patriarchæ Hieroſolymorum domini Joachimi Doſitheus contentus ſubſcripſi.

Humilis metropolita Cyzici, & locum ſupplens Ancyrani, Metrophanes contentus ſubſcripſi.

Humilis metropolita Trapezuntius, & locum ſupplens Cæſarcenſis, Dorotheus contentus ſubſcripſi.

Ἰωάννης ἐν Χριστῷ τῷ Θεῷ πιστὸς βασιλεὺς καὶ αὐτοκράτωρ Ῥωμαίων ὁ Παλαιολόγος.

Ὁ ταπεινὸς μητροπολίτης Ἡρακλείας, ὁ λογὰς τῶν Αἰδεσιμωτάτων καὶ ἀρχιερεὺς πάσης Θρᾳκίας καὶ Μακεδονίας, καὶ τοποτηρητὴς τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου τῆς Ἀλεξανδρείας Φιλοθέου Ἀντώνιος ἀποφηνάμενος ὑπέγραψα.

Ὁ τοποτηρητὴς τῆς αὐτῆς ἀποστολικῆς καθέδρας τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου τῆς Ἀλεξανδρείας καὶ κυρίου μου κυρίου Φιλοθέου, καὶ πρωτοσύγκελλος πνευματικὸς Γρηγόριος ἱερομόναχος ὑπέγρ.

Ἰσίδωρος μητροπολίτης Κιαίβου καὶ πάσης Ῥωσίας καὶ τοποτηρητὴς τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου Ἀντιοχείας κυρίου Δωροθέου, ἀρκετὸς ὑπέγρ.

Ὁ ταπεινὸς μητροπολίτης Μονεμβασίας, καὶ τοποτηρητὴς τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου Ἱεροσολύμων κυρίου Ἰωακείμ, Δοσίθεος, ἀρκετὸς ὑπέγρ.

Ὁ ταπεινὸς μητροπολίτης Κυζίκου, καὶ τὸν τόπον ἐπέχων τοῦ Ἀγκύρας, Μητροφάνης, ἀρκετὸς ὑπέγρ.

Ὁ ταπεινὸς μητροπολίτης Τραπεζοῦντος, καὶ τὸν τόπον ἐπέχων τοῦ Καισαρείας, Δωρόθεος, ἀρκετὸς ὑπέγρ.

Βησ-



ANNO CHRISTI 1439.

Βησσαρίων ἐλέει θείῳ ἀρχιεπίσκοπος Νικαίας καὶ τὸν τόπον ἐπέχων τοῦ Σάρδεων, ἀρκετὸς ὑπέγρ. A

Ὁ ταπεινὸς μητροπολίτης Νικομηδείας Μακάριος, ἀρκετὸς ὑπέγρ.

Ὁ ταπεινὸς μητροπολίτης Τορνόβου, καὶ τὸν τόπον ἐπέχων τοῦ Νικομηδείας, Ἰγνάτιος ἀρκετὸς ὑπέγραψα.

Ὁ ταπεινὸς μητροπολίτης Μιτυλήνης, καὶ τὸν τόπον ἐπέχων τοῦ Σίδης, Δωρόθεος, ἀρκετὸς ὑπέγρ.

Ὁ ταπεινὸς μητροπολίτης Μολδοβλαχίας, καὶ τὸν τόπον ἐπέχων τοῦ Σεβαστείας, Δαμιανός, ἀρκετὸς ὑπέγραψα.

Ὁ ταπεινὸς μητροπολίτης Ἀμασείας Ἰωάσαφ, ἀρκετὸς ὑπέγρ. B

Ὁ ταπεινὸς μητροπολίτης Ῥόδου καὶ τῶν Κυκλάδων νήσων Ναθαναήλ, ἀρκετὸς ὑπέγρ.

DEFINITIO CONCILII FLORENT.

Beſſarion miſeratione divina archiepiſcopus Nicænus, & locum ſupplens metropolitæ Sardium contentus ſubſcripſi.

Humilis metropolita Nicomedienſis Macarius contentus ſubſcripſi.

Humilis metropolita Tornobi, & locum ſupplens Nicomedienſis Ignatius contentus ſubſcripſi.

Humilis metropolita Mitylenenſis & locum ſupplens Sidenſis Dorotheus contentus ſubſcripſi.

Humilis metropolita Muldoblachienſis & locum ſupplens Sebaſtienſis Damianus contentus ſubſcripſi.

Humilis metropolita Amaſiæ Joaſaph contentus ſubſcripſi.

Humilis metropolita Rhodi, & Cycladum Nathanael contentus ſubſcripſi.

Ego Baſilius patriarcha Hieroſolymitanus, ſubſcripſi.
Ego Marcus patriarcha Gradenſis, me ſubſcripſi.
Ego Joannes epiſcopus Morinenſis illuſtriſſimi domini ducis Burgundiæ & Brabantiæ orator, me ſubſcripſi.
Ego Joannes epiſcopus Nivernenſis ejuſdem domini ducis orator, me ſubſcripſi.
Ego Bartholomæus Spalatenſis, me ſubſcripſi.
Ego Fantinus archiepiſcopus Cretenſis, me ſubſcripſi.
Ego Julianus archiepiſcopus Piſanus, me ſubſcripſi.
Ego Andreas archiepiſcopus Coloſſenſis, me ſubſcripſi.
Ego Nicolaus archiepiſcopus Capuanus, me ſubſcripſi.
Ego Ludovicus archiepiſcopus Florentinus, me ſubſcripſi.
Ego Latinus de Urſinis, archiepiſcopus * Trojanus me ſubſcripſi.
Ego Benedictus archiepiſcopus Compſanus, me ſubſcripſi.
Ego Jacobus epiſcopus Adrienſis, me ſubſcripſi.
Ego Petrus epiſcopus Paduanus, me ſubſcripſi.
Ego Daniel epiſcopus Concordienſis, me ſubſcripſi.
Ego Antonius Portugallenſis epiſcopus, me ſubſcripſi.
Ego Bartholomæus epiſcopus Valvenſis, me ſubſcripſi.
Ego Thomas epiſcopus Farenſis, me ſubſcripſi.
Ego Chriſtophorus epiſcopus Ariminenſis, me ſubſcripſi.
Ego Amicus epiſcopus Aquilenſis, me ſubſcripſi.
Ego Petrus epiſcopus Dignenſis, me ſubſcripſi.
Ego Joannes epiſcopus Ferrarienſis, me ſubſcripſi.
Ego Valentinus epiſcopus Ortanus, me ſubſcripſi.
Ego Joannes epiſcopus Arbenſis, me ſubſcripſi.
Ego Bernotius epiſcopus Eſculanus, me ſubſcripſi.
Ego Carolus Senenſis epiſcopus, me ſubſcripſi.
Ego Andreas epiſcopus Megarenſis, me ſubſcripſi.
Ego Carolus epiſcopus olim Mutinenſis, me ſubſcripſi.
Ego Nicolaus epiſcopus Tyburtinus, me ſubſcripſi.
Ego Antonius epiſcopus Graſſenſis, me ſubſcripſi.
Ego Angelus * epiſcopus Barenſis, me ſubſcripſi.
Ego Petrus epiſcopus Auſarenſis, me ſubſcripſi.
Ego Matthæus epiſcopus Zapatenſis, me ſubſcripſi.
Ego Angelus de Graſſis epiſcopus Arianenſis, me ſubſcripſi.
Ego Petrus * epiſcopus Meſſanenſis, me ſubſcripſi.
Ego Petrus epiſcopus Cavallicenſis, me ſubſcripſi.
Ego Antonius epiſcopus Cæſenatenſis, me ſubſcripſi.
Ego Donatus epiſcopus Piſtorienſis, me ſubſcripſi.
Ego Scipio epiſcopus Mutinenſis, me ſubſcripſi.
Ego Chriſtophorus epiſcopus Cortonenſis, me ſubſcripſi.
Ego Andreas epiſcopus Conſeranenſis, me ſubſcripſi.
Ego Alexius epiſcopus Cluſinus, me ſubſcripſi.
Ego Garſias epiſcopus Tudenſis, me ſubſcripſi.
Ego Gregorius epiſcopus Granatenſis, me ſubſcripſi.
Ego Aimericus [b] epiſcopus Montis regalis, me ſubſcripſi.
Ego Baptiſta electus & confirmatus Theatinus, me ſubſcripſi.
Ego Nicolaus Tricaricenſis, me ſubſcripſi.
Ego Joannes electus, & confirmatus Aganenſis *, me ſubſcripſi.
Ego Guilielmus electus, & confirmatus Leonenſis, me ſubſcripſi.
Ego Andreas epiſcopus Roffenſis, me ſubſcripſi.
Ego Matthæus epiſcopus * Cortonienſis, me ſubſcripſi.
Ego Julianus electus & confirmatus Citaridenſis, me ſubſcripſi.
Ego Joannes epiſcopus Canapenſis, me ſubſcripſi.

* f. Tarentinus.
* f. archiepiſcopus.
* f. archiepiſcopus.
[b] f. archiepiſcopus.
* f. Agathen.
* f. Cotronienſis.

Ego Thaddæus epiſcopus * Aceſtiatenſis, me ſubſcripſi.
Ego Petrus archidiaconus Trecenſis, ambaſiator illuſtriſſimi ducis Burgundiæ & Brabantiæ, me ſubſcripſi.
Definitio concilii Florent.
* ſ. Aceſtatenſis.
* ſ. archiepiſcopus,
Ego Zanonus epiſcopus Bajocenſis, me ſubſcripſi.
Ego Laurentius * epiſcopus Acherontinus, me ſubſcripſi.
Ego Ludovicus epiſcopus Terviſinus, me ſubſcripſi.
Ego Joannes de Mella electus & confirmatus Legionenſis, me ſubſcripſi.
Ego Joannes electus & confirmatus Andegavenſis, me ſubſcripſi.
Ego Guilielmus electus & confirmatus Andegavenſis, me ſubſcripſi.
Ego Ambroſius generalis ordinis Camaldulenſium, me ſubſcripſi.
Ego frater Guilielmus generalis Minorum, me ſubſcripſi.
Ego Girardus frater generalis Auguſtinenſium, me ſubſcripſi.
Ego Placidus generalis Vallis umbroſæ, me ſubſcripſi.
Ego Comerius abbas Florentinus, me ſubſcripſi.
Ego Joannes de Urſinis abbas Farſenſis, me ſubſcripſi.
Ego Antonius abbas ſancti Capraſii, me ſubſcripſi.
Ego Federicus abbas de Borto, me ſubſcripſi.
Ego Georgius abbas Deſerenſis, me ſubſcripſi.
Ego Antonius abbas de Alphyllo, me ſubſcripſi.
Ego Franciſcus abbas ſancti Leonardi, me ſubſcripſi.
Ego Bartholomæus abbas Campaſilonis, me ſubſcripſi.
Ego Sepulcrus abbas urbis, me ſubſcripſi.
Ego Angelus abbas de * Scyto, me ſubſcripſi. * Sexto;
Ego Paſcharius abbas ſancti Sepulcri, me ſubſcripſi.
Ego Benedictus abbas de Coner, me ſubſcripſi.
Ego Jacobus abbas ſancti Salmi, me ſubſcripſi.
Ego Aloyſius abbas ſancti Pauli, me ſubſcripſi.
Ego Joannes abbas de Tyro, me ſubſcripſi.
Ego Daniel abbas de Tarralino, me ſubſcripſi.
Ego Benedictus abbas ſancti Pancratii, me ſubſcripſi.
Ego Franciſcus abbas ſanctæ Mariæ de * Pariano, me ſubſcripſi. * Pancrazano,
Ego Joannes * Gratianus abbas de Rupolis, me ſubſcripſi. * Gianvani
Ego Angelus abbas ſanctæ Mariæ de Piſtorio, me ſubſcripſi.
Ego Nicolaus abbas ſancti Modeſti Recenſis, me ſubſcripſi.
Ego Jacobus ſancti * Salvacis de Frame abbas, me ſubſcripſi. * Salvatoris de Fenzor
Ego Bertacius abbas Montis plani Piſtorienſis, me ſubſcripſi.
Ego Petrus abbas ſancti Felicis de Florentia, me ſubſcripſi.
Ego Nicolaus abbas ſanctæ Mariæ de Diciano, me ſubſcripſi.
Ego Bartholomæus abbas de Vibona, me ſubſcripſi.
Ego Laurentius abbas * de Culoros, me ſubſcripſi. * del Culteri,
Ego Fredericus abbas ſancti Pantaleonis, me ſubſcripſi.
Ego Lucas abbas Stuant. in Alpibus, me ſubſcripſi.
Ego Lucas abbas Facundus, me ſubſcripſi.
Ego Jacobus abbas monaſterii ſancti Petri de Maſſa, me ſubſcripſi.
Ego Franciſcus abbas ſanctorum martyrum Cordubenſium, me ſubſcripſi.
Ego Guilielmus abbas ſancti Salvatoris Burdigalenſis, me ſubſcripſi.
Ego Georgius abbas ſancti Petri de Eugubio, me ſubſcripſi.
Ego Antonius abbas ſanctorum Salvatoris, & Vigilii de Stum, me ſubſcripſi.
Ego Gabriel abbas ſancti Jacobi de Pontada, me ſubſcripſi.
Ego Bernardus abbas ſanctæ Mariæ de Marona, me ſubſcripſi.
Ego Hieronymus abbas ſanctæ Gundæ, me ſubſcripſi.
Ego Dionyſius abbas ſanctæ Mariæ de Sandiſagienſi, me ſubſcripſi.
Ego Maphæus abbas ſanctæ Firmidæ de Verona, me ſubſcripſi.
Ego Timotheus abbas ſancti Andreæ de Mantua, me ſubſcripſi.

## OBSERVATIO EDITORIS ROMANI.

*[Nemo autem mirari debet, cur plures patrum ſubſcriptiones non ſint: nam ultima ſeſſione celebrata, multi priuſquam hujuſmodi ſubſcriptio fieret, diſceſſerunt; cum præſertim mos in conciliis minime fuerit, ut in prioratus ordine conſtituti, vel fratres magiſtri, vel juriſperiti, in decretis ipſorum conciliorum ſubſcriberent.]*

| | |
|---|---|
| Ὁ ταπεινὸς μητροπολίτης Δίστρας Κάλλιστος ἀρκετὸς, ὑπέγραψα. | A Humilis metropolita Diſtrenſis Calliſtus contentus, ſubſcripſi. |
| Ὁ ταπεινὸς μητροπολίτης Γάννου Γεννάδιος ἀρκετὸς, ὑπέγραψα. | Humilis metropolita Gannenſis Gennadius contentus, ſubſcripſi. |
| Ὁ ταπεινὸς μητροπολίτης Μελενίκου Ματθαῖος ἀρκετὸς, ὑπέγραψα. | Humilis metropolita Melenicenſis Matthæus contentus, ſubſcripſi. |
| Ὁ ταπεινὸς μητροπολίτης Δράμας Δοσίθεος ἀρκετὸς, ὑπέγραψα. | Humilis metropolita Dramenſis Doſitheus contentus, ſubſcripſi. |
| Ὁ ταπεινὸς μητροπολίτης Ἀγχιάλου Σωφρόνιος ἀρκετὸς, ὑπέγραψα. | Humilis metropolita Anchiali Sophronius contentus, ſubſcripſi. |
| Βησσαρίων Νικαίας δι' ἐπιτροπῆς γεγραμμένης πα- | Beſſarion Nicænus mandato in ſcriptis |



Definitio concilii Florent.

| | |
|---|---|
| παρὰ τοῦ μεγάλου σακελλαρίου Μανουὴλ διακόνου τοῦ Χρυσοκόκκη, ὅστις ἑαυτὸν πιθανῶς αὐτοῦ ἐσημειώσεν, ὑπὲρ ἐκείνου ἐνταῦθα, αὐτὸν ἐξηγούμενος τῆς αὐτῆς δόξης καὶ τοῦ αὐτοῦ νοῦ καὶ αὐτὸν μεθ' ἡμῶν ὑπάρχειν, καὶ τούτοις πᾶσιν ἀκολουθεῖν, ὑπέγρ. A | dato a Manuele diacono magno ſacellario, cognomento Chryſocuce; qui ſe etiam probabili ratione ſubnotavit; ejus nomine, illum hoc loco declarans idem ſentire, & eadem mente eſſe, qua & nos, & hæc omnia ſuſcipere ſubſcripſi. |
| Ὁ μέγας σκευοφύλαξ διάκονος, Θεόδωρος ὁ Ξανθόπουλος ὑπέγρ. | Magnus ſceuophylax diaconus, Theodorus Xanthopulus, ſubſcripſi. |
| Ὁ μέγας χαρτοφύλαξ καὶ ἀρχιδιάκονος Μιχαὴλ ὁ Βαλσαμὼν, ὑπέγρ. | Magnus chartophylax & archidiaconus Michael Balſamon ſubſcripſi. |
| Ὁ μέγας ἐκκλησιάρχης καὶ δικαιοφύλαξ διάκονος Σίλβεστρος ὁ Συρόπουλος, ὑπέγρ. | Magnus eccleſiarcha, & jurium defenſor diaconus Silveſter Syropulus ſubſcripſi, |
| Ὁ πρωτέκδικος διάκονος Γεώργιος ὁ Καππάδοξ, ὑπέγρ. B | Primarius judex diaconus Georgius Cappadox ſubſcripſi, |
| Ὁ πρωτοπαπᾶς Κωνσταντῖνος, καὶ τοποτηρητὴς τοῦ Μουλδοβλαχίας, ὑπέγρ. | Archipresbyter Conſtantinus, & vicarius Muldoblachienſis ſubſcripſi. |
| Ὁ ἐκκλησιάρχης τῆς τιμίας μονῆς ἁγίας καὶ βασιλικῆς τοῦ ἁγίου ὄρους τῆς μεγάλης Λαύρας, καὶ τοποτηρητὴς τῆς αὐτῆς μονῆς Μωσῆς ἱερομόναχος, ὑπέγρ. | Eccleſiarcha venerabilis ſancti & regii monaſterii magnæ Lauræ in Monte ſancto, & vicarius ejuſdem monaſterii Moſes hieromonachus ſubſcripſi. |
| Ὁ ποτὲ ἡγούμενος τῆς Περιβλέπτου Ἀθανάσιος, ὑπέγρ. | Athanaſius quondam hegumenus monaſterii Peribl. pti ſubſcripſi. |
| Ὁ ἡγούμενος τῆς ἁγίας μονῆς τοῦ Παντοκράτορος Γερόντιος ἱερομόναχος, ὑπέγρ. | Hegumenus ſacri monaſterii Pantocratoris, Gerontius hieromonachus ſubſcripſi. |
| Ὁ ποτὲ ἡγούμενος τοῦ ἁγίου Βλασίου Γερμανὸς, ὑπέγραψα. | Germanus olim hegumenus ſancti Blaſii ſubſcripſi. C |
| Παχώμιος ἱερομόναχος καὶ ἀββᾶς τοῦ ἁγίου Παύλου, ἀρκετὸς ὑπέγρ. | Pachomius hieromonachus & abbas ſancti Pauli contentus ſubſcripſi. |
| Ταῦτα ἐῤῥέθη καὶ ἀνεγνώσθη Λατινικῶς μὲν, ὡς ἔφημεν, παρὰ τοῦ καρδηνάλη τῆς ἁγίας Σαβίνης Ἰουλιανοῦ, Ἑλληνικῶς δὲ παρὰ τοῦ ἀρχιεπισκόπου Νικαίας Βησσαρίωνος, καὶ ἠσπασάμεθα τοῦ πάπα τὸ γόνυ καὶ τὴν χεῖρα· ἠσπασάμεθα δὲ καὶ ἀλλήλους, φορεμένοι τὴν ἱερατικὴν στολήν. ὑπεγράψαμεν δὲ καὶ ἡμεῖς ταῖς ἰδίαις χερσὶν, ὥσπερ καὶ ἀνεγνώσθη. ἔψαλλον δὲ οἱ ἡμέτεροι ψάλται· εὐφραινέσθωσαν οἱ οὐρανοὶ, καὶ ἀγαλλιάσθω ἡ γῆ. δόξα, καὶ τὸ αὐτὸ, καὶ νῦν· δοξολογία. καὶ πάλιν τὸ αὐτὸ, σήμερον ἡ χάρις τοῦ ἁγίου πνεύματος. πληρωθείσης οὖν τῆς ἱερουργίας ἅμα καὶ δοξολογίας, ἕκαστος ἀπήλθομεν εἰς τὰ ἴδια. D | Hæc dicta & recitata ſunt Latine quidem, ut diximus, a Juliano ſanctæ Sabinæ cardinali; Græce vero a Beſſarione Nicæno archiepiſcopo: & oſculati ſumus genu & dexteram papæ: conſalutavimus quoque inter nos mutuis amplexibus, ſacris veſtibus induti: & ſubſcripſimus etiam ipſi noſtris manibus, uti recitatum erat. Canebant autem noſtri cantores: *Lætentur cæli, & exultet terra*. Gloria, & repetitum eſt; Sicut erat; gratiarum actio: & rurſus idem: Hodie gratia Spiritus ſancti. Abſoluta igitur miſſa & gratiarum actione, unuſquiſque recepit ſe domum. |
| Μετὰ ταῦτα ζητοῦσιν οἱ Λατῖνοι ἀφ' ἡμῶν ζητήματα ταῦτα. | Poſt hæc Latini quæſivere a nobis hæc: |
| Διὰ τί διαλαμβάνομεν μερίδας ἐν τῇ προσκομιδῇ καὶ ἑνοῦμεν τῷ θείῳ καὶ δεσποτικῷ ἄρτῳ. | Cur in apparatu miſſæ particulas diſponimus, & conjungimus divino ac dominico pani. |
| Καὶ διὰ τί κλίνομεν τὰς κεφαλὰς ἐν τῇ μεγάλῃ εἰσόδῳ, μὴ ὄντων τετελειωμένων τῶν ἁγίων δώρων. | Et cur inclinamus capita, cum de minori altari in majus nondum conſecrata deferuntur ſacra munera. |
| Καὶ διὰ τί χέομεν ζέον ὕδωρ ἐν τῷ ἁγίῳ ποτηρίῳ. | Et quam ob cauſam infundimus in ſacrum calicem ferventem aquam. |
| Καὶ διὰ τί ὅταν οὔπω ἐστὶ σῶμα Χριστοῦ, λέγομεν καὶ εἷς τῶν στρατιωτῶν λόγχῃ τὴν πλευρὰν αὐτοῦ ἔνυξεν, καὶ εὐθέως ἐξῆλθεν αἷμα καὶ ὕδωρ. E | Et cur dicimus, quando nondum eſt corpus Chriſti; *Unus autem militum lancea latus ejus aperuit, & continuo exivit ſanguis & aqua.* Joan. 19. |
| Καὶ διὰ τί λέγομεν καὶ ἰδοὺ ὁ ἀστὴρ ἦλθε, καὶ ἔστη ἐπάνω οὗ ἦν τὸ παιδίον. | Et quare dicimus; *Et ecce ſtella venit, & ſtetit ſupra ubi erat puer.* Matth. 2. |
| Καὶ διὰ τί οὐ χρίουσιν οἱ ἀρχιερεῖς τὸ μύρον, ἀλλ' οἱ ἱερεῖς, καὶ γὰρ τοῖς ἀρχιερεῦσι δέδοται τοῦτο. | Et quare epiſcopi non inungunt ſacro chriſmate, ſed ſacerdotes, cum hoc pontificibus ſit datum. |
| Καὶ διὰ τί χρίουσιν ἔλαιον τοὺς νεκροὺς, πρὸ τοῦ ἐνταφιάσαι αὐτούς. | Et quare mortuos ante ſepulturam inungunt oleo. |
| Καὶ διὰ τί οὐκ ἐξομολογοῦνται οἱ ἱερεῖς τε καὶ ἀρχιερεῖς, ὅτε μέλλουσιν ἱερουργεῖν. | Et cur ſacerdotes & epiſcopi ſacrum facturi, non prius confeſſionem emittunt. |

Definitio Concilii Florenti. Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22.

Et quare, inquit, non contenti eſtis domini verbis; *Accipite, & comedite*: ſed poſtea dicitis; Et fac panem quidem hunc pretioſum corpus Chriſti tui: &, Tranſmutans ea Spiritu ſancto tuo, Amen. Amen, Amen.

Matth. 19. Marc. 10.

Et quare conjugia dirimitis, dicente domino; *Quos Deus conjunxit, homo non ſeparet*.

Et qua de cauſa non eligitis hic patriarcham, ſed vultis abire ſine capite.

Hæc a Latinis objecta Mitylenenſis canonice omnia legitimeque diſſolvit, præterquam duo, de quibus papa ſignificavit imperatori; cur ſcilicet matrimonia dirimantur; & patriarcha non eligatur: Latinis contradicentibus, legem nihil valere adverſus domini vocem;

Matth. 19.

*Quos Deus conjunxit, homo non ſeparet*; & non eſſe conveniens hinc abire abſque capite.

Petivit ergo per nuncios papa ab imperatore, ut ex metropolitis peritos aliquot ad ſe mitteret; Ille vero miſit imperitos. Propoſuitque papa duas haſce objectiones, de ſeparatione conjugiorum; & promotione patriarchæ. Illi vero, nullam ſe dixerunt habere facultatem reſpondendi, nec reſpondere; ſed ea relaturos imperatori, qui reſponderet;

Dum hæc fiunt, lapſi ſunt dies: die vero quartadecima Julii, feria tertia, papa orientales omnes præſules ad ſe convocavit: & cum aliquot ex iis profecti eſſent, talem habuit ſecreto cum illis ſermonem:

Papa.

Nos, fratres, Dei beneficio ſumus fide conjuncti. Quoniam ergo arcanis Dei judiciis ego ſum inter vos membra caput, debeoque qualitercumque admonere, & conſiliis inſtruere ad ea quæ videntur pietatem & eccleſiam noſtram conſtabilire; propono vobis aliqua ut fratribus, ut membris, ut eccleſiarum ductoribus.

Et primo dico, omnes conqueri de ſeparatione matrimoniorum, idque correctione indiget.

Secundo, de Epheſio; nam neceſſe eſt rationem reddat, cur ſe a ſynodo noſtra ſejungat; neque enim eſt nobis omnibus ſapientior: quia ſcimus ipſum in diſputationibus hæſiſſe, nec valuiſſe reſpondere ad ea, quæ frater Joannes ab illo quærebat.

Tertio, quoniam ſanctiſſimus patriarcha Conſtantinopolitanus in æterna receptus eſt tabernacula, opus eſt eccleſiæ patriarcha, qui hic ſufficiatur; ubi adſum & ego: non ut corporeum quid lucrifaciam: argentum & aurum non quæro, imo vero ſuppeditabo, & ſuffectum confirmabo, eumque qui a me ordinatur removebo, & eccleſiæ illi auxilium præſtabo: uti unus patriarcha ſit, qui fruatur privilegiis, & præſit provinciæ. In ſumma propter multa commoda dico, eligendum eſſe hic patriarcham: quid enim impedimento eſt? quid

Καὶ διὰ τί οὐκ ἀρκεῖσθε, φησὶν, εἰς τὰ κυριακὰ λόγια τὸ, λάβετε, φάγετε· ἀλλὰ λέγετε μετὰ ταῦτα· καὶ ποίησον τὸν μὲν ἄρτον τοῦτον τίμιον σῶμα τοῦ Χριστοῦ σου, καὶ μεταβαλὼν αὐτὰ τῷ πνεύματί σου τῷ ἁγίῳ, ἀμὴν, ἀμὴν, ἀμήν.

Καὶ διὰ ποίαν αἰτίαν χωρίζετε τὰ ἀνδρόγυνα, τοῦ κυρίου εἰπόντος· οὓς ὁ Θεὸς ἔζευξεν, ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω.

Καὶ διὰ ποίαν αἰτίαν οὐ ποιεῖτε πατριάρχην ὧδε, ἀλλ᾽ ἀκέφαλοι θέλετε ἀπελθεῖν.

Ταῦτα τῶν Λατίνων προκομισάντων, ὁ Μιτυλήνης κανονικῶς τε καὶ νομίμως ταῦτα πάντα ἔλυσε, πλὴν δύο τινῶν, ἅτινα ἐμήνυσεν ὁ πάπας τῷ βασιλεῖ, τὸ τῆς χωρίσεως τῶν ἀνδρογύνων, καὶ τὴν χειροτονίαν τοῦ πατριάρχου· ἀντιλεγόντων τῶν Λατίνων, ὅτι οὐ δύναται νόμος ἀντιλέγειν τῇ κυριακῇ τῇ λεγούσῃ· οὓς ὁ Θεὸς ἔζευξεν, ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω· καὶ ὅτι ἀκέφαλοι οὐ χρὴ ἀπελθεῖν τῶν ὧδε.

Ἐμήνυσεν ὁ πάπας τῷ βασιλεῖ, ἵνα στείλῃ αὐτῷ ἐκ τῶν μητροπολιτῶν τινας τῶν εἰδότων· ὁ δὲ ἀπέστειλε τοὺς μὴ εἰδότας. Καὶ εἶπεν ὁ πάπας τὰς δύο ζητήσεις ταύτας, τὸ τῆς διαζεύξεως τῶν ἀνδρογύνων, καὶ τὴν προχείρησιν τοῦ πατριάρχου. Οἱ δὲ ἀπελογήσαντο· ἄδειαν ἡμεῖς οὐκ ἔχομεν ἀπολογηθῆναι, ἀλλ᾽ οὐδὲ ἀπολογούμεθα. μέλλομεν οὖν ἀναφέρειν ταῦτα τῷ βασιλεῖ, καὶ αὐτὸς μέλλει ἀπολογήσασθαι.

Τούτων οὕτω γινομένων παρῆλθον ἡμέραι, καὶ τῇ ιδ᾽. τοῦ Ἰουλίου, ἡμέρᾳ τρίτῃ, ἐμήνυσεν ὁ πάπας πᾶσι τοῖς ἀνατολικοῖς ἀρχιερεῦσιν ἀπελθεῖν εἰς αὐτόν. Καὶ δή τινων ἀπελθόντων, κατ᾽ ἰδίαν παραλαβὼν αὐτοὺς ἔφη·

Πάπας.

Ἡμεῖς ἀδελφοὶ ἡνώθημεν τῇ πίστει Θεοῦ χάριτι. ἐπεὶ δὲ, οἷς κρίμασιν οἶδεν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, κατέστην ἐγὼ κεφαλὴ τῶν ὑμετέρων μελῶν, καὶ ὁπωσδήποτε πρέπει παραινεῖν καὶ συμβουλεύειν τὰ δοκοῦντα εἶναι πρὸς σύστασιν τῆς εὐσεβείας, καὶ τῆς ἐκκλησίας ἡμῶν· ἤδη λοιπὸν ἔχω εἰπεῖν τινα πρὸς ὑμᾶς ὡς ἀδελφοὺς, ὡς μέλη, ὡς ἡγήτορας τῶν ἐκκλησιῶν.

Καὶ πρῶτον λέγω, ὅτι πάντες γογγύζουσι περὶ τῶν διαζυγίων τῶν συνοικεσίων, καὶ δεῖται τὸ τοιοῦτον διορθώσεως.

Δεύτερον περὶ τοῦ Ἐφέσου, ὅτι ἐστὶν ἀναγκαῖον δοῦναι λόγον, πῶς χωρίζεται τῆς συνόδου ἡμῶν· οὐ γάρ φρονιμώτερός ἐστιν ἡμῶν πάντων· οἴδαμεν γὰρ αὐτὸν ἐν ταῖς διαλέξεσιν ἀπορήσαντα, καὶ μὴ δυνάμενον ἀποκρίνεσθαι πρὸς τὰ ζητούμενα παρὰ τοῦ φρὰ Ἰωάννου.

Τρίτον, ὅτι ἐπεὶ ὁ ἁγιώτατος πατριάρχης Κωνσταντινουπόλεως ἀπῆλθεν εἰς τὰς ἐκεῖθεν μονὰς, δεῖται ἡ ἐκκλησία πατριάρχου, καὶ μάλιστα γενέσθαι ὧδε, ἔνθα πάρειμι καὶ αὐτὸς, οὐχ ἵνα κερδήσω τι σωματικόν· ἀργύριον καὶ χρυσίον οὐ δέομαι, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ δώσω καὶ στερίξω καὶ ἐπιβεβαιώσω, καὶ τὸν εἰσερχόμενον χειροτονούμενον ἀπ᾽ ἐμοῦ καὶ τὸν μεταθήσω, καὶ τὴν ἐκκλησίαν ἐκείνην βοηθήσω, καὶ ποιήσω πατριάρχην ἕνα εἶναι, καὶ τὰ προνόμια καὶ τὴν ἐπαρχίαν ταύτης ἔχειν· καὶ ἁπλῶς διὰ πολλὰ τἀγαθὰ λέγω, ἵνα γένηται πατριάρχης ὧδε.





ὧδε. τί γὰρ ἐμποδίζει; ἢ τί ἐστιν ἐλλιπές; ἐνταῦθα βασιλεὺς, ἐνταῦθα οἰκουμενικὴ σύνοδος, καὶ πάπας προϊστάμενος αὐτῇ· ἐνταῦθα καὶ οἱ κρείττονες τῶν ἀρχιερέων, ἀφ᾽ ὧν μέλλει γενέσθαι πατριάρχης· τί ἐστι τὸ κωλῦσον ὑμᾶς; διὰ τοῦτο ἐστὶν ἄξιον καὶ δίκαιον ποιῆσαι πατριάρχην, καὶ μὴ ἀπελθεῖν ἀκέφαλοι ἀφ᾽ ἡμῶν.

Ταῦτα τοῦ πάπα εἰπόντος, καὶ προσθέντος, ὅτι ἐὰν οὐ γένηται ὧδε πατριάρχης, οὐ δυνήσομαι μεταθέσθαι τὸν ὄντα πατριάρχην εἰς τὸ ἑξῆς.

Ἀπεκρίναντο οἱ ἀρχιερεῖς λέγοντες ταῦτα·

Graeci.

Ὅσα εἴρηκεν ἡ μακαριότης σου, ὑπάρχουσι δικαιότατα καὶ σοφώτατα· ἀλλ᾽ ἡμεῖς οὐ δυνάμεθα τελείως ἀποκριθῆναι εἰς τὰ τοιαῦτα, ἐπεὶ ἔχομεν καὶ ἄλλους ἀρχιερεῖς καὶ βασιλέα ἡμῶν, καὶ μετὰ γνώμης αὐτῶν ἀποκριθησόμεθα τελείως· ἀφ᾽ ἡμῶν δὲ ἰδίως ἀπολογούμεθα, καὶ λέγομεν, οὐ τοῦ παρόντος καιροῦ εἰσι ταῦτα, εἰ καὶ δίκαιά εἰσι καὶ ἀναγκαῖα· ἐπεὶ τὰ συνοικέσια ἡμῶν οὐκ ἀλόγως χωρίζονται· ἀλλὰ καὶ ὁ Ἐφέσου ἐξεταθήσεται. πατριάρχης ἐνταῦθα οὐ γενήσεται, ὅτι ἔχομεν συνήθειαν ἐν Κωνσταντινουπόλει ὑπὸ πάσης τῆς ἐπαρχίας ἡμῶν ψηφισθῆναι, καὶ ἐν τῷ καθολικῷ ἡμῶν ναῷ χειροτονηθῆναι, καὶ ὁ βασιλεὺς ἡμῶν ἄλλως πως οὐ ποιήσει, εἰδὼς τὴν συνήθειαν τῆς ἐκκλησίας ἡμῶν.

Papas.

Ἐγὼ τὸ συμφέρον τὸ ὑμέτερον φροντίζων βούλομαι γενέσθαι πατριάρχην ὧδε, οὐ τὸν συγγενῆ μου, οὐ τὸν φίλον μου, ἀλλ᾽ ὃν ἐκλέξησθε ὑμεῖς· ἐγὼ δὲ ἐφοδιάσω αὐτὸν καὶ στερεώσω. ἐὰν δὲ ὑμεῖς οὐ θέλετε, ὃ ἐγὼ ὤφειλον ποιῆσαι, ποιῶ· ὑμεῖς δὲ ὕστερον μεταμεληθήσεσθε. καὶ εἰ μὴ ἐλάλησα ὑμῖν, ἁμαρτίαν οὐκ εἴχετε, τότε δὲ πρόφασιν οὐχ ἕξετε.

Ταῦτα καὶ ἄλλ᾽ ἄττα εἰπόντος τοῦ πάπα, ἡμεῖς πρὸς ταῦτα ὁπωσδήποτε ἀπολογησάμενοι, ἐξήλθομεν· καὶ ἐλθόντες ἀπηγγείλαμεν ταῦτα τῷ βασιλεῖ· ὁ δὲ ἀκούσας, οὐδ᾽ ὅλως ἠνέσχετο λαληθῆναι τοιοῦτόν τι εἰς ἡμᾶς.

Τούτων οὕτω γενομένων παρῆλθον ἡμέραι ἕως τῆς κυριακῆς· καὶ τῇ εἰκοστῇ τοῦ Ἰουλίου μηνὸς, ἡμέρᾳ δευτέρᾳ, ὑπέγραψαν τοὺς τόμους οἱ ἀρχιερεῖς, οἵτινες ἐβούλοντο ἀπελθεῖν. ἦσαν δὲ οὗτοι, ὁ Ἡρακλείας, ὁ Κυζίκου, ὁ Τραπεζοῦντος, ὁ Μονεμβασίας, ὁ Νικομηδείας, καὶ ὁ Δράμας· ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν κληρικῶν ἕως ἀριθμοῦ ἀνθρώπων πεντήκοντα ἀπῆλθον σὺν τούτοις, ἐκδεξόμενοι καὶ ἡμᾶς. ἡμεῖς δὲ τῇ τρίτῃ συναχθέντες, τῇ εἰκοστῇ πρώτῃ τοῦ Ἰουλίου μηνὸς, ἐν τῷ ῥογαρείῳ τοῦ βασιλέως ὑπεγράψαμεν τοὺς τόμους. ἐποιήσαμεν γὰρ πέντε Λατινικῶς τε καὶ Ἑλληνικῶς, καὶ ὑπέγραψαν οἱ Λατῖνοι καὶ οἱ Γραικοὶ ἐν ἀμφοτέροις τοῖς μέρεσιν, ὅπως λάβωσιν οἱ Λατῖνοι τὸ ἓν, καὶ οἱ Γραικοὶ τὸ ἄλλο, τοὺς δ᾽ ἄλλους ἵνα στείλωσιν εἰς τοὺς πατριάρχας. οὕτως οὖν ἔλαβε τέλος πάντα τὰ τῆς ἁγίας ἑνώσεως.

## Περὶ τῶν Ἀρμενίων.

ΠΑΡΕΛΘΟΥΣΩΝ δὲ ἡμερῶν τινῶν, ἦλθον ἀπὸ τῆς Ἀρμενίας ἀποκρισιάριοι ἐνάρετοι ἄνθρωποι παρὰ τοῦ πατριάρχου τῶν Ἀρμενίων, ζητοῦντες ἕνωσιν καὶ αὐτοὶ, καὶ τὴν ὀρθοδοξίαν τῆς πίστεως· οἳ καὶ τὸν μακαριώτατον πάπαν προσκυνήσαντες, τῷ βασιλεῖ ἐνεφανίσθησαν, καὶ τὴν βουλὴν αὐτῶν ἀνέφε-

vero deeſt? Hic imperator præſto eſt, hic ſynodus œcumenica, & papa qui illi præeſt: adſunt, qui inter præſules potiores ſunt, ex quibus patriarcha deligendus eſt: quid erit vobis impedimento? Dignum ergo & æquum eſt patriarcham ſufficere, nec abſcedere hinc a nobis, caput non habentes.

Cum hæc papa dixiſſet, addidiſſetque, ſe niſi fieret hic patriarcha, non poſſe in poſterum dimovere eum qui patriarcha eſſet:

Præſules ita reſponderunt.

Æquiſſima & ſapientiſſima ſunt, quæ Beatitudo tua dixit: ſed nos ad hæc dare perfectam reſponſionem non poſſumus; ſunt enim & alii præſules, & imperator noſter: perfecte igitur reſpondebimus cum illorum conſenſu: privatim vero ex nobis reſpondemus ac dicimus, non eſſe hæc præſentis temporis, licet juſta & neceſſaria ſint: nam matrimonia dirimimus non ſine juſtis cauſis. Epheſius quoque dicet cauſam. Patriarcha hic non fiet: moris enim noſtri eſt eum Conſtantinopoli ab univerſa noſtra provincia eligi, & in majori noſtro templo conſecrari; nec imperator noſter aliud faciet, cui nota eſt eccleſiæ noſtræ conſuetudo.

Papa.

Ego utilitati veſtræ conſulens volo fieri hic patriarcham, nec conſanguineum, nec amicum meum, ſed quem vos elegeritis: ego vero illum viatico inſtruam & confirmabo. Quod ſi non vultis, ego quod facere debebam, facio, vos autem poſtea pœnitebit: & ſi vobis non eſſem locutus, peccatum non haberetis; tunc vero nulla vobis erit excuſatio.

Cum hæc & alia dixiſſet papa, noſque ad ea utcumque reſpondiſſemus, abiimus; profectique omnia renunciavimus imperatori: quæ ille audiens, nullum de his fieri verbum ad nos eſt paſſus.

His ita geſtis præteriere dies aliquot uſque ad diem dominicum. Feria vero ſecunda, die Julii vigeſima, ſubſcripſere tomos præſules, qui proficiſci cogitaverant: hi porro erant Heracleenſis, Cyzicenus, Trapezuntius, Monembaſienſis, Nicomedienſis, Dramenſis: ex clericis etiam profecti ſunt cum illis ad quinquaginta, nos expectaturi. Nos autem feria tertia, uno & vigeſimo die Julii, congregati in veſtiarium imperatoris tomos ſubſcripſimus; erant enim quinque Latine & Græce ſcripti, quibus Latini & Græci ſubſcripſere ex utraque; ut unum Latini ſumerent, & Græci alterum, ceteros mitterent ad patriarchas. Ita finem habuit totum negotium ſanctæ unionis.

## *De Armeniis.*

POST aliquot dies venerunt ex Armenia apocriſiarii patriarchæ Armeniorum, virtute præſtantes viri, quærentes & ipſi unionem, fideique rectitudinem; qui etiam beatiſſimum papam venerati, viſerunt imperatorem; conſiliumque ſuum & animum de conficienda cum eccle-

ANNO CHRISTI 1439.

eccleſia catholica unione expoſuerunt, petenter ut ferret auxilium, & prudentia ſua juvaret. Imperator autem reſpondit, multum ſibi placere eorum ſtudium; & gratum fore, ſi acceſſerint ad orthodoxam fidem, & catholicam eccleſiam; & precari Deum pro dirigenda eorum unione; quæ ſi fieret, ſe quoque promiſit ad negotium quodlibet, & quicquid illis opus fuerit, adjutorem. His dictis receſſerunt Armenii; nos vero Florentia exeuntes Venetias petivimus, & inde rurſus domum rediimus.

ρον, καὶ ὅπως βούλονται τῇ ἐκκλησίᾳ τῇ καθολικῇ ἑνωθῆναι ἐξηγήσαντο· καὶ παρ' αὐτοῦ ἐζήτουν βοήθειαν καὶ ἐπίσκεψιν. ὁ δὲ βασιλεὺς αὐτοῖς ἀπεκρίνατο, ὅτι τε ἀρεστὸν ἐστὶ λίαν τὸ σπουδαζόμενον, καὶ ὅτι ἐὰν προσέλθωσι τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει καὶ τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ, ἀρεστὸν ἔσται αὐτῷ· καὶ ὅτι, φησί, παρακαλῶ τὸν Θεὸν ὀρθοτομῆσαι τὴν ἕνωσιν αὐτῶν. καὶ ὅτι ἐὰν τοῦτο γένηται, ἔσται, καὶ αὐτὸς βοηθὸς εἰς πᾶν ἀγαθὸν ἔργον καὶ χεὶρ αὐτῶν. τούτων ῥηθέντων ἀπῆλθον καὶ οἱ Ἀρμένιοι· ἡμεῖς δὲ ἐξελθόντες ἀπὸ Φλωρεντίας ἤλθομεν εἰς Βενετίαν, κἀκεῖθεν πάλιν εἰς τὰ ἴδια.

## GRÆCORUM CONFESSIO.

*De verbis conſecrationis & tranſſubſtantiatione, a Beſſarione expoſita in Concilio Florentino.*

*In Mabil. It. Ital. t. 1. part. 2. p. 245.*

DIe Dominica, quinta Julii MCCCCXXXVIII. in generali Congregatione, præſidente in eadem ſanctiſſimo domino noſtro domino Eugenio, divina providentia Papa quarto, præſentibus reverendiſſimis, reverendiſque Patribus & dominis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Doctoribus, & Magiſtris, tam Latinis, quam Græcis, reverendus Pater dominus Archiepiſcopus Nicænus, ſuo ac aliorum Patrum Eccleſiam orientalem repræſentantium nomine, publice, alta & intelligibili voce expoſuit in hæc verba, vel eis in effectu ſimilia. Beatiſſime Pater, voſque reverendiſſimi Patres & domini hic præſentes. Quoniam in præcedentibus congregationibus noſtris inter alias differentias noſtras ortum eſt dubium de conſecratione ſacratiſſimi Sacramenti Euchariſtiæ; & aliqui ſuſpicati ſunt, nos & eccleſiam noſtram non credere illud pretioſiſſimum Sacramentum per verba Salvatoris Domini noſtri JESU-CHRISTI confici; propter hanc cauſam aſſumus coram veſtra beatitudine, omnibuſque aliis hic aſtantibus, qui pro parte ſanctæ Romanæ eccleſiæ ſunt, ad certificandum veſtram beatitudinem & alios Patres & dominos hic præſentes de hac dubitatione, & dicimus breviter: Nos uſos fuiſſe Scripturis & ſententiis ſanctorum Patrum, cognoſcentes & animadvertentes fragilitatem humani ſenſus, volumus adhærere ſententiis ſanctorum Patrum & rationibus, ſpretis humanis inventis: qua quidem de re, Pater beatiſſime, cum in omnibus aliis auctoritatibus Patrum ſanctorum uſi ſumus, etiam his præſenti dubitatione utimur. Et quoniam ab omnibus ſanctis Doctoribus Eccleſiæ, præſertim ab illo beatiſſimo Joanne Chryſoſtomo, qui nobis notiſſimus eſt, audimus verba Dominica eſſe illa, quæ mutant & tranſſubſtantiant panem & vinum in corpus verum Chriſti & ſanguinem; & quod illa verba divina Salvatoris omnem virtutem tranſſubſtantiationis habent, nos ipſum ſanctiſſimum Doctorem, & illius ſententiam ſequimur de neceſſitate. De hac quæſtione breviter diximus & ſufficienter, & veſtram beatitudinem de noſtra intentione certam reddimus. Arnoldus Notarius.

Ego Nicolaus Sagudineus Euripontinus, omnium ſupraſcriptorum verborum interpres, & de græco in latinum traductor, fateor omnia ſic ad litteram per prædictum dominum Nicænum, modo ut ſupra, græce dicta fuiſſe, & a me fideliter in latinum converſa. In cujus rei teſtimonium & fidejuſſionem requiſitus hic manu propria ſcripſi, & in hanc redegi formam. Florentiæ, die 13, menſis Auguſti, anno Dominicæ Nativitatis 1438. Arnoldus Notarius.

Quod & ego Bartholomæus Johannes de Eyd, clericus Leodienſis diœceſis, publicus apoſtolica & imperiali auctoritatibus ac ſacri Florentini ycumenici Concilii Notarius, quia prædictorum verborum prolationi, expoſitioni, confeſſioni, omnibuſque aliis & ſingulis præmiſſis una cum præfatis reverendiſſimis, reverendiſque Patribus & connotario infra ſcripto interfui, eaque ſic fieri vidi & audivi; idcirco hoc præſens publicum inſtrumentum per præfatum interpretem fideliter de græco in latinum traductum ſubſcripſi, ſignoque & nomine meis ſolitis & conſuetis ſignavi rogatus & requiſitus in teſtimonium præmiſſorum.

Et ego Arnoldus Liudolphi de *Bevervoych*, clericus Trajectenſis diœceſis, publicus apoſtolica & imperiali auctoritatibus Notarius, quia verborum prædictorum prolationi & confeſſioni, omnibuſque aliis præmiſſis, dum, ſicut præmittitur, per reverendiſſimum Patrem dictum Archiepiſcopum Nicænum agerentur, proponerentur, & fierent, una cum reverendiſſimis, reverendiſque Patribus & dominis præfatis ac connotario meo ſupraſcripto præſens interfui, eaque ſic fieri vidi & audivi; ideo hoc præſens publicum inſtrumentum, per interpretem hujus ſacri ycumenici Concilii ſubſcriptum, una cum dicto connotario ſubſcripſi, & in hanc publicam formam redegi, ſigno & nomine meis ſolitis & conſuetis ſignavi rogatus & requiſitus in fidem & teſtimonium præmiſſorum.

Ego Julianus, tituli ſanctæ Sabinæ presbyter Cardinalis, ſancti Angeli vulgariter nuncupatus, præſens fui omnibus prædictis; & recognoſco litteram ſcriptam manu præfati Nicolai Sagudinei, communis interpretis Latinorum & Græcorum; & ad perpetuam rei memoriam propria manu ſubſcripſi.

### OBSERVATIONES.

*Præmiſſæ verſionis autographum in theſauro ſereniſſimi Magni Hetruriæ Ducis aſſervatur, cum authenticis litteris unionis, Latinos inter atque Græcos factæ in Concilio Florentino. Hanc verſionem cum legiſſemus, illuſt. Antonium Magliabecum, quocum tunc eramus, rogavimus, ut ejus nobis copiam fieri pro ſua in nos humanitate curaret. Id quod diligentiſſime præſtitit, adhibito viro clariſſimo Gaſtruzzio, qui illud ipſum autographum peritiſſime imitatus eſt. Prædicta Græcorum Confeſſio non levis eſt momenti ad perſuadendam Græcorum de Euchariſtia fidem, de qua tot & tanta controverſia a Calviniſtis nuper excitata ſunt. Confeſſio hæc duas habet partes, nempe conſecrationem verbis Chriſti Domini confici, non precibus illis, quæ poſt verba ſacra fiunt a Græcis; atque his verbis panem & vinum in Chriſti corpus & ſanguinem mutari & tranſſubſtantiari. Etſi vero de priori aſſertione aliqua fuit concertatio inter Beſſarionem Nicænum epiſcopum, interque Marcum Epheſinum ſuperioris formulæ præconem; nulla tamen prorſus inter eos de poſteriori diſceptatio agitata eſt. Id patet ex oratione Beſſarionis tum Cardinalis de Euchariſtia: qua in oratione eamdem doctrinam, quæ in ſuperiori Confeſſione propoſita eſt, egregie tuetur adverſus contra ſentientes, in primis contra Marcum Epheſinum: cujus objecta, ex dictis Nicolai Cabaſilæ deſumta, refellit. Ex quibus manifeſte intelligitur, in illa controverſia nequaquam litem fuiſſe de tranſſubſtantiatione, quam uterque pro indubitata Græcorum doctrina habebat: ſed de verbis, quibus conſecratio perficitur. Præmiſſa vero Græcorum Confeſſio, per Beſſarionem in frequenti Concilio propoſita, eo majoris eſt momenti, quod is illam comprobantibus aliis Græcis, uno forſan excepto Marco Epheſino, qui ejus perpetuus adverſarius exſtitit, in frequenti Concilio expoſuit, cum nondum eſſet Cardinalis. Hujus porro Confeſſionis mentio fit in ipſis Concilii actis cap. 9. paullo ante mortem Joſephi Patriarchæ: ubi utrumque, nimirum & verba conſecrationis, & tranſſubſtantiatio, diſertis verbis adſtruitur. Deinde poſt recitatam ejuſdem mortem illud ipſum denuo repetitur. Ceterum quod attinet ad Patres græcos, maxime Chryſoſtomum, quorum ſententiam ſequi ſe in prædicta formula Græci per Beſſarionem confitentur: eorum teſtimonia refert idem Beſſarion in prælaudata oratione de Euchariſtia. Chryſoſtomi loca citantur ex homilia 82. ſuper Matthæum, ex 27. ſuper primam ad Corinthios, ex homilia de proditione traditoris, & Sacramentorum traditione.*

*Haud ſcio an Nicolaus ille Sagudineus Euripontinus, qui ſuperiorem Confeſſionem latine vertit, idem ſit atque Nicolaus Euboicus, de quo ita ſcribit Matthæus Palmerius in libro de Temporibus ad annum 1439.* Nicolaus Euboicus, latinæ & græcæ linguæ atque elegantiæ princeps laudatiſſimus habetur: qui in frequenti Concilio medius aſſiſtens, multis & eruditis viris audientibus, me quoque teſte vidente, audienteque, diſputantium verba atque ſententias, tum græce, tum latine prolatas, mira celeritate ultro citroque in utramque linguam fideliſſime & ſummo ornatu reddebat. *Ita ille, qui eodem in loco Ambroſium, Camaldulenſis Ordinis abbatem generalem,* in Concilio item clarum *fuiſſe ſubjungit.*

DECRETUM EUGENII PAPÆ AD ARMENOS.

## DECRETUM EUGENII PAPÆ IV.

*Eugenius epiſcopus ſervus ſervorum Dei ad perpetuam rei memoriam.*

Pſalm. 80.
EXULTATE Deo adjutori noſtro, jubilate Deo Jacob, omnes qui ubique nomine cenſemini Chriſtiano. Ecce enim iterum recordatus dominus miſericordiæ ſuæ, alium diſſidii lapidem nongentis & amplius inveteratum annis, de eccleſia ſua auferre dignatus eſt: & qui facit concordiam in ſublimibus, & per quem in terra pax eſt hominibus bonæ voluntatis, optatiſſimam Armenorum unionem ſua ineffabili miſeratione

2. Cor. 1.
conceſſit benedictus Deus & Pater domini noſtri Jeſu Chriſti, Pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis, qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra. Intuens namque piiſſimus dominus eccleſiam ſuam, modo ab his qui foris ſunt, modo ab his qui intra, non parvis agitari turbinibus, ut inter ipſas reſpirare anguſtias, & ad reſiſtendum fortior aſſurgere valeat, multis eam quotidie modis conſolari & roborare dignatur. Nam & pridem magnam illam Græcorum unionem, multas longe lateque continentium nationes & linguas, hodie vero hanc ipſam Armenici populi, qui per ſeptemtrionem & orientem in magna copia diffuſus eſt, in eodem fidei & caritatis vinculo cum ſede apoſtolica ſtabilivit. Hæc profecto tam magna & mira ſunt divinæ pietatis beneficia, ut non ſolum pro utroque, ſed ne quidem pro altero ſatis dignas ſuæ majeſtati referre gratias poſſit intellectus humanus. Quis non vehementer admiretur, uno eodemque tam brevi tempore, duo ſic præclara, & tot ſæculis deſiderata opera, in hoc ſacro concilio fuiſſe tam

Pſal. 117.
feliciter conſummata? vere a domino factum eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris. Quomodo enim hominum prudentia vel induſtria, niſi gratia Dei & cœpiſſet & perfeciſſet, has tantas & tales res explere potuiſſet? Laudemus jugiter & toto corde benedicamus dominum, qui fecit mirabilia magna

Pſal. 135.
ſolus, ipſique pſallamus ſpiritu, pſallamus & mente, oreque & opere, quantum ſinit humana fragilitas; pro tantiſque muneribus gratias agamus, orantes & obſecrantes, ut quemadmodum ipſi Græci atque Armeni unum cum eccleſia Romana effecti ſunt, ita fiant & ceteræ nationes; præſertim Chriſti charactere inſignitæ; & totus denique populus Chriſtianus, omnibus odiis belliſque extinctis, mutua invicem pace fraterna caritate quieſcat & gaudeat. Ipſos autem Armenos magnis laudum præconiis dignos eſſe merito cenſemus. Ut primum enim a nobis ad ſynodum accerſiti ſunt, tanquam eccleſiaſticæ avidi unitatis, ſpectabiles, devotos, & doctos oratores ſuos cum ſufficienti mandato, de ſuſcipiendo videlicet quidquid Spiritus ſanctus hanc ſanctam ſynodum illuſtraverit, ex remotiſſimis regionibus per multos labores, mariſque pericula ad nos & hoc ſacrum concilium deſtinarunt. Nos vero tota mente, ut noſtrum paſtorale decebat officium, cupientes tam ſanctum perficere opus, ſæpe cum ipſis oratoribus de hac ſancta unione contulimus: & ne vel parva huic ſanctæ rei dilatio fieret, deputavimus de omni ſtatu hujus ſacri concilii viros, juris divini & humani doctiſſimos; qui cum omni cura, ſtudioque & diligentia, rem iſtam cum iſtis pertractarunt oratoribus, ab eis accurate inquirentes eorum fidem, tam circa divinæ unitatem eſſentiæ, & divinarum perſonarum Trinitatem, quam domini noſtri Jeſu Chriſti humanitatem, & ſeptem eccleſiæ ſacramenta, & alia ad fidem orthodoxam & ritus univerſalis eccleſiæ pertinentia. Multis itaque adhibitis diſputationibus, collocutionibus, & tractatibus; poſtque non mediocrem teſtimoniorum inſpectionem, quæ ex ſanctis eccleſiæ patribus & doctoribus deducta ſunt, & earum, de quibus agebatur, rerum diſcuſſionem; tandem expedire judicavimus, ne ulla in futurum de fidei veritate apud ipſos Armenos hæſitatio eſſe valeat; atque idem per omnia ſapiant cum ſede apoſtoli-

Decretum Eugenii papæ ad Armenos.

ſtolica, unioque ipſa ſtabilis & perpetua ſine ullo ſcrupulo perſeveret, ut ſub quodam brevi compendio orthodoxæ fidei veritatem, quam ſuper præmiſſis Romana profitetur eccleſia, per hoc decretum, ſacro hoc approbante Florentino concilio, ipſis oratoribus ad hoc etiam conſentientibus, traderemus.

In primis ergo damus eis ſanctum ſymbolum, a centum quinquaginta epiſcopis in œcumenico Conſtantinopolitano concilio editum, cum illa additione, Filioque, ipſi ſymbolo declarandæ veritatis gratia, & urgente neceſſitate, licite & rationabiliter appoſita: cujus talis eſt tenor: Credo in unum Deum, &c. Hoc autem ſanctum ſymbolum, ſicut apud Latinos mos eſt, ita decernimus per omnes Armenorum eccleſias intra miſſarum ſolennia ſingulis ſaltem dominicis diebus & majoribus feſtivitatibus decantari vel legi.

Secundo tradimus eis definitionem quarti univerſalis concilii Chalcedonenſis, in quinto poſtea & ſexto univerſalibus conciliis renovatam de duabus naturis in una Chriſti perſona, cujus tenor talis eſt: Sufficeret quidem ſapiens hoc & ſalutare divinæ gratiæ ſymbolum ad plenam cognitionem ac confirmationem pietatis: de Patre enim & Filio & Spiritu ſancto perfectionem docet, & domini humanitatem fideliter accipientibus repræſentat. Sed quoniam hi qui conantur reprobare prædicationem veritatis, per proprias hæreſes novas voces genuerunt; & hi quidem præſumentes corrumpere myſterium diſpenſationis domini, quæ propter nos facta eſt; alii vero introducentes confuſionem permiſtionemque, & ſtulte confingentes unam eſſe naturam carnis & deitatis, & portentoſe dicentes paſſibilem unigeniti divinam naturam: ob hoc volens claudere illis omnem machinationem contra veritatem, præſens nunc ſancta & magna atque univerſalis ſynodus, prædicationem hanc docens ab initio immobilem, decrevit ante omnia fidem trecentorum decem & octo ſanctorum patrum manere irrecuſabilem: & poſteriore tempore propter illos quidem, qui pugnant adverſus Spiritum ſanctum, corroborat doctrinam de ſubſtantia Spiritus traditam a patribus centum quinquaginta apud Conſtantinopolim congregatis, quam illi omnibus notam fecerunt; non quaſi inferentes, quod aliquid minus eſſet in præcedentibus, ſed eorum intellectum de Spiritu ſancto ſcripturarum teſtimoniis declarantes, adverſus eos qui dominationem ejus reſpuere tentaverunt.

Propter illos autem, qui moliuntur corrumpere diſpenſationis myſterium, & impudenter delirant, dicentes purum hominem eſſe illum, qui ex ſancta Maria Virgine natus eſt, ſuſcepit epiſtolas ſynodicas beati Cyrilli quondam præſulis eccleſiæ Alexandrinæ ad Neſtorium & ad orientales, congruas exiſtentes ad convincendas Neſtorii veſanias, & ad interpretationem eorum, qui ſalutaris ſymboli mentem pio zelo noſſe deſiderant. Quibus etiam conſequentiſſime epiſtolam coaptavit magnæ & ſenioris urbis Romæ præſulis beatiſſimi ac ſanctiſſimi Leonis papæ, quæ ſcripta eſt ad ſanctæ memoriæ archiepiſcopum Flavianum, ad perimendam Eutychis malam intelligentiam, utpote congruentem illius magni Petri confeſſioni, & exiſtentem nobis quamdam columnam communem adverſus prava dogmata, & ad confirmationem rectorum dogmatum. His namque qui in duos Filios diſpenſationis divinæ myſterium diſcerpere nituntur, obſiſtit: & illos qui paſſibilem deitatem unigeniti auſi ſunt dicere, a ſacro cœtu expellit: & his qui in duabus naturis Chriſti temperamentum aut confuſionem exquirunt, reſiſtit: & eos qui dicunt, ſervi formam, quam ex nobis aſſumpſit, cœleſtem eſſe, aut alterius alicujus ſubſtantiæ, ut dementes abigit: & qui duas quidem ante unitionem naturas domini fabulantur, unam vero poſt unitionem confingunt, anathematizat. Sequentes igitur ſanctos patres, unum eumdemque confiteri Filium dominum noſtrum Jeſum Chriſtum conſonanter omnes docemus, eumdem perfectum in deitate, eumdem perfectum in humanitate; Deum vere & hominem vere; eumdem ex anima rationali & corpore; conſubſtantialem Patri ſecundum deitatem, & conſubſtantialem Patri ſecundum humanitatem; per omnia nobis ſimilem abſque peccato: ante ſæcula quidem de Patre genitum ſecundum deitatem, in noviſſimis autem diebus eumdem propter nos, & propter ſalutem noſtram, ex Maria virgine Dei genitrice ſecundum humanitatem; unum eumdemque Chriſtum, verum Filium, dominum, unigenitum, in duabus naturis inconfuſe, immutabiliter, indiviſe, inſeparabiliter agnoſcendum; nuſquam ſublata differentia naturam propter unitionem, magiſque ſalva proprietate utriuſque naturæ, & in unam perſonam atque ſubſiſtentiam concurrente; non in duas perſonas partitum, ſive diviſum, ſed unum & eumdem Filium, Deum verum dominum Jeſum Chriſtum, ſicut ante prophetæ de eo, & ipſe nos Jeſus Chriſtus erudivit, & ſanctorum patrum nobis tradidit ſymbolum.

Tertio, diffinitionem de duabus voluntatibus, duabuſque Chriſti operationibus in prædicto ſexto concilio promulgatam, cujus tenor talis eſt: Sufficeret quidem, & reliqua, quæ in ipſa diffinitione concilii Chalcedonenſis ſuperius enarrata ſequuntur uſque ad finem; poſt quem ſequitur in hunc mo-

Anno Christi 1439.



Anno Christi 1439.

dum: Et duas naturales voluntates in eo, & duas naturales operationes indiviſe, inconvertibiliter, inſeparabiliter, inconfuſe, ſecundum ſanctorum patrum doctrinam adæque prædicamus, & duas naturales voluntates non contrarias, juxta quod impii aſſeruerunt hæretici, ſed ſequentem humanam ejus voluntatem, & non reſiſtentem vel reluctantem, ſed potius & ſubjectam divinæ ejus atque omnipotenti voluntati. Oportebat enim carnis voluntatem moveri, ſubjici vero voluntati divinæ, juxta ſapientiſſimum Athanaſium. Sicut enim caro, Dei Verbi dicitur & eſt; ita & naturalis carnis ejus voluntas, propria Dei Verbi dicitur & eſt, ſicut ipſe ait: *Quia deſcendi de cœlo, non ut faciam voluntatem meam, ſed ejus qui miſit me Patris*; ſuam propriam dicens voluntatem, quæ erat carnis ejus: nam & caro propria ejus facta eſt. Quemadmodum enim ſanctiſſima atque immaculata animata ejus caro deificata eſt, non eſt perempta, ſed in proprio * ſui ſtatu ratione permanſit; ita & humana ejus voluntas deificata eſt, non eſt perempta; ſalvata eſt autem magis, ſecundum deiloquum Gregorium dicentem: Nam velle illius, qui in ſalvatore intelligitur, non eſt contrarium Deo; deificatum eſt totum: duas enim naturales operationes indiviſe, inconvertibiliter, inconfuſe, inſeparabiliter in eodem domino Jeſu Chriſto vero Deo noſtro glorificamus, hoc eſt, divinam operationem & humanam operationem, ſecundum divinum prædicatorem Leonem apertiſſime aſſerentem: Agit enim utraque forma cum alterius communione quod proprium eſt, Verbo ſcilicet operante quod Verbi eſt, & carne exequente quod carnis. Nec enim in quoquam unam dabimus naturalem operationem Dei & creaturæ; ut neque quod creatum eſt, in divinam educamus eſſentiam; neque quod eximium eſt divinæ naturæ, ad competentem creaturis locum dejiciamus. Unius enim & ejuſdem tam miracula, quamque paſſiones cognoſcimus, ſecundum aliud & aliud earum ex quibus eſt naturarum, & in quibus habet eſſe, ſicut admirabilis inquit Cyrillus. Undique igitur inconfuſum atque indiviſum conſervantes unum ſanctæ Trinitatis, brevi voce cuncta proferimus: & poſt incarnationem dominum noſtrum Jeſum Chriſtum verum Deum eſſe credentes, aſſerimus duas ejus eſſe naturas, in una ejus radiantes ſubſiſtentia: in qua tam miracula, quamque paſſiones, per omnem ſui diſpenſativam converſationem, non per phantaſiam, ſed veraciter demonſtravit, ob naturalem differentiam in eadem una ſubſiſtentia cognoſcendam: dum utraque natura cum alterius communione indiviſe & inconfuſe propria vellet atque operaretur: juxta quam rationem, & duas naturales voluntates & operationes confitemur, ad ſalutem humanam convenienter in eo concurrentes.

Joan. 6.

* seu

Quarto, quoniam hactenus ipſi Armeni præter has tres, Nicænam, Conſtantinopolitanam, & Epheſinam primam, ſynodos, nullas alias univerſales poſtea celebratas, nec ipſum beatiſſimum hujus ſanctæ ſedis antiſtitem Leonem, cujus auctoritate ipſa Chalcedonenſis ſynodus extitit congregata, ſuſceperunt, aſſerentes eiſdem fuiſſe ſuggeſtum, tam ſynodum ipſam Chalcedonenſem quam memoratum Leonem, ſecundum damnatam Neſtorii hæreſin diffinitionem feciſſe: inſtruximus eos & declaravimus, hujuſmodi falſam fuiſſe ſuggeſtionem, ipſamque ſynodum Chalcedonenſem & beatiſſimum Leonem ſancte & recte veritatem de duabus in una perſona Chriſti naturis ſuperius deſcriptam definiſſe, contra impia Neſtorii & Eutychis dogmata: injunximuſque, ut ipſum beatiſſimum Leonem, qui veræ fidei columna fuit, & omni ſanctitate & doctrina refertus, tanquam ſanctum & in catalogo ſanctorum merito deſcriptum, de cetero reputent & venerentur: atque non ſolum dictas tres ſynodos, ſed & omnes alias univerſales auctoritate Romani pontificis legitime celebratas, ſicut & ceteri fideles, reverenter ſuſcipiant.

Quinto, eccleſiaſticorum ſacramentorum veritatem pro ipſorum Armenorum tam præſentium quam futurorum faciliori doctrina, ſub hac breviſſima redigimus formula. Novæ legis ſeptem ſunt ſacramenta, videlicet, baptiſmus, confirmatio, euchariſtia, pœnitentia, extrema unctio, ordo, & matrimonium. Quæ multum a ſacramentis differunt antiquæ legis. Illa enim non cauſabant gratiam, ſed eam ſolum per paſſionem Chriſti dandam eſſe figurabant: hæc vero noſtra & continent gratiam, & ipſam digne ſuſcipientibus conferunt. Horum quinque prima ad ſpiritualem uniuſcujuſque hominis in ſeipſo perfectionem, duo ultima ad totius eccleſiæ regimen, multiplicationemque ordinata ſunt. Per baptiſmum enim ſpiritualiter renaſcimur: per confirmationem augemur in gratia, & roboramur in fide: renati autem & roborati, nutrimur divina euchariſtiæ alimonia. Quod ſi per peccatum ægritudinem incurrimus animæ, per pœnitentiam ſpiritualiter ſanamur; ſpiritualiter etiam & corporaliter, prout animæ expedit, per extremam unctionem: per ordinem vero eccleſia gubernatur & multiplicatur ſpiritualiter: per matrimonium corporaliter augetur.

Decretum Eugenii papæ ad Armenos.

Quæ ſequuntur uſque ad ſextum, deſumpta ſunt ex opuſculo D. Thomæ Aquinatis de Sacramentis. H.

Decretum Eugenii papæ ad Armenos.

gerit. Hæc omnia ſacramenta tribus perficiuntur, videlicet rebus tanquam materia, verbis tanquam forma, & perſona miniſtri conferentis ſacramentum cum intentione faciendi quod facit eccleſia: quorum ſi aliquod deſit, non perficitur ſacramentum. Inter hæc ſacramenta, tria ſunt, baptiſmus, confirmatio & ordo, quæ characterem, id eſt, ſpirituale quoddam ſignum a ceteris diſtinctivum, imprimunt in anima indelebile. Unde in eadem perſona non reiterantur. Reliqua vero quatuor characterem non imprimunt, & reiterationem admittunt.

Primum omnium ſacramentorum locum tenet ſanctum baptiſma, quod vitæ ſpiritualis janua eſt: per ipſum enim membra Chriſti, ac de corpore efficimur eccleſiæ. Et cum per primum hominem mors introierit in univerſos, niſi ex aqua & Spiritu renaſcimur, non poſſumus, ut inquit Veritas, in regnum cœlorum introire. Materia hujus ſacramenti eſt aqua vera & naturalis; nec refert, frigida ſit an calida. Forma autem eſt: Ego te baptizo in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti. Non tamen negamus, quin & per illa verba, * Baptizetur talis ſervus Chriſti in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti; vel, baptizatur manibus meis talis, in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti, verum perficiatur baptiſma: quoniam cum principalis cauſa, ex qua baptiſmus virtutem habet, ſit ſancta Trinitas, inſtrumentalis autem ſit miniſter qui tradit exterius ſacramentum, ſi exprimitur actus, qui per ipſum exercetur miniſtrum, cum ſanctæ Trinitatis invocatione, perficitur ſacramentum. Miniſter hujus ſacerdos, cui ex officio competit baptizare. In cauſa autem neceſſitatis non ſolum ſacerdos vel diaconus, ſed etiam laicus vel mulier, imo etiam Paganus & hæreticus baptizare poteſt, dummodo formam ſervet eccleſiæ, & facere intendat quod facit eccleſia. Hujus ſacramenti effectus, eſt remiſſio omnis culpæ originalis & actualis, omnis quoque pœnæ, quæ pro ipſa culpa debetur. Propterea baptizatis nulla pro peccatis præteritis injungenda eſt ſatisfactio: ſed morientes, antequam culpam aliquam committant, ſtatim ad regnum cœlorum & Dei viſionem perveniunt.

* Baptizatur ſuis.

Secundum ſacramentum eſt confirmatio, cujus materia eſt chriſma confectum ex oleo, quod nitorem ſignificat conſcientiæ, & balſamo, quod odorem ſignificat bonæ famæ; per epiſcopum benedicto. Forma autem eſt: Signo te ſigno crucis, & confirmo te chriſmate ſalutis, in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti. Ordinarius miniſter eſt epiſcopus. Et cum ceteras unctiones ſimplex ſacerdos valeat exhibere, hanc non niſi epiſcopus debet conferre: quia de ſolis apoſtolis legitur, quorum vicem tenent epiſcopi, quod per manus impoſitionem Spiritum ſanctum dabant, quemadmodum actuum apoſtolorum lectio manifeſtat: *Cum enim audiſſent*, inquit, *apoſtoli, qui erant Hieroſolymis, quia recepiſſet Samaria verbum Dei, miſerunt ad eos Petrum & Joannem. Qui cum veniſſent, oraverunt pro eis, ut acciperent Spiritum ſanctum: nondum enim in quemquam illorum venerat, ſed baptizati tantum erant in nomine domini Jeſu. Tunc imponebant manus ſuper illos, & accipiebant Spiritum ſanctum.* Loco autem illius manus impoſitionis datur in eccleſia confirmatio. Legitur tamen, aliquando per apoſtolicæ ſedis diſpenſationem ex rationabili & urgente admodum cauſa, ſimplicem ſacerdotem chriſmate per epiſcopum confecto hoc adminiſtraſſe confirmationis ſacramentum. Effectus autem hujus ſacramenti eſt, quia in eo datur Spiritus ſanctus ad robur, ſicut datus eſt apoſtolis in die pentecoſtes; ut videlicet Chriſtianus audacter Chriſti confiteatur nomen. Ideoque in fronte, ubi verecundiæ ſedes eſt, confirmandus inungitur, ne Chriſti nomen confiteri erubeſcat, & præcipue crucem ejus, *qui Judæis quidem eſt ſcandalum, Gentibus autem ſtultitia*, ſecundum apoſtolum; propter quod ſigno crucis ſignatur.

Anno Christi 1439. — Act. 8. — 1. Cor. 1.

Tertium eſt euchariſtiæ ſacramentum, cujus materia eſt panis triticeus, & vinum de vite, cui ante conſecrationem aqua modiciſſima admiſceri debet. Aqua autem ideo admiſcetur, quoniam juxta teſtimonia ſanctorum patrum ac doctorum eccleſiæ pridem in diſputatione exhibita, creditur, ipſum dominum in vino aqua permixto hoc inſtituiſſe ſacramentum. Deinde, quia hoc convenit dominicæ paſſionis repræſentationi. Inquit enim beatus Alexander papa quintus a beato Petro: In ſacramentorum oblationibus, quæ intra miſſarum ſolennia domino offeruntur, panis tantum & vinum aqua permixtum in ſacrificium offerantur. Non enim debet in calicem domini aut vinum ſolum, aut aqua ſola offerri, ſed utrumque permixtum: quia utrumque, id eſt, ſanguis & aqua, ex latere Chriſti profluxiſſe legitur. Tum etiam, quod convenit ad ſignificandum hujus ſacramenti effectum, qui eſt unio populi Chriſtiani ad Chriſtum. Aqua enim populum ſignificat, ſecundum illud apocalypſis: *Aquæ multæ populi multi*. Et Julius papa ſecundus poſt beatum Silveſtrum, ait: Calix dominicus juxta canonum præceptum, vino & aqua permixtus debet offerri: quia videmus in aqua populum intelligi, in vino vero oſtendi ſanguinem Chriſti. Ergo cum in calice vinum & aqua

Apocal. 17.



Anno Christi 1439.

miſcetur, Chriſto populus adunatur, & fidelium plebs ei in quem credit, copulatur & jungitur. Cum ergo tam ſancta Romana eccleſia a beatiſſimis apoſtolis Petro & Paulo edocta, quam reliquæ omnes Latinorum, Græcorumque eccleſiæ, in quibus omnis ſanctitatis & doctrinæ lumina claruerunt, ab initio naſcentis eccleſiæ ſic ſervaverint, & modo ſervent, inconveniens admodum videtur, ut alia quævis regio ab hac univerſali & rationabili diſcrepet obſervantia. Decernimus igitur, ut etiam ipſi Armeni ſe cum univerſo orbe Chriſtiano conforment: eorumque ſacerdotes in calicis oblatione paululum aquæ, prout dictum eſt, admiſceant vino. Forma hujus ſacramenti ſunt verba ſalvatoris, quibus hoc * conficit ſacramentum. Sacerdos enim in perſona Chriſti loquens, hoc conficit ſacramentum. Nam ipſorum verborum virtute, ſubſtantia panis in corpus Chriſti, & ſubſtantia vini in ſanguinem convertuntur: ita tamen, quod totus Chriſtus continetur ſub ſpecie panis, & totus ſub ſpecie vini; ſub qualibet quoque parte hoſtiæ conſecratæ & vini conſecrati, ſeparatione facta, totus eſt Chriſtus. Hujus ſacramenti effectus, quem in anima operatur digne ſumentis, eſt adunatio hominis ad Chriſtum. Et quia per gratiam homo Chriſto incorporatur, & membris ejus unitur, conſequens eſt, quod per hoc ſacramentum in ſumentibus digne gratia augeatur: omnemque effectum, quem materialis cibus & potus, quoad vitam agunt corporalem, ſuſtentando, augendo, reparando & delectando, ſacramentum hoc quoad vitam operatur ſpiritualem: in quo, ut inquit Urbanus papa, gratam ſalvatoris noſtri recenſemus memoriam, a malo retrahimur, confortamur in bono, & ad virtutum & gratiarum proficimus incrementum.

* Forte, conficitur, H.

Pœnitentia.

Quartum ſacramentum eſt pœnitentia, cujus quaſi materia ſunt actus pœnitentis, qui in tres diſtinguuntur partes. Quarum prima eſt cordis contritio; ad quam pertinet ut doleat de peccato commiſſo cum propoſito non peccandi de cetero. Secunda eſt oris confeſſio: ad quam pertinet, ut peccator omnia peccata, quorum memoriam habet, ſuo ſacerdoti confiteatur integraliter. Tertia eſt ſatisfactio pro peccatis ſecundum arbitrium ſacerdotis; quæ quidem præcipue fit per orationem, jejunium, & eleemoſynam. Forma hujus ſacramenti ſunt verba abſolutionis, quæ ſacerdos profert, cum dicit: Ego te abſolvo, &c. Miniſter hujus ſacramenti eſt ſacerdos, habens auctoritatem abſolvendi, vel ordinariam, vel ex commiſſione ſuperioris. Effectus hujus ſacramenti eſt abſolutio a peccatis.

Decretum Eugenii papæ ad Armenos. Extrema unctio.

Quintum ſacramentum eſt extrema unctio, cujus materia eſt oleum olivæ per epiſcopum benedictum. Hoc ſacramentum niſi infirmo, de cujus morte timetur, dari non debet: qui in his locis ungendus eſt; in oculis propter viſum, in auribus propter auditum, in naribus propter odoratum, in ore propter guſtum vel locutionem, in manibus propter tactum, in pedibus propter greſſum, in renibus propter delectationem ibidem vigentem. Forma hujus ſacramenti eſt hæc: Per iſtam unctionem & ſuam piiſſimam miſericordiam indulgeat tibi dominus quidquid per viſum, &c. Et ſimiliter in aliis membris. Miniſter hujus ſacramenti eſt ſacerdos: Effectus vero eſt mentis ſanatio, &, inquantum autem expedit, ipſius etiam corporis. De hoc ſacramento inquit beatus Jacobus apoſtolus: *Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros eccleſiæ, ut orent ſuper eum, ungentes eum oleo in nomine domini: & oratio fidei ſalvabit infirmum, & alleviabit eum dominus: & ſi in peccatis ſit, dimittentur ei.*

Jacob. 5.

Ordo.

Sextum ſacramentum eſt ordinis, cujus materia eſt illud, per cujus traditionem confertur ordo, ſicut presbyteratus traditur per calicis cum vino, & patenæ cum pane porrectionem. Diaconatus vero per libri evangeliorum dationem. Subdiaconatus vero per calicis vacui cum patena vacua ſuperpoſita traditionem: & ſimiliter de aliis per rerum ad miniſteria ſua pertinentium aſſignationem. Forma ſacerdotii talis eſt: Accipe poteſtatem offerendi ſacrificium in eccleſia pro vivis & mortuis, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti: & ſic de aliorum ordinum formis, prout in pontificali Romano late continetur. Ordinarius miniſter hujus ſacramenti eſt epiſcopus. Effectus, augmentum gratiæ, ut quis ſit idoneus miniſter.

Matrimonium. — Ephes. 5.

Septimum eſt ſacramentum matrimonii, quod eſt ſignum conjunctionis Chriſti & eccleſiæ, ſecundum apoſtolum dicentem: *Sacramentum hoc magnum eſt: ego autem dico in Chriſto & in eccleſia.* Cauſa efficiens matrimonii, regulariter eſt mutuus conſenſus per verba de præſenti expreſſus. Aſſignatur autem triplex bonum matrimonii. Primum eſt proles ſuſcipienda & educanda ad cultum Dei. Secundum eſt fides, quam unus conjugum alteri ſervare debet. Tertium indiviſibilitas matrimonii, propter hoc quod ſignificat indiviſibilem conjunctionem Chriſti & eccleſiæ. Quamvis autem ex cauſa fornicationis liceat tori ſeparationem facere, non tamen aliud matrimonium contrahere fas eſt, cum matrimonii vinculum legitime contracti perpetuum ſit.

Sexto, compendioſam illam fidei regulam, per

Decretum Eugenii papæ ad Armenos.

per beatiſſimum Athanaſium editam, ipſis
præbemus oratoribus, cujus tenor talis eſt:
Quicumque vult ſalvus eſſe, *&c.*
Septimo, decretum unionis cum Græ-
cis conſummatæ pridem in hoc ſacro œcu-
menico Florentino concilio promulgatum,
cujus tenor talis eſt: Eugenius, *&c.* Læ-
tentur cœli, *&c.*
Octavo, cum inter alia ſit etiam cum ip-
ſis Armenis diſputatum, quibus diebus fe-
ſtivitates annunciationis beatæ Mariæ virgi-
nis, nativitatis beati Joannis Baptiſtæ, &
conſequenter nativitatis & circumciſionis
B domini noſtri Jeſu Chriſti, ac præſentationis
ejuſdem in templo, ſeu purificationis bea-
tæ virginis Mariæ celebrari debeant, ſatiſ-
que dilucide veritas patefacta fuerit; tam
ſanctorum patrum teſtimoniis, quam con-
ſuetudine eccleſiæ Romanæ, & omnium a-
liarum univerſaliter apud Latinos & Græ-
cos. Ne igitur in tantis celebritatibus di-
ſpar ſit Chriſtianorum ritus, unde pertur-
bandæ caritatis occaſio poſſit oriri, decer-
nimus tanquam veritati & rationi conſenta-
neum, & juxta totius reliqui orbis obſer-
C vantiam, ut ipſi etiam Armeni feſtum an-
nunciationis beatæ Mariæ die viceſimaquin-
ta Martii, nativitatis beati Joannis Bapti-
ſtæ viceſimaquarta Junii, nativitatis vero
ſecundum carnem ſalvatoris noſtri viceſima-

Anno Christi 1439.

A quinta Decembris, circumciſionis ejuſdem
prima Januarii, epiphaniæ ſexto ejuſdem Ja-
nuarii, præſentationis domini in templo ſeu
purificationis Dei genitricis ſecunda Februa-
rii, debeant ſolenniter celebrare. His omni-
bus explicatis, prædicti Armenorum oratores
nomine ſuo & ſui patriarchæ & omnium
Armenorum hoc ſaluberrimum ſynodale
decretum cum omnibus ſuis capitulis, de-
clarationibus, diffinitionibus, traditioni-
bus, præceptis & ſtatutis, omnemque do-
ctrinam in ipſa deſcriptam, nec non quid-
quid tenet & docet ſancta ſedes apoſtolica
B & Romana eccleſia, cum omni devotione
& obedientia acceptant, ſuſcipiunt, &
amplectuntur. Illos quoque doctores &
ſanctos patres, quos eccleſia Romana ap-
probat, ipſi reverenter ſuſcipiunt: quaſ-
cumque vero perſonas, & quidquid ip-
ſa Romana eccleſia damnat & reprobat, ip-
ſi pro reprobatis & damnatis habent,
profitentes, tanquam veri obedientiæ fi-
lii, nomine quo ſupra, ipſius ſedis apo-
ſtolicæ ordinationibus & juſſionibus fideli-
ter obtemperare. Datum Florentiæ in pu-
C blica ſeſſione ſynodali ſolenniter in eccle-
ſia majori celebrata, anno domini milleſi-
mo quadringenteſimo trigeſimonono, de-
cimo Kalendas Decembris, pontificatus no-
ſtri anno nono.

## LITERA D. ARCHIEPISCOPI HIEROSOLYMITANI

### AD PAPAM EUGENIUM QUARTUM.

*Sanctiſſimo ac beatiſſimo domino noſtro Eugenio papæ beatitudinis veſtræ filius Iſaias epiſcopus Hieroſolymitanus.*

BEATISSIME in Chriſto pater & ſanctiſſi-
me domine, poſt debitam, devotam, ac hu-
milem recommendationem, ad devota pedum
oſcula beatorum. Brevia duo ſanctitatis veſtræ
humiliter ſuſcepi circa materiam ſanctiſſimæ u-
nionis Armeniorum generis cum Romana eccle-
ſia communi omnium matre, cujus throno bea-
titudo veſtra, annuente domino, dedicata eſt.
Quibus reverenter reſpondeo, quod ſicut anno
præterito contuli cum venerabili viro Chriſto-
phoro Garatono ſecretario & nuntio ſanctitatis
veſtræ, nihil mihi dulcius eſſe poſſet, quam die-
bus meis tam ſingularem Deoque gratiſſimam in-
tueri poſſe, cum ad ſalutem animarum, commu-
neque bonum noſtrum pertineat. Et ita etiam
E nunc præfato Chriſtophoro in materia prædicta
idem dixi, ſicut ipſe pedibus ſanctitatis veſtræ
diffuſius narrare poterit. Verum ut ipſe ſcit,
literas beatitudinis veſtræ directas reverendiſſimo
patri catholico patriarchæ noſtro per ſufficien-
tem nuntium miſi, eaſque de Latino in Arme-
nicum transferre feci, ut ipſi reverendiſſimo pa-
triarchæ claius, quæ antea eidem ſcripſeram,
innoteſcere poſſint. Spero enim favente domi-
no & omnibus ſanctis ejus, quod celerem re-

D ſponſionem ſuſcipiam, cum optima ejus diſpoſi-
tione ad Dei tam ſingulare opus. Cum vero
cognoſcam bonitate, clementia & munere ſan-
ctitatis veſtræ erga genus noſtrum, rem ipſam,
quæ tanto tempore ſilentio deducta eſt, facile
ad optatum finem deduci poſſe: venit nunc hu-
jus imperatoris * ordine ipſe Chriſtophorus ad
conſpectum beatitudinis veſtræ, cui nonnulla
ſanctitati veſtræ ſignificanda impoſui. Verum,
ut exiſtimo, cito rediturus eſt pro apparatu
unionis ſanctiſſimæ, quæ cum hoc imperatore
noviter per eum veſtræ beatitudinis nomine con-
cluſa eſt. Cum enim redierit, poterit verſus
reverendiſſimum patriarcham noſtrum, ſicut or-
do datus eſt, accedere. Et ego ſecum unum ex
presbyteris meis mittam, cum quo poterit om-
nia diligenter circa unionis noſtræ materiam
tractare atque perficere, ſecundum quod a
beatitudine veſtra habuerit in mandatis. Noſ-
que omnes ſemper & bene diſpoſiti erimus,
ut tam utiliſſimum Dei opus finem ſortiri va-
leat. Sanctitati veſtræ me & meos humili-
ter commendo. Ex Conſtantinopoli, die pri-
ma Novembris, milleſimo quadringenteſimo tri-
geſimo quarto.

* f. [illegible]

GEOR-



# GEORGII SCHOLARII ORATIONES,

## INTERPRETE

## JOANNE MATTHÆO CARYOPHILO.

### ΤΟΙΣ ΕΝΤΕΥΞΟΜΕΝΟΙΣ.

A ΓΕΩΡΓΙΟΣ ὁ Σχολάριος, ὁ τῶν ἐπιφε-
ρομένων λόγων πατὴρ, συμπαρεγένετο μὲν τῷ
βασιλεῖ Παλαιολόγῳ εἰς τὴν ἐν Φλωρεντίᾳ σύν-
οδον, κατεβάλετο δὲ πολλοὺς καὶ καλοὺς λόγους
προτρεπόμενος εἰς ἕνωσιν τοὺς Γραικούς. ἐρωτηθεὶς
δὲ παρὰ τοῦ βασιλέως, ἡνίκα τὸ θεῖον τῆς ἑνώ-
σεως ἔργον ἔμελλε συμπεραίνεσθαι, γενναίως τὴν
οἰκείαν γνώμην ἐδήλωσε· καὶ πολλῶν ἄλλων ἀρ-
χόντων ἐρωτηθέντων, τούτου μόνου φέρονται ἐγ-
γράφως οἱ λόγοι ἐν τοῖς πρακτικοῖς. οὗτος μετὰ
B τὴν ἕνωσιν ἐν Κωνσταντινουπόλει, αἰτήσει Γρηγο-
ρίου τοῦ τότε μὲν πρωτοσυγκέλλου, χρηματίσαν-
τος δὲ ὕστερον πατριάρχου, πολλὰ Μάρκου τοῦ Ἐ-
φέσου ἐπιχειρήματα κατὰ τῆς τοῦ ἁγίου πνεύμα-
τος ἐκπορεύσεως καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ, σφοδρῶς ἀ-
πεκρούσατο, εἶτα τούτου τελευτήσαντος, τὰς λοι-
πὰς τοῦ Μάρκου πλοκὰς διέλυσεν ὁ σοφὸς Βησσα-
ρίων. ὅθεν δὴ τοῦ Σχολαρίου τούτου μετὰ πλεί-
στης ὅσης τιμῆς μνημονεύουσιν οἱ πρὸς τὰς Μάρ-
κου τοῦ Ἐφέσου ἐπιστολὰς ἐκδόντες τὰς ἀντιρρητι-
C κὰς ἀπολογίας. τούτῳ ὁμώνυμός τις γέγονεν
ἕτερος Γεώργιος Σχολάριος, οὗ κατὰ Λατίνων
καὶ τῆς ἁγίας ἐν Φλωρεντίᾳ συνόδου φέρεται σύγ-
γραμμα· ἦν δὲ οὗτος, ὡς ἔοικε, συνήθης ἢ καὶ
μαθητὴς Μάρκου τοῦ Ἐφέσου. δῆλον γὰρ, ὡς Γεωρ-
γίῳ τινὶ Σχολαρίῳ τῶν τῇδε ἀπαίρων ὁ Μάρκος
παρακατέθετο τῆς οἰκείας δόξης τὴν προστασίαν
κατὰ τῆς ἱερᾶς συνόδου. ὁ δὲ βιβλίον, ὡς εἰπόντες
ἔφθημεν, συγγράψας περὶ τῆς τοῦ ἁγίου πνεύ-
ματος ἐκπορεύσεως, πολλῶν κεφαλαίων δια-
στολῇ πλεῖστα ἐρραψῴδησεν, ὅλος δήπου τοῖς τοῦ
D Μάρκου βουλήμασι χαριζόμενος. ὅτι δὲ τῶν δύο
τούτων Γεωργίων πάμπολυ τὸ διάφορον, αὐτόθεν
δῆλον, ὁ μὲν γὰρ συγκροτουμένης τῆς ἐν Φλω-
ρεντίᾳ συνόδου πολλὰ καὶ εἶπε καὶ ἔγραψε πρὸς
τὴν ἕνωσιν, ἐρωτηθείς τε καὶ μὴ ἐρωτηθείς· ὁ δὲ τοῦ
Μάρκου φίλος γράφων μετὰ τὴν σύνοδον ἐν τῷ προ-
οιμίῳ τοῦ οἰκείου συγγράμματος, λύειν φησὶ τό-
τε τὴν σιωπὴν, ὅτε ἔμελλεν ὡριμωτέρα, καὶ ὠφελι-
μωτέρα γενέσθαι ἡ αὐτοῦ γνώμη κατὰ τῆς θείας ἑνώσεως.
καὶ πρὸς τῷ τέλει τοῦ βιβλίου αὐταῖς λέξεσι φησίν·
ἐμαυτοῦ δὲ πρὸ πάντων κατηγορῶ, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν
E αὐτῶν θρηνῶ, ὅσοι τοῖς πράγμασιν ἐκείνοις ἑκόν-
τες ἢ ἄκοντες, καὶ ἢ καθάπαξ ἢ ἐκ μέρους τινὸς
ἐνεχέθημεν, ἢ δυνάμενοι λαλεῖν, ὅμως ἐσιγῶ-
μεν ὑποστελλόμενοι. πῶς οὖν ὅ, τε σιγήσας καὶ
ὑποστειλάμενος, καὶ ὁ πλεῖστα εἰπὼν καὶ μηδὲν ὑποστει-
λάμενος, εἷς ἂν εἴη Γεώργιος; ἔτι εἴπερ ὁ αὐτὸς οὗτος
Γεώργιος παλινῳδίαν ᾄσας, πῶς ἐν ᾧ συνέγρα-
ψε βιβλίῳ οὐκ ἐπανορθοῦται δῆθεν τὰ πρότερον

### AD LECTOREM.

Interprete Joanne Mattheo Caryophilo.

GEORGIUS Scholarius auctor oratio-
num, quæ ſequuntur, imperato-
rem Palæologum comitatus ad Florenti-
nam ſynodum profectus eſt; ubi Græ-
cos ad unitatem cohortans multa præcla-
re dixit & ſcripſit. Cum vero ſacrum
unitatis negotium jam expediri debe-
ret, rogatus ab imperatore ſententiam,
quid ſentiret, libere protulit; atque ex
omni nobilium numero, qui ſententias
B dixere, hujus unius verba in commen-
tarios ſacræ ſynodi relata ſunt. Is po-
ſtea Conſtantinopoli, rogatu Gregorii
tunc protoſyncelli, deinde vero patriar-
chæ, complura Marci Epheſii argumen-
ta contra Spiritus ſancti a Filio quo-
que proceſſionem, valide confutavit:
ſed interea eo vita functo Beſſarion do-
ctiſſimus reliqua Marci ſophiſmata di-
luit. Quapropter hujuſce Scholarii per-
honorificam mentionem faciunt, qui ad
Marci Epheſii epiſtolas edidere oppoſi-
tas reſponſiones. Fuit ejuſdem nomi-
C nis alter Georgius Scholarius, cujus
extat liber adverſus Latinos, & ſacro-
ſanctam Florentinam ſynodum: Vide-
tur autem fuiſſe familiaris, ſive etiam
diſcipulus Marci Epheſii. Conſtat e-
nim, Marcum, * dum ex hac vita
decederet, Georgio cuidam Scholario
ſuæ opinionis patrocinium contra ſan-
ctam ſynodum reliquiſſe. Ille vero,
ut dictum eſt, librum de ſancti Spiri-
tus proceſſione in multa capita diviſum
conſarcinavit, totus ad Marci volun-
tatem & ſenſum ſeſe conformans. Por-
D ro autem inter hoſce duos Georgios plu-
rimum differre manifeſtiſſimum eſt. Al-
ter enim, dum Florentina ſynodus ce-
lebraretur, & dixit & ſcripſit non pau-
ca tum rogatus, tum etiam non roga-
tus. Scholarius vero familiaris Marci
ſcribens poſt ſynodum, in ſui operis pro-
œmio fatetur, ſe tum demum abjicere
ſilentium, quando maturior, inquit,
& fructuoſior futura eſſet ejus ſententia
contra ſanctam unionem. Ad calcem quo-
que ſui libri verba hæc habet: *Me ip-
ſum præ omnibus accuſo, & lugeo præ-*
E *terea nos omnes, quotquot rebus illis
ſponte aut vi, in totum vel ex parte in-
terfuimus; qui cum loqui poſſemus, ta-
cebamus tamen, & metu ſermonem re-
primebamus.* Quomodo ergo is, qui ta-
cuit, & metu ſermonem repreſſit, qui-
que multa dixit, & liberrime locutus
eſt, unus atque idem erit? Adde, ſi unus
hic eſt Georgius, qui cecinerit palino-
diam, cur eo in libro, quem compoſuit,

* Vero propiora de his duobus ſuo loco docebimus ex Leone Allatio, qui non uno in opere opinionem Caryophili refellit.

prius a ſe dicta non retractat? nec ullum facit verbum de prioribus erratis, nec ſolvit fortiſſimas illas rationes, per quas ad unionem adhortatus eſt Græcos, laudando Latinos, & clamando, nihil in fide ab iis peccari? nam quæ antea ſcripta leguntur, & quæ poſtea liber ille continet, ſumme oppoſita ſunt, & maxime inter ſe pugnant. Ad hæc Scholarius Marco addictus de ſe ipſo ait; multos ad illum diem ignoraſſe, an contrarium ipſe ſentiret, errantes, inquit, tum quod ipſe ſilentium opportune ſervaſſet, tum quod prave interpretarentur prudentem ejus diſſimulationem, & nonnihil etiam calumniarentur. Quamobrem, inquit, opus fuit librum hunc conſcribere ad corrigendos illos, quorum ſalus deſperata non eſſet, & multos dubitatione liberandos, & propulſandas calumnias, ſi ſuam ipſe ſententiam notam omnibus faceret. Hæc in noſtrum Scholarium quomodo quadrare poſſunt, cujus ſententia fuit omnibus ab initio notiſſima? Cum enim rogatus eſſet ab imperatore, in proœmio ſui ſermonis; Invictiſſime, inquit, imperator, in qua ego fuerim, & nunc ſim ſententia de propoſita unionis materia, declarat oratio, quam utcumque compoſui, tradidique huic ſacræ ſynodo: teſtantur etiam duo libri, quos a me antea ſcriptos nunc ſynodo huic offero. Multa alia, ſi quis perquirat, inveniet, quibus duo iſti Georgii inter ſe differunt: Propter quæ alter quidem jure vocandus eſt ſacræ œcumenicæ ſynodi, rectæque fidei defenſor ac propugnator; ut qui germanos orientalis eccleſiæ patres ad finem uſque ſecutus eſt: alter vero ſtudio, quo Marcum proſequebatur, abductus dicendus merito opinionis aſſertor, quam a Neſtorio primum inductam & ſancti patres, & generalia concilia ſæpenumero damnaverunt.

*Conc. Florent. ſeſſ. 25.*

ἐσφαλμένα; οὐδεμίαν ὅλως ποιεῖται μνείαν τῶν πρώην αὐτῷ γεγραμμένων; καὶ οὐ λύει τοὺς δεινοὺς ἐκείνους λόγους, δι' ὧν παρεκάλει τοὺς Γραικοὺς πρὸς τὴν ἕνωσιν, ἐπαινῶν τοὺς Λατίνους, καὶ μηδὲν αὐτοὺς ἁμαρτάνειν ἐν τῇ πίστει βοῶν; καίτοι ἐκ διαμέτρου ἀντίκειται ἅ τε πρότερον γέγραπται, καὶ ἃ μετὰ ταῦτα φέρεται ἐν τῷ βιβλίῳ κατὰ τῆς συνόδου. πρὸς τούτοις ὁ τοῦ Μάρκου φίλος περὶ ἑαυτοῦ φησι, τοὺς πολλοὺς μέχρι τότε ἀμφιγνοῆσαι, ὡς τἀναντία δοξάζοντος, πλανωμένους ποτὲ μὲν ὑπὸ τῆς καιρὸν ἐχούσης σιωπῆς, ποτὲ δὲ τὴν ἐν λόγοις ἢ πράγμασιν οἰκονομίαν αὐτοῦ παρερμηνεύοντας, ἔστι δὲ ἃ καὶ συκοφαντοῦντας. ἔδει οὖν, φησι, διὰ ταῦτα λόγον ξυγγράψαντα διορθώσασθαι μὲν αὐτῶν τοὺς μὴ καθάπαξ ἀνιάτως ἔχοντας, ὥστε ἀμφιβολίας περὶ αὐτοῦ καὶ συκοφαντίας παῦσαι πολλούς. οὔτε γὰρ ἀμφιγνοήσει τις λοιπὸν, οὔτε συκοφαντεῖν προαχθήσεται, τῆς αὐτοῦ γνώμης ἐκδήλου γεγενημένης. ταῦτα δὲ πῶς ἂν ἐφαρμόσειε τῷ ἡμετέρῳ Σχολαρίῳ, οὗ πᾶσιν ἔκδηλος ἦν ἄνωθεν ἡ γνώμη, ὡς αὐτός φησιν ἐν τῷ πρὸς βασιλέα λόγῳ; προοιμιαζόμενος γὰρ φάσκει· ἄριστε καὶ κράτιστε βασιλεῦ, ἧς μὲν γνώμης γέγονα καὶ εἰμὶ περὶ τὴν προκειμένην τῆς ἑνώσεως ὕλην, ὁ πρὸς τὴν καθ' ἡμᾶς ἱερὰν ταύτην σύνοδον σχεδιασθείς μοι καὶ πεμφθεὶς λόγος δηλοῖ· μαρτυροῦσι δὲ καὶ τὰ δύο βιβλία, ἅπερ πρότερον συντεθεὶς, νῦν ἐγχειρίζω τῇ παρούσῃ συνόδῳ. καὶ ὅλως ζητῶν τις οὐκ ὀλίγας ἂν εὕροι διαφορὰς τῶν δύο τούτων Γεωργίων, αἷς ἀλλήλων διακεκρινόμενοι, ὁ μὲν δίκαιός ἐστιν ἀκούειν τῆς ἁγίας οἰκουμενικῆς συνόδου καὶ τῆς ὀρθοδοξίας προασπιστὴς, ἅτε δὴ τοῖς ἀληθινοῖς πατράσι τῆς ἀνατολικῆς ἐκκλησίας ἄχρι τέλους ὁμόφρων γεγονὼς καὶ ἀκόλουθος· ἕτερος δὲ τῷ πρὸς τὸν Μάρκον φίλτρῳ, δόξης ὑπέρμαχος, ἥτις ἀρχὴν λαβοῦσα παρὰ Νεστορίου εἰσαχθεῖσα, ὑπό τε ἁγίων πατέρων, καὶ συνόδων οἰκουμενικῶν πολλάκις ἀπεκηρύχθη.

## SAPIENTISSIMI VIRI GEORGII Scholarii.

### De pace, deque ferendo patriæ auxilio, adhortatio ad ſynodum orientalem Florentiæ.

*Sacroſanctæ ſynodo noſtrati, ſanctæ eccleſiæ, patribus optimis ac ſumme honorandis, Georgius Scholarius debitam reverentiam.*

Communis quidem omnium ſapientum præceptum, non eſſe inquit, a quoquam dandum conſilium, antequam vocetur: Ego vero etiam invocatus hoc agere aggredior, mittoque hunc ad vos ſermonem; quod etiam adhortationem eſſe potius, quam conſilium; ſollicitusque ſim, tum de toto rerum ſtatu, tum de me ipſo privatim, & parentibus, & cognatis: & nota mihi ſit veſtra humanitas, & perſuaſum habeam fore, ut etiamſi minus placitura ſint quæ a me dicentur, mihi tamen non iraſcamini, ſed gratiam quoque habeatis. Nam cum vos

## ΤΟΥ ΣΟΦΩΤΑΤΟΥ ΓΕΩΡΓΙΟΥ τοῦ Σχολαρίου.

### Ὑπὲρ εἰρήνης καὶ βοηθείας τῇ πατρίδι, παράκλησις πρὸς τὴν ἀνατολικὴν σύνοδον ἐν Φλωρεντίᾳ.

Τῇ θείᾳ καὶ ἱερᾷ συνόδῳ τῆς καθ' ἡμᾶς ἁγίας ἐκκλησίας, ἀρίστοις καὶ τιμιωτάτοις πατράσι, Γεώργιος ὁ Σχολάριος τὴν ὀφειλομένην εὐλάβειαν.

Ἡ μὲν κοινὴ τῶν σοφῶν ἁπάντων παραγγελία, μηδένα δεῖν φησι συμβουλεύειν πρὶν ἂν κληθείη. ἐγὼ δὲ καὶ μὴ κληθεὶς τοῦτο πράττειν προαιροῦμαι, καὶ τὸν παρόντα πέμπω λόγον ὑμῖν, εἰδὼς τοῦτον παράκλησιν ὄντα μᾶλλον ἢ συμβουλήν· καὶ κηδόμενος μὲν τῶν ὅλων πραγμάτων, κηδόμενος δὲ καὶ ἐν τῷ μέρει καὶ ἐμαυτοῦ καὶ γονέων καὶ συγγενῶν· καὶ πεπεισμένος τὴν ὑμῶν φιλανθρωπίαν εἰδὼς, καὶ πεπεισμένος ὑμᾶς κἂν οὐκ ἀρέσκοισθε τοῖς ὑπ' ἐμοῦ λεγομένοις, οὐκ ὀργιεῖσθαί μοι, ἀλλὰ καὶ χάριν ἕ-

ξειν



ξειν τῆς προθυμίας. δικαίους γὰρ ὑμᾶς καὶ τἄλλα εἰδὼς, νῦν πολλῷ μᾶλλον ἐλπίζω διατηρήσειν τὴν γνώμην. δεῖ δὲ καὶ τὴν ἐμὴν πρὸς ὑμᾶς εὔνοιαν ἐνθυμηθῆναι· ἧς χάριν οὐδ' ἑνί τινι, οὔτε πᾶσιν ὁμοῦ προσκεκρουκὼς φαίνομαι, σιγῇ δὲ μᾶλλον πολλῶν ἀνασχόμενος δυσχερῶν, ὧν οἶδε Θεὸς, καὶ ὧν οὐκ ἄν τις ῥαδίως ἀνέσχετο· οὔτε γάρ τινα λυπεῖν, οὔτε ταράττειν ἔδει τὰ πράγματα. πρὸς ταύτην τοίνυν τὴν εὔνοιαν ἀποβλέψαντες καὶ τῇ τῶν πραγμάτων ἀνάγκῃ τὴν παροῦσαν λογισάμενοι τόλμαν, οὕτω τοὺς λόγους κρίνειν βουλήθητε δεσπόται μου καὶ πατέρες, καὶ ἡγεμόνες πάντων ὁμοῦ τῶν καλῶν καὶ νῦν καὶ πάντα τὸν χρόνον ἐσόμενοι.

Οὔτε σιωπᾶν λοιπὸν οἶμαι δεῖν, κύριοί μου καὶ πατέρες αἰδέσιμοι, τῶν προσδοκωμένων δεινῶν καὶ πλέον τι τούτων τολμᾶν ἤδη πειθόντων, οὔτε πολλῶν λόγων τὰ παρόντα πράγματα δεῖσθαι, ἐν ἀκμῇ καθεστῶτα κινδύνου, καὶ μόλις μετὰ πολλὰ μὲν πράττειν, λέγειν δὲ ἐλάττω, δυνάμενα σώζεσθαι. συνθήκης δὲ καὶ φράσεως καὶ τέχνης ῥητορικῆς τὸ πλεῖστον μὲν ὑπὸ τῶν παρόντων δεινῶν καὶ τῆς ἐπὶ τούτοις λύπης ἀφῄρημαι, τῷ δὲ περιλειπομένῳ καιρὸν οὐχ ὁρῶ τὸν παρόντα χρῆσθαι· καὶ ἅμα πρὸς πάντας ὑμᾶς ὄντος τοῦ λόγου, ἁπλοῦν τε εἶναι τοῦτον ἀνάγκη καὶ πᾶσιν εὐσύνετον. ἡγοῖτο δὲ ἐμοὶ μὲν τῶν λόγων Θεὸς, ὃν οὐκ ἂν αἰδεσθείην καὶ τῆς εἰς ὑμᾶς καὶ πατρίδα καὶ ἔθνος ὅλον εὐνοίας καλέσαι μάρτυρα· ὑμῖν δὲ τῆς ἐπὶ τὸ τὰ συμφέροντα ἑλέσθαι τε καὶ ἄρξασθαι πράττειν ὁδοῦ.

Ὅτι μὲν οὖν εἰσί τινες ἐξ ὑμῶν, οἳ τὴν τῶν Λατίνων καταγωνιεῖσθαι σοφίαν, καὶ πείσειν αὐτοὺς ἐπὶ τῶν ἀρχαίων ἐκείνων μένειν ἐνόμιζον, τοῦτο καὶ αὐτὸς οἶδα· καὶ λίαν αὐτῶν θαυμάζω, ὅτι καίτοι τἄλλα σοφοί τινες ὄντες, τοσοῦτον ἐν τούτῳ τῷ μέρει πεπλάνηνται· καὶ ταῦτα καὶ συνειδότες σφίσι τε αὐτοῖς καὶ τοῖς ἄλλοις φαύλως ἔχουσι τῆς πρὸς τὸ πείθειν παρασκευῆς, οὐ μόνον ἄν τις περὶ τῶν μεγίστων ἐνίσταιτο, ἀλλ' εἰ καὶ τὴν δυάδα πρῶτον ἐν ἀριθμοῖς ἄρτιον εἶναι, ἢ τὸν ἄνθρωπον ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος συνεστάναι, καὶ τὰ τοιαῦτα ἀρνεῖσθαι θελήσειεν· εἰδότες δὲ καὶ Λατίνους μέχρι τῆς ἀνθρωπίνης εὐπορίας ἁπάσης διαλεκτικήν τε καὶ πᾶσαν ἐπιστήμην, καὶ τὴν πασῶν ὑψηλοτάτην θεολογίαν ἐξητακότας τε καὶ ἀσκήσαντας. ἀλλ' εἰ καὶ πλείους ὑμῶν οὐκ τὴν Λατίνων ἠγνόουν σοφίαν, οὔθ' ὅτι πολλῶν εὐπορήσουσι λόγων πρὸς τὸ δεῖξαι σφᾶς αὐτοὺς δοξάζειν καλῶς, ἀλλ' ὅμως ἐκεῖνοί τε πάντες καὶ οὗτοι τὴν μετὰ Λατίνων ἕνωσιν τοῦ παντὸς ἄξιον χρῆμα καὶ ῥᾷστον εἶναι πρὸς τούτοις νομίσαντες, ἑαυτούς τε καὶ τοὺς ἄλλους ἔπεισαν μεθ' ἡδονῆς ἀφικέσθαι. κείσθω δὲ καὶ πάντας τὴν αὐτὴν ἐσχηκέναι γνώμην, καὶ ἥκειν ἐλπίσαντας μηδὲν μὲν εἰδότας μήτε τἀληθῆ φρονοῦντας Λατίνους ἐλέγξειν, πείσειν δὲ ἑκόντας ἢ ἄκοντας τὴν σφετέραν δόξαν ἀρνήσασθαι, καὶ οὕτω τὴν μετ' αὐτῶν ἕνωσιν διαπράξεσθαι. εἰ μὲν οὖν ἐξέβαινε ταῦτα κατὰ σκοπὸν, ἄμεινον ἂν ἴσως ἦν. καὶ ὁ μὲν Θεὸς, ᾧ συνάπτεσθαι τῇ γνώσει τῆς ἀληθείας καὶ τῇ πρὸς ἀλλήλους εἰρήνῃ πάντες ἐμέλλομεν,



æquitatis ſtudioſos in ceteris eſſe ſciam, nunc multo magis ſpero hunc animum retenturos. Meminiſſe vero etiam debetis meam erga vos benevolentiam, ob quam nec ſingillatim quempiam, nec omnes universe unquam offendi; multa gravia ſilentio pertuli, quæ Deus novit, & quæ non facile quiſpiam pertulerit: neque enim decebat quemquam eſſe moleſtum, aut rerum perturbatorem. Ad hanc ergo vos benevolentiam reſpicientes, & neceſſitati, in qua res ſunt, præſentem audaciam tribuentes, ita de ſermone meo judicare velitis domini mei, patres, ac duces ad omnia ſimul bona nunc & omni tempore futuri.

Nec tacendum jam ultra arbitror, domini ac patres venerandi, cum impendentia mala pluſculum etiam audere jam ſuadeant; nec præſentem rerum ſtatum multis indigere ſermonibus, ſummo in periculo conſtitutum; quique vix poſſit in tuto collocari, licet multa quidem agantur, dicantur vero pauca. Porro dictionis apte diſponendæ ſtudium, & ſermonis elegantiam, & oratoriam artem præſentia mala, dolorque quo propter illa opprimor, eripuere mihi majorem partem: eo vero quod ſupereſt, quomodo uti liceat hoc tempore, non video: quod præſertim neceſſe eſt, ſimplex ſit & perceptu omnibus facilis ſermo, quem ad vos omnes habeo. Sit vero mihi quidem orationis dux Deus; quem benevolentiæ erga vos meæ, & patriam, & genus univerſum citare teſtem non erubuerim; vobis autem viæ ad eligendum utilia, & illa agere aggrediendum.

Quod igitur nonnulli ſint inter vos, qui putabant ſe Latinorum ſcientiam eluctaturos, atque illis perſuaſuros manere in illis antiquitatis terminis, & ipſe ſcio: id vero mihi certe magnam admirationem moverit, quod viri alioquin docti tantum in hac parte erraverint; idque cum ſciant & ſe & alios non eſſe bene inſtructos facultate ad perſuadendum; non modo ſi quis inſtet, dubitetque de rebus graviſſimis; ſed ſi vel binarium eſſe inter pares numeros primum; aut hominem ex anima & corpore conſtare, ac ſimilia negare voluerit: Latinos vero ad captum omnem humanum in dialectica, omnique ſcientia, cunctarumque præcellentiſſima theologia exercitatiſſimos. Verum etſi plures non ignorabant Latinorum ſcientiam, multaſque illis non defore rationes ad oſtendendum, ſe recte ſentire; arbitrati tamen & illi omnes & iſti, unionem cum Latinis rem eſſe plurimi æſtimandam, & præterea facillimam, & ſuum & aliorum animum induxere cum voluptate advenire. Sed fac idem omnes ſenſiſſe, & ea ſpe veniſſe, ut Latinos ignorantiæ pravæque opinionis argueret; perſuaderent vero a ſententia diſcedere aut ſua ſponte, aut invitos atque ita unionem eorum amplecterentur. Hæc ſi quidem ex ſententia ſuccederent, fortaſſe melius eſſet; Deuſque cum quo per agnitionem veritatis & mutuam caritatem

conjungeremur, neutri partium majorem impenderet favorem; ſed tam eos qui veritatem edocuiſſent, quam qui illam æquo animo addidiciſſent, pari corona donaret, & æque ſibi conjungeret. Ita viſi quoque eſſemus obtinere locum magiſtrorum, fumoque famæ oblectaremur, quem vos ſpiritualia quærentes, Deoque vacare pollicitos ambire non convenit. Sed videtis omnes, ut Latini pro ſua ſententia egregie decertaverint; ut nemo illos poſſit, ſi velit æquus eſſe judex, reprehendere. Et communis quidem magiſter ac dominus noſter, oportere inquit in ore duorum vel trium ſtare omne verbum, & lex civilis ita præſcribit: illi vero ex communibus eccleſiæ doctoribus ſex præſtantiſſimos dignitate, & doctrina, ſuſceptiſque pro pietate laboribus, nam alios prætereo, ſententiæ ſuæ teſtes protulere, quorum quiſque tantumdem fide valere, quantum univerſi homines, cenſendus eſt: eoſque non obiter & perfunctorie, ſed ita diſtincte planeque locutos, ac ſi controverſiæ noſtræ ſediſſent judices; & apertis verbis exprimentes quod quæritur, adjectis etiam cauſis, uti doctores decebat; & citatis ſacræ ſcripturæ locis, ex quibus ſententiam hanc neceſſario ſumpſerunt, & collectis per illa variis rationibus. Quos ſane doctores, cum tot tantique ſint, & adeo perſpicue ſententiam hanc doceant, nec ſi velimus, impudenter adverſos contueri poſſumus. Alios præterea ex communibus doctoribus produxere, orientales inquam, pari doctrina & dignitate præditos; non ut illi quidem adeo clare, idem tamen & ipſos quod & illi aſſerentes, ſi quis velit dicta eorum cum veritate pariter & ſcientia perpendere. Nec ſophiſticum aliquid aut affectatum, ſed plana omnia, & ſacræ ſcripturæ, doctoribuſque conſona ad demonſtrandam ſententiam ſuam protulere. Nec objectum a nobis eſt quidquam, ad quod illi erudite & animoſe cum veritate non reſponderint. Ex ſanctis porro aliquem, qui aperte illis adverſetur, nullum habemus: quod ſi etiam eſſet, oporteret hunc quoque via & ratione aliqua multis adjungere, æquius ſane & commodius, quam ad unum vi pertrahere tantam multitudinem doctorum. Ea vero incommoda, in quæ illos labi arbitramur, ſe nec ſentire, nec ſequi neceſſario ex ſua ſententia plane teſtantur; ſed idem ac nos ajunt ſe credere, & in eumdem ferri ſenſum, licet additis vocibus melius explicent; nec ullum ſanctorum calumniari, aut auctoritatem ejus elevare coguntur; imo doctores inter ſeſe conciliant; & potentiſſimo argumento ſatis demonſtrant ſe putant recte ſentire & credere, quod doctorem cum doctore nullum pugnantem, aut contraria dicentem faciunt; ſed apud illos omnia per hanc ſententiam tranquilla ſunt & convenientia. Ad hæc ita nobiſcum agunt, [illegible] magiſtri illorum aut judices ſederemus, rogantque ut ſe ſuſcipiamus, nec velimus modica de cauſa disjungi ab hominibus adeo noſtris conſimilia, adeo communibus doctoribus con-

οὐδετέροις ἂν τῶν ἑτέρων ἐχαρίσατο μᾶλλον. ἀλλὰ τούς τε διδάσκοντας τὴν ἀλήθειαν, καὶ τοὺς σὺν εὐγνωμοσύνῃ ταύτην δεδιδαγμένους ἐπίσης ἔμελλε στεφανοῦν, καὶ ἑαυτῷ συνάπτειν ὁμοίως. ἐδόξαμεν δ' ἂν οὑτωσὶ διδασκάλων τάξιν ἐπέχειν, καὶ τῷ καπνῷ τῆς φήμης ἐπῃρθημεν. οὗ τοῖς τὰ πνευματικὰ ζητοῦσιν ὑμῖν καὶ Θεῷ προσανέχειν ὑπεσχημένοις οὐδαμῶς ἐστιν ἁρμόττον ἐφίεσθαι, ἀλλ' ὁρᾶτε πάντες, ὅτι Λατῖνοι τῆς ἑαυτῶν ὑπερηγωνίσαντο δόξης καλῶς· ὥστε μηδένα ἂν αὐτοῖς ἐγκαλεῖν ἔχειν, εἰ βούλοιτο δίκαιος εἶναι. καὶ ὁ μὲν ὁ κοινὸς ἡμῶν διδάσκαλος καὶ δεσπότης ἐπὶ δυοῖν ἢ τριῶν μαρτύρων δεῖν ἵστασθαι πᾶν ῥῆμα φησι, καὶ ὁ πολιτικὸς νόμος διαγορεύει· οἱ δὲ ἐκ τῶν κοινῶν διδασκάλων τῆς ἐκκλησίας ἓξ τοὺς μεγίστους ἀξιώματι καὶ σοφίᾳ καὶ τοῖς ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ἀγῶσι, τοὺς γὰρ ἄλλους παρίημι, μάρτυρας τῆς ἑαυτῶν δόξης παρήγαγον· ὧν ἕκαστον δεῖ τῶν ἐν τῷ κόσμῳ πάντων ἀνθρώπων κρίνειν ἀντάξιον, κἀκείνους οὐχ ἁπλῶς οὕτως οὐδὲ παρέργως, ἀλλ' ὥσπερ εἰ δικασταί τινες ἦσαν ἡμῖν τῆς παρούσης ἀμφιβολίας, οὕτω διαλεγομένους διωρισμένως τε καὶ σαφῶς· καὶ αὐταῖς μὲν λέξεσι λέγοντας τὸ ζητούμενον, προστιθέντας δὲ καὶ τὰς αἰτίας, καθὰ διδασκάλοις προσῆκε, καὶ τὰ μέρη τῆς θείας γραφῆς, ἐξ ὧν τὴν δόξαν ταύτην ἀναγκαίως ἔχουσιν εἰληφότες, καθ' ἅπερ ἄλλας ἐξ ἄλλων μερῶν συνελέξαντο. πρὸς οὓς διδασκάλους τοσούτους τε ὄντας καὶ τηλικούτους, καὶ οὕτω σαφῶς τὴν δόξαν ταύτην εἰσάγοντας, οὐδ' ἂν βουληθέντες ἔχοιμεν ἀναισχυντεῖν. πρὸς τούτοις ἄλλους ἐκ τῶν κοινῶν διδασκάλων παρήγαγον, τοὺς ἐξ ἀνατολῆς λέγω, ἴσῃ σοφίᾳ καὶ ἀξιώματι κεκοσμημένους, οὐχ οὕτω μὲν διαρρήδην ὥσπερ ἐκεῖνοι, λέγοντας δ' ὅμως καὶ αὐτοὺς ἄλλοις ταὐτά, εἴ τις μετ' ἀληθείας καὶ σοφίας ὁμοῦ τὰς ἐκείνων ἐξετάζειν βούλοιτο ῥήσεις. καὶ σοφιστικὸν οὐδὲν οὐδὲ βίαιον, ἀλλὰ πάντα ἁπλᾶ καὶ τῇ θείᾳ γραφῇ καὶ τοῖς διδασκάλοις ἑπόμενα πρὸς ἀπόδειξιν τῆς ἑαυτῶν προεβάλοντο δόξης· καὶ εἴρηται παρ' ἡμῶν οὐδὲν πρὸς αὐτούς, πρὸς ὃ μὴ σοφῶς τε καὶ γενναίως καὶ μετὰ τῆς ἀληθείας ἀποκεκρινάμενοι φαίνονται· οὐδ' ἔχομέν τινα τῶν ἁγίων φανερῶς αὐτοῖς ἀντιφάσκοντα· εἰ δέ τις ἦν, καὶ τοῦτον ἔδει τοῖς πολλοῖς μηχανῇ τινι καὶ λόγῳ συνάπτειν πολλῷ μᾶλλον καὶ δικαιότερον, ἢ πρὸς τὸν ἕνα πλῆθος τοσούτων διδασκάλων παραβιάζεσθαι. εἰς ἃ δὲ νομίζομεν αὐτοὺς ἐκ τῆς δόξης ταύτης ἐκπίπτειν, καὶ ταῦτα μήτε φρονεῖν μήτ' ἐξ ἀνάγκης ἕπεσθαι τῇ δόξῃ, διαμαρτύρονται. ἀλλὰ καὶ τὰ αὐτά φασι μεθ' ἡμῶν πιστεύειν, καὶ πρὸς τὸν ἴσον ἡμῖν φέρεσθαι νοῦν, εἰ προσθήκῃ λέξεων ἄμεινον ἀναπτύσσουσι· καὶ οὐδένα τῶν ἁγίων ἀναγκάζονται συκοφαντεῖν ἢ διαγράφειν, ἀλλὰ μᾶλλον συνάπτουσιν ἀλλήλοις τοὺς διδασκάλους· καὶ μίαν ταύτην ἀπόδειξιν ἀρκοῦσαν ἔχειν ἡγοῦνται παρ' ἑαυτοῖς τοῦ τἀληθῆ φρονεῖν καὶ πιστεύειν, ὅτι μηδενὶ πρὸς μηδένα τῶν διδασκάλων ἀντίφασίν τινα καὶ μάχην ἐμποιοῦσιν, ἀλλὰ τἀκείνων πάντα γαλήνης γέμει καὶ ὁμαλότητος, τῆς δόξης ταύτης κρατούσης. πρὸς δὲ τούτοις, καθάπερ διδασκάλοις ἡμῖν ἢ κριταῖς αὐτῶν καθημένοις, οὕτω προσφέρονται. καὶ δέονται σφᾶς προσδέχεσθαι, καὶ μὴ θέλειν ἀνθρώπων οὕτω μὲν ἀδελφὰ φρονούντων ἡμῖν, οὕτω δὲ συμβαινόντων τοῖς

κοι-



κοινοῖς διδασκάλοις, μικρᾶς προφάσεως χωρίζεσθαι. οὐδ' ἀπαιτοῦσιν ἐξ ἡμῶν τὴν ὁμολογίαν τῆς ἀληθείας, ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἡμῖν καταλείπουσιν, εἰ βουλοίμεθα τελείως πιστεύειν, καὶ μὴ νομίζοιμεν αἰσχύνην φέρειν ἡμῖν τὴν ἐλπίδα τῆς σωτηρίας· δεῖ γάρ, φησί, πρὸς τὸ σώζεσθαι, καὶ χείλεσι τὴν πίστιν ὁμολογεῖν. αὐτοὶ δὲ ἀρκεῖν ἡγοῦνται πρὸς τὴν εἰρήνην, τὸ παύσασθαι λοιπὸν ἐγκαλεῖν αὐτοῖς, οὕτω πολλὰς τοῦ μὴ ψεύδεσθαι μηδὲ κακῶς φρονεῖν παρεχομένοις τὰς ἀποδείξεις. ὥστ' ἐξεῖναι τρόπον ἡμῖν ἕτερον μετὰ τοῦ τὴν εἰρήνην πράττειν, καὶ τῆς ἔξω καὶ φαινομένης ταύτης ἀπολαῦσαι λαμπρότητός τε καὶ φήμης, καὶ μηδὲ τὴν ἀποστασίαν τῶν ἡμῖν προσηκόντων δεδιέναι γενῶν, ἐπειδὴ τὴν ὁμολογίαν τῆς πίστεως οὐκ ἄλλως ἢ πρότερον ἐκείνοις τε καὶ ἡμῖν ἔσται ποιεῖσθαι. καὶ οἱ μὲν Λατῖνοι ταῦτα δεικνύουσι, ταῦτά φασιν, οὕτω πρὸς τὴν μεθ' ἡμῶν ζέουσιν ἕνωσιν, οὕτως ἡμᾶς τῆς ἐκείνων ἕνεκα δόξης οὐδὲν βούλονται πράττειν αἰσχρὸν ἢ δυνάμενον βλάπτειν. ἡμεῖς δὲ πρὸς ταῦτα πάντα λόγων μὲν ἴσως εὐπορήσομεν, ἀλλ' οὐ πάνυ γενναίων, οὐδ' εὐπρεπῶν, οὐδ' ἀξίων τῆς ἡμετέρας ἀρετῆς καὶ σοφίας, οὐδὲ βουλομένων ἀνδρῶν σχῆμα σώζειν καὶ τάξιν τῶν ἐν ταῖς συνόδοις ἐκείναις πατέρων, οἳ μετὰ τῆς ἀληθείας καὶ τῆς πρὸς ἀλλήλους ἀγάπης πάντα ἐξήταζον. οὐδ' ὑπὲρ τῶν τυχόντων ἡμῖν ὁ ἀγών, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς ἀληθείας τῆς πίστεως, μεθ' ἧς δὴ ἐλπίζομεν σώζεσθαι καὶ πρὸς ἣν ἐθέλειν φιλονεικεῖν, οὐκ αἰσχρὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ κινδύνου γέμον μεγίστου. οὔτε γὰρ ἀρνήσασθαι τοὺς διδασκάλους ἔξεστιν, οἷς καὶ πρέσβεσι πρὸς Θεὸν ὑπὲρ τῶν ἡμετέρων ἁμαρτημάτων εἰώθαμεν χρῆσθαι, καὶ οἷς τὸ κοινὸν τῆς ἐκκλησίας μεγίστας τῶν ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ἀγώνων καὶ τῶν ἐν τῷ διδάσκειν πόνων ἀπένειμε χάριτας, ἄνευ τῆς ἄλλης ἁγιωσύνης, ἧς ἕνεκα ταῖς δευτέραις μετὰ Θεὸν αὐτοὺς τιμῶμεν τιμαῖς· οὔτ' ἔχομεν ἀντιφάσκειν τοὺς διδασκάλους ἀλλήλοις· τοῦτο γὰρ πάντα συγχέειν ἐστί, καὶ τὴν πίστιν πᾶσαν ἀρνεῖσθαι. τὸ δὲ Λατίνους διαφθεῖραι βουληθῆναι τὴν πίστιν, καὶ τὴν τῶν διδασκάλων ἁπάντων νοθεῦσαι θεολογίαν, τίς οὕτως ἁπλοῦς ἐστιν ὥστε πιστεῦσαι; ἢ τίς τοῦτο κατὰ Λατίνων εἰπὼν οὐχὶ καὶ γέλωτα προσοφλήσει; οὐδεμία γὰρ ταυτησὶ τῆς κατηγορίας πλείοσί τε καὶ μείζοσι καὶ ἀληθεστέροις ἂν ἐλέγχοιτο λόγοις. ἀλλὰ τὴν φαινομένην προβαλλόμεθα τῶν διδασκάλων διαφωνίαν. λύσουσι τοίνυν αὐτὴν καὶ μάλα εὐκόλως· μᾶλλον δὲ καὶ ἤδη λελύκασιν. ἀλλ' οὐδ' εὐπρεπές ἐστι λοιπὸν παρὰ Λατίνων τὰ τοιαῦτα ζητεῖν· καὶ ἡμεῖς γὰρ παρ' ἑαυτοῖς δυνάμεθα τοὺς διδασκάλους συνάπτειν. ἐγὼ πάντων ὑμῶν ἐλάχιστος ὤν, ὁπόταν κελεύσητε, τοῦθ' ἕτοιμός εἰμι πράττειν καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ, καὶ δεῖξαι πᾶσιν οὑτωσὶ φανερῶς, ὅτι διὰ πάντων οἱ τῆς ἐκκλησίας διδάσκαλοι τὴν αὐτὴν περὶ τῶν προκειμένων ἔχουσι γνώμην· καὶ τοῦτο οὐκ ἐν λόγοις δείξω πολλοῖς, ἀλλ' ἀρκέσουσιν ὧραι δύο, ὥστε πεῖσαι πάντας ὑμᾶς μηκέτι περὶ τῆς τῶν διδασκάλων συμφωνίας ἀμφιγνοεῖν· μηδὲ πράγματα λοιπὸν αὐτούς τε ἔχειν καὶ Λατίνοις παρέχειν, κοινῇ συνόδῳ τὴν περὶ τούτων ἀνατιθέντας ἐξέτασιν. ἀλλὰ μὴν οὐδ' ἐντρίβειν ἐξὸν τὸν καιρόν, καθάπερ ἐπὶ

gruentia ſentientibus. Neque vero exigunt a nobis profeſſionem veritatis; ſed hoc quidem nobis relinquunt; ſi perfecte credere velimus, neque ſalutis ſpem arbitremur nobis ignominiam inferre. Oportet enim, inquit, ad ſalutem labiis quoque fidem confiteri. *Rom. 10.* Illi vero ſatis eſſe ducunt ad pacem, ſi finem inſimulandi faciamus poſt tam multas demonſtrationes, quibus ſe nec falſa dicere, nec male ſentire probarunt: ut ſit nobis integrum alia via & pacem facere, & populari hoc apparenteque ſplendore ac rumore, nec pertimeſcere defectionem gentium nobis conjunctarum; quandoquidem fidei confeſſio non aliter ab illis & nobis fiet, ac prius fiebat. Et Latini quidem hæc oſtendunt, hæc dicunt, tanto conficiendæ nobiſcum unionis deſiderio flagrant: adeo nihil volunt fieri a nobis, quod ſibi gloriam, nobis ignominiam aut detrimentum afferre poſſit. Nobis vero ad hæc omnia fortaſſe quidem verba non deerunt, ſed non multi roboris aut decoris, & quæ virtute & ſapientia noſtra ſint digna, aut hominum volentium præ ſe ferre ſpeciem ac dignitatem patrum, qui in antiquis fuere conciliis, & omnia cum veritate & caritate mutua examinarunt. Nec vero propoſitum nobis eſt de re non magni ponderis certamen; ſed agitur de veritate fidei, per quam nos ſalvari ſperamus; & quam contentioſe oppugnare non ſolum turpe eſt, ſed & maxime periculoſum. Neque enim aut doctores negare licet, quibus etiam deprecatoribus ad Deum pro peccatis noſtris uti ſolemus; & quibus univerſa eccleſia pro certaminibus ob veritatem ſuſceptis, & laboribus in docendo, quam maximam retulit gratiam; ut omittam alias ſanctitatis partes, propter quas illos ſecundum Deum honoramus: neque dicemus, doctores inter ſe pugnare; hoc enim eſt omnia confundere, ac totam abnegare fidem. Porro autem voluiſſe Latinos depravare fidem, & doctorum omnium adulterare theologiam, quis adeo ſtolidus, ut credat? quiſve id aſſerendo contra Latinos, riſu non excipiatur? nulla enim criminatio poteſt falſitatis redargui pluribus, fortioribus, ac verioribus argumentis. At objiciemus nos apparentem doctorum diſſenſionem: Verum illi eam nullo negotio diſſolvent, imo etiam jam diſſolverunt. Sed neque decorum amplius eſt hæc a Latinis quærere: poſſumus enim & nos ipſi conciliare inter ſe doctores. Ego tum ſim veſtrum omnium minimus, ubi id mandaveritis, paratus ſum hoc præſtare & privatim & publice; atque omnibus oſtendere aperciſſime, doctores eccleſiæ in univerſum de propoſita materia idem ſentire: hoc autem non multis oſtendam ſermonibus, ſed ſatis erit duarum ſpatium horarum ad perſuadendum vobis omnibus nequaquam dubitare amplius de conſenſione doctorum; ut nec vos ultra habeatis, nec Latinis negotium exhibeatis, harum inquiſitione rerum commiſſa ſynodo communi. Sed neque ſi tempus etiam fruſtra conterere liceret, veluti ſedentibus in otio, nullaque oppreſſis neceſſitate ad cogitan-



gitan-

gitandum de reditu, oporteret de rebus divinis inanes fundere ſermones, & inſtantias diſputationis ergo afferre, victoriamque ſolum ſpectare, ac multa dicere, in quibus etiam par eſt aliquid erroris miſcere; idque non multum valentibus contendere cum Latinis theologicæ ac philoſophicæ facultatis notitia; infelici rerum noſtrarum ſtatu ita ferente, propter quem qui primas tenent inter nos, ita theologiam ac philoſophiam attingunt, ut non omnino inerudi ti videantur; non vigente jam ſcholarum uſu publicarum, & extincto diſciplinarum ac rei literariæ ambitioſo ſtudio, cunctis neceſſitati tan- B tum, & anguſtiis rei familiaris vacantibus. Certum vero mihi eſt, ipſi quoque Spiritui non placere admodum tantam loquacitatem, ſed ſui nos tentatores exiſtimaturum, ſi cum tot ex divina ſcriptura, tot etiam ex doctorum conſenſu nobis ſuppetant ad propoſitum auxilia, ſedeamus tamen ipſi poſthabitis illis omnibus, nectentes ſermoni ſermonem; quod vel putemus nos inventuros quidpiam per noſtros ſermones eo præſtantius, quod ſcripturæ ſuppeditant; vel aliquid a Spiritu quæramus apertius iis, quæ adeo clare ſunt ab eo definita: his enim ſermonibus & hac via vos utentes, ſcio, C in diſſenſionem potius & concertationem agimini, magiſque etiam agemini, quam in conſenſionem. Cum igitur hæc ita ſe habeant, Deo gratum, & eccleſiæ doctoribus jucundum erit, nobiſque decorum, & præterea facile, multis omiſſis ſermonibus unionem amplecti, cumque illa domum reverti: nec erit prorſus aliquid nobis impedimento, quo minus agamus ea, quorum ducti deſiderio ſumus huc profecti: cum Latinorum quidem ſententia fulciatur tot teſtibus, & uſquequaque digna ſit, quæ credatur; nobis vero liceat cum eis conjungi, nulla in ſymbolo facta innovatione. Et quidem bene D noſtis omnes, peculiarem cauſam, cur optaverimus, multiſque viis efficiendum enixe curavimus, potiſſimumque prope finem perduxerimus, ut media præteream omnia, eccleſiæ Chriſti unitatem, exitiſſe mala, quæ formidamus ab impiis, reſque noſtras ad extremam redactas miſeriam; quamvis multas alias ob cauſas & æquiores, dignam, quæ ab omnibus expetatur. Oportet ergo propoſitum conſilium ſequentes; cum & fieri, & honeſte fieri poſſit, ad exitum illud perducere: alioquin omnium hominum leviſſimi videremur, ſi propter illud multa perpeſſi, multorumque bonorum ſpe ducti; & E omnes pro certo habentes fore, ut confirmato [illegible] major cumulus malorum accedat; [illegible] hæc omnia obliti vacuis, ut ajunt, manibus, re infecta rediremus; idque cum res ſit adeo decora & facilis, nihilque ſit quod [illegible] illa peragatur [illegible] merito obſtet. Nec vero audiendi ſunt, qui nihil boni nobis ex unione futurum aiunt; quod ſatis putant a ſe probari, propterea quod Latinorum nationes mutuis inter ſe concertantur bellis, & propriis vacent calamitatibus, & papæ res nondum ſtatum & firmitatem

A σχολῆς καθημένους, καὶ πρὸς τὴν ἐπάνοδον οὐδεμίαν ἀνάγκην ἔχοντας, ἔδει περὶ τῶν θείων πραγμάτων κενὰ καὶ μάταια λέγειν, καὶ πρὸς τὸν ἔξω λόγον ἐνίστασθαι, καὶ τὴν νίκην μόνην σκοπεῖν, καὶ πολλὰ λέγειν, ἐν οἷς εἰκός τι καὶ ἁμαρτάνειν· καὶ ταῦτα περὶ θεολογίας τε καὶ φιλοσοφίας οὐ σφόδρα δυναμένους ἁμιλλᾶσθαι Λατίνοις· τοῦτο τῆς ἐν ἡμῖν δυστυχίας τῶν πραγμάτων πεποιηκυίας, δι' ἣν οἱ παρ' ἡμῖν ἄκροι τοσοῦτον θεολογίας τε καὶ φιλοσοφίας ἅπτονται, ὥστε μόνον μὴ δοκεῖν καθάπαξ ἀπαίδευτοι, ἐκλελοιπότων μὲν παιδευτηρίων, σβεσθείσης δὲ τῆς περὶ μαθήματα καὶ λόγους φιλοτιμίας, καὶ πάντων τῆς χρείας μόνης καὶ B τῆς ἀνάγκης γεγενημένων. πέπεισμαι δὲ μηδὲ τῷ πνεύματι σφόδρα ἀρέσειν τὴν τοσαύτην ἀδολεσχίαν, ἀλλὰ πειραστὰς ἡμᾶς αὐτοῦ νομιεῖν, εἰ τοσαῦτα μὲν ἐκ τῆς θείας γραφῆς, τοσαῦτα δὲ ἐκ τῆς τῶν διδασκάλων συμφωνίας ἔχοντες πρὸς τὸ προκείμενον βοηθήματα, εἶτα καθεζόμεθα τούτων πάντων καταφρονοῦντες, καὶ λόγους λόγοις συμπλέξομεν, ἢ νομίζοντες ἐν τοῖς ἡμετέροις λόγοις ἄμεινόν τι τῆς ἐκ τῶν γραφῶν χορηγίας εὑρήσειν, ἢ ζητοῦντες παρὰ τοῦ πνεύματος σαφέστερόν τι τῶν ὑπ' αὐτοῦ λαμπρῶς οὑτωσὶ διωρισμένων λαβεῖν· ὑπὸ τούτων γὰρ τῶν λόγων καὶ τῆς τοιαύτης ὁδοῦ, μᾶλ- C λον ὑμᾶς οἶδα πρὸς διχόνοιάν τε καὶ στάσιν, ἢ πρὸς ὁμόνοιαν ἀγομένους τε καὶ μᾶλλον ἀχθησομένους. τούτων τοίνυν οὕτως ἐχόντων, καὶ Θεῷ φίλον, καὶ τοῖς διδασκάλοις τῆς ἐκκλησίας χαρίεν ἔσται, καὶ ἡμῖν εὐπρεπές, καὶ πρὸς τούτοις ῥᾴδιον, τὸ τὴν ἕνωσιν ἤδη, τῶν πολλῶν ἀφεμένους λόγων, διαπράξασθαι, καὶ μετὰ ταύτης ἐπανελθεῖν. καὶ οὐδὲν ἡμῖν ὅλως προΐσταται πρὸς τὸ πράττειν ὧν ἐπιθυμήσαντες ἥκομεν, τῆς μὲν δόξης Λατίνων ὑπὸ τοσούτων μαρτυρουμένης, καὶ πανταχόθεν ἀξίας οὔσης πιστεύεσθαι, ἡμῶν δὲ δυναμένων αὐτοῖς ἑνωθῆναι ἄνευ τοῦ καὶ περὶ τὸ σύμβολόν τι καινοτομεῖν. καὶ μὴν ἴστε πάντες καλῶς, ὅτι τὴν ἕνωσιν τῆς ἐκ- D κλησίας Χριστοῦ, καίτοι πολλῶν ἄλλων ἕνεκα καὶ δικαιοτέρων μάλιστ' ἂν ὑπὸ παντὸς ζητηθεῖσαν, τὸ παρὰ τῶν ἀσεβῶν δέος καὶ τὰ πράγμαθ' ἡμῖν εἰς τοὔσχατον ἥκοντα δυστυχίας, καὶ ποθῆσαι καὶ σπουδάσαι διὰ πολλῶν, καὶ ὅτι μάλιστα τοῦ τέλους ἐγγὺς αὐτὴν ἀγαγεῖν, τὰ γὰρ μεταξὺ παραλείπω πάντα, ἡμᾶς ἰδίως ἐποίησαν. δεῖ τοίνυν τῆς προθέσεως ἐχομένους, ἐπεὶ δυνατὸν καὶ εὐπρεπές ἐστι, ταύτην εἰς πέρας ἐξενεγκεῖν. ἄλλως δ' ἂν ματαιότεροι πάντων ἀνθρώπων ἐδόξαμεν εἶναι, εἰ πολλὰ μὲν ὑπὲρ αὐτῆς ὑποστάντες, πολλῶν δὲ ἀγαθῶν ἐλπίσι κεκινημένοι, ἐπιδώσειν δὲ ἡμῖν τὰ δεινὰ, τοῦ σχίσματος βεβαιωθέντος, πάν- E τες πιστεύοντες, εἶθ' ὥσπερ ἐπιλαθόμενοι τούτων ἁπάντων, κεναῖς ὥς φασι χερσὶ καὶ μηδὲν πράξαντες ἐπανέλθοιμεν, καὶ ταῦτ' εὐπρεπὲς οὕτω καὶ ῥᾴδιον ὄν, καὶ μηδενὸς ἡμῖν εὐλόγως εἰς τοῦτο προϊσταμένου. οὐδὲ προσέχειν δεῖ τοῖς μηδὲν ἀγαθὸν ἡμῖν ἐκ τῆς ἑνώσεως λέγουσιν ἥξειν, καὶ τούτου πρόφασιν οἰομένοις ἔχειν ἀρκοῦσαν, τό τε τὰ τῶν Λατίνων γένη τῇ κατ' ἀλλήλων μάχῃ φθειρόμενα καὶ ταῖς οἰκείαις προσέχοντα συμφοραῖς, καὶ τὰ τοῦ πάπα πράγματα τάξιν οὔπω λαβόντα καὶ δύ-



ρήνην , πολλοῦ δεῖ τηλικαύτης ἔργον εἶναι παρασκε-
B υῆς· ἐξῆν γὰρ καὶ πρέσβεσι ταύτην περαίνειν ,
αὐτοὺς πραγμάτων ἀπηλλαγμένους· καὶ οὔτ' ἀνα-
λωμάτων ἔδει τοσούτων , ὁπόσα τοῖς μὲν διδοῦ-
σιν εἶχε δυσχέρειαν ; τοῖς δ' οὐκ ἔχουσιν οἴκοθεν
καὶ δεομένοις ἄλλων , εἰ δεῖ τἀληθῆ λέγειν , αἰ-
σχύνην μεθ' ὑποψίας , οὔτε πόνων καὶ κινδύνων
τοσούτων τοῖς πανταχόθεν συνηθροισμένοις· μᾶλ-
λον δ' οὐδ' ἔστιν εἰπεῖν τὰς ἑκατέρωθεν δυσχερείας ,
ἃς ἡ τῆς εἰρήνης ἐπιθυμία συνεργὸν εὑροῦσα
τὸ θεῖον , πάσας ἐνίκησε . καὶ ὧν χαλεπῶς
μὲν , ὑπερεῖδε δ' ὅμως . οὐκ οἶδα τοίνυν τί πρὸς
τοὺς ἐγκαλοῦντας ἀπολογήσεσθε , μάταιον δεί-
C ξαντες τὴν τοιαύτην καὶ τοσαύτην παρασκευὴν ,
καὶ τὴν εἰρήνην πεποιηκότες ὄνομα μόνον καὶ φή-
μην ὅλως κενήν· τὸ γὰρ βούλεσθαι καταλεί-
πεται μόνον , τῶν ἄλλων ἁπάντων ἄμεινον ἢ κατ'
εὐχὴν , ὡς ἔξεστι βλέπειν , εὐτρεπισμένων . θαυ-
μάζω δὲ , εἰ μηδένα ὑμῖν ἐγκαλέσειν ἡγεῖσθε
δικαίως , οὕτω τῶν τῇδε διῳκημένων . καθάπερ γὰρ
τὸ τοῖς μεγίστοις ἐπιχειρεῖν ἄνευ τῆς προσηκού-
σης παρασκευῆς , ἀνοίας ἐστὶ σημεῖον , οὕτω τὸ
πρὸς τὰ μέγιστα μὲν ἀρκούντως παρεσκευάσθαι ,
χρῆσθαι δὲ τῇ παρασκευῇ πρὸς τὰ τῶν ἔργων φαυ-
λότερα , καὶ τὴν προθυμίαν ἄχρι τούτων ἐκτεί-
νειν , ἐγὼ μὲν οὐ βούλομαι λέγειν , πολλῶν δ'
D ἐγκλημάτων τοῖς οὕτω προελομένοις πρόφασιν
ἔχει . καὶ οὔτε στρατηγὸν νοῦν ἔχειν ἡγεῖταί τις
νοῦν αὐτὸς ἔχων , ὃς καὶ πλήθει καὶ ἀρετῇ καὶ
ὅπλοις καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἀρκούντως ἐξηρτυ-
μένος πρὸς ζήτησιν ἔξεισι τῶν ἐχθρῶν , καὶ πολὺν
μὲν χρόνον ἀναλωκὼς , διὰ πολλῆς δὲ δυσχερείας
ἐλάσας , εἶτα μόλις ἐντυχὼν αὐτοῖς ὀλίγοις τε καὶ
πεφοβημένοις , καὶ τὴν κατὰ πρόσωπον οὐ φέ-
ρουσι μάχην , τὸ τρέψαι τούτους ἀρκοῦσαν ἡγεῖ-
ται νίκην , παντάπασιν αὐτοὺς διαφθεῖραι , καὶ
τοὺς μὲν συγκόψαι , τοὺς δὲ λαβεῖν αἰχμαλώτους
δυνάμενος . οὔθ' ὑμεῖς τὰ παρὰ τῶν νοῦν ἐχόν-
των ὀνείδη δύναισθ' ἂν διαδρᾶναι , εἰ πρὸς τὴν
E τῶν ἐκκλησιῶν ἕνωσιν τοσοῦτον παρασκευαζόμενοι
χρόνον , καὶ πάντα νῦν ἐνταῦθα συναγαγόντες ,
δι' ὧν αὐτὴν περαίνεσθαι δεῖ , εἶτα συνθήκας τι-
νὰς καὶ σκιὰν εἰρήνης οἰκονομήσετε , σοφίας καὶ ἀρε-
τῆς καὶ πλῆθος τῶν ἐνταῦθα συνειλεγμένων , ὥσ-
περ ἄχθος ἄλλως καὶ ὕλην ἄχρηστον ἀπορρίψαντες·
οὐ μὴν ἀλλ' εἰ μὲν τοῦ δόξαι τι κατορθοῦν καὶ
τῆς ἐς ὕστερον εὐκλείας καὶ φήμης οὐδένα λόγον
ποιεῖσθε , οὐδ' εὐλαβεῖσθε τὰς μέμψεις , ὧν ἐκ
τοῦ μὴ πάντας ἀρέσκεσθαι τοῖς ἐνταῦθα γενησο-
μέ-



A μένοις ὑμᾶς ἀνάγκη πειρᾶσθαι , οὐδὲ τοῖς ἄλ-
λοις προσέχειν εὔλογον ἦν , ὧν ὀρεγόμενοι τῆς
ἀληθοῦς εἰρήνης ἂν ὑπερίδοιτε· εἰ δ' ὑπὸ τῆς
τούτων ἐπιθυμίας σφόδρα κατέχεσθε , πολὺ μᾶλ-
λον ἔδει καὶ τῆς ἐκεῖθεν δόξης ἐπιθυμεῖν , καὶ πράτ-
τειν μὲν τὰ τῶν ἀθανάτων γερῶν ὑμᾶς ἀξιώσοντα ,
καὶ πάντας ἀνθρώπους πρὸς τὴν ὑμῶν εὐφημίαν
διεγεροῦντα δικαίως· ὧν δ' ἕνεκα τὰς παρὰ πάν-
των μέμψεις ἐπάξεσθε ταῦτα καθάπαξ εὐλαβη-
θῆναι . εἰ γὰρ καὶ μηδὲν ἄλλο , τοὺς ἡμῶν αὐτῶν αἰ-
δεῖσθαι λόγους προσήκει , καὶ καθ' ἡμῶν μαρτυρίαν
ἀρκοῦσαν εἶναι νομίζειν τοῖς ἐξελέγχειν βουλησο-
μένοις .

B Μέμνησθε γὰρ ἑκάτεροι δήπου καὶ λόγοις καὶ γράμ-
μασι τοὺς ἄλλους ἐπὶ τὴν τῶν ἀδελφῶν προτρεπό-
μενοι σωτηρίαν , καὶ πάνθ' ὑπὲρ αὐτῆς ποιεῖν αὐτοὺς
ἀναπείθοντες , μηδὲν ὑπιδομένους τῶν ἄλλων· καὶ
τοῖς ἐρωτῶσι , τί τῶν τοσούτων κινδύνων καὶ πόνων ,
ἐφ' οὓς προκαλεῖσθε , σφίσιν ὄφελος ἔσται , τὴν
τῆς ἐκκλησίας ἀποκρίνεσθαι δόξαν , καὶ τὸ πρὸς τὴν
ἀλήθειαν ἐπαναγαγεῖν τοὺς φιλονείκως ταύτης ἀφι-
σταμένους· ὑφ' ὧν τοὺς νοῦν ἔχοντας κινηθέντας , τοὺς
μὲν εἰσενέγκασθαι χρήματα , τοὺς δ' ἀπὸ τῶν ἐσχά-
των τῆς γῆς μεθ' ὅσης οὐδ' εἰπεῖν ἐστιν ἡδονῆς ἐνταῦ-
θα παραγενέσθαι , τῶν οὕτω καλῶν ἐλπίδων θεμέ-
C νους ἅπαντα δεύτερα . οὐ γὰρ ἵνα τῷ βασιλεῖ τῶν Ῥω-
μαίων ἐξῇ τὸν ὑπόλοιπον εὐδαιμόνως βίον ἀνύειν ,
καὶ τοῦ παρὰ τῶν πολεμίων ἔξω δέους ἱστάναι , καὶ
τοῖς ἐν Κωνσταντινουπόλει πᾶσιν αἱ τῶν χρημάτων
πλεονάσωσι πρόσοδοι , Ἴβηράς τε καὶ Ῥώσους καὶ
τοὺς ἀπὸ τῶν ἄλλων γενῶν ὑπακοῦσαι κληθέντας εἴ-
ποιμεν ἄν· τούτων γὰρ ἔνιοι καὶ ταπεινοτέρους ἂν εὔ-
ξαιντο Ῥωμαίους ἰδεῖν , οὐχ ὅπως ἐκείνοις γένοιτό τι
καλὸν , αὐτοὶ ποιεῖν καὶ κινδυνεύειν ἀνέχοιντο .
καὶ Γάλλους δὲ οἶμαι καὶ Κελτοὺς καὶ τοὺς ὑπὲρ τὰς
Ἄλπεις τοὺς πλείους οὐδὲν μέγα ποιεῖσθαι τὴν τῶν
Ἰταλικῶν πραγμάτων κατάστασιν , μηδ' εἰ Ῥώμην
ἤ τινα τῶν πόλεων ὁ πάπας οἰκήσει καλῶς , σφό-
D δρα μέλειν αὐτοῖς , ὥσθ' ὑπὲρ τούτων καὶ χρήματα
δοῦναι καὶ πόνων ὑπεριδεῖν , καὶ καθάπερ ἐπὶ βασι-
λείας μέθεξιν καλουμένους , οὕτω μετὰ πολλῆς τῆς γή-
θης ἕκαστον τρέχειν . ἀλλ' οὐδὲν ὡς ἔοικεν οὔτ' ἀλη-
θείας ἥδιον ἀνθρώποις νοῦν ἔχουσιν , οὔτε τῆς τῶν ἀ-
δελφῶν σωτηρίας ἀναγκαιότερον τοῖς γε Θεὸν καὶ
τὰς ἐκείνου ψήφους εὐλαβουμένοις· οὐδ' ἔστιν ὑπὲρ
οὗ μᾶλλον βουληθείη τις ἂν καὶ τὴν αὐτοῦ προέ-
σθαι ψυχὴν , ἢ τοῦ τὴν ἐκκλησίαν ἰδεῖν ἑνωθεῖ-
σαν καὶ γαλήνης εἰλικρινοῦς ἀπολαύσασαν . ταῦ-
τα τοίνυν ἐπαγγειλάμενοι , καὶ ταῖς τούτων ἐλπίσι
τὰς ἁπάντων ψυχὰς γοητεύσαντες , πράγματι δυ-
E σχερεστάτῳ μεθ' ἡδονῆς ἐπιχειρεῖν ἀνεπείσατε . ταύ-
τας αἰτήσουσι καὶ μάλα δικαίως τὰς ὑποσχέσεις . καὶ
μηδὲν τοιοῦτον εὑρόντες ἐξηπατῆσθαί τε νομιοῦσι , καὶ
τὰ τῶν ἠδικημένων βοήσουσιν . εἰ δὲ καὶ τοὺς ἐνταῦθ'
ἀφιγμένους μηχανῇ τινι καὶ τέχνῃ πείσετε μηδὲν
ἀντιλέγειν , τούς γε πεπομφότας αὐτοὺς ἄρχοντας οὐκ
οἶδ' ὅπως ἀγνοῆσαι μὲν τὰς ὑποσχέσεις ἑκόντας ,
χάριν δ' ὑμῖν ὑπὲρ τῶν πεπραγμένων εἰδέναι ,
τοὺς δὲ ταῦτα συγκαταπράξαντας πρέσβεις αὐτῶν
ἐπαινεῖν , καὶ τιμᾶν ἐπανελθόντας ποιήσετε . μηδὲ κα-
λῆς οὕτω καὶ γενναίας ἀμελήτου παρασκευῆς . μηδ'

babuntur omnibus quæ hic fient ; con-
ſentaneum eſſet vos alia quoque parvi-
facere , quorum deſiderio veram neglexe-
ritis pacem : Sed ſi ingens horum vos te-
net deſiderium , multo magis eſſet optan-
da illinc proveniens gloria ; & gerendæ
quidem res , ex quibus immortalia vos
maneant præmia , & in ore cunctorum
hominum laus veſtra jure verſetur ; illa
vero penitus declinanda , propter quæ ab
omnibus reprehendamini . Nam ſi nihil
aliud , certe noſtra ipſa verba debemus
erubeſcere , idoneumque contra nos teſti-
monium ea cenſere , ſi qui nos volerint
redargere .

Meminiſtis enim plane utrique , ut di-
ctis ſcriptiſque alios ad ſalutem fratrum
adhortabamini , ſuadentes illius ergo om-
nia facere , & nihil aliud curare : Inter-
rogantibus vero , quid eſſent illis allatu-
ra utilitatis tot pericula & labores , ad
quæ illos incitabatis ; eccleſiæ gloriam
reſpondebatis , reductionemque ad verita-
tis agnitionem eorum , qui ab illa con-
tentioſe abhorrent . Quibus permoti pru-
dentiores , alii quidem contulere pecu-
niam , alii vero ab ultimis terræ finibus
ea cum voluptate , quæ vix exprimi poſ-
ſit , huc advenere , tam præclaræ ſpei poſt-
ponentes reliqua omnia . Neque enim , ut
Romæorum imperatori facultas ſit in po-
ſterum felicem traducendi vitam , nulloſ-
que hoſtium impetus formidandi , atque
ut Conſtantinopolitanis omnibus fiant re-
ditus ampliores dici poterit , Iberos , ac
Rhutenos , & reliquas nationes vocatas
auſcultaſſe ; quorum nonnulli optarent
etiam Romæos cernere vel in humiliore
fortuna ; tantum abeſt , ut quo illis bo-
ni aliquid accedat , labores velint & pe-
ricula ſuſcipere . Ita quoque Gallos ar-
bitror & Celtas , tranſalpinarumque gen-
tium plures parum curare de ſtatu rerum
Italicarum , nec multum eſſe de eo ſoli-
citos , ut papa Romam vel aliam civita-
tem feliciter incolat ; propter quod etiam
pecuniam erogent , & labores parvipen-
dant , atque ita multa cum alacritate ſin-
guli accurrant , ac ſi ad partem vocaren-
tur imperii . Verum , ut ratio ſuadet , nec
veritate quidquam jucundius cordatis ho-
minibus , nec magis neceſſarium ſalute
fratrum iis , qui Deum ejuſque judicia per-
timeſcunt ; nec ulla res eſt , pro qua li-
bentius vel ipſam quis profuderit animam ,
quam ut eccleſiam videat conjunctam , &
perfecta tranquillitate fruentem . His er-
go promiſſis , eorumque propoſita ſpe ani-
mis hominum allectis , perſuaſiſtis , ut rem
maxime arduam cum voluptate aggrede-
rentur : Repetent igitur jure optimo hæc
promiſſa ; & nihil tale invenientes , dece-
ptos ſeſe putabunt , atque injuriam paſſi
exclamabunt . Quod ſi etiam arte aliqua
profectis huc perſuadebitis , ut nihil con-
tradicant ; non video tamen , qui facere
poſſitis , ut principes , a quibus miſſi ſunt ,
& promiſſa velint ſponte ignorare , vobiſ-
que pro rebus geſtis habere gratiam , ſo-
cioſque in hiſce rebus agendis ſuos lega-
tos commendare , & redeuntes honore affi-
cere . Itaque tam pulcher , tam egregius

apparatus non eſt parvifaciendus ; nec
committendum, ut promiſſa illa fiant an-
ſæ criminationum ; imo vero contra, ita
illa ſervandum, ut objici queant iis, qui
forte ſunt contradicturi . Si enim pro ve-
ra pace & fratrum ſalute & nos vocavi-
mus, & illi auſcultarunt, non eſt æquum
ægre ferre , quod res ex ſententia ſucce-
dant , neque ſi ſalvos utrique fratres vo-
lebant veram ſententiam edocendo , ſuam
ipſos ſalutem reſpuere , dum videri vo-
lunt nullam a fratribus percipere utilita-
tem : & de quo alios veritati evidenter
oſtenſæ obnitentes arguerent , id ipſum
eoſdem patientes tolerare . Quinimo , ut
verum ingenue fatear, ſi modo nos ſtatim
ab initio videmur curam ſuſcepiſſe verita-
tis , Deoque adjuvante illam comperia-
mus, convulſis omnibus quæ mendacio fa-
vent cogitationibus ; neminem arbitror eo
ſtupiditatis venturum, ut Dei, veſtriſque
ſententiis, & demonſtrationis luci contra-
dicendo , id aggrediatur quod aſſequi
non poſſit : aut vobis verba opus futura
ad perſuadendum ei, baculo utentibus ſy-
nodorum œcumenicarum, quem & illæ in
hujuſmodi contumaces uſurparunt . Dicant
fortaſſe aliqui , videre ſe unitatem hanc
fieri non poſſe ; & ſatius eſſe pacem ut-
cumque gerere , quam dum perfectam non
poſſumus reconciliationem invenire, & eam
quæ fieri poteſt negligere , & re penitus
infecta vacuos abire . Ego vero primum
quidem nihil aut impoſſibile, aut arduum
puto dicendum, antequam experimento id
ſciatur , quantumque decet operæ in ea
ponatur : certum enim hoc fuerit puſilli
animi ſignum, & voluntatis quæ res ma-
gnas , quibus eſt conjuncta difficultas , a-
gere nolit . Vos autem audio quidem mul-
ta quotidie dicere magni ponderis , ſcien-
tiamque & virtutem plane redolentia , non-
dum vero cognovi ad hunc diem , qui
viam hujuſmodi pacis conficiendæ attige-
rint, aut minimum quid oſtenderint, un-
de hanc non liceat tanquam omnino im-
poſſibilem deſperare . Conſilium enim pacis
conciliandæ in ſpeciem , & voluntas con-
tegendi omnia hoc nomine , abducit pro-
fecto vos ab eorum cogitatione . Prætereo ,
quod ſi vere impoſſibile hoc ſit , pericu-
lum eſt , ne omnia in nos quadrent adagia ,
quibus impoſſibilia notantur : videbimur
enim omnes optaſſe impoſſibilia , ſi non fue-
re certe prætextus & ſimulatio , quæ de ad-
mirabili pace decantabantur . Deinde licet
hoc omnino eſſet impoſſibile, & diſceden-
dum nobis hinc eſſet nulla re hujuſmodi
peracta, non video quæ oriatur , ſi ſiant, e re-
liqua utilitas , dum illa unionis nomine non
honoramur. Nam ſi vel ſolius amicitiæ cau-
ſa, vel communicationis, aut erogationis pe-
cuniæ , vel ad petendum contra hoſtes auxi-
lium, ſeu ob cujuſcumque rem , quæ prius in-
firma eſſet, conſtabiliendam, aut quovis alio
nomine [illegible] nos illius deſiderium ; certe ta-
men conſonum eſſet ſaltem his velle frui ,
poſtquam a ſumma rerum adeptione de-
cidiſſemus ; & dolere quidem , quod ad
pacem non perveniſſemus , levare tamen
aliqua ratione dolorem inde acceptum per
aliarum rerum utilitatem , quas ſi [illegible]
[illegible] unionem ac pacem appellemus per-

ἐγκλημάτων ἀφορμὰς τὰς ὑποσχέσεις ἐκείνας δεῖ-
κτέον· τοὐναντίον δὲ μᾶλλον κατὰ τῶν ἴσως ἀντιλέξον-
πειρατομένων αὐτὰς φυλακτέον. εἰ γὰρ ὑπὲρ εἰρήνης
ἀληθοῦς ἦν καὶ τῆς τῶν ἀδελφῶν σωτηρίας ἥ τε ἡμε-
τέρα κλῆσις ἥ τ' ἐκείνων ὑπακοὴ, οὐκ ἂν εἴη δί-
καιον δυσχεραίνειν κατὰ γνώμην ταῦτα προβαίνοντα·
μηδ' εἰ τοὺς ἀδελφοὺς ἠβούλοντο σώζειν ἑκάτε-
ροι τὴν ἀληθῆ διδάσκοντες δόξαν, τὴν αὐτῶν αὐ-
τοὺς ἀπαναίνεσθαι σωτηρίαν, ἵνα μὴ δόξωσιν ὑπὸ
τῶν ἀδελφῶν ὠφελῆσθαι· καὶ ἅπερ ἂν τοῖς ἄλλοις
ἐμέμψαντο πρὸς τὴν ἀλήθειαν φιλονεικοῦσιν ἐναρ-
γῶς δεικνυμένην, ταῦτ' αὐτοὺς ἀνέχεσθαι πάσχοντας.
μᾶλλον δ' εἰ δεῖ τἀληθῆ λέγειν, ἂν μόνον εὐθὺς
ἐξ ἀρχῆς τῆς ἀληθείας πεφροντικότες φανῶμεν,
καὶ Θεὸν συνεργὸν εἰληφότες ταύτην ἀνεύρωμεν,
τῶν τῷ ψεύδει συνηγορούντων λογισμῶν ἁπάντων
ἀνατραπέντων, οὔτ' εἰς τοσαύτην ἀναισθησίαν
οἶμαί τινα τῶν ἁπάντων ἐλάσειν, ὥστε ταῖς τοῦ Θεοῦ
καὶ ταῖς ὑμετέραις ψήφοις καὶ τῷ φωτὶ τῆς ἀποδεί-
ξεως ἀντιλέγοντα τοῖς ἀνηνύτοις ἐπιχειρεῖν, οὔθ'
ὑμᾶς πρὸς τὸ πείθειν ἐκεῖνον, λόγων δεήσεσθαι,
τῇ τῶν οἰκουμενικῶν συνόδων ῥάβδῳ χρωμένους,
ἣν κἀκεῖναι τοῖς οὕτω θρασυνομένοις ἐπανετεί-
ναντο. ἀλλ' ἀδύνατον ταύτην τὴν ἕνωσιν ὁρῶμεν
οὖσαν, ἴσως ἐροῦσί τινες, καὶ βέλτιόν ἐστιν ὁπω-
σοῦν εἰρηνεύειν, ἢ τὰς μὲν ἀκριβεῖς διαλλαγὰς
μὴ δυναμένους εὑρεῖν, τῶν δ' ἐνδεχομένων ὑπερ-
ιδόντα, κενοὺς καὶ μηδὲν εἰργασμένους τὸ σύνολον
ἀπαλλάττεσθαι. ἐγὼ δὲ πρῶτον μὲν οὐδ' ἡγοῦ-
μαι δεῖν ἀδύνατόν τι τῶν πραγμάτων ἢ δυσχερὲς
ἀποφαίνεσθαι, πρὶν ἄν τις καὶ λάβοι πεῖραν ἐκεί-
νου· τὸ πρέπον ἅπαν πεποιηκώς· μικροψυχίας
γὰρ τοῦτ' ἂν εἴη τεκμήριον, καὶ τοῦ μὴ βούλεσθαι
τὰ μεγάλα πράττειν τῶν ἔργων, οἷς ἡ δυσχέ-
ρεια σύνεστιν. ὑμῶν δὲ πολλὰ μὲν ἄξια λόγου καὶ
σοφίας καὶ ἀρετῆς ἀπόδειξιν ἔχοντα καθ' ἡμέραν ἀ-
κούω λεγόντων, τῶν δὲ τῆς ἐπὶ τὴν τοιαύτην εἰρή-
νην ἁψαμένων ὁδοῦ, καὶ τοὐλάχιστον πεποιηκότων,
ἐξ ὧν οὐκ ἔστιν ὡς ἀδυνάτου ταύτης παντελῶς ἀπα-
γνῶναι. οὔπω καὶ τήμερον ᾔσθημαι· ὁ γὰρ τῆς οἰκονο-
μίας σκοπὸς, καὶ τὸ πάντα συγκαλύψαι τῷ τῆς
εἰρήνης ὀνόματι βούλεσθαι, ὡς ἔοικεν ἀπάγει τούτων
ὑμᾶς. ἐῶ γὰρ ὅτι καὶ ταῖς παροιμίαις ἁπάσαις τῶν
ἀδυνάτων ὑπάγεσθαι κινδυνεύσομεν, ἂν ἀληθῶς ἀ-
δύνατον ᾖ· φανούμεθα γὰρ ἀδυνάτων πάντες ἐπιθυ-
μήσαντες, εἰ μὴ πρόφασις ἄλλως καὶ εἰρωνεία
τις ἦν τὰ περὶ τῆς θαυμαστῆς εἰρήνης ᾀδόμενα.
ἔπειτ' εἰ καὶ καθάπαξ ἀδύνατον ἦν, καὶ μηδέν τι
τοιοῦτον πεπραχότες ὅλως ἐμέλλομεν ἀπιέναι, οὐχ
ὁρῶ τὴν ἐκ τῶν τἄλλα πράττειν ὠφέλειαν, ἕως
ἂν αὐτὰ μὴ τῷ τῆς ἑνώσεως τιμῶμεν ὀνόματι.
εἰ γὰρ διὰ φιλίαν ἁπλῶς ἢ κοινωνίαν ἢ χορηγίαν
χρημάτων ἢ κατὰ τῶν πολεμίων βοήθειαν ἢ βεβαίω-
σιν τῶν ὁπουδήτινος πραγμάτων πρότερον κλο-
νουμένων, ἢ τῶν τοιούτων τινὰ προσηγοριῶν ἀν-
τῆς ἐπεθυμήσαμεν, εὔλογον ἂν εἴη τούτων γοῦν
ἀπολαῦσαι βούλεσθαι τοὺς τῶν μεγίστων διαμαρ-
τόντας· καὶ τῆς μὲν εἰρήνης οὐ τετυχηκότας ἀλ-
γεῖν, ταῖς δ' ἐκ τῶν ἄλλων πραγμάτων ὠφελείαις
τὴν ἐκεῖθεν λύπην ἁμηγέπῃ παραμυθεῖσθαι. εἰ
δ' ἕνωσιν ἐκκλησιῶν καὶ εἰρήνην ταῦτα καλέσαι-
μεν,



μεν, ὥσπερ εἴ τις ἐν ψύχει τὸ ταῖς χιόσι βάλλε-
σθαι καὶ τοῖς ὄμβροις, διότι τις αὐτῷ παρέχει χρή-
ματα, θερμαίνεσθαι λέγοι, οὐκ οἶδα τίς ὑπὲρ
τοιαύτης εἰρήνης θύειν βουλήσεται· καὶ τὰ πρά-
γματα ἐπὶ τῆς προτέρας ἀμφιβολίας ἱστάμενα καὶ
πείθοντα σκυθρωπάζειν ἀφεὶς, τοὔνομα τῆς εἰ-
ρήνης εὐθυμίας λήψεται πρόφασιν, καὶ νομιεῖ
τινος τῶν ἐλπισθέντων τυχεῖν. ὥστε τῷ μὲν μη-
δὲ πρὸς ἄλλο τι καθάπαξ ἰδεῖν, ἢ τῆς τῶν ἀμη-
χάνων ἐπιθυμίας αἰσχύνη πρόσεστι μόνον· τὸ δ'
ἕνωσιν ἐπανιόντας κομίζειν οὐδὲν ἔχουσαν πλέον τῆς
πρόσθεν διαφορᾶς, καὶ τῷ ταύτης ἐμπανηγυρίζειν
ὀνόματι, δευτέρας καὶ χείρονος ἀπάτης ἔχει
κατηγορίαν, καὶ τοῦ πρώτους αὐτοὺς ὑφ' αὑτῶν
ἐξαπατωμένους καὶ τοὺς ἄλλους θέλειν ἐξαπατᾶν.
οὐ μὴν ἀλλ' ὅπερ ἡγοῦμαι μόνον ἀρκέσειν πρὸς
τοὺς ἐκεῖνα ἀντιτιθέντας, τἄλλα πάντα ἀφεὶς, καὶ
βουλόμενος ἤδη παύειν τὸν λόγον, τοῦτο βούλομαι
λέγειν.

Ἀδύνατόν ἐστιν, ἀδύνατον, ὦ πατέρες σεβά-
σμιοι, τὴν εἰρήνην ἐκείνην ἀδύνατον εἶναι,
εἴπερ τὸ πολλάκις γεγενημένον οὐδεὶς ἀδύνατον
λέγει. τοιαύτη δ' ἕνωσις ἑπτάκις πέπρακται ἤδη·
καὶ ὑμεῖς τῶν ἐκείνας διαπραξαμένων συνόδων
οὐδεμιᾶς κατ' οὐδὲν ἐλάττους ἐστέ· δυσχερῆ μέν-
τοι καὶ λίαν εἴποιμ' ἂν εἶναι· ἀλλὰ μεγίστην τε καὶ
ποθεινοτάτην, καὶ ἅ τις ἂν ἀπεύξαιτο πάντα
νικῶσαν, καὶ πολλῶν ὑμῖν στεφάνων αἰτίαν γενησο-
μένην, καὶ ὑπὲρ ἧς ἀποδημίαι μακραὶ καὶ πόνοι καὶ
κίνδυνοι καὶ χρήματα καὶ πάντα δὴ τὰ τοιαῦτα
καταπεφρόνηται· καὶ δυσχερῆ μὲν ὁμοίως φανεῖ-
σαν καὶ ταῖς ἄλλαις συνόδοις, ἀλλ' ὅμως οὐκ ἀ-
πέσχοντο διὰ τοῦτο ποθῆσαι ταύτην καὶ καταπρά-
ξασθαι πρὸς Θεοῦ. εἰ δέ τις ἀδύνατα τὰ πολ-
λὴν δυσκολίαν ἔχοντα λέγοι, οὐ δεῖ τούτῳ προσ-
έχειν. ὅτι δὲ τὸ μίαν τινὰ τὴν ἀληθῆ περὶ τῶν
προκειμένων συμπεράνασθαι δόξαν, καὶ παῦσαι
τὴν ἐκκλησίαν Θεοῦ περὶ τῶν πλείστων ἀμφι-
γνοοῦσαν, καὶ πρὸς ἑαυτὴν σχιζομένην, οὐχ ὅ-
πως ἀδύνατον, ἀλλ' εἴπερ ἄλλοτέ ποτε καὶ νῦν εὐ-
χερὲς, δῆλον αὐτόθεν τοῖς γε ἄνευ πάθους λογι-
ζομένοις. εἰ μὲν γὰρ οὐκ ἦν ἡμῖν ἐκ τῶν ὁμολο-
γουμένων πολλὰ πρὸς τὴν περὶ τῶν ζητουμένων ἕλ-
κειν ἐξέτασιν, ἀλλ' ἔδει τῶν οὔπω φανερωθέντων
εὑρετὰς ἡμᾶς γίνεσθαι, καθάπερ στοχαζομένους
τῆς ὑπερφυοῦς ἀληθείας· καὶ εἰ * κακοῖς τισιν
ἡμετέροις οὐκ ἦν λύειν τὴν ἀμφισβήτησιν, οὐδ'
οὕτως ἂν ἦν παντάπασι δυσχερὲς, τὸ μάλιστα τῇ
πίστει συμβαῖνον καὶ μηδαμοῦ προσιστάμενον ἐκλέ-
ξασθαι, ὡς ἀληθεστέρῳ τούτῳ προσκεῖσθαι·
εἰκὸς δ' ἦν τινας ἐνδοιάζειν καὶ τοὺς ἀνθρωπίνους
φυλάττεσθαι λογισμοὺς ὡς ἐπισφαλεῖς, ἢ μηδὲ
συμφωνεῖν ἀλλήλοις ἐθέλειν, τὰς ἑαυτῶν ὑπολή-
ψεις ἑκάστους διαφυλάττοντας. ἐπεὶ δὲ τῶν εἰς ταῦτα
φερόντων πλήρης μὲν ἡ θεία γραφὴ, γέμουσι δὲ
τῶν ἁγίων οἱ λόγοι, καὶ τοὺς πλείστους διαρρήδην πε-
ρὶ τούτων λέγοντας ἴδοι τις ἂν, καθάπερ ἐπίτηδες
δικαστὰς ἡμῖν τῶν ἀμφισβητήσεων καθημένους, καὶ χα-
λεπὸν ἐστιν ἀριθμεῖν ὁπόσα Γραικοὶ καὶ Λατῖνοι
συνειλοχότες ἐκεῖθεν ὑπὲρ τῆς ἰδίας ἑκάτεροι δό-
ξης προφέρουσι, τίς χαλεπὸν [a], τὰ μὲν τῆς γρα-

* ἴσως μὴ

a Forte deest, [illegible]. H.

inde ac ſi quis dum frigus eſt, nive & im-
bribus peti , quod ſibi ab aliquo pecunia
detur , hoc eſſe dicat calefieri ; neſcio quis
erit, qui pro hujuſmodi pace mactare vi-
ctimam velit ; & exhilarandi animi gratia
pacis nomen aſſumat , ac e rebus ſperatis
aliquid conſecuturum ſe putet , non videns
in priſtina res controverſia verſari , ac mœ-
rorem injicere . Quare ſi nihil plane aliud
fuit conſideratum , conjunctam ſolum id ha-
bet ignominiam deſiderii rerum nulla ratio-
ne perficiendarum : at ſi redeamus unionem
afferentes , in qua nihil plus inſit , quam
priori continebatur differentia , & ob nu-
dum ejus nomen communibus efferamur
gaudiis ; ſecundæ ac pejoris fraudis hoc e-
rit crimen , quod & primi nos a nobis ipſis
decipiamur, & alios velimus eludere . Ve-
rum ego, quod unum ſatis fore arbitror ad
eos refellendos , qui illa objiciunt , omiſſis
omnibus aliis, finem dicendi facturus , hoc
volo dicere .

Impoſſibile , impoſſibile eſt , veneran-
di patres, pacem illam eſſe impoſſibilem,
ſi quod ſæpe factum eſt , nemo dicit im-
poſſibile : talis vero unio ſepties jam pe-
racta eſt ; & nulla vos illarum ſynodo-
rum , per quas ea toties confecta eſt, ulla
eſtis ex parte inferiores : eſſe vero illam
perquam difficilem non negaverim ; verum
& maximam & optatiſſimam , & vincen-
tem omnia quæ quis deprecetur , multiſ-
que vos coronis redimituram , & pro qua
longæ peregrinationes , & labores , &
pericula , & pecunia , & hujuſmodi om-
nia pro nihilo ſunt habita : nam & aliis
conciliis ea viſa eſt pariter ardua, nec ta-
men propterea deſtiterunt ab exoptanda il-
la, & per Dei opem perficienda . Si quis
vero impoſſibilia vocat, quæ magnam ha-
bent difficultatem, audiendus non eſt . Quod
vero unam certam & veram de propoſita
materia definire ſententiam , & tanta am-
biguitate ac inteſtino ſchiſmate liberare
Dei eccleſiam , non modo non impoſſibi-
le , ſed ſi quando alias , nunc etiam fa-
cile ſit , per ſe patet iis , qui nullo affe-
ctu præoccupati dijudicant . Si enim ex
illis quæ recepta ſunt , non poſſemus af-
ferre multa ad præſentem diſquiſitionem,
ſed oporteret rerum adhuc ignotarum nos
fieri inventores, veluti per conjecturas ve-
ritatem , quæ vires naturæ ſuperat , in-
quirentes ; aut ſi nonniſi noſtro incommo-
do dirimi poſſet hæc controverſia, nec ita
quidem eſſet omnino arduum eligere , quod
maxime cum fide congruit, & nulla ratio-
ne cum ea pugnat ; illique ut verioti ad-
hærere : eſſent vero fortaſſe , qui dubita-
rent ; & humanarum cogitationum non ſa-
tis tuto judicio diſſiderent ; aut conſentire
cum alteris nollent , ſuis quique conten-
ti opinionibus . At cum plena ſit ſacra
ſcriptura ſententiis ad hoc ſpectantibus ;
& ſanctorum libri iiſdem ſcateant ; plu-
rimoſque de hac materia tam aperte quis
diſſerere videat , ac ſi data opera nobis
judices controverſiarum ſederent ; nec faci-
le ſit enumerare , quam multa Græci ac
Latini pro ſua utrique ſententia ex illis
collecta proferant ; quis difficile dicat , ſcri-
pturæ quidem dicta interpretari , ut æquum

eſt, atque decet; imo vero optimis eorum interpretibus acquieſcere; ſanctos vero inter ſe conciliare; & pauciores quidem ad plures, & eos qui nihil dixerunt ad eos qui rem expreſſerunt, & poſteriores ad antiquiores, & obſcurius rem involventes ad clare locutos adjungere; quod leges etiam in civilibus quæſtionibus fieri jubent; quodque vel ipſi, arbitror, ſancti inter ſe facerent, ſi fieri poſſet ut unum in locum convenientes alterius examinarent ſententiam, atque ita nos quoque in unam convenire ſententiam, ac deſinere bellum noſtrum transferre in pacis doctores? Quamdiu enim ipſi contrarias habebimus ſententias, dicta illorum pro
B ſe quiſque afferentes, fieri non poteſt, quin faciamus & illos, quantum in nobis eſt, pugnæ hujus participes. Hæc nullam habent difficultatem, niſi tantum penes illos, qui contendendi voluntatem habent; & ſuas quidem retinent anticipatas opiniones, nihil vero penitus admittunt ex iis, per quæ licet veritatem aſſequi; quos æquum eſt deſpici a veritatis ſtudioſis. Nam licet hæc eſſent prorſus difficilia, & nunquam ante nos ab aliis enixe quæſita & ad exitum perducta;
C certe tamen alienum eſt a ratione deſperare auxilium Spiritus, a cujus potentia vel ea, quæ re vera nobis impoſſibilia ſunt, longe ſuperantur: ſed credere oportet illum laborum ac periculorum, quæ paſſi eſtis, commiſeratione permotum, & vehemens in vobis deſiderium veritatis approbantem, ſui quoque favoris, quæ ſint ſatis, momenta daturum. Quamquam e contrario, ſi ad manum & facillima non eſſent, ab eo ſperanda eſt facultas rem præclare agendi, ſine quo effici nihil poteſt. Illius ergo ſit opus, ut ſimul & quod maxime conducit, eligatis; atque idem minimo negotio peragatis.

D

## EJUSDEM ORATIO II.
### in qua hujuſmodi pacis impedimenta tolluntur.

PRIMUM quidem, venerandi patres, ago gratias Deo, tum propter veſtrum in res honeſtas ſtudium; quod facit, ut boni aliquid dicentibus aures præbere nequaquam gravemini, conſiderantes non a quo dicatur, ſed quid valeant ea quæ dicuntur; tum propter ſuam erga me bonitatem; a qua profectum eſt, ut voti compos
E fuerim, tantiſque patribus plane non diſplicuerim. Neque enim fas eſt exiſtimare aliud præter Dei impulſum fuiſſe cauſæ, cur & vos de rebus honeſtis conſenſeritis; cunctiſque prorſus cogitationibus utilitatem ac pacem de qua conſultaturi profecti huc ſumus, præpoſueritis; & unus quidam, dum de tantis rebus conſilium dat, omnibus viſus fuerit æqua dicere. Deinde cum nuper, non modo quem ego cenſeam utiliorem pacis modum, ſed etiam qua ratione ad illum perveniri poſſit, me vobis conſilio promiſerim oſtenſurum; jamque alterum præſtiterim, nunc reliquam debiti partem ſoluturus accedo. Et ſcio quidem

A φῆς ὡς ἂν εἴη δίκαιον καὶ προσῆκον ἐξηγουμένους, μᾶλλον δὲ τοῖς ἐξηγησαμένοις ἄριστα πειθομένους, τοὺς δ' ἁγίους ἀλλήλοις συνάπτοντας, καὶ τοὺς μὲν ἐλάττους τοῖς πλείοσι, τοὺς δὲ σιγήσαντας τοῖς εἰποῦσι, τοῖς δ' ἀρχαιότητι διαφέρουσι τοὺς ὑστέρους, τοῖς δὲ σαφῶς ὁμιλήσασι τοὺς ἀσαφέστερον τῷ λόγῳ χρησαμένους προσθέντας, ὅπερ κἀπὶ τῶν πολιτικῶν ζητημάτων ἀξιοῦσιν οἱ νόμοι, καὶ ὃ κἂν αὐτοὺς οἶμαι ποιῆσαι πρὸς ἑαυτούς, εἴπερ οἷόν τ' ἦν εἰς ταυτὸν συνελθόντας τὰς ἀλλήλων ἐπισκέψασθαι γνώμας, οὕτω δὴ καὶ ἡμᾶς ἀλλήλοις συμβῆναι, καὶ παύσασθαι τὸν ἡμέτερον πόλεμον ἐπὶ τοὺς τῆς εἰρήνης διδασκάλους διαβιβάζοντας; ἕως γὰρ ἂν ἡμεῖς στα-
B σιάζωμεν συμμάχους, τὰς ἐκείνων ἐπαγόμενοι ῥήσεις, ἀδύνατον μὴ κἀκείνους τὸ καθ' ἡμᾶς κοινωνοὺς ποιεῖσθαι τῆς στάσεως. ταῦτ' οὐδεμίαν ἔχει δυσχέρειαν, εἰ μὴ μόνοις τοῖς φιλονεικεῖν βουλομένοις, καὶ τὰς ἰδίας μὲν προλήψεις φυλάττουσι, δι' ὧν δ' ἂν γένοιτο τῆς ἀληθείας τυχεῖν, τούτων οὐδὲν ὅλως προσιεμένοις· ὧν καταφρονεῖν τοὺς τῆς ἀληθείας ἐπιθυμοῦντας πέφυκε δίκαιον. ἀλλ' εἰ καὶ δυσχερῆ ταῦτ' ἦν ἀτεχνῶς, καὶ μηδέποτε πρὸ ἡμῶν ἑτέροις μήτε σπουδασθέντα μήτ' ἀνυσθέντα, τήν γε παρὰ τοῦ πνεύματος συμμαχίαν οὐκ εὔλογον ἀπελπίζειν,
C ᾧ καὶ κατὰ τῶν ὡς ἀληθῶς ἡμῖν ἀδυνάτων ὑπερβάλλουσα πρόσεστι δύναμις· ἀλλὰ πιστεύειν ἐκεῖνο τῶν πόνων ὑμᾶς καὶ τῶν κινδύνων ὧν ὑπέστητε κατοικτείραν, καὶ τὸν σφοδρὸν ἐν ὑμῖν τῆς ἀληθείας πόθον ἀποδεξάμενον, ἀρκοῦσαν παρ' ἑαυτοῦ προσθήσειν ῥοπήν. εἰ γὰρ τοὐναντίον μὴ προχειρότατα ἦν, ἐκεῖθεν τὴν τοῦ κατορθώσειν δύναμιν ἐλπίζειν προσῆκεν, οὗ χωρὶς οὐδὲν ἀνύειν ἐστίν. αὐτοῦ τοίνυν γένοιτ' ἂν ἔργον, τό, τε μάλιστα συνοῖσον ὑμᾶς ἑλέσθαι, καὶ ὡς ἐλάχιστα πεπονηκότας αὐτὸ καταπράξασθαι.

## ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΛΟΓΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ,
### ἐν ᾧ ἀναιρεῖται τὰ κωλύματα τῆς τοιαύτης εἰρήνης.

ΠΡΩΤΟΝ μέν, ὦ πατέρες σεβάσμιοι, χάρις Θεῷ τῆς θ' ὑμετέρας περὶ τὰ καλὰ προθυμίας, δι' ἣν τοῖς ἀγαθόν τι λέγουσι προσέχειν ἀξιοῦτε τὸν νοῦν, οὐκ αὐτοὺς τοὺς λέγοντας ἐξετάζοντες, τὴν δὲ τῶν λόγων ἐπισκεπτόμενοι δύναμιν· τῆς τε περὶ ἐμὲ φιλανθρωπίας αὐτοῦ· ἧς ἔργον τὸ γνώμης ἐπιτυχεῖν, καὶ τοσούτοις ἀρέσαι πα-
E τράσι γέγονεν ἄντικρυς. οὔτε γὰρ ὑμῖν τῆς ἐν τῷ καλῷ συμφωνίας καὶ τῶν πάντων ἁπλῶς λογισμῶν τὸ συμφέρον καὶ τὴν εἰρήνην, ὑπὲρ ἧς ἥκομεν σκεψόμενοι, προτιθέναι, οὔθ' ἑνί τινι περὶ τηλικούτων γνώμην εἰσφέροντι, τοῖς πᾶσι δόξαι δίκαια λέγειν, ἄλλο τι πλὴν τῆς ἐκεῖθεν ῥοπῆς νομίζειν ἔξεστιν αἴτιον. ἔπειτα πρώην οὐ μόνον ὃν τινα τῆς εἰρήνης τρόπον ἡγοῦμαι λυσιτελέστερον ἔσεσθαι, ἀλλὰ καὶ δι' ὧν ἂν γένοιτο τούτου τυχεῖν, συμβουλεύσειν ἐπαγγειλάμενος, καὶ θάτερον ἀποδεδωκώς, νῦν ἥκω καὶ τὸ λοιπὸν τοῦ χρέους ἐκτίσων. καὶ οἶδα μὲν δυσχερεστάτης ὕλης ἁπτόμενος, καὶ



κἂν συμβῇ μηδετέροις ἡμῶν ἢ τοῖς ἑτέροις μόνοις τοὺς λόγους ἀρέσκειν, κίνδυνον οὐκ ὀλίγον ἐχούσης τῷ ταύτην ὑφισταμένῳ· ἀλλ' ὅμως τὸ μὲν τολμῆσαί τι περὶ ταύτης εἰπεῖν, οὐ μᾶλλον θράσους καὶ προπετείας ἢ τῆς ἀγαθῆς ἐλπίδος δόξειν ἅπασιν οἶμαι· ἣν ἐκ τῶν προτέρων λαβόντα, εὔλογόν ἐστι κἀπὶ τῶν παρόντων διαφυλάττειν, καὶ ταύτην προβαλλόμενον αὖθις ἐπιχειρεῖν· τῆς δ' ἀπὸ τοῦ μηδετέροις ἀρέσκειν ἢ τοῖς ἑτέροις φαίνεσθαι φορτικὸν ἀηδίας συμβησομένης, πρῶτον μὲν τὸ τῆς ἀληθείας χάριν αὐτῆς ἀνασχέσθαι καὶ τοῦ φαινομένου καλοῦ, ἀρκοῦσαν ὑπάρξειν ἡγοῦμαι παραμυθίαν· ἔπειθ' ὅτι καὶ τῶν ὑμῖν ὕστερον ἀρεσόντων ἔσομαι κοινωνός, καὶ τὸ περὶ τούτων ἄλλο τι πρότερον πεφρονηκέναι πρὸς τὸ ταῖς ὑμετέραις τίθεσθαι ψήφοις οὐδὲν ἐμπόδιον ἔσται. ὥσθ' ἡγοῦμαι τὰ δίκαια ποιοῦντας ὑμᾶς ἢ μηδὲ τὴν ἀρχήν, ἄν τι τῶν οὐχ ὑμῖν ἀρεσκόντων φαίνωμαι λέγων, δυσχεραίνειν, πρὸς τὴν γνώμην ἀποβλέποντας μᾶλλον, ἢ καὶ μετὰ ταῦτ' * ἀντιλέγειν ἀξιοῦντι μηδὲ θέλοντι τοῖς ἐγνωσμένοις ἐμμένειν καὶ ταῦτ' ἀντὶ τῶν ἅπασι δοκούντων αἱρεῖσθαι, συγγνώμης τε μεταδώσειν καὶ λύσειν τὴν ἀηδίαν. τούτοις ἐγὼ τῷ τῆς ὑποθέσεως ἐρημώδει τοὺς λογισμοὺς ἀντιτάξας, καὶ πρὸ πάντων τὴν ὑμετέραν προστησάμενος εὔνοιαν, ᾗ θαρροῦντα δεῖ τι καὶ παρακινδυνεύειν, καὶ ἣν προσῆκε διαφυλάττοντα τοῖς χαλεπωτάτοις ἐπιχειρεῖν, τὰς δευτέρας ὑποσχέσεις ἀποτίσαι πειράσομαι, ὧν ἄνευ οὐδὲν ἂν ἐκ τῶν προτέρων μήτε λέγοντος ταῦτα μήτε πειθόντος ὄφελος εἴη. πολλὰ μὲν οὖν τὰ τὴν θαυμαστὴν ταύτην εἰρήνην εὐχερῆ καὶ ῥᾳδίαν ἡμῖν, ἂν βουληθῶμεν μόνον, δείξοντα πέφυκεν. οὐκ ὀλίγων δὲ γέμουσαν ἐναντιωμάτων αὖθις ἔστιν ἰδεῖν τοῖς μὴ καθαρῶς ἐπισκεπτομένοις· ἃ οἶμαι δεῖν περὶ τῶν κωλυόντων πρῶτον εἰπών, καὶ ταῦτ' ἐξορίσαι ὡς πορρωτάτω τῶν ὑμετέρων ψυχῶν· ἥδοισθε γὰρ ἂν καὶ αὐτοὶ τῶν τοῖς καλοῖς ἐπιβουλευόντων λογισμῶν γενναίως ἐλαυνομένων, καὶ πρὸς τὰ ποιοῦντα ταύτην ἀκωλυτότερον βαδιεῖσθαι, καθάπερ ἐν ὁδῷ τινι τῶν ἐν αὐτῇ δυσκόλων ἀφαιρεθέντων. ἀνάσχεσθε δὲ μικρὸν λαμβάνοντος ἄνωθεν. τὸ μὲν οἰκονομικήν τινα καὶ φαινομένην ἕνωσιν καταπράξασθαι, τῶν ἀμφισβητουμένων ὡς ἔχει πως μενόντων, οὔτε συμφέρον, οὔτ' εὐπρεπὲς ἐδείξαμεν ὄν, ἀλλ' ἀνάξιον μὲν τῆς ἡμῶν ἀρετῆς, πόρρω δὲ τῆς ἡμετέρας προσηγορίας· καὶ τῷ πνεύματι μὲν ἥκιστ' ἀρέσκον, ὑφ' οὗ καὶ συνῆχθαί φαμεν, οὐκ ὀλίγας δὲ τὰς παρὰ τῶν ἀνθρώπων μέμψεις ἐπάξον ἡμῖν· πρὸς δὲ τούτοις οὔτε ταῖς ἀγαθαῖς ἐλπίσι συμβαῖνον ὑφ' ὧν κεκινήμεθα τὴν ἀρχήν, οὔτε τῇ διὰ πάντων παρασκευῇ προσῆκον, ἢ καὶ πρὸς ἄλλο τι μεῖζον, εἴπερ ἦν, τοῦ παρόντος ἤρκεσεν ἄν· καὶ χείρονος πολέμου καὶ μάχης ἄρξον μετὰ ταῦτα Χριστιανοῖς· τὴν δὲ τῆς ἀληθείας εὕρεσίν τε καὶ ζήτησιν καὶ τὴν ἀπ' αὐτῆς τοῦ ψεύδους τομήν, μόνην ἀληθῆ καὶ τελείαν ἕνωσιν εἶναι, καὶ πάντων μὲν ἐλαττωμάτων ἀπηλλαγμένην, καλοῦ δὲ παντὸς γέμουσαν, καὶ πρὸ πάντων θεοφιλῆ, οὐ

* Γρ. ἀντιλ. μὴ ἀξιοῦντι καὶ θέλοντι τοῖς ἐγνωσμ. καὶ μὴ ταῦτα, &c.



A me difficillimam aggredi materiam, & non modicum imminere periculum de hac materia tractaturos, ſi contingat aut neutri partium, aut alteri tantum placere quæ ſum dicturus; Verumtamen audere quidem de ea quidpiam dicere, viſum iri arbitror omnibus non tam impudentiæ & procacitatis, quam ſpei bonæ argumentum; quam ab antecedentibus acceptam conſentaneum eſt etiam in præſentibus conſervare, & ea propoſita rurſus ad dicendum aggredi: ad temperandam vero offenſionem, ſi aut neutri partium placitura ſint quæ dicam, aut alteri tantum contingat eſſe gravia; primum quidem ſa-
B tis fore arbitror, ſi veritatis bonique apparentis ergo illam patiamini; deinde illud etiam, quod ad eam quæ vobis tandem placuit, accedam ſententiam; nihilque erit impedimento, quo minus veſtram ſententiam ſequar, quod aliter antea de his ſenſerim. Quare puto vos quod æquum eſt facientes, aut nihil omnino ægre laturos, ſi quid minus placiturum vobis dicere videbor, ad mentem potius meam reſpicientes; aut poſtea offenſionem depoſituros, veniamque daturos nolenti contradicere, & decreta ſequi non abnuenti, & communi ſententiæ meam hanc non præferenti. Has ergo rationes
C difficultati materiæ opponens, & ante omnia veſtram præ oculis benevolentiam habens; qua me fretum oportet aliquod etiam ſubire periculum, quamque mihi tuentem difficillima convenit aggredi; ſecunda promiſſa conabor perſolvere, ſine quibus nulla erit ex prioribus utilitas, ſi hæc ego non dicam, aut ſuadeam. Multa ſunt igitur, quæ præclaram hanc pacem facilem nobis ac nullius negotii, dummodo velimus, oſtendent: rurſus non paucis eam ſcatere oppoſitionibus viderint, qui rem non ſincere conſiderant: Primum ergo de impedimentis agendum cenſeo, ut a veſtris animis ea quam longiſſime re-
D moveantur: gratum enim hoc vobis etiam erit, ſi cogitationes illæ, quæ rebus honeſtis moliuntur inſidias, ſtrenue abigantur; faciliuſque ad ea tranſibitis, per quæ fiet pax, ſi quæ illam aſperiorem faciunt, quaſi offendicula de via ſubmoveantur. Patimini vero quæſo me paulo altius rem ordiri. Unionem itaque conficere apparentem, & ſolum præſenti rerum ſtatui profuturam, rebus quæ verſantur in controverſia, ita ut nunc ſe habent manentibus, nec utile nec decorum eſſe oſtendimus; ſed rem noſtra quidem virtute dignam, ab ejus vero nominis, quo nuncupamur, ſignificatu longe diſtantem:
E & Spiritui quidem, a quo nos congregatos aſſerimus, minime placentem; multis vero nos hominum reprehenſionibus ſubjicientem: & præterea bonæ ſpei, qua ſumus ab initio ducti, haud reſpondentem; nec univerſo apparatui congruentem, qui ſatis eſſet ad quodlibet aliud, ſi ullum eſſet, præſenti negotio majus: & poſtremo rem, quæ foret Chriſtianis origo prælii ac pugnæ deterioris: Inventionem autem & inquiſitionem veritatis, ejuſque a mendacio ſecretionem, eſſe ſolam veram & perfectam unitatem, omni ſane vitio li-

beram, & bonis omnibus affluentem;
quodque caput eſt, Deo gratam; quod
in omnibus quæ fiunt a nobis, debet eſ-
ſe in primis propoſitum. Erit porro hæc
aut Latinis additamentum abjicientibus,
& cum illo fidei profeſſionem emittere
deſinentibus, aut Græcis etiam illud ut
neceſſarium adjicientibus. Imo vero, ut
melius dicam, confeſſio quidem ſequi de-
bet, fides autem cordis præcedere, in
quo primum ſtabilienda eſt veritatis agni-
tio, omniumque per illam conjunctio.
Aut ergo Latinos oportebit omnino affir-
mationem ignorare, quam tuebantur, &
credere Spiritum eſſe a Patre ſolo, aut
Græcos ſentire illum eſſe etiam ex Filio:
etenim alius non reſtat modus iis, qui
veram volunt paciſci pacem. Nunc e-
nim fides horum in contradictionem eſt
poſita quæ nullum admittit medium; ſed
neceſſe eſt alteram ejus partem utrique
abjiciant, & ſolam alteram utrique reti-
neant; deinde fidem e corde ad os effe-
rentes, per hoc illam fateantur ad ſalu-
tem; atque ita in unam omnes catholicam
conveniant eccleſiam, quæ ſignificare vult
veræ confeſſionis & ſententiæ unitatem.
Hanc ego veram eſſe unionem ſtatuo;
quam pridem ipſe quidem propoſui, ſed
eam vobis ſuaſiſſe non dixerim, cum a
vobis ipſis jam olim perſuaſi eſſetis, imo
vero a Spiritu didiciſſetis, hoc eſſe pul-
chrum & juſtum. Verum hanc multi ægre
audiunt, quod ex ſententiæ mutatione de-
decus imprimatur; & Latinos quidem di-
cere audio, rem eſſe gravem, ſi poſtquam
per tot annos ſententiam hanc tenuiſſent,
& credidiſſent ipſi, atque in fidei ſym-
bolo expreſſiſſent, nec non alios ſtudio-
ſe docuiſſent, & ſcriptis eam veluti ex
maxime neceſſariis unum probaſſent, ac
rationibus demonſtraſſent; nunc puerorum
more veritatem edocti ab aliis ſua ipſi
damnarent; & ſibi quidem primis hanc
notam inurerent, poſteros vero etiam e-
juſdem participes facerent: ignorantiæ
quoque & cæcitatis crimen non in ſe mo-
do, ſed in cunctos etiam ſuos majores
conjicerent, inter quos multi habuere ſan-
ctitatis opinionem, tamque eccleſiæ Ro-
manæ injuſta macula putarent ſe præclarum
facinus feciſſe: graviſſimum vero illud eſ-
ſe, quod ita neſcirent, an eſſent funden-
dæ preces pro ſuis majoribus, ut recte de
fide ſentientibus, & juſta illis perſolven-
da; an vero deberent illos ut hæreticos,
mendaciumque per totam vitam amplexos,
deſperata eorum ſalute contemnere, & co-
gnationis jura illis negare. Si enim, in-
quiunt, crederemus ſolum, ex Filio etiam
procedere Spiritum ſanctum, non acceſſiſ-
ſet autem & vocis confeſſio, tolerabile eſ-
ſet relicta una ſententia ſequi aliam. Po-
teſt enim utraque pars aliam quoque non
[illegible] poſt ſchiſma ſecuta ſententiam, nunc
ab ea diſcedere, dum mutuas ſibi operas
[illegible] nulla mutationem ignominia con-
ſequetur, quod neutra pars ſtatuerit illam
tueri veluti quid fixum, & neceſſarium ad
ſalutem; cujus indicium eſt quod inter a-
lia quæ hujuſmodi ſunt, non fuerit poſi-
tum in fidei confeſſione. Cum autem ſe-
latum a nobis ſit in numerum immobilium

A μάλιστ' ἐν πᾶσι τοῖς ὑφ' ἡμῶν πραττομένοις πρέ-
πει στοχάζεσθαι. αὕτη δ' ἂν γένοιτο, ἢ Λατίνων
τὴν προσθήκην ἀτιμαζόντων, καὶ παυομένων
μετὰ ταύτης τὴν πίστιν ὁμολογεῖν, ἢ καὶ τῶν Γραι-
κῶν αὐτὴν προστιθέντων ὡς ἀναγκαίαν. μᾶλλον
δ' εἰπεῖν, τὰ μὲν τῆς ὁμολογίας ἕπεσθαι δεῖ,
τὴν δὲ τῆς καρδίας πίστιν ἡγεῖσθαι, καὶ πρὸς αὐ-
τῇ παγιῶσαι πρώτῃ τὴν γνῶσιν τῆς ἀληθείας
καὶ τὴν ἐν αὐτῇ πάντων ἕνωσιν. οὐκοῦν ἢ Λατί-
νους ἀγνοῆσαι παντελῶς ἣν ἐφρόνουν κατάφασιν,
καὶ παρὰ μόνου τοῦ πατρὸς πιστεύειν εἶναι τὸ πνεῦ-
μα, ἢ Γραικοὺς καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ φρονεῖν ἐκεῖνο δεή-
σει· ἄλλος γὰρ οὐχ ὑπολείπεται τρόπος τοῖς γε
B κατ' ἀλήθειαν ἀλλήλοις σπένδεσθαι θέλουσιν. ἐπεὶ
νῦν ἐν ἀντιφάσει τούτων ἡ πίστις, ἧς οὐδέν ἐστιν ὁ-
ρεῖν μεταξὺ, ἀλλ' ἀνάγκη θάτερον αὐτῆς ἀμφοτέρους
μέρος ἀπωσαμένους, τοῦ λοιποῦ καὶ ἀμφοτέρους ἔχε-
σθαι μόνου· εἶτα τὴν πίστιν ἀπὸ καρδίας ἐπὶ τὰ
χείλη προάγοντας, διὰ τούτων ἐπὶ σωτηρίᾳ ταύ-
την ὁμολογεῖν, καὶ οὕτως ὑπὸ μίαν καθολικὴν
ἐκκλησίαν πάντας τελεῖν, ἣ τὴν τῆς ἀληθοῦς ὁμολο-
γίας καὶ δόξης δηλοῦν ἑνότητα βούλεται. ταύτην ἀλη-
θινὴν ἕνωσιν ὑπάρχειν ὁρίζομαι, εἰσηγησάμενος μὲν
πρώην αὐτὸς, ἔπεισα δ' ὑμᾶς οὐκ ἂν εἴποιμι, καὶ
πάλαι πεπεισμένους ὑφ' ἑαυτῶν, μᾶλλον δ' ὑπὸ τοῦ
C πνεύματος τοῦτ' εἶναι τὸ καλόν τε καὶ δίκαιον διδα-
χθέντας. ἀλλὰ ταύτην τοὺς πολλοὺς ἡ τῆς μετα-
βολῆς αἰσχύνη δυσχεραίνειν ποιεῖ. καὶ τῶν μὲν Λατί-
νων ἀκούω λεγόντων, ὡς δεινὸν ἂν εἴη τῆς δόξης ταύ-
της τοσούτοις ἔτεσιν ἐχομένους, καὶ πιστεύοντας μὲν
αὐτοὺς, κἂν τῷ τῆς πίστεως ὁμολογοῦντας συμβό-
λῳ, διδάσκοντας δὲ τοὺς ἄλλους μετὰ σπουδῆς, κἂν
τοῖς συγγράμμασιν ὥς τι τῶν πρὸς τὴν σωτηρίαν ἀ-
ναγκαιοτάτων ταύτην κυροῦντας καὶ λόγοις ἀποδει-
κνύοντας, νῦν ὥσπερ τινὰς παῖδας τὴν ἀλήθειαν
ὑπ' ἄλλων δεδιδαγμένους αὐτῶν καταγνῶναι· καὶ πα-
θεῖν μὲν πρώτους αὐτοὺς τὸ δεινὸν, μεταδοῦναι δὲ
τῆς αἰσχύνης τοῖς μετὰ ταῦτα, τῶν δὲ τῆς ἀγνοίας
D καὶ τυφλώσεως ἐγκλημάτων καὶ τοὺς πρὸ ἡμῶν πάν-
τας ποιήσασθαι κοινωνοὺς, ἐν οἷς πολλοὶ τοῦ τῆς ἁ-
γιωσύνης ὀνόματος ἔτυχον· καὶ τοσαύτην ἀδοξί-
αν τῆς Ῥωμαϊκῆς καταχέαντας ἐκκλησίας οἴεσθαι
τι κατωρθωκέναι· καὶ τὸ δὴ χεῖρον ἁπάντων, ἄδη-
λον εἶναι, πότερον ὡς ὑπὲρ ὀρθοδόξων εὔχεσθαι
δεῖ τῶν ἡμετέρων προγόνων, καὶ τὰς ὀφειλομένας
αὐτοῖς ἀφοσιοῦσθαι τιμὰς, ἢ ὡς αἱρετικῶν καὶ τῷ
ψεύδει συμβεβιωκότων καταφρονεῖν, τὴν αὐτῶν σω-
τηρίαν ἀπογινώσκοντας, καὶ τὴν αὐτῶν ἐκείνους συγγένει-
αν ἀρνεῖσθαι. εἰ μὲν γὰρ ἐπιστεύομεν μόνον καὶ ἐκ
τοῦ υἱοῦ προϊέναι τὸ πνεῦμα, μὴ προσῆν δὲ καὶ ἡ τῆς
E γλώττης ὁμολογία, ἀνεκτὸν ἂν ἦν δόξαν δόξης ἀν-
τιλαβεῖν· ἐνδέχεται γὰρ καὶ ἄλλο τι τῶν οὐ καλῶν
μετὰ τὸ σχίσμα δοξάσαντας ἑκατέρους, νῦν ἀποθέ-
σθαι τοῦτο παρ' ἀλλήλων ὠφεληθέντας, καὶ τὴν
αἰσχύνην μὴ προσεῖναι τῇ μεταθέσει, ὅτι μηδέ-
τεροι ὡς ἀκίνητόν τι καὶ πρὸς τὴν σωτηρίαν ἀναγ-
καῖον ἐγνωκότων διαφυλάττειν· οὗ σημεῖον τὸ μηδ'
ἐν τῇ τῆς πίστεως ὁμολογίᾳ τοῖς ἄλλοις ἔχειν αὐτὸ
συνομολογεῖν. ἐπεὶ δὲ τὴν τῶν ἀκινήτων δογμά-
των τῆς πίστεως παρ' ἡμῶν ἀπείληφε τάξιν, καὶ πά-
σης ἄνευ ἀμφιβολίας τοσούτοις ἤδη χρόνοις κη-
ρύτ-



ρύττεται, ὡς μηδ' εἰδέναι δύνασθαι σχεδὸν ἀκρι- A
βῶς μήτε τοὺς προσθέντας, μήθ' ὑφ' ὧν πρὸς ταῦ-
τα ἐκινήθησαν, ἀλλ' ἄλλους ἄλλο τι διηγεῖσθαι,
τίς ἂν ἀνάσχοιτο τοῦτο κινεῖν, μὴ πρότερον ἀδοξίαν
ἐσχάτην καὶ τὸ γέλως ἅπασιν εἶναι καταδεξάμενος;
οὐδεμία γὰρ ἂν αἰσχύνη γένοιτο μείζων τοῦ μαρτυρεῖν
ἡμῖν αὐτοῖς τὴν ἀπάτην, καὶ τὴν μακρὰν τοῦ
ψεύδους ὁμολογίαν· καὶ ταῦτα σοφίᾳ καὶ λόγων
δεινότητι διδασκάλους ἄλλοις τῆς ἀληθείας γίνε-
σθαι δυναμένους. Λατίνους μὲν ταυτὶ πυνθάνομαι
λέγειν· τοὺς δὲ Γραικοὺς οἶμαι σφόδρα τὴν τῆς φιλο-
νεικίας δόξαν φυλάττεσθαι, καὶ αὐτοὺς ἐπὶ σοφίᾳ
φρονοῦντας· καὶ νομίζειν αἰσχρὸν, ἂν φανῶσι το- B
σοῦτον χρόνον ληροῦντες, καὶ τὴν ἀληθεστάτην δό-
ξαν ἐλαύνοντες, καὶ τὴν τῶν ἀδελφῶν παραιτούμε-
νοι κοινωνίαν. ἐξ οὗ δὴ πολλῶν δεινῶν πειραθῆναι
σφίσι συνέβη, πρὸς τὸν τῆς ἀπιστίας κατακλυ-
σμὸν ἄνευ συμμάχων πολεμεῖν ἀναγκαζομένοις.
κοινῇ δ' ἀμφοτέρους ἡγοῦμαι τὴν ἀπὸ τῆς ἥττης
αἰσχύνην ἐκτρέπεσθαι, ἣν τῷ τι μαθεῖν τὴν ἀ-
λήθειαν καὶ τῷ τὸ ψεῦδος ἀπομαθεῖν νομίζουσι
συνεζεῦχθαι· ἑκάτεροι γὰρ, ὡς ἔστιν ἰδεῖν, ἐπὶ
τῷ τοὺς διδάξαι μᾶλλον τοὺς ἄλλους καὶ σφίσι δεῖξαι
συμφώνους ἦλθον ἐλπίσιν. ἐγὼ δὲ τῆς μὲν φαινομέ-
νης αἰσχύνης ἥκιστα ἂν φαίην Γραικοὺς ὑπολογίζε-
σθαι δεῖν ἐπὶ τὸ μὴ παραδέχεσθαι δόξαν ἤδη πρῶ- C
τον εἰσαγομένην, κἂν ἀληθὴς ἐτύγχανεν οὖσα, καὶ πρὸς
ταύτην φιλονεικεῖν· τὸ γὰρ πιστεύειν τὸ ψεῦδός ἐστιν
αἰσχρότερον, καὶ φιλονεικία ψευδοῦς ὁμολογίας ἔλατ-
τον εἰς ἁμαρτήματος λόγον. καὶ Γραικοῖς μὲν ἔστιν
εἰς τὴν ἀσφάλειαν τοῦ συμβόλου καταφυγεῖν, καὶ
τὴν κοινὴν ὁμολογίαν ἑαυτῶν προβάλλεσθαι· ἣν,
εἰ μηδὲν ἄλλο, βουλομένους σφᾶς αἰδεῖσθαι καὶ σώ-
ζειν φαῖεν ἂν μέχρι τοῦ φιλονεικεῖν. τοῖς δὲ Λατί-
νοις τὸ τῆς καινοτομίας ὕπεστιν ἔγκλημα· καὶ τὸ μό-
νους ἅψασθαι τῶν κοινῶν ἐφ' ἑαυτοῖς θαρρήσαντας,
τὴν πλάνην σφίσι χείρω ποιεῖ. καὶ πολλοῖς ἄλ-
λοις τρόποις ἔλαττον τὸ τῆς αἰσχύνης δέος τῇ τῶν
Γραικῶν ὑπάρχειν ἡγοῦμαι μεταβολῇ, ὡς μηδ' αἰ- D
σχύνην ὅλως ἐξεῖναι ταύτην καλεῖν. τί γὰρ αἰ-
σχρὸν τὸ τῆς ἀληθείας ἀκριβῶς ἀντέχεσθαι, καὶ
τοῖς κοινῇ δεδογμένοις ἐμμένοντας τὴν περὶ τῶν ἰδίᾳ
τισὶν ἀρεσάντων ψῆφον συνόδῳ κοινῇ πάντων ἀνα-
τιθέναι; καὶ μήθ' ἑαυτοῖς μόνοις μήτ' ἄλλοις ἄνευ
αὐτῶν τὰ τοιαῦτα θέλειν πιστεύειν; τί δὲ καὶ δεινὸν
ἐρεῖ τις, τὸ τὰ δέος ἔχοντα δεδιέναι; ἐδεδίεσαν γὰρ
καὶ αὐτοὶ φωνὴν οὔπω πᾶσιν ἀρέσκουσαν ἐπαινεῖν,
καὶ πρὸ τοῦ δοκιμάσαι ταύτην κηρύττειν, τοῦτο δὲ τὸ
δέος λόγον ἔχον ἐστίν· ἐπεὶ μετ' ἀσφαλείας ἐπὶ τὰς
περὶ Θεοῦ δόξας πρέπει χωρεῖν, ἅτε πολλῶν κιν-
δύνων, καὶ μεγίστου τοῦ τὴν σωτηρίαν καθάπαξ ἀ- E
ποβαλεῖν, ἑπομένων τῇ προπετείᾳ. εἰ γὰρ μὴ τοῦτ'
ἦν, ἀλλὰ τῆς δόξης παντάπασι κατεγνώκεσαν,
οὐδενὸς ἂν αὐτοῖς πρὸς ὑμᾶς ἐδέησε λόγου. ὥσπερ
οὐδὲ τοῖς ἄλλο τι τῶν ἀνηκέστων φρονοῦσιν ἀνάσχοιντ'
ἂν ὑπὲρ αὐτοῦ συζητεῖν. ἀλλὰ μὴν οὐδ' αἰσχρόν ἐστιν
οὐδετέροις, ἀγνοοῦντας μαθεῖν, εἰ μὴ καὶ πᾶσαν
ἀτιμάζειν μέλλομεν ἐπιστήμην ἣν οὐκ ἔστι λαβεῖν
μὴ πρότερον τὴν ἀντικειμένην ἀποβάλλοντας ἄ-
γνοιαν· καὶ τῶν ὁτιοῦν ἐπισταμένων κατηγορεῖν, ὅτι
μὴ τῆς ἀγνοίας ἔχεσθαι μέχρι παντὸς ἠβουλήθη-

A fidei dogmatum, & ſine ulla hæſitatione
per tam longa tempora prædicetur, ut ne
illud quidem certo ſcire propemodum va-
leamus, quinam addiderint, aut qua per-
moti cauſa id fecerint, ſed alii alia nar-
rent; quis hoc dimoveri patiatur, ni
prius velit extremam ferre ignominiam,
& riſui omnibus eſſe? nulla enim fuerit
ignominia major, quam ſi nobis ipſi ſi-
mus teſtes erroris, & diuturnæ profeſſio-
nis mendacii; idque cum doctrina & exa-
cta diſſerendi facultate aliis magiſtri ve-
ritatis eſſe poſſimus: & hæc quidem audio
a Latinis dici. Græcos vero arbitror &
ipſos ſapientiæ laudem ſibi tribuentes, val-
B de illud cavere, ne videantur altercatio-
nem affectaſſe; exiſtimare turpe eſſe, vi-
deri ſe tanto tempore nugatos, & veriſſi-
mam opinionem inſectatos, fratrumque
communionem averſatos; ex quo multa
illos mala perpeti contigerit, nimirum ut
ſoli contra ingruentem infidelitatis eluvio-
nem abſque ſociis bella gerere cogeren-
tur. Utroſque autem pariter exiſtimo de-
clinare ignominiam, ſi devincantur; quam
putant cum eo conjunctam, quod eſt ve-
ritatem addiſcere, & dediſcere mendacium.
Convenerunt enim utrique, ut videre li-
cet, ea ſpe, ut alios doceant potius, at-
que ad ſuam traducant ſententiam. Ego
C vero dixerim, Græcos non debere eſſe ſo-
licitos de hac apparente ignominia, quod
non ſit ab illis recepta opinio, dum pri-
mum induceretur, licet vera eſſet, ſed
oppugnata; turpius enim eſt credere fal-
ſum, & minus erratur contendendo, quam
falſam confeſſionem proferendo. Et Græci
quidem poſſunt ad ſymbolum tuto confu-
gere, communemque pro ſe objicere con-
feſſionem; quam ſi nihil aliud ſuppe-
teret, velle ſe dixerint obſervare & co-
lere vel concertando. Latini vero ſunt in
crimine innovationis, & quod ſoli tracta-
verint communia ſibi confidentes, gravior
illis error efficitur: & multis aliis modis
D puto minus eſſe timendam Græcis muta-
tionis ignominiam, ut ne ignominiam qui-
dem hanc vocare penitus liceat. Quæ eſt
enim ignominia, veritati perfecte adhære-
re; & perſiſtendo in iis, quæ communi
omnium decreto definita ſunt, generali con-
cilio permittere de iis judicium, quæ pri-
vatim aliquibus placuere? nec ſibi ipſis
tantum, nec aliis velle fidem habere in
rebus hujuſcemodi ſuo non accedente con-
ſenſu? Quid vero mali eſt, dixerit quiſ-
piam, timere timenda? timebant enim &
ipſi vocem nondum omnibus probatam pro-
bare; & antequam eſſet recepta, prædica-
re; timor autem iſte non eſt a ratione alie-
E nus. Oportet enim ad ea quæ de Deo ſen-
timus, accedere tuta cum cautione; cum
temeritatem multa ſequantur pericula, ma-
ximum vero illud, ſalutis omnino amit-
tendæ. Si enim id ita non eſſet, ſed plane
ſententiam reprobaſſent, non opus eſſet ut
vobiſcum agerent: quemadmodum cum ho-
minibus alia quadam incurabili opinionis
pravitate laborantibus ne diſputationem
quidem habere paterentur de ea. Nec ve-
ro turpe eſt utriſque, ſi ignorant, addi-
ſcere; niſi velimus ſcientiam prorſus reji-
cere, quæ nonniſi abjecta oppoſita igno-
ran-

A rantia poteſt haberi; & cujuſvis ſcientiæ peritos damnare, quod ignorantiam perpetuo non ſolverint metu dedecoris quod ſequitur, dum addiſcere videntur. E contrario namque turpe potius eſt, dum nos ſcire omnia putamus, nullique ob perceptam utilitatem habere gratiam volumus, ex hac vita cum ignorantia decedere. Præterea cum pro veritate ſint a nobis ſuſcepta certamina, jucundum ſane eſt, cum ea victoriam conſequi; ſed nullo modo turpe eſt videri, ea comperta ſe dedere. Qui enim prompto animo cedunt armis veritatis, eique vel apparenti tantum colla ſubmittunt, non dicendi ſunt a quoquam hominum vinci, quibus etiam turpe eſt videri inferiores, ſed a
B veritate ipſa, a qua ſe vinci optant omnes homines: vinci autem ab illis mendacium jure optimo dicat quiſpiam, ſi veritatis ope illud impetant, cui fuerant antea famulati. Nec etiam illud turpe eſt, ſententiam prudenter mutare, & omnino de malo in bonum tranſire: turpitudo enim in eo ſita eſt, dixit quidam, non ſi a malo receditur, ſed ſi in malo perſeveretur. Græcos igitur propter hæc dico debere opinari, nullam in ſeſe ignominiam cadere, ſi credant Latinis, dum vera illi dicant, idque modis omnibus palam faciant; nec velle propter eam reſpuere veram ſententiam, quam fatentes & credentes, eique ſe per ambo hæc conjungen-
C tes neceſſe eſt concordiæ veritatiſque mercedem a Deo indubitanter expectent. Latinos vero (quamquam video rationes eorum enervatas per nonnulla a me jam dicta; nec immerito plane ignominiam ab eis timeri, eum propter hæc ipſi pluſquam alii jure turbentur) illud etiam æquum eſt conſiderare; nullam ſe majoribus ſuis injuriam illaturos, ſi veritatem ipſi amplectantur; imo potius utilitatem allaturos, dum fortaſſe puram & illibatam opinionem tenentes ipſi orabunt pro hominibus falſitate deceptis, & humani aliquid paſſis; mercedis loco a Deo petentes ob certamina pro veritate ſuſce-
D pta, miſericordiam eis tribui: quin etiam probra illorum paulatim obtegere poterunt; quæ augerent potius, ſi acceptum ab illis ſequerentur errorem, & malum ſibi ipſis foverent. Quod ſi non aviditate gloriæ voluntateque primas tenendi inter fratres, præfiniendique omnibus quæ vera & juſta ſunt, ſed neceſſitate quadam quæ a ratione non abhorreret, & cogitationibus victi, quas deſpicere non poterant, induxere hanc opinionem, par eſt, nobis etiam tacentibus, illos eſſe miſericordiam conſecutos, expertoſque Deum propitium, qui ſe vel graviſſimis criminibus judicem præbet humanum, ſi non e ſimili voluntate proficiſcantur; id
E quod potius viris illis contigiſſe mihi ipſe perſuadeo. Neque enim viros ſanctimonia vitæ præſtantes, quique Deum dilexerunt ſuper omnia, viſus ipſe eſſet affeciſſe præmiis, quibus ſibi caros donat, atque in cœtum beatorum aſciviſſe, ni prius illis condonaſſet pœnas ob errorem luendas, quæ falſitate captos in perpetuum a beatorum ſorte ſecernunt. Quod vero Deus multorum, & dum viverent, & ubi vita functi eſſent, teſtatam [illegible] ſanctitatem oſtenderit, & Latinorum eccleſia, [illegible] honorem adhibendo, & Græci [illegible]

Hæc & ſimilia dixit auctor ante factam unionem.

A σαν, τὴν ἐκ τοῦ δόξαι μανθάνειν δεδιότες αἰσχύνην· τουναντίον γὰρ μᾶλλον αἰσχρὸν, ἅπαντ' εἰδέναι νομίζοντας, μηδὲ βουλομένους χάριν τινὶ τῆς ὠφελείας ὁμολογεῖν, μετ' ἀγνοίας ἀπαλλάττειν τοῦ βίου· πρὸς δὲ τούτοις ὑπὲρ ἀληθείας ὄντων ἡμῖν τῶν ἀγώνων, ἡδὺ μὲν δήπου μετὰ ταύτης νικᾶν. τὸ δὲ ταύτην εὑρίσκοντας ἡττᾶσθαι δοκεῖν, πάσης αἰσχύνης ἀπήλλακται. τοὺς γὰρ τοῖς τῆς ἀληθείας ὅπλοις ἐνδιδόντας ἑτοίμως, καὶ φανείσῃ μόνον ὑπείκοντας οὐδεὶς ἂν εἴποι νικᾶσθαι παρ' οὐδενὸς τῶν ἀνθρώπων, ὧν αἰσχρόν ἐστι καὶ χείρους ὀφθῆναι, ἀλλ' ὑπὸ τῆς ἀληθείας αὐτῆς, ὑφ' ἧς εὐχὴ πᾶσιν ἀνθρώποις ἐστὶ τὸ νικᾶσθαι. νικᾶν δὲ ψεῦδος αὐτοὺς καὶ μάλα δικαί-
B ως εἴποι τις ἄν, ἅτε μετὰ τῆς ἀληθείας ἐπιόντας τῷ ψεύδει, ᾧ τὸν πρόσθεν χρόνον ἐδούλευσαν. καὶ μὴν οὐδὲ τῷ δόξαν δόξης νουνεχόντως ἀλλάξασθαι, καὶ ὅλως πρὸς τἀγαθὸν ἐκ τοῦ χείρονος μεταβαλεῖν, αἰσχύνη τις πρόσεστιν· οὐ γὰρ ἡ τοῦ κακοῦ μετάθεσις, ἀλλ' ἡ τοῦ κακοῦ τήρησις τὸ αἰσχρὸν, ὡς εἶπέ τις, ἔχει. τοὺς μὲν οὖν Γραικοὺς διὰ ταῦτά φημι δεῖν ἐκ τοῦ πεισθῆναι Λατίνοις, ἂν ἀληθῆ λέγωσι, καὶ τοῦτο πᾶσι τρόποις ἐργάζωνται φανερὸν, μηδεμίαν ὑποψίαν ἔχειν αἰσχύνης. μηδ' ἕνεκα τούτου τὴν ἀληθῆ προΐεσθαι δόξαν· ἣν ὁμολογοῦντάς τε καὶ πιστεύοντας, καὶ ταύτῃ δι' ἀμφοτέρων τούτων συναπτομένους, ἀνάγκη τοὺς τε
C τῆς ὁμονοίας καὶ τῆς ἀληθείας μισθοὺς βεβαίως ἄνωθεν προσδοκᾶν. Λατίνοις δὲ, εἰ καί τινα τῶν εἰρημένων ὁρῶ σαθροὺς ἐκείνων δεῖξαι τοὺς λογισμοὺς, καὶ τὸ τῆς αἰσχύνης δέος οὐ παντάπασιν ἄλογον, καί τι πλέον τῶν ἄλλων αὐτοῖς εἰκότως ὑπὸ τούτων ταραττομένοις, κἀκεῖνα προσενθυμεῖσθαι δίκαιον, ὅτι τοὺς μὲν προγόνους οὐδὲν ἐκ τοῦ τὴν ἀλήθειαν φρονεῖν αὐτοὶ παραβλάψουσιν, εἰ μὴ καὶ μᾶλλον ὠφελήσουσιν, ἴσως ὑπὲρ ἀνθρώπων ἑαλωκότων τῷ ψεύδει, καί τι παθόντων ἀνθρώπινον, αὐτοὶ μετὰ καθαρᾶς καὶ ἀκιβδήλου δόξης εὐχόμενοι, καὶ τῶν ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ἀγώνων μισθὸν αἰτοῦντες παρὰ Θεοῦ τὴν εἰς ἐκείνους φιλανθρωπίαν. καὶ τὰ ἐκείνων δὲ συγκαλύψαι κατὰ μικρὸν
D ὀνείδη δυνήσονται, ἅπερ ἔμελλον αὔξειν, τῆς ἐκείνων ἐχόμενοι πλάνης, καὶ τὸ δεινὸν ἐν σφίσι διαφυλάττοντες. εἰ δὲ μὴ δόξης ἐπιθυμίᾳ καὶ τῷ βούλεσθαι πρωτεύειν τῶν ἀδελφῶν, καὶ τἀληθῆ καὶ δίκαια πᾶσιν ὁρίζειν, ἀλλ' ἔκ τινος ἐχούσης λόγον ἀνάγκης, καὶ λογισμῶν ἡττηθέντες, ὧν οὐκ εἶχον ὑπερορᾶν, τὴν δόξαν ταύτην εἰσήνεγκαν, εἰκός ἐστι καὶ σιγώντων ἡμῶν αὐτοὺς φιλανθρωπίας εὑρέσθαι καὶ Θεοῦ τυχεῖν ἵλεω, ὃς καὶ τῶν χειρίστων ἁμαρτημάτων, ἂν μὴ ἐκ τῆς ὁμοίας ἁμαρτάνηται γνώμης, φιλάνθρωπος γίνεται δικαστής· ὃ καὶ μᾶλλον ὑπὲρ τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων ἔγωγε πείθομαι. οὐ γὰρ ἂν τοὺς ὀρθότητι βίου τῶν ἄλλων διενεγκόντας καὶ πρὸ πάντων αὐ-
E τὸν ἀγαπήσαντας ἔδοξε ταῖς τῶν γνησίων ἀμειψάμενος δωρεαῖς καὶ τῷ τῶν μακαρίων καταλέξας χορῷ, μὴ πρότερον αὐτοῖς τὰς ἐκ τῆς πλάνης ὀφειλομένας δίκας ἀφεὶς, αἳ διηνεκῶς τοὺς ἑαλωκότας τῆς τῶν μακαρίων εἴργουσι λήξεως. ὅτι δὲ πολλοῖς τὴν ἁγιωσύνην καὶ ζῶσι καὶ τελευτήσασι μεμαρτύρηκεν ὁ Θεὸς δι' ὧν εἴωθεν αὐτὴν μαρτυρεῖν, ἥ τε τῶν Λατίνων ἐκκλησία τιμῶσα τούτους καὶ σέβουσα δείκνυσι, καὶ Γραικοὶ πάντως ἂν συγχωρήσαιεν· οὐδὲ πλάνην φαῖεν εἶναι τὸ πρᾶγμα, καὶ μά-



A μάτην ὑμᾶς ἐκείνοις τὴν τῆς ἁγιωσύνης δόξαν προσάπτειν, τῶν εἰς ταύτην ζητουμένων οὐδοτιοῦν αὐτοῖς συνειδότας. ὥστ' ἐλπίς ἐστι καὶ πάνυ βεβαία, μηδὲν αὐτοῖς πρὸς τὴν σωτηρίαν τὴν ἐν τῷ συμβόλῳ προσθήκην λυμαίνεσθαι, ὑπ' ἀνάγκης μόνον τινὸς καὶ λόγων δεικνύντων ταύτην ἀκίνδυνον πραχθεῖσι, μηδὲ τῶν ὑμετέρων εὐχῶν δεήσειν αὐτοῖς· καὶ πολλῷ μᾶλλον ἂν μὴ καὶ τὸ ὑμέτερον αὐτοῖς προστεθῇ, ἀλλὰ τὴν ἀλήθειαν ὑμῶν ἐπιγνόντων, μέχρις αὐτῶν μόνον τὸ παρὰ τοῦ ψεύδους βλάβος ἐκτείνηται. τὸν ὑπὲρ σφῶν αὐτῶν, οὐχὶ δὲ καὶ τῶν ὑμετέρων ψυχῶν ὀφλήσουσι λόγον· ὃν εἰκός ἐστιν αὐτοῖς ἀφεθῆναι, εἰς ἐλάττους τὴν τῆς
rum genus, quod mandatis ejus non pareat; quin potius nullum eſt, quod ſe in ea colenda & obſervanda patiatur vinci ab aliis. Adeo multus honor ei defertur ab omnibus, tantumque abeſt ut incidat illi ſuſpicio, ne qua ſibi adverſus ea, quæ præcipere voluerit, repugnantia ſeu contentio aliconde ſuboriatur. Nam præter abſolutam ſpiritalis domini poteſtatem, per quam benigna manſuetudine temperat ſeveritatem, nec ſinit contra ſua juſſa ſubditorum aliquem ſeſe extollere, aut petulans quidpiam contra dominam & matrem cogitare; Latini etiam omnes ſponte ſua cogente nemine, ſuo ad eam obſervandam nutu feruntur, doctrina & prudentia pluſquam alii, præſtantes; & aſſiduis præconum concionibus edocti, quanta illi debeatur veneratio. Itaque reverentiam, qua illam proſequuntur, & fide docti multis quoque bonis donarunt ejus præſules, quæ cum piam eorum, qui illa dedere, mentem declarent, ſæpe probrorum & ſcandalorum origo iis fiunt, qui datis bene uti neſciunt. Proinde novum etiam aliquod edente decretum, omnes illud ſine ulla curioſitate recipient: & nunc haud minorem præſtabunt reverentiam, cum ſibi, ſi quando alias, obedientiam exiſtimant profuturam, & ſi repugnent, aſperiores ſolito ſe pœnas daturos. Quod ſi vellent etiam contendere, nulla eſſet illis occaſio: non enim nova aliqua induceretur opinio, ſed addita tolleretur, quod idem eſſet atque ad antiquam & omni ſuſpicione liberam redire confeſſionem. Inconveniens ergo eſſet, novitatem quidem invehenti obedire; ab ea vero fidem antiquam retinente & comprobante recedere: & ſola quidem ea res hujuſmodi agente nihil habere ſuſpectum, cum fratribus autem comperiente quod tenendum eſt, animo fluctuare: & eam quidem oppugnatam ab aliis colere; nunc vero, qui prius hoſtes erant, ſocios habentem aſpernari. Nam ſi quando abjecta reverentia audendum quid erat illis petulantius, conſentaneum erat id contingere, cum ſine fratribus poſuit additamentum, tanta in re ſibi confidens: at cum omnes tunc obtemperaverint quavis cogitatione poſtpoſita reverentiæ, quam adverſus illam adhibebant, par eſt eos nunc etiam nolle contradicere. Quod ſi qui omni æquitate & ratione, nec non iracundia veſtra contempta veſtris ſententiis noluerint acquieſcere, ſed perſiſtere in prioribus maluerint, quæ de contradicturis jam dixi ad Græcos, eadem & vobis fore ſatis puto ad hujuſmodi homines: & quemadmodum Græcorum eccleſiam, ita decet & veſtram non deſiſtere bona comparare ſapientibus metu contentionis inſipientium, quam certe ſpes eſt non futuram, quod ſi fuerit, aut rite tollatur, aut juſte puniatur neceſſe eſt. Prætereo quod vos veſtris facilius perſuadebitis, ſi contradicant, cum & non indocti ſint, & eadem lingua utantur, & poſſint efficaciſſimis traduci rationibus, quam Græci hominibus hiſce peregrinæ linguæ ac rudibus ad percipiendam rationum & ſenſuum profunditatem atque magnitudinem plane ineptiſſimis; non minus certe, quam ſit ad volandum

dum ſtructura corporum. Ad hæc Græci A quidem unam aut duas ex hiſce nationibus non ſine lacrymis, & magnæ infelicitatis opinione dimiſerunt, quod paucæ remaneant, quibuſcum una pace fruantur: Vos autem, ſi qua veſtrarum gentium divellatur omnino a vobis, & morbo opprimi videatur inſanabili, ægre quidem feretis amiſſionem & errorem illorum, a quo neminem capi vobis eſt in optatis, ſed nullam vos pati cenſebitis amicorum & affinium orbitatem, cum futuri ſint vobis multi, & quovis numero frequentiores, qui promptos ad obediendum exhibeant animos, ſicut alii refractarios, quibuſque B ſociis utamini pacis conciliatæ cum Græcis. Neque enim dici poteſt fore, ut omnes ſeu plures in ſuum caput arma capiant, & ſeſe transfodiant gladio. Ita hanc quoque ſuſpicionem, quæ non contemnenda videbatur, nullius eſſe momenti, nec poſſe naturam ejus accurate conſiderantes abducere a recto propoſito, & oratio jam oſtendit, & vos melius perſpicietis, animum attente ad illam adjicientes. Deſinant ergo qui nobis quaſi terriculum, defectionem quorumdam objiciunt, & pravorum inſuper inſolentiam audaciamque fovent; fruſtra hæc pios & rerum honeſtarum ſtudioſos optaſſe affirmantes, noſque neſcio quo non inertiores ac leviores redi- C turos; ne alia probra dicam, quibus jure obnoxii eritis. Prius enim oportebat cogitationes iſtas explicare, vel terriculamenta potius ad incutiendum timorem objicere, ut ſuis utrique vellent manere in finibus: nec modum pacis aggrederentur, tanquam propter hæc ipſa inutilem, ac talem ut fieri nulla ratione poſſit: non modis omnibus nunc ad pacem adhortari, quid non dicendo, quid non agendo, quod movere poſſet ad pacem? & quo non illam faciliorem aſſerendo? vel ipſo uno congreſſu futuram aſſeverando: nunc vero difficultates commemorare, & timores injicere: in his enim etſi licebat initio, at nunc certe non licet D curas defigi ab iis, qui in ipſa devenerunt agendi tempora. Cum vero ne tunc quidem habitura locum eſſent hujuſmodi impedimenta penes homines, qui bonis uti norunt conſiliis, quis dee eſſe hujus temporis agere de hiſce rebus? Qua porro ratione fiat, ut qui nunc talia dicunt, neceſſario ſeſe præ pudore non contegant; & qui in eam adducentur ſententiam, quod Deus avertat, poſtea præ rubore non ſe cooperiant? neque enim eſt culpæ ejuſdem auctoribus, aut illi aſſentientibus, dum de tantis rebus adhuc deliberarent, metu rationis experte perculſos non perſpi- E cere quid honeſte & utiliter eſſet agendum; & ſtudium, ubi rem ſunt aggreſſi, reſtinguere: illud enim habet opinionem ſocordiæ; hoc vero dementiæ quoque crimen non effugit: & illi quidem nullum eſt adjunctum periculum, per hoc autem neceſſe eſt ſumma quoque rei periclitetur. Cum ergo demonſtratum ſit per ea quæ diximus, utrumque hoc impedimentum, quæ ponderis alicujus habere videntur, nihil obſtare; reliqua in conſideratione quidem nulla ſunt digna, quæ frivola eſſe deprehendere poterit e longinquo quicumque voluerit

A σχολή· καὶ ὅτι Γραικοὶ μὲν ἓν ἢ δύο τῶν τοιούτων ἐθνῶν οὐκ ἂν ἀδακρυτὶ πρόοιντο, καὶ χωρὶς τοῦ δοκεῖν ἠτυχηκέναι τὰ μέγιστα, ὀλίγων ὄντων τῶν ὑπολοίπων καὶ οἷς τῆς εἰρήνης συναπολαύσονται· ὑμεῖς δ᾽ ὁπόταν τι καὶ καθάπαξ ἀπορράγῃ τῶν ὑμετέρων ἐθνῶν, καὶ δόξῃ νενοσηκὸς ἀθεράπευτα, δυσχερῶς μὲν οἴσετε τὴν ἔκπτωσιν αὐτῶν καὶ τὴν πλάνην· ἣν οὐδένα τινὰ παθεῖν τῶν ἁπάντων εὐχῆς ἔργον τίθεσθε· τὴν δὲ τῶν φίλων τε καὶ γνησίων ἐρημίαν οὐδαμῶς ὑπολογιεῖσθε, πολλῶν ἐσομένων ὑμῖν καὶ παντὸς ἀριθμοῦ κρειττόνων, οἳ τὴν εὐπείθειαν, καθάπερ ἄλλοι τὴν παρακοὴν, ἐπιδείξονται, καὶ οἷς τῆς πρὸς Γραικοὺς εἰρήνης χρήσεσθε κοινωνοῖς. οὐ γὰρ B δὴ πάντας ἢ τοὺς πλείους κατὰ τῆς σφῶν ὁπλίσεσθαι κεφαλῆς, καὶ καθ᾽ ἑαυτῶν ὠθήσειν τὸ ξίφος οὐδ᾽ ἔστιν εἰπεῖν. οὕτω καὶ τοῦτο τὸ δέος, καίτοι τῶν οὐ τυχόντων καὶ εἶναι δοκοῦν, φαῦλόν τι καὶ μὴ δυνάμενον ἀπάγειν τῶν προκειμένων καλῶς τοὺς αὐτοῦ τῇ φύσει προσέχοντας, ὅ, τε λόγος ἔδειξεν ἤδη, καὶ ὑμεῖς ἄμεινον ὄψεσθε, τὸν λογισμὸν αὐτῷ καλῶς ἐπιστήσαντες. παυσάσθων τοίνυν οἱ τὴν ἐνίων ἀποστασίαν ἡμῖν ἐπισείοντες, καὶ τὴν τῶν πονηρῶν ἀλαζονείαν καὶ τόλμαν προσθεραπεύοντες, τοὺς εὐγνώμονάς τε καὶ τῶν καλῶν ἐραστὰς μάτην εὐξαμένους αὐτὰ περιιδεῖν ἀξιοῦντες, καὶ ἡμᾶς οὐκ οἶδα C τίνος οὐκ ἀργοτέρους καὶ κουφοτέρους ἐπανελθεῖν, ἵνα μηδὲν λέγω τῶν ἄλλων ὀνειδῶν, οἷς δικαίως ἐνέξεσθε. τούτους γὰρ ἔδει πρότερον ὑποβάλλειν τοὺς λογισμοὺς, μᾶλλον δὲ τοῖς μορμολυκείοις τούτοις δεδίττεσθαι, καὶ πείθειν ἑκατέρους ἐφ᾽ ὧν εἶχον μένοντας, ὡς ἀσυμφόρῳ διὰ ταῦτα καὶ ἀδυνάτῳ τῷ τῆς εἰρήνης τρόπῳ μὴ ἐγχειρεῖν· οὐ τότε πᾶσι τρόποις ἐπὶ τὴν εἰρήνην παρακαλοῦντας, καὶ τί μὲν οὐ λέγοντας, τί δ᾽ οὐ ποιοῦντας τῶν δυναμένων κινεῖν; τίνος δ᾽ οὐ ῥᾴστην αὐτὴν ἀποφαινομένους καὶ τῷ συνελθεῖν μόνον ἀλλήλοις ἀκολουθήσουσαν, νῦν δυσχερῶν τινων μεμνῆσθαι καὶ φόβους ἐπανατείνεσθαι. τούτων γὰρ εἰ καὶ τὴν ἀρχὴν D ἐξῆν, ἀλλ᾽ οὐκ ἐν τῷ παρόντι φροντίζειν ἔξεστι τοὺς ἐν τοῖς τοῦ πράττειν ἀφιγμένους καιροῖς. ὅπου δὲ οὐδὲ τότε χώραν ἔμελλεν ἕξειν τὰ τοιαῦτα τῶν κωλυμάτων παρά γε τοῖς καλῶς εἰδόσι βουλεύεσθαι, πῶς ἂν δοίη τις τῷ παρόντι καιρῷ τὴν περὶ τούτων σκέψιν ἁρμόττειν; ἢ πῶς οὐκ ἐμφράττεσθαι μὲν τοὺς λέγοντας νῦν, ἐγκαλύψεσθαι δὲ τοὺς εἰς τοῦτο (ὃ μὴ γένοιτο) πεισθησομένους πᾶσα ἀνάγκη; οὐδὲ γὰρ τὴν ἴσην ἔχει κατηγορίαν ἐπὶ τοῖς βουλεύσασιν ἢ τοῖς πεπεισμένοις τό, τε περὶ τηλικούτων ἔτι βουλευομένους, ἀλόγῳ δέει τοῦ καλοῦ καὶ συμφέροντος ὑπεριδεῖν, καὶ τοῦ πράτ- E τειν ἀρξαμένους ἐπισχεθῆναι. τὸ μὲν γὰρ ἡ τῆς ῥᾳθυμίας ὕπεστι δόξα, τὸ δὲ οὐδὲ τῆς τῆς ἀνοίας ἐγκλήματος ἀπήλλακται· κἀκείνῳ μὲν οὐδεὶς συνέζευκται κίνδυνος, τούτου δ᾽ ἕνεκα καὶ περὶ τῶν ὑπαρχόντων κινδυνεύειν ἀνάγκη. τούτων τοίνυν ἀμφοτέρων τῶν κωλυμάτων σαφῶς ἐξεληλεγχθέντων ἀπὸ τοῦ λόγου δοκεῖ, τοῖς ἄλλοις οὐδὲ προσέχειν δίκαιον ὅλως· ὧν τὴν σαθρότητα πόρρωθεν ἔξεστι τοῖς βουλομένοις πάντη φωρᾶσαι. αὐτίκα τίς οὐκ οἶδε τοὺς θρυλλουμένους περὶ τοῦ μὴ δεῖν μήτε προστιθέναι μήτ᾽ ἀφαιρεῖν τοῦ συμβό-





λου διορισμοὺς; ἐπήρειαν ἄλλως ὄντας ὡς οἱ λέ- A γοντες αὐτοὺς ἐκλαμβάνουσι, καὶ χάριν τοῦ συγκαλύπτειν τὴν ἐκ τῆς φιλονεικίας αἰσχύνην ἐξευρημένους; εἰ μὲν γὰρ ἔσται τι πεῖθον Γραικοὺς τὴν τῶν Λατίνων ἀπαναίνεσθαι δόξαν, καὶ προστιθέναι τῷ συμβόλῳ ταύτην ἀπαξιοῦν, ἄλλος ἂν εἴη λόγος· καὶ τὴν τῆς συνόδου ψῆφον ἐκείνην ὑγιῶς νοοῦντας οὐδεὶς αἰτιάσεται. κατὰ γὰρ τῶν ὑφαιρέσεσί τισι καὶ προσθήκαις τὴν πίστιν λυμαινομένων, καὶ νόθον εἰσαγόντων θεολογίαν, ἐξενήνεκται τὴν ἀρχὴν· ἣν αἰδουμένους, αὐτούς τε μηδὲ τοιοῦτον τολμᾶν, καὶ τοῖς τετολμηκόσι μὴ κοινωνεῖν φαῖεν ἂν ἅπαντες. ἂν δὲ τοὐναντίον μᾶλλον ἀληθεστάτην καὶ B τοῖς τῆς πίστεως θεμελίοις σφόδρα συμβαίνουσαν, καὶ τοῖς ἁγίοις δοκοῦσαν τὴν δόξαν ταύτην εἶναι πεισθῶσι, μάταιος ἡ πρὸς ἐκεῖνα καταφυγή· οὐ γὰρ λέγουσι τὴν τῶν πατέρων διαστρέφοντες ψῆφον, ἕως ἂν ἐκεῖνοι τὸ ψεῦδος προαναιροῦντες, οὐ τὰς ἀληθεῖς ἐκβάλλοντες δόξας, ταύτην ἐξενήνεγκαν. τοῖς γὰρ ἄλλην πίστιν συγγράφουσιν ἀπειλοῦσι, καὶ τοὺς ὁτιοῦν τῶν ὡμολογημένων προσθήκαις τισὶν ἐναντίαις, καὶ ὑφαιρέσεσι δολεραῖς ἀνατρέπειν βουλομένους ἀπείργουσιν. ὥστε καθὰ προσήκει νοουμένης τῆς ψήφου, οὔτε Λατῖνοι τἀληθὲς προστιθέντες ἐγκαλοῖντ᾽ ἂν δικαίως, καὶ Γραικοὺς συμφωνοῦντας μὲν οὐδὲν ἁμαρτάνειν, ἄλλο δέ C τι λέγοντας ἐπηρεάζειν ἄντικρυς λείπεται. ἔπειτα εἰ καὶ Λατίνοις μόνοις ἢ Γραικοῖς Λατίνων χωρὶς οὐκ ἔξεστι καὶ ὁτιοῦν προστιθέναι, ἀλλά γε τὴν οἰκουμενικὴν σύνοδον οὐδεὶς τουτὶ τὸ γέρας ἀφελέσθαι δυνήσεται· ἐπεὶ καὶ τὰς ἄλλας συνόδους προσθήκαις τισὶ τὴν ἀληθινὴν ἀναδειξάσας οἴδαμεν πίστιν· καὶ ὁ τῆς προσθήκης καταψηφιζόμενος ὅρος, ἣν ἄν τις εἷς ὢν καὶ δόξαν ἰδίαν δημοσιεύων ποιήσαιτο, οὐχ ἣν ἂν σύνοδος ὅλη βουληθείη προσθεῖναι, ταύτην ἐλαύνει· οὐδαμοῦ γὰρ ἐκεῖ συνόδου γίνεται μνήμη, ἀλλὰ μηδενί φησιν ἐξεῖναι. καὶ μὴν ἃ κωλύει πιστεύειν, ταῦτα καὶ προστι- D θέναι τῷ συμβόλῳ τῆς πίστεως οὐκ ἐᾷ· ταῦτα δέ ἐστιν ὁπόσα τοῖς ἀληθέσιν ἐναντιοῦται, καὶ τοῖς μετὰ πολλοὺς ἀγῶνας κεκρατηκόσιν οὐ συμφωνεῖ. ἃ δὲ πιστεύειν ἔξεστι, ταῦτα καὶ ὁμολογεῖν συγκεχώρηται, ἣν γὰρ τοῦ συμβόλου δήπουθεν ὁμολογίαν, τὸ μηδένα λανθάνειν ἐνίους περὶ τὴν πίστιν διεφθαρμένους, ἀναγκαίαν πεποίηκεν· ἣν ἐφ᾽ ὅσον τοῖς ἀκινδύνως πιστευομένοις συμφωνοῦσαν ποιῆταί τις, οὐκ ἂν δικαίως νομίζοιτο παραβλάπτειν. ἄλλως δὲ καὶ καταψευσόμεθα τοῦ συμβόλου τῆς πίστεως, καὶ μάτην ἀναγνωσόμεθα τοῦτο, τῆς ἐξ αὐτοῦ γινομένης ἀσφαλείας ἤδη πεπατημένης. οὐδὲ γὰρ σύμβολον ἔσται λοιπὸν μὴ πᾶσαν τὴν ἐν τῇ ψυχῇ πεπηγυῖαν περὶ τῶν E τῆς πίστεως ἄρθρων δόξαν ἀνακαλύπτον, οὐδὲ τῶν ἀδυνάτων ἐστὶ καὶ ψευδῆ τινας πεφρονηκότας λανθάνειν· καὶ τῇ μὲν ὁμολογίᾳ μεθ᾽ ἡμῶν ἵστασθαι, τῇ δὲ πίστει διακεκρίσθαι, ἅπαξ τούτου συγχωρηθέντος. πῶς δὲ καὶ τὴν τῆς πίστεως ἀκρίβειαν περισώσομεν, ἣν ἐν τῷ ταύτην ὁμολογεῖν παρειλήφαμεν συνεστάναι, αὐτοὶ τοῦ καὶ γλώττῃ κηρύττειν ταύτην φειδόμενοι; ἢ τίς ἡμῖν ἐκ τῶν ἀναγκαίως πιστευομένων ἔσται σωτηρίας ἐλπὶς, εἴπερ εἵνεκα μὲν σωτηρίας ὁμολογεῖν δεῖ τὴν πίστιν ἀκούομεν, αὐτοὶ δ᾽ ὥσπερ αἰσχύνην τὸ τὴν

A In primis enim quis ignorat, decantata illa decreta, quod nihil in ſymbolo aut addere, aut demere liceat, juxta ſenſum eorum qui illa objiciunt, eſſe plane calumnias, ad obtegendam contentionis ignominiam adinventas? Nam ſi quid eſt, quod perſuadeat Græcis, ut reſpuant ſententiam Latinorum, prohibeatque illam ſymbolo addere, alia res eſt; & nemo decretum illud ſynodi ſane intelligentes culpaverit; Latum quippe eſt a principio in eos, qui detractionibus atque additamentis quibuſdam fidem depravant, & adulterinam invehunt theologiam: cujus reverentia nec ſibi tale quidpiam audiendum, nec ſi qui B auſint, admittendos eſſe ad communionem, omnes affirmaverint. Quod ſi potius e contrario perſuadeatur illis, ſententiam illam eſſe veriſſimam, & cum fundamentis fidei valde congruentem, & ſanctis probatam; inane eſt ad illa refugium: nihil enim dicunt perverſe intelligendo decretum patrum, cum hoc illi ediderint, ut mendacio viam præcluderent, non ut veras ſententias eliminarent, minas enim in eos jactant, qui aliam fidem conſcribunt; & iis tollunt facultatem, qui adjiciendo quid contrarium, & ſubdole auferendo quodlibet ex confeſſis evertere voluerint. Quare ſi decretum intelligatur ita C ut oportet, neque Latini culpandi ſunt, ſi adjecerunt quod verum eſt, neque Græcos errare dicendum, ſi conſenſerint: alioquin reſtat, ut aliud dicentes calumnias certe ſtruant. Deinde ſi Latinis ſolis, aut Græcis abſque Latinis non licet addere quidlibet; at œcumenicæ ſynodo honorem hunc nemo poterit negare: nam & alias ſynodos adjectionibus quibuſdam ſcimus veram declaraſſe fidem, & decretum, quo reprobatur additamentum, ita hoc excludit, ſi ab uno quopiam fiat, propriam divulgante ſententiam, non ſi tota ſynodus voluerit addere, nulla enim in eo fit ſynodi mentio, ſed nemini, in- D quit, liceat. Præterea quæ prohibet credi, ea quoque non permittit addi ſymbolo fidei; ea vero ſunt, quæ veritati adverſantur, & non conſonant iis, quæ poſt multos labores recepta ſunt. Quæ porro licet credere, fateri quoque permiſſum eſt. Symboli enim confeſſionem illud fecit neceſſariam, quod non oporteat latere aliquos in fide corruptos, quam nemo lædere jure cenſendus eſt, dum illam præſtat iis conſentientem, quæ ſine periculo creduntur. Alioquin fidei ſymbolum falſo appellabimus nomine, & fruſtra illud recitabimus proculcata jam illa, quæ ex eo provenit, hæſitationis liberatione. Neque enim E erit amplius ſymbolum, ſi totam non detegat infixam animæ de fidei articulis ſententiam: nec impoſſibile eſt aliquos falſa ſentientes latere: qui nobiſcum quidem confeſſione ſtent, fide vero ſejungantur, ſi hoc omnino concedatur. Plenam vero fidei rationem quomodo integram exhibebimus, quam in confeſſione ſui conſiſtere accepimus, nobis prædicationem ejus per ipſam præterea linguam refugientibus? aut quæ nobis erit ſalutis ſpes per ea quæ neceſſario creduntur, ſi cum audiamus, fateri illam oportere propter ſalutem, ipſi

A ignominiam habere putemus: ſi ore etiam fateamur veritatem? Sicut enim nullo modo credenda ſunt, quæ deficiunt a regula veritatis; ita ad recte credita neceſſe eſt exterior quoque accedat confeſſio. Aut igitur demonſtranda eſt Latinorum ſententia a veritate prorſus aliena, aut ſi hoc non poteſtis, ut vera illa honoranda & ſuſcipienda eſt, & fides in ſymbolo declaranda. Latini enim nobiſcum ſententiam recipientibus, & ratam eſſe judicantibus, fortaſſe de confeſſione non magnopere pugnabunt, ſatis enim eſt illis oſtendere, ſe recte ſenſiſſe, & efficere ne ulterius contendamus, veritatemque ut mendacium perſequamur: at nobis ſola fides cordis non erit ſatis, non adjuncta etiam exteriori confeſſione. **B** Decreta vero, quæ aliqui reformidant, pro nobis potius egregioque additamento ſtare putanda ſunt, atque eo modo intelligenda, quo pro ſe & aliis vellent intelligi qui ea condidere. Neque enim ſe ipſos, aut alios pari dignitate præditos facultate hujuſmodi privare volebant, ut plane definire non poſſint quæ ſpectant ad fidem: alioquin decreta hæc nullius eſſe momenti inconſiderate oſtendiſſent, & quæ poſſint non obſervari: nam & illa additamentum quoddam ſunt, & ſententia de **C** fide tunc primum lata, & a nulla ſuperiorum approbata ſynodorum; omnes enim, ut patet, addebant. Sed neque Latini, ſi nec œcumenicam exiſtimant, nec omnino talem, cujus mandata non liceat tranſgredi, ſynodum illam, quæ poſuit additamentum, pertimeſcent decreta, improbantes additamentum, & volentes illud expungere. Quæ enim non valde certa ſunt ratione definita, poſſunt ab illis immutari, qui majorem habent facultatem. Si vero illam arbitrantur œcumenicam, & decreta ejus rata eſſe debere in perpetuum, æque ut aliarum generalium ſtatuta ſynodorum; non dubium eſt, quin & ipſi decreta ſint **D** omnino prolaturi, & quæ Græcis eſt difficultas ad inſerendum, eam ſibi eſſe demere volentibus ſint dicturi. Ego vero utrum ea ſynodus œcumenica ſit habenda, nec nobis Latinis ipſis conſiderandum relinquo: ſed conſilium vobis dederim primum quidem, ut potius a ſe decreta obſervari exiſtiment, ſi priorum illorum ſequantur conciliorum ſententiam, quam ſi illis omnibus poſthabitis uni omnium poſtremo adhæreant: Deinde ut nullam de illa ſynodo cum Græci habeant controverſiam, ſed miſſam faciant hanc materiam. Ego enim ſcio, Græcos nullo modo paſſuros eam ſynodum œcumenicis annumerari, ſed contra hoc **E** potius quam quidvis aliud repugnaturos: ſciunt enim, ſi velint hæc admittere, fore ut neceſſario damnum uſquequaque faciant, deterioriſque habeantur conditionis. Propter hæc nihil de illa ſynodo agendum, qualemcumque eam velint utrique videri. Sed Latinis etiam, ſicubi malum afferre videtur, dubitandum non erit ejicere cauſam ſchiſmatis, additamentum: nec ſi æquum eſſe arbitrantur, Græcos omnes parere huic ſynodo additamentum apponenti, ipſi ſe injuriam pati arbitrantur obedientes auferenti: æque enim utrum-

A ἀλήθειαν καὶ χείλεσιν ὁμολογεῖν νομίζομεν; ὥσπερ γὰρ οὐδὲ πιστεύειν χρὴ τὴν ἀρχὴν ὁπόσα τοῦ τῆς ἀληθείας κανόνος ἔξω χωρεῖ, οὕτω τοῖς καλῶς πιστευομένοις καὶ τὴν ἔξωθεν ὁμολογίαν ἀνάγκη πᾶσα προσεῖναι. ἢ τοίνυν τὴν τῶν Λατίνων δόξαν δεικτέον τῆς ἀληθείας πόρρω που βάλλουσαν, ἢ τοῦτο μὴ δυναμένους, ὡς ἀληθῆ τιμητέον, καὶ φρονητέον οὕτω, καὶ τῷ συμβόλῳ τὴν πίστιν ἐμφερωτέον. Λατῖνοι μὲν γὰρ ἀποδεχομένοις τὴν δόξαν ἡμῖν, καὶ κυρίαν εἶναι ψηφιζομένοις, περὶ τῆς ὁμολογίας τυχὸν οὐ σφόδρα διοίσονται· ἀρκεῖ γὰρ αὐτοῖς τὸ δεῖξαι σφᾶς τὰ ὄντα πεφρονηκότας, καὶ ἡμᾶς παῦσαι φιλονεικοῦντας, καὶ τἀληθὲς ὡς ψεῦδος διώκοντας. ἀλλ' ἡμῖν μόνη τῆς **B** καρδίας ἡ πίστις οὐκ ἀρκέσει πρὸς σωτηρίαν, μὴ καὶ τῆς ἔξωθεν ὁμολογίας συνεζευγμένης. καὶ οὓς τινες δεδίασιν ὅρους, ὑπὲρ ὑμῶν μᾶλλον καὶ τῆς καλῆς προσθήκης ὑποληπτέον, καὶ νοητέον αὐτούς, ὡς ἂν αὐτοὶ βουληθεῖεν ὑπὲρ ἑαυτῶν καὶ τῶν ἄλλων οἱ θέμενοι. οὔτε γὰρ ἑαυτοὺς οὔτε τοὺς ἴσον περιβεβλημένους ἀξίωμα, τῆς περὶ ταῦτ' ἐξουσίας καὶ τοῦ τὰ περὶ τὴν πίστιν ὁρίζειν ἤθελον ἀποκλείειν. ἄλλως δὲ καὶ τοὺς ὅρους τούτους σαθρόν τι χρῆμα δεικνῦντες καὶ παραβαίνεσθαι δυναμένους ἔλαθον ἄν· καὶ οὗτοι γὰρ προσθήκη τίς εἰσι, καὶ γνώμη τῶν τῆς πίστεως τότε πρῶτον ἐξενεχθεῖσα, καὶ μηδεμιᾷ τῶν πρὸ **C** αὐτῆς συνόδων ἀρέσασα· πᾶσαι γὰρ, ὡς δῆλον πέφυκε, προσετίθουν. ἀλλὰ μὴν καὶ Λατῖνοι εἰ μὲν οὐκ οἰκουμενικὴν, οὐδ' ἁπλῶς ἀπαραίτητον τὴν σύνοδον ἐκείνην, ἧς γέγονεν ἡ προσθήκη, νομίζουσιν, οὐδ' ἂν εὐλαβηθεῖεν τοὺς ὅρους, τῆς προσθήκης καταγνωκότες καὶ ταύτην θέλοντες ἀφαιρεῖν. τὰ γὰρ οὐ πάνυ βεβαίως διωρισμένα ἔξεστι μετατιθέναι τοῖς μείζω δύναμιν ἔχουσιν. εἰ δ' οἰκουμενικὴν ἐκείνην ἡγοῦνται, καὶ ἅπερ ἔγνωκε κρατεῖν ὀφείλοντα μέχρι παντὸς οὐδὲν ἧττον ἢ τὰ ταῖς οἰκουμενικαῖς συνόδοις διωρισμένα, εὔδηλον ὅτι προβαλοῦνται καὶ οὗτοι πάντως τοὺς ὅρους· καὶ τὴν ἴσην Γραικοῖς τε προστιθέναι, καὶ αὐτοῖς ἀφαιρεῖν **D** βουλομένοις ἐροῦσιν εἶναι δυσχέρειαν. ἐγὼ δὲ τὸ μὲν πότερον οἰκουμενικὴν ἢ μὴ τοιαύτην τὴν σύνοδον ἐκείνην οἴεσθαι χρὴ, αὐτοῖς ἀφίημι Λατίνοις σκοπεῖν· συμβουλεύσαιμι δ' ἂν αὐτοῖς πρῶτον μὲν μᾶλλον νομίζειν τοὺς ὅρους διαφυλάττειν τῷ μετὰ τῶν προτέρων ἐκείνων συνόδων ἵστασθαι τῇ γνώμῃ, ἢ τῷ παριδεῖν μὲν ἐκείνας ἁπάσας, μιᾷ δέ γε τῇ πασῶν ἐσχάτῃ προσέχειν· ἔπειτα μηδὲ πρὸς Γραικοὺς περὶ τῆς συνόδου διαφερομένους ἐκείνης, τῶν προκειμένων ἐθέλειν ἀφίστασθαι· ἐγὼ γὰρ οἶδα Γραικοὺς οὐδέποτε ταῖς οἰκουμενικαῖς συνόδοις συντάττειν ἐκείνην ἀνεξομένους, καὶ πρὸς **E** τοῦτο μᾶλλον ἤπερ ἄλλο τι τῶν ἁπάντων ἐνστησομένους· εἰδότας ὡς ἀνάγκη πανταχόθεν αὐτοὺς ζημιοῦσθαι, καὶ νομίζεσθαι χείρους εἰ ταῦτα βούλοιντο συγχωρεῖν. διὰ δὴ ταῦτα τὴν μὲν σύνοδον ἐκείνην, ὅπως ποτὲ βουληθεῖεν ἑκάτεροι τοιαύτην εἶναι δοκεῖν· τὴν δὲ τοῦ σχίσματος αἰτίαν προσθήκην, ἂν φαίνηταί που λυμαινομένη, μηδὲ Λατίνοις ὀκνητέον ἐκβάλλειν· μηδ' εἰ προστιθείσῃ τῇ παρούσῃ συνόδῳ δίκαιον ἡγοῦνται Γραικοὺς ἅπαντας πείθεσθαι, αὐτοὶ νομιζέτωσαν ἀδικεῖσθαι ἀφαιροῦσιν οὐ πειθόμενοι· ἐπίσης γὰρ

ἀμ-



ἄμφω καὶ ἔξεστιν οἷς ἂν δόξῃ, καὶ κεκώλυται. οὔτε **A** τοὺς τοίνυν ὅρους ἐκείνους εὐλαβουμένους, παντὶ μᾶλλον ἢ τῇ παρούσῃ χρείᾳ συμβαίνοντας, τὴν μόνην ἀληθῆ καὶ βεβαίαν εἰρήνην πρέπει προΐεσθαι· οὔτε τῷ φθάσαντας ἐκείνης ἢ ταύτης ἐπειλῆφθαι τῆς δόξης, εὔλογόν ἐστι δυσχεραίνειν πρὸς τὴν μετάθεσιν. αἰσθάνομαι γὰρ ἐνίων καὶ ταῦτα λογιζομένων, καὶ δεινὸν ἡγουμένων, δόξαν τοσούτοις χρόνοις κεκρατηκυῖαν ἀμεῖψαι. οὐ γὰρ καθάπερ θέαν ταῦτα κρίνεσθαι δεῖ· οὐδὲ τῷ χρόνῳ τὰ τοιαῦτα πιστεύειν, ὃς καὶ τῶν φαυλοτέρων εὑρετής ἐστι δεξιός. οὐδὲ αἰδεῖται τῷ ψεύδει κατὰ τῆς ἀληθείας συμπράττων· καὶ πολλάκις μὲν τοῖς σπουδαίοις ἐπανέστησε τὰ **B** μέμψεως ἄξια, πολλάκις δὲ τοῖς χείροσι κρατήσασιν ἤδη καὶ πιστευθεῖσι σφοδροτέραν τὴν παρὰ τῶν ἀμεινόνων μάχην ἐπήγαγε. καὶ νῦν οὖν οὐδὲν ἀπεικός ἐστιν ἐπὶ τοσοῦτον χρόνον τὴν πλάνην * ἐλθεῖν, ἢ τοῦ ψεύδους ἀληθείας φαντασίαν λαβόντος καὶ μετὰ ταύτης κηρυττομένου, ἢ τὴν αὐτοῦ φαντασίαν ταύτῃ περιθέντος, καὶ φιλονεικοῦντος οὕτως ἐκβάλλειν. ὅμως δὲ τῶν μὲν ἡμῖν προκειμένων μεγίστων ὄντων, καὶ πρὶν ἐς τόδε σχίσματος ἥκειν σχεδὸν ὑφ' ἁπάντων ἀπιστουμένων, οἳ τὰς πολλὰς δυσχερείας συνῄδεσαν, εἰκός ἐστι καὶ πολλῷ πλείω τῶν εἰρημένων **C** νῦν ὑμῖν φανεῖσθαι κωλύματα· καὶ πολλάκις ἐγγυτάτω τοῦ καλοῦ γινομένους, ὑπὸ τούτων ἐνοχλουμένους ἀποστήσεσθαι πάλιν. οὐ γὰρ γέγονεν, εἰ δεῖ τἀληθῆ λέγειν, οὐδ' ἔσται πρᾶγμα πλείους καὶ μείζους ἔχον τὰς δυσκολίας τῆς πάντα καλλίστης καὶ χρησιμωτάτης ταύτης εἰρήνης. ἐγὼ δὲ παραινέσαιμ' ἂν ὑμῖν, καί μοι μηδεὶς ὑμῶν ὀργισθῇ, μᾶλλον ἂν ἑλέσθαι μηδὲ ὑμῶν ἀρχὴν ἐπιχειρῆσαι τῷ πράγματι, ἀλλ' ὥσπερ καθ' ἱστορίαν συνεληλυθότας ἐνταῦθα, οὕτως ὁμιλήσαντας καὶ γνωρισθέντας ἀλλήλοις ἐπανελθεῖν, ἢ μετὰ προθυμίας ἀψαμένους ἐνδοῦναι, καὶ μικρᾶς τινος ἢ μείζονος δυσχερείας ἥττους ὀφθῆναι. εἰ γὰρ ἐλάττους ἦτε τὸν ἀριθμὸν, ἢ **D** τῆς χρείας ἐνδεέστερον παρεσκευασμένοι, ἢ σύνοδος ἐπαρχικὴ καὶ μὴ πᾶσαν τὴν ἐκκλησίαν Θεοῦ παριστῶσα, ἢ δι' ἄλλο τι πάρεργον συνειλεγμένοι, ἔπειτα καὶ περὶ τῆς εἰρήνης σκοπεῖν παρέργως ἐμέλλετε, τό γε τοῖς μεγίστοις ἐπιχειρήσαντας ἀπογνῶναι καὶ δόξαν φρονήματος ὑμῖν ἤνεγκεν ἄν. ἐπεὶ δὲ καὶ πλήθει, καὶ ἀρετῇ, καὶ σοφίᾳ, καὶ πάσῃ παρασκευῇ, εἴπερ τις τῶν πώποτε γενομένων οἰκουμενικῶν συνόδων, ἐξήρτυσθε, αἳ τὰς ἴσας δυσχερείας μετὰ τῆς ὁμοίας ἰσχύος τότε περιεγένοντο, πρόσεστι δὲ καὶ ἡ σφοδρὰ τῆς εἰρήνης ἐπιθυμία, καὶ τὸ μηδενὸς ἄλλου χάριν ἐλθεῖν ἀγωνιουμένους, αἰσχρόν ἐστιν, ὦ σεβάσμιοι πατέρες, αἰσχρὸν τὴν τοῦ σχήματος καὶ **E** τῆς ἐπωνυμίας τάξιν λιπεῖν, καὶ τῶν ἄλλοτε κατωρθωκότων ἐν τοῖς ὁμοίοις ἀγῶσι χείρω λαβόντας δόξαν ἀπαλλαγῆναι. οὐδεὶς γὰρ ὑμῖν τὰ κωλύματα καὶ τὰς δυσχερείας ἀπολογίαν προτείνουσι προσέχειν ἐθελήσει τὸν νοῦν, τὴν ὑμετέραν εἰδὼς διὰ πάντων παρασκευὴν πασῶν οὖσαν ἰσχυροτέραν, ῥᾳθυμίᾳ δὲ μόνῃ προδεδομένην. πρὸς δὲ τούτοις οὐδὲ τοῖς ἄλλοις ὀνείδεσιν ἔσθ' ὅπως οὐχ ὑποκείσεσθε, ἃ τῶν τῆς εἰρήνης ἔχεται κωλυμάτων· τῷ μὲν γὰρ αὐτῶν τὸ τῆς ὑπερηφανίας ὕπεστιν ἔγκλημα, τοῦ δ' ἡ τῆς δειλίας ἤρτηται μέμψις, τῷ δὲ τὸ

* [illegible]

que & licitum eſt, quibus licet, & prohibitum pariter. Neque igitur timore decretorum illorum, quæ potius ad quidvis aliud quam ad rem noſtram faciunt, projicienda eſt ſola vera & ſolida pax, neque ob anticipatam hanc vel illam opinionem conſentaneum eſt mutationem ægre ferre. Audio quippe has eſſe quorumdam cogitationes, indignum eſſe opinantium, receptam tanto tempore mutare ſententiam. Non ſunt enim hæc judicanda more ſpectaculorum, nec decurſu temporis credenda, quod facit ut deteriora etiam videantur apte excogitata, nec erubeſcit ferre opem mendacio contra veritatem, quod fecit, ut præclare ſæpe res oppugnarentur a rebus vituperatione dignis, ſæpe etiam deteriora recepta jam & credita bello acriori a potioribus peterentur. Nihil ergo abſonum, nunc etiam tanto tempore latuiſſe errorem, aut imagine veritatis aſſumpta a mendacio, & ſub ea prædicato, aut eodem ſui imaginem veritati adaptante, atque ita ut exturbet illam contendente. In univerſum res, quas præ manibus habemus, cum ſint longe maximæ, & antequam ventum eſſet ad tantum ſchiſma, viſæ fere omnibus, qui conſcii multarum erant difficultatum, incredibiles, par eſt multo etiam plura, quam dictum eſt, oblatura ſe nunc vobis eſſe impedimenta, & ſæpe vos ad egregium hoc opus perficiendum maxime vicinos, per ea turbatos detentum iri. Nam ſi verum dici oportet, nulla fuit res aut erit pluribus & majoribus implicata difficultatibus, quam uſquequaque honeſtiſſima & utiliſſima hæc pax. Ego vero tale vobis dederim conſilium, iraſcatur autem nemo. Satius plane eſſet, omnino rem non aggredi, ſed tanquam ſtudio viſendorum locorum profectos conveniſſe huc, collatiſque ſermonibus, habitaque mutua veſtri notitia regredi, quam alacriter exorſos deſpondere animum, & ſive parvæ, ſive magnæ difficultati ſuccumbere. Nam ſi minori eſſe numero, aut minus quam res exigit parati, aut ſynodus provincialis, & non totam Dei repræſentant eccleſiam, aut alterius rei gratia non inutilis collecti, ſed obiter etiam poſtea pacis negotium tractaturi, quod res maximas exorſi, deſperaretis, id vobis etiam magni animi virorum pareret nomen: at quia & multitudine, & virtute, & ſcientia, omnique apparatu, ſi qua unquam alia ſuperiorum generalium ſynodorum, inſtructi eſtis, quæ pares difficultates ſimili robore tunc vicerunt; ineſt autem & vehemens pacis deſiderium, & nullam aliam ob rem profecti eſtis ad decertandum, turpe eſt, venerabiles patres, turpe, perſonæ quam geritis; atque appellationis ordini non reſpondere, & abſcedere minorem conſecutos gloriam, quam alii qui propoſita ſibi ſimilia certamina ad felicem exitum perduxerunt. Nemo enim vos audiet, ſi excuſationis cauſa protuleritis impedimenta & difficultates, cum ſciat quam pleno veneritis apparatu, quavis quidem alia re validiori, per ſolam autem ignaviam projecto. Ad hæc fieri non poteſt, quin aliis quoque probris vexemini, quæ ſecum affert pax impedita: hoc enim ſuperbiæ crimen infert; illud timiditatis reprehenſionem, aliud contentionis

nis vitium; atque ita aliud alii conjunctum eſt dedecus, quibus ne merito fiatis obnoxii, curandum vobis eſt & ſingulis & univerſis: æque enim omnia plurimum diſtant a veſtra virtute & ſpe, quæ ſita in vobis eſt. Omnium porro, quæ dicta ſunt, caput hoc eſt: Reliqui certe omnes homines manifeſtis hiſce ac perſpicuis, quæ ex pace proficiſcuntur, bonis fruentur, quorum erit pulcherrimum, veritatis cognitio, & ſuarum ſalus animarum: Vos autem primi utilitatem ex hiſce bonis percipientes, coque titulo inſigniti, quod per vos auctores illa in omnes fluxerint, mercedem etiam utilitatis perceptæ ab aliis accipietis. Præter hæc adeſt quoque Deus veſtrorum animi motuum ſpectator & judex, quem nemo latere poteſt aut ſegniter agens, aut mollitie fluens, aut carnales & caducas cogitationes operibus ejus immiſcens. Hunc igitur omnes præ oculis ſemper habentes, & eam quæ ſequetur, ſi rem præclare geſſeritis, utilitatem & gloriam, omne quidem quod adverſatur, frivolum & inane oſtendetis; exoptatam vero pacem quamcitiſſime ac utiliſſimam veſtro decreto ſancietis.

## EJUSDEM ORATIO III.

in qua exponuntur ea, per quæ pax hujuſmodi confici poſſit.

HÆc ſunt, quæ maxima & difficillima pacis hujus impedimenta viſum iri exiſtimavi; quæ vos tamen conſiderantes nihili puto facietis, ſed ambabus, ut ajunt, manibus ſtrenueque pacem amplectemini, nihil prætermittentes, quod per vos fieri poſſit: multis aliis impedimentis per hæc tria vel quatuor ſimul e medio ſublatis. Satis vero mihi videor eorum deſcribenti naturam dixiſſe, expoſitis iis, quæ contra res tanti momenti dicere potui relictis plurimis, ut ea dicant, qui ſingula volunt perpendere. Ad ipſum vero jam ſermonum meorum caput accedam, declaraturus vobis Dei favente auxilio, per quæ pax hæc confici poſſit, ad memoriam vos, ut ita dicam, revocans, atque ea tantum attingens. Solvendum enim hoc reſtat promiſſum, quod etiam plus habet ponderis. Cum porro mihi ſit agendum cum viris doctis, & ſpiritu plenis, reſque ſuas cum prudentia moderantibus, non erunt opus, arbitror, in ſingulis longi ſermones, & ipſe ſi pluribus quam res poſtulet, verbis uſus fuero, merito etiam moleſtus eſſe exiſtimabor.

Ego enim, venerandi patres, mecum cogitans reperio, disjunctionem noſtram jam olim exortam ad hæc uſque noſtra tempora & damni non exigui, & non minoris utilitatis cauſam eſſe: & illo quidem affectos eſſe majores noſtros, utilitate vero nos primos, ſi modo velimus, perfruituros. Quod enim tanto jam tempore bella inter nos ſecluſa conciliatione geſſerimus, & pars utraque doctrinæ opinionem habeat, omnique dignitate præfulgeat, & velit propterea pluribus rationibus victoriam ſibi arrogare, numerari non poſſunt quæcumque per ſingula tempora utrique conſcripſerint [illegible]

τῆς φιλονεικίας συνέζευκται, καὶ [illegible]ις ἄλλα συμβέσιν αἰσχη· οἷς ὅπως οὐκ ἐνέξεσθ[illegible]ως, ἑκάστῳ τε ὑμῶν καὶ πᾶσιν ἅμα πρέπει φροντί[illegible]· πάντα γὰρ ὁμοίως τῆς ὑμετέρας ἀρετῆς καὶ τῶν ἐφ' ὑμῖν ἐλπίδων πλεῖστον ἀπέχει. ἁπάντων δὲ τῶν εἰρημένων τοῦτο κεφάλαιον· οἱ μὲν ἄλλοι πάντες ἄνθρωποι, τῶν ὁμολογουμένων τούτων καὶ πᾶσι προδήλων ἐκ τῆς εἰρήνης ἀγαθῶν ἀπολαύσονται, ὧν ἡ γνῶσις τῆς ἀληθείας καὶ ἡ τῶν ψυχῶν αὐτοῖς σωτηρία, τὸ κάλλιστον ἔσται· ὑμεῖς δὲ πρῶτοι τῶν ἀγαθῶν ἀπολαύσαντες, καὶ τῷ τοῖς πᾶσι γενέσθαι τούτων αἴτιοι κοσμηθέντες, καὶ τῆς τῶν ἄλλων ὠφελείας ἀφέξετε τοὺς μισθούς· πρὸς δὲ τούτοις καὶ Θεὸς πάρεστιν ἤδη τῶν ὑμετέρων ἐνθυμημάτων ἐπόπτης καὶ δικαστής· ὃν οὐκ ἔστιν οὐδένα λαθεῖν ἢ ῥαθυμοῦντα καὶ βλακευόμενον, ἢ σωματικούς τινας λογισμοὺς καὶ προσκαίρους αὐτοῦ τοῖς ἔργοις ἀναμιγνύντα. τοῦτόν τε τοίνυν πρὸ ὀφθαλμῶν ἀεὶ καὶ τὴν ἐκ τοῦ κατορθοῦν ὠφέλειάν τε καὶ δόξαν ἅπαντες ἔχοντες, σαθρὸν μὲν δείξετε πᾶν ἐναντίωμα, τὴν δὲ ποθουμένην εἰρήνην ὅτι τάχιστα καὶ λυσιτελεστάτην ψηφιεῖσθε.

## ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΛΟΓΟΣ ΤΡΙΤΟΣ,

ἐν ᾧ τίθεται τὰ ποιήσοντα τὴν τοιαύτην εἰρήνην.

ἊΜΕΝ τοίνυν νενόμικα τῶν τῆς εἰρήνης ταύτης κωλυμάτων μέγιστα καὶ δυσχερέστατα δόξειν, καὶ ἃ σκοπουμένους αὖθις ὑμᾶς περὶ οὐδενὸς ἂν ἐκεῖνα λόγου ποιήσεσθαι, ἀλλ' ἀμφοτέραις, ὃ λέγεται, καὶ γενναίως ἀντιλήψεσθαι ταύτης τῶν εἰς δύναμιν ἡκόντων οὐδοτιοῦν παριέντας, ταῦτα ἐστί· τῶν μὲν πολλῶν κωλυμάτων τρισὶν ἢ τέταρσι τούτοις συνεξαιρεθέντων· ἃ δὲ κατὰ τούτων τοσούτων ὄντων ἐξῆν εἰπεῖν, τῶν πλείστων τοῖς ἕκαστα βουλομένοις ἐπισκέπτεσθαι παρειμένων, *ἐμοὶ γὰρ τὴν ἐκείνων ὑπογράφοντι φύσιν, καὶ ταῦτ' ἔδοξεν ἀποχρῆν. ἐπ' αὐτὸ δὲ λοιπὸν τὸ τῶν λόγων βαδιοῦμαι κεφάλαιον· καὶ τὰ ποιήσοντα τὴν εἰρήνην ταύτην ὑμῖν, μετὰ τῆς ἄνωθεν βοηθείας, ὑπομιμνήσκων ὡς οὕτως εἰπεῖν καὶ μόνον ἁπτόμενος, ἔρχομαι δείξων. τῶν μὲν γὰρ ὑποσχέσεων αὕτη λοιπὴ, καὶ μείζω δύναμιν ἔχουσα. οὔτε δὲ ἡγοῦμαι σοφοῖς ἀνδράσι καὶ πνεύματος γέμουσι καὶ φρονήσει διοικουμένοις μακροτέρων ὑπὲρ ἑκάστου λόγων δεήσειν, οὔτ' αὐτὸς τῆς χρείας περιττοτέροις χρώμενος λόγοις οὐχὶ καὶ προσενοχλεῖν ἂν ὑποληφθῆναι.

* ἴσ. ἐμὲ

Ἐγὼ γὰρ, ὦ πατέρες σεβάσμιοι, θεωρῶν εὑρίσκω, πόῤῥωθεν τὴν ἡμετέραν διάστασιν ἀρξαμένην ἄχρι τοῦδε παρ' ἡμῖν καὶ βλάβης πολλῆς καὶ ὠφελείας οὐχ ἧττονος αἰτίαν οὖσαν, καὶ τοῦ μὲν ἄλλου μετασχόντας τοὺς πρὸ ἡμῶν, τῆς δ' ὠφελείας πρώτους ἡμᾶς, ἂν μόνον θελήσωμεν, ἀπολαύσοντας. ἐν γὰρ τῷ τοσοῦτον ἤδη χρόνον ἀλλήλοις πολεμεῖν ἀδιαλλάκτως, προσεῖναι δὲ ἑκατέροις δόξαν ἐπὶ σοφίᾳ καὶ τὸ διὰ πάντων ἀξίωμα, καὶ διὰ ταῦτα βούλεσθαι νικᾶν ἐκ περιουσίας, οὐδ' ἀριθμεῖν ἔστιν ὁπόσα κατ' ἀλλήλων συγγεγραφότες ἐπὶ χρόνων οὐκ ὠκνήσαμεν ἀλλήλους τοῖς ἀνηκέστοις περιβαλεῖν, καὶ δεῖξαι πάντων ἀνθρώ-



πων χεῖρον νοσήσαντας. ταῦτα δὲ πάντα συκοφαντίαι τινές εἰσιν ἐκ τῆς περὶ τὴν μάχην ἀνάγκης, καὶ λόγων ὑπερβολαὶ, καθάπερ ἐπὶ πάσης συμβαίνειν εἴωθεν ἔριδος. ὑφ' ὧν δήπου τοὺς ἁπλουστέρους ἀναπεισθέντας μέχρι καὶ τῶν ἔξω τούτων καὶ φαινομένων ἐκτεῖναι τὴν ἔχθραν, ἔθη τινὰ καὶ τὰ περὶ τὴν θρησκείαν ἔχοντα διασύροντάς τε καὶ μισοῦντας, οἷς ἀνεξετάστως πρότερον ἔχαιρον. τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο καὶ πρὸς τὴν παροῦσαν χρείαν λυσιτελέστατον ἐτύγχανεν ὂν, καὶ πρὸς τὴν εἰρήνην μέγα βοήθημα. πάσας γὰρ γραφὰς διερευνησάμενοι, καὶ τὸν νοῦν ἐπιβαλόντες τῇ σκέψει, τὰ δυνάμενα τῇ σφῶν δόξῃ συνηγορεῖν, ὅσα τε εἰς λογισμοὺς ἥκει, καὶ ὅσα πρὸς τὴν ἐκ τῶν γραφῶν συμμαχίαν ἐξεῦρον, ὡς μηδόλως ὑπολείπεσθαι τοῖς μετὰ ταῦτα προσεπινοῆσαί τι καὶ προσεξευρεῖν· ἐξ ὧν ὑμεῖς δυνηθείητ' ἂν σὺν ἐλάττονι πόνῳ γενέσθαι τῆς ἀληθείας εὔστοχοι δικασταί· οὐδὲ δεήσει βίβλους ἀναλεγομένοις κἀκεῖθεν τὰ πρόσφορα προσλαμβάνουσιν, ἢ παρ' ἑαυτῶν σοφόν τι πορίζομένοις καὶ τοῖς γεγραμμένοις ἑπόμενον, τὰς δόξας ἄμφω γυμνάζειν· ἀλλ' ἀρκεῖ τοῖς ὑπὸ τῶν ἄλλων ἐξευρημένοις χρωμένους, καὶ ταῦθ' ἕκαστα σκοπουμένους, τὴν ἀληθῆ καὶ δικαίαν ψῆφον ἐκφέρειν. οἶμαι δὲ καὶ Θεὸν αὐτὸν συνειδότα δυσχερῆ τὴν περὶ τῶν προκειμένων κρίσιν ὑπάρξουσαν, τοῖς τε πρώτοις εὐθὺς ἀρξαμένοις περὶ τούτων ἀμφισβητεῖν, καὶ πολλῷ μᾶλλον τοῖς ἐκδεξαμένοις τὴν ἀμφισβήτησιν, ὧν οἱ μὲν ὑπὸ τῶν ἀντικειμένων φωνῶν, οἱ δ' ὑπὸ τῶν ταύταις συνηγορούντων λόγων ἐθορυβοῦντο, οὓς πλείους ἀεὶ καὶ σφοδροτέρους ἀνεύρισκον, μέχρις ὑμῶν τὴν εἰρήνην ἀναβαλέσθαι, ὧν μάλιστ' ἂν ἔργον αὕτη γένοιτο. οὔτε γὰρ ἡ τῶν ἀγώνων φιλοτιμία τοὺς εἰρηνικοὺς ὑμῶν λογισμοὺς ἀφελεῖται, οὔθ' ὑπὸ τῆς φαινομένης διαφορᾶς ταραττόμενοι, καὶ τὰς ἑκατέρωθεν ὑποπτεύοντες δυσχερείας καὶ τοὺς κινδύνους, προπετές τι περὶ τούτων ἀποφαίνεσθαι νομιεῖτε. ὡς ἔκ γε τῶν τοιούτων ἀπὸ τοῦ χρόνου βοηθημάτων τό, τε τῶν δικαζόντων ἀκραιφνῶς ὑμῖν περιγίνεται σχῆμα, ἄλλων τοῖς ἀγῶσιν ἐμφιλοτιμησαμένων, καὶ μόνην ὡς εἰπεῖν τὴν ὑμετέραν ψῆφον ἀναμενόντων, καὶ τὸ γνώμην ἀποφαίνεσθαι πόνον ὑμῖν οὐ μέγαν παρέξει. δεῖ τοίνυν ὕβρεων καὶ λοιδοριῶν καὶ τῶν εἰς ἄτοπα ἀπαγωγῶν, καὶ ὧν ἡ μακρὰ διάστασις πεποίηκε πάντων, αὐτούς τε ἀπεχομένους, καὶ τοῖς εὑροῦσι πρώτοις ἐπιτιμήσαντας, μᾶλλον δὲ συγγνωκότας ὑπὸ φιλανθρωπίας, μόνῳ τῷ παρὰ τοῦ χρόνου χρήσασθαι βοηθήματι, καὶ ὑπὲρ τούτου μόνου χάριν εἰδέναι τοῖς ἀνδράσιν ἐκείνοις, ὅσοι παρ' ἑκατέροις τὸν ἀγῶνα τοῦτον ὑπέστησαν· μηδὲ πλέον τι νέμειν αὐτοῖς ἀξιώματος, ἢ ὅσον δικαζομένοις ἁρμόττει. οὐ γὰρ τῆς ἀληθείας ἐξετασταὶ καὶ κριταὶ τῷ κοινῷ τῶν ἀνθρώπων ὑπῆρξαν, τοῦτο δὴ τὸ ὑμέτερον· ὥστε καὶ δεῖν αὐτοῖς τὴν μεγίστην ἀποδιδόναι τιμὴν, καὶ νομίζειν, ἃ φασι κύρια· ἀλλὰ τῆς οἰκείας ἕκαστοι προύστησαν μοίρας, καὶ ταύτῃ τὸν δυνατὸν συνηγωνίσαντο τρόπον, τοῖς τὰ τοιαῦτα δικάσουσι τὴν ὑπὲρ ὧν εἶπον ψῆφον καταλιπόντες. τῶν μὲν δὴ καλῶς εἰρημένων, καὶ ὅσα πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας εὕρεσιν ὑμῖν μέλλει λυ-

mus, alteri alteros malis graviſſimis onerare non dubitantes, & oſtendere inter omnes homines morbo peſſimo oppreſſos. Hæc porro omnia calumniæ quædam ſunt, quas pugnæ neceſſitas peperit, & verborum exceſſus, ut aſſolet in omni contentione, quibus profecto ſimpliciores perſuaſi, inimicitias uſque ad exteriora hæc & apparentia protraxerunt, ritus quoſdam & ceremonias, quæ illis antea ſine ulla diſquiſitione valde placebant, proſcindentes, odioque habentes. Verum hoc idem & rei, quæ agitur, conducit maxime, & ad conficiendam pacem magno eſt adjumento: totam enim ſcripturam perſcrutati, ſtudioque ad conſiderationem adhibito, quæ ſuæ poſſent favere ſententiæ, ſive ratiocinationibus, ſive locis in rem utrique ſuam e ſcriptura depromptis adinvenerunt, ut nihil omnino ſuperſit poſteris ad excogitandum, per quæ vos poteritis minori cum labore acres fieri judices veritatis: nec opus erit libros evolvere, atque inde ſumere quæ ad rem faciunt, aut per vos doctum aliquod & cum ſcriptis congruens argumentum cominiſci ad examinandam utramque opinionem, ſed ſatis erit adhibere quæ ſunt ab aliis inventa, & ſingula ponderare ad veram juſtamque ferendam ſententiam. Puto autem & Deum ipſum, quod videret judicium de re propoſita fore difficile, tum iis qui primi dubitare cœperunt, tum & multo magis iis qui ſubſecuti ſunt, quorum aliquos turbabant voces oppoſitæ, aliquos vero rationes, quibus illæ probantur, & quas illi ſemper plures & fortiores inveniebant, pacem uſque ad vos prorogaſſe, quorum præcipue illa opus extiterit. Neque enim veſtras de pace cogitationes tollet certandi ſtudium, neque apparens diſcrepantia vos turbabit, ut earum quæ utrimque ſunt ſuſpicione difficultatum & periculorum, temerarium eſſe de his aliquid pronunciare exiſtimetis. Quare ex hoc temporis beneficio fit vobis, ut perfectum judicantium obtineatis ſtatum, ut labores alii ſtudioſe ſuſceperint, & veſtram ſolam, ut ita dicam, expectent ſententiam, quam ferre vobis non erit valde laborioſum. Oportet igitur vos quidem continere a probris & contumeliis, & argumentis ad abſurda deducentibus, & ceteris omnibus, quæ diuturna tulit diſcordia, primos autem eorum inventuros arguere, imo vero benigne illis veniam dare, & ſolo temporis uti beneficio, & propter hoc unum illis hominibus agere gratias, quicumque apud utroſque laborem hunc ſubierunt, nec plus illis tribuere auctoritatis, quam congruit litigantibus: neque enim veritatis arbitri & judices fuere illi hominum generi, ut eſtis vos, propter quod ſit illis tribuendus honor maximus, & rata habenda quæ dicunt: ſed ſuam quiſque partem tutatus eſt, & pro viribus illam defendit, quam bene vero dixerint, judicandum reliquerunt, ſententiam de rebus hiſce laturis. Et pro iis quidem, quæ bene ſunt ab illis dicta, & quæ vobis commodiorem viam facient ad reperien-

giendam veritatem, & habendæ illis gratiæ, & dicta illa confidenter uſurpanda: quæ vero prolata ſunt contentionis ſtudio, & præſtabat ſilentio præteriri, ea penitus rejicienda. Quinimo illorum hominum ſcripta ſupervacuum prorſus arbitror legi a vobis, quippe quæ ad præſens negotium nullam poſſunt afferre utilitatem: neque enim pacis modum vobis oſtendunt, aut quomodo maxime utriſque conducat, ſed vel omnino partem hanc omiſerunt, vel difficillima poſtulant, de illo tantum uſquequaque ſoliciti, quomodo victoriam ab altera parte reportent: at vobis propoſitum eſt pacem quærere & cognitionem veritatis. Quoniam igitur rei naturam, de qua quæritur, tum ex oppoſitis aliorum lucubrationibus cognitam habere poteſtis, tum per vos ipſi jam perſpexiſtis, non modo veſtra ſcientes, ſed & aliorum utrique altercationes quidem iſtas omnino miſſas facere, ad ea vero ſtatim oportet incumbere, per quæ ſola licet conſequi pacem. Conſideranti porro mihi videntur hæc eſſe; Primo quidem recurrere ad fundamenta fidei, veraque theologiæ principia, atque ad hæc utramque opinionem examinare, & diſpicere utra cum illis maxime congruat: deinde inquirere, quomodo accepta fuerint ab eccleſiæ doctoribus pronunciata ſcripturæ, quæ videntur ſpectare ad hanc materiam: ad hæc quid ſinguli de quæſito hoc philoſophati fuerint. Et quidem ex eo quod primum dixi, arbitror multam emergere difficultatem. Nam * circa principia fidei par eſſe multas diſcrepantias, ex quibus contrariæ concluſiones inferuntur. Ea porro nec deſtruere decet, ita enim fiet, ut aliud agendo multiplicemus malum, ſimulque multis de cauſis disjuncti, de quibus aliqua erit gravior quam præſens differentia, neque par eſt aut alteram partem alteri concedere, hoc enim idem eſſet atque ſe victos fateri; aut utramque alteri; hac enim ratione nunquam conveniemus, deducentes quæ videntur oppoſita ex oppoſitis principiis, & alterius partis ſententiam utrique in nos ipſos transferentes. Operæ pretium ergo eſt ſeligere principia maxime utriſque probata, & inde argumenta ducere: quod ſi fieri poterit de aliis etiam omnibus conſentire, id poſtea conſiderandum relinquere, niſi quis ſuperfluum putet, ab illis qui potuere in unam de concluſione convenire ſententiam, examinari principia, ex quibus prior pugna conſerebatur. Reliqua vero duo nullam dico habere difficultatem, nam & doctorum expoſitiones facile poſſe perſpici opinor a rerum hujuſmodi peritis, quæcumque ſcripturæ locis tributæ ab illis ſunt. Si qui vero ſunt inter vos, qui & hos aliter intelligant, ſapientioribus & pluribus victoria danda eſt: hoc enim æquum & conſentaneum eſt: & ſanctorum doctorum propugnata ſententias conciliare, & ad unam omnes redigere, licet in aliquo diſſentire videantur, convenions arbitror & facile eſſe. Neque enim audiendus erit, ſi quis velit repudiare quempiam ex iis, quos univerſa honorat eccleſia; aut illius teſtimonia non admittat, quod [illegible]

* Id eſt, circa principia fidei vario intellecta,

σιπλεῖν, ἰστέον τε χάριν αὐτοῖς καὶ θαῤῥούντως σφίσι χρηστέον· ἐφ' ἃ δ' ὑπὸ φιλονεικίας προήχθησαν, καὶ ἃ σιγᾶσθαι βέλτιον ἦν, τούτων καθάπαξ ἀποστατέον· μᾶλλον δὲ καὶ παντάπασιν οἶμαι τὰ τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων παρέλκον εἶναι μεταχειρίζειν ἡμᾶς, ἅτε μηδὲν πρὸς τὴν παροῦσαν σκέψιν ἐξ αὐτῶν ὠφελησομένους. οὐδὲ γὰρ τὸν τῆς εἰρήνης τρόπον ὑμῖν ὑφηγοῦνται, ἢ ὡς ἂν ἀμφοῖν συνενέγκαι μάλιστα· ἀλλ' ἢ παρῆκαν πάντη τοῦτο τὸ μέρος, ἢ τὰ χαλεπώτατα ἀξιοῦσιν, ὅπως περιέσονται τῶν ἑτέρων πανταχόθεν μόνον φροντίζοντες· ὑμεῖς δὲ τὴν εἰρήνην καὶ τὴν τῆς ἀληθείας γνῶσιν προὔργου ζητεῖτε. ἐπεὶ τοίνυν τὴν τοῦ ζητουμένου φύσιν ἐξ ὧν ἄλλοι τε ἠγωνίσαντο καὶ αὐτοὶ δύνασθε συνορᾷν, καὶ οἴκοθεν ἥκετε κατειληφότες ἤδη, οὐ μόνον τὰ ἑαυτῶν εἰδότες, ἀλλὰ καὶ τὰ τῶν ἄλλων ἑκάτεροι, τῶν μὲν ἀγωνισμάτων τούτων καθάπαξ ὑπεριδεῖν, δι' ὧν δὲ μόνον ἔνεστιν εἰρήνης τυχεῖν, τούτων εὐθὺς ἅψασθαι δεῖ. τὰ δ' ἐστὶν ὡς ἐμοὶ δοκεῖ σκοπουμένῳ· πρῶτον μὲν πρὸς τοὺς θεμελίους ἀναδραμόντας τῆς πίστεως, καὶ τὰς τῆς ἀληθοῦς θεολογίας ἀρχὰς, τούτοις ἑκατέραν δόξαν προσάγειν, καὶ ᾗ τις ἂν ἐκείνοις συμβαίνοι μάλιστα θεωρεῖν· ἔτι γε μὴν οἱ τῆς ἐκκλησίας διδάσκαλοι πῶς ἐξειλήφασι τὰ τῆς γραφῆς ἀξιώματα, ἃ πρὸς ταύτην τὴν ὕλην τείνειν δοκεῖ· πρὸς δὲ τούτοις, τί περὶ τοῦ ζητήματος ἐθεολόγησαν ἕκαστοι. ὧν ἐκ μὲν τοῦ πρώτου ῥηθέντος πολλὴν ἡγοῦμαι δυσχέρειαν ἀνακύπτειν· περὶ γὰρ τὰς τῆς πίστεως ἀρχὰς εἰκὸς εἶναι πλείους διαφορὰς, ἐξ ὧν τὰ τῶν συμπερασμάτων ἐναντιότητες συνάγεται· ἃς οὔτ' ἀναιρεῖν εὐπρεπές, λησόμεθα γὰρ πολλαπλασιάσαντες τὸ δεινὸν καὶ πολλοῖς τισιν αἰτίοις ἀποῤῥαγέντες ἀλλήλων, ὧν ἔσται τις καὶ χαλεπωτέρα τῆς παρούσης διαφορᾶς, οὔτ' εἰκός ἐστι συγχωρεῖν οὔτε τοὺς ἑτέρους τοῖς ἄλλοις, τοῦτο γὰρ ταυτόν ἐστι καὶ τὴν ἧτταν ὁμολογεῖν, οὔτ' ἀλλήλοις· καὶ ταύτῃ γὰρ ἀσύμβατοι μέχρι παντὸς ἐσόμεθα, τὰ ἀντικεῖσθαι δοκοῦντα συμπεραίνοντες ἐξ ἀντικειμένων ἀρχῶν, καὶ πρὸς ἑαυτοὺς τὴν τῶν ἑτέρων δόξαν ἀντιμεθιστάντες ἑκάτεροι. συμφέρει δὴ τὰς μάλιστα ἀρεσκούσας ἀλλήλοις ἐκλεξαμένους ἀρχὰς, ἐκ τούτων ἐπιχειρεῖν· εἰ δ' οἷόν τε καὶ περὶ πάσας τὰς ἄλλας δείκνυσθαι συμφωνοῦντας, σκέψασθαι μετὰ ταῦτα· εἰ μή τις οἴοιτο περιττὸν εἶναι τοῖς περὶ τὸ συμπέρασμα συμφωνεῖν δυνηθεῖσι τὰς ἀρχὰς ἐξετάζειν, ἐξ ὧν ἡ προτέρα μάχη συνήπτετο. περὶ δὲ τὰ λοιπὰ δύο μηδεμίαν εἴποιμ' ἂν εἶναι δυσχέρειαν. τάς τε γὰρ ἐξηγήσεις τῶν διδασκάλων ῥᾴδιον οἶμαι χρῆμα τοῖς γε τὰ τοιαῦτα μάλιστα δεινοτέροις ἀκριβῶς συνιδεῖν, ὁπόσας τοῖς τῆς γραφῆς χωρίοις ἀπέδωκαν. εἰ δέ τινες ἐν ὑμῖν διαφόρως καὶ ταύτας νοοῖεν, τοῖς σοφωτέροις καὶ πλείοσι τὴν νίκην ἀφορίζεσθαι δεῖ, τοῦτο γὰρ καὶ δίκαιον καὶ προσῆκον ἂν εἴη. τάς τε τῶν ἁγίων περὶ τῶν προκειμένων δόξας ἐφαρμόττειν ἀλλήλαις, καὶ πρὸς μίαν ἁπάσας γνώμην συνάγειν, κἂν ὅπη δοκῶσι διενηνέχθαι, καὶ προσῆκον οἶμαι καὶ ῥᾴδιον· οὐ γὰρ δεῖ γε προσέχειν, εἴ τις καταψηφίζεσθαι τινὸς βούλοιτο τῶν ὑπὸ τοῦ κοινοῦ τῆς ἐκκλησίας τετιμημένων, ἢ διεφθάρθαι τὴν ἐκείνου θεολογίαν ὑπὸ τῶν οἰ-

κείων



κείων τιθεὶς, τὰς παρ' ἑαυτοῦ μὴ προσίοιτο μαρτυρίας· πλὴν ἂν μήτι που φανερῶς διεφθορὸς ᾖ· καὶ συγχωρῆτε μὲν ἑκάτεροι, μαρτυρῇ δὲ καὶ παρ' ἑκατέροις βιβλία τῆς λύμης ταύτης ἀπηλλαγμένα, καὶ τὸ γνήσιον ἑαυτοῖς περισώζοντα. καθόλου μὲν οὖν ἐπὶ τὴν γνῶσιν τῆς ἀληθείας τρισὶ τούτοις ὁδηγηθήσεσθε· τοῖς τῆς γραφῆς ἀξιώμασι, δηλονότι ταῖς αὐτῶν ἀναπτύξεσι, καὶ ταῖς ἰδίαις τῶν διδασκάλων γνώμαις ἃς ὁπουδήποτε τῶν οἰκείων λόγων τοῖς ἄλλοις κατέμιξαν, μνησθῆναι τῆς τοῦ πνεύματος προόδου δεῆσαν. ὡς δὲ ταῦτα πάντα διάθοιτε κάλλιστά τε καὶ προχειρότατα, τάς τε προλήψεις καὶ φιλονείκους ἐνστάσεις ἐξαιρετέον, καὶ τὰς σαθρὰς καὶ ῥᾳδίως ἐξελέγχεσθαι δυναμένας ἀποφυγάς, καὶ πανταχοῦ μετὰ τῆς ἰσότητος χωρητέον· οὐ γὰρ μᾶλλον νῦν ἀλλήλους καθήμεθα δικασταὶ περὶ τῶν ἀμφισβητουμένων, ἢ τῇ τε θείᾳ γραφῇ καὶ τοῖς ταύτης ἐξηγηταῖς τε καὶ διδασκάλοις τῆς ἀναγκαίας συμφωνίας ἐφευρεταὶ καὶ συνήγοροι. ὅθεν οὐκ ὀρθῶς κεχρημένοι τοῖς προκειμένοις, πολλοῖς καὶ ποικίλοις ἀδικήμασιν ἐνεχόμεθα. ἐνιούσης ὡς τῆς φιλονεικίας ἐπὶ πλεῖον τῶν ἀνηκέστων ἡμᾶς δυναμένης ἐκφέρειν, ἀπέχειν μὲν αὐτῆς παντελῶς, συμμάχους δὲ ἐπὶ τοῦτο τήν τε πρὸς ἀλλήλους εὔνοιαν, καὶ τὸ μετὰ τῆς ἀληθείας ἅπαντα λέγειν πειρᾶσθαι, πρέπει καλεῖν. καὶ πρῶτα μὲν μὴ πάντα βούλεσθαι διαῤῥήδην λαμβάνειν ἐκ τῆς γραφῆς, τούτῳ γὰρ καὶ πολλοὺς τῶν αἱρετικῶν ἴσμεν χρησαμένους τῷ προκαλύμματι, ἀλλ' ἄν τι τοῖς οὕτω λεγομένοις ἀκόλουθον ᾖ, καὶ τοῦτο τῆς ἴσης τιμῆς ἀξιοῦν· ὡσαύτως εἴ τι τοῖς ἀληθέσι καὶ ἀναντιῤῥήτοις ἐναντιούμενον φαίνοιτο, τοῦτο μηδένα παραδέχεσθαι τρόπον· ἔπειτα τῶν μὴ σαφῶς εἰρημένων αὐτὴν τὴν γραφὴν λαμβάνειν διδάσκαλον, ἐξ ὧν ἄλλοθί που σαφέστερον πραγματεύεται· πρὸς δὲ τούτοις τὴν δοκοῦσαν διαφωνίαν ἐξηγουμένους λύειν πειρᾶσθαι, καιρούς τε καὶ χρείας καὶ διαφόρους ἐννοίας καὶ τὰ τοιαῦτα παραλαμβάνοντας. οὐ γὰρ πιστεύειν ὅλως εἰκὸς ἀσυμφωνίας τι καὶ σαθρότητος τῇ τοῦ πνεύματος διδασκαλίᾳ προσεῖναι· καὶ ὅλως πῶς δεῖ τὰ τοιαῦτα τέμνειν ἡμᾶς, οὐ μόνον τῷ κατὰ κοινοὺς ἡμῶν διδασκάλους παραδείγματι καὶ οἷς ἐπὶ τῆς ἴσης εἵλοντο χρείας, ἀλλὰ καὶ οἷς εἶπον περὶ τούτων ἐπίτηδες, οὐδὲ τοῦτο τὸ μέρος ἀβοηθήτους ἐῶντες, συμβάλλειν τε καὶ εἰδέναι δυνάμεθα. ἵνα γὰρ Κύριλλον καὶ Χρυσόστομον καὶ Αὐγουστῖνον, καὶ τοὺς ἄλλους τῶν θεολόγων παρῶ, μακρὸν γὰρ ἂν εἴη τὰ πάντων ἐξαριθμεῖν, οἷς εἴπερ ἄλλου του καὶ τῆς τῶν γραφῶν ἐμέλησε συμφωνίας, οὕτω κἀκείνοις τὴν παρὰ πάντων αἰδῶ τηρήσειν δικαίως, καὶ σφᾶς εὐγνώμονας καὶ σοφοὺς ἐκείνων ὁμιλητὰς δείξειν ὑπειληφώς, τῶν τοῦ μακαρίου Νύσσης ὑμᾶς ἀναμνῆσαι βούλομαι· ἃ τὸν μακάριον Στέφανον ἐγκωμιάσαι προθέμενος, ἐπεὶ καὶ τὴν ὀπτασίαν ἐκείνου τοῦ λόγου μέρος ἔγνω ποιήσασθαι, κατὰ τῶν αἱρετιζόντων εὐφυῶς ἀποτείνεται, πρόφασιν εἰκαιολογίας καὶ ψεύδους ἐκείνην πεποιημένων. ἐκθήσομαι δὲ αὐτὰ σχεδὸν ἐκείνου τὰ ῥήματα. ἐπειδὴ γὰρ ἐκ τῆς θεωρίας ἐκείνης οἱ λυσσῶντες κατὰ τοῦ πνεύματος ᾤοντο βοηθεῖσθαι, λέγοντες· εἰ μετὰ τοῦ πατρὸς καὶ υἱοῦ δεῖ

ejus theologiam a ſuis corruptam; niſi quid ſit perſpicue depravatum, idque utrique affirmetis, & probent utriuſque partis libri tali corruptela liberi, germanamque lectionem in ſe conſervantes. Omnino igitur tribus hiſce ducemini ad cognoſcendam veritatem; videlicet ſcripturæ auctoritatibus, earum explanationibus, & propriis doctorum ſententiis, quas illi ſuis in ſermonibus ſparſim protulere, cum opus eſſet mentionem facere de Spiritus proceſſione. Ut vero hæc optime facillimeque præſtetis, tollendæ ſunt anticipatæ animo opiniones, & contentioſæ reluctationes, atque infirma effugia, quæ facile redargui poſſunt; & ubique plana ingenuitate utendum: neque enim nunc magis alteri alteris judices controverſiæ ſedemus, quam divinæ ſcripturæ ejuſque interpretum ac doctorum, quorum eſt neceſſario adinvenienda conſenſio, conciliatores & patroni. Quare ſi propoſitum negotium non recte tractaverimus, multorum ac diverſorum rei criminum erimus. Cum igitur contentio nos poſſit ulterius in mala graviſſima devehere, abjicienda omnino illa eſt, & aſſumenda ſunt nobis ſubſidio tum mutua inter nos benevolentia, tum voluntas enitendi, ut omnia cum veritate proferantur. Et primo quidem non decet velle omnia diſertis verbis e ſcriptura deſumere; nam & multos hæreticos ſcimus prætextu hoc uſos: ſed ſi quid verbis ita prolatis ſit conſequens; adæque erit honorandum: ſimiliter quod veris & confeſſis viſum repugnans & contrarium, nullo modo erit admittendum. Deinde eorum quæ obſcurius dicta ſunt, ſumendæ ſunt e ſcriptura ipſa veluti magiſtra explicationes per ea quæ uſpiam clarius illa diſſerit. Ad hæc ſi qua videtur eſſe diſcrepantia, tollenda eſt adhibita expoſitione, ſi tempora, uſus ac neceſſitas, ſenſuumque diverſitas, & hujuſmodi alia perpendantur. Neque enim eſt omnino credendum, in doctrina Spiritus ineſſe quidquam diſſenſionis, aut minus ſolidæ veritatis. Sed quomodo nos plane loca hujuſmodi diſtinguere debeamus, non ſolum exemplo communium nobis doctorum, & imitatione eorum, quæ ab illis adhibita ſunt, dum pari neceſſitate premerentur; ſed certis quoque de hoc eorum admonitionibus, cum vellent nos hac etiam in parte non eſſe auxilio deſtitutos, dignoſcere ac percipere valemus. Ut enim Cyrillum & Chryſoſtomum & Auguſtinum, & reliquos prætercam theologos; nam longum eſſet exempla omnium enumerare; quibus illud curæ fuit, ſi quidquam aliud, ſcripturas inter ſe conſonas demonſtrare, beati patris Nyſſeni dicta veſtram in memoriam redigam; ita enim puto fore, ut & ſcripturis ea merito habeatur reverentia, quæ ab omnibus debetur; & ſanctos patres oſtendam fuiſſe pios & doctos ſcripturarum auditores. Propoſitum ergo illi eſt B. Stephanum laudibus celebrare; at inter alia recenſet illud, quod ſe vidiſſe Stephanus ait: qua tum occaſione ſcite admodum in hæreticos invehitur, quod illi viſionem Stephani anſam ſibi facerent futilis argumen-

ἡμετέρων ἀδελφῶν ἀξιώματα, οὐ τὸν ἴσον τρόπον πάντες ἐνόησαν· ἀλλ᾽ οἱ μὲν ὡς τὴν ἀπόφασιν συμπεραίνοντα, οἱ δ᾽ ὡς τῇ καταφάσει συνηγοροῦντα πάντως ἐδέχοντο· οὐ τοῦτο δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ πολλοῖς ἄλλοις ἐκ τῶν διδασκάλων οἱ τῆς ὑμετέρας προϊστάμενοι ἀποφάσεως ἐχρῶντο ῥητοῖς· ὅθεν ἔκ γε τῶν τοιούτων οὐ μᾶλλον τῇ σιωπῇ τῶν ἄλλων, ἢ τοῖς ἡμετέροις λόγοις τίθεσθαι χρή. καὶ μὴν οὐδ᾽ ἐπὶ τὴν ἄγνοιαν καταφεύξεσθε, αὐτοί τε ταῦτα πάντα εἰδότες, καὶ πολλῶν ἄλλων ὑμῖν διαμαρτυρομένων, καὶ τοῦ μὴ βούλεσθαι μόνον εἴργειν ἔχοντος. εἰ δὲ καὶ παρὰ τῶν ἄλλων ἁγίων προτιθεῖεν ὀνείδη, B οἷς προσέχειν δῆθεν βουλόμεθα, καὶ δίκαια μὲν αἰτιᾶσθαι τοὺς ἀδελφούς, ἡμᾶς δὲ φανερῶς ἀδικεῖν, αὐτοὶ δ᾽ ἐν τιμῆς προσχήματι συνηδικῆσθαι καὶ συνεκβεβλῆσθαι φήσειεν παρελθόντες· οὐ γὰρ οἶμαι στασιάσουσι πρὸς ἀλλήλους, καὶ τἀναντία περὶ ἡμῶν ψηφιοῦνται· τίς ἡμῖν λοιπὸν ἔσται καταφυγή; τὸ δὲ μεῖζον, ἀπαιτοῦντι τῷ δεσπότῃ παρ᾽ ἡμῶν τὴν εἰρήνην καὶ τὴν γνῶσιν τῆς ἀληθείας, ὧν τὴν μὲν καθάπερ τινὰ κλῆρον ἔδει διαφυλάττειν, τὴν δὲ φέρειν ἐκεῖθεν ἀπὸ τῆς ἐνταῦθα ζωῆς, ὡς δι᾽ ἐκείνης μόνης σωθησομένους, τί τῶν ἁπάντων εἰπόντες οὐχὶ καὶ προσαναισχυντεῖν δόξαιμεν ἂν καὶ χείρους δίκας ὀφείλειν; C οὔτε γὰρ τὴν τῶν γραφῶν ἐροῦμεν ἀσάφειαν ἧς τοσούτους ἡμῖν ἐκάθισεν ἑρμηνεῖς, οὔτε τοὺς διδασκάλους συνηγόρους καλέσομεν, προκατεγνωκότας πάντως ἡμῶν. εἰ δὲ καὶ μέλλοιεν παρεῖναι, οἱ μὲν αὐτῶν καὶ πάλιν σιγῶντες, οἱ δὲ τἀναντία μαρτυροῦντες περιφανῶς, οὐδὲ διατρίβειν ἐάσουσι περὶ τὰς ψήφους τὸν δικαστήν. ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ἄμεινον ἐκείνων ἁπάντων τὰ τῶν γραφῶν αὐτοὶ νοεῖν τολμήσομεν λέγειν· οὔτε τῆς εἰρήνης ἐπιθυμῆσαι μέν, οὐ τυχεῖν δὲ διϊσχυριούμεθα· πῶς γὰρ οἱ καὶ τοὺς διδασκάλους ἀλλήλοις ἐκπολεμοῦν βουληθέντες, ὧν τὴν ὁμόνοιαν τῶν ἐν ἡμῖν σκανδάλων ἔδει γίνεσθαι D λύσιν; ἧττον σιγᾷν μὲν ἄμεινον ἔσται μηδὲν ἔχουσιν εἰς ἀπολογίαν προβάλλεσθαι, ἀντὶ δὲ τῆς τῶν ἐγκλημάτων ὁμολογίας, τὰ τῆς σιωπῆς ἀποχρήσει τῷ δικαστῇ. οὕτως ἡμῖν διαιρεῖν τοὺς διδασκάλους τῆς ἐκκλησίας ταῖς γνώμαις, ἢ μαχομένοις ἀλλήλοις, ἢ κακῶς εἰρηνεύουσιν ἀπαραίτητον ἔχει πανταχόθεν τὴν μέμψιν· τὸ δὲ συνάπτειν ἐκείνους, ὡς καὶ πρότερον εἴρηται, πρὸς πᾶσαν τύχην ἀρκεῖ. εἰ γὰρ μὴ καὶ τὰ τῆς ἀληθείας ἡμῖν οὑτωσὶ περιγένοιτο, πολλὰ τὰ τὴν συγγνώμην πράξοντα δικαίως προσέσται· καὶ τῇ πρὸς τοὺς αἰδοῖ πολλῶν ἀγαθῶν ἑσμὸν συνεπαγομένῃ πάσας ἐκεῖθεν εὐθύνας ἐξωνησόμεθα. ἀλλ᾽ οὐκ E ἔστι τῶν ἐνδεχομένων τῆς ἀληθείας διαμαρτεῖν * ἡμᾶς ὑπὸ τῇ τῶν διδασκάλων εἰρήνῃ, οὐ μᾶλλον ἢ κἀκείνους τοῦτο παθεῖν ὑπὸ τῇ τοῦ πνεύματος ὁδηγίᾳ. ταύτην τοίνυν ἑλέσθαι δεῖ τὴν ἀληθῆ τε οὖσαν καὶ πρόχειρον, καὶ πρὸς τούτοις γέμουσαν ἀσφαλείας. εἰ δ᾽ ἔστιν ἄλλον τινὰ συνάψαι τρόπον τοὺς διδασκάλους τοῦ νῦν ὑπομνησθέντος ἀμείνω, τοῦτ᾽ εὐχῆς ἔργον ἐμοί· οὐδὲ γὰρ ἂν αὐτὸς φαίην, τοῦτον μόνον ἁπάν-

* ἴσ. διαμαρτεῖν ἡμᾶς. Η.

A nis hæc etiam ſunt judicanda. Nam quæ vocatis contraria noſtrorum fratrum axiomata, non uno modo ab omnibus intellecta ſunt, a quibuſdam enim ſic accepta ſunt, quaſi negationem concludentia; quidam vero illa, ut affirmationi prorſus faventia intellexerunt; neque id ſolum, ſed multis quoque aliis doctorum auctoritatibus uſi ſunt veſtræ negationis defenſores. Quare quod ad hæc pronunciata attinet, non magis aliorum ſilentio ſtandum eſt, quam noſtris dictis. Neque vero confugietis ad ignorantiam, qui hæc omnia probe ſcitis, & multos alios habetis ſuis obteſtationibus ea vobis proponentes; nihil enim B eſt, quod impedimento eſſe poſſit, niſi una voluntas. Quod ſi aliorum quoque ſanctorum proferantur querelæ, quas miſſas facere minime volumus; quod fratres quidem juſte conquerantur, nos vero propalam haud æqua lance utamur; ſeque dicant honoris prætextu ſimul cum illis affectos eſſe injuria, ſimulque exploſos: ſi prodeuntes in medium hæc illi objiciant: neque enim ibi quoque contrarias opinor ſequentur partes, & ſententias de nobis pronunciabunt oppoſitas: quid nobis quæſo refugii ſupererit? Et quod majus eſt, repoſcenti a nobis domino pacem, & veritatis cognitionem; quarum illa quidem ſervanda erat a nobis C veluti hæreditas quædam; hæc vero ex hac vita aſportanda, quod per unam illam ſit nobis ſalus; quid plane reſpondentes non videamur inſuper & petulantes eſſe, ac digni de quibus graviores pœnæ ſumantur? Nam neque ſcripturarum obſcuritatem afferemus, cujus adeo multos conſtituit nobis interpretes: neque doctores advocabimus patronos; jam olim certe damnati ab illis. Quod ſi etiam affuerint, hi quidem rurſus tacentes, illi vero aperte contraria teſtimonio ſuo dicentes, non permittent judici, ut diu de ferenda ſententia cogitet. Sed neque audebimus dicere, melius a nobis quam ab illis omnibus intelligi ſcripturas: neque illud enim D affirmabimus, pacem optaſſe quidem, ſed aſſequi non potuiſſe; qua enim fronte hoc dicamus, qui doctores etiam inter ſe committere voluerimus, quorum concordia debebat e medio tollere noſtra ſcandala? Satius plane erit tacere, cum nulla nobis futura ſit excuſatio: ſatiſque erit judici confeſſionis loco noſtrum ſilentium. Ita nobis, ſi doctores eccleſiæ diſtrahamus in contrarias ſententias, aut diſſidentibus, aut non bona pace convenientibus, facit, ut nulla ex parte poſſimus accuſationem evitare; ſi vero illos in concordiam reducamus, ut jam antea dictum eſt, ad omnem hoc ſatis eſt fortunam. Nam licet ita etiam non ſiamus E compotes veritatis, multa tamen erunt, ob quæ jure veniam mereamur: & reverentia, quam adverſus doctores adhibebimus, cum multorum ſecum afferat examen bonorum, illud etiam præſtabit, ut nullam futuro judici debeamus reddere rationem. Verum fieri non poteſt, ut pace inter doctores confirmata nos a veritate aberremus; ſicut æque illos hallucinatos eſſe impoſſibile eſt, cum ducem habuerint Spiritum. Eſt igitur hac via utendum, quæ vera atque expedita eſt, nec non uſquequaque tutiſſima. Si vero ſit alius modus eo, quem dixi, præſtantior,

quo

quo poſſint doctores conciliari; id mihi erit ſummopere exoptandum: neque enim ego affirmaverim, hunc unum eſſe omnium optimum: ſed ajo, neceſſarium quidem eſſe conjungere & probare illos in omnibus eſſe concordes; & jaciendum eſſe hoc veluti fundamentum noſtræ unionis; nam ſine hoc nec bene, ſed nec omnino quidem illa ſtabilietur: qua vero hæc ratione fiant, adinvenire veſtrum eſt. Etenim quæ ſpectare huc videntur ex iis quæ dixi, non ita dicta ſunt a me, quaſi modum ipſe docerem; ſed ut potius effigiem adumbrationemque proponerem conciliationis doctorum. Si vero etiam hæc eadem ex animo ipſe ſentirem, exiſtimaremque hunc eſſe modum utiliorem; quid mirum? & mihi & aliis quibuſcumque liceat de propoſita materia quidvis ſentire, donec a vobis eligantur potiora, & quæ indubitanter credenda ſint. Non ſolum vero ſanctis, ſed ipſis etiam ſcripturæ dictis, reddenda eſt hæc concordia; & eo magis, cum & illa nobis opus fuerint ad præſens negotium. Ego enim dixerim, minimum nos indigere ſcripturæ axiomatis, cum ſit nobis ſatis doctorum ſententia, qui bene illam expenderunt, & dicta ſua inde ſumpſerunt: ut ſi quis ex iis quæſiſſet, ut dictorum ſuorum probationes exponerent, ſtatim illi ſane ad ſcripturam confugiſſent; quod etiam exigente nemine videntur multi frequenter præſtare. Si quando vero etiam uti ſcriptura oportebit, faciendum hoc erit non tam ſpectando concluſionem, quam doctorum convenientiam; honorando interim ſcripturam per expoſitionem ſuæ concordiæ: nam ſi honor iſte illi non tribuatur, nihil aut venerantibus, aut citantibus proderit: & omnino ea tantum, per quæ pax erit, adhibendo (ita enim nequaquam per contentiones, ex his controverſiis, ut aſſolet inter homines, ad alias devolvemur) opinio de pugna locorum propellenda eſt quam longiſſime; primumque pro certo ponendum, dicta inter ſe concordare: & agendum hoc cum ſcientia & accurata diligentia; ne loco concordiæ dictorum ſcripturæ atque doctorum, inconſiderate tum illa diſtrahamus a veritate univerſim, tum nos ipſos etiam pariter divellamus. Hæc, venerandi patres, inſtar omnium ſatis fore nobis puto ad pacem propoſitam: nam etſi præter hæc, multa quoque alia quæ in rem faciant, venire poſſunt in mentem; at certe iſta videntur eſſe velut origo quædam & caput illorum. Et hinc quidem vobis exordientibus par eſt & alia, ſi uſus fuerit, additum iri, & agitatam quæſtionem ad finem perduci: ſine iſtis autem convenire nihil bene poterit. Idcirco ſi tantummodo hæc veſtram in memoriam redegero, ut & promiſſa ſolvam, & ingens honeſti deſiderium patefaciam, ſatis ſuperque mihi jam dixiſſe videor. Addo tamen unum hoc, [illegible]oque, ut ſi Deus nos reſpexerit pro[illegible], conceſſeritque veram ſcripturæ doctorumque conſenſionis notitiam; quæ noſtra continuo totiuſque eccleſiæ unio fuerit; velitis eam, quæcumque illa fuerit, in fidei ſymbolo palam exprimere; ut poſſitis & verbis exterioribus congruere, & eſſe qualibet ex parte conjuncti. Sin minus, optandum certe erit, ut ſenſu conveniatis

τῶν ἄριστον εἶναι· ἀλλὰ τὸ μὲν συνάπτειν αὐτοὺς καὶ συμβαίνοντας διὰ πάντων δεικνύναι, τοῦτ᾿ ἀναγκαῖον εἶναί φημι, καὶ τοῦτον δεῖ ὑποβεβλῆσθαι τῆς ἡμετέρας ὁμονοίας ὥσπερ θεμέλιον, ὡς τούτου χωρὶς μήτε καλῶς μήθ᾿ ὅλως ἱδρυσομένης· ᾧ δ᾿ ἂν ταῦτα γένοιτο τρόπῳ, ὑμέτερόν ἐστιν ἀνευρίσκειν. καὶ ἃ γὰρ τῶν εἰρημένων εἰς τοῦτο τείνειν δοκεῖ, οὐ μᾶλλον εἰσηγουμένου τὸν τρόπον, ἦν, ἢ προτιθέντος ὑμῖν εἰκόνα καὶ τύπον τῆς τῶν διδασκάλων συμβάσεως. εἰ δὲ καὶ γνώμη τίς ἦν ἐμὴ καθαρῶς ἐκεῖνα, καὶ τοῦτον ἡγούμην τὸν τρόπον εἶναι λυσιτελέστερον, οὐδὲν θαυμαστόν. ἐξέστω γάρ ἐμοί τε καὶ τῶν ἄλλων ἑκάστῳ φρονεῖν ὁτιδήποτε περὶ τούτων, ἕως ἂν ὑμεῖς ἕλησθε τὰ βελτίω, καὶ ἅπερ ἀναμφιβόλως μέλλει κρατεῖν. οὐ τοῖς ἁγίοις δὲ μόνοις ἀλλὰ καὶ τοῖς τῆς γραφῆς ἀξιώμασιν, ὅπερ ἔφθην εἰπών, τὴν ἕνωσιν ταύτην ἀποδίδοσθαι δεῖ. καὶ πολλῷ μᾶλλον, ὁπόταν ἡμῖν κἀκείνων πρὸς τὰ παρόντα γένηται χρεία. ἐγὼ γὰρ εἴποιμ᾿ ἂν ὡς ἐλάχιστα δεῖσθαι τῶν τῆς γραφῆς, ἀρκουμένους τῇ δόξῃ τῶν διδασκάλων, οἳ καλῶς ἐκείνην ἐξήτασαν, καὶ ὧν ἔλεγον ἐκεῖθεν ἔσχον τὰς ἀφορμάς· καὶ εἴ τις αὐτοὺς ἀπῄτει τῶν λόγων τὰς ἀποδείξεις, εὐθὺς ἐπὶ τὴν γραφὴν κατέφυγον ἄν· ὃ καὶ μηδενὸς αὐτοὺς ἀπαιτοῦντος, πολλοὶ καὶ πολλάκις φαίνονται πράττοντες. εἰ δὲ δεῖ ποτε κἀκείνῃ χρήσασθαι, οὐ πρὸς τὸ συμπέρασμα βλέποντας μᾶλλον, ἢ πρὸς τὸ συνάπτειν τοὺς διδασκάλους τοῦτο ποιεῖν· τιμῶντας δὲ καὶ τῇ γραφῇ τὴν ἀπὸ τῆς συμφωνίας ἀποδιδόντας τιμήν, ἧς ἄνευ οὔτε τιμῶσιν οὔτε χρωμένοις ἄλλως συνοίσει. καὶ ὅλως ἐξ ὧν εἰρηνεύσειν μέλλομεν μόνον ἄλλως ἀπὸ φιλονεικίας ἁρμοττούσης ἀνθρώποις που τῶν ἀμφισβητήσεων [illegible] ἐξοκείλαντες τούτων, ὡς πορρωτάτω τὴν τῆς ἀντιλογίας δόξαν ἀπάγειν, καὶ τοῦτο ταῦτα πρῶτον τίθεσθαι συμφωνεῖν· καὶ τοῦτο πράττειν μετὰ σοφίας καὶ τοῦ γινομένου παντὸς, μὴ καὶ λάθωμεν ἀντὶ τοῦ συνάπτειν ἀλλήλοις τὰ τῆς γραφῆς καὶ τῶν διδασκάλων, διϊστάντες αὐτά τε τῆς ἀληθείας κοινῇ, καὶ ἡμᾶς ἐκείνοις συναφιστάντες. ταῦτ᾿ ὦ πατέρες σεβάσμιοι πρὸς τὴν ζητουμένην εἰρήνην ἀντὶ πάντων ὑμῖν ἀρκέσειν ἡγοῦμαι. εἰ δὲ καὶ ἄλλα πολλὰ πρὸς τούτοις ἔστι τῶν χρησίμων ἐνθυμηθῆναι, ἀλλὰ ταῦτα καθάπερ τις ἀρχὴ καὶ κεφάλαιον ἐκείνοις εἶναι δοκεῖ. κἀντεῦθεν μὲν ἀρξαμένους ὑμᾶς εἰκός ἐστι καὶ δεομένα * ἀλλήλων ταῦτα προσθήσειν, καὶ τὸ ζητούμενον κατεργάζεσθαι· τούτων δ᾿ ἄνευ οὐδὲν ἂν τῶν ἀμεινόνων συμβαίη. διὸ δὴ περὶ τούτων μόνον ὑμᾶς ὑπομνήσας, ὥστε καὶ τὰς ὑποσχέσεις ἐκτίσαι καὶ τὴν ὑπὲρ τοῦ καλοῦ προθυμίαν ἐνδείξασθαι, καὶ λίαν ἀρκούντως ἔχειν ἡγοῦμαι· τοῦτο μόνον ὑμῶν πρὸς τοῖς εἰρημένοις δεόμενος, εἰ Θεὸς ἵλεως ἐπιβλέψαι ἡμῖν, τὴν ἀληθῆ τῆς γραφῆς καὶ τῶν διδασκάλων συνιδεῖν ἕνωσιν δοίη, ἣ καὶ ἡμῶν εὐθὺς καὶ πάσης τῆς ἐκκλησίας ἕνωσις ἔσται, ἵνα καὶ τῷ συμβόλῳ ταύτην τῆς πίστεως ὁποία ποτ᾿ ἂν εἴη φανερὰν ποιεῖν ἀξιώσητε, ἵνα καὶ τοῖς ἔξω λόγοις δυνήσθε συμφωνεῖν καὶ διὰ πάντων ἑνωθῆναι· εἰ δ᾿ οὖν, εὐχῆς ἔργον ἂν εἴη τῇ γε γνώ-

* ἴσ. ἄνευ



μῃ συνάπτεσθαι· τοῦτο γὰρ εἰ καὶ μὴ τῆς πίστεως τὴν ἀκρίβειαν, τὴν γοῦν πρὸς ἀλλήλους τῶν διδασκάλων περιέξει καὶ τὸ τἀληθῆ φρονεῖν ἡμᾶς παρέξει. εἰ δὴ καὶ ἄλλο τι τῷ συμβόλῳ προσθήσητε, ὃ τοῖς ἁγίοις ἅπασι κοινῶς ἀξιούμενον, τῇ μὲν καταφάσει συναγωνίζεται, τὴν δ᾿ ἀπόφασιν οὐκ εἰσάγει, καὶ τοῖς μὲν τῶν ἁγίων ἀνθ᾿ ὧν ἐσιγήθη ἦν, οἱ δ᾿ ὡς τὴν ἴσην δὶς εἶπον ἔχοντι δύναμιν φαίνονται χρώμενοι, ἑνώσεως μὲν τοῦτο σχῆμα λοιπὸν κατὰ τρίτον ὡς ἂν εἴποι τις πλοῦν· οὐκοῦν οὐδὲ τοῦτο τῆς τῶν διδασκάλων συμφωνίας καὶ τῶν ἡμετέρων περὶ ταύτης λόγων ἀπήλλακται. ὥστε πανταχόθεν ἡμῖν ταυτὸ περιείη, τῆς τε γραφῆς καὶ τῶν διδασκάλων ἡ συμφωνία.

Ἀλλ᾿ ἐπεὶ καὶ δὴ σιγᾶν ἔγνωκα μὴ τῷ μήκει τῶν λόγων ἀηδὴς ὑμῖν γένωμαι δεδιώς, τὰ τῆς ἐμῆς κεφάλαια συμβουλῆς ἐξαριθμήσασθαι, καὶ τούτων ὑμᾶς ἀναμνῆσαι βούλομαι. ἣν μὲν ἔνιοι σκοποῦσιν οἰκονομίαν, ταύτην μηδ᾿ ἐπὶ νοῦν λαβεῖν συμβεβούλευκα, ἕνωσιν δ᾿ ἀληθῆ καὶ δογμάτων κοινωνίαν πράττειν εἴρηκα δεῖν, ἣν τὸ μίαν περὶ τῶν ἀμφισβητουμένων γνώμην λαβεῖν, εἶπον εἶναι· ταύτην δὲ καὶ τῷ συμβόλῳ τῆς πίστεως ὁμολογεῖν ἢ προστιθέντας ἢ ἀφαιροῦντας, ὁπότερον ἂν ἡ τοῦ Θεοῦ χάρις ὑπαγορεύσειεν. ἐπὶ δὲ τούτοις, ὑφ᾿ ὧν ἔνιοι ταραττόμενοι τὴν εἰρήνην ταύτην ἔμελλον ἀπελπίζειν, ἀσθενῆ παντάπασιν ἔδειξα, καὶ πάντα μᾶλλον ἢ κωλύειν ὑμᾶς εὐλόγως δυνάμενα. εἶτα καὶ τὰ ποιήσοντα ταύτην, οὐκ ἐπιμένων ἀλλ᾿ οὑτωσὶ παρειὼν τὰ πλεῖστα προστέθηκα· ἅπερ ἡ τῶν θείων γραφῶν καὶ τῶν διδασκάλων τῆς ἐκκλησίας ἕνωσις ἦν, τὸ σύμπαν εἰπεῖν. ἐφ᾿ ἃ δὴ πάντα μετ᾿ εὐλαβείας ὑμᾶς παρακέκληκα, εἰ καὶ μὴ τῆς ὀφειλομένης, ἀλλ᾿ οὖν τῆς γε δυνατῆς ἐν τοῖς τοιούτοις τῶν λόγων. ταῦτα μὲν ἐγώ, τῷ μὲν κατορθοῦν τύχην ἀγαθὴν μᾶλλον ἢ δεινότητα καὶ σοφίαν, τῷ δὲ διαμαρτεῖν πολλὴν ἔχοντα συγγνώμην ἕνεκά γε τοῦ προθυμήσασθαί τι καὶ παθεῖν ὑπὲρ τοῦ καλοῦ· ὑμῶν δ᾿ εἴη λοιπὸν οὐ μέλλειν, ἀλλ᾿ ἢ ταῦτα πράττειν ἂν δοκῶμέν τι λέγειν, ἢ βελτίω ζητεῖν, ἑκατέρου Θεὸν ἡγεμόνα λαβόντας.

hoc enim etſi non exactam fidei confeſſionem, continebit tamen mutuam inter doctores convenientiam, rectumque in nobis fidei ſenſum. Quod ſi etiam aliud quidpiam ſymbolo addatis, quod a ſanctis omnibus communiter prolatum affirmationi quidem faveat, negationem vero non inducat; illud autem hi quidem ſancti videantur uſurpaſſe pro iis quæ tacuere; illi vero, quod perinde valeat atque ea quæ expreſſere; modus ſane hic erit unionis tertio loco numerandus; quare neque a doctorum conſenſu, neque a noſtris de eo ſermonibus erit & ille alienus. Itaque finis idem nobis quavis ratione conſtet, ſcripturæ ſcilicet ac doctorum conſenſio.

Sed quia jam tacendum mihi cenſeo; vereor enim, ne ſermonum meorum prolixitas tædio vos afficiat; volo conſilii, quod a me datum eſt, enumerare capita, & revocare vos ad eorum memoriam. Dedi conſilium, ut apparentem illam præſenti rerum ſtatui profuturam unitatem, quam aliqui habent in animo, ne cogitatione quidem veſtris mentibus concipiatis; ſed unionem veram & ſententiarum conjunctionem peragatis; quam in eo dixi conſiſtere, ſi de rebus controverſis idem omnes ſenſeritis, & hoc in fidei quoque ſymbolo expreſſeritis, ſive addendo, ſive aliquid demendo, utrumvis divina gratia dictaverit. Ad hæc oſtendi, difficultates, quibus turbati nonnulli pacem bene erant deſperaturi, eſſe penitus infirmas, & quidvis aliud poſſe magis, quam eſſe vobis jure impedimento. Deinde per quæ pax confici debeat, non inſiſtens, ſed plurima percurrens, breviter appoſui, quæ ut uno verbo dicam, nihil aliud ſunt, quam ſacrarum ſcripturarum & eccleſiæ doctorum convenientia. Ad hæc omnia ſum vos adhortatus, ſi non cum debita reverentia, at certe tanta, quanta poteſt in hujuſmodi ſermonibus adhiberi. Hæc quidem ego; in quibus, ſi bene dicta ſunt, fortunæ potius agnoſco beneficium, quam ſcientiæ aut eloquentiæ nervos: ſi vero male, illud video, multam illa veniam mereri, quod boni honeſtique cauſa libenter hunc laborem ſubjerim. Reliquum eſt, ut vos jam ſegniter non agatis, ſed vel hæc ipſa, ſi quid ego dicere videor, præſtetis; vel certe meliora quæratis, Deo vobis ad utrumque duce propoſito.

---

## ΙΩΣΗΦ ΤΟΥ ΘΕΟΦΙΛΕΣΤΑΤΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΜΕΘΩΝΗΣ.

Ἀπολογία εἰς τὸ γραμμάτιον κῦρ Μάρκου τοῦ Εὐγενικοῦ μητροπολίτου Ἐφέσου, ἐν ᾧ ἐκτίθεται τὴν ἑαυτοῦ δόξαν, ἣν εἶχε περὶ τῆς ἐν Φλωρεντίᾳ ἁγίας καὶ ἱερᾶς συνόδου.

### ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Ὁ ΑΙΔΕΣΙΜΟΣ οὗτος ἀνὴρ τοὺς ἀπὸ Χριστοῦ κεκλημένους Χριστιανοὺς εἰς τὴν τῶν σχισματικῶν βουλόμενος ἀπῶσαι μοῖραν, κἀντεῦθεν τῆς τῶν εὐσεβῶν κοινωνίας χωρίσαι, καὶ τῆς ἱερᾶς [illegible] ἀποστῆσαι συνόδου, ὥσπερ τινὰ τό-

## JOSEPHI DEO AMABILISSIMI METHONENSIS EPISCOPI.

*Reſponſio ad libellum domini Marci Eugenici metropolitæ Epheſi; in quo Marcus quid de ſacroſancta ſynodo Florentina ſentiret, exponit.*

### PROOEMIUM AUCTORIS apologiæ.

Interprete Joanne Matthæo Caryophilo.

VENERABILIS hic vir Chriſti nomine inſignitos in ſchiſmaticorum volens detrudere partes, & proinde a piorum ſocietate ſegregare, atque a ſacra ſynodo penitus abalienare, veluti tomum quemdam ſententiam ſuam expoſuit, quam ad omnes

nes ubique Chriſtianos mittens, admonet, præcipit, ne œcumenicam ſynodum ſuſcipiant, ſed potius adhæreant ipſius dictis, quippe cum unus & ipſe ſit ex eorum numero, qui in ſacra illa ſynodo diſputarint: Quodque ceteri quidem amplis pellecti promiſſis atque honoribus aſſenſi fuerint, ipſe vero nullo modo ſit aſſenſum eorum ſecutus: Et illi quidem muneribus manu acceptis uniti ſint, hic vero manus nec muneribus, nec auro inquinaverit.

Quoniam igitur ad nos etiam nuper hæc ipſius adhortatio pervenit, dignum re vera eſt examinare, num vera dicat, atque hæc dicens cum ſanctis conſentiat. Et ſi quidem veritati conſona docet, nos quoque ab ipſo ſtabimus, incuſantes Latinos, & per omne tempus cum illo concordabimus: ſin autem illum longe a veritate diſtare, & aliena prorſus a ſanctorum theologia pronunciare perſpectum fiet; rejicere quidem ipſum tanquam impoſtorem & pſeudomagiſtrum, ejus vero ſermones execrari utpote animas noſtras lædentes, conveniens ac ſalutare fuerit. Hoc porro demonſtrato, averſari nos oportebit & ipſum, & omnes qui cum eo contraria nobis affirmant, cum ſancta vero & catholica Dei eccleſia conjungi. Ceterum miretur nemo, ſi tanti viri docti & eximii ſermones infringere aggredimur. Id ſane potius mirandum, cum ipſum a nobis tantum virum convictum videritis imbecillitatis & falſitatis verborum, quæ profert. Nam ſi expertes ſcientiæ ſumus, at certe orthodoxi, Dei beneficio. Ille enim qui dixit; *Cum ducti fueritis ad ſapientes & præſides, nolite timere; ego enim dabo vobis virtutem, cui non poterunt contradicere omnes adverſarii veſtri*: ipſe nos etiam poteſt illuminare, per quem & piſcatores, cum eſſent illiterati, theologi & oratores evaſerunt; vireſque dare, quæ ſufficiant ad hunc fugandum. Ne ergo reſpicite ad excellentiam viri, noſtramque tenuitatem, ſed uter noſtrum veritati conſonet, & cum theologis eccleſiæ conſentiat maxime: Veritatem quippe dicenti neceſſario fides habenda eſt. Sed ne videamur exordientes polliceri eximia, age ipſius dicta in medium afferamus, & ea per verba ſingula diligenter expendamus, ut cunctis liquido appareat veritas.

*Luc. xxi.*

MARCUS EPHESIUS. Ego propter mandatum & neceſſitatem eccleſiæ Chriſti ſuſcepto pontificali munere, quod ſtatum & vires meas tantopere ſuperat, ſecutus ſum œcumenicum patriarcham, & divinitus datum imperatorem ad ſynodum in Italia celebratam.

RESPONSIO. Omnes qui nomen Chriſto dedimus, propter neceſſitatem & mandatum eccleſiæ Chriſti non modo ſuſcipere debemus interim cum reverentia munus pontificale, quod ut dixiſti, & ſtatum & vires noſtras re vera ſuperat, cum ſit honoris maximi dignitas; ſed & mortem oppetere, & quamvis aliam rem neceſſariam profundere, opes, corpus & ipſam animam pro Chriſti eccleſia; & ſequi conceſſos a Deo nobis duces, patriarchas & imperato-

μον τὴν ἑαυτοῦ γνώμην ἐξέθετο, καὶ τοῖς ἁπανταχοῦ Χριστιανοῖς ἀποστείλας νουθετεῖ, παρεγγυᾶται μὴ τὴν οἰκουμενικὴν σύνοδον στέργειν, ἀλλὰ μᾶλλον τοῖς αὐτοῦ λόγοις προσμένειν, ὡς ἑνὸς καὶ αὐτοῦ ὄντος τῶν διαλεχθέντων τῆς ἱερᾶς ἐκείνης συνόδου· καὶ ὅτι οἱ μὲν ἄλλοι ὑποσχέσεσι λαμπραῖς καὶ τιμαῖς ὑπαχθέντες συνῄνεσαν, αὐτὸς δὲ οὐδόλως αὐτοῖς συγκατένευσε· κἀκεῖνοι μὲν δῶρα χερσὶ λαβόντες ἡνώθησαν, οὗτος δὲ οὔτε δῶρα ἔλαβεν, οὔτε χρυσῷ τὰς χεῖρας ἐμίανεν.

Ἐπεὶ οὖν καὶ πρὸς ἡμᾶς ἡ τοιαύτη αὐτοῦ παραίνεσις ἤδη ἐλήλυθεν, ἄξιόν ἐστιν ὡς ἀληθῶς ἐξετάσαι, εἴπερ ἀληθῆ λέγει, καὶ συμφωνεῖ τοῖς ἁγίοις τοιαῦτα λέγων. καὶ εἰ μὲν ἀληθείας ἔχεται, καὶ ἡμεῖς μετ᾽ αὐτοῦ στησόμεθα ἐγκαλοῦντες Λατίνοις, καὶ ὁμόφρονες αὐτῷ πάντα τὸν χρόνον ἐσόμεθα. εἰ δὲ πόρρω που τῆς ἀληθείας καὶ παντελῶς ἀλλότρια τῆς τῶν ἁγίων θεολογίας ἀποφαινόμενος δειχθείη, ἀποπέμψαι μὲν τοῦτον ὡς ἀπατεῶνά τινα καὶ ψευδοδιδάσκαλον, ἀποσκορακίσαι δὲ τοὺς αὐτοῦ λόγους ὡς πημαντικοὺς ὄντας τῶν ἡμετέρων ψυχῶν καὶ προσῆκόν ἐστι καὶ σωτήριον ἅμα. τούτου δὲ δειχθέντος, αὐτὸν μὲν καὶ τοὺς μετ᾽ αὐτοῦ ἡμῖν πάντας τἀναντίον φάσκοντας ἀποστραφῆναι ἡμᾶς δεῖ, ἑνωθῆναι δὲ τῇ τοῦ Θεοῦ ἁγίᾳ καὶ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ. καὶ μὴ θαυμάσῃ τις, ὡς ἀνδρὸς τοιούτου σοφοῦ καὶ μεγάλου λόγους ἡμεῖς οὕτω τολμηρῶς ἀνατρέπειν ἐπιχειροῦμεν· τότε δὲ μᾶλλον θαυμάζειν δεῖ, ὅταν αὐτὸν ἐλεγχόμενον παρ᾽ ἡμῶν θεάσησθε ὄντα τοιοῦτον, καὶ δεικνύμενον ἀσθενῆ τε καὶ ψευδῆ προφέροντα ῥήματα· εἰ γὰρ ἄπειροι σοφίας ἐσμὲν, ἀλλ᾽ ὀρθόδοξοι τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι. ἐκεῖνος γὰρ ὁ εἰπών· ὅταν ἀχθῆτε εἰς σοφοὺς καὶ ἡγεμόνας, μὴ δειλιάσητε, ἐγὼ γὰρ ὑμῖν δώσω δύναμιν, ᾗ οὐ δυνήσονται ἀντειπεῖν πάντες οἱ ἀντικείμενοι ὑμῖν· αὐτὸς γοῦν δύναται καὶ ἡμᾶς φωτίσαι, ὁ καὶ τοὺς ἁλιεῖς ἀγραμμάτους ὄντας θεολόγους καὶ ῥήτορας ἀναδείξας, καὶ δύναμιν ἱκανὴν δοῦναι, ὥστε τοῦτον κατατροπώσασθαι. μὴ οὖν ἀποβλέψητε πρὸς τὴν ὑπεροχὴν τοῦ ἀνδρὸς καὶ τὴν ἡμῶν χθαμαλότητα, ἀλλὰ πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἀμφοτέρων, καὶ τίς ἐστιν ὁ τοῖς θεολόγοις τῆς ἐκκλησίας συνᾴδων· τῷ γὰρ τὴν ἀλήθειαν λέγοντι, τούτῳ καὶ πιστευτέον ἀνάγκη. ἵν᾽ οὖν μὴ δόξωμεν περιττὰ ἐκ προοιμίων λέγειν, φέρε τὰ παρ᾽ αὐτοῦ εἰρημένα εἰς μέσον προθῶμεν, καὶ ταῦτα κατὰ λέξιν ἀκριβῶς ἐξετάσωμεν, ἵν᾽ ἡ ἀλήθεια φανερὰ τοῖς πᾶσι γένηται.

ΕΦΕΣ. Ἐγὼ διὰ τὴν ἐπιταγὴν καὶ τὴν χρείαν τῆς τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησίας ἀναδεξάμενος τὸ τῆς ἀρχιερωσύνης λειτούργημα, τοσοῦτον τὴν ἐμὴν ἀξίαν ἅμα καὶ τὴν δύναμιν ὑπερβαῖνον, ἐπηκολούθησα τῷ οἰκουμενικῷ πατριάρχῃ, καὶ τῷ ἐκ Θεοῦ αὐτοκράτορι πρὸς τὴν ἐν Ἰταλίᾳ σύνοδον.

ΑΠΟΛΟ. Πάντες οἱ τῷ ἀπὸ Χριστοῦ ὀνόματι κεκλημένοι διὰ τὴν ἐπιταγὴν τῆς τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησίας οὐκ ὀφείλομεν μόνον ἀναδέξασθαι πως μετ᾽ εὐλαβείας τὸ τῆς ἀρχιερωσύνης λειτούργημα· ὅπερ καὶ τὴν ἡμετέραν ἀξίαν καὶ δύναμιν, ὡς ἔφησας, ὑπερβαίνει, καὶ τοῦτό ἐστιν ἀληθὲς, τιμῆς μεγίστης ὑπάρχον ἀξίωμα· ἀλλὰ καὶ θάνατον ὑπομεῖναι, καὶ εἴ τι ἄλλο τῶν ἀναγκαίων προέσθαι, βίον, σῶμα, καὶ αὐτὴν τὴν ψυχὴν ὑπὲρ τῆς τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησίας· καὶ ἀκο-



λουθῆσαι τοῖς ἐκ Θεοῦ δοθεῖσιν ἡμῖν ἡγεμόσι, βασιλεῦσι καὶ πατριάρχαις, οὐ πρὸς τὴν Ἰταλίαν μόνον ἥτις ἄρχεται παρὰ Χριστιανῶν ἔτι καὶ κυβερνᾶται, ἀλλὰ καὶ εἰς τὰ ἔσχατα μέρη τῆς οἰκουμένης, ἔνθα ἂν ἄπιστοι κατοικῶσιν, ἵνα κενωθῇ τὸ τοῦ σταυροῦ κήρυγμα, καὶ ἡ τῆς ἀληθοῦς πίστεως ὁμολογία ταῖς βίαις παραφθαρείη τῶν ἀπηνῶν αἱρετικῶν· μιμήσασθαι κἀν τούτῳ τοὺς περιβοήτους ἐκείνους καὶ μακαρίους ἄνδρας, οἳ προθύμως ἐξέχεαν τὸ αἷμα αὐτῶν διὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ ἡμῶν ἐκκλησίαν. ὅθεν καὶ σὺ εἰ ἐπηκολούθησας, χρεωφειλέτης ὑπῆρχες· καὶ εἴθε ἐπετελείωσας καὶ ἔργον ὡς ὤφειλες. ἀλλ᾽ ἴδωμεν οὖν σου καὶ τὰ λοιπά.

ΕΦΕΣ. Μήτε τὴν ἐμαυτοῦ ἀσθένειαν ὑπολογισάμενος, μήτε τὸ τοῦ προκειμένου πράγματος ἐργῶδές τε καὶ ὑπέρογκον, ἀλλ᾽ ἐλπίσας ἐπὶ Θεῷ, καὶ τοῖς κοινοῖς τούτοις προστάταις πιστεύσας, ὡς ἅπαντα ἡμῖν ἕξει καλῶς, καί τι κατορθώσομεν μέγα καὶ τῶν ἡμετέρων πόνων καὶ τῶν ἐλπίδων ἄξιον.

ΑΠΟΛ. Ὤφειλες ὡς σοφός τε καὶ συνετὸς ἀνὴρ ὑπολογίσασθαι τὴν τοῦ σώματός σου ἀσθένειαν, μεγίστην οὖσαν σφόδρα τε καὶ ὀδυνηράν· μαρτυροῦσι γὰρ τοῦτο οἱ πολῖταί σου καὶ ὁμόφρονες· ἔνθα γὰρ ἂν ἦν καταλαβόν σε τὸ σεληνιαῖον πάθος, ἐκαλινδοῦ ἀφρίζων καὶ ταραττόμενος· ὑπολογίσασθαι δὲ καὶ τοῦ προκειμένου πράγματος ἔργον, ὡς μέγα καὶ μεγάλης σπουδῆς ἔτι καὶ εὐλαβείας δεόμενον, σοφίας τε καὶ συνέσεως καὶ ἀληθοῦς γνώσεως. καὶ ὅλως ὅλον τὸν νοῦν πρὸς αὐτὸ τἀγαθὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα ὑπὲρ οὗ καὶ ὁ ἀγὼν ἦν τότε τῆς ἐκκλησίας, ἐκτείνειν, καὶ παρ᾽ ἐκείνου μόνου τὴν ἕνωσιν καὶ τὴν εἰρήνην αἰτεῖν. καὶ οὐ πρὸς ἐλπίδας ἐπιγείους καὶ δόξας καὶ ἄλλα ὅμοια τὸν νοῦν μεταστρέφειν· αὐτὸς γὰρ ὁ σωτὴρ ἐνετείλατο· ζητεῖτε πρῶτον τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ καὶ τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ, καὶ ταῦτα πάντα προστεθήσεται ὑμῖν· οἶδε γὰρ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὧν χρείαν ἔχετε πρὸ τοῦ ὑμᾶς αἰτεῖσθαι. σὺ δὲ πρὸς τὰ ἐπίγεια ἐπιμελῶς τὸν νοῦν ἔχων, καὶ τοὺς Λατίνους σοφούς τε καὶ γενναίους ὄντας ἄνδρας μεταπείσειν ἐλπίζων ὑποκύψαι τοῖς λόγοις, καὶ τὴν υἱοῦ φωνὴν ὡς ψευδῆ ἀφελεῖν ἀπὸ τοῦ συμβόλου, καὶ τοὺς τῆς δύσεως αὐθέντας ἀκολουθῆσαί σοι διὰ ξηρᾶς ἐλθεῖν κατὰ τῶν ἀθέων Τούρκων· ταῦτα γὰρ ἐλπὶς τῶν κόπων σου καὶ τῶν πόνων ἦν, καὶ οὐ τὴν ἀλήθειαν ἐρευνῆσαι τοῦ δόγματος καὶ ἑνῶσαι τὰς ἐκκλησίας τοσοῦτον ἤδη χρόνον διεσχισμένας ἀλλήλων, ἦλθες εἰς Ἰταλίαν. εἰ γὰρ πρὸς τοῦτό σοι ὁ σκοπὸς καὶ τῶν ἄλλων, ἐπηκολούθησεν ἂν τὰ ἑπόμενα· σοῦ δὲ καὶ τῶν μετὰ σοῦ διεστραμμένων ὄντων τὸν νοῦν, διεστραμμένως ὄντως ἐπηκολούθησεν ἅπαντα. καὶ ταῦτα πρὸς ἐκεῖνα, ἴδωμεν δὲ καὶ τὰ ἐφεξῆς.

ΕΦΕΣ. Ἐπεὶ δὲ ἐνταῦθα γενόμενοι τῶν Λατίνων εὐθὺς ἐπειράθημεν ἄλλως ἡμῖν προσενεχθέντων ἢ ὡς ἠλπίζομεν, εὐθὺς μὲν ἡμῖν ἀπογνῶναι τοῦ τέλους συνέπεσε· καί τις ἡμῶν εἶπε στραφεὶς ἰδὼν εἰς τὸν πλησίον ἄλλον· σχολῇ γ᾽ ἂν οἱ ἄνδρες οὗτοι τῶν οἰκείων ἐθῶν τι καὶ δογμάτων παρακινήσαιεν, οἱ τοσαύτην ὑπεροχὴν ἡμῖν ἐνδεικνύμενοι.

ΑΠΟΛ. Ἐπειράθης ἔργῳ, ὃ οὐχ ὑπελάμβανες ὡς ἀσύνετος. σὺ μὲν γὰρ ᾤου τοὺς Λατίνους ἀπείρους·

res, non ſolum in Italiam, quæ adhuc ſubeſt Chriſtianorum dominatui, ſed in extremas etiam orbis terrarum partes, quas incolunt infideles, ne crucis prædicatio evacuetur: & veræ fidei confeſſio contumacium hæreticorum impetu labefactetur: hac etiam in re imitantes veteres illos percelebres ac beatos viros, qui ſuum alacriter effuderunt ſanguinem propter Chriſti Dei noſtri eccleſiam. Quare ſi tu quoque ſecutus es, feciſti quod debebas: atque utinam opus etiam perfeciſſes, uti debebas. Sed videamus quæ ſequuntur.

EPHES. Nulla morbi, quo laborabam, ratione habita; nec etiam rei de qua agebatur, cum ſit momenti longe maximi difficultatibus deterritus; ſed ſperans Deo favente, & confidens opera communium horum patronorum fore, ut omnia nobis ex ſententia ſuccederent, & magnum aliquod opus perficeremus, & laboribus noſtris ſpe non indignum.

RESP. Debebas ut vir doctus ac prudens corporalis tui morbi rationem habere, qui maximus erat, & multis te doloribus angebat: teſtantur hoc cives tui, tuarumque defenſores opinionum. Ubicumque enim te morbus comitialis exagitaſſet, volutabaris, ſpumas in ore agens, & moleſte agitatus. Conſiderare etiam debebas rei propoſitæ magnitudinem, ad quam magno opus eſſet ſtudio & pietate, nec non ſcientia, intelligentia, & vera notitia: & omnino mens tibi dirigenda erat tota ad ipſum bonum & ſanctum Spiritum, pro quo etiam tunc eccleſia laborabat; & ab illo uno conciliatio & pax petenda; non ad terrenas ſpes & gloriæ ſtudia & ſimilia convertenda. Etenim ſalvator ipſe præcepit. *Quærite primum regnum Dei, & juſtitiam ejus, & hæc omnia adjicientur vobis: Scit enim Pater veſter quid opus ſit vobis, antequam petatis eum.* Tu vero terrenas cogitationes intento animo volvens, ſperanſque futurum, ut Latini viri docti & virtute præſtantes tua opera ſententiam mutarent, tuiſque rationibus cederent; atque a ſymbolo vocem illam Filioque, ut falſam expungerent; & occidentis principes cum ſuis terreſtribus copiis te ſequentes bellum cum impiis Turcis ſuſciperent; (hæc enim ſpes erat curarum laborumque tuorum, non ut veritatem dogmatis indagares, & eccleſias conjungeres tanto jam tempore disjunctos) veniſti in Italiam. Si enim tibi tuiſque ſcopus hic extitiſſet, ſubſecuta quoque eſſent conſequentia: at vero cum tu ipſe tuique perverſa mente fueritis, profecto omnia perverſe ſubſecuta ſunt: & hæc quidem ad illa; videamus & deinceps poſita.

*Matth. 6.*

EPHES. Ut vero illuc profecti ſtatim experti ſumus Latinos aliter nobiſcum agere, quam ſperabamus: confeſtim quidem nobis deſperatio finis obvenit: & prope quis ſtantem ſic eſt affarier orſus; Haud ſane homines iſti mores ſuos & dogmata ulla ex parte patientur immutari, qui tantum nobis ſupercilium oſtenderunt.

RESP. Expertus es re ipſa, quod ut inſipiens non putabas; exiſtimabas enim tu Latinos

nos

nos eſſe ineruditos, atque ita futurum, ut eis perſuaderes audire te velut indoctos: at ubi contra quam ſperabas, comperiſti, aufugere inde voluiſti, pertimeſcens diſputationis certamen: Clamabat enim palam Joannes ille; Adducite Epheſium ad nos; quemadmodum paulo poſt oſtendemus: ut vero detrectaſti congreſſum, vi argumentorum deterritus, & tunc quidem reſpondere non valuiſti; nunc vero, quando ſolus es, hæc dicis, ſtudens interim decipere ſimpliciores. Sed neque opus erat ipſos a te vel a tuis edoctos dogma mutare vel inſtitutum: Ubi enim germana docetur ſapientia, & perfectos illa efficit ſui ſtudioſos, non eſt fas, inſtitutum aut dogma fidei commutare. Eſſe autem in Italia doctos perfectoſque viros, nulla ex parte inferiores beatis illis, quos tulit antiquitas, nemo negaverit, dum non ſit pravitate oppletus. Quod cum in Italia ſit, quanto magis in Romana eccleſia, in qua nec infidelitas, nec turpe dogma unquam manſit? Excellentiam porro ſublimemque animum præ ſe tulerunt tanquam eruditi viri ac generoſi, *in honorem invicem prævenientes*, juxta divinum apoſtolum; ſed non propterea videri ipſos oportebat inſtitutorum & verorum inſcios dogmatum, ut a vobis diſcere optarent; & qui non ſolum eſtis indoctiſſimi, ſed multo etiam inferiores ea, quæ apud vos eſſe videtur ſapientia. Sed his omiſſis ad incuſationes tranſeamus, in quibus graviora quædam nobis dicenda non deerunt.

Rom. 12.

Ephes. Interea expectare juſſi ſumus, & longas toleravimus præfiniti temporis moras, ut plena ſynodus congregaretur.

Resp. Tolerandum tibi erat, & expectandi præſtituti dies; nam juſta ſuberat cauſa, quod cunctos occidentis principatus adeſſe oportebat ſynodo, vel per ipſos principes, vel per vicarios eorum; œcumenica enim celebrabatur, & multos rei teſtes eſſe par erat. Tu quoque expectando bene feciſti: utinam uſque ad finem ad ſalutem animæ tuæ hoc præſtitiſſes. Optimum quippe principium ad execrandum finem perduxiſti: ſed videamus quæ infers.

Ephes. Advenit conſtitutum tempus; multi etiam lapſi ſunt dies, & vix unum in locum convenimus Græci atque Latini.

Resp. Poſteaquam omnes, qui expectabantur, venerunt ad ſynodum, præfiniti temporis terminus erat tollendus: quod ſi dies etiam aliquot effluxere, idipſum quoque fieri opus erat. Neque enim ſtatim convenire decebat ſynodum, antequam loca & ſedes pararentur, & honor perſonis tribueretur ante inceptionem, ne fieret in conventu tumultus, quod tu feciſti. Cum enim ſedis Hieroſolymitanæ gereres vices, quæ quinta eſt, locum occupaſti Alexandrinæ quæ tertia eſt: cumque Alexandrinus ſuo vellet ſedere in loco, iratus es, & nolebas diſputare. Qui ergo ordinem ſervare cupiunt, hæc prius habent parata,

εἶναι σοφίας, καὶ οὕτω πεῖσαι αὐτοὺς ὡς ἀμαθεῖς ὑπακοῦσαι σοι. ἐπεὶ δὲ ἄλλως εὗρες ἢ ὡς σὺ ἤλπιζες, ἠβουλήθης ἐκεῖθεν φυγεῖν, τὸν ἀγῶνα τῆς διαλέξεως δειλιάσας. ἐβόα γὰρ παῤῥησίᾳ ὁ Ἰωάννης ἐκεῖνος, φέρετε ὡς ἡμᾶς τὸν Ἐφέσου· ὡς μετὰ μικρὸν ἐπιδείξομεν τοῦτο· σὺ δὲ οὐκ ἠθέλησας συνελθεῖν πτοηθεὶς τοὺς ἐλέγχους. ἀλλὰ τότε μὲν οὐκ ἠδυνήθης ἀπολογήσασθαι, νῦν δὲ κατὰ μόνας γενόμενος ταῦτα λέγεις πρὸς τὸ ἐξαπατῆσαι τοὺς ἁπλουστέρους πως σπουδάζων. δόγμα δὲ ἢ ἔθος τι τῶν οἰκείων παρασαλεῦσαι αὐτοὺς πεισθέντας πρὸς σοῦ καὶ τῶν μετὰ σοῦ οὐ χρεία ἦν· ἔνθα γὰρ ἡ ἀκαπήλευτος σοφία διδάσκεται, καὶ τελείους ἐργάζεται τοὺς ἑαυτῆς ἐραστὰς, οὐ θεμιτόν ἐστι παρασαλεῦσαι ἔθος ἢ δόγμα πιστόν. τὸ δὲ ἐν Ἰταλίᾳ σοφοὺς καὶ τελείους εὑρίσκεσθαι ἄνδρας, καὶ μηδὲν ἐλάττους τῶν παλαιῶν ἐκείνων καὶ μακαρίων ἀνδρῶν, πᾶς τις ἂν εἴποι, εἰ μόνον μὴ εἴη κακίας ἐμπεπλησμένος. εἰ δὲ ἐν Ἰταλίᾳ τοῦτο, πόσῳ γε μᾶλλον ἐν τῇ Ῥωμαϊκῇ ἐκκλησίᾳ, ἔνθα οὐδέποτε ἀπιστία ἢ αἰσχρὸν δόγμα ἔμεινεν; ὑπεροχὴν δὲ καὶ μεγαλειότητα ἐς ὑμᾶς ἐνεδείξαντο ὡς σοφοὶ καὶ γενναῖοι ἄνδρες, τὴν τιμὴν ἡγούμενοι πρὸς ἀλλήλους κατὰ τὸν θεῖον ἀπόστολον· ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο ἔδει αὐτοὺς φανῆναι ἀνεπιστήμονας ἐθῶν καὶ δογμάτων ἀληθινῶν, πρὸς τὸ μαθεῖν παρ' ἡμῶν σπεύδοντας, ἀμαθεστάτων οὐκ αὐτῶν μόνων ὄντων, ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον τῆς δοκούσης παρ' ὑμῖν εἶναι σοφίας. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐάσαντες ἔλθωμεν πρὸς τὰς ἐπιλήψεις, ἐν αἷς δυνησόμεθα ἀξιωπρους εἰπεῖν λόγους.

ΕΦΕΣ. Τέως δ' οὖν ἀνεμείναμεν κελευσθέντες, καὶ προθεσμίας μακρὰς ὑπειχόμεθα πρὸς τὸ συνελθεῖν τε καὶ καταστῆναι τὴν σύνοδον.

ΑΠΟΛ. Ἔμελλες ὑπομένειν τε καὶ προσδοκᾶν τὰς προθεσμίας, ἐπειδὴ ἡ αἰτία ἦν εὔλογος. πάσας γὰρ ἔδει τὰς δυτικὰς ἀρχὰς τῇ συνόδῳ παρεῖναι, ἢ δι' αὐτῶν τῶν ἀρχόντων, ἢ διὰ τοποτηρητῶν· οἰκουμενικὴ γὰρ συνηθροίζετο, καὶ εἰκὸς ἦν τὸ πρᾶγμα πολλοὺς ἔχειν τοὺς μάρτυρας. ἑκοῦν καὶ σὺ καλῶς ἐποίησας ὑπομένων· ἀλλ' εἴθε ὤφειλες μέχρι τέλους πρὸς σωτηρίαν τῆς σῆς ψυχῆς τοῦτο πρᾶξαι. τὴν γὰρ καλλίστην ἀρχὴν εἰς ἀπευκτὸν κατέστησας τέλος· ἀλλ' ἴδωμέν σου καὶ τὰ λοιπά.

ΕΦΕΣ. Ἔλαβε τέλος ἡ προθεσμία, καὶ μετὰ τοῦτο παρῆλθον ἡμέραι συχναὶ, καὶ μόλις συνήλθομεν ἐν ταυτῷ Γραικοὶ καὶ Λατῖνοι.

ΑΠΟΛ. Ἐπειδὴ ἦλθον οἱ προσδοκώμενοι πάντες ἐν τῇ συνόδῳ, ἔδει λυθῆναι τὴν προθεσμίαν. εἰ δὲ παρῆλθον καὶ μετὰ ταῦτα ἡμέραι τινὲς, ἔδει καὶ γενέσθαι· οὐ γὰρ εὐθὺς εἰκὸς ἦν τὴν σύνοδον συνελθεῖν πρὸ τοῦ οἰκονομῆσαι τοὺς τόπους, καὶ τὰ καθίσματα, καὶ τὰς τιμὰς τῶν προσώπων διδόναι πρὸ τῆς ἐνάρξεως· ἵνα μὴ ἐν τῇ συνελεύσει γένοιτο θόρυβος, ὅπερ σὺ αὐτὸς ἔπραξας. τόπον γὰρ τῶν Ἱεροσολύμων ἐπέχων, ὅστις πέμπτος ὑπάρχει θρόνος, εἰς τὸν τοῦ Ἀλεξανδρείας ἐκάθισας, ὃς ἐστι τρίτος· ὁπότε δὲ ἠθέλησεν ὁ τοῦ Ἀλεξανδρείας εἰς τὸν ἑαυτοῦ θρόνον καθίσαι, ἐθυμώθης καὶ οὐκ ἤθελες διαλέγεσθαι. λοιπὸν οἱ τῆς εὐταξίας ὀρεγόμενοι ταῦτα πρὸ τοῦ καιροῦ ἑτοι-



ἑτοιμάζουσιν, ἵνα μὴ ἐν τῷ καιρῷ, ὡς ἔφημεν, σύγχυσις γένηται. συνήλθετε δὲ Γραικοὶ καὶ Λατῖνοι, ὅτε καιρὸς ἐπέστη. πάντες οὖν ἐλθόντες, οὓς ἔδει παρεῖναι, ὡς ἔφην, καὶ τοὺς τόπους μὲν οἰκονομήσαντες, τοὺς διαλεγομένους δὲ ἑτοιμάσαντες, τοῦ ἐγχειρήματος ἤρξαντο· καὶ γὰρ οὐδὲ πρότερον, ὡς φῂς, ἡ σύνοδος ἠρεμίαν εἶχεν, ἀλλ' ἐξητάζετε καθ' ἑκάστην περί τε τοῦ καθαρτηρίου πυρὸς, τοῦ ἀζύμου τε καὶ τῶν ἄλλων· ὅτε καὶ σὺ ὡμολόγησας πάντα δίκαια εἶναι πλὴν τῆς προσθήκης, ἣν ἔλεγες παῤῥησίᾳ ἐκβληθῆναι μὲν ἀπὸ τοῦ συμβόλου, τεθῆναι δὲ ἐν ἰδίῳ ὅρῳ· συνεχώρεις οὖν καὶ αὐτός.

ΕΦΕΣ. Περὶ τῆς ἐν τῷ συμβόλῳ προσθήκης πρῶτον διαλεξόμενοι.

ΑΠΟΛ. Περὶ τῆς ἐν τῷ συμβόλῳ δοκούσης παρ' ὑμῖν μὲν προσθήκης, παρὰ δὲ τοῖς τὰ ἀμείνω εἰδόσι σαφηνείας καὶ ἀναπτύξεως, ἤρξασθε πρότερον διαλέγεσθαι, ἐπειδὴ τοῦτο ὡς ἰσχυρότερον προὐβάλεσθε πρόβλημα. ἴσμεν γὰρ πάνυ καλῶς, ὅτι εἰς δύο τὸ ζήτημα τῆς ὑποθέσεως ἐμερίσατε· τὸ μὲν, ὅτι οὐ δεῖ προστεθῆναι· τὸ δὲ, ὅτι οὐδὲ τὸ προστεθὲν ἐστὶν ἀληθές· ταῦτα δὲ ἀμφότερα, ὡς δοκεῖ τοῖς ἐχέφροσι, καὶ σαθρὰ καὶ ἀνίσχυρα παντελῶς ὑπάρχουσιν, ὡς δειχθήσεται· τὸ μὲν, ὅτι φανήσεται ἡ ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ σήμερον ἀσθενὴς καὶ ἀνίσχυρος λίαν, μὴ τὴν αὐτὴν ἰσχύν τε καὶ δύναμιν ἔχουσα, ἣν εἶχε πάλαι καὶ κατ' ἀρχάς· τὸ δὲ, ὅτι καὶ οἱ ἅγιοι πατέρες τε καὶ διδάσκαλοι αἱρετικοὶ δειχθήσονται τοῦτο θεολογοῦντες· εἴη δ' ἂν καὶ τοῦτο τῆς σῆς ἀπονοίας καὶ γνώμης ἄξιον καλὲ Ἐφέσου.

ΕΦΕΣ. Καὶ δὴ προταχθεὶς ἐγὼ τῆς ὑποθέσεως ἄρξασθαι, πρῶτα μὲν ἐν τοῖς προοιμίοις ἐσπούδασα τὴν αἰτίαν αὐτοῖς ἀνάψαι τῆς διαιρέσεως, καὶ τὸ ἄφιλον ἐγκαλέσαι καὶ ὑπεροπτικὸν, ἐκείνων ἀπολογουμένων τε καὶ ἐγκαλούντων ἡμῖν, καὶ ἑαυτοὺς δικαιούντων, ὅπερ εἰώθασιν.

ΑΠΟΛ. Ἤρξω μὲν ἀληθῶς, ὡς ἔφης, τῆς ὑποθέσεως, πλὴν φιλοταράχως καὶ ψευδῶς χωρὶς [illegible] ἀληθείας. τὸ γὰρ λέγειν, ὅτι ἡ προσθήκη γέγονεν αἰτία τοῦ χωρισμοῦ καὶ τοῦ σχίσματος, τοῦτο οὐδεὶς ἂν τῶν φιλομαθῶν φήσειεν, εἰ μή πού τινες γραὸς μύθοις πιστεύσαντες, μετὰ σοῦ τοῦτο φήσουσιν, ἐκεῖνοι μὲν ὑπὸ ἀμαθίας, σὺ δὲ ὑπὸ κακίας κινούμενος. ἀλλ' οὐδ' ἐμάχοντό ποτε οἱ Λατῖνοι Γραικοῖς, οὐδ' ὑπερηφανεύοντο, ἄπαγε· ἀλλ' ἐφίλουν τε αὐτοὺς, καὶ μᾶλλον ἐπεθύμουν εἶναι μετ' αὐτῶν ἡνωμένοι. καὶ γὰρ ἐκεῖνοι ἐν τῇ ἀρχῇ τοῦ σχίσματος ἅπαξ εἰπόντες κατὰ Γραικῶν, καὶ ταῦτα τῷ δόγματι αὐτῶν ὑπεκδικοῦντες οὐχ ὑβριστικῶς, ἀλλὰ λογικῶς, ἐπαύσαντο· οὗτοι δὲ ἔκτοτε καὶ μέχρι τοῦ νῦν οὐκ ἐπαύσαντο πάντα λίθον κινοῦντες κατὰ Λατίνων, καὶ ῥητὰ καὶ ἄῤῥητα κατ' αὐτῶν ἐμεῖν· καὶ οὔτε φόβος Θεοῦ, οὔτε πολυχρόνιος ἔνστασις, οὔτε σύνοδος οἰκουμενικὴ, οὔτ' αὐτὴ ἡ ἀλήθεια ἠδυνήθη πεῖσαι αὐτούς. ἀπελογοῦντο δέ σοι διὰ τοῦ ἀρχιεπισκόπου Ῥόδου, δεικνύντες ψευδῆ εἶναι ἅπερ ἔλεγες· ὡς οὐχ ἡ ἐκκλησία τῆς Ῥώμης, οὐδ' ἡ προσθήκη αἰτία τῆς διαιρέσεώς τε καὶ μάχης ἦν· διότι οὐ μόνον πρὸ σχίσματος τῶν ἐκκλησιῶν ἐν τῷ συμβόλῳ ἡ προσθήκη ἐτέθη, ἀλλὰ καὶ πρὸ τῶν οἰκουμενικῶν συνόδων, τῆς



ne ſub ipſum tempus, ut diximus, oriatur confuſio. Conveniſtis autem Græci & Latini ad tempus: Cum igitur veniſſent omnes, quos intereſſe oportebat, ut dixi; ſedes diſpoſuiſſent, & diſputaturos delegiſſent, aggreſſi ſunt opus. Sed neque antea, ut aſſeris, in otio ſynodus erat; verum quotidie diſquirebatis de igne purgatorio, de azymo, & aliis: quando & tu ipſe recte ſe habere omnia profeſſus es præter additamentum; quod dicebas palam expungendum a ſymbolo, atque in peculiari reponendum decreto: concedebas ergo & ipſe.

Ephes. De additamento, quod factum eſt in ſymbolo, primum diſputaturi.

Resp. De eo, quod vobis quidem in ſymbolo additamentum videtur, at vero ſapientioribus explicatio & declaratio, prius diſputare cœpiſtis: hoc enim ut fortius propoſuiſtis quæſitum. Siquidem optime novimus, quæſtionem de re propoſita in duo a vobis eſſe diviſam; quorum primum erat, non eſſe addendum; alterum vero, nec etiam eſſe verum quod eſt additum; Utrumque judicio prudentium invalidum ac nullius plane roboris, uti demonſtrabitur; illud quidem, quia videbitur nullas hodie vires habere Dei eccleſia, cum robore ac nervis illis careat, quos olim a principio habebat: hoc vero, quoniam ipſi etiam ſancti patres & doctores videbuntur hæretici, qui de rebus divinis diſſerentes ita aſſerunt. Tuæ porro fuerit hoc etiam mentis ac petulantiæ, egregie Epheſiorum antiſtes.

Ephes. Itaque demandato mihi munere inchoandi tractationem, primo quidem exordiens conatus ſum diſſenſionis cauſam ipſis aſcribere, & culpare ut parum juſtos amicitiæ cultores faſtuque plenos; illis ſeſe defendentibus, & culpam in nos conjicientibus, & ſe nullo eſſe in crimine oſtendentibus, ut moris eſt ipſis.

Resp. Aggreſſus es profecto tractationem, ſed turbulente, & cum mendaciis citra omnem veritatem. Quod enim ajebas, additamentum extitiſſe cauſam diſſidii & ſchiſmatis, hoc ſtudioſorum nemo affirmaverit; niſi forte aliqui fabulis anilibus fidem habentes tecum hoc aſſerant, illi quidem ignorantia, tu vero pravitate ductus. Sed neque pugnabant Latini cum Græcis, neque ſe ſuperbe gerebant: abſit: verum & amabant illos, & cupiebant potius eſſe cum illis conjuncti. Siquidem initio ſchiſmatis ii ſemel in Græcos invecti, idque pro ſui defenſione dogmatis, non conviciis ſed rationibus, conquieverunt: Græci vero ex eo tempore ad hanc diem non deſtiterunt adverſus Latinos omnem movere lapidem, & dicenda tacendaque in illos evomere: Et nec Dei timor, neque diuturna contentio, nec ſynodus œcumenica, nec veritas ipſa perſuadere illis potuit: Pro ſua porro defenſione reſpondebant tibi per archiepiſcopum Rhodi, falſa eſſe oſtendentes quæ dicebas; Quod nequaquam eccleſia Romana, nec additamentum origo fuerit diviſionis & pugnæ: Neque enim ſolum ante ſchiſma eccleſiarum appoſitum erat

ſymbolo, ſed ante ipſas ſynodos œcumenicas, ſeptimam dico & ſextam, ut teſtatur confeſſor Maximus in epiſtola ad Marinum presbyterum Cyprium: Nec ante illas tantum, ut dictum eſt, ſed mox a ſecunda ſynodo tempore papæ Damaſi, ut aſſerit Georgius Ariſtinus hiſtoricus. Quare hinc redargueris commentitia dicere; Neque enim additamentum cauſam dedit ſejunctionis eccleſiarum. Nam ſi poſt ſeptimam ſynodum exortum eſt ſchiſma, & multo etiam eſt illa poſterius, additum vero fuerat ſymbolo poſt ſecundam ſynodum, & eccleſiæ concordabant uſque ad ſeptimam, & altera alteram hujus rei cauſa non accuſabat, qui fiat ut ex additamento ſit ortum diſſidium? Imo potius ex hoc oſtenditur, orientalibus explanationem hanc fuiſſe acceptam, quandoquidem addita etiam ſymbolo voce illa, Filioque, non diſſidebant.

*Auctoris apologia ſententiæ.*

*Ephes.* Deinde per conſequentes ſeſſiones prolatis ſacrorum conciliorum actis recitavi definitiones ipſorum, in quibus ſancti illi patres interdicunt ſymboli mutationem uſque ad dictionem & ſyllabam, & horrendas execrationes ſanciunt in eos, qui auſi unquam fuerint quidquam immutare: ita ut epiſcopi quidem & clerici ſacerdotio in poſterum careant, ſintque a gratia ſibi data alieni; laici vero ſubjecti ſint anathemati, quod eſt ſeparatio a Deo.

*Reſp.* Quod tu quidem aliqua ibi protuleris ex decretis generalium conciliorum, acta teſtantur; ſcripta enim ſunt illis quæ recitaſti: nihil vero eſſe a te dictum, quod urgeret, & nihil illa contra Latinos facere, qui ſcire voluerit, acta legat, & verum a me dici comperiet. Interdictum quippe eſſe a ſanctis patribus, ne ulla fiat in ſymbolo immutatio, & Latini & nos fatemur, & omnia quæ congeris ad turbandos ſimpliciores, execrationes horrendas, anathema, privationem ſacerdotii, laicorum a Deo ſeparationem, Latini tibi concedunt, ſed in eo contradicunt quod taces, quia naribus tuis ſinapi eſt. Poſſunt enim Latini & nos ſynodi domini ita tibi occurrere: Bene dicis, venerande præſul Epheſie, & nos hæc eadem fatemur, ſed nullam tamen nos immutationem in ſacratiſſimo ſymbolo moliti ſumus, neque immutatum illud colimus & veneramur; Eam eos qui immutarunt vel immutare audebunt, nos etiam anathemati tradimus. Etenim ſanctam in ipſo Trinitatem dogmatizamus, Deumque incarnatum fatemur Dei Filium, & crucifixum, & ſepultum, & reſurrexiſſe eumdem, venturumque iterum in fine ſæculorum ad judicandum orbem univerſum: Credimus etiam aperta fide Spiritum ſanctum Patri & Filio conſubſtantialem ejuſdemque majeſtatis, qui locutus eſt per prophetas: Unam præterea eccleſiam, & baptiſma unum pie palamque dicimus, & mortuorum reſurrectionem omnibus clara voce prædicamus. Quam ergo nos immutationem in eo fecimus? quæ fraus in illo? nulla profecto. Non ergo debebas vir doctus hujuſmodi futilia pro-

ἑβδόμης φημὶ καὶ τῆς ἕκτης, ὡς μαρτυρεῖ ὁ ὁμολογητὴς Μάξιμος ἐν τῇ πρὸς Μαρῖνον τὸν πρεσβύτερον Κύπρου ἐπιστολῇ· καὶ οὐ πρὸ τούτων μόνον ὡς εἴρηται, ἀλλ' εὐθὺς μετὰ τὴν δευτέραν σύνοδον ἐν τῷ καιρῷ Δαμάσου πάπα, ὡς μαρτυρεῖ Γεώργιος Ἀριστηνὸς ὁ ἱστορικός. ὥστε ἐντεῦθεν ἐλεγχόμενος φαίνῃ μηδὲν ἀληθὲς λέγων· ἀλλ' οὐδ' ἡ προσθήκη γέγονεν αἰτία τοῦ διαιρεθῆναι τὰς ἐκκλησίας. εἰ μὲν γὰρ τὸ σχίσμα ἐστὶ μετὰ τὴν ἑβδόμην σύνοδον, καὶ πολλῷ πλείω ὕστερον ταύτης, ἡ δὲ προσθήκη ἀπὸ τῆς δευτέρας γέγονεν, αἱ δ' ἐκκλησίαι ἡνωμέναι ἦσαν μέχρι καὶ τῆς ἑβδόμης, καὶ οὐκ ἐνεκάλουν ἀλλήλαις ἕνεκεν τούτου, πῶς ἡ προσθήκη αἰτία γέγονε τῆς διαιρέσεως; μᾶλλον δὲ δείκνυται ἀπὸ τούτου, ὅτι ἐδέχοντο οἱ ἀνατολικοὶ τὴν σαφήνειαν ταύτην, ἐπειδὴ ὡμονόουν προστεθειμένου ἐν τῷ συμβόλῳ καὶ τοῦ, ἐκ τοῦ υἱοῦ.

*[illegible]*

ΕΦΕΣ. Ἔπειτα κατὰ τὰς ἐφεξῆς συνελθούσας προχειρισάμενος τὰς πράξεις τῶν ἱερῶν συνόδων ἀνέγνων ἐξ αὐτῶν τοὺς ὅρους, ἐν οἷς ἀπαγορεύουσιν οἱ θεῖοι πατέρες ἐκεῖνοι τὴν ἐναλλαγὴν τοῦ συμβόλου μέχρι λέξεώς τε καὶ συλλαβῆς, καὶ φρικώδεις ἀρὰς ἐκφωνοῦσι κατὰ τῶν ταύτην ποτὲ τολμησάντων, ὥστε τοὺς ἐπισκόπους μὲν καὶ τοὺς κληρικοὺς ἀνιέρους εἶναι τὸ ἀπὸ τοῦδε, καὶ τῆς δεδομένης αὐτοῖς χάριτος ἀλλοτρίους, τοὺς δὲ λαϊκοὺς ὑποκεῖσθαι τῷ ἀναθέματι, τοῦτο δέ ἐστιν ὁ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ χωρισμός.

ΑΠΟΛΟΓΙΑ. Ὅτι μὲν ἀνέγνως ἐκ τῶν οἰκουμενικῶν συνόδων ἐκεῖ, μαρτυροῦσιν αἱ πράξεις, ἐκεῖ γάρ εἰσι γεγραμμένα ἅπερ ἀνέγνως· ὅτι δὲ οὐδὲν ἔφησας ἀναγκαῖον, οὐδὲ κατὰ Λατίνων ἦσαν ἐκεῖνα, ὁ βουλόμενος ἀναγνώτω τὰς πράξεις, καὶ εὑρήσει με λέγοντα τὴν ἀλήθειαν. ὅτι γὰρ ἀπαγορεύουσιν οἱ θεῖοι πατέρες τὴν ἐναλλαγὴν τοῦ συμβόλου, καὶ οἱ Λατῖνοι καὶ ἡμεῖς ὁμολογοῦμεν· καὶ τὰς φρικώδεις ἀρὰς, καὶ τὰ ἀναθέματα, καὶ τοὺς ἱερεῖς ἀνιέρους, καὶ τοὺς λαϊκοὺς ἀπὸ τοῦ Θεοῦ κεχωρισμένους, καὶ τὰ λοιπὰ ἃ λέγεις πρὸς τὸ συγχέαι τοὺς ἁπλουστέρους, πάντα σοι συνομολογοῦσι Λατῖνοι, ἀντιλέγουσι δέ σοι ἃ σὺ σιωπᾷς, ὅτι γέγονεν ἐν τῇ ὀσφρήσει σου σίναπι. δυνάμενοι γὰρ Λατῖνοι καὶ ἡμεῖς οἱ τῆς συνόδου συνήγοροι πρὸς σὲ ἀντειπεῖν, ὅτι καλῶς λέγεις αἰδέσιμε Ἐφέσου, καὶ ἡμεῖς ταῦτα ὁμολογοῦμεν· ἀλλ' οὐκ ἐνηλλάξαμεν ὅμως ἡμεῖς τὸ ἱερώτατον σύμβολον, οὐδὲ μὴν ἐνηλλαγμένον αὐτὸ πρεσβεύομεν· τοὺς γὰρ ἐναλλάξαντας, ἢ ἐπὶ μὴν ἐναλλάξαι τολμήσοντας καὶ ἡμεῖς τῷ ἀναθέματι παραδίδομεν. ἁγίαν Τριάδα γὰρ ἐν αὐτῷ δογματίζομεν, καὶ Θεὸν σεσαρκωμένον ἐν αὐτῷ ὁμολογοῦμεν τὸν τοῦ Θεοῦ υἱὸν, καὶ σταυρωθέντα, καὶ ταφέντα, καὶ ἀναστάντα, καὶ πάλιν ἐρχόμενον ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων κρῖναι τὴν οἰκουμένην· καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα ὁμοούσιον καὶ ὁμόθρονον τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ διαρρήδην πιστεύομεν, τὸ τοῖς προφήταις λαλῆσαν· καὶ μίαν ἐκκλησίαν καὶ ἓν βάπτισμα εὐσεβῶς ὁμολογοῦμεν ἀναφανδὸν, καὶ τὴν τῶν νεκρῶν ἐξανάστασιν πᾶσι μεγαλοφώνως κηρύττομεν. τίνα οὖν ἐξαλλαγὴν τούτου ἡμεῖς ἐποιήσαμεν; ποία ἀπάτη ἐν τούτῳ; οὕτως γε οὐδεμία. οὐκ ἔδει οὖν σε σοφὸν ἄνδρα ὄντα τοιαῦτα ληρώδη φθέγ-
γε-



γεσθαι ῥήματα, ἐν οἷς καὶ νήπια ἄν σε αἰσχρῶς κατεγέλασαν. ὅτι δὲ προσέθηκαν οἱ Λατῖνοι τὴν, ἐκ τοῦ υἱοῦ, φωνὴν, σαφηνίσαντες ἐν τῷ ἱερῷ συμβόλῳ, λέγεις ἐναλλαγὴν, ἡμεῖς μετὰ μικρὸν, ὅτε καὶ σὺ περὶ τῆς δόξης φήσεις, σαφηνίσομεν πάνυ καλῶς, εἰ εὐσεβής ἐστιν ἡ φωνὴ, ἢ οὔ· καὶ εἰ μὲν οὐ δείξομεν αὐτὴν εὐσεβῆ, εὖ σοι εἴρηται ταῦτα, καὶ τὰς ἀρὰς δεῖ Λατίνους ἔχειν τοὺς τὸ σύμβολον ἐναλλάξαντας· εἰ δ' εὐσεβῆ ταύτην διατρανώσομεν, τότε τοὺς Λατίνους ἀθῴους μὲν τῶν ἀρῶν καὶ τοῦ ἀναθέματος ἐξ ἀνάγκης δείξομεν, πρὸς δέ σε καὶ τὴν σὴν κεφαλὴν τὰς ἀρὰς καὶ τὰ ἀναθέματα πάντα ἐπιστρέφοντα τοῖς ἐχέφροσιν ἐπιδείξομεν. νῦν δὲ κατοπτεύσωμεν περαιτέρω.

ΕΦΕΣ. Ἐπὶ τούτοις καὶ διὰ συλλογισμῶν ἀναντιρρήτων παρέστησα τὴν τῶν ἐμῶν λόγων ἀνάγκην, καὶ ὡς ἀδύνατον ἄλλως ἐκληφθῆναι τοὺς ὅρους, ἢ ὡς ἐγὼ τούτους ἐξηγούμην τε καὶ ἐλάμβανον.

ΑΠΟΔ. Φάσκονται οἱ συλλογισμοί σου καὶ ἡ αὐτῶν ἐν αὐτοῖς πραγματικοῖς δύναμις· πάντας γάρ σοι ἑνὶ λόγῳ ὁ τῆς ἁγίας Σαβίνης καρδινάλις Ἰουλιανὸς ὁ σοφώτατός τε καὶ ἁγιώτατος ὡς ἱστὸν ἀράχνης διέλυσε, καὶ λαμπρότερον τῆς ἡλιακῆς ἀκτῖνος ἀπέδειξεν, ὡς οὐκ ἔστι προσθήκη ἡ, ἐκ τοῦ υἱοῦ, φωνὴ, ἡ ἐν τῷ ἱερῷ συμβόλῳ τεθεῖσα, ἀλλ' ἀνάπτυξις καὶ σαφήνεια· καὶ ἔξεστι τῇ ἐκκλησίᾳ διηνεκῶς τὴν ἀλήθειαν ἐξηγεῖσθαι, καὶ προστιθέναι ὅπου ἂν βούλοιτο, εἰ μόνον τὸ προστεθὲν ἀληθὲς εἴη· ὅταν γὰρ ἀληθὲς τὸ προστεθὲν εἴη, οὐ προσθήκη, ἀλλ' ἐξήγησις αὐτοῦ καὶ φανέρωσις τοῦ κειμένου εἶναι ὁμολογεῖται· ὅταν δὲ τοὐναντίον, τότε προσθήκη καὶ λέγοιτ' ἂν καὶ κηρύττοιτο.

ΕΦΕΣ. Ὡς δ' ἑωρῶμεν τοὺς Λατίνους σαφῶς ἤδη ἀπογυμνώσαντας ἐν ταῖς πρὸς ἡμᾶς διαλέξεσι, καὶ ὡς οὐ πρὸς ἀλήθειαν αὐτοῖς ὁ σκοπὸς, οὐδὲ τὸ ταύτην εὑρεθῆναι διὰ σπουδῆς τίθενται, μόνον δέ γε τὸ δόξαι τι λέγειν, καὶ τὰς ἀκοὰς τῶν οἰκείων προκαταλαβεῖν· ἔργον τε ἀπαραίτητον εἶχον αὐτοὶ λύειν τὰς συνελεύσεις, ἵνα λέγοντες ὕστεροι δοκῶσιν ἅπαντα λύειν τὰ παρ' ἡμῶν λεγόμενα.

ΑΠΟΔ. Ἑώρας μὲν τοὺς Λατίνους σαφέστατα τοὺς σοὺς λύοντας λόγους, μὴ δυνάμενος δὲ ἀντιλέγειν, ἑτέροις τὴν διάλεξιν ἐνεχείρισας. καὶ τότε ὁ Νικαίας ἀρχιερεὺς ἀνελάβετο τὸν ἀγῶνα, ὥστε μετὰ τοῦ φρὰ Ἀνδρέου ἀρχιεπισκόπου Ῥόδου διαλέγεσθαι· ὅτε καὶ τοὺς ἰσχυροτέρους ὑπὲρ Γραικῶν περὶ τῆς προσθήκης λόγους αὐτὸς εἶπε· πρὸς ἀλήθειαν γὰρ ἦν αὐτοῖς ὁ σκοπὸς, καὶ οὐ πρὸς ἐπίδειξιν, ὡς αὐτὸς φῄς· οὐ γὰρ ὡς Λατῖνοι καὶ μέρη τὴν διάλεξιν ἐποιοῦντο, ἀλλ' ὡς Χριστιανοὶ τὴν ἀλήθειαν ἐξηρεύνων, καὶ μετὰ σπουδῆς ἐξεζήτουν ἀπαύστως. φαίνεται γὰρ διαρρήδην τοῦτο, ἔνθα ὁ μακαριώτατος πάπας τοῖς ἡμετέροις ἔλεγε· θαυμάζω πῶς ἀμελεῖτε, καὶ ἀναβάλλεσθε τὰς συνελεύσεις· καὶ γὰρ οὐ παύομαι διεγείρων ἀεὶ ὑμᾶς πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας ἐξέτασιν, ἀλλ' ὑμεῖς ῥαθυμεῖτε. καὶ ἔχομεν ἐνταῦθα ἐν τῇ συνόδῳ ἐνιαυτοὺς δύο, καὶ οὔπω εἴκοσι καὶ πέντε ἐγένοντο συνελεύσεις. ἔρχεσθε οὖν εἰς τὴν διάλεξιν, ἐκεῖ γὰρ εὑρεθήσεται ἡ ἀλήθεια· οὐ γὰρ δυνατὸν ἄλλως. ἔρχεσθε καὶ μὴ μέλλετε. ἐλυπεῖτο γὰρ ὁ

ferre verba, pro quibus te vel infantes turpiter deriderent. An vero, quod Latini ſymbolo addiderint vocem illam, Filioque, explanationis cauſa, vocas immutationem? At nos paulo poſt, ubi tu quoque de re ipſa diſputas, perbene declarabimus, ſitne pia vox, nec ne. Et ſi quidem piam eſſe non demonſtrabimus, hæc tu recte locutus eris; & oportet in Latinos maledicta cadere, ut ſymboli immutatores: ſin hanc piam oſtenderimus, tunc Latinos quidem ab execrationibus & anathemate liberos neceſſario demonſtrabimus, in te vero tuumque caput maledictiones omnes & anathemata recidiſſe cordatis viris probabimus, nunc vero ulteriora perſpiciamus.

*Ephes.* Ad hæc ſyllogiſmis indiſſolubilibus oſtendi, vim rationum mearum neceſſario inferre, quod demonſtrabam, nec fieri poſſe, ut definitiones accipi aliter queant, ac ego illas exponebam & intelligebam.

*Reſp.* Extant in actis ſyllogiſmi tui, & vis eorum, quos tibi omnes uno verbi vir doctiſſimus idemque ſanctiſſimus Julianus ſanctæ Sabinæ cardinalis tanquam araneæ telam diſſolvit, & meridiana luce clarius demonſtravit, in ſacro ſymbolo dictionem illam, Filioque, non eſſe additamentum, ſed explanationem & declarationem; & licere ſemper eccleſiæ veritatem dilucidare, & addere ubicumque voluerit, dummodo quod additur ſit verum. Cum enim verum quid additur, non factam appoſitionem, ſed oppoſitionem textus & declarationem fatentur omnes: Cum vero adjicitur oppoſitum, tunc factum re vera dici & prædicari poteſt additamentum.

*Ephes.* Ut comperimus autem Latinos perſona in diſputationibus depoſita, veritatis ſtudio non agere, neque ut ipſa appareret eniti, ſed ut viderentur habere quid dicerent, & ſuorum aures præoccuparent; illud etiam obnixe curare, ut omnino ipſi ſeſſionum finem facerent, atque ut poſteriore loco dicentes viderentur omnia diluere, quæ a nobis objiciebantur.

Et ſanctus Hilarius oratione poſt pentecoſten ſic ait: Credimus in ſanctam Trinitatem, hoc eſt Patrem & Filium & Spiritum ſanctum, unum Deum omnipotentem, unius ſubſtantiæ, unius eſſentiæ,

καὶ προχεῖται παρ' αὐτοῦ, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός. τὸ δὲ προχεῖται, ἀντὶ τοῦ ἐκπορεύεται ὁ διδάσκαλος τίθησιν, ὡς ἐν τῇ ἐξηγήσει τοῦ θείου συμβόλου ὁ αὐτὸς λέγει, ἔνθα φησί· καὶ προχεῖται, ἤγουν ἐκπορεύεται.

Ὁ αὐτὸς ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ τῇ εἰς τὸν προφήτην Ἰωὴλ τῇ, ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός μου, φησίν· ἡ μὲν γάρ ἐστι Θεὸς καὶ ἐκ Θεοῦ κατὰ φύσιν ὁ υἱός, γεγέννηται γὰρ ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός, ἴδιον αὐτοῦ τε καὶ ἐν αὐτῷ καὶ ἐξ αὐτοῦ τὸ πνεῦμά ἐστι, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἐπ' αὐτοῦ νοεῖται τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός.

Ὁ αὐτὸς ἐν τοῖς πρὸς Παλλάδιον ἀντιρρητικοῖς οὕτω λέγει. τρεπτὸν δὲ οὔ τοί που πνεῦμά ἐστιν· ἢ εἴπερ τὸ τρέπεσθαι νοσεῖ, ἐπ' αὐτὴν ὁ μῶμος τὴν θείαν ἀναδραμεῖται φύσιν, εἴπερ ἐστὶ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός, καὶ μὴν καὶ τοῦ υἱοῦ, τὸ οὐσιωδῶς ἐξ ἀμφοῖν, ἤγουν ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ προχεόμενον πνεῦμα.

Ὁ αὐτὸς ἐν τῇ ἐξηγήσει τοῦ ἐννάτου ἀναθεματισμοῦ φησίν· ἴδιον ἔχων ὁ υἱὸς τὸ ἐξ αὐτοῦ καὶ οὐσιωδῶς ἐμπεφυκὸς αὐτῷ πνεῦμα ἅγιον εἰργάζετο τὰς θεοσημείας.

Χρυσόστομος δὲ ὁ μακάριος ἐν τῇ ὁμιλίᾳ τῇ εἰς τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ κυρίου φησίν. ἦλθεν ὁ Χριστὸς εἰς ἡμᾶς, ἔδωκεν ἡμῖν τὸ ἐξ αὐτοῦ πνεῦμα, καὶ ἀνέλαβε τὸ ἡμέτερον σῶμα. τὸ δέ, ἐξ αὐτοῦ, τί δηλοῦν βούλεται, ἢ ὅτι τὸ ἐξ αὐτοῦ ἐκπορευόμενον πνεῦμα δέδωκεν ἡμῖν;

Καὶ Συμεὼν δὲ ὁ νέος θεολόγος, ὁ καὶ Μεταφραστὴς καλούμενος, τῇ τρίτῃ τοῦ Ὀκτωβρίου εἰς τὸν βίον τοῦ ἁγίου Διονυσίου τοῦ Ἀρεοπαγίτου οὕτω φάσκει· πέρας τὰ τῆς σωματικῆς ἐπιδημίας δέχεται, τὰ δὲ τοῦ πνεύματος ἄρχεται, καὶ εἰς οὐρανοὺς ὁ ἐμὸς Χριστὸς ἀναφέρεται, πρὸς τὸν πατρικὸν ἐπάνεισι θρόνον, καὶ τὸ ἐκπορευόμενον αὐτοῦ πνεῦμα ἐπὶ τῇ τῶν ἀπίστων ἐθνῶν καταπέμπει τοῖς μαθηταῖς ὁδηγίᾳ· σύνῳδα λέγων τῷ μεγάλῳ πατρὶ Χρυσοστόμῳ, ἤγουν τὸ ἐκπορευόμενον ἐξ αὐτοῦ.

Ἐπιφάνιος δὲ ἀρχιεπίσκοπος Κύπρου ὁ μακάριος· ἀμφότερα κατοικεῖ, φησίν, ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τῷ δικαίῳ, ὁ Χριστὸς καὶ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ. εἰ δὲ Χριστὸς ἐκ τοῦ πατρὸς πιστεύεται Θεὸς ἐκ Θεοῦ, καὶ τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ Χριστοῦ, ἢ παρ' ἀμφοτέρων, ὥς φησιν ὁ Χριστός· ὃ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται, καὶ οὗτος ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται. καὶ ἐν τῷ Ἀγκυρωτῷ· ὃν τρόπον οὐδεὶς ἔγνω τὸν πατέρα εἰ μὴ ὁ υἱός, οὐδὲ τὸν υἱὸν εἰ μὴ ὁ πατήρ, οὕτω τολμῶ λέγειν, οὐδὲ τὸ πνεῦμα εἰ μὴ ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱός, παρ' οὗ ἐκπορεύεται καὶ παρ' οὗ λαμβάνει, καὶ οὐδὲ τὸν υἱὸν καὶ τὸν πατέρα εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ διδάσκον πάντα, τὸ δοξάζον ἀληθῶς, ὃ παρὰ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ ἐστί. καὶ κατωτέρω· τὸ πνεῦμα δὲ ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ πνέει.

Ταράσιος δὲ ὁ μακάριος πατριάρχης Κωνσταντινουπόλεως ἐν τῇ ἐπιστολῇ πρὸς τοὺς τῆς ἀνατολῆς ἀρχιερεῖς, ἧς ἡ ἀρχή· πολλαῖς καὶ μεγάλαις προνοίαις. οὕτω φησί· καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς δι' υἱοῦ ἐκπορευόμενον, καὶ αὐτὸ Θεὸν εἶναι γνωριζόμενον.

Καὶ ὁ ἅγιος δὲ Ἱλάριος ἐν τῷ λόγῳ τῷ μετὰ τὴν πεντηκοστὴν οὕτω φησί· πιστεύομεν εἰς τὴν ἁγίαν Τριάδα, τουτέστι τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα, ἕνα Θεὸν παντοδύναμον, μιᾶς οὐσίας, μιᾶς ὑπάρξεως, μιᾶς ἐξουσίας, δημιουργὸν πάν-



των τῶν κτισμάτων. ἐξ οὗ πάντα, δι' οὗ πάντα, ἐν ᾧ πάντα· πατέρα ἀφ' ἑαυτοῦ, ἀλλ' οὐκ ἀφ' ἑτέρου· υἱὸν ἐκ τοῦ πατρὸς γεννητόν, Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ, φῶς ἀληθινὸν ἐκ φωτὸς ἀληθινοῦ, οὐ μὴν δύο φῶτα, ἀλλ' ἓν φῶς· πνεῦμα ἅγιον παρὰ πατρὸς καὶ υἱοῦ ἐπίσης ἐκπορευόμενον.

Καὶ Ἀναστάσιος δὲ ὁ τοῦ ἁγίου ὄρους Σινᾶ ἐν τῷ λόγῳ τῷ περὶ καθ' ἡμᾶς ὀρθῶν δογμάτων τῆς ἀληθείας, ἐπιγραφὴν ἔχοντι· ἡ δὲ ἀρχὴ τοῦ λόγου τῶν περὶ τῆς ὑγιοῦς ἡμῶν πίστεως· οὕτω φησί· τοῦ δὲ σώματος τὸ ἰδίωμα λαβόντες ὡς παράδειγμα, τὴν ἀλληλουχίαν τῶν θείων παρεστήσαμεν διὰ τῆς τῶν μελῶν ἀναλογίας τε καὶ εἰκασίας· ταύτῃ δὲ καὶ πνεῦμα στόματος αὐτοῦ, δηλονότι τοῦ Θεοῦ, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον λέγεται, στόματος ὄντος τοῦ μονογενοῦς. καὶ πνεῦμα, πάλιν, ἐξ αὐτοῦ ἐκπορευόμενον καὶ ἀποστελλόμενον, οὐ μόνον παρὰ τοῦ πατρός, ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῦ υἱοῦ. καὶ μετά τινα πάλιν φησί· καὶ γοῦν ὁ κύριος ἐξ ἑαυτοῦ δεικνὺς αὐτὸ ὑπάρχειν, ἐμφυσῶν τοῖς μαθηταῖς ἔλεγε· λάβετε πνεῦμα ἅγιον.

Καὶ Δαμασκηνὸς δὲ ὁ ἅγιος ἐν τῷ ιγ'. τῶν θεολογικῶν οὕτω λέγει· ἡ ἐκφαντορικὴ τοῦ κρυφίου τῆς θεότητος δύναμις τοῦ πατρός, ἐκ πατρός ἐστι δι' υἱοῦ ἐκπορευομένη, ὡς οἶδεν. καὶ μικρὸν ἀνωτέρω· αὐτὸς μὲν οὖν ἐστι νοῦς, λόγου ἄβυσσος, λόγου γεννήτωρ, καὶ διὰ λόγου προβολεὺς ἐκφαντορικοῦ πνεύματος. τὸ δέ, ἐκ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα οὐ λέγομεν, ὅπερ ἐν τῷ ὀγδόῳ κεφαλαίῳ ὁ αὐτὸς διδάσκαλος λέγει, ἵνα μή τις διστάσῃ, ἐλύσαμεν αὐτὸ ἐν τῷ πρώτῳ κεφαλαίῳ τοῦ ὅρου, ὑπεραπολογούμενοι τῶν πέντε κεφαλαίων.

Καὶ Κύριλλος πάλιν ὁ μακάριος ἐν τῷ πρὸς Ἑρμείαν δευτέρῳ λέγει οὕτως· ἅγιον δὲ πνεῦμα προσερεῖς τὸ ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ προχεόμενον φυσικῶς· ὅτι δὲ ἡ, διά, τῇ, ἐκ, ἰσοδυναμεῖ, καὶ τὴν αὐτὴν ἰσχὺν ἔχει, μετὰ μικρόν, καὶ τοῦτό σοι δείξομεν. νῦν δὲ τί ἔχεις πρὸς ταῦτα εἰπεῖν; οὐκ εἰσὶν οὗτοι οἱ προλεχθέντες ἅγιοι καὶ τῆς ἐκκλησίας διδάσκαλοι; εἰ οὖν οὗτοι πάντες ἐν διαφόροις λέξεσι καὶ συλλαβαῖς ἐν τοῖς αὐτῶν συγγράμμασι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ ὁμολογοῦσι καὶ λέγουσι, πόθεν σοι τὸ ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς πνεῦμα τὸ ἅγιον εὕρηται ἐκπορευόμενον ἐν τῇ ἱερᾷ γραφῇ; δεῖξον ἡμῖν, τίς τῶν διδασκάλων τὸ ἐκ μόνου φησί; τίς τῶν ἁγίων; ποία τῶν συνόδων τοῦτ' ἔφησε; τί ὅτι ἐματαιώθης σύ, καὶ σπουδάζεις καὶ τοὺς ἄλλους ἐξαπατῆσαι; οὐκ ᾐδέσθης τὸν κύριον, ὃς κρινεῖ ζῶντας καὶ νεκρούς; πῶς ἠρνήσω αὐτὸν μὴ εἶναι ὁμοούσιον καὶ ὁμόθρονον καὶ ὁμοδύναμον τῷ πατρὶ καὶ συνάναρχον, καὶ πάντα ἔχοντα ὅσα καὶ ὁ πατήρ, δίχα μόνου τοῦ εἶναι πατέρα; αὐτὸς γάρ φησι· πάντα ὅσα ἔχει ὁ πατήρ, ἐμά εἰσι· καὶ αὖ· σὺ πάτερ ἐν ἐμοί, κἀγὼ ἐν σοί. καὶ· πάντα τὰ ἐμὰ σά ἐστι, καὶ τὰ σὰ ἐμά. καὶ ἐν τῇ εὐχῇ· δὸς αὐτοῖς, περὶ τῶν μαθητῶν λέγων, ἵνα ὦσιν ἕν, καθὼς ἡμεῖς ἕν ἐσμεν. εἰ οὖν ἕν ἐστι μετὰ τοῦ πατρὸς ὁ υἱός, πῶς τὸ πνεῦμα ἐκπορεύεται ἐκ μόνου τοῦ πατρός, ὅπερ ἀχωρίστως πρόεισιν ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ; ταῦτα μὲν ἔδει σε βλέπειν, καὶ μὴ τὰ Καβάσιλα, Παλαμᾶ τε, καὶ τοῦ Φουρνῆ, Καματηροῦ καὶ Μοσχάμπαρος.

conditorem omnium creaturarum; ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia: Patrem ex ſe, non ab alio; Filium ex Patre genitum, Deum verum de Deo vero, lumen verum de lumine vero, non tamen duo lumina, ſed unum lumen: Spiritum ſanctum a Patre & Filio æqualiter procedentem.

Ad hæc Anaſtaſius ſancti montis Sina in ſermone, cui titulus, De rectis quæ nos credimus dogmatibus veritatis; cujus tale principium eſt; Eorum quæ de illibata fide noſtra: ita ſcriptum reliquit; Ex eo porro quod proprium corporis eſt petito exemplo, declaravimus, quomodo in divinis alterum ſit in altero ex proportione & adumbratione membrorum. Hac enim ratione & ſpiritus oris ejus, Dei ſcilicet, Spiritus ſanctus dicitur, cum ſit os unigenitus: & rurſus: Spiritus, qui ab eo procedit & mittitur, non a Patre ſolum, ſed etiam a Filio: & poſt pauca; Itaque dominus, ut eum ſe oſtenderet, a quo Spiritus ſanctus exiſtit; inſufflans in diſcipulos ajebat: *Accipite Spiritum ſanctum*. Joan. 20.

Sacer quoque Damaſcenus tertiodecimo capite rerum divinarum hæc habet; Manifeſtativa virtus occultæ Patris divinitatis ex Patre eſt per Filium procedens, ut ipſa novit: & paulo ante; Ipſe igitur eſt mens, Verbi abyſſus, Verbi genitor, perque Verbum Spiritus manifeſtativi productor. Illud autem, Ex Filio non dicimus Spiritum; quod octavo capite doctor idem habet, ne quis addubitet; jam ſolvimus in primo definitionis capite, ª dum pro quinque capitibus apologiam ſcriberemus.

ª Notanda hæc prorſus authoris verba.

Rurſum beatus Cyrillus ſecundo ad Hermiam libro ſic ait; Sanctum vero Spiritum vocabis, qui ex Patre per Filium effunditur naturaliter. Quod vero præpoſitio, per, idem valeat quod, Ex, & eamdem habeat ac illa vim, paulo poſt id etiam tibi oſtendemus. Nunc ergo quid ad hæc potes dicere? nonne qui allati ſunt, ſancti & eccleſiæ doctores ſunt? Si omnes iſti per diverſas voces & dictiones ſuis in ſcriptis fatentur, ac docent Spiritum ſanctum ex Patre & Filio; ex quo tu ſacræ ſcripturæ loco habes, Spiritum ſanctum ex ſolo Patre procedere? Profer nobis, quis inter doctores dicat, Ex ſolo; quis ſanctorum, quæ ſynodus dixit hoc? Quomodo temet vanitati dediſti, & ſtudes etiam ſeducere alios, non veritus dominum, qui judicaturus eſt vivos & mortuos? Quomodo illum negas Patri eſſe conſubſtantialem? & communem illi denegas cum Patre majeſtatem, & virtutem; & initio carentem æternitatem? quodque omnia quæ ſunt Patris, habeat præter unum hoc, eſſe Patrem? ipſe etenim dicit: *Omnia quæcumque habet Pater, mea ſunt*; & rurſus: *Tu Pater in me, & ego in te*: &: *Omnia mea tua ſunt, & tua mea*: & in oratione, *Da illis*, inquit, loquens de diſcipulis, *ut unum ſint, ſicut nos unum ſumus*. Si ergo Filius unum eſt cum Patre, quomodo Spiritus ex ſolo Patre procedit, qui ex Patre & Filio indiviſe procedit? Hæc te oportebat inſpicere, & non ſcripta Cabaſilæ, & Pala- Joan. 16. Joan. 17. Joan. 17.

mæ, Phurnii, Camateri, Moſchamparis, & aliorum, ne ſingulos perſenſeam, quos tu audiens evaſiſti ſchiſmaticus & veritati inimicus; Cumque in ſynodo adhibuiſſes non ſanctorum, ſed illorum dicta, ignominiam reportaſti, quando tibi eccleſiæ doctores illi protulerunt: Quare cum oculos attollere non poſſes, in fugam te ignominioſe dediſti; & jam te dicere non pudet, Spiritum ſanctum ex ſolo Patre ibi eſſe abs te demonſtratum? Propoſuiſti tu quidem illud probandum, cum te ulterioris Franciæ antiſtites & pedum ſtrepitu & vocibus exſibilarunt, clara voce hæreticum & maledictum appellantes; at nullo modo probaſti; nuda tantum dicta protuliſti, *Qui a Patre procedit*, & ſimilia; ad quæ jam reſpondimus, nec eſt cur amplius dicamus. Joan. 16.

EPHES. Ab evangelicis quidem dictis exorſus, per apoſtolos vero & ſucceſſores eorum progreſſus uſque ad tertiam ſynodum œcumenicam, dicta ſingula diligenter expendens, & ſyllogiſmos ad unumquodque adhibens, atque id quod mihi propoſitum erat concludens; novum ſcilicet Latinorum dogma eſſe ubique damnatum.

RESP. Exorſus quidem es, ut jam dixi, a vocibus evangelicis ad tuæ probationem opinionis; ſed præſcriptum diſputationis ordinem non ſervaſti. Conſtitueratis enim, ut a capite ad caput, & ab argumento ad argumentum progrederemini, ut dilucidæ & claræ fierent interrogationes ac reſponſiones. Cum vero jam diſceptaretis & dictum dicto objiceretis, & ſyllogiſmus ſubſequeretur, compendioſe & egregie a fratre Joanne formatus; tum ſane tu coarctatus, quid reſponderes non habebas; atque ut elabereris, longum ſermonem inſtituiſti nullo veritatis fructu, aut diſputationis more. Quando Joannes qui tecum diſputabat, domine Epheſie, dixit, videris præterire ordinem; aliter enim inter nos convenit atque tu facis: nondum finem habuit Baſilii magni dictum, & tu alia in medium argumenta protuliſti, & alia extra rem capita ad docendos, ut videris, auditores. Sermonem ergo protrahe quantum libuerit, nam ego tibi legem ponere non poſſum, ſed imperator ſereniſſimus: Servabo tamen ipſe modeſtiam & diſputationis modum; neque ullum ad quæcumque dicis reſponſum dabo, donec ſatisfacias eo quo prolata ſunt ordine dicta, & obſervata lege, qua diſputationem ſumus aggreſſi, ut explanato uno tranſeamus ad aliud. Quibus tu auditis ſtupore oppreſſus es, & coactus deveniſti ad conciſam interrogandi & reſpondendi rationem: Proinde paucis dictis exclamaſti, Sæcula ſæculorum; hoc eſt; nolo ultra diſputare; jam feci finem. Quamobrem beatiſſimus papa dixit; Æquum eſt, ut quando tu quæ in rem tuam erant dixiſti, reſpondeas etiam ad ea, quæ poſtremo dixit Joannes provincialis. Tu vero reſpondere quidem noluiſti, ſed pauca diſtorta & prava nihilque ad rem facientia dixiſti; & ſeſſio dimiſſa eſt; neque amplius ad concilium venire voluiſti. Eſſe porro novum & damnatum Latinorum dogma nec probaſti, nec probabis unquam [illegible] vel quivis alius te doctior & ſub-

A καὶ τῶν ἄλλων, ἵνα μὴ καθ᾽ ἕκαστον λέγω, ὧν ἐπακούσας, σχισματικὸς καὶ ἐχθρὸς τῆς ἀληθείας ἐγένου. καὶ ἐν τῇ συνόδῳ οὐ τὰ τῶν ἁγίων, ἀλλὰ τὰ ἐκείνων εἰπὼν ᾐσχύνθης, ὅτε σοι τοὺς διδασκάλους τῆς ἐκκλησίας ἐκεῖνοι προήνεγκαν, καὶ μὴ δυνάμενος ἀναβλέψαι ἀπέδρας αἰσχυνθείς· καὶ νῦν οὐκ αἰσχύνῃ λέγων, ὅτι ἔδειξας ἐκεῖ ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς τὸ πνεῦμα; προέθου μὲν δεῖξαι, ὅτε σοι καὶ κρότους ποδῶν καὶ φωνὰς ἐποίησαν οἱ τῆς ἐνδοτέρας Φραγκίας ἡγούμενοι, μεγάλῃ φωνῇ αἱρετικὸν καὶ κατηραμένον ἀποκαλοῦντές σε, οὔπω δὲ ἀπέδειξας ἀλλ᾽ ἢ μόνον ἁπλῶς ῥητὰ εἶπες· ὁ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται, καὶ τὰ ὅμοια· ἅπερ καὶ διελυσάμεθα ἤδη, καὶ οὐ B δεῖ περαιτέρω λέγειν.

ΕΦΕΣ. Παρὰ μὲν τῶν εὐαγγελικῶν ἀρξάμενος λόγων, διὰ δὲ τῶν ἀποστόλων καὶ τῶν διαδεξαμένων αὐτοὺς κατελθὼν ἄχρι καὶ τῆς οἰκουμενικῆς τρίτης συνόδου, κατὰ μέρος ἐξεργαζόμενος ἕκαστον τῶν ῥητῶν, καὶ συλλογιζόμενος ἐφ᾽ ἑκάστῳ, καὶ συμπεραίνων ὅπερ ἀποδεικνύναι προκείμενον εἶχον, ὡς πανταχοῦ τοῦ καινοῦ τῶν Λατίνων δόγματος ἀπηγορευμένου.

ΑΠΟΛ. Ἤρξω μέν, ὡς καὶ πρότερον ἔφην, ἐκ τῶν εὐαγγελικῶν φωνῶν εἰς σύστασιν τοῦ σοῦ φρονήματος, οὐ μὴν δὲ τῇ καταστάσει ἐπηκολούθησας τῆς διαλέξεως. ἐστήσατε γάρ, ἵνα ἀπὸ κεφαλαίου εἰς κεφάλαιον, καὶ ἀπὸ ἐπιχειρήματος εἰς ἐπιχείρημα μεταβαίνητε, C ἵνα καὶ εὐσύνοπτοι καὶ σαφεῖς αἱ ἐρωτήσεις ἅμα καὶ ἀποκρίσεις γίνωνται. ὅταν δὲ εἰς αὐτὸ συνήλθετε, καὶ ῥητὸν τὸ ῥητὸν διεδέξατο, καὶ συλλογισμὸς κατόπιν ὡς ἐν συνόψει ἐπηκολούθει γενναίως παρὰ τοῦ φρὰ Ἰωάννου λεγόμενος, ἐστενοχωρήθης καὶ ἐξέφυγες, τὸν μακρὸν ἐκεῖνον τῇ ἀποκρίσει ἀποτεινάμενος λόγον· μηδένα καρπὸν ἀληθείας ἢ διαλέξεως ἔχοντα. ὅτε σοι ὁ προσδιαλεγόμενος Ἰωάννης ἔφη· κύριε Ἐφέσου, φαίνεται ὅτι παραβαίνεις τὴν τάξιν, ἄλλη γάρ ἐστιν ἡ ἡμετέρα συμφωνία, καὶ ἄλλως ποιεῖς· ἔτι τὸ τοῦ μεγάλου Βασιλείου ῥητὸν οὐκ ἔλαβε τέλος, καὶ σὺ προέφερες D εἰς μέσον ἄλλας ὑποθέσεις καὶ ἄλλα κεφάλαια ἔξω τοῦ προκειμένου, διδάσκων ὡς ἔοικε τοὺς ἀκροατάς. λέγε λοιπὸν μακρόν, ὅσον ἂν αὐτὸς βούλῃ· ἐπειδὴ ἐγὼ οὐκ ἔχω τιθέναι σοι νόμον, ἀλλ᾽ ὁ γαληνότατος βασιλεύς· ὅμως ἐγὼ τηρήσω τὴν σεμνότητα καὶ τὴν τάξιν τῶν διαλέξεων, καὶ οὐδέποτε ἀποκριθήσομαι εἰς ὅσα λέγεις, ἕως ἂν ἀπολογηθῇς κατὰ τάξιν τῶν προκομισθέντων ῥητῶν, καθ᾽ ὃν ἠρξάμεθα τρόπον τῆς διαλέξεως, ὅπως σαφηνισθέντος τοῦ ἑνὸς ἀρξώμεθα τοῦ ἑτέρου. ἀκούσας οὖν ταῦτα ἐπιληψία κατέσχε σε, καὶ ἐστενοχωρήθης ἐλθεῖν κατὰ [illegible] ἀπόκρισιν τῶν ῥητῶν. καὶ εὐθὺς ὀλίγα εἰπών, σαίκουλα σαικουλώρουμ E ἐβόησας, τουτέστιν οὐ βούλομαι ἔτι λέγειν, τέλος ἐποίησα. ὅθεν καὶ ὁ μακαριώτατος πάπας ἔφησε· δίκαιόν ἐστιν, ἐπεὶ εἶπες ὅσα ἔχρῃζες, ἵν᾽ ἀπολογηθῇς καὶ εἰς τὰ τελευταῖα Ἰωάννου τοῦ προβιντζιαλίου. μὴ θέλοντος δέ σου ἀποκριθῆναι, ἀλλ᾽ ὀλίγους εἰπόντος λόγους, στρεβλοὺς καὶ διεφθαρμένους καὶ ἔξω τοῦ προκειμένου, ἐλύθη ἡ συνέλευσις, καὶ πλέον οὐκ ἠθέλησας συνελθεῖν. καινὸν δὲ καὶ ἀπηγορευμένον τὸ τῶν Λατίνων δόγμα οὔτε μὴν ἔδειξας οὔτε δείξεις ποτέ, οὔτε σὺ οὔτ᾽ ἄλλος τις ὑψηλότερός σου καὶ



καὶ λογιώτερος· ὅτι οὐ καινὸν τοῦτο τὸ δόγμα ὑπάρχει, A ἀλλ᾽ ἀπὸ τῆς δευτέρας συνόδου ἐστί τε καὶ ψάλλεται ἐν τῇ Ῥωμαϊκῇ ἐκκλησίᾳ· οὐδὲ Λατινικόν ἐστιν ἢ Γραικικόν, οὐ γὰρ ἐν μέρει ἡ πίστις, ἀλλὰ Χριστιανικόν· πάντες γὰρ οἱ διδάσκαλοι Γραικοὶ καὶ Λατῖνοι τὸ αὐτὸ φρονοῦσιν· εἰ μὴ τοσοῦτον ἀτοπώτατος βούλει φανῆναι, ὥστε καὶ τοὺς ἀνατολικοὺς ἁγίους καὶ διδασκάλους Λατίνους ἀποκαλεῖν.

ΕΦΕΣ. Ἐπὶ τούτοις κατέλυσα τὰς πρὸς αὐτοὺς ὁμιλίας, ἢ μηκέτι συνελεύσεσθαι μετ᾽ αὐτῶν, ἢ γοῦν αὐτὸς σιωπήσειν βεβαιωσάμενος. ἀλλ᾽ ἐκεῖνοι προσεκαλοῦντο τοὺς ἡμετέρους ἑκόντας ἄκοντας εἰς τὴν τῶν εἰρημένων ἀντίρρησιν· καὶ τοῦτο διαπραξάμενοι μὴ B παρόντος ἐμοῦ διὰ τὴν ἀσθένειαν, δύο ἐφεξῆς συνελεύσεις ἀνήλωσαν αὐτοὶ μόνοι λέγοντες, μηδενὸς ἀπολογουμένου.

ΑΠΟΛ. Ὁ δίκαιος λόγος ἀπῄτει, ἐπειδὴ σὺ ἀπὸ μέρους τῶν Γραικῶν εἶπες, καὶ οὕτω μακροὺς κατέτεινας λόγους, ἵν᾽ ἀκούσῃς καὶ τὰς ἀποκρίσεις. οὐ γὰρ δίκαιον, τὸν διαλεγόμενον μόνον λέγειν μέν, οὐκ ἀκούειν δὲ καὶ τοῦ ἀποκρινομένου. καὶ σὺ μὲν τό, σαίκουλα σαικουλώρουμ, εἰπών, αἰσχυνθεὶς τῇ στενοχωρήσει τοῦ φρὰ Ἰωάννου ἀνεχώρησας, καὶ οὐκέτι ἐβούλου συνελθεῖν· οἱ δὲ Λατῖνοι οὐκ ἠνείχοντο σιωπῆσαι, καὶ τοῖς σοῖς λόγοις μὴ δοῦναι ἀπολογίαν. ὅθεν ἐκάλουν κανονικῶς ὑμᾶς συνελθεῖν καὶ ἀκοῦσαι τὰς C ἀποκρίσεις τῶν λόγων. καὶ σοῦ μὲν μὴ βουλομένου συνελθεῖν, ὁ βασιλεύς τε καὶ ὁ πατριάρχης καὶ οἱ ἐπίλοιποι τῆς ἀνατολικῆς ἐκκλησίας λογάδες ᾠήθησαν δίκαιον εἶναι συνελθεῖν, καὶ οὕτω συνῆλθον. ἀποστείλασα οὖν ἡ σύνοδος ἐκάλει καὶ σὲ ἐλθεῖν, ἀλλ᾽ οὐκ ἠθέλησας, ἀσθένειαν ἰσχυρὰν ὑποκρινάμενος. νοήσαντες οὖν οἱ δημόται σου τὴν φυσικὴν ἀσθένειαν, ἥνπερ εἶχες, ἐσιώπησαν. Λατῖνοι δὲ μόνοι ἔλεγον μηδενὸς ἀπολογουμένου, οὐ γὰρ χρεία ἦν ἀπολογεῖσθαι τοὺς ἡμετέρους, ὅτι ὁ τῶν Λατίνων λόγος ἀπολογία ὑπῆρχε πρὸς τὰ ὑμέτερα.

ΕΦΕΣ. Κατὰ μὲν τὴν πρώτην τὰ ῥητὰ τῶν οἰκείων διδασκάλων D προενεγκόντες, ἐν οἷς ἐδείκνυσαν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορευόμενον ἐκ τοῦ υἱοῦ καθὰ καὶ ἐκ τοῦ πατρός.

ΑΠΟΛ. Ἐν ταύτῃ τῇ συνελεύσει ἀπέστειλεν ἡ σύνοδος ζητοῦσά σε ἐλθεῖν πρὸς τὴν διάλεξιν, ἐπειδὴ ὁ προσδιαλεγόμενος φρὰ Ἰωάννης ἔλεγεν, ἀγάγετε τὸν Ἐφέσου ὧδε, ἵνα ἀκούσῃ τὰς ἀποκρίσεις τῶν λόγων αὐτοῦ· σὺ δὲ μὴ δυνάμενος ἀκούειν τὸν ἔλεγχον τῶν παρὰ σοῦ ῥητῶν, οὐκ ἠθέλησας ἐλθεῖν, ἀλλ᾽ ὑπεκρίνου ἀσθένειαν. διὸ καὶ ὁ διδάσκαλος Ἰωάννης τοὺς μὲν ἐλέγχους τῶν σῶν ἐάσας λόγων, τὰ τῶν οἰκείων διδασκάλων ῥητὰ προέφερε δεικνύων τοῦ δόγματος τὴν ἀλήθειαν, ἀναιρῶν, ἅπερ ἔλεγες, E ὅτι οὐκ ἐκ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα. ἀλλὰ σὺ μὲν ἔλεγες, οὐκ ἐδείκνυες δέ· ἐκεῖνος δὲ ἔλεγε, καὶ γενναίως ἐδείκνυε μετὰ τῶν δυτικῶν διδασκάλων. ἆρ᾽ ὄντως δύνασαι ἀρνήσασθαι, ὅτι οὐκ εἰσὶν οἱ δυτικοὶ διδάσκαλοι ἅγιοι; εἰ εἴποις, αἱρετικὸς πάντων αἴσχιστος δόξεις, ὅτι ἡ πέμπτη οἰκουμενικὴ σύνοδος ἐν τῷ ἑαυτῆς ὅρῳ φησίν· ἑπόμεθα τοῖς ἁγίοις καὶ μακαρίοις πατράσι καὶ διδασκάλοις, Γρηγορίῳ τῷ Διαλόγῳ, Αὐγουστίνῳ, Βασιλείῳ, Ἱερωνύμῳ, Ἀμβροσίῳ, καὶ τοῖς λοιποῖς· καὶ τὰς φωνὰς αὐτῶν στέργομεν καὶ ἀποδεχόμεθα· οὐκοῦν οὐ δύνασαι ἀντειπεῖν. τούτους οὖν οὓς ἡ πέμπτη τῶν οἰκου-



limior: nam dogma hoc non eſt novum, cum uſque a ſecunda ſynodo ſit & cantetur in Romana eccleſia: neque dogma Latinorum eſt, aut Græcorum; fides enim non eſt partium; ſed Chriſtianorum: Siquidem omnes tam Græci quam Latini doctores ita ſentiunt: niſi velis uſque adeo ſtolidus videri, ut Latinos voces ſanctos etiam & doctores orientales.

EPHES. Cum ita peroraſſem, eorum congreſſibus vale dixi; ſtatutum habens aut devitandum eſſe conſeſſum eorum, aut certe mihi tacendum. Verum illi noſtros volentes nolentes advocabant, eo quod reſpondere vellent ad ea quæ dicta erant. Quod cum feciſſent, me non præſente cauſa morbi, duas inſumpſere deinceps ſeſſiones ipſi ſoli dicentes, nemine defenſionem ſuſcipiente.

RESP. Æqua ratio poſtulabat, ut poſteaquam tu pro Græcis dixeras; & adeo prolixos ſermones habueras, audires etiam reſponſiones; neque enim juſtum eſt ſolum diſputantem dicere, & reſponſa non audire. Et tu quidem cum, Sæcula ſæculorum, pronunciaſſes, præ pudore, quod te frater Joannes in anguſtias redegiſſet, receſſiſti, nec amplius in ſynodum ire voluiſti: Latini vero ſilere haudquaquam ſuſtinebant, & tuis ſermonibus nullam opponere defenſionem. Quapropter canonice vos convocabant, ut conveniretis, & reſponſa ad ſermones habitos audiretis: te vero renuente & non eunte, imperator, & patriarcha, & reliqui orientalis eccleſiæ optimates conveniendum eſſe judicarunt, atque ita convenerunt. Acceſſitus tu quoque fuiſti per nuncium a ſynodo, ſed recuſaſti, ſimulans te gravi morbo detineri. Cum ergo cives tui familiarem tibi morbum intellexiſſent, tacuerunt. Latini vero ſoli dicebant, nemine defenſionem ſuſcipiente, quia nullam opus erat fieri a noſtris apologiam; nam ſermo Latinorum reſponſio erat ad ea quæ objeceratis.

EPHES. In priore quidem proferentes dicta ſuorum doctorum, quibus oſtendebant Spiritum ſanctum a Filio procedere, quemadmodum & ex Patre.

RESP. In hac ſeſſione ſynodus miſſo nuncio te ad diſputationem vocabat; quoniam is, qui tecum diſputabat, frater Joannes dicebat; Adducite huc Epheſium, ut reſponſiones audiat ad ea quæ dixit. Tu vero rationes tuas redargui cum ferre non poſſes, venire noluiſti, ſed morbum ſimulaſti. Quocirca magiſter Joannes omiſſa tuorum confutatione ſermonum, protulit doctorum ſuorum ſententias, dogmatis veritatem oſtendens, & refellens quæ tu dixeras, ſcilicet Spiritum a Filio non eſſe. Et tu quidem dicebas; at non probabas; Ille vero dicebat, & ſtrenue probabat cum occidentis doctoribus. An vero negare poteris, ſanctos eſſe occidentis doctores? Si neges, hæreticus omnium turpiſſimus apparebis: nam quinta ſynodus œcumenica in ſua definitione ait; Sequimur ſanctos & beatos patres atque doctores, Gregorium Dialogum, Auguſtinum, Baſilium, Hieronymum, Ambroſium, & reliquos; eorumque voces approbamus & recipimus: non potes ergo contradicere. Hos [illegible] quos inter œcumenicas quinta [illegible] promulgavit, Collat. 1.

vit ſanctos atque doctores proferens Joannes perſpicue demonſtravit, Spiritum ſanctum eſſe etiam a Filio, refutando quæ tu dixeras, non quæ docent doctores orientales; nam & illi eadem, quæ occidentales, dicunt. Ut vero ſcire volentibus num vera dicas, palam fiat veritas, occidentalium quoque doctorum ſententias hic apponemus, non omnes, aut omnium, ſed paucas e multis; ut per eas te oſtendamus uſquequaque futilem & arrogantem. In primis enim ſenioris Romæ pontifex, magnus inquam Gregorius Dialogus, quem orientalis quoque eccleſia doctorem & ſanctum agnoſcit, in expoſitione ſacri evangelii ſic ait: Unde & ipſa veritas, ut fidem diſcipulis augeret, dixit; *Si enim ego non abiero, paracletus non veniet ad vos*. Cum enim conſtet, quia paracletus Spiritus ex Patre procedat ſemper & a Filio, cur ſe Filius receſſurum dicit, ut ille veniat, qui a Filio nunquam recedit?

Homil. 26. Et infra in illud; *Cum eſſet ſero die illa*; *Cum venerit paracletus*, inquit, *quem ego mittam vobis a Patre*: Si enim mitti ſolummodo incarnari diceretur intelligi, ſanctus procul dubio Spiritus nullo modo diceretur mitti, qui nequaquam incarnatus eſt, ſed ejus miſſio ipſa proceſſio eſt, qua de Patre procedit & Filio . . .

Joan. 20. Joan. 15.

Cap. 10. Sanctus quoque Ambroſius libro primo de Spiritu ſancto ad Gratianum imperatorem hæc habet: Sed neque cum de Patre exit, de loco recedit, & quaſi corpus a corpore ſeparatur; neque cum in Patre eſt, quaſi in corpore tanquam corpus includitur. Spiritus quoque ſanctus cum procedit ex Patre & Filio, non ſeparatur a Patre, non ſeparatur a Filio. Quemadmodum enim ſeparari poteſt a Patre, qui ſpiritus oris ejus eſt? quod utique & æternitatis indicium, & divinitatis exprimit unitatem.

Cap. 16. Sanctiſſimus vero Auguſtinus ad Oroſium ſcribens in ſermone, cujus initium eſt; Dominus noſter Jeſus Chriſtus manifeſtavit ſe ita venturum: multis in locis hac de re verba faciens hæc etiam habet: Cur igitur non credamus, Spiritum ſanctum ex Filio quoque procedere, cum ſit & Filii Spiritus? Si enim ab ipſo non procederet, poſt reſurrectionem ſuam manifeſtando ſe diſcipulis non inſufflaſſet in eos dicens: *Accipite Spiritum ſanctum*.

Joan. 20.

Et paulo poſt: Spiritus vero ſanctus non de Patre procedit in Filium, & de Filio ad ſanctificandam creaturam, ſed ſimul de utroque procedit; quamvis Pater hoc Filio dederit, ut ſicut ab ipſo, pariter & ab illo procedat: neque enim poſſumus dicere, Spiritum ſanctum non eſſe vitam, quandoquidem vita eſt Pater & Filius; & propterea ſicuti Pater vitam habens in ſe ipſo, dedit & Filio ut vitam habeat in ſe ipſo, ita dedit ut etiam ab illo vita procedat, ſicut procedit & ab ipſo.

Ejuſdem ex libro de fide ad Petrum, ca-

A μενικῶν συνόδους ἁγίους καὶ διδασκάλους ἐκήρυξεν, ὁ Ἰωάννης κομίσας ἔδειξεν ἐναργῶς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ εἰς ἀναίρεσιν τῶν σῶν λόγων, καὶ οὐ τῶν ἀνατολικῶν διδασκάλων, διότι κἀκεῖνοι τὰ αὐτὰ τοῖς δυτικοῖς λέγουσιν. ἵνα δὲ ἡ ἀλήθεια δηλωθείη τοῖς βουλομένοις ἰδεῖν, εἴπερ ἀληθῆ λέγεις, ἡμεῖς καὶ τὰ ῥητὰ τῶν δυτικῶν διδασκάλων ἐνταῦθα θήσομεν, οὐ πάντα, οὐδὲ πάντων, ἀλλ᾽ ἐκ τῶν πολλῶν ὀλίγα, δεικνύντες σε πανταχοῦ διὰ τούτων ἀλαζόνα καὶ ματαιόφρονα. ἐν πρώτοις γὰρ ὁ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης ἀρχιερεὺς, ὁ μέγας, φημὶ, Γρηγόριος ὁ Διάλογος, ὃν καὶ ἡ ἀνατολικὴ ἐκκλησία διδάσκαλον καὶ ἅγιον ἔχει, οὕτω φησὶν ἐν τῇ ἐξηγήσει τοῦ ἱεροῦ εὐαγ-

B γελίου· ὅθεν καὶ αὐτὴ ἡ ἀλήθεια, ἵνα τοῖς μαθηταῖς πίστιν προσθῇ, εἶπεν· ἐὰν γὰρ ἐγὼ μὴ ἀπέλθω, ὁ παράκλητος οὐκ ἐλεύσεται πρὸς ὑμᾶς. ἐπεὶ γὰρ ἐστὶ τὸν παράκλητον τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ πατρὸς ἀεὶ καὶ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι, τίνος χάριν ἑαυτὸν ὁ υἱὸς ἀποδημήσοντα εἴρηκεν, ἵν᾽ ἐκεῖνος ἔλθῃ, ὁ τοῦ υἱοῦ μηδέποτε ἀφιστάμενος;

Καὶ περαιτέρω εἰς τὸ ῥητὸν τό· οὔσης ὀψίας τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, φησίν· ὅταν ἔλθῃ ὁ παράκλητος, ὃν ἐγὼ πέμψω ὑμῖν παρὰ τοῦ πατρός· εἰ γὰρ τὸ ἀποστέλλεσθαι, τὸ σαρκοῦσθαι μόνον ὀφείλει νοεῖσθαι, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀναμφιβόλως οὐδένα ἂν τρόπον ἐλέγετο

C ἀποστέλλεσθαι, ὅπερ οὐδέποτε ἐσαρκώθη· ἀλλ᾽ ἡ τούτου ἀποστολὴ αὐτὴ ἐστὶν, ἡ αὐτοῦ πρόοδος, ἣ παρὰ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεται.

Ὁ δὲ θεῖος Ἀμβρόσιος ἐν τῷ πρὸς Γρατιανὸν τὸν βασιλέα πρώτῳ βιβλίῳ περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος οὕτω φησίν· ἀλλ᾽ οὔτε ἐπειδὰν ἐκ τοῦ πατρὸς ἐξέρχεται, ἀπὸ τόπου ἀναχωρεῖ, καὶ ὡσεὶ σῶμα χωρίζεται ἀπὸ σώματος. οὔτε γὰρ ἐν τῷ πατρὶ ὡς ὅθεν ἐν σώματι ἅτε δὴ σῶμα ἐμπεριλείεται· καὶ τὸ πνεῦμα δὲ τὸ ἅγιον ἡνίκα ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεται, οὐ χωρίζεται τοῦ πατρὸς, οὐ χωρίζεται τοῦ υἱοῦ· τίνα γὰρ τρόπον δύναται χωρίζεσθαι τοῦ πατρὸς, πνεῦμα στόματος αὐτοῦ ὄν; ὃ πάντως καὶ

D τῆς ἀϊδιότητος δεῖγμά ἐστι, καὶ τῆς θεότητος ἐμφαίνει τὴν ἑνότητα.

Αὐγουστῖνος δὲ ὁ θειότατος πρὸς Ὀρώσιον ἐπιστέλλων ἐν τῷ λόγῳ, οὗ ἡ ἀρχή· ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐδήλωσεν ἑαυτὸν οὕτως * ἐπελευσόμενον· ἐν πολλοῖς τόποις περὶ τούτου λέγων καὶ τοῦτο φησί. διὰ τί τοίνυν μὴ πιστεύσωμεν, καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐπεὶ καὶ τοῦ υἱοῦ ἐστιν αὐτὸ πνεῦμα; εἰ γὰρ μὴ παρ᾽ αὐτοῦ ἐξεπορεύετο, οὐκ ἂν μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἑαυτὸν ἐμφανίζων τοῖς μαθηταῖς, ἐνεφύσησεν αὐτοῖς λέγων· λάβετε πνεῦμα ἅγιον.

* ἐπελευσόμενον.

E Καὶ μετ᾽ ὀλίγα· τὸ δὲ πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐκ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται πρὸς τὸν υἱὸν, κἀκ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεται πρὸς τὸ ἁγιάζειν τὴν κτίσιν, ἀλλ᾽ ὁμοῦ ἐξ ἀμφοτέρων ἐκπορεύεται, εἰ καὶ ὁ πατὴρ τοῦτο δέδωκε τῷ υἱῷ, ἵν᾽ ὥσπερ ἐξ αὐτοῦ οὕτω καὶ ἐξ ἐκείνου ἐκπορεύηται. οὔτε γὰρ δυνάμεθα λέγειν, μὴ εἶναι ζωὴν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐπεὶ ὁ πατὴρ ζωή ἐστι καὶ ὁ υἱός· καὶ διὰ τοῦτο τὸ ἅγιον, ὥσπερ ὁ πατὴρ ζωὴν ἔχει ἐν ἑαυτῷ, οὕτως ἔδωκε καὶ τῷ υἱῷ ζωὴν ἔχειν ἐν ἑαυτῷ, καὶ οὕτως ἔδωκε ζωὴν ἐκπορεύεσθαι καὶ ἐξ ἐκείνου, ὥσπερ ἐκπορεύεται καὶ ἐξ αὐτοῦ.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ πρὸς Πέτρον περὶ πίστεως κεφαλαί-



A ου. βεβαιότατα πίστευε, καὶ κατ᾽ μηδένα τρόπον ἀμφίβαλλε, αὐτὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὃ πατρός ἐστι πνεῦμα καὶ υἱοῦ, ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι. λέγει γὰρ ὁ υἱός· ὅταν ἔλθῃ ὁ παράκλητος τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται· ὅπου πνεῦμα ἑαυτοῦ εἶναι ἐδίδαξεν, ἐπεὶ αὐτός ἐστιν ἡ ἀλήθεια. ἐκ τοῦ υἱοῦ τε ἐκπορεύεσθαι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον καὶ ἡ προφητικὴ καὶ ἀποστολικὴ διδασκαλία ἡμῖν παραδίδωσιν. Ἡσαΐας μὲν γάρ φησι περὶ τοῦ υἱοῦ. πατάξει τὴν γῆν τῇ ῥάβδῳ τοῦ στόματος αὐτοῦ, καὶ τῷ πνεύματι τῶν χειλέων αὐτοῦ ἀνελεῖ τὸν ἀσεβῆ. περὶ οὗ φησι καὶ ὁ ἀπόστολος· ὃν ὁ κύριος Ἰησοῦς ἀνελεῖ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ.

B Καὶ τί δεῖ πάντα καταλέγειν, ὅσα οἱ δυτικοὶ διδάσκαλοι τῆς ἐκκλησίας φασίν; ἀρκεῖν ἡγούμεθα καὶ ταῦτα εἰς παράστασιν τῆς ἀληθείας, καὶ ἱκανὰ πεῖσαι ψυχὴν μὴ βεβαπτισμένην τῇ ἀπογνώσει τε καὶ προλήψει, ὥσπερ ἡ σὴ αἰδέσιμε Ἐφέσου ἐβεβάπτιστο. οὐ γάρ ἠθέλησας ποτε συνιέναι τὸ ἀληθὲς καὶ ἑνωθῆναι τοῖς διδασκάλοις τούτοις καὶ ἁγίοις, ἀλλ᾽ ἐξελέξω μετὰ τοῦ Παλαμᾶ καὶ Καβασίλα καὶ τῶν λοιπῶν εἶναι, οἳ τὸν βίον κατέστρεψαν ἐλεεινῶς. ὃ δὲ φῂς, ὅτι ἐδείκνυσαν παρὰ τῶν οἰκείων διδασκάλων ἐκπορευόμενον τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ υἱοῦ καθάπερ ἐκ τοῦ πατρὸς, θαυμάζω πολὺ, εἰ καὶ σοὺς οὐ νομίζεις, οὓς αἱ σύνοδοι πᾶσι τοῖς Χριστιανοῖς διδασκάλους παρέθεσαν,

C οἳ συμφωνοῦσιν ἑαυτοῖς καὶ τοῖς ἀνατολικοῖς διδασκάλοις, καὶ μάλιστα ἐν τοῖς περὶ τῆς πίστεως δόγμασιν.

ΕΦΕΣ. Ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ συνελεύσει τὰ παρ᾽ ἐμοῦ εἰρημένα διαστρέψαντες μᾶλλον ἢ ἀνατρέψαντες, καὶ χεῖρας ἐναντίας, ὡς ἐκείνοις ἔδοξε, τῶν παρ᾽ ἡμῖν διδασκάλων ἐκτεθεικότες.

ΑΠΟΛ. Ἐν ταύτῃ δὲ τῇ δευτέρᾳ συνελεύσει μετὰ τὴν σὴν φυγὴν πάλιν ὁ φρὰ Ἰωάννης ἐθεολόγησε, καὶ πάλιν φωνῇ μεγάλῃ ἐβόησεν· ἀγάγετε τὸν Ἐφέσου ὧδε, βούλομαι γὰρ ἀνατρέψαι τὰ αὐτοῦ εἰρημένα. καὶ πάλιν ἀπέστειλεν ἡ σύνοδος, ζητοῦσά σε συνελθεῖν.

D οἱ δὲ ἀπεσταλμένοι ζητοῦντές σε, εὗρον μαινόμενον, καὶ βοῶντα φωνὰς ἀσήμους. καὶ καλούντων σε συνελθεῖν τῇ συνόδῳ, σὺ ἀπέφης· οὐ δύναμαι ἐλθεῖν· τῇ γὰρ νυκτὶ ταύτῃ ἐλθόντες οἱ καρδινάλεις ἀπεστέγασαν τὸν ὄροφον τοῦ οἰκήματος, καὶ μετὰ ῥάβδων πυρίνων ἔδειράν μου τὰς σάρκας, ἀπέκτεινάν με οἱ καρδινάλεις, καὶ νῦν καλοῦσί με συνελθεῖν μετ᾽ αὐτῶν; οὐ δύναμαι. ἢ οὐχ ὁρᾶτε καὶ ὑμεῖς τὰς πληγάς; καὶ ἐδείκνυες τὰς σάρκας σου λέγων· βλέπετε, πῶς εἰμι ὅλος μεμελανωμένος τῶν ῥαβδισμῶν ἕνεκεν; ἐκεῖνοι δὲ ἐννοήσαντες τὴν ἀσθένειαν, ἀπῆλθον δηλοῦντες τῇ ἱερᾷ συνόδῳ, ὡς οὐ δύναται συνελθεῖν, ἀσθενεῖ γάρ. ὅθεν ὁ φρὰ

E Ἰωάννης πάλιν εἶπεν· ἐβουλόμην εἶναι τὸν Ἐφέσου ὧδε, καὶ συμπαρεῖναι ἡμῖν ἐν ταύτῃ τῇ συνελεύσει. ἀλλ᾽ ὡς ἔοικεν, ἡττηθεὶς ἀπέφυγε. διὸ φέρε πρὸς ὑμᾶς ποιήσωμαι τὴν ἀπόκρισιν. καὶ προαγαγὼν τὰ τῶν ἀνατολικῶν διδασκάλων ῥητὰ, ἅπερ καὶ ἡμεῖς πρότερον ἐξεθέμεθα, καὶ ἄλλα πλεῖστα, ἡμεῖς γὰρ ὀλίγα προετείναμεν, λαμπρῶς ἀπέδειξε καὶ λαμπρότερον τοῦ ἡλίου, ὅτι καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεται· ἀνέτρεψέ τε ἀνδρείως τὰ παρὰ σοῦ πρότερον εἰρημένα, καὶ

A pite undecimo: Firmiſſime tene; & nullatenus dubites, eumdem Spiritum ſanctum qui Patris & Filii unus eſt Spiritus, de Patre & Filio procedere. Dicit enim Filius: *Cum venerit paracletus Spiritus veritatis, qui a Patre procedit*; ubi ſuum eſſe Spiritum docuit, quia ipſe eſt veritas. De Filio quoque procedere Spiritum ſanctum prophetica atque apoſtolica doctrina nobis commendat. Iſaias enim dicit de Filio: *Percutiet terram virga oris ſui, & Spiritu labiorum ſuorum interficiet impium*: De quo & apoſtolus ait; *Quem interficiet dominus Ieſus Spiritu oris ſui*. Joan. 15. Iſaie 11. 2. Theſſ. 2.

B Et quid opus eſt recenſere omnia, quæcumque occidentalis eccleſiæ doctores ajunt? hæc enim ſatis eſſe arbitramur ad comprobandam veritatem, & perſuadendum animo, qui non ſit pervicacia & antecepta opinione demerſus, qualis erat tuus, venerabilis Epheſie: nunquam enim voluiſti verum animo comprehendere, & ſequi ſanctos hoſce doctores; ſed maluiſſe cum Palama, & Cabaſila, & reliquis eſſe, qui divexati contortionibus inteſtinorum periere. Quod vero illos oſtendiſſe ais per ſuos doctores, Spiritum ſanctum ex Filio procedere, ſicut ex Patre; vehementer ſane admiror, cur pro tuis etiam illos non habeas, qui doctores

C univerſis Chriſtianis propoſiti ſunt a conciliis, qui & ſibi & doctoribus orientalibus, præſertim in fidei dogmatibus congruentia loquuntur.

In altera vero ſeſſione, quæ a me dicta fuerant pervertentes potius quam evertentes; & doctorum noſtrorum oppoſitas, ut illis quidem videbatur, ſententias exponentes. EPHES.

In hac ſecunda poſt tuam fugam ſeſſione iterum frater Joannes de rebus divinis diſputavit; iterumque magna voce clamavit; Adducite huc Epheſium; volo enim refellere quæ dixit: Et rurſus te ſy-

D nodus per nuncium ad ſe vocavit. Qui vero miſſi erant, quærentes te, inſanientem repererunt, & vocibus inconditis ſtridentem. Cumque te ad ſynodum invitarent, reſpondiſti; Non poſſum venire; hac enim nocte venerunt cardinales ſublato domicilii tecto & membra mea virgis igneis ceciderunt: Occiderunt me cardinales, & nunc ad ſynodum invitant? non poſſum. An non videtis & ipſi plagas? & oſtendebas membra tua dicens; Videtis, ut ſim plane totus præ verberibus lividus? Illi autem intelligentes quo morbo laborares, rediere ſacro nunciante concilio, te advenire non

E poſſe, quod non recte valeres. Quocirca frater Joannes rurſus; Vellem, ajebat, Epheſius adeſſet, & nobiſcum ſeſſioni huic intereſſet: Verum devictus deſpondiſſe animum videtur; Itaque ad vos reſponſionis verba faciam: & afferens in medium dicta orientalium doctorum, quæ a nobis etiam ſupra expoſita ſunt, nec non alia plurima; nos enim protulimus pauca; egregie Sole ipſo clarius demonſtravit, Spiritum ſanctum a Filio quoque procedere; & quæ prius a te dicta fuerant, ſtrenue demolitus eſt, atque fuſti proſtra-

vit ut falſa & perverſa, penituſque a theologia & mente ſanctorum abhorrentia. Expoſuit vero doctorum noſtrorum ſententias, iis quæ a te dicebantur contrarias, veritati autem omnino conſonas; non eo ſenſu, quo tu perverſe intelligendo exponebas; ſed quo illas ii ſcripſerunt, & recta mente pronunciarunt; te relinquens ubi conſtravit: deridendo lapſu jacentem, unde te erigere penitus non valuiſti.

EPHES. Quoniam vero, ubi tacuiſſem ego, ex noſtris nemo auſus eſt amplius ſeſe illis opponere, tum quia optimates ita fieri oportere cenſebant, tum quia omnes certamen detrectabant, timentes ne ſe litibus ac turbis implicarent; illi taciturnitatem noſtram veluti lucrum inopinato ſibi oblatum rati, noſtros veluti in fugam verſos provocabant ad pugnam: nobis autem renuentibus, applaudebant illi quaſi victores, & veritatem a ſe ſtantem habentes.

RESP. Applaudebant non ut victores, ſed ut culpa vacantes, quam in illos per calumniam conjiciebas: tu enim & qui tecum ſentiunt, Latinos hæreticos habebatis, quod dicant, etiam ex Filio procedere Spiritum; & incuſabatis eos, ſymbolique temeratores ac depravatores appellabatis. Illi vero prolatis doctoribus & orientalibus & occidentalibus, qui eorum dogmati ſeu potius veritati ſuffragantur, applaudebant, quod nequaquam ſint temerarii ſymboli corruptores, vel hæretici; ſed veritatis aſſertores, cum per doctores eccleſiæ veritas jam eluxiſſet. Noſtros porro evocabant, ſi quid vellent dicere contra ſententias doctorum; at illi non ſunt auſi adverſus lucidiſſima proloqui, neque omnino ſe opponere voluerunt, non, ut ais, quod refugerent, aut timerent, ſed quia ſtultum eſſe opinarentur contra veritatem diſputare, tam aperte demonſtratam ex orientis & occidentis doctoribus. Ceterum tu callide ſiluiſti; neque enim ſilere volebas, ſed contradicere non valebas. quis enim in ſtadio diſputans ſua ſponte conticeſcit? Silentio quippe victoria ſtatim oſtenditur: Oportet ergo diſputantem perpetuo dicere quoad vincat, aut vincatur. Tibi vero, cum ultra dicere non poſſes, minime ſpontaneum ſilentium fuit, morbum ſimulanti; atque ita congreſſum devitanti, ut ſcilicet honoris tui cauſa non ſuccumberes coram ſynodo; namque ignominiam præ oculis habens ad ſynodum accedere noluiſti.

EPHES. Quod ipſi ſane nunquam non erant facturi; cum ea ſint prorſus ingenio, ut parati ſint contra omne quod aſſeritur, dicere, & victoriæ famam ſibi tribuere.

RESP. Parati ſemper ſunt illi, a quibus eſt veritas, contra mendacium dicere: Nos quoque prompti paratique nunc ſumus ad repugnandum pacis initæ inimicis. Ergo Latini etiam & illo tempore, & nunc, & in perpetuum ſunt eruntque parati non contra id quod bene aſſeritur dicere; ſed quod perperam & falſo dicitur, conſtanter refellere, idque velut execrandum profligare; non quaſi victoriæ nomen ſi-

εἰς γῆν κατέστρεψεν ὡς ψευδῆ καὶ διεστραμμένα, καὶ παντελῶς ἀλλότρια τῆς τῶν ἁγίων θεολογίας καὶ διανοίας· καὶ ἐξέθηκε τὰς χρήσεις τῶν ἡμετέρων διδασκάλων, ταῖς σοὶ μὲν ῥηθείσιν ἐναντίας, τῇ δὲ ἀληθείᾳ τῷ ὄντι συνᾳδούσας, οὐ μὴν δὲ ὡς σὺ διεστραμμένως ἐξηγοῦ καὶ ἐλάμβανες, ἀλλ' ὡς ἐκεῖνοι συνέγραψαν καὶ ὡς ἡ ἐκείνων εἶχεν ὀρθὴ διάνοια, σὲ καταλιπὼν ἔνθα καὶ κατηδάφισε, πτῶμα γέλωτος ἄξιον, ὅθεν ἀνακύψαι ὅλως οὐκ ἠδυνήθης.

ΕΦΕΣ. Ἐπεὶ δέ μου σεσιωπηκότος, οὐδεὶς ἔτι τῶν ἡμετέρων πρὸς αὐτοὺς ἐθάῤῥησεν ἀντιτάξασθαι, τοῦτο μὲν τῶν ἀρχόντων οὕτω δέον εἶναι κρινόντων, τοῦτο δὲ καὶ ὀκνούντων ἁπάντων τὸν ἀγῶνα, καὶ μὴ εἰς ἔριδας καὶ ταραχὰς ἐμπέσωσι δεδιότες· ἐκεῖνοι τὴν ἡμετέραν σιωπὴν ὡς ἕρμαιον λογισάμενοι, καθάπερ τινὰς φυγάδας προεκαλοῦντο τοὺς ἡμετέρους πρὸς μάχην· καὶ μηδαμῶς ὑπακουόντων ἡμῶν, ἐπεκρότουν ὡς νικηταὶ, καὶ τὴν ἀλήθειαν μεθ' ἑαυτῶν ἔχοντες.

ΑΠΟΛ. Ἐπεκρότουν οὐχ ὡς νικηταὶ, ἀλλ' ὡς ἀθῷοι τῆς σῆς διαβολῆς· σὺ γὰρ καὶ οἱ κατὰ σὲ τοὺς Λατίνους αἱρετικοὺς εἴχετε διὰ τὸ λέγειν καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ πνεῦμα ἐκπορευόμενον, καὶ ἐνεκαλεῖτε αὐτοῖς, καὶ τολμητὰς τοῦ συμβόλου καὶ παραχαράκτας ἐκαλεῖτε· ἐκεῖνοι δὲ τοὺς ἁγίους τοὺς ἀνατολικούς τε καὶ δυτικοὺς προκομίσαντες συμφωνοῦντας τῷ ἑαυτῶν δόγματι, ἢ βέλτιον φάναι τῇ ἀληθείᾳ, ἐπεκρότουν, ὡς οὐκ εἰσὶ τολμηταὶ τοῦ συμβόλου ἢ αἱρετικοὶ, ἀλλ' ὡς τὴν ἀλήθειαν λέγοντες, ἤδη τῆς ἀληθείας φανείσης διὰ τῶν διδασκάλων τῆς ἐκκλησίας. προεκαλοῦντο δὲ τοὺς ἡμετέρους, εἰ βούλονται ἀντειπεῖν τοῖς τῶν διδασκάλων ῥητοῖς. οἱ ἡμέτεροι οὖν ἀντιλέγειν οὕτω πρὸς τὰ φανώτατα οὐκ ἐθάῤῥησαν, οὐδὲ ἁπλῶς ἀντιτάξασθαι ἠθέλον, οὐχ ὡς ὀκνοῦντες, ἢ δεδιότες, ὡς σὺ φὴς, ἀλλ' ὡς μωρίαν ἡγούμενοι ἀντιλέγειν τῇ ἀληθείᾳ, οὕτω φανερῶς δεικνυμένῃ διὰ τῶν ἀνατολικῶν τε καὶ δυτικῶν διδασκάλων. σὺ δὲ ἐσιώπησας τεχνηέντως, οὐχ ὡς βουλόμενος σιωπᾶν, ἀλλ' ὡς μὴ δυνάμενος ἀντιλέγειν· τίς γὰρ διαλεγόμενος ἐν σταδίῳ σιωπᾷ ἑκουσίως; ἡ γὰρ σιωπὴ νίκην εὐθὺς δείκνυσι· δεῖ οὖν τὸν διαλεγόμενον ἀεὶ λέγειν, ἕως ἂν νικήσῃ, ἢ νικηθῇ. σὺ δὲ μὴ δυνάμενος ἔτι λέγειν, σιωπὴν ἀκούσιον ἤσκησας, τὴν ἀσθένειαν ὑποκρινάμενος· καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ τὸν ἀγῶνα ἐξέκλινας, δῆλον μετὰ τιμῆς, ὡς οὐκ ἐνικήθης ἐν τῇ συνόδῳ· τὴν γὰρ αἰσχύνην πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχων οὐκ ἠβουλήθης συνελθεῖν.

ΕΦΕΣ. Τοῦτο δὲ καὶ ἀεὶ ποιεῖν ἔμελλον, οὕτω καθάπαξ παρεσκευασμένοι πρὸς πᾶν τὸ λεγόμενον ἀντιλέγειν, καὶ ἑαυτοῖς τὴν νίκην ἐπιφημίζειν.

ΑΠΟΛ. Παρεσκευασμένοι εἰσὶ πάντοτε οἱ τὴν ἀλήθειαν μεθ' ἑαυτῶν ἔχοντες ἀντιλέγειν τῷ ψεύδει. καὶ ἡμεῖς νῦν ἕτοιμοι καὶ παρεσκευασμένοι ἐσμὲν τοῖς ἐχθροῖς τῆς ἑνώσεως ἀντιτάσσεσθαι. καὶ οἱ Λατῖνοι οὖν καὶ τότε καὶ νῦν καὶ ἀεὶ παρεσκευασμένοι εἰσὶ καὶ ἔσονται οὐ πρὸς τὸ καλῶς λεγόμενον ἀντιλέγειν, ἀλλὰ πρὸς τὸ κακῶς καὶ ψευδῶς λεγόμενον γενναίως ἀντίστασθαι καὶ ἀποσκορακίζειν, οὐχ ὡς ἐπιφημίζοντες ἑαυτοῖς τὴν νίκην, ἀλλ' ὡς ἐκπληροῦντες τὸ χρέος, τουτέστιν ἀποδιώκειν τὸ ψεῦ-



δος ἀπὸ τῆς ἀληθείας, ἵνα μὴ αὐτὴν ἀμαυρώσῃ. καὶ σοῦ μὲν ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς τὸ πνεῦμα λέγοντος, οὐκ ἔκ τινος δ' ὅμως τῶν διδασκάλων λαβόντος, ἀλλ' ἐκ τῆς σῆς κοιλίας τοῦτο φρονοῦντος, οὐκ ἠδυνήθησαν αὐτοὶ σιωπῆσαι, ἀλλ' ἔλεγον, ἕως ἂν ἀπεδείχθη σαφέστατα, ὅτι καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ· καὶ οὕτως ἐδίωξαν ἀπὸ τῆς ἀληθείας τὸ ψεῦδος.

ΕΦΕΣ. Ἐντεῦθεν ἀρχὴν λαμβάνει τὰ τῆς οἰκονομίας καὶ συγκαταβάσεως ῥήματα, καί τις τῶν ἡμετέρων ἐπεχείρησε λέγειν, ὡς καλόν ἐστι τὴν εἰρήνην ἀσπάσασθαι, καὶ τοὺς ἁγίους συμφώνους ἀποδεῖξαι πρὸς ἑαυτοὺς, ἵνα μὴ δοκῶσιν οἱ δυτικοὶ τοῖς ἀνατολικοῖς ἀντιφθέγγεσθαι.

ΑΠΟΛ. Ἐντεῦθεν ἀρχὴν ἔλαβεν ἡ ἀλήθεια ἐμφυτευθῆναι ταῖς τῶν ἱερῶν πατέρων ἐκείνων ψυχαῖς, τὴν διχόνοιαν ἀποβαλλομέναις καὶ τὴν ματαίαν πρόληψιν, καὶ ἰδεῖν πρὸς αὐτὴν τὴν ἀλήθειαν· τὸν ἀλάθητον ὀφθαλμὸν τοῦ κυρίου πρὸ ὀφθαλμῶν θέντων, ἵνα μὴ λάθωσι φυγεῖν τὴν ἀληθῆ ἕνωσιν, καὶ σχίσωσι πάλιν τὸν τοῦ Χριστοῦ λαὸν ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας, ὃν αὐτὸς ὁ Χριστὸς τῷ ἰδίῳ ἐξηγόρασεν αἵματι, καὶ τοῖς ποιμέσιν ὡς πρόβατα ἐνεχείρισε, καὶ αὐτοὺς ἡγεῖσθαι αὐτῶν ὡς ποιμένας κατέστησεν. ὁ δ' εἰπὼν, ὡς καλόν ἐστι τὴν εἰρήνην ἀσπάσασθαι, καὶ τὰ λοιπὰ, ὁ Ῥωσίας Ἰσίδωρος οὗτος ἦν· συνηγόρησε δ' αὐτῷ καὶ Σχολάριος ὁ σοφὸς, ὃς καὶ λόγους τρεῖς ἐξέθετο περὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς εἰρήνης, καὶ τοὺς ἁγίους ἀνατολικούς τε καὶ δυτικοὺς ἐν αὐτοῖς τοῖς λόγοις μάλα γενναίως συμφωνοῦντας ἀλλήλοις ἀπέδειξεν. Χριστιανικώτατα δὲ εἶπε καὶ ἁγιώτατα, τὴν εἰρήνην λέγων ἀσπάσασθαι. τοῦτο καὶ ὁ σωτὴρ ἐνετείλατο ἐν εὐαγγελίοις, εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν, λέγων, εἰρήνην τὴν ἐμὴν ἀφίημι ὑμῖν. οὐ γὰρ δίκαιον, οὔτε μὴν ὅσιον ἀποβάλλεσθαι ἀδελφοὺς ὁμοπίστους τε καὶ Χριστιανοὺς, ὑπὲρ ὧν ὁ Χριστὸς τὸ ἴδιον αἷμα ἐξέχεε, μισεῖν τε αὐτοὺς καὶ διώκειν, καὶ ὡς ἀλλοφύλους ἡγεῖσθαι.

ΕΦΕΣ. Ἤδη δέ τις καὶ περὶ τῆς, διὰ, φιλοσοφεῖν ἤρξατο, παρὰ τοῖς ἡμετέροις διδασκάλοις εὑρισκομένης, ὡς ταυτὸν τῇ, ἐκ, δυναμένης, καὶ τὴν αἰτίαν τοῦ πνεύματος τῷ υἱῷ διδούσης.

ΑΠΟΛ. Οὗτος ἦν ὁ Νικαίας ἀρχιερεὺς, ὁ περὶ τῆς, διὰ, καὶ τῆς, ἐκ, πολλοὺς καὶ καλοὺς φιλοσοφήσας λόγους, καὶ λόγον ἱκανὸν ἐκθεὶς, δογματικὸν ἢ περὶ ἑνώσεως ἐπιγραφὴν ἔχοντα· ἐν ᾧ μὲν περὶ τῆς, διὰ, καὶ τῆς τοῦ πνεύματος ἐκπορεύσεως τῆς παρὰ τοῦ υἱοῦ σαφέστατα καὶ κάλλιστα εἶπέ τε καὶ ἐθεολόγησεν. εἰ δὲ ἀρνῇ σὺ τὴν, διὰ, μὴ ταυτὸν τῇ, ἐκ, δύνασθαι, ἐνταῦθά σοι ἡμεῖς ἀποδείξομεν διὰ πολλῶν τῶν παραδειγμάτων. αὐτίκα γὰρ τίς δυνηθείη ἀρνήσασθαι τὴν, διὰ, μὴ σημαίνειν αἰτίαν· καὶ ταυτὸν τῇ, ἐκ, δύνασθαι, ἔνθα ὁ εὐαγγελιστής φησί· πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, τοῦ υἱοῦ δηλονότι; ἆρα δυνάμεθα ἀρνήσασθαι μὴ τὴν, διὰ, αἰτίαν σημαίνειν, καὶ ταυτὸν τῇ, ἐκ, δύνασθαι, καὶ τὸν υἱὸν αἰτίαν εἶναι τῶν πάντων; ὅτι δὲ ταυτὸν ἡ, διὰ, τῇ, ἐκ, βούλεται, Βασίλειος καὶ Χρυσόστομος τοῦτο βούλονται, ἐξηγούμενοι τὸ ἐν τῇ γενέσει εἰρημένον παρὰ τοῦ Ἀδάμ· ἐκτησάμην ἄνθρωπον διὰ τοῦ Θεοῦ· ὡς ταυτὸν δηλονό-

bi tribuentes, verum id quod debent præſtantes, hoc eſt mandacium a veritate depellentes, ne illam obſcuret. Te igitur Spiritum ex ſolo Patre affirmante, idque ex nullo doctore ſumente, ſed tuo ex ventre ita ſentiente, tacere illi non poterant; ſed tamdiu locuti ſunt, quoad veritas clariſſime enituit, quod etiam ex Filio: ſicque mendacium a veritate depulerunt.

EPHESIUS. Hinc primum cœptæ ſunt audiri voces illæ œconomiæ & condeſcenſionis; & quidam ex noſtris aggreſſus eſt dicere, Bonum eſt pacem amplecti, ſanctoſque inter ſe conſentientes demonſtrare, ne videantur occidentales contraria loqui orientalibus.

RESPONSIO. Hinc cœpta eſt veritas ſacrorum illorum patrum animis inſeri, diſſenſionem abjicientibus, vanamque illam anticipationem; & cœpta eſt ab iis ipſa inſpici veritas, divinum oculum, quem nihil latet, præ oculis ſtatuentibus; ne incaute fierent veræ unitatis exortes, & rurſus Chriſti populum ab eccleſia ſcinderent, quem ſuo ſanguine Chriſtus ipſe redemit, paſtoribuſque tanquam oves tradidit, & eos præeſſe illis veluti paſtores conſtituit. Qui porro dixit; Bonum eſſe pacem amplecti, & quæ ſequuntur, Iſidorus fuit Ruſſiæ præſul; cujus ſententiam vir doctus Scholarius confirmavit; qui tres etiam orationes de unitate eccleſiaſtica edidit, quibus ſanctos orientales conſentire cum occidentalibus præclare admodum demonſtravit. Chriſtianiſſima vero atque ſanctiſſima vox illa fuit, Pacem eſſe amplectendam; quod & ſalvator præcepit in evangelio, ubi, *Pacem*, inquit, *meam do vobis*. Neque enim juſtum aut pium eſt averſari fratres una fide nobiſcum conjunctos & Chriſtianos, pro quibus Chriſtus ſuum profudit ſanguinem; & in eos odio flagrare, & perſequi, atque ut alienigenas habere. *Joan. 14.*

EPHESI. Tum vero etiam de præpoſitione, Per, cœpit quidam philoſophi, quod apud noſtros doctores reperiatur idem valere quod, Ex, præpoſitio; & cauſam Spiritus Filio tribuat.

RESP. Nicænus hic præſul erat, qui multis validiſque rationibus de præpoſitionibus Per, & Ex, philoſophatus eſt; & orationem ſatis longam edidit, quæ dogmatica, ſive de unione inſcripta eſt; in qua de præpoſitione, Per, & Spiritus ſancti proceſſione a Filio clariſſime pulcherrimeque diſſeruit, & ſcientia theologica diſputavit. Si vero tu negas idem valere, Per, quod Ex, nos te hic multis exemplis convincemus. Cedo, negare quis poterit præpoſitione, Per, ſignificari cauſam; idemque eam valere quod, Ex, ubi evangeliſta ait; *Omnia per ipſum facta ſunt*, per Filium ſcilicet? Poſſumuſne dicere, Per, non ſignificare cauſam; & non æquipollere particulæ, Ex; Filiumque non eſſe omnium auctorem? Porro, Ex, perinde valere atque, Per, volunt Baſilius & Chryſoſtomus, explanantes illud, quod habetur in Geneſi dictum ab Adamo; *Poſſedi homi-* *Joan. 1.* *Cap. 4.*

*hominem per Deum* ; ut profecto idem ſit ac ſi diceret , Ex Deo . Quapropter Baſilius in libro , quem per capita ſcripſit ad Amphilochium , ſic ait : Sæpe etiam , Ex , & , Per , ita altera alterius ſignificationem ſubit , ut altera ſumatur pro altera ; quemadmodum in illo dicto ; *Poſſedi hominem per Deum* ; quod perinde eſt ac ſi diceret , Ex Deo . Chryſoſtomus autem homilia quinquageſima tertia in Matthæum ; Novit enim ſcriptura , inquit , loco hujus vocis , Ex aliquo , uti hac voce , Per aliquem : ut cum dicit : *Poſſedi hominem per Deum* ; ſignificans non cauſam ſecundariam , ſed potius primariam : rurſus ; *Numquid non per Deum eſt interpretatio eorum ?* Beatus quoque Cyrillus in epiſtola ad Neſtorium , cujus initium eſt ; Audio quoſdam exiſtimationi meæ detrahere ; hæc habet ; Neceſſe eſt fateri , quod natus ſit etiam ſecundum carnem per mulierem . Et paulo poſt ; Natus eſt perinde atque nos ex muliere : & frequenter in eadem epiſtola reperias ipſum promiſcue uti , Per , & , Ex , præpoſitionum alterna mutatione , ut idem ſignificantium . Paulus quoque in epiſtola ad Galatas ait ; *Miſit Deus Filium ſuum natum ex muliere* . Beatus quoque Damaſcenus in ſuis ad Virginem hymnis , modo ait , Deum ex te incarnatum novimus : idemque alibi ; Ex te immaculata prodiit ineffabiliter incarnatus : modo cantat : Per te , Virgo , Deus cum hominibus verſatus eſt : & , Per te , Virgo , ſalvator advenit . Eſſe porro id verum , præpoſitiones ſcilicet Ex , & Per , idem valere , & eamdem vim obtinere , ex eo patet : Nam Theodoretus Cyri epiſcopus multa reprehendit in duodecim magni Cyrilli capitibus , quæ antea ſanctus ille contra Neſtorium expoſuerat . Et cum in nono anathematiſmo Cyrillus dicat ; Suum habens Filius Spiritum ſanctum , qui ex ipſo eſt , & ipſi ſubſtantialiter inſitus eſt , divina edebat miracula : Theodoretus ita objicit ; Si ut de connaturali Cyrillus loquitur , & procedente a Patre , libenter concedemus , & dictum recipiemus ut pium : Si vero ita loquitur , quod Spiritus ex Filio , ſive per Filium exiſtat ; projiciemus ut blaſphemum & impium . Ecce tibi manifeſte reformidavit Theodoretus dicere & Per , & Ex , in proceſſione Spiritus a Filio . Cum enim ille negaret omnino Spiritum eſſe a Filio , ſicuti negatis & vos ; neque ex Filio , neque per Filium admiſit . Vos autem fatemini quidem per Filium ; ex Filio vero , ne auribus quidem accipere patimini : Sed heus tu , juxta Theodoretum idem ſignificat . Quod vero per Filium fateamini , Damaſcenus capite octavo & tertiodecimo [illegible] clamat , Ex Patre per Filium : & [illegible] magna voce cantatis ; Spiritum bonitatis [illegible] , ex Patre per te o Chriſte procedentem . Et in hymnorum officio , quod die pentecoſte canitur , habetis : Tu enim deitatis fluvius , Spiritus ex Patre per Filium prodiens . Verum etſi canitis , non percipitis tamen idem valere Per atque Ex ; at vero Theodoretus melius id novit quam vos , & propterea utramque præ-

Cap. 9. — Gen. 4. — [illegible] Conc. Eph. [illegible] cap. — Cap. 4. — Lib. 1. de orth. fide.

A τί ἐστὶν εἰπεῖν τῷ, ἐκ τοῦ Θεοῦ. ὅθεν ὁ μὲν ἐν τῷ πρὸς Ἀμφιλόχιον κεφαλαιώδει λόγῳ οὕτω διασαφεῖ καί φησιν· ἤδη δὲ καὶ πρὸς τὰ ὑπ' ἀλλήλων σημαινόμενα πολλάκις ἀντιμεθίσταται ἡ, διὰ, τῇ, ἐκ, ὅταν ἡ ἑτέρα τὴν τῆς ἑτέρας σημασίαν ἀντιλαμβάνῃ· οἷον, ἐκτησάμην ἄνθρωπον διὰ τοῦ Θεοῦ, ἴσον λέγων τῷ, ἐκ τοῦ Θεοῦ. ὁ δὲ ἐν τῇ τοῦ κατὰ Ματθαῖον ὁμιλίᾳ νγʹ. φησίν· οἶδε γὰρ τὸ δι' οὗ τὸ ὑφ' οὗ λέγειν ἡ γραφή, ὡς ὅταν λέγῃ· ἐκτησάμην ἄνθρωπον διὰ τοῦ Θεοῦ· οὐ τὸ δεύτερον αἴτιον, ἀλλὰ τὸ πρῶτον μᾶλλον τιθεῖσα. καὶ πάλιν· οὐχὶ ἐκ τοῦ Θεοῦ ἡ διασάφησις αὐτῶν ἐστί; B καὶ Κύριλλος δὲ ὁ μακάριος ἐν τῇ πρὸς Νεστόριον ἐπιστολῇ, ἧς ἡ ἀρχή· καταφλυαροῦσιν, ὡς μανθάνω, τινές· φησίν· ἀναγκαῖον ὁμολογεῖν, ὅτι καὶ γεγέννηται κατὰ σάρκα διὰ γυναικός. καὶ μετ' ὀλίγα· γεγέννηται καθ' ἡμᾶς ἐκ γυναικός. καὶ πολλάκις ἐν τῇ αὐτῇ ἐπιστολῇ ὑπαλλαττομένας εὕροι τις ἂν αὐτὸν ταῖς προθέσεσι ταύταις, ὅτε μὲν τῇ, διὰ, ὅτε δὲ τῇ, ἐκ, ὡς ἰσοδυναμούσαις ἀδιαφόρως χρώμενον. καὶ Παῦλος δὲ πρὸς Γαλάτας φησίν· ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ γενόμενον ἐκ γυναικός. ὁ δὲ Δαμασκηνὸς ὁ μακάριος ποτὲ μὲν λέγει ᾄδων πρὸς τὴν θεοτόκον· Θεὸν ἐκ σοῦ σαρκωθέντα ἔγνωμεν· καὶ αὖθις ὁ αὐτός· C ἐκ σοῦ τῆς ἁγνῆς προῆλθεν ἀφράστως σαρκωθείς. ποτὲ δέ· διὰ σοῦ παρθένε Θεὸς ἀνθρώποις ὡμίλησε· καί, ὁ λυτρωτὴς διὰ σοῦ παρθένε ἐπεδήμησεν. ὅτι δὲ ἀληθὲς ὑπάρχει, ὅτι ἰσοδυναμεῖ ἡ, διὰ, τῇ, ἐκ, καὶ μίαν ἰσχὺν ἔχουσιν, ἐντεῦθεν δῆλον. Θεοδώρητος ὁ Κύρου ἐπίσκοπος ἐπιλαμβάνεται τοῦ μεγάλου Κυρίλλου ἐν πολλοῖς τῶν ιβʹ κεφαλαίων, ἃ φθάσας ὁ ἅγιος ἐξέθετο κατὰ τοῦ Νεστορίου· καὶ ἐν τῷ θʹ ἀναθεματισμῷ, ἐν ᾧ ὁ Κύριλλος φησίν, ἴδιον ἔχων ὁ υἱὸς τὸ ἐξ αὐτοῦ καὶ οὐσιωδῶς ἐμπεφυκὸς αὐτῷ πνεῦμα ἅγιον, εἰργάζετο τὰς θεοσημείας· ὁ Θεοδώρητος φησίν· εἰ μὲν ὡς ὁμοφυὲς ἔφη Κύριλ- D λος καὶ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον, ἴδε συνομολογήσομεν, καὶ ὡς εὐσεβῆ δεξόμεθα τὴν φωνήν. εἰ δ' ὡς ἐξ υἱοῦ, ἢ δι' υἱοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχον, ὡς βλάσφημον καὶ δυσσεβὲς ἀπορρίψομεν. ἰδοὺ φανερῶς ἐδειλίασεν ὁ Θεοδώρητος εἰπεῖν καὶ τήν, διὰ, μετὰ τῆς, ἐκ, ἐν τῇ προόδῳ τοῦ πνεύματος τῇ παρὰ τοῦ υἱοῦ. ἐκεῖνος γὰρ ἀρνούμενος παντελῶς τὸ πνεῦμα ἀπὸ τοῦ υἱοῦ εἶναι, καθὼς καὶ ὑμεῖς, οὔτε ἐκ τοῦ υἱοῦ, οὔτε διὰ τοῦ υἱοῦ κατεδέξατο· ὑμεῖς δὲ τὸ μὲν δι' υἱοῦ, ὁμολογεῖτε· τὸ δὲ ἐξ υἱοῦ, οὐδ' ἀκοῦσαι ἀνέχεσθε· ἀλλ' ὦ φίλος, τὸ αὐτὸ σημαίνει κατὰ τὸν Θεοδώρητον. ὅτι δὲ τὸ δι' υἱοῦ ὁμολογεῖτε, Δα- E μασκηνὸς ἐν τῷ ηʹ, καὶ ιγʹ διαρρήδην βοᾷ, ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ· καὶ ὑμεῖς μεγάλῃ τῇ φωνῇ ᾄδετε· πνεῦμα μεταδοτικὸν ἀγαθότητος, ἐκ πατρὸς διὰ σοῦ Χριστὲ προερχόμενον. καὶ ἐν τῷ κανόνι τῆς πεντηκοστῆς. σὺ γὰρ ποταμὸς θεότητος, ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ προερχόμενον. ἀλλ' εἰ καὶ ᾄδετε μέν, ὅμως οὐ γινώσκετε, ὅτι ταυτὸν ἡ, διὰ, τῇ, ἐκ, βούλεται· καὶ γὰρ μεῖζον ἢ ὑμεῖς Θεοδώρητος οἶδεν, ὅτι ἡ, διὰ, τῇ, ἐκ, ἰσοδυναμεῖ, διὰ τοῦτο ἀμφοτέρας τὰς προθέσεις ταύτας ἀρνεῖται. ἐπεὶ οὖν κατὰ



τὰ εἰρημένα συμφωνοῦσιν αἱ προθέσεις αὗται, A καλῶς καὶ ὁ Νικαίας ἀρχιερεὺς Βησσαρίων ὁ μέγας φιλοσοφεῖ τοῦτο, καὶ τὴν αἰτίαν τοῦ πνεύματος διὰ τῆς, διὰ, τῷ υἱῷ δίδωσι· καὶ μάτην αὐτοὺς διασύρεις, τόν τε τὴν εἰρήνην εἰρηκότα δεῖν ἀσπάσασθαι, καὶ τὸ τὴν διὰ, τῇ, ἐκ, ταυτὸ δύνασθαι φιλοσοφοῦντα.

ΕΦΕΣ. Οὕτως κατὰ μικρὸν ὁ Λατινισμὸς ἐξερράγη· καὶ περὶ τοῦ τρόπου λοιπὸν τῆς ἑνώσεως ἤρξαντο πραγματεύεσθαι, καί τινα ῥητὰ περιεργάζεσθαι, δι' ὧν ἑνωθήσονται, μέσην ἐπέχοντα χώραν, καὶ δυνάμενα κατ' ἀμφοτέρας τὰς δόξας λαμβάνεσθαι, καθάπερ τις κόθορνος. τοῦτο γὰρ αὐτοῖς πρὸς τὴν ἐπίνοιαν ἔδοξε B σφόδρα συμβάλλεσθαι, τῶν τε ἡμετέρων δι' αὐτῶν ῥᾷον προσαγομένων, καὶ τῶν ἐναντίων ἐλπιζομένων ἀνεξετάστως αὐτὰ παραδέξασθαι.

ΕΦΕΣ. Ἆρ' οὐχ ἱκανὰ ταῦτα τὴν γνώμην αὐτῶν διαδεῖξαι, καὶ ὅτι οὐκ ἀληθείας ἔρευναν ποιούμενοι τοῖς Λατίνοις συνῆλθον, ἣν ἐν χερσὶν ἔχοντες προδεδώκασιν, ἀλλὰ χρυσοχοῆσαι βουλόμενοι, καὶ πεπλασμένην οὐκ ἀληθῆ συστήσασθαι ἕνωσιν;

ΑΠΟΛ. Ὅτι μὲν οὖν ἀληθείας ἔρευναν ποιούμενοι μᾶλλον, διὰ ταύτης Λατίνοις ἡνώθημεν, πρόδηλον καὶ φανερὸν τοῖς μὴ φιλονεικεῖν ἐθέλουσι· διὰ γὰρ τῆς τῶν ἁγίων θεολογίας ἡ ἔρευνα γέγονε, καὶ οὐχ ὡς αὐτός φησιν, ὅτι προδεδώκαμεν καὶ ἣν εἴχομεν· τοῦτο γὰρ καὶ ἐπὶ πάσης οἰκουμενικῆς συνόδου ἐλέγετο ἄν, ὅτι τὴν πρώτην πίστιν ἐάσαντες, ἑτέραν ἔσχον· ἀλλ' οὐδαμοῦ τοῦτο γέγραπται, ὅτι διὰ τῆς ἐξαπλώσεως ἑτέραν πίστιν ἔσχον. μαρτυρήσει τοῦτο καὶ ὁ ἐν ἁγίοις Μάξιμος ἐν τῷ προμνημονευθέντι λόγῳ αὐτοῦ· φασὶ γάρ· τίνι λόγῳ καὶ πῶς τὴν ἐν Καλχηδόνι ἁγίαν σύνοδον, καίτοι πατρικαῖς προδήλως ἀποχρησαμένην φωναῖς, αἰτιᾶσθε, καὶ ὡς ἄλλον πίστεως ὅρον εἰσάγουσαν, τῇ δὲ κἀκεῖσε καὶ ἐγγράφως καὶ ἀγράφως διαλοιδορεῖτε καὶ διασκώπτετε; μὴ κατ' ὄψιν κρίνητε διὰ τὸν εἰπόντα Θεόν, ἀλλὰ τὴν δικαίαν κρίσιν κρίνατε. τίς ἡ ἐπὶ τῆς αὐτῆς καὶ μιᾶς ὑποθέσεως τῶν ἐν Καλχηδόνι πατέρων ἔγκλησις ὑμῶν, καὶ τίς ἡ τῶν προλαβόντων ἀνάρρυσις; εἰ γάρ ἐστι κατὰ τῆς Καλχηδονέων ἄλλον αἰτιᾶσθαι πίστεως ὅρον διὰ τὰς οὐκ ἐγκειμένας τῷ ὅρῳ τῆς Νικαέων φωνάς, τοῦτό γε πάντως ἕψεται λέγειν διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν καὶ κατὰ Κυρίλλου καὶ κατὰ τῶν ἑκατὸν πεντήκοντα. εἰ δὲ κατ' αὐτῶν οὐκ ἔστι, πῶς κατ' ἐκείνης, συνιδεῖν οὐκ ἔχω. ὅτι

οὖν



οὖν πατρικαῖς ἑπόμενοι φωναῖς, διὰ τούτων τὴν ἕνωσιν πεποιήκαμεν ἀποδέδεικται. διὸ οὐδὲ δικαίως ἐγκαλεῖ, ὅτι ἣν εἴχομεν προδεδώκαμεν· ἀλλ' οὐδὲ χρυσοχοῆσαι βουλόμενοι τὴν ἕνωσιν πεποιήκαμεν. καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς ὁμοίως ἡμῖν τὸ τεταγμένον ἐλάμβανε, καὶ τῶν χρυσίνων στατήρων οὐκ ἀμέτοχος ἦν· ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν σταλέντων ἐνταῦθα δι' ἐφόδια τοῦ πλοῦ, καὶ ἐν τῇ Βενετίᾳ, καὶ τὸ κατὰ μῆνα διδόμενον ἐκεῖσε, ὁμοίως ἐλάμβανεν. οὐκ οἴδαμεν δέ, εἰ διότι τὸν ἅγιον Εὐγένιον ἱστόρησεν, ἵνα δώσῃ τῷ πάπᾳ, καὶ ὅτι προσφωνητικὸν ἔγραψε πρὸς ἐκεῖνον, γράφων καὶ τοῦτο· πάτερ Ἀβραὰμ ἔπαρον τὰς χεῖράς σου, καὶ εὐλόγησον τὰ τέκνα σου ἥκοντα ἐξ ἕω· καὶ μὴ λαβὼν ἀντιμισθίαν τούτων, μηδὲ χρυσοχοήσας, τὰ τοιαῦτα ἐρεύγεται.

ΕΦΕΣ. Τίνα δὲ καὶ τρόπον αὐτοῖς ἡνώθησαν, ἐπισκεπτέον. πᾶν γὰρ τὸ ἑτέρῳ ἑνούμενον, δι' ἑνός τινος μέσου πάντως ἑνοῦται. τῇ μὲν οὖν δόξῃ τῇ περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἔδοξαν ἑνωθῆναι σὺν αὐτοῖς, ἀποφηνάμενοι καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ τοῦτο ἔχειν τὴν ὕπαρξιν· τὰ δ' ἄλλα πάντα διάφορα, καὶ οὐδὲν ἐν αὐτοῖς ἕν, οὐδὲ μέσον, οὐδὲ κοινόν.

ΑΠΟΛ. Ἡμεῖς διὰ μέσου ἡνώθημεν τῆς τῶν ἁγίων θεολογίας, οὐ καταλιπόντες ἣν εἴχομεν πρότερον, ὡς προαποδέδεικται μάλα καλῶς καὶ περιφανῶς· κατὰ γὰρ τὰ ἄνωθεν εἰρημένα παρὰ τῶν θεοφόρων πατέρων, πᾶν τὸ ἐξαπλούμενον καὶ ἐπεξεργαζόμενον οὐκ ἀνατρέπει τὸ πρῶτον, οὐκ ἀλλοιοῖ, ἀλλ' οὐδ' ἀμαυροῖ, οὐδ' ἀφανίζει, ἀλλὰ μᾶλλον συνίστησι καὶ διατρανοῖ, καὶ φανερώτερον καθίστησιν· ὅτι δὲ ἀληθὴς ἡ περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος δόξα ἡ καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ, προαποδέδεικται, ὅτι τῶν μακαρίων πατέρων ἐστὶν ἡ φωνὴ αὕτη. μεσότητα δὲ οὐδ' ὅλως ἐνοήσαμεν ἄλλην, εἰ μὴ τὴν ἀλήθειαν, ἣν καὶ Γρηγόριος ὁ Θεολόγος φησί· μεσότητα δὲ ὅταν εἴπω, τὴν ἀλήθειαν λέγω· καὶ ἀλλαχοῦ· ἡμεῖς δὲ τὴν μέσην ὁδὸν καὶ βασιλικὴν βαδίζοντες, ἐν ᾗ καὶ τὸ τῶν ἀρετῶν ἕστηκεν ἀκρότατον. ταύτην μόνην τὴν μεσότητα καὶ ἡμεῖς ἀεὶ στέργομεν κυρίως, εἰδότες ὅτι τὸ μέσον ἐστὶ καὶ ἐνούσιον, τὰ δὲ παρ' ἑκάτερα τοῦ μέσου κακία ἀνούσιος· καὶ οὔτε ἐκ μόνου τοῦ πατρός, οὔτε μὴν ἐκ μόνου τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεσθαι λέγομεν, ἀλλὰ τὴν μέσην ὁδὸν τῶν ἁγίων καὶ ἐκ τοῦ πατρός, καὶ ἐξ υἱοῦ καὶ διὰ τοῦ υἱοῦ.

ΕΦΕΣ. Ἀλλὰ δύο μὲν σύμβολα καὶ παρηλλαγμένα λέγεται πάλιν ὥσπερ καὶ πρότερον· διτταὶ δὲ καὶ διάφοροι λειτουργίαι πληροῦνται, ἡ μὲν δι' ἐνζύμου θυσίας, ἡ δὲ δι' ἀζύμου.

ΑΠΟΛΟΓΙΑ. Δύο μὲν σύμβολα οὐκ εἰσίν, οὐδὲ παρηλλαγμένα· ἓν γάρ ἐστι τὸ τῆς πίστεως σύμβολον, ὃ ψάλλομεν ἡμεῖς τε καὶ Λατῖνοι· οὐ γὰρ διὰ τὴν σαφήνειαν, ἣν ἐδέξατο παρ' ἐκείνων, ἤδη ἄλλο σύμβολόν ἐστιν. εἰ δὲ καὶ δύο ἦσαν, οὐδ' οὕτως ἂν ἐκαλοῦντο δύο· καὶ γὰρ καὶ τὸ ἐν Νικαίᾳ σύμβολόν ἐστιν ἄλλο, καὶ τὸ τῶν ἀποστόλων ἕτερον, ἀλλὰ κατὰ τὸν νοῦν οὐ διαφέρουσι, διὰ τοῦτο οὐδὲ παρηλλαγμένα, διτταὶ δὲ λειτουργίαι οὔτε εἰσίν, οὔτε

non video cur liceat de hac ſynodo. Quod igitur paternas ſecuti voces, per eas unionem perfecerimus, jam demonſtratum eſt: Idcirco nec jure nos ſimulat, quod veritatem, quæ a nobis erat, prodiderimus. Sed neque auro inhiantes unionem confecimus; nam & ipſe æque ac nos conſtituta ſalaria ſumebat, & nummum aureorum expers non erat: quin etiam de pecunia, quæ huc miſſa erat ad commeatum navigationis, nec non Venetiis, & menſtrua quæ dabantur inibi, ſimiliter & ipſe accipiebat. Neſcio porro, an quia ſancti Eugenii depinxerit imaginem, ut eam papæ offerret; & ſermonem ad eum ſcripſerit, in quo præter alia dicebat: Pater Abraham, eleva manus tuas, & benedic filiis tuis, qui tibi ab oriente veniunt; & nihil ex eo mercedis habuerit, nec aurum expiſcatus fuerit; hujuſmodi verba eructet.

Ephes. Sed quemadmodum cum illis conjuncti fuerint, conſiderandum. Nam omne quod cum alio conjungitur, per aliquod certe medium unitur. Quod igitur ad ſententiam de Spiritu ſancto attinet, viſi ſunt illis conjungi, ſancientes illum a Filio etiam ſuam ſubſiſtentiam habere; at cetera omnia differunt, nec eſt inter eos quidquam unum aut medium, aut commune.

Reſp. Nos medio ad unionem uſi ſumus theologia ſanctorum, non relicto eo, quod antea tenebamus, ut jam ſatis bene perſpicueque demonſtratum eſt. Nam juxta ſupra citatas ſententias patrum Deo plenorum, omne quod explanatur & latius explicatur, non evertit, non immutat, non obſcurat, non tollit denique quod prius eſt, ſed confirmat potius & declarat, dilucidiuſque conſtituit. Eſſe porro veram de Spiritu ſancto ſententiam, quod a Filio quoque procedat, jam probatum eſt evidenter, eo quod ſcilicet hæc vox a ſanctis patribus deſumpta ſit. Medium vero nullum venit nobis in mentem præter veritatem: quo etiam Gregorius Theologus illam nomine vocat: Medium, inquit, cum dico, veritatem dico. Et rurſus alibi; Nos vero, inquit, media regiaque via incedentes, in qua etiam ſummitas virtutum conſiſtit. Hoc unum perpetuo nobis quoque medium probatur, quod proprie tale eſt, ſcimus enim medium eſſe rem natura conſtantem, extrema vero malum, quod nihil eſt. Itaque Spiritum ſanctum neque ex ſolo Patre, neque ex ſolo Filio procedere dicimus, ſed mediam tenentes ſanctorum viam, fatemur & ex Patre, & ex Filio, ſive per Filium.

Orat. de theol. II

Orat. Apologet.

Ephes. Sed duo diverſa ſymbola nunc quoque recitantur; ſicut & antea; duo quoque ſunt differentia ſacrificiorum genera, alterum quod pane fermentato conficitur, alterum quod azymo.

Reſp. Duo certe ſymbola non ſunt, nec diverſa: Nam fidei ſymbolum, quod nos & Latini canimus, unum eſt; neque enim ob declarationem, quam illi appoſuerunt, aliud propterea ſymbolum eſt. Quod ſi etiam duo eſſent, nec tunc quidem vocarentur duo: Siquidem aliud patrum Nicænorum, aliud apoſtolorum ſymbolum eſt; hæc tamen quia ſenſu non differunt, nequaquam diverſa vocantur.

Duo quoque ſacrificiorum genera nec ſunt, nec dicuntur, quoniam ſcopus unus eſt, ut ſcilicet ſacerdos fiat miniſter hujus ſacrificii: & hoc eſt omni ſacerdoti ſacris operaturo fundamentum, dominica vox quam protulit dominus: *Hoc facite in meam commemorationem*, per triticeum panem & vinum cum aqua; ut per hæc, & ritus omnes, & ſacratiſſima domini verba, & altare, perficiatur myſterium, fiatque corpus & ſanguis Chriſti ſalvatoris, ipſomet tranſmutante omnipotentis vi deitatis. Nam & ipſe venerabilis Epheſius fatebitur, divinum ſacrificium celebrari ſolitum etiam ante tempora ſanctorum Baſilii & Chryſoſtomi, non tamen eo ritu, quem ipſi expoſuerunt: * quinam, cum poſteriores illi fuerint? Et poſtquam illi modum celebrandi miſſam expoſuere, nemo probare poterit, occidentalem eccleſiam eo modo fuiſſe uſam, nec tamen duo ſacrificandi genera dicta unquam ſunt, eo quod una ſit vocum divinarum virtus, & intentio, & materia, & ſacerdotis miniſterio fungentis facultas, & cœleſtis gratia quæ operatur. Nam, ut ſupra dictum eſt, intentio eſt conficiendi quod dixit dominus: *Hoc facite in meam commemorationem*; materia farinæ, ſive panis triticeus, & vinum cum aqua, ſuper quæ dominus dixit: *Hoc eſt corpus meum, & hic eſt ſanguis meus*; fitque materia hæc ſemper corpus ipſius, virtute ejus qui hæc tranſmutat. Unum eſt igitur hoc ſacrificium, dum fiat juxta normam & præſcriptum nobis à domino traditum, ut explicatum eſt. De azymo vero & fermentato jam allata demonſtratio eſt: nam ſanctus pater Chryſoſtomus homilia quinquageſima in Matthæum: Credite, inquit; illa nunc etiam cœna fit, in qua & ipſe accumbebat: nihil enim hæc differt ab illa, cum non homo hic, ipſe vero illic ſit operatus. Verum ſatis probatum eſt, quid ſit de hoc myſterio ſentiendum. In noſtri porro officii lectionibus, de beato Gregorio menſe Martio & hoc habemus: Gregorius e medio vitæ ſublatus, & in medium angelorum cœtum evocatus: & Sanctus Gregorius in omni ſcientiarum genere & in ſcripturis verſatus multos a ſe compoſitos libros reliquit: & paucis interjectis: Non humanis, inquit, ratiocinationibus & ſtudioſa tantum eruditione conſcriptos, ſed per Spiritum ſanctum, quemadmodum eo vita functo Petrus archidiaconus ejus narravit: Viſam enim a ſe ajebat albam columbam, dum ille ſcriberet, ad os ejus advolantem, & veluti ſuggerentem & dictantem quæ ſcribebantur: & non multo poſt: Ajunt autem ex hujus inſtitutione factum, ut quadrageſimali tempore apud Romanos miſſæ ſacrificium integrum peragatur, quod apud illos hodieque ſervatur. Sed non propterea disjuncti ſuimus, neque illius ævi homines duo miſſarum genera dixerunt; & neque illos ipſi unquam culpavimus, neque illi nos coegerunt ad hujuſmodi conſuetudinem; quoniam hæc veritatis fidei nihil officiunt.

* Hæc eſt quomodo … H.

Luc. 22. 1. Cor. 11.

Bapt. Bina quoque baptiſmata; unum quod trina immerſione confertur, alterum quod aquæ infuſione a ſummo vertice: & unum quidem, quod chriſma etiam adhibet; alte-

λέγονται, διότι εἷς ἐστιν ὁ σκοπὸς τοῦ τὸν ἱερέα ὑπηρέτην γίνεσθαι τῆς τοιαύτης θυσίας· καὶ ταύτην θεμέλιον πᾶς ἱερεὺς ἀρχόμενος τῆς θείας μυσταγωγίας, τὴν κυριακὴν φωνὴν, ἣν ὁ κύριος προήκατο· τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν· διὰ τοῦ ἐκ τοῦ σίτου ἄρτου καὶ τοῦ οἴνου καὶ τοῦ ὕδατος, ὥστε διὰ τούτων, καὶ διὰ πάσης τελετῆς, καὶ τῶν κυριακῶν θείων ῥημάτων, καὶ τοῦ θυσιαστηρίου τελεῖσθαι τὸ μυστήριον, καὶ γίνεσθαι σῶμα καὶ αἷμα τοῦ σωτῆρος Χριστοῦ, αὐτοῦ μεταποιοῦντος τῇ παντοδυνάμῳ θεότητι. καὶ αὐτὸς δὲ ὁ τίμιος ἀνὴρ ὁμολογήσῃ, ὅτι καὶ πρὸ τοῦ ἱεροῦ Βασιλείου, καὶ τοῦ θείου Χρυσοστόμου ἡ τελετὴ τῆς θείας λειτουργίας οὐ διέλιπεν, ἀλλ᾽ οὐ διὰ τῶν ἐκθέσεων τῶν εἰρημένων ἁγίων ἐπελεῖτο· πῶς γὰρ, μήπω γεγονότων; καὶ πάλιν γενομένων, οὐδεὶς ἂν ἔχοι δεῖξαι, ἐν τοῖς ἑσπερίοις διὰ τῆς ἐκθέσεως τῶν εἰρημένων ἁγίων ἐπελεῖτο ἡ μυστικὴ αὕτη θυσία· ἀλλ᾽ οὐδέποτε διτταὶ λειτουργίαι ἐρρέθησαν, διότι μία ἡ διὰ τῶν θείων ῥημάτων, καὶ τοῦ σκοποῦ, καὶ τῆς ὕλης, καὶ τοῦ ἱερέως ὑπηρέτου τάξιν ἔχοντος, καὶ τῆς ἄνωθεν θείας χάριτος τελουμένη. καὶ γὰρ, ὡς προείρηται, ὁ σκοπός ἐστιν, ὅτι ὁ κύριος εἶπε· τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν· ὕλη ὁ ἐκ τοῦ σίτου ἄλευρος ἤτοι ἄρτος, καὶ ὁ οἶνος, καὶ τὸ ὕδωρ, ἐφ᾽ οἷς ὁ κύριος εἶπε· τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου, καὶ τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου· καὶ ἀεὶ εἰς σῶμα αὐτοῦ ἡ ὕλη γίνεται τῇ τοῦ μεταποιοῦντος αὐτὴ δυνάμει. μία οὖν ἐστιν ἡ θυσία αὕτη, εἰ μόνον κατὰ τὸν παραδοθέντα ἡμῖν ὑπὸ τοῦ κυρίου ὅρον τε καὶ λόγον τελεῖται, καθὼς ἐδηλώσαμεν. περὶ δὲ [illegible] ἢ δι᾽ ἀζύμου, προαπεδείχθη· καὶ γὰρ ὁ ἱερὸς Χρυσόστομος ἐν τῇ ν΄. ὁμιλίᾳ τοῦ κατὰ Ματθαῖον φησί· πιστεύσατε τοίνυν, ἐκεῖνο καὶ νῦν τὸ δεῖπνόν ἐστιν, ἐν ᾧ καὶ αὐτὸς ἀνέκειτο. οὐδὲν γὰρ ἐκεῖνο τούτου διενήνοχεν· οὐδὲ γὰρ τοῦτο μὲν ἄνθρωπος ἐργάζεται, ἐκεῖνο δὲ αὐτός. ἀλλὰ τὸ περὶ μυστηρίου ἀρκούντως ἐδείχθη. ἐν τοῖς συναξαρίοις δὲ ἡμῶν περὶ τοῦ μακαρίου Γρηγορίου ἐν τῷ Μαρτίῳ μηνὶ καὶ τοῦτο περιέχεται· ὁ Γρηγόριος ἐκ μέσου μὲν τοῦ βίου, ἐν μέσῳ δὲ τοῦ χοροῦ τῶν ἀγγέλων γενόμενος· καὶ· ὁ ὅσιος Γρηγόριος πάσης σοφίας καὶ γραφῆς ἔμπειρος πολλὰ συγγράμματα καταλέλοιπε. καὶ μετ᾽ ὀλίγα· οὐ δι᾽ ἀνθρωπίνων συλλογισμῶν καὶ τῆς ἐν λόγοις σοφίας μόνον συντεθέντα, ἀλλὰ διὰ πνεύματος ἁγίου, ὡς μετὰ τὴν αὐτοῦ ἐκ τοῦ βίου ἀνάληψιν Πέτρος ὁ ἀρχιδιάκονος αὐτοῦ ἐξηγήσατο, ἰδεῖν λέγων περιστερὰν λευκὴν ἐν τῷ γράφειν αὐτὸν τῷ αὐτοῦ προσεγγίζουσαν στόματι, καὶ οἷον ἐξηγουμένην καὶ προσορμῶσαν πρὸς τοῖς γεγραμμένοις. καὶ μετὰ βραχέα· φασὶ δὲ, ὅτι ἐπιτελεῖσθαι λειτουργίαν τελείαν Ῥωμαίοις ἐν ταῖς νηστίμοις ἡμέραις οὗτός ἐστιν ὁ νομοθετήσας, ὅπερ κρατεῖται μέχρι τῆς σήμερον παρ᾽ αὐτοῖς. ἀλλ᾽ οὐ διὰ τοῦτο ἐσχίσθημεν, οὐδὲ διττὰς λειτουργίας ὠνόμασαν οἱ τότε ὄντες· ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ἡμεῖς ποτε ἐκείνους ἐνεκαλέσαμεν, ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ἡμᾶς ἠνάγκασαν οὕτω ποιεῖν. ταῦτα γὰρ τὴν τῆς πίστεως ἀλήθειαν οὐ παραβλάπτουσι.

Διττὰ δὲ βαπτίσματα, τὸ μὲν διὰ τριττῆς καταδύσεως τελοῦσι, τὸ δὲ δι᾽ ἐπιχύσεως ὕδατος ἐκ κορυφῆς ἄνωθεν. καὶ τὸ μὲν τῷ μύ- Bapt.



ρῳ προχριόμενον; τὸ δ᾽ οὐδ᾽ ὁπωσοῦν αὐτοῦ χρείαν ἔχον.

Βαπτίσματα δὲ διττὰ οὐδέποτε ἐρρέθησαν. ἓν γάρ ἐστι τὸ θεῖον βάπτισμα εἰς τὸ ὄνομα πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος· καὶ ὁ οὕτω βαπτιζόμενος τέλειός ἐστι Χριστιανός. δηλοῖ δὲ διὰ μὲν τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, τὰς τρεῖς θεαρχικὰς ὑποστάσεις· διὰ δὲ τοῦ κοινοῦ ὀνόματος, τὸ ἓν τῆς οὐσίας καὶ ταυτὸν, καὶ τὸ ἐν ταῖς ὑποστάσεσιν ἴσον τε καὶ ἀχώριστον καὶ ὁμοδύναμον. καὶ ὅστις οὕτω βαπτίζεται, οὐκ ἀναβαπτίζεται· εἰ δὲ μετὰ προσθήκης ἢ ἐλλείψεως βαπτίζεται, τοῦτο οὐ βάπτισμα λέγεται οὔτε ἐστί. τὸ γὰρ βάπτισμα κυρίως μὲν ἐκ θεοῦ· οὕτω γὰρ ὁ θεῖος Χρυσόστομος ἐν τῇ κατὰ Ματθαῖον ἐν τῇ πεντηκοστῇ ὁμιλίᾳ φησίν· ὑπηρέτης γάρ ἐστιν ὁ ἱερεύς· ὥσπερ γὰρ ὅταν βαπτίζῃ, οὐχ αὐτός σε βαπτίζει, ἀλλ᾽ ὁ θεός ἐστιν ὁ κατέχων σου τὴν κεφαλὴν ἀοράτῳ δυνάμει, καὶ οὔτε ἄγγελος, οὔτε ἀρχάγγελος, οὔτε ἄλλος τις δύναται προσελθεῖν καὶ ἅψασθαι, οὕτω καὶ νῦν· ὅταν γὰρ ὁ θεὸς ἀναγεννᾷ, αὐτοῦ μόνου ἐστὶν ἡ δωρεά. ἐπεὶ οὖν αὐτός ἐστιν ὁ βαπτίζων θεὸς καὶ κατέχων τὴν κεφαλὴν τοῦ βαπτιζομένου, ὡς φησιν ὁ ἅγιος, πῶς αὐτὸς φάσκει, ὅτι δύο βαπτίσματά εἰσι; πόθεν τοῦτο λαβὼν ἔχει; τοὺς εἰς ὄνομα πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος βαπτιζομένους μὴ εἶναι τελείους Χριστιανούς;

Ὅτι μὲν † ἀναγκαῖόν ἐστι καὶ τὸ διὰ τριῶν καταδύσεων, φανερόν· οὕτω γὰρ ὑπὸ τῶν ἁγίων παρεδόθη, ὡς τὴν τριήμερον τοῦ κυρίου ταφὴν εἰκονίζον· καὶ οὕτως ἐστὶ παραδεδομένον, καὶ τὰ τακτικὰ τῶν Λατίνων οὕτω λέγουσι. τὸ ἀναγκαῖον οὖν καὶ ἀπαραίτητόν ἐστιν ἡ ἀποταγὴ τοῦ σατανᾶ καὶ τῆς πομπῆς αὐτοῦ καὶ τῆς λατρείας καὶ τῶν ἔργων αὐτοῦ, καὶ συνταγὴ εἰς τὸν Χριστὸν, καὶ ἡ ὁμολογία τῆς πίστεως, καὶ ἡ μετ᾽ εὐχῆς τοῦ ἐλαίου χρίσις, ἅπερ καὶ Λατῖνοι ποιοῦσιν ἀπαραιτήτως. ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ἡμεῖς καταδύομεν τὰ νήπια μέχρις ὅλης κορυφῆς, διότι οὐ δυνάμεθα παραγγέλλειν αὐτοῖς φυλάττειν τὴν εἰσπνοὴν καὶ ἐκπνοὴν τῆς ῥινός, ἵνα ταύτης φυλαττομένης καὶ ἡ δι᾽ ὤτων τοῦ ἱεροῦ ὕδατος εἴσοδος φυλάττηται· ἀλλ᾽ οὐδὲ τὸ στόμα τοῦ νηπίου κλείειν δυνάμεθα. ἀλλ᾽ ἐμβάλλομεν αὐτὸ εἰς τὴν κολυμβήθραν, ὡς πάνυ ἀναγκαῖον καὶ παραδεδομένον οἱονεὶ τῆς κολυμβήθρας μήτραν εἰκονιζούσης, καὶ τὴν ἀναγέννησιν διὰ τούτου δηλούσης. καὶ ἵνα μὴ ἡ κεφαλὴ, ἔνθα ἡ τῶν αἰσθήσεων ξυνωρὶς καὶ τὸ τῆς ψυχῆς ὄχημα, ἄμοιρος γένηται τοῦ θείου βαπτίσματος, ὑποκοιλαίνοντες τὴν χεῖρα, καὶ ταύτην ἐκ τοῦ ἁγίου ὕδατος ἐμπλήσαντες, ἐπιχέομεν ἐπάνω αὐτῆς, τὸ θεῖον ἐκφωνοῦντες ὄνομα, καὶ ἑκάστης ὑποστάσεως ἰδίωμα. Καὶ ὁ ἅγιος δὲ Ἀπολλώνιος ὀνειδισθεὶς παρὰ τοῦ τυράννου, ὡς ἀβάπτιστος εἴη καὶ οὐκ ἔστι Χριστιανός· στὰς εἰς προσευχὴν, ὁ θεὸς θέλων πληροφορῆσαι αὐτὸν, τὴν δέησιν αὐτοῦ οὐ παρεῖδεν, ἀλλὰ νεφέλην πέμψας δρόσον κατέχεεν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. εἰ οὖν τὸ χεόμενον ἐπὶ κεφαλῆς οὐ βάπτισμα, οὐκ ἂν οὕτως γέγονεν, ἀλλ᾽ ἑτέρῳ τρόπῳ. Ἀλλὰ τί χρὴ λέγειν πολλὰ περὶ τού-

† Ἀναγκαῖα νοεῖ τὰ ἐκ τοῦ ἔθους τῆς ἐκκλησίας, καὶ οὐχ ὧν οὐκ ἔστιν ἄλλως γενέσθαι.



ram vero quod adhibere illud nihil prorſus neceſſe habet.

Bina certe baptiſmata nemo unquam dixit; Unum quippe eſt ſacrum baptiſma, quod fit in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti; & qui ita baptizatur, perfectus eſt Chriſtianus. Significantur autem per Patrem & Filium, & Spiritum ſanctum tres divinæ hypoſtaſes; per communem vero nomen unitas & identitas eſſentiæ, nec non æqualitas & inſeparabilitas & indiſtinctio potentiæ trium perſonarum. Et quiſquis ita baptizatur, ita bapiſmus non iteratur: quod ſi addito aliquo vel ablato baptizetur, tunc nec dicitur, nec eſt baptiſmus. Baptiſmus enim ex Deo proprie eſt; quemadmodum divinus pater Chryſoſtomus quinquageſima in Matthæum homilia docet: Nam miniſter, inquit, eſt ſacerdos: ſicut enim cum baptizat, non te ille baptizat; ſed Deus eſt, qui tuum caput inviſibili potentia tenet; & nec angelus, nec archangelus, neque quiſquam alius poteſt accedere & tangere, ita & nunc. Quando enim Deus regenerat, ipſe eſt donum ſolius. Cum igitur, ut ſanctus pater docet, ipſe Deus ſit qui baptizat, tenetque baptizandi hominis caput; quomodo iſte aſſerit duos eſſe baptiſmos? Unde vero ſumit, perfectos non eſſe Chriſtianos; qui in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti baptizati ſunt? Bapt.

Eſſe porro † neceſſariam trinam immerſionem, patet; nam & a ſanctis hoc traditum eſt, nempe ad ſignificandam triduanam domini ſepulturam: ita ſane traditum eſt, & ritualia Latinorum ita obſervandum docent. Quod igitur neceſſarium eſt & nulla ratione omittendum, abrenunciatio eſt ſatanæ, & pomparum & cultus & operum ejus; nec non promiſſio Chriſto fit, & fidei profeſſio, oleique cum oratione unctio: quæ a Latinis etiam inviolabiliter obſervantur. Sed & nos haudquaquam immergimus infantes uſque ad ſummum verticem; nec enim poſſumus illis præcipere, ut reſpirationem & expirationem per nares cohibeant; ne etiam per aures ſacra permeet aqua; ſed neque os infantis obturare poſſumus. Verum eos in ſacrum immittimus fontem, ut ne quid valde neceſſarium ex traditione prætermittamus, quaſi uteri imaginem referente lavacro, & regenerationem per hoc indicante. Et ne caput, in quo eſt ſedes omnium ſenſuum & vehiculum animæ, ſacri baptiſmatis fiat expers, cava manu aquam e ſacro fonte haurientes, illud perfundimus, divinum invocantes nomen, & proprietatem ſingularum hypoſtaſeon. Nam & ſancto Apollonio, cum objectum illi eſſet a tyranno ut probrum, quod baptiſmo non ablutus, proinde non eſſet Chriſtianus; fuſis ab eo precibus ſatisfecit Deus, deprecationem ejus benigne audiens; demiſſa enim nube caput ejus rore perfudit. Si igitur baptiſmus non perficitur perfuſione capitis, non ita, ſed alio modo res geſta eſſet. Quid multa? Unum & ipſe vir egregius novit baptiſma noſtrum & Latinorum, non duo. Cum enim alumni eccleſiæ

† Loquitur de neceſſitate quadam conſuetudinis, non autem abſoluta. Vide Greg. libr. 1. ep. 41

ſit, nunquam vidit Latinos iterum baptizari a nobis: verum hæc ille profert iratior: quæ autem ex averſo animo proficiſcuntur, non ſunt curioſius examinanda. Ceterum Latini etiam baptizatos inungunt chriſmate; & æque ac nos credunt unctionem chriſmatis eſſe unum de ſeptem eccleſiæ ſacramentis. Adhibent vero illud, cum provectiori ætate ſunt homines; quando, juxta eximium theologiæ doctorem Gregorium, & myſticum quid audire & reſpondere per ætatem licet. *Orat. in baptiſm.*

ΕΡΩΤ. Inſtituta quoque ac mores in omnibus diverſa omnino ſunt, jejunia, & ritus eccleſiaſtici, & ſimilia. Quæ ergo hic unio, ubi nullum patens ac manifeſtum apparet ſignum? & quomodo uniti ſunt, qui ſua retinere volunt? hac enim lege ſuum ad unionem præbuere aſſenſum, quamvis a patrum traditionibus deſciverint.

RESP. Neſcit ergo, ut plane videtur, eximius hic vir, varios in hac etiam magna urbe Conſtantinopolitana ſervari mores, jejuniorumque ac rituum eccleſiaſticorum eſſe diverſitates. Namque ante Chriſti natalem ſunt qui ordiuntur jejunium ex die quintodecimo Novembris; alii ex die ſexto Decembris; alii ex viceſimo: Ad honorem quoque aſcenſionis Chriſti quidam jejunare incipiunt ex Kalendis Maii; & alia ab aliis jejunia obſervantur. Nam & ipſo ſanctæ ac magnæ quadrageſimæ tempore diebus ſabbati ac dominicæ multi veſcuntur piſcibus, alii quoque aliis diebus; ſunt etiam qui iis omnino ſe abſtinent: quid ergo? dicemus ne illos fide etiam inter ſe diſſidere? In ritibus quoque eccleſiaſticis conſuetudo eſt varia; Nam Conſtantinopolitana major eccleſia in celebrandis officiis alio more utitur, alio vero majora monaſteria, alio minora ad quietem accommodata, denique alio ſacerdotum ſæcularium eccleſiæ: Quin & Tabenneſiotæ in uno eodemque cœnobio varios jejunandi pſallendique modos habebant, aliis per biduum jejunantibus, aliis per hebdomadam; & his quidem ad veſperam, illis vero de media nocte ſacros hymnos canentibus: quod fiebat etiam in monaſterio † Acœmetorum. S. Simeon Stylita quadraginta dierum jejunium nihil omnino deguſtans complevit; idem B. quoque Daniel præſtitit; hæc tamen nemo ad hanc diem in crimine vocavit. Jubet canon, omnibus ſextis feriis eſſe jejunandum: nos quibuſdam non jejunamus; Latini vero, nunquam ejus diei ſolvunt jejunium, niſi natalis domini dies contingat. Rurſus præcipiente canone, non eſſe jejunandum ſabbato, Socrates, qui fuit ante ſynodum tertiam; In occiduis, inquit, partibus jejunant diebus ſabbati: nec tamen qui illis fuere temporibus crimini hoc dederunt; quod ſcirent, variam jejuniorum & rituum mores non inferre diſſidentiam fidei. Mirum porro fuerit, cur iſte vir & linguæ diverſitatem, & varium indumentorum genus vitio non verterit; aut quod illi flectant genua cum adorant & orant, ſervantes morem antiquitatis; nos minime: Verum vox illa, quam ſubdit, Et ſimilia, hoc ſibi velle videtur; quod ſane [illegible] ſummopere demiretur.

*† Acœmetæ, id eſt, perpetuis vigiliis Deo vacantes.*
*Can. apoſt. 69. juxta Græcos.*
*Can. apoſt. 66. lib. 5. cap. 22.*

ΕΡΩΤ. Nonnam illa præclaram obtendunt ſatio-

A τοῦ; καὶ οὗτος ὁ τίμιος ἀνὴρ ἓν οἶδε τὸ βάπτισμα τὸ, τό τε ἡμέτερον καὶ τὸ τῶν Λατίνων, καὶ οὐ δύο· καὶ γὰρ τρόφιμος ὢν τῆς ἐκκλησίας οὐδέποτε εἶδε παρ' ἡμῶν τοὺς Λατίνους ἀναβαπτιζομένους· ὅμως ὑπὸ ἀηδίας κινούμενος ταῦτα λέγει, καὶ οὐ χρὴ τὰ ὑπὸ ἀηδίας λεγόμενα πολυπραγμονεῖν. ἀλλὰ καὶ τῷ μύρῳ τοὺς βαπτιζομένους οἱ Λατῖνοι χρίουσι, καὶ ὡς ἡμεῖς ἓν τῶν ἑπτὰ μυστηρίων τῆς ἐκκλησίας τὴν τελετὴν τοῦ μύρου λέγουσι. χρίουσι δὲ τοῦτο, ὅταν πλείας ἡλικίας ἐπιλάβωνται οἱ ἄνθρωποι, ἡνίκα καὶ ἀκοῦσαί τι μυστικὸν καὶ ἀποκρίνασθαι δυνατὸν κατὰ τὸν μέγαν ἐν θεολογίᾳ Γρηγόριον.

ΕΡΩΤ. B Διττὰ δὲ τὰ ἔθη πάντα καὶ πᾶσι παρηλλαγμένα νηστεῖαί τε καὶ ἐκκλησιαστικαὶ τάξεις, καὶ εἴ τι τοιοῦτον. τίς οὖν ἡ ἕνωσις, ὅταν μὴ φανερὸν καὶ ἐπίδηλον σημεῖον ἔχῃ, καὶ πῶς ἑνώθησαν οἱ τὰ οἰκεῖα στέργειν βουλόμενοι; τοῦτο γάρ πως καὶ συνεφώνησαν καὶ μὴ τοῖς ἐκ τῶν πατέρων παραδεδομένοις ἀκολουθοῦντες.

ΑΠΟΚ. Οὐκ οἶδεν οὖν, ὡς ἔοικεν, ὁ τίμιος οὗτος, ὅτι καὶ ἐν ταύτῃ τῇ μεγαλοπόλει διάφορα ἔθη εἰσί, νηστεῖαί τε καὶ ἐκκλησιαστικαὶ τάξεις παρηλλαγμέναι. καὶ γὰρ οἱ μὲν ἀπὸ τῆς * ιδ'. τοῦ Νοεμβρίου ἄρχονται νηστεύειν τὸ τεσσαρακονθήμερον· C οἱ δὲ ἀπὸ τῆς ἕκτης τοῦ Δεκεμβρίου· οἱ δὲ ἀπὸ τῆς κ'. καὶ ἕτεροι δὲ ἀπ' ἀρχῆς τοῦ Μαΐου διὰ τὴν ἑορτὴν τῆς Χριστοῦ ἀναλήψεως· καὶ ἄλλοι ἄλλας νηστείας. καὶ οἱ μὲν τὰ σάββατα καὶ τὰς κυριακὰς τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης τεσσαρακοστῆς ἰχθύας ἐσθίουσιν, ἕτεροι δὲ καὶ ἄλλας ἡμέρας, ἄλλοι δὲ τούτων ἀπέχονται. τί οὖν, ἀσυμφώνους καὶ περὶ δὲ τὴν πίστιν ἐροῦμεν; ὁμοίως καὶ ἐν ταῖς ἐκκλησιαστικαῖς τάξεσι διαφορὰν ἔστιν εὑρεῖν· καὶ γὰρ ἡ καθολικὴ ἐκκλησία ἐν ταῖς ψαλμῳδίαις ἄλλην τάξιν ἔχει, καὶ ἄλλην αἱ μεγάλαι μοναί, καὶ ἄλλην τὰ ἡσυχαστήρια, καὶ ἄλλην αἱ κοσμικαὶ ἐκκλησίαι. καὶ οἱ Ταβεννησιῶται δὲ ἐν τῇ αὐτῇ καὶ D μιᾷ μονῇ διαφόρους νηστείας καὶ διαφόρους ψαλμῳδίας ἐπετέλουν· καὶ οἱ μὲν αὐτῶν διὰ δύο ἡμερῶν, οἱ δὲ δι' ἑβδομάδος ἐνήστευον. καὶ οἱ μὲν ἀφ' ἑσπέρας, οἱ δὲ ἀπὸ μέσης νυκτὸς τὴν ὑμνῳδίαν ἐπετέλουν· ὁμοίως καὶ ἐν τῇ τῶν Ἀκοιμήτων μονῇ. καὶ ὁ ἅγιος δὲ Συμεὼν ὁ Στυλίτης τεσσαράκοντα ἡμερῶν νηστείαν ἐπετέλεσε μηδοτιοῦν γευσάμενος, ὁμοίως καὶ Δανιὴλ ὁ ὅσιος, ἀλλ' οὐδεὶς ταῦτα ἐνεκάλεσέ ποτε μέχρι καὶ τήμερον. τοῦ κανόνος δὲ λέγοντος τὰς παρασκευὰς πάσας νηστεύειν, ἡμεῖς καταλύομεν ὅσας δῆτα καταλύομεν, Λατῖνοι δὲ πάσας νηστεύουσιν, εἰ μὴ τῶν Χριστουγέννων ἡμέρα τύχῃ· καὶ πάλιν τοῦ κανόνος λέγοντος, τὰ σάββατα E μὴ νηστεύειν, Σωκράτης δὲ πρὸ τῆς τρίτης συνόδου ὢν φησίν· ἐν τοῖς ἑσπερίοις τὰ σάββατα νηστεύουσιν· ἀλλ' οἱ τότε ὄντες τοῦτο οὐκ ἐνεκάλεσαν· ᾔδεισαν γάρ, ὅτι τὸ διάφορον τῶν νηστειῶν καὶ τῶν ἐθῶν διαφορὰν πίστεως οὐκ εἰσάγει. θαυμάσαι δ' ἄν τις τοῦτον, πῶς καὶ τὸ διάφορον τῆς γλώττης καὶ τὸ τῶν ἐνδυμάτων οὐκ ἐνεκάλεσεν· ἢ πῶς ἐκεῖνοι τὰ γόνυ κλίνοντες προσκυνοῦσι καὶ προσεύχονται κατὰ τὴν ἀρχαίαν τάξιν, ἡμεῖς δὲ οὐχ οὕτως· ἀλλ' οἶμαι τὸ, καὶ εἴ τι τοιοῦτον, οὕτω δηλοῦν ἐστιν, ὃ καὶ παράδοξον εἶναι δοκεῖ.

ΕΡΩΤ. Ἀλλὰ τίς ὁ σοφὸς αὐτῶν λόγος; οὐδέποτε, φησίν,



A ἡ τῶν Γραικῶν ἐκκλησία τὸ, ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεσθαι, ἔλεγεν, ἀλλ' ἁπλῶς, ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεσθαι· τοῦτο δὲ τὸν υἱὸν ἐκβάλλει τῆς ἐκπορεύσεως. ὥστε κατὰ τοῦτο καὶ πρότερον ἦμεν καὶ νῦν ἐσμεν ἡνωμένοι. φεῦ τῆς ἀνοίας; φεῦ τῆς τυφλώσεως; εἰ δὲ ἀεὶ ἡ τῶν Γραικῶν ἐκκλησία τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεσθαι ἔλεγεν, ἐξ αὐτοῦ Χριστοῦ καὶ τῶν ἱερῶν ἀποστόλων καὶ τῶν ἐν ταῖς συνόδοις πατέρων παραλαβοῦσα. τὸ δὲ ἐκ τοῦ υἱοῦ οὐδέποτε ἔλεγεν, οὐδὲ γὰρ παρέλαβε τοῦτο παρ' οὐδενός, τί γε ἄλλο, ἢ τὸ ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεσθαι ἔλεγεν; εἰ γὰρ οὐκ ἐκ τοῦ υἱοῦ, δῆλον ὡς ἐκ μόνου τοῦ πατρός.

ΑΠΟΛ. B Ὅτι δὲ ἡ τῶν Γραικῶν ἐκκλησία τὸ ἐκ μόνου οὐκ ἐκήρυττεν, οὐδὲ κηρύττει, φανερόν ἐστι, διότι τὸ ἐκ μόνου τὸ δι' υἱοῦ ἀναιρεῖ. ταῖς πατρικαῖς οὖν παραδόσεσιν ἑπομένη, καὶ τῶν ἁγίων ἀκροωμένη λεγόντων, δι' υἱοῦ καὶ ἐξ υἱοῦ τὸ ἅγιον ἐκπορεύεσθαι πνεῦμα, καὶ τὴν ὀρθοδοξίαν ἀσπαζομένη, πῶς ἂν τὸ ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεσθαι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐφρόνει; τὸ γὰρ ἐκ τοῦ πατρὸς οὐ τὸ μόνον δηλοῖ, διότι ὁ πατέρα λέγων καὶ υἱὸν συννοεῖ. φησὶ γὰρ ὁ μέγας Βασίλειος εἰς τὰ ἀντιλεγόμενα περὶ τοῦ υἱοῦ ἐν τῇ καινῇ καὶ παλαιᾷ διαθήκῃ, ἐν ἑνὶ τῶν κεφαλαίων, οὗ ἡ ἐπιγραφή· εἰ φύσει Θεὸς ὁ υἱός· πατέρα δὲ εἰπεῖν ἀδύνατον μὴ ὄντος υἱοῦ· καὶ ὁ εἰπὼν πατέρα, οὐχ ἁπλῶς C λέγει πατέρα, ἀλλά τινος· καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς ἐν τοῖς πρὸς Ἀμφιλόχιον φησί· παρασιωπήσας τοίνυν ὡς ὁμολογούμενον τὸ ἑαυτοῦ πρόσωπον ὁ κύριος, εἰδέναι τὸν πατέρα μόνον φησὶ τὴν τοῦ πατρὸς γνῶσιν κατὰ τὸ σιωπώμενον καὶ ἑαυτοῦ εἶναι λέγων. καὶ ὁ ἅγιος Ἀθανάσιος ἐν τῷ λόγῳ, οὗ ἡ ἐπιγραφή· ὅτι ἡ ἐν Νικαίᾳ σύνοδος ἑωρακυῖα τὴν πανουργίαν. ἡ δὲ ἀρχὴ τοῦ λόγου· καλῶς ἐποίησας. οὕτω φησί· καὶ τὸ τοῦ πατρὸς ὄνομα λέγοντες, ἐπιγινώσκομεν ἐκ τοῦ ὀνόματος τούτου καὶ τὸν ἐν πατρὶ λόγον. ἆρα οὐκ ἀληθῶς λέγουσιν, ὅτι τὸ τοῦ πατρὸς ὄνομα ἐκβάλλει τὸν υἱόν, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ D συνεισάγει. ὅτι δὲ τὸ δι' υἱοῦ ἀναιρεῖ τὸ ἐκ μόνου, ἄκουσον τῶν ἱερῶν πατέρων τοῦτο κηρυττόντων. φησὶ γὰρ ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἐν τῷ λόγῳ, ὃς ἐπιγέγραπται, ἔλεγχος ὑποκρίσεως τῶν περὶ Μελέτιον καὶ Εὐσέβιον· οὗ ἡ ἀρχή· ἄνθρωπος καθ' ὁμοίωσιν Θεοῦ γέγονεν· ἦν δὲ ἀδύνατον ἐν τῇ τῆς Τριάδος δόξῃ τὸ πνεῦμα δοξάζεσθαι, μὴ προοδικῶς ὂν ἐκ Θεοῦ δι' υἱοῦ, ἀλλὰ ποιητικῶς ἐκ Θεοῦ γεγονός, ὡς λέγουσιν· ἔτι ὁ αὐτὸς ἐν ᾗ ἐκτίθεται διαλέξει ὀρθοδόξου καὶ Μακεδονιανοῦ· ἐὰν οὖν δειχθῇ τῆς αὐτῆς εἶναι φύσεως καὶ θεότητος τῷ υἱῷ καὶ τῷ πατρὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἐξ αὐτοῦ τοῦ πατρὸς διὰ τοῦ υἱοῦ ἐκχυθέν, καὶ προσκυνητὸν καὶ λατρευτὸν ἀ-E ποδειχθήσεται. καὶ ὁ μέγας Βασίλειος ἐν τῷ κεφαλαίῳ, οὗ ἡ ἐπιγραφή· εἰ μὴ τὸ πνεῦμα ἐκ Θεοῦ λέγοι τις, οὐδὲ τὸν λόγον· φησί· πῶς ἂν οὖν χωρίζοιτο τὰ ἀχώριστα, λόγος Θεοῦ καὶ πνεῦμα ἐκ Θεοῦ δι' υἱοῦ; καὶ ὁ Δαμασκηνὸς Ἰωάννης ἐν τῷ ιγ'. κεφαλαίῳ φησί· τὸ δὲ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἡ ἐκφαντορικὴ τοῦ κρυφίου τῆς θεότητος δύναμις τοῦ πατρός, ἐκ πατρὸς ἐστὶ δι' υἱοῦ ἐκπορευομένη οἶδε. καὶ τί δεῖ τοὺς κατὰ μέρος ἁγίους τοῦτο κηρύττοντας ἀπαριθμεῖν, αὐτῆς τῆς ἁγίας οἰκουμενικῆς ἑβδόμης

A nem? Nunquam, inquiunt, Græcorum eccleſia dixit, Spiritum ex ſolo Patre procedere; ſed ſimpliciter, ex Patre procedere; hoc autem Filium non excludit a productione: Ita ut hac ratione fuerimus & antea, & nunc quoque ſimus uniti: pro hominum dementiam! pro excœcationem! Si Græcorum eccleſia ex Patre procedere ſemper dixit, a Chriſto ipſo, & ſanctis apoſtolis, patribuſque ſynodorum edocta; ex Filio vero nunquam dixit, hoc enim a nullo traditum accepit; quid aliud, quæſo, aſſerebat, quam ex ſolo Patre procedere. Si enim non ex Filio, certum eſt ex Patre ſolo.

RESP. Eccleſiam Græcorum non affirmaſſe, nec B affirmare Spiritum ex ſolo Patre, conſtat ex eo, quod vox, Ex ſolo, tollit omnino vocem, Per Filium. Illa ergo paternas ſecuta traditiones, audienſque ſanctos dicentes, Spiritum ſanctum procedere per Filium & ex Filio, & rectam fidem amplectens, qua ratione ſentire potuit, Spiritum ſanctum ex ſolo Patre procedere? Modus enim dicendi, Ex Patre, non ſignificat, Ex ſolo: Nam qui Patrem dicit, ſimul quoque Filium intelligit. Ait quippe magnus Baſilius refellens ea quæ objiciuntur Filio ex novo & antiquo teſtamento; capite quod inſcribitur, An Filius ſit natura Deus: Patrem vero dici non exiſtente filio eſt impoſſibile. Et qui patrem dixit, non abſo-C lute, ſed alicujus patrem dixit. Idem rurſus in libro ad Amphilochium: Nulla ergo, inquit, facta de ſe mentione dominus, in confeſſo enim erat, ſolum ait ſcire Patrem; cognitionem Patris ſuam quoque eſſe affirmans; id enim non expreſſum intelligitur. Et ſanctus Athanaſius in ſermone, cui præfixus eſt titulus: Quod Nicæna ſynodus cognita Euſebii calliditate, &c. Initium vero tale; Recte feciſti: Et Patris, inquit, nomen pronunciantes, ex hoc nomine Verbum quoque quod in Patre eſt agnoſcimus. Non ergo verum aſſerunt, qui dicunt, Patris nomine excludi Filium, cum potius per illud ipſe etiam ſignificetur. Quod vero dicendo, Per Filium, D tollatur illud, Ex ſolo, audi ſanctos patres clara id voce docentes. Magnus quippe Athanaſius in tractatu, quem inſcripſit; Refutationem ſimulationis Meletii & Euſebii: Incipit autem hoc modo; Homo ad ſimilitudinem Dei factus eſt: Atqui impoſſibile, inquit, eſſet in Trinitatis gloria Spiritum conglorificari, niſi eſſet ex Deo per Filium modo proceſſionis, non factus vi creationis, ut ipſi ajunt. Præterea idem Athanaſius in dialogo, quem ſcribit inducens orthodoxum & Macedonianum: Si ergo, inquit, oſtendatur, eamdem habere naturam deitatemque, quam Pater & Filius, Spiritum qui ex ipſo Patre per Filium effuſus eſt; demonſtratum E quoque erit, ipſum eſſe adorandum & latriæ cultu proſequendum. Et magnus Baſilius in capite, quod inſcriptum eſt; Quod niſi quis dicat ex Deo eſſe Spiritum, nec Verbum dicet ex Deo eſſe: Quomodo ergo, inquit, ſeparentur inſeparabilia, Verbum Dei, & Spiritus ex Deo per Filium? Joannes quoque Damaſcenus capite decimotertio. Spiritus vero, inquit, ſanctus occultæ Patris deitatis manifeſtativa vis, procedens eſt ex Patre per Filium, ut ipſe novit. At quid opus eſt ſingulos enumerare ſanctos, qui id apertiſſime pronunciant, cum ipſa ſancta œcumenica ſyno-

*Cap. 12.*
*Epiſtola ad Amphiloc. num. 43.*
*De fide orthod.*

Act. 3. in literis Taraſii. ſynodus ſeptima hoc dicat? Nam illa per A Taraſium patriarcham ſic ait: Credo etiam in Spiritum ſanctum, qui ex Patre per Filium procedit, qui & ipſe eſt & agnoſcitur Deus. Si qui vero quod ſancti dicunt, Per Filium, idem eſſe volunt ac, ſimul cum Filio procedere Spiritum, non bene hoc intelligunt. Nam S. Athanaſius in epiſtola ad Serapionem, quæ incipit: Literæ tuæ pietatis; In Chriſto, inquit, erat Spiritus, ſicut Filius in Patre. Rurſus ibidem; Sancta & beata Trinitas indiviſa & unita in ſe eſt; & ſi quis dicat Patrem, in eo eſt ejus Verbum, & qui eſt in Filio Spiritus. In alia quoque epiſtola ad eumdem; quæ incipit: Fortaſſe miraberis; Non enim eſt, inquit, extra B Verbum Spiritus; ſed cum in Verbo ſit, per ipſum in Deo eſt. Ex quibus oſtenditur, eos qui dicunt, Spiritum procedere per Filium, hoc eſt cum Filio, diſſentire ab his qui prolati ſunt, & ceteris qui ſimilia dicunt; quos, ne nimium ſit, omiſimus. Certe enim modus iſte ad unionem potius quam ad diſtinctionem ſpectat. Idcirco doctores eccleſiæ non ita loquuntur, neque ita hoc intelligunt, ſed dictam diſtinctionem tradiderunt, imo vero præpoſitionum, Per & Ex, concordiam ſtatuunt: &, Per, ſignificare cauſam omnino exiſtimant. Ita divinus Chryſoſtomus homilia quinquageſimanona in Matthæum: Novit enim ſcriptura, C inquit, loco hujus vocis, Ex aliquo, uti hac voce, Per aliquem, ut cum dicit: Gen. 4. *Poſſedi hominem per Deum*, non ſecundariam, ſed primariam intelligens cauſam & rurſus: *Numquid non per Deum eſt interpretatio eorum?* Gen. 40. 1. Cor. 1. &: *Fidelis Deus, per quem vocati eſtis in ſocietatem Filii ejus*. Vides, vocem hanc, Per Filium, aperte denotare cauſam, ut contradicere nemo poſſit? Verum ut probetur efficacius, Per & Ex, ita alteram in alterius ſignificationem migrare, ut cauſam ſignificent, alios quoque ſanctos audiamus. Itaque Baſilius magnus in capitulari tractatu, quem de Spiritu ſancto inſcripſit, cap. 5. cujus initium: Hæc ſunt, quæ ab illis D dicuntur, nos autem quod propoſuimus, oſtendemus: Jam vero, ait, Per & Ex, altera in alterius ſæpe locum ſuccedit, cum altera alterius ſubit ſignificatum; Ut, *Poſſedi hominem per Deum*, quod perinde eſt, ac dicere; Ex Deo; & alibi: Gen. 4. *Quæcumque præceperat Moyſes Iſrael per mandatum domini* & rurſus: Gen. 40. *Numquid non per Deum eſt interpretatio eorum?* Per Deum enim dixit, cum dicere vellet, Ex Deo. Sanctus etiam Cyrillus in epiſtola ad Neſtorium, quæ incipit: Conc. Eph. par. 1. cap. 8. Intelligo quoſdam falſo detrahere meæ exiſtimationi: Quoniam, inquit, aſſumpta carne filius quoque hominis extitit, E neceſſario fatendum eſt, ſecundum carnem natum eſſe per mulierem: & paulo poſt: Similia habentur in proſphon. Cyrilli ad Theodoſ. Conc. Eph. part. 1. c. 3. Dei Patris Verbum de ſancta virgine eſt: [illegible]; Natus eſt æque ac nos de muliere. & non multo poſt: Dei Patris Verbum in forma ſui genitoris exiſtens habitavit in homine nato per mulierem. Cum igitur, Per & Ex, ita ſe habeant, ut alterius altera vice fungatur, & patres occidentales aſſerant, etiam ex Filio, orientales autem per Filium & ex Filio, non eſt æquum illis poſthabitis ſumere, Per, quaſi idem ſignificantem atque, Cum: Procedentem

A συνόδου τοῦτο λεγούσης; καὶ γὰρ αὐτὴ διὰ Ταρασίου τοῦ πατριάρχου φησί· πιστεύω καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς δι' υἱοῦ ἐκπορευόμενον, καὶ αὐτὸ Θεὸν ὄν τε καὶ γνωριζόμενον. εἰ δέ τινες τὸ δι' υἱοῦ τὸ μετὰ τοῦ υἱοῦ ἢ σὺν τῷ υἱῷ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεσθαι λέγουσι, οὐ καλῶς τοῦτο νοοῦσι. φησὶ γὰρ ὁ θεῖος Ἀθανάσιος ἐν τῇ πρὸς Σεραπίωνα ἐπιστολῇ, ἧς ἡ ἀρχή· τὰ γράμματα τῆς σῆς ἱερᾶς διαθέσεως· ἐν τῷ Χριστῷ ἦν τὸ πνεῦμα, ὥσπερ ὁ υἱὸς ἐν τῷ πατρί. καὶ πάλιν ἐν τῇ αὐτῇ· ἡ ἁγία καὶ μακαρία Τριὰς ἀδιαίρετος καὶ ἡνωμένη πρὸς ἑαυτήν ἐστι, καὶ λεγομένου τοῦ πατρὸς πάρεστι καὶ ὁ τούτου λόγος καὶ τὸ ἐν τῷ υἱῷ πνεῦμα· καὶ πάλιν ἐν ἑτέρᾳ ἐπιστολῇ B πρὸς τὸν αὐτόν, ἧς ἡ ἀρχή· ἴσως θαυμάσεις· φησίν· οὐ γὰρ ἐκτός ἐστι τοῦ λόγου τὸ πνεῦμα, ἀλλ' ἐν τῷ λόγῳ ὂν, ἐν τῷ Θεῷ δι' αὐτοῦ ἐστιν. ὅθεν δείκνυται, ὅτι τὸ μετὰ τοῦ υἱοῦ ἢ σὺν τῷ υἱῷ τὸ πνεῦμα ἐκπορεύεσθαι, οὐ συμφωνεῖ μετὰ τῶν προειρημένων, καὶ τῶν λοιπῶν τῶν ὡσαύτως λεγόντων, οὓς διὰ τὸ πλῆθος παρήκαμεν. καὶ ἄλλως ὁ τρόπος οὗτος ἑνώσεως μᾶλλόν ἐστι καὶ οὐ διακρίσεως· διὰ τοῦτο οἱ θεολόγοι τῆς ἐκκλησίας οὐ λέγουσιν οὐδὲ νοοῦσι τοῦτο οὕτως, ἀλλὰ τὴν προειρημένην διάκρισιν ἀποδιδόασι, μάλιστα τὴν, διά, μετὰ τῆς, ἐκ, οἴδασι συμφωνεῖν, καὶ αἰτίαν ταύτην νομίζειν ἐξ ἅπαντος, ὡς φησιν ὁ θεῖος Χρυ- C σόστομος ἐν τῷ κατὰ Ματθαῖον ἐν νθ΄. ὁμιλίᾳ· οἶδε γὰρ τὸ δι' υἱοῦ τὸ ὑφ' οὗ λέγειν ἡ γραφή· ὡς ὅταν λέγῃ· ἐκτησάμην ἄνθρωπον διὰ τοῦ Θεοῦ· οὐ τὸ δεύτερον αἴτιον, ἀλλὰ τὸ πρῶτον τιθεῖσα. καὶ πάλιν· οὐχὶ διὰ τοῦ Θεοῦ ἡ διασάφησις αὐτῶν ἐστι; καὶ πιστὸς ὁ Θεὸς, δι' οὗ ἐκλήθητε εἰς [illegible] τοῦ, δι' υἱοῦ, πῶς, αἰτίαν σημαίνει προφανῶς καὶ ἀναντιρρήτως; ἀλλ' ἵνα καὶ ἔτι βεβαιότερον δειχθῇ, ὅτι ἀντιμεθίστανται ἡ, διά, τῇ, ἐκ, καὶ αἰτίαν σημαίνει, τῶν λοιπῶν ἁγίων ἀκούσωμεν. φησὶ γὰρ ὁ μέγας Βασίλειος ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος κεφαλαιώδει λόγῳ κεφ. ε΄. οὗ ἡ ἀρχή· τὰ μὲν δὴ ἐκείνων τοιαῦτα, ἡμεῖς δὲ δείξομεν ὃ προέθεμεθα. D ἤδη δὲ πρὸς τὰ ὑπ' ἀλλήλων σημαινόμενα πολλάκις ἀντιμεθίστανται ἡ, διά, καὶ ἡ, ἐκ, ὅταν ἑτέρα τῆς ἑτέρας σημασίαν ἀντιλαμβάνῃ· οἷον· ἐκτησάμην ἄνθρωπον διὰ τοῦ Θεοῦ· καὶ ἑτέρωθι· ὅσα ἐνετείλατο Μωϋσῆς τῷ Ἰσραὴλ διὰ προστάγματος κυρίου. καὶ πάλιν· οὐχὶ διὰ τοῦ Θεοῦ ἡ διασάφησις αὐτῶν ἐστιν; ἀντὶ τοῦ ἐκ τοῦ Θεοῦ εἰπεῖν, διὰ τοῦ Θεοῦ εἴρηκεν. ὁ δὲ ἅγιος Κύριλλος ἐν τῇ πρὸς Νεστόριον ἐπιστολῇ, ἧς ἡ ἀρχή· καταφλυαροῦσι μὲν, ὡς μανθάνω, τινὲς τῆς ἐμῆς ὑπολήψεως· φησίν· ἐπειδὴ σάρκα λαβὼν κεχρημάτικε καὶ υἱὸς ἀνθρώπου, ἀναγκαῖον ὁμολογεῖν, ὅτι γεγέννηται κατὰ σάρκα διὰ γυναικός. καὶ μετὰ βραχέα· ὁ ἐκ E Θεοῦ πατρὸς λόγος ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου ἐστί. καὶ παρακατιών· γεγέννηται καθ' ἡμᾶς ἐκ γυναικός. καὶ μετ' ὀλίγα· ὁ ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγος ἐν μορφῇ τοῦ γεγεννηκότος ὑπάρχων κατῴκησεν ἐν ἀνθρώπῳ γεννηθέντι διὰ γυναικός. Ἐπεὶ οὖν ἀντιμεθίστανται ἡ, διά, τῇ, ἐκ, λέγουσι δὲ οἱ δυτικοὶ πατέρες καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ, οἱ δὲ ἀνατολικοὶ διὰ τοῦ υἱοῦ καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ, οὐ δίκαιόν ἐστι τούτους παραδόντας, τὴν, διά, ἀντὶ τῆς, μετά, καὶ ἀντὶ τῆς, σύν, ἐκλαμβάνειν· τὸ γὰρ, σὺν τῷ υἱῷ ἐκπορευόμενον, ἢ μετὰ τοῦ υἱοῦ ἐκ-



πορευόμενον, οὐδεὶς τῶν ἁγίων εἴρηκε· διότι, ὡς καὶ προείρηται, ὁ τρόπος οὗτος ἑνώσεως μᾶλλόν ἐστι καὶ οὐ διακρίσεως. διὰ τοῦτο καὶ τὴν διάκρισιν ταύτην εἰδότες οἱ καλῶς ἐπιστάμενοι τὰ τοῦ πνεύματος λέγειν, οὐ μετὰ τοῦ υἱοῦ ἢ σὺν τῷ υἱῷ τὸ πνεῦμα ἐκπορεύεσθαι ἔφησαν· εἰ γὰρ τοῦτο ἔγνωσαν, οὐκ ἂν ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἡ πηγὴ τῆς θεολογίας ἐν τῷ κατὰ Ἀρειανῶν τετάρτῳ λόγῳ ἔλεγεν· οὐ τὸ πνεῦμα συνάπτει τὸν λόγον τῷ πατρὶ, ἀλλὰ μᾶλλον τὸ πνεῦμα παρὰ τοῦ λόγου τοῦτο λαμβάνει. καὶ ἐν τῇ πρὸς Σεραπίωνα· ἐν Χριστῷ ἦν τὸ πνεῦμα, ὥσπερ ὁ υἱὸς ἐν τῷ πατρί· καὶ· τοιαύτην φύσιν καὶ τάξιν ἔχει τὸ πνεῦμα πρὸς τὸν υἱὸν, οἵαν ἔχει ὁ υἱὸς πρὸς τὸν πατέρα. καὶ Βασίλειος δὲ ὁ μέγας ὁ τῆς θεολογίας βυθὸς ἐν ιζ΄. τῶν πρὸς Ἀμφιλόχιον οὕτω φάσκει· ὡς τοίνυν ἔχει ὁ υἱὸς πρὸς τὸν πατέρα, οὕτω καὶ πρὸς τὸν υἱὸν τὸ πνεῦμα κατὰ τὴν ἐν τῷ βαπτίσματι παραδεδομένην τοῦ λόγου σύνταξιν· εἰ δὲ τὸ πνεῦμα τῷ υἱῷ συντέτακται, ὁ δὲ υἱὸς τῷ πατρὶ, καὶ τὸ πνεῦμα τῷ πατρὶ δῆλον. καὶ ἔτι Ἀθανάσιος ἐν τῷ λόγῳ τῷ κατὰ πασῶν τῶν αἱρέσεων, οὗ ἡ ἀρχή· τὸ προκείμενον ἀπὸ τοῦ εὐαγγελίου· φησίν· ὁμοίως καὶ ὁ μέγας Παῦλος, ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ εἰς τὰς καρδίας ἡμῶν, κρᾶζον, ἀββᾶ ὁ πατήρ· καὶ αὐτὸς ὁ πατὴρ λέγει διὰ τοῦ μεγάλου προφήτου· ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα, καὶ προφητεύσουσι· καὶ αὐτὸς ὁ κύριος ἐλθὼν σῶσαι τὸ γένος ἡμῶν τῶν ἀνθρώπων, αὐθεντικῇ φωνῇ εἶπεν· ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί· καὶ· ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια· καὶ· ἐὰν ἀπέλθω πρὸς τὸν πατέρα μου, οὐκ ἀφήσω ὑμᾶς ὀρφανούς, ἀλλὰ ἀποστέλλω ὑμῖν τὸν παράκλητον τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας· ἰδοὺ τὸ πνεῦμα ἐν τῇ ἀληθείᾳ, ἡ ἀλήθεια ἐν τῷ πατρί· ἰδοὺ ἡ Τριὰς ἀδιαίρετος. οἱ οὖν λέγοντες τὴν, διά, ἀντὶ τῆς, μετά, καὶ τῆς, σύν, οὐ προδήλως ἐναντίως λέγουσι ταῖς τῶν πατέρων θεολογίαις;

ΚΦΒΞ. Ὅρα δὲ καὶ ἐπὶ τῆς γεννήσεως, τὸν ἐκ τοῦ πατρὸς, φησὶ, γεννηθέντα πρὸ πάντων τῶν αἰώνων· μή τις ἐνταῦθα τὸ ἐκ μόνου προστίθησιν; ἀλλ' οὐδὲν ἧττον νοοῦμεν τοῦτο, καὶ λέγομεν ἡνίκα δεήσῃ· παρ' οὐδενὸς γὰρ ἄλλου γεννᾶσθαι τὸν υἱὸν μεμαθήκαμεν.

ΑΠΟΛ. Ὅτι μὲν ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς τὸν υἱὸν εἶναι καὶ μὴ προσκείμενον ἐν τῷ συμβόλῳ, καὶ αὐτὸς ὁ τίμιος ἀνὴρ ὁμολογεῖ· νοεῖ γὰρ οὕτω καὶ λέγει, φησίν, ἡνίκα δεήσῃ. καὶ ἡμεῖς μὴ προσκείμενον ἐν τῷ συμβόλῳ, καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ, νοοῦμεν τοῦτο καὶ λέγομεν ἡνίκα δεήσῃ· ὡσαύτως καὶ διὰ τοῦ υἱοῦ. διὰ τί; ὥσπερ γὰρ οἱ ἅγιοι ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς τὸν υἱὸν λέγουσι, κἂν ἐν τῷ συμβόλῳ οὐ πρόσκειται, καὶ ἡμεῖς οὕτω κηρύττομεν, οὕτω καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐκ ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεσθαι λεγόντων, ἀλλ' ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ ἐκ τοῦ πατρὸς διὰ τοῦ υἱοῦ, καὶ μὴ προσκείμενον ἐν τῷ συμβόλῳ, νοοῦμεν καὶ λέγομεν· ὅτι δὲ τὸ ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεσθαι οὐ θεολογοῦσιν οἱ ἅγιοι, τὸ δὲ ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς τὸν υἱὸν γεννᾶσθαι λέγουσιν, ἄκουσον· φησὶ γὰρ ὁ μέγας Βασίλειος ἐν τοῖς ἀντιρρητικοῖς, ἐν κεφαλαίῳ οὗ ἡ ἐπιγραφή· ὅτι οὐ κτίσμα ὁ υἱός· μονογενὴς ὁ υἱὸς διὰ τὸ μόνως ἐκ μόνου γεννᾶσθαι.

A enim cum Filio, nemo dixit ſanctorum, quandoquidem modus iſte, ut antea dictum eſt, unionis potius eſt quam diſtinctionis. Idcirco diſtinctionem hanc ſcientes, qui bene norunt philoſophari de Spiritu, numquam dixerunt, Spiritum procedere cum Filio: Nam ſi hoc ſciſſent, certe magnus Athanaſius, fons ille facultatis theologicæ, non dixiſſet quarto contra Arianos libro: Non coaptat Spiritus Verbum Patri, ſed Spiritus potius a Verbo hoc accipit: & in epiſtola ad Serapionem: In Chriſto erat Spiritus, ſicut Filius in Patre: &: Talem naturæ ordinem habet Spiritus ad Filium, B qualem Filius ad Patrem: & Baſilius magnus, theologiæ profundum, capite ad Amphilochium decimoſeptimo: Itaque ſicut, inquit, Filius ſe habet ad Patrem, ita & Spiritus ad Filium, juxta ſeriem in baptiſmi formula traditam: & ſi Filio Spiritus coordinatus eſt, Filius vero Patri, Spiritum quoque Patri coordinatum eſſe perſpicuum eſt. Rurſus hæc habet Athanaſius in ſermone contra omnes hæreſes; cujus initium: Propoſitum nobis eſt ex evangelio. Similiter & magnus Paulus: *Miſit Deus Spiritum Filii ſui in corda noſtra clamantem, Abba Pater.* Galat. 4. Et Pater ipſe per magnum prophetam ait. C *Effundam de Spiritu meo ſuper omnem carnem; & prophetabunt*: Joel. 2. & ipſe dominus cum ad ferendam humano generi ſalutem veniſſet, voce uſus, quæ majeſtatem domini decebat: *Ego*, inquit, *in Patre, & Pater in me eſt*: Joan. 14. &: *Ego ſum veritas*, &: *Si abiero ad Patrem meum, non relinquam vos orphanos, ſed mittam vobis Paracletum Spiritum veritatis*. Joan. 16. Ecce in veritate Spiritus: & veritas in Patre: Ecce Trinitas individua. Qui ergo dicunt præpoſitionem, Per, ſumi loco præpoſitionis, Cum, nonne manifeſte adverſantur theologiæ ſanctorum?

Eraſmus. Hoc ipſum generationis exemplo ſcies: Ex D Patre, inquit, natum ante omnia ſæcula: Numquid addit quiſpiam, Ex ſolo? nihilo tamen ſecius hoc intelligimus, &, ſi quando opus fuerit, exprimimus: Nam Filium a nullo alio generari didicimus.

Roffenſis. Fatetur & ipſe vir præſtantiſſimus, Filium ex Patre ſolo, licet in ſymbolo non ſit expreſſum: ita enim ſe ait intelligere, & cum opus fuerit, proferre. Ita plane & nos, licet in ſymbolo non ſit expreſſum, Et ex Filio, tamen intelligimus & exprimimus, quando eſt opus; &, Per Filium, ſimiliter: Cur ita? Quia ſicut ſancti Filium ex ſolo Patre aſſerunt, licet in ſymbolo non dicatur, & nos prædicamus; ad eumdem mo- E dum illis affirmantibus, Spiritum ſanctum non ex ſolo Patre procedere, ſed ex Patre & Filio, & ex Patre per Filium, quamvis in ſymbolo non recitetur, hoc idem intelligimus & dicimus. Quod vero ſanctorum patrum theologia non doceat, ex ſolo Patre Spiritum ſanctum procedere; Filium contra, ex ſolo Patre generari, audi. Baſilius magnus in confutationibus, capite: cui titulus; Quod Filius non ſit creatura: Unigenitus, inquit, eſt Filius, quia ſolus de ſolo generatur. Sanctus Joannes Damaſcenus rerum theologicarum capite decimoter-

tertio: Pater, inquit, ſolius eſt Filii: & capite de Trinitate, quod incipit: Credimus igitur; Unigenitus vero, inquit, quia ſolus de ſolo Patre ſingulariter genitus eſt. Gregorius theologus oratione in Heronem; Filium, ait, vere Filium: ſolus enim de ſolo ſingulariter & ſolummodo, neque enim eſt etiam Pater; totuſque Filius, & totius, & ab initio. Idem præterea oratione ſecunda de Filio: Unigenitus autem, inquit, non modo quia ſolus de ſolo & ſolummodo, ſed etiam quia ſingulariter non more corporeo. Hoc etiam Maximus in dialogo cum Anomœo dicit: Quandoquidem ſolus ex ſolo. Et Gregorius Nyſſenus dum narrat, quæ revelata fuerant ſancto Gregorio B Thaumaturgo: Unus, inquit, Deus & Pater Verbi viventis, ſapientiæ & virtutis ſubſiſtentis, figuræ ab omni æternitate exiſtentis, perfecti perfectus, Filii genitor unigeniti; & unus dominus ab uno unus. Et multos alios ſanctos reperias hoc aſſerentes. Quod ſi illi Spiritum quoque ex ſolo Patre procedentem credidiſſent, utique non tacuiſſent; & nos licet in ſymbolo non expreſſum, prædicaremus, quemadmodum ex ſolo Patre Filium agnoſcimus, dicimuſque edocti ab illis. Verum neque in ſymbolo, neque in ſcriptis ſanctorum patrum id ſcriptum eſt: imo cum de ſanctis hæretici quærerent, nunquam illi, E ſolo, dixerunt. C Nam Baſilius magnus in opuſculis contra Eunomium, capite quod inſcriptum eſt; Cur non filius Filii Spiritus ſanctus: Non, inquit, quod non ſit ex Deo per Filium; ſed ne Trinitas multitudo infinita cenſeatur, injecta ſuſpicione, ibi quoque filiorum eſſe filios ut in hominibus. Objicis, ſi Dei quidem imago eſt Filius, Filii autem Spiritus; & Filius quidem Dei Verbum, Filii vero Spiritus, cur Filii filius non eſt dictus Spiritus ſanctus? hoc enim uſus es fortiſſimo ad impietatem argumento; Siquidem aut filium, aut creaturam ſtatuis intelligi Spiritum. Cum hoc idem quærerent hæretici a Gregorio Na- D zianzeno, ut ſcribit ipſemet in oratione de Spiritu ſancto, Ex ſolo tamen Patre nec ipſe reſpondit. Quod ſi hanc habuiſſet ſententiam, nempe Spiritum ex ſolo Patre procedere, dixiſſet hoc, & multa ſe verborum moleſtia liberaſſet. Et rerum divinarum peritiſſimus Athanaſius in epiſtola ad Serapionem, quæ incipit; Legi & nunc a tua pietate ſcriptam epiſtolam; infert quæ ab hæreticis objiciebantur hoc modo: Deinde, ut ſcribis, addunt; Si ex Filio accipiet Spiritus, & ab ipſo datur; ſic enim ſcriptum eſt; protinus inferunt, Ergo avus *Joan. 16.* Pater, & Spiritus ejus nepos. Certe ſi E ſancti patres ex ſolo Patre Spiritum eſſe credidiſſent utique, ſicuti & Filium ex Patre ſolo affirmarunt; at nuſquam dixerunt hoc, cum tamen illos vehementer urgerent hæretici. Unde ergo vir egregius ſumpſerit vocem, Ex ſolo, neſcimus; oportebat enim auctores afferre, qui ita philoſophati ſint, & non ſilentio præterire; Cum ante ſchiſma nullus ſanctorum hoc dixerit. Idcirco ſatis eſſe arbitramur, ſi tantum dicamus, hoc quidem eſſe dictum a ſanctis; illud autem minime: & nos dicere & credere quod illi dicunt, li-

A καὶ ὁ θεῖος Ἰωάννης ὁ ἐκ Δαμασκοῦ ἐν τῷ ιγʹ· τῶν θεολογικῶν φησί. πατὴρ δὲ μόνου υἱοῦ. καὶ ἐν τῷ περὶ Τριάδος τοῦ αὐτοῦ θείου Δαμασκηνοῦ, οὗ ἡ ἀρχή· πιστεύομεν τοιγαροῦν· φησί· μονογενὴς δέ, ὅτι μόνος ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς μόνως ἐγεννήθη. Γρηγόριος ὁ Θεολόγος ἐν τῷ εἰς τὸν Ἥρωνα φησίν· ἀληθῶς υἱὸν τὸν υἱόν, ὅτι μόνος καὶ μόνου καὶ μόνως καὶ μόνον, οὐ γὰρ καὶ πατήρ, καὶ ὅλον υἱὸς καὶ ὅλου καὶ ἀπ᾽ ἀρχῆς. καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς ἐν τῷ περὶ υἱοῦ βʹ. λόγῳ φησί. μονογενὴς δέ, οὐχ ὅτι μόνος ἐκ μόνου καὶ μόνον, ἀλλ᾽ ὅτι καὶ μονοτρόπως οὐχ ὡς τὰ σώματα. τοῦτο καὶ Μάξιμος μετὰ Ἀνομοίου διαλεγόμενος φησίν· ἐπειδὴ μόνος ἐκ μόνου. καὶ B ὁ Νύσσης Γρηγόριος ἐν τῇ ἀποκαλύψει τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ Θαυματουργοῦ φησίν· εἷς Θεὸς καὶ πατὴρ λόγου ζῶντος, σοφίας ὑφεστώσης καὶ δυνάμεως καὶ χαρακτῆρος ἀϊδίου, τέλειος τελείου, γεννήτωρ υἱοῦ μονογενοῦς· καὶ εἷς κύριος μόνος ἐκ μόνου. καὶ πολλοὺς ἄλλους τῶν ἁγίων εὑρήσεις τοῦτο λέγοντας. εἰ οὖν ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορευόμενον ᾔδεισαν, ἔλεγον ἄν, καὶ ἡμεῖς καὶ μὴ προσκειμένου ἐν τῷ συμβόλῳ ἐκηρύττομεν, ὥσπερ καὶ ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς τὸν υἱὸν ἔγνωμεν, καὶ λέγομεν παρ᾽ αὐτῶν διδαχθέντες· ἀλλ᾽ οὔτε ἐν τῷ συμβόλῳ, οὔτε ἐν C τοῖς τῶν ἱερῶν πατέρων συγγράμμασι γέγραπται. ἀλλὰ καὶ ἐρωτώμενοι παρὰ τῶν αἱρετικῶν οἱ ἅγιοι, οὐκ εἶπον ἐκ μόνου· φησὶ γὰρ ὁ μέγας Βασίλειος ἐν τοῖς κατ᾽ Εὐνομίου, ἐν ἑνὶ τῶν κεφαλαίων οὗ ἡ ἐπιγραφή· διὰ τί μὴ υἱὸς τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· οὐ διὰ τὸ μὴ [illegible] δὲ υἱοῦ, ἀλλ᾽ ἵνα ἡ Τριὰς μὴ νομισθῇ πλῆθος ἄπειρον, υἱοὺς ἐξ υἱῶν ὡς καὶ ἐν ἀνθρώποις ἔχειν ὑποπτευθεῖσα. ἀλλὰ λέγεις, εἰ Θεοῦ μὲν εἰκὼν ὁ υἱός, υἱοῦ δὲ τὸ πνεῦμα· καὶ εἰ Θεοῦ μὲν λόγος ὁ υἱός, ῥῆμα δὲ υἱοῦ τὸ πνεῦμα· διὰ τί μὴ υἱὸς τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα εἴρηται; τούτῳ γὰρ ἰσχυροτάτῳ πρὸς τὴν ἀσέβειαν ἐχρήσω· ἢ γὰρ υἱόν, ἢ κτίσμα κελεύεις νοεῖν. ταῦ- D τα καὶ Γρηγόριος ὁ Θεολόγος παρὰ τῶν αἱρετικῶν ἐρωτώμενος, ὡς αὐτός φησιν ἐν τῷ περὶ τοῦ πνεύματος λόγῳ, οὐδ᾽ αὐτὸς εἶπεν, ἐκ μόνου πατρός· εἰ γὰρ οἶδεν ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἔλεγεν ἄν, καὶ λόγων ἀπηλλάγη πολλῶν. καὶ Ἀθανάσιος ὁ πολὺς τὰ θεῖα ἐν τῇ πρὸς Σεραπίωνα ἐπιστολῇ, ἧς ἡ ἀρχή· ἐνέτυχον καὶ τῇ νῦν γραφείσῃ· ἐπάγει, ὡς ἀπὸ τῶν αἱρετικῶν ταῦτα. εἶτα ἐπιλέγουσιν, ὡς γράφεις, εἰ ἐκ τοῦ υἱοῦ λήψεται τὸ πνεῦμα, καὶ παρ᾽ αὐτοῦ δίδοται· οὕτω γὰρ γέγραπται· εὐθὺς ἐπάγουσιν, οὐκοῦν πάππος ὁ πατήρ, καὶ ἔκγονον αὐτοῦ ἐστι τὸ πνεῦμα. εἰ οὖν ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς ᾔδεισαν τὸ E πνεῦμα εἶναι οἱ ἅγιοι, ἔλεγον ἄν, ὥσπερ καὶ ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς τὸν υἱὸν ἐθεολόγησαν· ἀλλ᾽ οὐδαμοῦ τοῦτο εἶπον, καίτοι γε παρὰ τῶν κακοδόξων πολλὰ ἀναγκασθέντες. πόθεν οὖν ὁ τίμιος οὗτος τὸ ἐκ μόνου ἔλαβε καὶ λέγει, οὐ συνορῶμεν· ἔδει γὰρ καὶ τοὺς τοῦτο θεολογοῦντας λέγειν, καὶ μὴ παρασιωπᾶν· πρὸ γὰρ τοῦ σχίσματος οὐδεὶς τῶν ἁγίων τοῦτο εἴρηκεν. διὸ ἀρκεῖν ἡγούμεθα λέγειν καὶ μόνον, ὅτι τὸ μὲν οἱ ἅγιοι λέγουσι, τὸ δὲ οὐ λέγουσι· καὶ ὃ μὲν λέγουσι, καὶ μὴ προσκείμενον ἐν τῷ συμβόλῳ, λέγομεν καὶ πιστεύομεν,



μεν· ὃ δὲ οὐ λέγουσιν, οὔτε φρονοῦμεν, οὔτε κηρύττομεν.

ΕΦΕΣ. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Δαμασκηνὸς Ἰωάννης ἐκ προσώπου τῆς ἐκκλησίας ἁπάσης καὶ τῶν Χριστιανῶν ἁπάντων, ἐκ τοῦ υἱοῦ, φησί, τὸ πνεῦμα οὐ λέγομεν. εἰ δὲ καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα οὐ λέγομεν, δῆλον ὡς ἐκ τοῦ πατρὸς μόνου λέγομεν. διὸ καὶ μικρὸν ἀνωτέρω τὸν υἱόν, φησίν, οὐ λέγομεν αἴτιον. καὶ ἐν τῷ ἐφεξῆς κεφαλαίῳ, μόνος αἴτιος ὁ πατήρ.

ſive ibi vitam agant , cum rege ſunt , at-
que ibi propius conjunctiuſque , non per
ſpeculum , non per fidem , ſed coram
ipſum intuentes . & Gregorius Nazianze-
nus ad finem ſermonis in ſanctum Cy-
prianum ; Et radiantem , inquit , ful-
gorem ſanctæ Trinitatis , cui nunc aſtas,
Idem fuſius de hac ipſa re in funebri ora-
tione in ſororem . At quid opus eſt af-
ferre multa teſtimonia ? Nam in tracta-
tu , quem de hac materia edidimus , co-
pioſius explicatiuſque diſſeruimus , apolo-
giam " pro quarto definitionis capite ſcri-
bentes , quam qui legerit , inveniet alio-
rum quoque teſtimoniorum congeriem .
Itaque ſi ſanctæ Trinitati aſſiſtunt ſancti ,
& coram præſentes Dei faciem intuentur ,
nec tamen perfecta fruuntur beatitudine ,
ſed alia in re conſiſtit beatitas, oſtendat
ipſe , & nos ſilebimus : Verum nihil pote-
rit oſtendere viſione Dei ſublimius . Unum
eſt , in quo ſanctos multi diſſentire exiſti-
mant , quod ii modo perfectam dicant a
ſanctis acquiri beatitudinem , modo vero
non perfectam ; Nam cum ſermo eſt illis
de animabus ſanctorum , perfectam ajunt
haberi beatitudinem ; cum vero de toto
homine , nondum perfectam ; Qui enim frui

" Notanda hæc quoque authoris verba.

A γὰρ ἂν ἔλαττον εἶχε τῶν ἄλλων ἁγίων ὁ ὑπὲρ πάν-
τας σχεδὸν , εἴγε διὰ τὸ τὴν σάρκα φορεῖν ἀφεστήκει
τῆς μετ' αὐτῶν κοινωνίας καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ πρὸς πρό-
σωπον θεωρίας , ἧς καὶ παρὰ πάντα τὸν βίον ἐξαι-
ρέτως ἀπήλαυσε . μαρτυρεῖ μοι τῷ λόγῳ καὶ τὸ εἰς
αὐτὸν παρὰ τῆς ἐκκλησίας ᾀδόμενον οὕτως ἔχον·
προφῆτα κῆρυξ Χριστοῦ τοῦ θρόνου τῆς μεγαλω-
σύνης οὐδέποτε χωρίζῃ , καὶ ἑκάστῳ ἀσθενοῦντι ἀεὶ
παρίστασαι , ἐν τοῖς ὑψίστοις λειτουργῶν τὴν οἰκου-
μένην εὐλογεῖς πανταχοῦ δοξαζόμενος . ἰδοὺ λαμ-
πρῶς καὶ προφανῶς ὁ τίμιος οὗτος τῆς πρὸς πρό-
σωπον θεωρίας τοῦ Θεοῦ τοὺς ἁγίους ἀπολαύειν
διισχυρίζεται , καὶ τὸν ἅγιον Ἠλίαν καὶ μετὰ τοῦ
B σώματος τῆς τοιαύτης ἀξιοῦσθαι θεωρίας φάσκει.
εἰ οὖν ἄλλο τί ἐστιν ἡ ἡτοιμασμένη βασιλεία καὶ
τὰ ἀπόρρητα ἀγαθὰ εἰ μὴ ἡ τοῦ Θεοῦ θεωρία
ἡ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον , ἐμφανισάτω ἡμῖν·
ἔσται γὰρ ἐκείνη μείζων τῆς θεωρίας αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ
ἡ ἀπόλαυσις · ἀλλ' οὐδεὶς τῶν ἁγίων μέχρι καὶ
τήμερον τοῦτ' εἴρηκεν , ὅτι ἐστί τι μεῖζον εἰς ἀπό-
λαυσιν , εἰ μὴ μόνη ἡ τοῦ Θεοῦ θεωρία . ἀλλὰ
καὶ τὸ παρὰ τοῦτον τὸν βίον τοιαύτης ἀξιοῦσθαι
θεωρίας , ὡς αὐτός φησιν , οὐδεὶς εἴρηκε · τὸ δὲ
πρόσωπον πρὸς πρόσωπον ὁρᾷν τοὺς ἁγίους νῦν
τὸν Θεὸν , καλῶς καὶ ἀληθῶς λέγει · ἔχει γὰρ καὶ
C ἄλλους τῶν ἁγίων λέγοντας τοῦτο , ἀλλὰ καὶ τὸν
πατέρα καὶ διδάσκαλον Ἰωάννην τὸν χρυσοῦν τὴν
γλῶτταν · φησὶ γὰρ ἐν τῷ λόγῳ , οὗ ἡ ἐπιγραφὴ
ὅτι τοὺς ἁμαρτωλοὺς δεῖ θρηνεῖν , καὶ ὅτι μεγάλως
ὠφελοῦσι τοὺς κεκοιμημένους αἱ ὑπὲρ αὐτῶν λει-
τουργίαι · ἡ δὲ ἀρχὴ τοῦ λόγου · ὁ θάνατος , ἀδελ-
φοί , τῶν ἀδιαφόρων ἐστί · χαίρωμεν δὲ ἐπὶ τοῖς
δικαίοις μὴ ζῶσι μόνον , ἀλλὰ καὶ τετελευτηκό-
σιν · ἐκεῖνοι καὶ ἐνταῦθα ὄντες ἐλεεινοὶ πᾶσίν εἰ-
σιν , ἐπειδὴ προσκρούουσιν · οὗτοι καὶ ἐκεῖ μετα-
στάντες μακάριοι , ὅτι πρὸς Χριστὸν ἀπῆλθον . οἱ
ἁμαρτωλοὶ ὅπου ἂν ὦσι πόῤῥω τοῦ βασιλέως εἰσὶ ,
διὰ τοῦτο καὶ δακρύων ἄξιοι · οἱ δὲ δίκαιοι ἄν τε
D ἐνταῦθα , ἄν τε ἐκεῖ , μετὰ τοῦ βασιλέως εἰσὶ ,
κἀκεῖ μᾶλλον καὶ ἐγγύτερον , οὐ διὰ ἐσόπτρου , οὐ
διὰ πίστεως , ἀλλὰ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον .
καὶ Γρηγόριος δὲ ὁ Θεολόγος ἐν τῷ τέλει τοῦ λό-
γου τοῦ εἰς τὸν ἅγιον Κυπριανόν φησί · καὶ τὴν
τῆς ἁγίας Τριάδος ἔλλαμψιν , ᾗς νῦν παραστά-
της *. ἔτι πλατύτερον ὁ αὐτὸς περὶ τούτου ἐν τῷ
εἰς τὴν ἀδελφὴν ἐπιταφίῳ . καὶ τί δεῖ πολλὰς εἰ-
σάγειν μαρτυρίας ; ἐν γὰρ τῇ περὶ τούτου πραγμα-
τείᾳ πλατύτερον εἰπόμεν καὶ σαφέστερον , ὑπεραπο-
λογούμενοι τοῦ ἐν τῷ ὅρῳ τετάρτου κεφαλαίου . καὶ ὁ
ἐντυχὼν ἐκείνοις καὶ τὰς λοιπὰς εὑρήσει μαρτυρίας.
E εἰ οὖν οἱ ἅγιοι παρίστανται τῇ ἁγίᾳ Τριάδι , καὶ πρό-
σωπον πρὸς πρόσωπον ὁρῶντες τὸν Θεὸν οὐκ ἀπο-
λαμβάνουσι τελείως , ἀλλὰ ἄλλο τί ἐστιν ἡ ἀπόλαυσις,
ἐμφανισάτω αὐτὸς , καὶ ἡμεῖς σιγήσομεν · ἀλλ' οὐκ ἕ-
ξει τι πλέον δεῖξαι , εἰ μὴ τὴν θεωρίαν ταύτην .
ἓν μόνον ἐστὶν , ᾧ οἱ πολλοὶ καὶ διαφωνοῦντας τοὺς
ἁγίους νομίζουσιν , ὅτι ποτὲ μὲν τελείως λέγουσιν
ἀπολαμβάνειν τοὺς ἁγίους , ποτὲ δὲ οὐ τελείως .
ὅταν γὰρ περὶ τῶν ψυχῶν αὐτῶν ἐννοοῦσι καὶ λέ-
γουσιν , ἀπολαμβάνειν τελείως φασίν · ὅταν δὲ
περὶ τοῦ ὅλου ἀνθρώπου , οὐ τελείως · πῶς γὰρ

* deest ὑπάρχεις aut quid ſimile.

τῆς



τῆς κοινῆς ἀναστάσεως μὴ ἐλθούσης τὸ συναμφό-
τερον ἀπολαμβάνοι ; διὸ καθὸ μὲν ψυχαὶ τελείως
ἀπολαμβάνουσιν οἱ ἅγιοι , καθὸ δὲ οὐ μόνον ψυ-
χαὶ ἦσαν , ἀλλὰ σώματι ἐνεδέδυντο , οὐ τελείως
ἀπολαμβάνουσιν . ὡς γὰρ εἶδός ἐν τῷ σώματι ἡ
ψυχή . καὶ ἡ μὲν ὕλη , ὅπερ ἐστὶ τὸ σῶμα , οὔπω
ἀνέστη , οὐδ' ἀπέλαβεν · ἡ δὲ ψυχὴ τελείως ἀπο-
λαμβάνει , ὅτι δὲ τὸ συναμφότερον ὁ ἄνθρωπος,
καὶ τὸ συναμφότερον ἠγωνίσατο , οὔπω τελείως
λέγομεν ἀπολαμβάνειν . ὅταν δὲ ἀπὸ μέρους τὸ
πᾶν λογιζόμεθα καὶ τοῦ τιμιωτέρου , τελείως
λέγομεν ἀπολαμβάνειν τοὺς ἁγίους . μαρτυρήσει
τοῦτο καὶ ὁ μακάριος Γρηγόριος ὁ Διάλογος ἐν
τῷ κεφαλαίῳ τῶν διαλόγων . ἐπεὶ πῶς ἄλλως
ἔχομεν ἐννοεῖν , ὅτι εἰ μὴ τέλειον ἀπέλαβον τὸν
στέφανον ἐν οὐρανοῖς , ἵνα πρεσβεύωσιν ὑπὲρ τῶν
ψυχῶν ἡμῶν ; εἰ γοῦν οὐκ ἀπέλαβον τὸ τέλειον,
οὐδὲ πρεσβεύουσιν , ἀλλ' οὐδὲ πρεσβεύσουσιν .
ἐν γὰρ τῷ μέλλοντι πρεσβεία οὐκ ἔσται . ἀλλ' ὅτι
καὶ ἐν πυρὶ κολάζονται πρὸ τῆς κοινῆς ἀναστάσεως
οἱ μὴ ἐνταῦθα ἱκανοποιήσαντες , ἀπὸ διηγήσεως
τῶν πατέρων καὶ περὶ τούτου ἐμφανέστερον ποιήσο-
μεν . ἐν τῷ ἐπ' ἐκκλησίας ἀναγινωσκομένῳ λόγῳ,
τῷ ἐπιγραφὴν ἔχοντι , Ἰωάννου μοναχοῦ καὶ πρε-
σβυτέρου τοῦ Δαμασκηνοῦ , μετὰ τῶν ἄλλων τῶν
C ὁμοίων τούτῳ καὶ τοῦτο παραλέγεται · ὅτι τις τῶν θεο-
φόρων πατέρων μαθητὴν ἔχων ἐν ἀμελείᾳ βιοῦν-
τα , καὶ τοῦτον πρὸς τὸ τοῦ βίου πέρας ῥαθύμως ἐπι-
φθάσαντα , ὁ πανοικτίρμων καὶ φιλόψυχος κύ-
ριος μετὰ δακρύων αἰτησαμένου τοῦ γέροντος , ὡς
κατὰ τὸν Λάζαρον πλούσιον , ἐν τῇ φλογὶ καυ-
σούμενον μέχρι τοῦ τραχήλου ὑπέδειξεν · ὡς ἐν-
τεῦθεν πολλὰ τοῦ ἁγίου πονήσαντος , καὶ σὺν δά-
κρυσι τὸν Θεὸν ἐκλιπαρήσαντος , παντελεύθε-
ρον καὶ τοῦ πυρὸς λελυτρωμένον ἐν ὀπτασίᾳ τῷ
γέροντι δεδεῖχθαι · διὰ γὰρ τῆς ἀμελείας τὴν
κόλασιν ὑπέμεινε , διὰ τοῦτο καὶ ἀφέλατος ἡ τοι-
αύτη ἁμαρτία . εἰ οὖν τοῦτο ψεῦδος , καὶ τὸ παρὰ
D Λατίνοις πυργατώριον ψεῦδός ἐστιν · εἰ δὲ τοῦτο
ἀληθὲς , ἐπὶ καὶ τὸ πλήρωμα τοῦ εὐαγγελίου
ἐκ τῶν βίων τῶν ἁγίων πατέρων πιστούμεν , πάν-
τως ἀληθῆ εἰσι καὶ ἃ σὺν Λατίνοις λέγομεν , κἂν
αὐτὸς ἀπαρέσκηται . καὶ Μαλαχίας δὲ ὁ προφή-
της φησίν · ὡς πῦρ ἐν χωνευτηρίῳ , καὶ ὡς ποία
πλυνόντων πλυνεῖ καὶ καθαριεῖ ὁ Θεὸς τινάς .
τὸ πῦρ οὖν ἐκεῖνο τὸ αἰώνιον οὐ καθαριεῖ τινας ,
οὐδὲ πλυνεῖ . εἰ οὖν οἱ ἁμαρτάνοντες ἀπὸ μόνης
ἐξομολογήσεως ἐν τῷ τέλει τοῦ βίου συγχωροῦν-
ται , περιττὰ πάντα ὅσα μετὰ θάνατον ἢ καὶ
ζῶντος τοῦ ἐξομολογουμένου ἡ ἐκκλησία νενομο-
E θέτηκε ποιεῖν ὑπὲρ τῶν ζώντων τε καὶ τεθνεώτων .
ἀλλὰ καὶ οἱ ἀμετανοήτως ἀποθνήσκοντες ἁμαρ-
τωλοὶ εἰς κόλασιν ἀπέρχονται . φησὶ γὰρ ὁ θεῖος
Μάξιμος πρὸς Κουβικουλάριον γράφων · τίς
γὰρ , ἀγαπητὲ , τῶν κατ' ἐμὲ ῥύποις ἁμαρτη-
μάτων κατεστιγμένος οὐ φοβεῖται τὴν τῶν ἁγίων
ἀγγέλων ἐπιστασίαν , ὑφ' ὧν κατὰ τὴν θείαν ψῆφον
τῆς παρούσης ζωῆς τὸ πέρας δεχόμενος βίᾳ τοῦ
σώματος μετ' ὀργῆς ἐξωθεῖται καὶ μὴ βουλόμενος ;
τίς κεκηλιδωμένην ἑαυτῷ συνεπιστάμενος τὴν συν-
είδησιν , οὐ δέδοικε τὴν ὠμοτάτην τῶν πονηρῶν

poſſit , utraque hominis conjuncta pars an-
te communem reſurrectionem ? Idcirco
ſancti , quod attinet ad animas , perfe-
cte beati ſunt ; quod vero ad corpora ,
quibus induti erant , cum non eſſent
nudæ animæ , non ſunt perfecte beati .
Eſt enim in corpore anima ut forma ,
& materia quidem , ſcilicet corpus , non-
dum ſurrexit , nec præmiis affectum eſt ;
anima vero perfectum beatitudinis ſtatum
aſſequitur . Et quoniam homo ex utro-
que conſtat , & pars utraque labores ſu-
ſtinuit , ideo nondum perfectam eſſe di-
cimus beatitudinem . Cum vero totum a
nobiliori intelligimus , completam dici-
mus a ſanctis poſſideri beatitudinem . Hu-
jus rei teſtis erit beatus Gregorius papa
in libro dialogorum . Alioquin qua ra- Lib. 4. c. 39.
tione concipiamus animo , ſanctos inter-
cedere pro animabus noſtris , ſi illa per-
fecta beatitudinis corona non ſunt redi-
miti ? Si ergo plenam beatitudinem non-
dum adepti ſunt , nec intercedunt , nec in-
tercedent ; in futuro enim ſæculo nulla erit
interceſſio . Ceterum eos etiam , qui in hac
vita non ſatisfecerunt , ignis cruciatum an-
te communem reſurrectionem pati , pro-
babimus ex narratione patrum . Legi-
tur in eccleſia ſermo hac inſcriptione ;
Joannis monachi & presbyteri Damaſce-
ni ; in quo cum multa alia conſimilia
narrentur , habetur hoc etiam : fuiſſe
patrem quemdam ſanctitate conſpicuum ,
qui diſcipulum haberet vitam negligentius
traducentem , hunc igitur ubi eadem ne-
gligentia e vita ceſſiſſet , clementiſſimus
animarumque amator Deus ad preces &
lacrymas ſenis , ut alterum evangelicum
epulonem , oſtendit uſque ad cervicem flam-
mis immerſum : ut propterea vir ſanctus
poſt multum ſudorem & lacrymas ad Deum
cum precibus fuſas , liberum omnino illum ,
& e flammarum pœnis ereptum per viſum
conſpexerit : namque ob negligentiam pœ-
nis fuerat addictus , idcirco veniam hujuſ-
modi peccatum impetravit . Si falſum eſt
hoc , purgatorium quoque , quod Latini
aſſerunt , eſt falſum : Si verum ( nam & ip-
ſi evangelicæ hiſtoriæ fidem habemus per
ea , quæ legimus in actis ſanctorum patrum )
vera profecto erunt , quæ nos cum Latinis
dicimus , licet ipſi non probentur . Prophe-
ta quoque Malachias ; *Quaſi ignis* , inquit , Cap. 3.
*conflans , & quaſi herba fullonum purgabit Deus
& emundabit quoſdam* . Atqui ignis ille æ-
ternus neminem purgabit , nullius maculas
abſterget . Quod ſi peccatoribus ad finem
vitæ per ſolam confeſſionem pœna omnis
remittitur , ſuperflua certe erunt , quæcum-
que ſeu manente in vita , ſeu defuncto
pœnitente obſervanda ſtatuit eccleſia pro
vivis atque defunctis . Illud præterea certum
eſt , peccatores ſine pœnitentia decedentes
ad æterna migrare ſupplicia : nam ſan-
ctus Maximus Cubiculario ſcribens ſic ait :
Quis mei ſimilium , dilectiſſime , peccatorum
ſordibus pollutus non paveat ſanctorum
angelorum præſentiam , a quibus ex hac
vita juſſu Dei diſceſſurus , vi & iracunde
e corpore vel invitus extruditur ? Quis ſi-
bi conſcius ſcelerum non reformidet fero-
ciſſimum & inhumanum impiorum dæmo-
num occurſum , cum eorum unuſquiſque

A per aeris ſpatium miſeram animam poſt egreſſum ad ſe ſe tenaciſſime pertrahat, & illa manifeſtis convicta criminibus ſpem omnem acquirendæ beatitudinis miſerabiliter abjiciat? Ita poſt habitam in aere per ſpiritualia nequitiæ quæſtionem, rationiſque ſupputationem, ſequitur præcipitatio ad inferos & incolatus: ubi denſiſſimæ tenebræ & altiſſimum ſilentium; ubi damnatorum animæ pro alimento habent acerbiſſimos gemitus, & amariſſimas lacrymas, & mœrorem in perditiſſimo ſtatu; omni tempore nihil aliud præſtolantes, quam æquo judicio ferendam de meritis ſuis ſententiam. Hanc illis B perpetuam triſtitiam ac dolorem facit reſurrectionis ſpes, terribilis Chriſti adventus dies, horroris pleniſſimus ad tribunal acceſſus, totius vitæ reddenda ratio; per quam qui ad Chriſti dexteram ſtabunt, promiſſa ineffabilium bonorum præmia conſequentur, qui vero ad ſiniſtram, ignem habebunt æternum, & tenebras exteriores, & vermem perpetuo rodentem, & ſtridorem dentium, & jugiter manentem lacrymam, & ſemper duraturam ignominiam. Et beatus Gregorius papa libro dialogorum citato ait, *Lib. 4. c. 28.*

C Petrus. Inquiſitioni meæ ſufficienter jam video ſatisfactum: Sed hoc eſt adhuc, quod quæſtione animum pulſat; quia cum ſuperius dictum ſit, eſſe jam ſanctorum animas in cœlo, reſtat procul dubio, ut iniquorum quoque animæ eſſe non niſi in inferno credantur: & quid hac de re veritas habeat, ignoro. Nam humana æſtimatio non habet, peccatorum animas ante judicium poſſe cruciari.

Gregorius. Si eſſe ſanctorum animas in cœlo ſacri eloquii ſatisfactione credidiſti, oportet ut per omnia eſſe credas & iniquorum animas in inferno. Quia ex D retributione æternæ juſtitiæ, ex qua juſti jam glorantur, neceſſe eſt per omnia ut & injuſti crucientur. Nam ſicut electos beatitudo lætificat, ita credi neceſſe eſt, quod a die exitus ſui ignis reprobos exurat.

*c. 45.* En perſpicue oſtenſum eſt, eos qui ſine pœnitentia diem ſuum obeunt, migrare ad pœnas luendas; expectantes interim ſuorum aſſumptionem corporum, ut pars utraque ſupplicia ferat; quando re vera perfecta eſt & dicitur futura ſine fine pœnarum exactio. Quare non opus eſt probare hoc pluribus, cum ſint ſatis quæ attulimus: quibus ſi fidem habere noluerit, nec E etiam habebit aliis, quantumvis multa congeramus.

*Ephes.* Et nos quidem Judaicum azymum averſamur, obtemperantes apoſtolorum canonibus. Iſti vero in ſua definitione, quod Latini ſacrificant, Chriſti corpus eſſe affirmant:

*Reſp.* Neſcit profecto bonus iſte vir, quantum differat inter Judaicum paſcha & azyma, & myſticum ſacrificium. Nam apoſtolicus canon prohibet celebrari paſcha cum Judæis, hoc eſt agnum & azyma

A δαιμόνων καὶ βαρβαρώδη ὑπάντησιν, ἑκάστου τούτων κατὰ τὸν ἀέρα μετὰ τὴν ἔξοδον πρὸς ἑαυτὸν ἀφειδῶς τὴν ἀθλίαν ψυχὴν ἕλκοντος; καὶ τῷ ἐλέγχῳ τῶν αὐτῇ πεπραγμένων τῆς ἐπὶ τοῖς μέλλουσιν ἀγαθοῖς ἐλπίδος ἐλεεινῶς ἀπογνώσιν; μετὰ δὲ τὴν γενομένην κατὰ τὸν ἀέρα πρὸς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας διάγνωσίν τε καὶ λογοθέτησιν, ἡ πρὸς τὸν ᾅδην κατάπτωσις διαδέχεται καὶ παροίκησις· ἐν ᾧ σκότος βαθὺ καὶ βαθυτάτη σιγή· τροφὴν ἔχουσαι αἱ ἐκεῖσε καταδεδικασμέναι ψυχαὶ τοὺς δριμυτάτους στεναγμούς, καὶ τὰ πικρότατα δάκρυα, καὶ τὴν ἐπὶ τοῖς δεινοῖς κατήφειαν· ἐκδεχόμεναι διὰ παντὸς οὐδὲν ἄλλο, B ἢ μόνην τὴν ἐπὶ τῇ δικαίᾳ ψήφῳ δικαίαν ἀνταπόδοσιν. ταύτην οὖν συνίστησιν αὐτοῖς τὴν ἄπαυστον λύπην καὶ ὀδύνην ἡ τῆς ἀναστάσεως ἐλπίς, ἡ τῆς φοβερᾶς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας ἡμέρα, ἡ φρικωδεστάτη παράστασις, ἡ περὶ τῶν βεβιωμένων πάντων ἀπολογία· καθ' ἣν οἱ μὲν ἐκ δεξιῶν τοῦ Χριστοῦ στάντες λήψονται τῶν ἀπορρήτων ἀγαθῶν τὰς ἐπαγγελίας, οἱ δὲ τὴν ἀριστερὰν στάσιν λαχόντες τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, καὶ τὸ ἐξώτερον σκότος, καὶ τὸν ἀκοίμητον σκώληκα, τὸν βρυγμὸν τῶν ὀδόντων, καὶ τὸ διηνεκὲς δάκρυον, καὶ τὴν ἀπέραντον αἰσχύνην. καὶ ὁ μακάριος Γρηγόριος ὁ Διάλογος C ἐν τῷ προμνημονευθέντι λόγῳ τῶν διαλόγων φησίν.

Πέτρος διάκονος: συντίθεμαι· τοῦτο δὲ ἀκμὴν ἀπορῶ, εἰ καθὼς τὰς τῶν ἁγίων ψυχὰς ἐν τῷ οὐρανῷ εἶναι ἀπεδείχθη, οὕτω καὶ τὰς τῶν ἀμαρτωλῶν ἐν [illegible] τί δὲ περὶ τούτου τοῦ ζητήματος ἡ ἀλήθεια ἔχει ἀγνοῶ· ἡ γὰρ τῶν πολλῶν ὑπόληψις οὐκ ἔχει τὰς τῶν ἁμαρτωλῶν ψυχὰς πρὸ τῆς κρίσεως δύνασθαι τιμωρεῖσθαι.

Γρηγόριος: εἰ πάντως τὰς τῶν ἁγίων ψυχὰς ἐν τῷ οὐρανῷ εἶναι ἐπίστευσας, δέον ἐστὶν ἵνα καὶ τὰς τῶν ἀδίκων ψυχὰς ἐν τῷ ᾅδῃ εἶναι ἐκ παντὸς πιστεύσῃς. D ἐκ γὰρ τῆς ἀνταποδόσεως τῆς ἀιδίου δικαιοσύνης, ἐξ ἧς οἱ δίκαιοι δοξάζονται, ἀναγκαῖον ἀκόλουθόν ἐστιν, ἵνα καὶ οἱ ἄδικοι πάντως κολάζωνται. καθάπερ γὰρ τοὺς ἐκλεκτοὺς ἡ μακαριότης εὐφραίνει, οὕτω πιστεύειν χρὴ ὅτι καὶ τοὺς ἀδίκους ἀπὸ τῆς ἡμέρας τῆς ἐξόδου αὐτῶν τὸ πῦρ καταφλέγει.

Ἰδοὺ δέδεικται σαφῶς ὅτι καὶ οἱ ἀμετανοήτως ἀποθνήσκοντες εἰς κόλασιν ἀπέρχονται, ἐκδεχόμενοι καὶ τὴν ἐπίδοσιν τῶν σωμάτων, ἵνα τὸ συναμφότερον κολάζηται, ὅτε καὶ τελεία λέγεται κυρίως καὶ ἔστιν ἡ ἀπέραντος κόλασις. οὐ χρεία οὖν τοῦ λοιποῦ ἐπιδεικνύειν περὶ τούτου, ἀρκούντων τῶν εἰρη- E μένων· εἰ δὲ καὶ τούτοις οὐ πεισθήσεται, οὐδ' ὅσα ἄν τις εἴπῃ, πεισθήσεται.

Καὶ ἡμεῖς μὲν ἀποστρεφόμεθα τὸ Ἰουδαϊκὸν ἄζυμον, τοῖς ἀποστόλοις κανόσιν ὑπακούοντες· οὗτοι δὲ ἐν τῷ αὐτῶν ὅρῳ σῶμα Χριστοῦ τὸ παρὰ τῶν Λατίνων ἱερουργούμενον ἀποφαίνονται. *ΕΦΕΣ.*

Ὡς ἔοικεν οὖν ὁ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος οὗτος ἀγνοεῖ, ὅσον τὸ διάφορον τοῦ Ἰουδαϊκοῦ πάσχα καὶ τῶν ἀζύμων, καὶ τῆς μυστικῆς ἱερουργίας. ὁ γὰρ ἀποστολικὸς κανὼν τοὺς μετὰ Ἰουδαίων τὸ πάσχα τελοῦ- *ΑΠΟΛΟΓΙΑ.*



ντας, ὅπερ ἐστὶν ὁ ἀμνὸς καὶ τὰ ἄζυμα, κωλύει· ὅπερ καὶ ἡ ἐν Νικαίᾳ σύνοδος διὰ πολλῆς σπουδῆς εἶχε τοῦτο κατορθῶσαι· ὅπερ καὶ κατορθώσασα τῇ Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίᾳ γράφει· εὐαγγελιζόμεθα ὑμῖν καὶ περὶ τῆς συμφωνίας τοῦ ἁγιωτάτου πάσχα, ὅτι ταῖς ὑμετέραις εὐχαῖς κατωρθώθη καὶ τοῦτο τὸ μέρος· ὥστε πάντας τοὺς τῆς ἑῴας ἀδελφούς, τοὺς μετὰ Ἰουδαίων τὸ πρότερον ποιοῦντας, σύμφωνα Ῥωμαίοις καὶ ὑμῖν καὶ πᾶσι τοῖς ἐξ ἀρχῆς μεθ' ἡμῶν φυλάττουσι, τὸ πάσχα ἐκ τοῦ δεῦρο μεθ' ἡμῶν ἄγειν. τελείας οὖν ἀναστάσεως γενομένης ἀτελῶς τινες ἑορτάζοντες ταύτην οὐκ ἐρυθριῶσιν. αὐτὸς δὲ οὐκ οἶδ' ὅπως εἰπεῖν, B προσποιούμενος μὴ εἰδέναι ὅσα τε λέγουσιν οἱ ἅγιοι, καὶ μάλιστα ὅτι ὁ Χριστὸς τὸ νομικὸν πάσχα τελέσας, μετὰ δὲ ταῦτα τὴν μυστικὴν ἐκείνην θυσίαν τετέλεκε, καὶ μετέδωκεν αὐτοῖς τὴν μυστικὴν καὶ φρικτὴν ἱερουργίαν, καὶ τὰ θεῖα ῥήματα τό· τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου· καί· τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου· πάντα τὰ πληρούμενα κατὰ τὸν δοθέντα παρὰ τῆς ἐκκλησίας Χριστοῦ ὅρον τε καὶ κανόνα, εἰς τὴν τοῦ Ἰουδαϊκοῦ πάσχα τελετὴν ἀναφέρει, καὶ τὸν κανόνα προβάλλεται. οὐκ οἶδεν οὖν ὁ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος ὡς ἔοικε· κρεῖττον γὰρ τοῦτο λέγειν ἡμᾶς· ἢ οἶδε μέν, ἑκουσίως δὲ ταῦτα λέ- C γει, ἐξαπατῶν τοὺς ἀφελεστέρους. ἡμεῖς δέ φαμεν, ὅτι τέσσαρα περιεῖχεν ὁ παλαιὸς νόμος· κριτικά· μυστικὰ ἢ τυπικά, ἀμφότερα γὰρ ἓν δηλοῦσιν· ἠθικά, καὶ σκιώδη· καὶ τὰ μὲν κριτικὰ ἡμέρωσεν ὁ κύριος· τὴν γὰρ ἐπὶ μοιχείᾳ κατειλημμένην τοῦ νόμου κελεύοντος λιθοβολεῖν, ὁ κύριος εἴρηκεν· ὅστις οὐχ ἥμαρτε, βαλλέτω λίθον ἐπ' αὐτήν· καὶ πάλιν· ὀδόντα ἀντὶ ὀδόντος· καὶ τό· ὅστις σε ῥαπίσει. καὶ τί δεῖ λέγειν κατὰ μέρος, πάντων ταῦτα εἰδότων ἀκριβῶς; τὰ ἠθικὰ ηὔξησε διὰ τῆς εὐαγγελικῆς διδασκαλίας· ὅπερ θεμέλιον ἔχοντες οἱ τε ἀπόστολοι καὶ οἱ διδάσκαλοι D πολλὰ περὶ ἀρετῆς εἶπον, καὶ τὴν κακίαν ἐξηλίπισαν καὶ ἀπεδίωξαν, τὴν δὲ σεμνότητα ἐτράνωσαν, καὶ ταῖς τῶν ἀνθρώπων ψυχαῖς ἐνεφύτευσαν. τὰ δὲ τυπικὰ ἃ καὶ μυστικὰ καλοῦσιν ἀπέκοψε, τὴν περιτομήν, καὶ τὸ σάββατον, καὶ τὰς ζωοθυσίας, καὶ τὸ πάσχα, καὶ τὸν ἀμνόν. διὰ τοῦτο καὶ ταῦτα ἐν Ἱεροσολύμοις ἐκέλευσε καὶ μόνοις τελεῖσθαι, ἵνα καὶ ῥᾳδίως ἡ κατάλυσις αὐτῶν γένηται, τοῦ ναοῦ καὶ τῆς πόλεως κατασκαφέντων, ἄλλοθεν δὲ μὴ δυνάμενοι ταῦτα τελεῖν παύσωνται. τὰ δὲ σκιώδη μετεμόρφωσεν, ἀντὶ σκιᾶς τὴν ἀλήθειαν μορφώσας. αὐτὸς δὲ τὴν ἀναίμακτον καὶ φρι- E κτὴν θυσίαν, τὴν τελειουμένην παρὰ τοῦ πνεύματος καὶ αὐτοῦ Χριστοῦ καὶ τοῦ πατρός, ὡς ἀδιαιρέτων ὄντων τῶν ἔργων τῆς ἁγίας Τριάδος, εἰ καὶ αὐτὴ ἡ φωνὴ τοῦ σωτῆρός ἐστιν, ἡ κελεύουσα· τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου· καὶ· τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου· τὸν ἄρτον, καὶ τὸν οἶνον καὶ τὸ ὕδωρ εἰς σῶμα Χριστοῦ μεταρρυθμίζουσα καὶ αἷμα, ὥς φησιν ὁ θεῖος Χρυσόστομος· εἰς τὴν τοῦ Ἰουδαϊκοῦ πάσχα τελετὴν ἀνάγει, καὶ τὸν κανόνα παρεξηγεῖται· ἀλλ' ἡμεῖς πάντα τῶν Ἰουδαίων τὰ μυστικὰ ἀκάθαρτα, ὡς καὶ ὁ Χρυσόστομος ἐν τοῖς κατὰ Ἰουδαίων λόγοις πραγματευόμενος παρίστησιν, ὧν ἕν ἐστι καὶ τὸ πάσχα, ὡς

A comedi; ad quod etiam Nicæna ſynodos magnum adhibuit ſtudium; & re feliciter tranſacta, ſcripſit Alexandrinæ eccleſiæ his verbis: Nuntium vobis nunciamus jucundum de conſenſione in celebrando ſacratiſſimo die feſto paſchæ: nam veſtris precibus effectum eſt, ut fratres quoque omnes orientales, qui antea cum Judæis paſcha celebrabant, nunc cum Romanis, vobiſque, & omnibus qui ab initio hunc morem tenuimus, ſolennitatem paſchæ deinceps agant. Perfecta enim reſurrectione facta, quidam imperfecte illam celebrantes non erubeſcunt. Sed neſcio quomodo vir iſte B ſimulans ſe ignorare quæ dicuntur a ſanctis, & præſertim ut Chriſtus, ubi juxta legis mandatum paſcha peregiſſet, myſticum illud ſacrificium fecerit, tradideritque ipſe tremendum rei ſacræ myſterium, & divina illa verba: *Hoc eſt corpus meum*; & *Hic eſt ſanguis meus*: *Luc. 22. Marc. 14.* omnia quæ fiunt ex inſtitutione & decreto eccleſiæ Chriſti, deflectit ad Judaici paſchatis celebrationem, & objicit canonem. Verſatur ergo plane vir bonus in ignoratione rerum? ſatius enim eſt ita dicere; aut certe non ignorans, C ſed ſciens prudenſque ita loquitur ad circumveniendos ſimpliciores. Nos autem dicimus, in lege fuiſſe rerum genera quatuor, judicialia, myſtica ſeu figuralia, (idem namque per utrumque ſignificatur) moralia, & umbras: & judicialia quidem a domino mitiora reddita: Nam mulierem in adulterio deprehenſam, cum lex juberet lapidibus obrui, dominus per illa verba dimiſit; *Qui ſine peccato eſt, primus in illam lapidem mittat*: *Joan. 8.* & rurſus: *Dentem pro dente*: & *Si quis te percuſſerit*; *Matth. 5.* Et quid attinet referre ſingula, cum ſint omnibus notiſſima? Moralia D per evangelicam aucta prædicationem: quo fundamento innixi apoſtoli & doctores multa de virtute diſſeruerunt, & invecti ſunt in vitia, illa expellentes, morumque integritatem explicantes, atque in animis hominum inſerentes. Figuralia vero ſeu myſtica abrogata, circumciſionem, ſabbatum, immolationes animalium, paſcha & agnum. Quapropter Hieroſolymis tantum obſervari illa voluerat, ut facilius eſſet eorum abrogatio, templo & urbe funditus everſis: Cum enim alibi non eſſet fas illa ſervare, certe finem habitura erant. Umbras demum in lucem veritatis fuiſſe E mutatas. Iſte autem incruentum tremendumque ſacrificium, quod virtute Spiritus & ipſius Chriſti Patriſque perficitur: indiviſa enim ſunt opera ſanctæ Trinitatis, licet vox illa efficax ſit ſalvatoris; *Hoc eſt corpus meum*; & *Hic eſt ſanguis meus*; *Luc. 22. Marc. 14.* qua panis & vinum & cum aqua tranſmutantur in corpus & ſanguinem Chriſti, ut inquit Chryſoſtomus; ad Judaici paſchatis obſervationem refert, & canonem perverſe interpretatur. At nos myſticas omnes Judæorum ceremonias pro impuris & profanis habemus, ut Chryſoſtomus etiam in ſermonibus contra Judæos habitis

tis apertius probat; inter quas & paſcha numeratur: Cum extra templum Hieroſolymitanum contra divinum præceptum fiant. De hac materia myſtici ſacrificii jam antea diximus, nec opus eſt repetere eadem: quamquam ab ipſo coacti hoc loco diſputavimus, haud ſane libentes, ipſe enim cauſam dedit.

Evgen. Et nos quidem contra leges juſſa, & decreta patrum dicimus appoſitum eſſe ſymbolo additamentum; iſti vero licite & rationabiliter factum illud aſſerunt: Adeo norunt veritati & ſibi ipſis congruentia dicere.

Responsio. Nos omnem explicationem & declarationem non contrariam ſententiæ ſanctorum, ſed per ipſos potius firmatam, a ſynodo quovis in loco appoſitam recipimus. In hac ſententia eſt etiam ſanctus Maximus, ut conſtat ex ejus dialogo cum Eunomiano. Interrogat enim ibi Macedonius Maximum; & Subſcribiſne, inquit, expoſitioni Luciani? Maximus. Quid enim eſt cauſæ, cur improbata expoſitione ſanctorum patrum trecentorum decem & octo Nicææ in Bithynia congregatorum, inquiras aliam? Macedonius. Tu vero qua de cauſa improbas Luciani expoſitionem? Orthodoxus. Improbo quod addidiſtis contrarium fidei patrum. Macedonius. Quaſi vos non addideritis ad fidem Nicænam. Orthodoxus. Addidimus, ſed non contraria. Macedonius. Omnino addidiſtis. Orthodoxus. Quæ tunc in diſquiſitionem non venerant, patres poſtea pie expoſuerunt. Idcirco nos etiam hujus & aliorum patrum teſtimonio fulti aſſerentium, expoſitionem ſacræ ſcripturæ congruentem non eſſe vetitam; ſuffragati ſumus veritati. An negare ipſe poterit, univerſam ſacram ſcripturam admittere explanationem? Quare id quod additum eſt ſymbolo urgente neceſſitate, viſum eſt jure optimo appoſitum. Hoc idem probatur ex florilegio collectaneorum e libro cujuſvis generis Eulogii patriarchæ Alexandrini. Sic enim ait: Rurſus hæreticorum amentia de quartæ ſynodi definitione conqueritur, aſſeverans primam ſynodum Epheſinam hoc penitus fieri prohibuiſſe. Quod ſi, ut illi nugantur, ſynodus vetuit quidvis aliud omnino proferri, certe in ſeipſam prior illa tulit ſententiam. Ipſa enim definit quæ nulla prior definiverat ſynodus: ſiquidem ipſius auctoritate recepta eſt vox illa, Hypoſtatica unio; de qua ſynodi antiquiores nil ſanxerant. Quin & Conſtantinopolitanum centum quinquaginta ſanctorum patrum concilium pro ſuis nugis rejiciunt; a quo profligata hæreſis oppugnantium Spiritum, & additis Nicæno ſymbolo verbis de ſancti Spiritus divinitate, fides congruenter explicata eſt. Si enim priores ſynodi addendo reprehenſionem fugiunt, non debent poſteriores in ſimilibus diſſimiliter vituperationem ſubire. Ita deſipientium mens confundit omnia pervertitque. Nam Epheſina ſynodus fidem diverſam, cujus dogmata fidei Nicænæ adverſentur, omnino prohibuit: Dum tamen illibata illa ſervetur, addi

ἔξω τοῦ ναοῦ τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις παρὰ τὴν τοῦ θείου νόμου κέλευσιν πλουμένα. προείπομεν δὲ περὶ τῆς μυστικῆς ταύτης θυσίας, καὶ οὐ χρὴ περὶ τούτου παλιλλογεῖν· εἰ δὲ ἐνταῦθα ὑπ᾽ αὐτοῦ ἀναγκαζόμενοι λέγομεν, ὅσα δῆτα καὶ λέγομεν καὶ μὴ βουλόμενοι, αὐτὸς γὰρ ὁ αἴτιος.

ΕΥΓΕΝ. Καὶ ἡμεῖς μὲν ἀθεμίτως, καὶ παρανόμως, καὶ τοῖς πατράσιν ἐξ ἐναντίου τὴν ἐν τῷ συμβόλῳ προσθήκην γεγενῆσθαι φαμέν· οὗτοι δὲ αὐτὴν θεμιτῶς καὶ εὐλόγως διορίζονται γεγενῆσθαι· τοσοῦτον οἴδασι τῇ ἀληθείᾳ καὶ ἑαυτοῖς συμφωνεῖν.

ΑΠΟΛ. Καὶ ἡμεῖς πᾶσαν ἀνάπτυξιν καὶ σαφήνειαν μὴ ἐναντίαν οὖσαν τῇ δόξῃ τῶν ἁγίων, ἀλλ᾽ ἐξ αὐτῶν μᾶλλον βεβαιουμένην, παρὰ συνόδου προστεθεῖσαν, ὅπου ἂν προστεθῇ, δεχόμεθα. τοῦτο καὶ Μάξιμος ὁ θεῖος βεβαιοῖ ἐν τῇ διαλέξει αὐτοῦ τῇ πρὸς τὸν τὰ Εὐνομίου φρονοῦντα. φησὶ Μακεδόνιος πρὸς τὸν Μάξιμον· ὑπογράφεις οὖν τῇ ἐκθέσει Λουκιανοῦ; Μάξιμος. τί κατέγνως τῆς ὑπὸ τῶν τιη΄. πατέρων ἁγίων τῶν ἐν Νικαίᾳ τῆς Βιθυνίας ἐκτεθείσης, ἵνα καὶ ἄλλην περιβλέψῃς; Μακεδόνιος. σὺ τί κατέγνως τῆς τοῦ Λουκιανοῦ; ὁ ὀρθόδοξος. κατέγνων τῆς προσθήκης, ἧς προσεθήκατε ἐναντία αὐτῆς. Μακεδόνιος. ὑμεῖς γὰρ οὐ προσεθήκατε τῇ ἐν Νικαίᾳ; ὁ ὀρθόδοξος. ἀλλ᾽ οὐκ ἐναντία αὐτῇ. Μακεδόνιος. ὅλως προσεθήκατε. Ὀρθόδοξος. τὰ τότε μὴ ζητηθέντα νῦν ἡρμήνευσαν οἱ πατέρες εὐσεβῶς· διὸ καὶ ἡμεῖς τὴν τούτου μαρτυρίαν ἔχοντες καὶ τῶν λοιπῶν πατέρων τῶν λεγόντων, ὅτι ἀνάπτυξις οὐ κωλύεται συμφωνοῦσα τῇ ἱερᾷ γραφῇ τῇ ἀληθείᾳ συνηγορήσαμεν. οὐ γὰρ δύναται αὐτὸς ἀντειπεῖν, ὅτι πᾶσα ἡ θεία γραφὴ ἀνάπτυξιν δεχομένη οὐ κωλύεται· διὸ καὶ τὸ προστεθὲν ἀνάγκης γινομένης ἐν τῷ συμβόλῳ, δίκαιον ἔδοξε προσκεῖσθαι. καὶ ἔτι ἐκ τῆς βιβλιοπαντοσυλλέκτου ἀνθολογίας Εὐλογίου πατριάρχου Ἀλεξανδρείας· φησὶ γάρ· ἀλλὰ γὰρ τῆς αἱρέσεως πάλιν ἡ ἀπόνοια τὴν τετάρτην μέμφεται σύνοδον, ὡς ὅρον ἐκθεμένην, διατεινομένη τὴν τοιαύτην ἐπιχείρησιν ὑπὸ τῆς κατὰ τὴν Ἔφεσον πρώτης συνόδου παντελῶς ἀποκεκωλῦσθαι. καί τοιγε εἰ κατὰ τὸν λῆρον αὐτῶν ἀπεῖργεν ἡ σύνοδος ἕτερον μηδ᾽ ὅλως προαγεῖν, αὐτὴ καθ᾽ ἑαυτῆς πρὸ τῶν ἄλλων τὴν καταδικάζουσαν ἐξήνεγκε ψῆφον· ὁρίζει γὰρ αὐτὸ τοῦτο ποιοῦσα, ἃ μηδεμία τῶν πρὸ αὐτῆς διωρίσατο. ἀλλὰ καὶ ἡ καθ᾽ ὑπόστασιν ἕνωσις, αὐτῆς ἐστιν ὅρος, ὃ ταῖς πρεσβυτέραις τῶν συνόδων οὐ διώρισται. καὶ δὴ καὶ τὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει τῶν ρν΄. ἁγίων πατέρων ἐξ ὧν αὐτοὶ ληροῦσι παραγράφονται, ἡ τις τῶν Πνευματομάχων τὴν αἵρεσιν καθελοῦσα, τῷ κατὰ τὴν Νίκαιαν ἐκφωνηθέντι ὅρῳ τὴν περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος θεολογίαν προσθεῖσα συνήρμοσεν. εἰ γὰρ αἱ προλαβοῦσαι προστιθεῖσαι τὸν μῶμον ἐκφεύγουσιν, οὐδ᾽ αἱ μετ᾽ αὐτὰς ἐν τοῖς ὁμοίοις ἀνομοίως ἕξουσι τὴν κατάγνωσιν. οὕτω τὸ ἀσύνετον πάντα φύρει καὶ διαστρέφει. καὶ γὰρ ἡ ἐν Ἐφέσῳ σύνοδος πίστιν μὲν ἑτέραν, ἧς ἐναντία τὰ δόγματα πρὸς τὴν ἐν Νικαίᾳ καθέστηκε σύνοδον, παντελῶς ἐκτίθεσθαι διεκώλυσεν· ἀκηράτου δὲ τῆς ἐν αὐτῇ σωζομέ-



νης, ἅπερ ὁ καιρὸς ἀπαιτεῖ προστιθέναι αὐτῆς πεποίηκεν ἔργον, καὶ τῶν πραγμάτων ἡ φύσις διδάσκαλος, καὶ τῆς ἐκκλησίας ὁρᾶται τοῦτο στέργουσα διαπαντὸς ἡ παράδοσις. διὸ καὶ κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν, οὔπω τῆς οἰκουμενικῆς συγκροτηθείσης συνόδου, τοὺς ἐν αὐτῇ τῶν ἱερέων λογάδας ὁ θεσπέσιος ἀθροισάμενος Κύριλλος, καὶ πίστιν διαθέμενος ἔγγραφον, τῷ Νεστορίῳ διεπέμψατο. καὶ μετά τινα ἐν τῇ αὐτῇ βίβλῳ Ἐφραιμίου τοῦ μεγάλου καὶ ταῦτα εὑρήσεις: πάλιν δὲ ἐπηρεάζουσιν οἱ αἱρετικοὶ τὴν τετάρτην σύνοδον, λέγοντες, ὡς ἐδεδογμάτιστο μηδενὶ ἐξεῖναι προφέρειν, ἢ συγγράφειν, ἢ συντιθέναι, ἢ φρονεῖν πίστιν ἑτέραν, παρ᾽ ἣν ἐξέθετο αὐτή· καίτοι οὐ τοῦτο ἡ σύνοδος διωρίσατο, κἂν ἀναισχύντως οὗτοι καταψεύδωνται· ἀλλὰ τὴν πίστιν, ἣν οἱ τριακόσιοι δέκα καὶ ὀκτὼ ἅγιοι πατέρες ἐξέθεντο, τιμῶσά τε καὶ θειάζουσα, παρὰ ταύτην ἔφησε μηδενὶ ἐξεῖναι προφέρειν ἑτέραν πίστιν, καὶ τὰ ὑπόλοιπα. δῆλον δέ ἐστιν ἐξ αὐτῶν μάλιστα τῶν συνοδικῶν φωνῶν, ὧν καὶ μόνων ἀναγινωσκομένων οὐδεμιᾶς ἄλλης δεῖται κατασκευῆς ἢ συστάσεως ἐπιδειχθῆναι ἡ ἀλήθεια. καὶ οὐχ ὥρισε μόνον τοῦτο, ἔπραξε δὲ ἄλλως· ἀλλ᾽ ὡς ὥρισεν, οὕτω πανταχοῦ διαπραττομένη γνωρίζεται. καὶ γὰρ τοὺς τῇ εὐσεβείᾳ προσιόντας οὐκ ἄλλο σύμβολον ἀλλὰ τῶν τιη΄. ἁγίων ἐκδιδάσκει καὶ παραδίδωσι. γέλωτα δὲ μᾶλλον καθ᾽ ἑαυτῶν, ἢ διαβολὴν τῆς συνόδου καταχέουσιν ἐν οἷς φασιν, αὐτὴν ὑπὸ πολλῶν διασύρεσθαι· πόσαι γὰρ τῆς πρώτης καὶ οἰκουμενικῆς ἁγίας συνόδου κατεῖπον σύνοδοι καί τοι ἀρχιερέων οὖσαι πληρώματα; τὴν δὲ τῶν ρν΄. οὐδ᾽ εἰ γέγονε τινὲς τῶν Αἰγυπτίων εἰδέναι ἠθέλησαν. ἀλλ᾽ ἐάσωμεν τὸ ἀλόγιστον· τῶν γὰρ ἁγίων πατέρων οὕτω διασαφούντων, καὶ λήρους ἀναισχύντους καὶ ἀλογίστους ταῦτα ἀποφαινομένων, τοῖς τὰ τοιαῦτα φθεγγομένοις· τί ἂν καὶ ἐροῦμεν ἡμεῖς; ἀντιφθεγξώμεθα τούτοις, ἢ στέρξωμεν τὰ παρ᾽ αὐτῶν λεγόμενα; οὐκ ἔγωγε οἶμαι, ἐρεῖ πᾶς ὁ καὶ φρενῶν κύριος.

ΕΥΓΕΝ. Καὶ ἡμεῖς μὲν τὸν πάπαν ὡς ἕνα τῶν πατριαρχῶν λογιζόμεθα, καὶ τοῦτό γε ἂν ὀρθόδοξος ᾖ. οὗτοι δὲ αὐτὸν βικάριον τοῦ Χριστοῦ, καὶ πατέρα, καὶ διδάσκαλον τῶν Χριστιανῶν ἁπάντων μάλα σεμνῶς ἀποφαίνονται.

ΑΠΟΛ. Ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ἡμεῖς ὡς δύο καὶ τρεῖς αὐτὸν λέγομεν, ἀλλ᾽ ὡς ἕνα τῶν πατριαρχῶν· ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ὁμοταγέσιν ἐστί τις πρωτείων. φησὶ γὰρ ὁ θεῖος Χρυσόστομος ἐν τῇ ἑπτακαιδεκάτῃ ὁμιλίᾳ τῶν πράξεων· ὅρα πῶς καὶ ἐν τοῖς ἑπτὰ ἦν τις πρόκριτος καὶ τὰ πρωτεῖα εἶχεν· εἰ γὰρ ἡ χειροτονία κοινὴ ἦν, ἀλλ᾽ ὅμως ἐπεσπάσατο χάριν πλείονα. πάντας δὲ ἀρχιερέας διαδόχους Χριστοῦ λέγομεν, καὶ ἐπὶ τῆς καθέδρας καθήμενον τοῦ Ἰησοῦ μου καὶ Θεοῦ· αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ λέγων· ὁ δεχόμενος ὑμᾶς, ἐμὲ δέχεται· καὶ ὁ ἀκούων ὑμῶν, ἐμοῦ ἀκούει. καὶ ταῦτα μὲν κοινῶς πρὸς πάντας, ἐπίσης γὰρ ἡ ἱερωσύνη πρὸς τὸ ὑπουργῆσαι τὸ θεῖον λουτρὸν, καὶ ἱερὰν μυσταγωγίαν τελέσαι, καὶ συγχώρησιν ἁμαρτιῶν δοῦναι τοῖς ἐξομολογουμένοις, καὶ ἱερὸν χρῖσμα τελέσαι, καὶ μοναχὸν ἀποκεῖραι, καὶ ἔλαιον ἁγιάσαι καὶ χρῖσαι πρὸς ἀπόνιψιν ἁμαρ-

poterunt quæ occaſio tulerit, ſicut ipſamet addidit: hoc & magiſtra rerum natura docet, & eccleſiæ uſus juxta perpetuam traditionem confirmat. Propterea vir admirabilis Cyrillus, œcumenica ſynodo nondum celebrata, congregatis provinciæ ſuæ epiſcopis, Alexandrinæ fidei ſcripſit expoſitionem, quam Neſtorio miſit: & infra in eodem libro verba hæc magni Ephræmii reperies: Rurſus hæretici quartam ſynodum calumniantur dicentes, decretum fuiſſe ante illam, ne cui liceret proferre, aut ſcribere, aut componere, aut tenere aliam fidem, præter eam, quæ erat expoſita: Quamquam ſynodus non hoc decreverat, licet impudenter ipſi mentiantur; ſed fidem a trecentis decem & octo patribus expoſitam ſummo in honore habens præceperat, ne cui fas eſſet aliam proferre fidem: & quæ ſequuntur. Id certe ex ipſis ſynodi vocibus maxime conſtat; patebit enim ipſa per ſe veritas nulla probatione indigens, ſi ſolum eæ legantur. Nec ita quidem decrevit, aliud vero fecit; ſed illud ubique ſervavit, quod ab ea decretum fuit: nam ad veram accedentes religionem non alio ſymbolo, quam a trecentis decem & octo patribus edito inſtituit. Riſum vero potius in ſe movent, quam petunt calumniis ſynodum, dum ajunt, multos illi obtrectare. Nam de prima ſancta & œcumenica ſynodo quot ſynodi detraxerunt, cum & ipſæ cœtus eſſent epiſcoporum? Quid dicam de ſynodo centum quinquaginta patrum, de qua Ægyptii quidam, ne ſi facta quidem fuerit, ſcire voluerunt? Sed miſſa faciamus deliramenta: Nam ſanctis patribus ita exponentibus, & nugas hæc eſſe impudentes, verbaque futilia affirmantibus, quid nos ad proferentes ea dicamus? Refellamuſne illos, an vero dicta probemus? Utrumque negaverit, quicumque ſuæ mentis eſt compos.

Et nos quidem papam ut unum de patriarchis habemus, idque ſi recte de fide ſentiat; Iſti vero illum Chriſti vicarium, patrem & doctorem omnium Chriſtianorum magna gravitate pronuntiant. Evgen.

Nec ipſi duos aut tres eſſe dicimus papam, ſed unum patriarcharum: eſt tamen etiam inter ejuſdem ordinis plures unus primarius. Ait enim ſanctus pater Chryſoſtomus homilia decimaſeptima in acta apoſtolorum: Vide, ut etiam inter illos ſeptem unus fuerit præpoſitus, & primas tenens: nam etſi communis erat ordinatio, majorem tamen ille aſſecutus eſt gratiam. Ceterum omnem epiſcopum dicimus Chriſti eſſe ſucceſſorem, & in cathedra Jeſu Dei mei ſedentem: Ipſe enim dicit: *Qui recipit vos, me recipit*; & : *Qui vos audit, me audit*. Et hæc quidem communia ſunt, æqualiter enim eſt in omnibus ſacerdotium, quod attinet ad conferendum baptiſmum, & faciendum ſacrificium, & peccata confitentibus dandam abſolutionem, & ſacrum chriſma conficiendum, & monachum tondendum, & oleum benedicendum ungendumque ad macu- Resp. Matth. 10. Luc. 10.

maculas peccatorum ¦delendas ', & ſacerdotem per gradus promovendum : Eamdem enim vim & eaſdem vires habet unuſquiſque ad functiones rerum eccleſiaſticarum obeundas : & hoc pro certo habemus , quippe ut acceptum a patribus . Sed etiam quod de papa dicimus , non ex nobis dicimus . Nam Theodorus Studita ſcribens ad Michaelem imperatorem nomine omnium hegumenorum , in epiſtola , quæ ſic incipit ; Nos omnes in unum congregati juſſu veſtri a Deo coronati imperii , humillimi epiſcopi & hegumeni : ſi quid vero , inquit , dubitat , aut minus ſolutum credit ſacra tuæ mentis excellentia a religioſo præſule ; jubeat magna ſua & a Deo confirmata potentia , ut quæ ad univerſorum utilitatem zelo rerum divinarum flagrat , a ſeniore Roma mitti ſibi hujus rei declarationem , ut per antiquam traditionem ab initio ſervatum eſt . Hæc eſt , imitator Chriſti imperator , ſupremus apex Dei eccleſiarum, cui primus præſedit Petrus , ad quem dominus : *Tu es Petrus , & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam ; & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam* . [Matth. 16.] Idem Theodorus in alia epiſtola ad Naucratium ; cujus initium eſt ; Non complebuntur aures meæ vocibus auditionum : Deum , inquit , hominesque in præſenti conteſtor ; ſejunxerunt ſe a corpore Chriſti , a coryphæa ſede , in qua Chriſtus poſuit fidei claves ; adverſus quam non prævaluerunt per omne ſæculum , nec prævalebunt uſque ad finem ſæculi inferi portæ , ora videlicet hæreticorum , ſicut promiſit ille qui non mentitur . Et in tertia ſancta ſynodo Arcadius epiſcopus dixit ; Præcipiat veſtra beatitudo literas ſancti & omni cum veneratione nominandi papæ Cœleſtini , ſedis apoſtolicæ epiſcopi , vobis allatas recitari , ex quibus veſtra beatitudo perſpicere poterit , quali omnes eccleſias cura ille complectatur . Projectus quoque iiſdem eſt uſus verbis . Et paucis interpoſitis ; Cyrillus , inquit , Alexandrinus dixit ; Suſcepta ſanctiſſimi & per omnia ſacratiſſimi Cœleſtini epiſcopi ſanctæ apoſtolicæ eccleſiæ Romanæ epiſtola cum honore concedente recitetur. Similiter in ſancto concilio quarto , in ſacris Valentiniani ad Theodoſium literis , hæc ſcripta leguntur ; [Conc. Chalced. part. 1. epiſt. 23.] Ut beatiſſimus Romanæ urbis epiſcopus , cui principatum ſacerdotii ſuper omnes antiquitas contulit , locum & facultatem habeat de fide & ſacerdotibus judicandi . Cum igitur facultas illi ſit exercendi judicium de fide & ſacerdotibus , jure Chriſtianorum omnium doctor in definitione inſcribitur.

EPHES. Fiant patre feliciores , cetera ſimiles : Nam & ille adverſa utitur fortuna antipapam habens , ſatis moleſtiarum illi exhibentem ; & iſtis patrem & doctorem ſuum imitari non patitur animus.

RESP. Utinam nobis tot eſſent concionatores in eccleſia diebus feſtis ac dominicis populum docentes , quot ſumma felicitate viſuntur in Latina eccleſia , quotque monachi extremam amplexi paupertatem ,

τιῶν, καὶ ἱερέα κατὰ βαθμὸν χειροθετῆσαι· καὶ εἰς πάντα τὰ ἐκκλησιαστικὰ τὴν αὐτὴν ἰσχὺν καὶ ἴσην ἕκαστον οἴδαμεν ἔχειν. καὶ οὕτως ἐγνώκαμεν ἀκριβῶς παρὰ τῶν πατέρων ταῦτα λαβόντες. καὶ ὃ δὲ λέγομεν, οὐκ ἐξ ἡμῶν τοῦτο λέγομεν· φησὶ γὰρ Θεόδωρος ὁ Στουδίτης γράφων πρὸς Μιχαὴλ τὸν βασιλέα ἐκ προσώπου πάντων τῶν ἡγουμένων, ἐν τῇ ἐπιστολῇ ἧς ἡ ἀρχή· ἡμεῖς ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνεληλυθότες κατὰ κέλευσιν τῆς θεοστέπτου ὑμῶν βασιλείας, ἐλάχιστοι ἐπίσκοποι καὶ ἡγούμενοι· εἰ δέ τι ἀμφιβαλλόμενον, ἢ ἀπιστούμενον τῇ θείᾳ ὑμῶν μεγαλονοίᾳ διαλύεσθαι παρὰ τοῦ ἀρχιερέως εὐσεβῶς, ἡ μεγάλη καὶ θεοστήρικτος αὐτῆς χεὶρ, ὡς ζηλοτυποῦσα τὰ θεῖα ἐπ᾽ ὠφελείᾳ τοῦ παντὸς, κελευσάτω παρὰ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης δέξασθαι τὴν διασάφησιν, ὡς ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς πατροπαραδότως ἐξεδόθη. αὕτη, Χριστομίμητε βασιλεῦ, ἡ κορυφαιοτάτη τῶν ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ, ἧς Πέτρος πρωτόθρονος, πρὸς ὃν ὁ κύριος φησί· σὺ εἶ Πέτρος, καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν ἐκκλησίαν, καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς. καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς ἐν ἑτέρᾳ ἐπιστολῇ πρὸς Ναυκράτιον, ἧς ἡ ἀρχή· οὐ πλησθήσεται τὸ οὖς μου ἀπὸ φωνῶν ἀκροάσεως, φησί· μαρτυρῶ ἄρτι κατενώπιον Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, ἑαυτοὺς ἀπέρρηξαν τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ, τοῦ κορυφαίου θρόνου, ἐν ᾧ Χριστὸς ἔθετο τὰς κλεῖς τῆς πίστεως, ἧς οὐ κατίσχυσαν ἀπ᾽ αἰῶνος οὐδ᾽ ἂν κατισχύσωσι μέχρι συντελείας αἱ πύλαι τοῦ ᾅδου, τὰ τῶν αἱρετικῶν δηλαδὴ στόματα, ὡς ἡ τοῦ ἀψευδοῦς ὑπόσχεσις. ἐν δὲ τῇ ἁγίᾳ τρίτῃ συνόδῳ Ἀρκάδιος ἐπίσκοπος εἶπε· κελευσάτω ἡ ὑμετέρα μακαριότης τὰ προσενεχθέντα ὑμῖν γράμματα τοῦ ἁγίου καὶ μετὰ πάσης προσκυνήσεως ὀνομαζομένου πάπα Κελεστίνου τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας ἐπισκόπου ἀναγνωσθῆναι· ἐξ ὧν γνῶναι δυνήσεται ἡ ὑμετέρα μακαριότης, ὁποίαν ἔχει φροντίδα πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν. τὰ αὐτὰ καὶ Προϊέκτος. καὶ μετὰ πάνυ βραχέα φησί. Κύριλλος Ἀλεξανδρείας εἶπεν· ὑποδεχθὲν τὸ γράμμα τοῦ ἁγιωτάτου καὶ κατὰ πάντα ὁσιωτάτου τῆς ἁγίας ἀποστολικῆς ἐκκλησίας ἐπισκόπου τῆς Ῥωμαίων Κελεστίνου, μετὰ τῆς προσφόρου τιμῆς ἀναγινωσκέσθω. ἐν δὲ τῇ ἁγίᾳ τετάρτῃ συνόδῳ ὁ βασιλεὺς ἐν τῷ γράμματι, ὃ καὶ θεῖον γράμμα ἐπιγράφει, τάδε φησίν· ἵνα ὁ μακαριώτατος ἐπίσκοπος τῆς Ῥωμαίων πόλεως, ᾧ τὴν ἱερωσύνην κατὰ πάντων ἡ ἀρχαιότης παρέσχε, χώραν καὶ ἐξουσίαν ἔχῃ περὶ πίστεως καὶ ἱερέων ἀνακρίνειν. ἐπεὶ οὖν περὶ πίστεως καὶ ἱερέων ἐξουσίαν ἔχει τοῦ ἀνακρίνειν, δικαίως καὶ διδάσκαλος τῶν Χριστιανῶν ἁπάντων ἐν τῷ ὅρῳ γράφεται.

ΕΦΕΣ. Γένοιντο πατρὸς εὐτυχέστεροι, τὰ δ᾽ ἄλλα ὅμοιοι· καὶ γὰρ δὴ κἀκεῖνος οὐκ εὐτυχεῖ, τὸν ἀντίπαπαν ἔχων ἐπιεικῶς διοχλοῦντα· καὶ οὗτοι τὸν πατέρα μιμεῖσθαι καὶ τὸν διδάσκαλον οὐκ ἀνέχονται.

ΑΠΟΛ. Καὶ ἡμεῖς εὐχόμεθα τοσούτους διδασκάλους πλουτῆσαι ἐπ᾽ ἐκκλησίας διδάσκοντας ἐν ταῖς ἑορτασίμοις ἡμέραις καὶ ἐν ταῖς κυριακαῖς ὅσους καὶ ἡ τῶν Λατίνων ἐκκλησία πλουτεῖ, καὶ περὶ τὰ ἐκκλησιαστικὰ εὐτυχεῖ, καὶ τοσούτους μοναχοὺς ἀκτήμονας ἔχει.

λέ-



λέληθε δὲ αὐτὸν, ὅτι ἀντιπάπας ἐβούλετο μὲν γενέσθαι, ὑπὸ δὲ τῶν καλῶς φρονούντων, καὶ καλῶς διατιθέντων τὰ κοινὰ, καὶ τὴν τιμὴν ἑαυτῶν περιποιουμένων *. καὶ διὰ ταῦτα καὶ τὸ μὴ εἶναι σχίσμα ἐν ἐκκλησίᾳ Χριστοῦ, ὅπερ ἐστὶ χεῖρον πάντων τῶν κακῶν, ἀντιπάπας οὐκ ἐγένετο. ἀλλὰ καὶ ἡ ἐν Βασιλείᾳ σύνοδος διελύθη, καὶ τὰ πάντα ἐν γαλήνῃ καὶ ἡσυχίᾳ. οὐκ ἔδει οὖν αὐτὸν ἄνθρωπον τοιοῦτον τῆς ἐκκλησίας καταδέχεσθαι, ἀλλὰ μᾶλλον ὑπερεύχεσθαι τὰ κρείττω καὶ βελτίω.

[* ἴσ. λείπ. κεκώλυται ἐπιτυχεῖν.]

ΕΦΕΣ. Φεύγετε οὖν αὐτοὺς, ἀδελφοὶ, καὶ τὴν πρὸς αὐτοὺς κοινωνίαν· οἱ γὰρ τοιοῦτοι ψευδαπόστολοι, ἐργάται δόλιοι, μετασχηματιζόμενοι εἰς ἀποστόλους Χριστοῦ· καὶ οὐ θαυμαστόν· αὐτὸς γὰρ ὁ σατανᾶς μετασχηματίζεται εἰς ἄγγελον φωτός· οὐ θαῦμα οὖν, εἰ καὶ οἱ διάκονοι αὐτοῦ μετασχηματίζονται ὡς διάκονοι δικαιοσύνης, ὧν τὸ τέλος ἔσται κατὰ τὰ ἔργα αὐτῶν. καὶ πάλιν ἀλλαχοῦ περὶ τῶν αὐτῶν ὁ αὐτὸς ἀπόστολος· οἱ τοιοῦτοι τῷ κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ οὐ δουλεύουσιν, ἀλλὰ τῇ ἑαυτῶν κοιλίᾳ, καὶ διὰ τῆς χρηστολογίας καὶ εὐλογίας ἐξαπατῶσι τὰς καρδίας τῶν ἀκάκων· ὁ μέντοι στερεὸς θεμέλιος τῆς πίστεως ἕστηκεν ἔχων τὴν σφραγῖδα ταύτην. καὶ ἀλλαχοῦ πάλιν· εἴ τις ὑμᾶς εὐαγγελίζεται παρ᾽ ὃ παρελάβετε, κἂν ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ, ἀνάθεμα ἔστω. βλέπετε προφητικῶς τὸ, κἂν ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ ἵνα μή τις τὴν ὑπεροχὴν τοῦ πάπα προβάλληται. καὶ ὁ ἠγαπημένος μαθητής· εἴ τις ἔρχεται πρὸς ὑμᾶς, καὶ ταύτην τὴν διδαχὴν οὐ φέρει, εἰς οἰκίαν αὐτὸν μὴ λαμβάνετε, καὶ χαίρειν αὐτῷ μὴ λέγετε· ὁ γὰρ λέγων αὐτῷ χαίρειν, κοινωνεῖ τοῖς ἔργοις αὐτοῦ τοῖς πονηροῖς.

Τούτων ὑμῖν ὑπὸ τῶν ἁγίων ἀποστόλων διωρισμένων, στήκετε κρατοῦντες τὰς παραδόσεις, ἃς παρελάβετε τάς τε ἐγγράφους καὶ ἀγράφους· ἵνα μὴ τῇ τῶν ἀθέσμων πλάνῃ συναπαχθέντες ἐκπέσητε τοῦ ἰδίου στηριγμοῦ. Θεὸς δὲ ὁ πάντα δυνάμενος ἐκείνους τε ἐπιγνῶναι τὴν οἰκείαν πλάνην παρασκευάσειε, καὶ ἡμᾶς αὐτῶν ἀπαλλάξας ὡς πονηρῶν ζιζανίων οἷα καθαρὸν καὶ εὔχρηστον σῖτον εἰς τὰς ἑαυτοῦ ἀποθήκας συνάξειεν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ, καὶ προσκύνησις.

ΑΠΟΛ. Ἔδει μὲν ἡμᾶς μηδεμίαν ἀπολογίαν δοῦναι, ἐν οἷς ἐνταῦθα προφέρει· συνήθως γὰρ ποιεῖ προφέρων ὕβρεις καθ᾽ ἡμῶν. ὅμως ἐροῦμεν ὀλίγα· καὶ γὰρ τὸ, ὁμοούσιον, καὶ τὸ, θεοτόκος, καὶ ὅσα οἱ ἅγιοι διετράνωσαν, αὐταῖς λέξεσιν οἱ ἀπόστολοι οὐκ εὐηγγελίσαντο· ἀλλ᾽ ἡμεῖς ὅσα τε οἱ πατέρες ἡμῶν ἐθεολόγησαν καὶ ἐξήπλωσαν, ὡς ἀποστολικὰς παραδόσεις καὶ ταῦτα στέργομεν. εἰ οὖν ὑπὸ τὸ ἐπιτίμιον τοῦ ἀποστόλου οἱ ταῦτα ἐκθέμενοι, καὶ ἡμεῖς ἐσμέν. ὅσα δὲ ἐκ τῶν ἀποστολικῶν ἐπιστολῶν καθ᾽ ἡμῶν προφέρει, οὐ συμβάλλουσι πρὸς ἡμᾶς. τὰς γὰρ παραδόσεις τῶν ἀποστόλων, τάς τε ἐγγράφους καὶ ἀγράφους, ταῖς εὐχαῖς αὐτῶν στηριζόμενοι βεβαίως κατέχομεν, εἰς Τριάδα πιστεύοντες ὁμοούσιον, καὶ Θεὸν σεσαρκωμένον ἐκ τῆς ἀειπαρθένου θεοτόκου γεννηθέντα. ἀλλὰ ταῦτα μὲν εἴρηται οὐ κατὰ φιλόνεικον ἀπόδειξιν· οὐδὲ γὰρ βουλόμεθα ἐρίζειν τε καὶ φιλονεικεῖν, ἀλλὰ τὴν ἀλήθειαν ἐρευνᾶν διὰ τῆς ὁδηγούσης ἡμῖν παρὰ Θεοῦ γνώσεως καὶ τῆς τῶν ἁγίων

[illegible]

Ignorat vero ipſe de antipapa , voluiſſe quidem illum dignitatem arripere , ſed a prudentioribus , & rempublicam recte adminiſtrantibus , honoremque ſuum tutantibus fuiſſe rejectum. Ex quo factum eſt , ut antipapa non ſit , ne etiam in eccleſia Dei ſchiſma eſſet , quod eſt malorum omnium graviſſimum . Baſileenſis quoque ſynodus diſſoluta eſt , omniaque in pace ſunt , & ſumma tranquillitate . Quare non oportebat , talem virum imprecationes in eccleſiam jacere , ſed precari potius , ut ei fauſte proſpereque eveniant omnia.

[Epheſius.] Fugite ergo , fratres , illos & communionem eorum ; ſunt enim pſeudapoſtoli , ſubdoli operarii , transfigurantes ſe in apoſtolos Chriſti : & non mirum ; Ipſe enim ſatanas transfigurat ſe in angelum lucis. [2. Cor. 11.] Non eſt ergo magnum , ſi miniſtri ejus transfigurentur velut miniſtri juſtitiæ ; quorum finis erit ſecundum opera ipſorum . Rurſus idem apoſtolus de iiſdem alio in loco ; *Hujuſcemodi* , inquit , *domino noſtro Jeſu Chriſto non ſerviunt , ſed ſuo ventri ; & per dulces ſermones & benedictiones ſeducunt corda innocentium : ſed firmum fundamentum fidei ſtat , habens ſignaculum hoc* : & alibi rurſus ; *Si quis vobis evangelizaverit* [Galat. 1.] *præter id quod accepiſtis , licet angelus de cœlo , anathema ſit* . Videtis prophetice dictum illud , *licet angelus de cœlo* , ne quis eminentiam papæ obtendat . Et dilectus diſcipulus ; *Si quis* , inquit , *venit ad vos , &* [Joan. epiſt. 2.] *hanc doctrinam non affert , nolite recipere eum in domum , nec , Ave , ei dixeritis : qui enim dicit illi , Ave , communicat operibus ejus malignis* .

Cum hæc vobis ſint a ſanctis apoſtolis præſcripta , ſtate in traditionibus quas accepiſtis , ſive ſcriptas , ſive non ſcriptas ; ne improborum errore traducti a propria excidatis firmitate . Deus autem qui omnia poteſt , & illis , ut ſuum agnoſcant errorem , præſtet , & nos veluti purum ſelectumque frumentum ab illis tanquam pravis zizaniis ſecernens , in horreo ſuo reponendos colligat in Chriſto Jeſu domino noſtro , quem decet omnis gloria , honor , & adoratio.

[Reſp.] Ad hæc ſane , quæ hic profert , nulla eſſet danda reſponſio ; nam ſuo more jacit in nos contumelias : tamen dicemus pauca . Vox , Conſubſtantialis , & , Deipara , & quæcumque ſancti explanarunt , non ſunt ab apoſtolis explicite tradita : Nos tamen omnia , quæ patres noſtri de rebus divinis locuti latius explicarunt , tanquam apoſtolicas recipimus traditiones . Itaque ſi ſancti illi pœnis per apoſtolum conſtitutis tenentur , & nos tenemur . Quæ porro in nos profert ex epiſtolis apoſtolorum , non faciunt ad rem . Traditiones enim apoſtolicas tam ſcriptas quam non ſcriptas orationibus illorum fulti conſtanter tenemus , credentes in Trinitatem conſubſtantialem , Deumque incarnatum , ex ſemper virgine Dei genitrice natum . Sed hæc dicta ſint non contentioſæ oſtentationis ergo ; neque enim rixari & contendere volumus , ſed veritatem ſcrutari duce nobis divinitus tradita ſcientia & doctrina ſanctorum ,

a qui-

A quibus ſacra dogmata explicata ſunt ; non alia via perſuadere volentes hominibus , quam ea , quæ nobis per lumina eccleſiæ patet . Teſtis cogitationum dominus , qui rationem ab omni mendacium proferente repoſcet . Nos enim inimici pacis eſſe nec habuimus , nec habebimus unquam in animo : nam ſi pacem amittamus , hoſtes illorum erimus , quibus a Chriſto dictum eſt , *Pax vobis* , ſed hanc tenere volumus & optamus . Potens autem eſt Deus pacem donare & confirmare per univerſam eccleſiam ſuam ; ut omnes unanimiter idem ſentientes & profitentes , Chriſto Deo , cui ſic placitum eſt , gloriam tribuamus : quoniam ipſum decet gloria in ſæcula . Amen.

Luc. 24. Joan. 20.

A διδασκαλίας, δι᾽ ἧς τινες τὰ θεῖα δόγματα διετράνωσαν· οὐκ ἄλλως βουλόμενοι πείθειν ἀνθρώπους, ἢ ὡς οἱ τῆς ἐκκλησίας φωστῆρες διδάσκουσι. μάρτυς ὁ τῶν ἐννοιῶν δεσπότης, ὃς ἀπαιτήσει λόγον πάντα τὸν λαλοῦντα τὸ ψεῦδος. καὶ γὰρ ἐχθροὶ εἰρήνης οὔτε ἐθελήσαμεν, οὔτε ποτὲ θελήσομεν γενέσθαι· ἐὰν γὰρ τὴν εἰρήνην ἀπολέσωμεν, ἐχθροὶ ἐσμὲν ἐκείνων τῶν ἀκουσάντων παρὰ Χριστοῦ· εἰρήνη ὑμῖν· ἀλλὰ ταύτην θέλομεν καὶ ποθοῦμεν κατέχειν. δυνατὸς δὲ ὁ Θεὸς εἰρήνην δοῦναι καὶ πῆξαι καὶ βραβεῦσαι ἐν τῷ πληρώματι τῆς αὐτοῦ ἐκκλησίας, B ἵνα πάντες ὁμοθυμαδὸν τὸ ἓν φρονοῦντες καὶ λέγοντες, τῷ οὕτως εὐδοκήσαντι Χριστῷ τῷ Θεῷ δόξαν ἀναπέμψωμεν· ὅτι αὐτῷ πρέπει δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

ACTA



# ACTA
# SACRI ŒCUMENICI CONCILII
## AB HORATIO JUSTINIANO BIBLIOTHECÆ VATICANÆ CUSTODE PRIMARIO
### COLLECTA, DISPOSITA, ET NOTIS ILLUSTRATA.

ANNO CHRISTI 1438.

## PRÆFATIO HORATII JUSTINIANI IN COLLECTIONEM ACTORUM concilii Florentini.

CONCILIUM Baſileenſe, ex decreto Conſtantienſis concilii, a Martino V. ſummo Pontifice indictum, & Eugenii IV. ſucceſſoris ejus auctoritate inchoatum , non diu in apoſtolicæ ſedis obedientia permanſit ; ſed inconceſſa tentans , & Petri judicium uſurpans, imo ſupra Petrum , & ſupra papam ſe conſtituens, incredibile dictu eſt, quot & quanta ſit auſum, & ad infelicem exitum deduxerit. Nam & abominationem deſolationis in templo Dei ſtatuit, & antipapam ſibi elegit, aſperrimo tunc perſtrictum ſcommate, Baſilea peperit Baſiliſcum. Ea omnia exarata leguntur , non ſine piorum offenſa , in actis impreſſis ejuſdem concilii.

Quid vero Eugenius ſummus pontifex adverſus hujuſmodi facinora egerit , quomodo & quibus conſtitutionibus ac rationibus Baſileenſe concilium Ferrariam transtulerit , abrogaverit ; in eodem contumaciter perſeverantes cenſuris & pœnis perſtrinxerit ; aſſertaſque ab eis veritates , verius falſitates , de poteſtate concilii ſupra papam , damnaverit , non æque in manibus omnium extant, cum tamen omnia in hoc generali concilio , Ferrariæ primum , deinde Florentiæ , quo idem concilium ejuſdem pontificis auctoritate fuerat tranſlatum , acta fuerint.

Florentiæ etiam in hoc eodem concilio unionem eccleſiæ Græcæ cum apoſtolica Romana perfecit Eugenius : & quia hæc unio fuit præcipuum & primo intentum convocationis hujus concilii opus, unde & merito Florentinum concilium nuncupatur , ejus rei geſtæ hiſtoriam breviter hic indicaſſe viſum eſt, ut hinc quoque hujus noſtræ collectionis actorum publica neceſſitas dignoſcatur. Igitur S. Ignatio patriarcha e ſede Conſtantinopolitana expulſo, illam invaſit Photius, qui Nicolai I. judicio de vi damnatus [a], ira odioque in judicem exæſtuans , ab ejus obedientia receſſit, & ſchiſmaticorum factus anteſignanus , Romanæ ſedis negavit primatum : atque ut eam argueret , quod male ſymbolo addidiſſet , Filioque [b], negavit Spiritum ſanctum a Filio procedere , multaque alia falſorum dogmatum zizania inimicus homo

a In 8. ſynodo generali.

b In ſua epiſt. encyclica.



A ſuperſeminans in orientali eccleſia, non ſibi ſoli & ſuis æternæ vitæ diſpendium intulit, ſed in ſucceſſores propagans , perpetui jecit ſemina ſchiſmatis, quod altis radicibus fixum , haud facile eſſet in poſterum evellendum.

Laboravit in eo extirpando, legatis Conſtantinopolim miſſis, Leo [c] IX. ſed fruſtra. Evocavit Grecos ad Barenſe concilium Urbanus II. S. Anſelmo [d] Cantuarienſi archiepiſcopo diſceptatore uſus, ſed nullo fructu. Gregorio X. pontifice in Lugdunenſi concilio Michael Palæologus imperator, Græcique antiſtites Romanæ eccleſiæ unionem amplexi ſunt , ejuſque fidem profeſſi ; ſed a fide & promiſſione cito receſſerunt.

Tandem Joannes Palæologus imperator Græco- B rum , & Joſephus patriarcha Conſtantinopolitanus , cum reliquis orientalibus epiſcopis ad hoc concilium , ab Eugenio IV. ſummo pontifice indictum, Ferrariam primum , deinde Florentiam, quo ejuſdem pontificis auctoritate idem concilium fuerat tranſlatum , ſe contulerunt , atque poſt multas diſputationes & tractatus, tandem Spiritu ſancto cooperante, in quinque capita convenere. Primo , de proceſſione Spiritus ſancti ex Patre & Filio. Secundo , de licita additione, Filioque , facta ſymbolo. Tertio de materia euchariſtiæ azymi , ſive fermentati panis triticei. Quarto, de purgatorio & viſione beatifica. Quinto, de primatu papæ. Decreto ſuper his firmato, imperator & Græci in patriam ſunt reverſi.

C Verum tot Rmanorum pontificum laboribus & impenſis exculta Græcia nullum fructum attulit; quinimo, Marco Epheſino archiepiſcopo, novo Photio, impulſore , ad vetus ſchiſma atque hæreſim rediit: ut mirum minime videri debeat , ſi infructuoſæ inſtar ficulneæ , quam in evangelio legimus, jaceat exciſa.

Obſervatione autem dignum , quod plures hiſtorici memorant [e], in diebus feſtis pentecoſtes, quibus Spiritus ſancti miſſio & illapſus in apoſtolos & eccleſiam recolitur, Conſtantinopolim a Turcis fuiſſe captam ; juſtiſſima Dei ultione, una cum regia urbe imperatorem , imperium, libertatemque amittentibus Græcis inter ipſa ſolemnia ſancti Spiritus, cujus ipſi a Patre & Filio proceſſionem negant.

Ceterum præfatum unionis decretum in hoc concilio conditum & firmatum, refertur ab omnibus

ANNO CHRISTI 1438.

c Vuibertus in ejus vita lib. 2. cap. 9. Leo Oſtienſ. lib. 2. cap. 89.

d Baron. tom. 11. an. 1097. num. 146.

e Apud Mercetorem in ſua chronolog. ann. 1451. * Hoc falſum ut ajunt non ſemel monuimus : fuit capta feria tertia poſt dominicam Trinitatis.

nibus tam Græcis, quam Latinis, ejuſdemque extant originalia, de quibus ſuo loco dicemus.

At vero diſputationes publicæ Græcos inter & Latinos habitæ, quales fuerint, quidve ab utraque parte dictum allatumve ſit, altum apud omnes ſilentium, ſpatio centum fere annorum, a tempore ſcilicet Eugenii ad tempus Clementis VII. cum tamen certum ſit, non ab uno tantum Græco aut Latino, ſed a pluribus tam Græcis quam Latinis ſcriptoribus, & concilii ſecretariis ſeu notariis fuiſſe exceptas: ſic enim ait Fantinus de Valereſo archiepiſcopus Cretenſis, qui eidem concilio interfuit, & decreto ſubſcripſit, in ejus explicatione, quæ in bibliotheca Vaticana extat manuſcripta. *Multa diſputationes ſolemniter facta fuerunt ſuper diverſis articulis, poſitis ſex pro parte diſputatoribus, qui in medio totius concilii conſidebant, ſex videlicet ex una parte, & ſex ex alia, ſibi adinvicem facies conſpicientes. Interpres autem ſtabat in medio omnium referendo cuncta in Latino & Græco ſermone, quæ ab utraque parte dicebantur: tres vero notarii erant conſtituti pro qualibet parte, qui omnia geſta in Latino & Græco fideliter conſcribebant.* Hæc ille. Latinis igitur exemplaribus in archivis & bibliothecis deliteſcentibus, ex Græcis unum ſine ſcriptoris ſeu notarii nomine anno milleſimo quingenteſimo vigeſimoſexto ſedente Clemente VII. typis Romæ excuſum lucem aſpexit, a Bartholomæo Abramo Cretenſi Latine redditum, qui Florentino concilio non in operis tantum veſtibulo, ſed inter ipſa etiam acta octavæ ſynodi nomen indidit; *Joannes*, inquit, *Palæologus imperator ad celebrandam octavam ſynodum triremibus invectus eſt*: ut ſi antiquiores codices ejuſdem concilii manu exaratos non haberemus, autographo hæc verba neceſſario eſſent adſcribenda, quæ merito Baronius [a] temeritatis, vel imperitiæ arguit, eum titulum & ordinem vindicante ſibi œcumenica octava ſynodo, contra Photium ſchiſmaticorum anteſignanum celebrata, quam propterea ejuſdem factionis Græci non recipiunt, nec agnoſcunt. Hoc igitur detracto titulo & nomine, aliam ejuſdem Græci codicis tranſlationem in Latinum ſermonem elaboravit Joannes Matthæus [b] Caryophilus, idem Cretenſis, quæ in conciliis generalibus ſub Paulo V. Romæ editis eſt impreſſa.

[a] Tom. 10. anno 869. num. 64.

[b] In catalogo conciliorum generalium Romæ editorum initio tomi IV.

Verum expetebant plurimi, & quidem merito, ut exemplar etiam earumdem diſputationum ab aliquo ſcriptore Latino exaratum quæreretur, & ad publicam utilitatem ederetur in lucem. Eodem ego deſiderio cum tenerer, atque bibliothecæ Vaticanæ volumina revolverem, reperi vetuſtum codicem manuſcriptum continentem eas diſputationes, ab Andrea de ſancta Cruce patricio Romano & apoſtolici conſiſtorii advocato deſcriptas, qui & inter advocatos, qui concilio interfuerunt, recenſetur in actis [c], & ea quæ hinc inde dicebantur excipiebat: quod ipſe profitetur [d] his verbis: *Calamum ſumpſi, onuſque ad ſcribendum prolata ſuſcipiens, id proſecutus ſum: referam, nulla mutata ſubſtantia, Græcorum dicta ex interpretis organo, Latinorum ex ipſorum exponentium originali emiſſione verborum.* Et infra [e]: *Quæ quidem, etſi facundius referri potuiſſent, retuli, prout fuere, verbiſque propriis eorum qui ea protulere, ne verborum ornamento a geſtorum veritate divertere judicarer.*

[c] Part. 2. num. 29.

[d] Collatione 1.

[e] Collatione 22. in fine.



Quod autem id Andreas & alii ſcriptores præſtare potuerint, fidem faciunt verba interpretis [f], ſic diſceptatores alloquentis: *Placeat plane dicere, ut ſcriptores poſſint ſcribere*: imo & poſt diſceptationes conveniebant ſcriptores, ut unus ſuppleret ex alio, ſi quæ non excepiſſet: ſic enim Græcis dixit aliquando Julianus cardinalis Cæſarinus [g]: *Si ſcriptores non bene omnia recollegerunt, noſtri ſcriptores & veſtri conveniant*: & alibi [h]: *Relata per notarios ſcripta auſcultentur*: & rurſus [i] alibi: *Conveniant qui ſcripſerunt, & de ſcriptis conveniant.*

[f] Collatione 21.

[g] Ubi ſupra.

[h] Collatione 4. in fine.

[i] Collatione 8.

In hoc eodem concilio (dum adhuc Florentiæ poſt diſceſſum Græcorum celebraretur) eccleſias Armenorum & Jacobitarum ad apoſtolicæ ſedis obedientiam reduxit Eugenius, decretis pro earum unione cum Romana eccleſia conditis, in quibus fere omnia Chriſtianæ fidei dogmata, & ſacramentorum myſteria continentur; quæ, quamvis legantur in Bullario Romano & in codicibus Vaticanis, extentque originalia, de quibus ſuo loco dicemus, tamen non ſolum inter acta concilii non ſunt edita, ſed nec uſlibi prorſus publice apparent, qua tandem occaſione, quibus tunc miſſis legationibus, quibus oratorum inſtantiis & acceptationibus fuerint condita.

Tranſtulit etiam hoc concilium Eugenius Florentia Romam in Laterano, atque in eo oratores regis Æthiopum audivit. Syros, Chaldæos, & Maronitas ad ſedis apoſtolicæ obedientiam reduxit, eiſque decreta de fide catholica, approbante concilio, tradidit.

Hæc omnia in Vaticanis codicibus & regeſtis incluſa detinebantur: & hæc ſunt, quæ in hoc opere continentur, & nunc primum in lucem prodeunt: ad quorum pleniorem notitiam plura etiam inſerui ex hiſtoricorum manuſcriptis codicibus & monumentis, quæ in præfata extant bibliotheca.

Ea igitur quæ reperi, non ſecus ac vivas aquas in Vaticani collis viſceribus, Vaticanæ ſcilicet bibliothecæ manuſcriptis voluminibus reconditas, typis, quaſi canalibus, in eccleſiæ campum derivandas curavi; obſcuriora & difficiliora, notis tam in margine, quam in fine conſtitutionum & collationum appoſitis, pro viribus illuſtravi; ſanctorum patrum & conciliorum teſtimonia quibus ex locis deſumpta ſint, indicavi; cuncta juxta temporis ordinem, brevi, ubi opus fuit, narratione & argumento, hiſtorica methodo connexui, ac in tres partes diſtributa diſpoſui. Quarum prima ante adventum Græcorum, ſecunda poſt eorum adventum, tertia poſt eorumdem diſceſſum, acta continet.

Quocirca neminem non manifeſte percipere exiſtimo, quam graves nos cauſæ ad hanc novam collectionem adoriendam, illuſtrandam ac divulgandam impulerint, ut vera tandem & integra ſacroſanctæ ſynodi acta fideliter in ſuas partes digeſta, publice in omnium manibus extarent: in quibus edendis una hæc nobis & ſuprema ratio fuit, ut Dei laudem & ſanctæ matris eccleſiæ utilitatem pro virium noſtrarum modulo promoveremus.







# PARS PRIMA

## ACTORUM SACRI OECUMENICI CONCILII FLORENTINI

### ANTE ADVENTUM GRÆCORUM AD IDEM CONCILIUM.



I.

*DIVISIONEM orientalis eccleſiæ ab apoſtolica ſede ægre ferens ac moleſtiſſime Eugenius IV. ſummus pontifex, in Conſtantienſi concilio primum; demum apud Martinum papam V. prædeceſſorem ſuum, adhuc in minoribus conſtitutus, plurimum laboraverat [a] ut ſublato pariete de medio, utriuſque eccleſiæ unio proveniret. Ad apoſtolatus autem apicem aſſumptus, pio deſiderio, paſtoralis curæ debito accedente, eam rem ardenti animo aggreſſus, per ejus ſtudium ac diligentiam Joannes Palæologus imperator Conſtantinopolitanus, & Joſephus patriarcha oratores ad apoſtolicam ſedem deſtinarunt. Nec moratus Eugenius nuncios apoſtolicos Conſtantinopolim tranſmiſit, quorum induſtria ad conventiones & capitula tractanda vel deventum eſt. Interim exiſtentes in Baſileenſi concilio, quod a Martino V. ſummo pontifice fuerat indictum, & ejuſdem Eugenii aſſenſu perſeverabat, privatas cauſas, zeli & reformationis prætextu, exercentes, jamque adverſus Eugenium intumeſcentes, ut ex adventu Græcorum majorem ſibi exiſtimationem compararent, per oratores & literas Græcos ſolicitabant, ut ad idem concilium accederent, quod & pacto firmarunt. Nam oratores imperatoris & patriarchæ ad idem concilium tranſmiſſi, cum nondum ad eorum notitiam perveniſſent tractatus & capitula Conſtantinopoli per nuncios apoſtolicos firmata, convenerunt cum Baſileenſibus inter alia, de transferendo dicto concilio ad locum Græcis magis accommodum, his verbis* [b]: Loca nominata ſunt Calabria, Ancona, vel alia terra maritima: Bononia, Mediolanum, vel alia civitas in Italia: extra Italiam Buda in Hungaria, Vienna in Auſtria; & ad ultimum Sabaudia. Datum in ſeſſione publica 7. Idus Septembris 1434.

[a] Ut teſtatur ipſe Eugenius ſummus pontifex in ſua conſtitutione incipiente, Salvatoris, quæ infra num. 4. recenſetur, ex qua hæc deſumpſi.

[b] Seſſ. 19. ejuſdem concilii.

*Diſplicuit quidem ſummo pontifici quod parum ſibi deferri videretur, cum de re tam gravi & ardua, tot menſibus agitata, nihil antea ſibi per ipſum concilium fuiſſet nunciatum: avidus tamen unionis præfatæ, & veritus, ne, ſi diſſenſio aliqua intercederet, eadem impediretur, licet deliberationem aliam multo expeditiorem, ut probavit eventus, Conſtantinopoli in dies expectaret, audito nihilo minus oratore concilii, concluſioni ipſius concilii præbuit aſſenſum. Subſecutos poſtmodum Græcorum oratores pro confirmatione Conſtantinopoli geſtorum exhortatus eſt, ne concluſionum varietatem ægre ferrent, neve diffiderent, auſpice Deo, pro votis omnia ſucceſſura: ſibi gratam eſſe omnem viam, per quam unio ſequeretur: ſuam proinde opem & operam ullo tempore non defuturam; quod & præſtitit. Nam apoſtolicæ ſedis legatos Nicolaum titulo ſanctæ crucis, & Joannem titulo ſancti Petri ad vincula, presbyteros cardinales, cum facultate ea omnia faciendi, quæ præfatæ unioni profutura viderentur, Baſileam ad concilium tranſmiſit.*

*Cum vero expectaretur, prædicta ad debitum finem perduci, nonnulli in præfato concilio exiſtentes, pro eodem concilio transferendo ad locum Græcis magis accommodum, nominarunt & elegerunt civitatem Avenionenſem in Gallia, in priori decreto non nominatam, nec comprehenſam: quod decretum legitur in ſeſſione 25. ejuſdem concilii his verbis.* Sacroſancta generalis ſynodus Baſileenſis. *& infra*: invocata Spiritus ſancti gratia poſt miſſarum ſolemnia concluſum fuit & conventum, quod apud imperatorem, patriarcham, & alios Græcos prædictos, diligens & debita fieret inſtantia cum allegationibus & expoſitionibus plurimorum rationibus, quæ ad id allegari & adduci poſſent, ut ex diverſis bonis reſpectibus civitatem Baſileenſem acceptarent pro dicto œcumenico concilio ibidem celebrando: quam ſi eos omnino recuſare contingeret, extunc civitas Avenionenſis locus eſſet ipſius œcumenici concilii ibidem celebrandi, ſi tamen illud in eadem celebrari non poſſet, extunc in Sabaudia concilium celebraretur antedictum. Ut igitur prætermiſſa omnia & ſingula debitum & votivum ſortiantur effectum, cum omni ſolemnitate alias in hoc ſacro Baſileenſi concilio in rebus arduis expediendis adhiberi ſolita, patribus in majori eccleſia Baſileenſi poſt miſſarum ſolemnia conſidentibus, hæc ſancta ſynodus decernit, vult, ſtatuit, ordinat & declarat, futurum œcumenicum concilium in Baſileenſi, aut, illa recuſata, in Avenionenſi, civitatibus; alioquin in Sabaudia juxta concluſionem ſupradictam, debitis & conventis temporibus debere celebrari. Quodque imperator & patriarcha, & alii Græci præfati, juxta capitulata & decreta hujuſmodi, nec non omnes & ſinguli alii cujuſcumque gradus, ſtatus, dignitatis vel præeminentiæ exiſtant, qui generalibus conciliis de jure vel conſuetudine intereſſe debent, etiamſi pontificali dignitate præfulgeant, ad illud debeant & teneantur, maxime pro conſummatione tam ſalutaris operis, accedere & convenire. Et hanc præmiſſam nominationem & electionem vult, ſtatuit & decernit hæc ſancta ſynodus, ut ſit firma, inconcuſſa & inviolabilis, quacumque alia modificatione, ordinatione, diſpoſitione, nominatione, ſeu electione per ipſum ſacrum concilium, ſeu alium, vel alios quacumque auctoritate, etiam papali fungentes, in contrarium facta, ſeu factis, minime valitura, ſeu valituris. Datum Baſileæ in ſeſſione publica hujus ſanctæ ſynodi in eccleſia majori Baſileenſi ſolemniter celebrata Nonis Maii, anno a Nativitate Domini 1437.

*Decretum concilii Baſileenſis, eligentis Avenionenſis civitatis pro transferendo eodem concilio.*

*Contra quod decretum reclamarunt, & expreſſe de nullitate proteſtati ſunt oratores imperatoris & patriarchæ Græcorum: quorum proteſtationem in-*

ANNO CHRISTI 1438.

*ſeris Eugenius papa in ſua conſtitutione a infra recenſenda.*

a Num. 4.

*Sanior vero pars ejuſdem concilii in executionem primi decreti nominavit & elegit Florentiam, aut Utinum in patria Fori Julii, ſeu aliam civitatem in Italia, ut ſæpe affirmat Eugenius in ſequentibus conſtitutionibus. Ipſum vero decretum hactenus deſideratum, ex Vaticano codice b, ex quo & pleraque conſtitutiones Eugenii c infra recenſendæ ſunt deſumpta, hic ſubjicitur,*

b 4128.

c Has Eugenii conſtitutiones & acta concilii vidi etiam in bibliothecis eminentiſſimi cardinalis Biſciæ, & collegii Capranicenſis de Urbe.

## I I.

## DECRETUM CONCILII BASILEENSIS

### electionis Florentiæ, &c. pro transferendo eodem Concilio.

*Sacroſancta generalis ſynodus Baſileenſis in Spiritu ſancto legitime congregata, univerſalem eccleſiam repræſentans, ad perpetuam rei memoriam.*

HÆc ſacroſancta ſynodus inter ſuæ congregationis exordia, ut ea, pro quibus generalium conciliorum celebratio dignoſcitur inſtituta, Spiritus ſancti aſſiſtente gratia, opere complerentur, ſummam diligentiam ad continuandam inter populos occidentales & orientales unionem adhibuit, ut ſicut ex longo diſſidio Dei eccleſia innumeras perpeſſa eſt calamitates, ita ex fraterna unione maximum aſſequeretur profectum, proinde Conſtantinopolim ad hoc ſanctum promovendum opus oratores tranſmiſit, quibus una cum ſolemnibus ambaſiatoribus ſereniſſimi imperatoris Romæorum & venerabilis patriarchæ Conſtantinopolitani huc redeuntibus, habitis ſuper hoc multis tractatibus, maturaque deliberatione, tandem certa capitula inter hoc ſacrum concilium & ipſos ambaſiatores concordata, & per decretum & publica ſeſſione firmata extiterunt. In quibus eadem ſancta ſynodus ex tam ſancto negotio ad deſtinandum Conſtantinopolim oratores ſuos cum quibuſdam pecuniarum ſummis, & duabus galeis groſſis, duabuſque ſubtilibus, & trecentis baliſtariis, infra certum tempus, ac per eoſdem, unum de locis in decreto comprehenſis pro œcumenico concilio nominandum, in quo imperator & patriarcha cum ſeptingentis perſonis, pro hac ſancta unione complenda, nobiſcum convenirent, obligare ſe voluit.

Cum autem tempus iſta exequendi in foribus inſtet, cupiens hæc ſancta ſynodus ſuis penitus pollicitationibus ſatisfacere, & tam pium negotium, quo hoc tempore ſalubrius excogitari nequit, totis viribus ad optatum finem perducere, ad hanc in ſuis diſputationibus, & deinde in generali congregatione concluſionem devenit, ut videlicet civitas Florentina, aut Utinum in patria Fori Julii ponenda in manu concilii, ſeu quicumque alius locus tutus in decreto comprehenſus, ſummo Pontifici & Græcis accommodus, pro œcumenico concilio eligatur; ille videlicet de prædictis, qui citius paraverit & expedierit galeas, pecunias & alia neceſſaria, datis etiam ſecuritatibus neceſſariis. Portus autem ſit Venetiæ, Ravenna, aut Ariminum: ille videlicet ex iis, quem imperator & patriarcha Conſtantinopolitanus maluerint. Item ne clerus gravaretur incaſſum, decima nec decretaretur, nec exigeretur, uſquequo Græci ad unum de prædictis applicuerint portum. Quodque per totum tempus in decreto comprehenſum in hac civitate ſacrum remaneat concilium, & ut legati ac præſidentes apoſtolicæ ſedis, vocatis patribus, de quibus eis viſum eſſet, oratores ad conducendum Græcos & præmiſſa exequenda eligant, qui omnem inſtantiam pro hac civitate Baſileenſi facere debeant.

ANNO CHRISTI 1438.

Ut igitur ſemper, divina gratia aſſiſtente, præmiſſa omnia & ſingula debitum ſortiantur effectum, in hac publica & ſolemni ſeſſione hæc ſancta ſynodus præfatam concluſionem vult, ſtatuit, declarat eſſe firmam atque validam, tenendamque & exequendam; caſſans, irritans & annullans, caſſumque, irritum & nullum eſſe decernens quidquid a quoquam, & etiam quibuſcumque factum vel actum ſit, vel in futurum fieret, vel attentaretur adverſus prædicta, ſeu dependentia ab eis, vel quod eorum executionem poſſet quomodolibet impedire: volens, ut ad prædictorum executionem prædicti apoſtolici legati ac præſidentes quaſcumque literas opportunas ſub bulla concilii in forma debita conficiant, & alia quæcumque huic ſancto negotio neceſſaria vel accommoda expediant.

Datum Baſileæ in noſtra ſolemni ſeſſione in eccleſia majori celebrata Nonis Maii, anno a nativitate Domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimo ſeptimo.

Ego Oddus de Varris apoſtolicæ ſedis protonotarius præmiſſis decretationi & decreti publicationi, omnibuſque aliis & ſingulis, dum ſic, ut præmittitur, in publica ſeſſione in majori eccleſia Baſileenſi ſolemniter celebrata fierent & agerentur, præſens interfui, & ea omnia fieri vidi & audivi, & in fidem omnium & ſingulorum præmiſſorum rogatus & requiſitus, me in hoc publico decreto ſubſcripſi, ipſumque ſigno & nomine meo ſolitis & conſuetis ſignavi.

Ego Ludovicus de Roma apoſtolicæ ſedis protonotarius præmiſſis decretationi & decreti publicationi, omnibuſque aliis & ſingulis, dum ſic, ut præmittitur, in publica ſeſſione in eccleſia majori Baſileæ ſolemniter celebrata fierent, præſens fui, & ea omnia ita fieri vidi & audivi. In fidem autem præmiſſorum rogatus, in hoc publico decreto me ſubſcripſi, illudque præſenti ſubſcriptione ac ſolito ſigno ſignavi.

Et ego Georgius Frey de Vilshouers clericus Pataviensis diœceſis, publicus imperiali auctoritate, nec non dictæ ſacroſanctæ generalis Baſileenſis ſynodi notarius, qui in omnibus & in ſingulis præmiſſis, dum ſic, ut præmittitur, in dicta publica ſeſſione agerentur & fierent, una cum reverendis patribus dominis protonotariis ſanctæ apoſtolicæ ſedis ſupraſcriptis interfui; ideo me huic præſenti decreto ſubſcripſi manu propria, una cum ſigneti mei appoſitione, in teſtimonium hujuſmodi publicationis rogatus & requiſitus.

Et ego Giſelbertus Bonnere, alias Katoum clericus Tornacenſis diœceſis, publicus apoſtolica & imperiali auctoritate, dictæque ſacroſanctæ generalis Baſileenſis ſynodi in ejus ſacra deputatione reformatorii notarius, prædictis decretationi & decreti publicationi, omnibuſque aliis & ſingulis præmiſſis, dum ſic, ut præmittitur in dicta ſeſſione publica in majori eccleſia Baſileenſi prædicta ſolemniter celebrata fierent & agerentur, una cum dominis ſedis apoſtolicæ protonotariis & notariis præſcriptis præſens fui, eaque ſic fieri vidi & audivi; & idcirco huic decreto ſignum meum ſolitum appoſui, meque huic ſubſcripſi rogatus & requiſitus in fidem & teſtimonium omnium præmiſſorum,



ANNO CHRISTI 1438.

## I I I.

*Mirum ſane, quomodo hæc duo decreta adeo diſcrepantia ſint data in eodem concilio, eodem anno, & die, & ſeſſione: utrumque enim datum legitur Nonis Maii 1437. in publica ſeſſione, ut omnino error videri poſſit in Datis. Sed rem geſtam narrat Auguſtinus Patricius Senenſis in ſummario actorum concilii Baſileenſis ab eo compoſito juſſu Franciſci cardinalis Picolominei, anno 1480. quod manuſcriptum extat in bibliotheca Vaticana. Ex quo etiam intelligitur, cur Græci recuſarint adire Sabaudiam, ad ultimum in primo Baſileenſi decreto nominatam: ſic enim ait ſeſſione 25. & 26.*

*Quomodo duo decreta contraria in eodem concilio Baſileenſi, eodem die ſint facta.*

Magna per hoc tempus inter Patres concilii diſſenſio orta eſt, ingenſque & periculoſa ſeditio. Nominaverat ſiquidem major pars patrum pro loco œcumenici concilii cum Græcis celebrandi Avenionem, Baſileam & Sabaudiam, præſidentibus concilii & legatis apoſtolicis fruſtra reclamantibus. Advenerunt & legati Græcorum, qui acriter conquerebantur, conventa non ſervari, quando Avenio & Baſilea in decreto concordiæ nominata non eſſent; dure autem nimis agi ſecum, ſi Sabaudiam Græcos petere velint, quoniam ſit in decreto, cum Græci ad ultimum dixerint Sabaudiam, quaſi aliis deficientibus: & cum etiam intelligerent pro Sabaudia aliquem locum Italiæ duci Sabaudiæ ſubjectum, Græcorum imperatorem & patriarcham, pleroſque alios prælatos & proceres eſſe annis & valetudine graves, neque illos poſſe Alpes ſuperare, ut Sabaudiam petant, neque etiam ob longum iter eis eſſe facile aut tutum petere Avenionem, Turcis eorum urbem aſſidue infeſtantibus.

Tandem bonorum opera, diſſidentes his legibus in concordiam tunc venere publico conſenſu, ſi Avenionenſes intra dies XXX. promiſſum mutuum ſeptuaginta millium aureorum numerata pecunia non ſolverint, & intra alios XII. dies ſe id integre perfeciſſe patres legitime non docuerint, concilium poſſe & teneri procedere ad electionem alterius loci. Appetente hujus termini fine, Avenionenſes paratam pecuniam habere ſe affirmant: ſed, antequam mutuum faciant, petunt ut publico concilii decreto firma electio de Avenione fiat; portus vicinus nominetur, decimæ ſtatuantur, quarum pecuniæ ſimul cum his quæ ex indulgentiis provenient, occaſione mutui ſibi obligentur. Negabantur hæc, quod præter conventa eſſent.

Tandem elapſo termino triginta, & duodecim deinde dierum, præſidentes concilii & legati apoſtolici convocant patres ad novam loci electionem, quando Avenionenſis nominatio eſſet expirata. Secedit maxima pars patrum, quæ pontifici erat infenſa, & concilium in Italiam nullo pacto volebant. Hæc factio ex vili plebe magna ex parte conſtabat, quamvis ducem haberet cardinalem Arelatenſem, & nonnullos alios prælatos. In alia parte, ſanctæ Sabinæ, qui & ſancti Angeli dicitur, & ſancti Petri ad vincula, cardinales erant, & plerique alii digni prælati, numero tamen longe ſuperabantur. Præſidentes per illos qui conventa ſervare, & ad novam electionem procedere volebant, cum alii vocati non venirent, primo in deputationibus, tum in generali congregatione legitime concludunt, Florentiam & Utinum in Foro Julii ponendam in manu concili, ſeu quemcumque alium locum tutum in decreto conventionis contentum, ſummo pontifici & Græcis accommodum eſſe eligendum pro concilio, illum videlicet qui citius paraverit & expediverit pecunias, triremes, & alia opportuna: aſſerunt hoc ſibi licere, etiam majore parte concilii contradicente. Quod cum ipſa major pars non velit convenire ad electionem, ut ex communi decreto teneretur, & terminus ſit jam elapſus, urgeatque neceſſitas locum eligendi, cum jam finis menſis Aprilis inſtet, & per totum ſequentem menſem Maii oporteat ſecundum conventionem & fidem Græcis datam, naves Conſtantinopolim appuliſſe; omne jus concilii reſtet in eos qui decretum concilii exequi, & reipublicæ conſulere velint: ſi ſicut in electione epiſcopi intra tempus legitimum major pars collegii eligere non vellet, minor poteſt eligere, & tota capituli poteſtas in volentibus eligere permanet.

ANNO CHRISTI 1438.

At pars adverſa aſſerens nihil decerni poſſe ſine conſenſu majoris partis, acrius irritata, præſidente cardinale Arelatenſi, concludit Avenionenſium poſtulata eſſe admittenda: neque iis contenta, publicam ſeſſionem indicit, ut decretum firmet. Legati vero apoſtolici, & qui pontificis dignitatem tuebantur, concordiam quærentes, hortantur patres, ut ſuæ ſententiæ, quæ reipublicæ utiliſſima eſſet, vellent acquieſcere: ſin minus, communi decreto Avenio, ſive Sabaudia pro concilio eligeretur, hac conditione, ut ſi, adhibita omni diligentia per patres, Græci non vellent ea loca acceptare, ut proteſtati erant, tunc alius locus eligeretur Græcis & pontifici accommodus: &, ſi hoc etiam non placeret, mitterentur legati ex concilio Conſtantinopolim, qui Græcos ad quamcumque Latinorum terram poſſent, ſi non, ad quam vellent, omnino deducerent; ita ut non tam locorum utilitas, quam Græcorum ſalus quæri videretur, neve ob aliquorum paſſiones Latini eccleſiæ fides manca redargueretur. His tamen omnibus neglectis atque ſpretis, adverſæ factionis capita clericos undique cogunt: veniunt turmatim ex vicinis oppidis & civitatibus ſacerdotes, & qui etiam in urbe patribus ſerviebant, plerique & in eccleſia togati convenientes, juſſa præſtabant ſuffragia.

*Electio Florentiæ.*

Celebratur igitur XXVI. ſeſſio magna frequentia, majorique diſſenſione, Nonis Maii anni ſalutis 1437. in qua ſedentibus ſeorſum factionibus, a præſidentibus concilii & legatis apoſtolicis Florentia & Utinum decernuntur, ut ſupra concluſum fuerat. Portus autem nominantur Venetiæ, Arimini, Ravennæ, quem malint Græci, Decimas non ante eſſe imponendas ſtatuitur, quam Græci portum Italiæ appulerint, unum de nominatis, ne ſi forte aliquo fato impediti non venerint, illuſum ſibi clerus conqueratur: Concilium interim Baſileæ perſeverare oportere; legatos Conſtantinopolim mittendos, qui hæc Græcis nuncient, dentque operam ſi poſſent

ANNO CHRISTI 1438.

poſſent omni ſtudio, ut Græcos Baſileam perducant.

*Electio Avenionenſis.*

Altera factio, quæ multitudine & numero ſe tuebatur, eodem die & eodem loco decernit, Avenionenſium poſtulata eſſe admittenda; Avenionem & Sabaudiam pro futuro concilio ſtatuit: portum illis viciniorem nominat; decimas & indulgentias decernit Avenionenſibus concedendas. Duobus igitur decretis omnino contrariis in eadem ſeſſione editis, creſcit in dies ſeditio: & cum Baſileenſes (ſic enim factionem Pontifici adverſam appello) non permitterent, ut concilii ſigno decretum adverſæ factionis ſignaretur, præſidentes facto novo decreto ſtatuerunt, bullam concilii cardinalis ſancti Petri ad vincula archiepiſcopo Panormitano & epiſcopo Burgenſi eſſe credendam, qui literas decretorum ab ipſis factorum ſignarent, & debitæ executioni mandarent: quorum poſtea opera & bulla munitæ ſunt literæ, & arca, in qua bulla ſervabatur, ad ſacrarium ſancti Leonardi eſt tranſlata: unde major & periculoſior tumultus poſtea exortus eſt; & tandem arca ipſa multitudinis violentia ad priſtinum locum reducta. Eugenius autem Pontifex, qui tum Bononiæ erat, inſtantibus Græcorum legatis, nominationem Florentiæ & Utini pro œcumenico concilio approbavit & confirmavit ad quartum Kalendas Junii ejuſdem anni.

*Hæc Patricius. Eadem brevius narrat Æneas Silvius cardinalis Picolomineus, poſtea Pius II. oculatus & ipſe teſtis, opuſculo de conditione Germaniæ ad Martinum Meyr, loquens de Patribus concilii Baſileenſis, his verbis:* Cum de trahendis ad unionem catholicam Græcis tractare cœpiſſent, eſſetque illorum cauſa concilium transferendum, diviſi inter ſe Patres, alii apud Gallias Avenionem urbem pro loco futuri conventus elegerunt, alii apud Italiam civitatem Florentinam, Græcis qui vocabantur, procul dubio magis accommodam, vel alium in Italia locum, in quo haberi poſſent quæ ad rem Græcorum neceſſaria putabantur. Hi quamvis eſſent pauciores, plus tamen æquitatis præ ſe ferebant, iiſque Pontifex maximus Eugenius conſenſit. *Hac ille.*

## IV.

## CONFIRMATIO DECRETI CONCILII Baſileenſis electionis Florentiæ, &c. pro translatione ejuſdem concilii.

*Eugenius epiſcopus ſervus ſervorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.*

SALVATORIS & Dei noſtri, in glorioſo cujus ortu angelorum chorus gloriam in altiſſimis Deo, & in terra pacem hominibus bonæ voluntatis nunciavit, & qui e Mundo tranſiturus ad Patrem, tanquam in ultimis teſtamentum conderet, diſcipulis ſuis, quos in finem dilexit, bonum hæreditarium unionem reliquit & pacem, vices, quamquam meritis inſufficientibus, gerentes in terris, pro debito oneris imbecillibus noſtris humeris impoſiti, unitatem in univerſo Chriſtianorum populo ſummis deſideriis affectamus, ad illamque, ubi eſt, conſervandam; ubi vero aliqua ex parte deſit, ponendam nutriendamque anhelamus.

*Sic in bulla aliis totidem fere verbis infra ...*

Sane dudum adhuc in minoribus conſtituti attendentes quot & quanta, ſive bona neglecta etiam perdita ſunt, ſive mala in eccleſia Dei & populo Chriſtiano provenerunt ex diviſione orientalis & occidentalis eccleſiæ, & intelligentes, nihil eſſe inter alia omnia pluris faciendum, rem exiſtimavimus dignam, cui omnes adhiberemus conatus: hinc in concilio Conſtantienſi primo, deinde apud felicis recordationis Martinum V. prædeceſſorem noſtrum pro optata hujuſmodi eccleſiarum Dei unione plurimum laboravimus.

Quamprimum vero ad apoſtolatus apicem aſſumpti fuimus, honeſto illi pioque deſiderio noſtro debitum acceſſiſſe cernentes ex injuncto nobis deſuper curæ paſtoralis officio, eam rem ſuſcepimus ardenti animo; factumque eſt, ut oratores cariſſimi filii noſtri in Chriſto Joannis imperatoris Græcorum illuſtris, & venerabilis fratris Joſephi Patriarchæ Conſtantinopolitani, ſe Romam ad nos contulerint, & deinde miſſis per nos Conſtantinopolim nunciis, communi conſenſu tractatum fuerit, quod pro celeriori firmiorique ipſius rei conſecutione, legatus de latere cum prælatis, magiſtris & doctoribus tantæ rei tractandæ neceſſariis, a nobis Conſtantinopolim mitterentur, quem tractatum imperator Trapezuntiarum facile poſtea approbaviſſet. Prius vero quam tractatus hujuſmodi ad nos capitula portarentur, alius in Baſileenſi concilio unionis modus per decretum firmatus eſt; poſteaque miſſus ad nos prædicti concilii orator noſtrum requiſivit aſſenſum.

Nos vero avidi prædictæ unionis, & veriti, ne ſi aliqua diſſenſio intercederet, tantæ tamque nobis optatæ rei ruptura ſequeretur, licet de re tam gravi & tot menſibus agitata quidquam e prædicto concilio ad nos * prolatum non fuiſſet, non obſtante etiam quod interea regreſſus oratoris noſtri, & novus Græcorum adventus pro approbatione alterius concluſionis eſſet nunciatus, antedictæ concluſioni in concilio habitæ conſenſimus.

* l. perlatum

Venienteſque ad nos prædicti imperatoris & patriarchæ oratores pro confirmatione eorum quæ in Conſtantinopoli concluſa fuerant, eam facere omiſimus, ne propter varietatem tractatuum tam ſanctum opus deſtrui poſſet, aut quomodolibet impediri. Sed illos ad prædictum concilium remiſimus, exhortantes eos, ut de hujuſmodi varietate non deſperarent, quoniam nobis erat grata omnis via, per quam ſancta hæc res effectum erat optatum quomodolibet habitura.

Poſtea vero miſſi ſunt a prædicto concilio ad imperatorem & patriarcham prædictos alii oratores pro decreti ipſius certificatione: & ſecutum eſt, ut habita a noſtris oratoribus, qui hac de cauſa erant Conſtantinopoli, certiſſima informatione de noſtro ad rem ipſam conſenſu præſtito, imperator & patriarcha prædicti ratificaverunt.

Qua ratificatione facta, nos, ut ſemper antea iſtius ſanctæ unionis concluſionem affectantes de venerabilium fratrum noſtrorum ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinalium conſilio & aſſenſu, dilectos filios noſtros Nicolaum tituli ſanctæ crucis, & Joannem tituli ſancti Petri ad vincula, presbyteros ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinales, noſtros & apoſtolicæ ſedis legatos miſimus Baſileam ad prædictum concilium. Eis autem facultatem inter alia dedimus plenariam illa faciendi omnia, quæ unioni prædictæ viderentur quomodolibet profutura: qui pro loci nobis & Græcis accommodi electione procuranda, ut ad



ANNO CHRISTI 1438.

ad optatam unionem perveniri poſſet, opportune inſtiterunt.

Cum vero expectaretur, prædicta ad debitum finem perduci, nonnulli in prædicto Baſileenſi concilio exiſtentes ad quamdam nominationem proceſſerunt civitatis Avenionenſis, non nominatæ, comprehenſæ in decreto, & ab ipſis Græcis ſemper alias repudiatæ. Unde factum eſt, ut dilectus filius nobilis vir Joannes Biſſipatus ambaſiator imperatoris, & nuncius etiam patriarchæ, in forma ſubſcripta fuerit proteſtatus.

In nomine Domini. Amen. Tenore præſentis publici inſtrumenti cunctis pateat evidenter, & ſit notum, quod anno a nativitate ejuſdem 1437. indictione xv. die vero Veneris xv. menſis Februarii, pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & domini noſtri, domini Eugenii divina providentia Papæ IV. anno VII. reverendiſque in Chriſto patribus ac dominis, domino Juliano tituli ſanctæ Sabinæ in Germania apoſtolicæ ſedis legato, Joanne tituli ſancti Petri ad vincula, Ludovico tituli ſanctæ Cæciliæ Arelatenſi, ſanctæ Romanæ eccleſiæ presbyteris cardinalibus vulgariter nuncupatis, Joanne Antiocheno, Ludovico Aquilejenſi, patriarchis, Amedeo archiepiſcopo Lugdunenſi, Petro Dignenſi, Alphonſo Buracenſi, Joanne Luvicenſi, Matthæo Albiganenſi, Berengario Petragoricenſi, Antonio Sudenſi, epiſcopis, ac aliis reverendiſſimis patribus & dominis epiſcopis, & abbatibus, ceteris dominis & doctoribus & magiſtris in magna multitudine & numero copioſo, ſacrum generale concilium repræſentantibus & celebrantibus in generali congregatione, videlicet, in majori eccleſia Baſileenſi de mane, more ſolito, præſente reverendiſſimo domino cardinali legato præſidente in eodem, in noſtrorum notariorum publicorum & teſtium infra ſcriptorum præſentia perſonaliter conſtitutus ſpectabilis & egregius miles dominus Joannes Biſſipatus ambaſiator & nuncius ſereniſſimi domini imperatoris Romæorum, ac reverendiſſimi domini patriarchæ Conſtantinopolitani, certam proteſtationis cedulam, ſive requeſtam ſancto concilio præſentavit & obtulit, ipſamque legi petiit. Quæ quidem cedula per me Petrum Bruneti alterum notarium ſacri concilii de mandato ejuſdem lecta extitit in hæc verba.

*Proteſtatio oratoris imperatoris Conſtantinopolitani recuſantis electionem Avenionenſis civitatis, factam in concilio Baſileenſi.*

Reverendiſſimi patres & domini, ſereniſſimus dominus imperator, & reverendiſſimus dominus patriarcha, & Græci orientales miſerunt me ad ſanctum concilium ex multis reſpectibus, & ſpecialiter propter quatuor. Primo, ut ſignificarem vobis, qualiter omnes de orientali eccleſia ſunt parati venire in tempore conſtituto juxta formam decreti, a quo non intendunt aliquo quoquo modo recedere. Et ut ſciatis & ſitis certi, quod ex parte eccleſiæ orientalis nullus defectus erit, quin omnia in tempore convento exequantur.

Secundo ut debeam cum omni diligentia ſollicitare paternitates veſtras, & inſtare, & hortari, quod omnia in decreto comprehenſa adimpleantur in tempore conſtituto: quod ſi aliquis defectus eſſet, ex uno defectu, etiam parvo, multa inconvenientia & plura mala ſequi poſſent.

Tertio, ut viderem, an locus qui eligetur, ſit ex nominatis in decreto, & habilis nobis Græcis & domino noſtro papæ; quia præſentia ſua, prout ſemper diximus & dicimus, ſupra modum eſt huic negotio neceſſaria, & ſine eo non credimus, quod aliquid boni fieri poſſit, quia ſi noſtri ſciant, quod ex parte veſtra remaneret, quod pap non eſſet præſens, a veniendo poſſent ſe retrahere: quia cum veniant pro unione, nollent uniri in vanum, & eſſe cauſa diviſionis eccleſiæ veſtræ; ſuſpicarentur etiam quod non haberetis illum perfectum animum, qui ad iſtam unionem requiritur.

Quarto, in electo loco, prout dixi, accommodo & habili nobis & domino noſtro papæ, ego deberem videre galeas, ſuper quibus venire debemus, an ſint fortes & bene aptæ ad portandum perſonas noſtras, & eas accipere, cum trecentis balliſtariis, ſecundum quod in decreto continetur, & aliis neceſſariis; deinde reverti in Conſtantinopolim in tempore conſtituto; & ſi contrarium fieret, ego debeo proteſtari, prout proteſtor, quod vos in cauſa eſtis, quod tantum bonum impediatur: & quod per nos non remanet, neque remanebit, quin omnia per vos promiſſa in iſto negotio adimpleantur; ſed vos eſtis in culpa. Ego, ut videtis, huc veni cum magnis laboribus & periculis, & invenio, quod aliqui ex vobis volunt eligere locum, imo (quod pejus eſt) elegerunt locum non nominatum in decreto, ad quem papa nunquam veniet, neque mittet legatos ſuos: & volunt, quod veniamus extra gulfum per viam nobis valde periculoſam, & multo magis longinquam & incommodam: de quo valde miror, quia per iſtam viam iſti tales nolunt unionem noſtram, imo mortem, quia per illud mare ſic latum, ultra alia pericula, vix poteſt inveniri portus, & in eo ſunt multi piratæ, nobis & omnibus Chriſtianis inimici.

Miror etiam, quod cum videatis noſtros prælatos antiquos venire de Cypro Jeruſalem, Alexandria & Antiochia, & aliis remotiſſimis partibus orientis, ac de Ruſſia & ultimis partibus ſeptemtrionis per multa millia milliarium, & per terras infidelium uſque Conſtantinopolim, & de Conſtantinopoli tam prædicti prælati, quam imperator & patriarcha Conſtantinopolitanus, qui eſt antiquiſſimus, debeant ſimiliter per multa millia milliaria, & per mare, & etiam per dominia Turcarum, uſque ad terras Latinorum accedere; quod vos non velitis pro octo aut decem diætis in terra veſtra tuta & pacifica ambulare. Et cum videatis imperatorem noſtrum & principales ex Græcis dimittere domum propriam, uxores & filios in manibus Turcarum, multi ex vobis pro tanto bono nolunt ſe elongare a patria propria per modicum ſpatium.

Quare ſi non providebitis in tempore de alio loco, & alia via nobis & papæ accommoda, ego nomine domini imperatoris & totius eccleſiæ orientalis proteſtor coram Deo & Angelis ſuis, & toto Mundo, quod per eccleſiam orientalem non remaneat, quin ea quæ ſunt capitulata in decreto inter vos & nos, adimpleantur in tempore ſuo. De qua re per totum Mundum ſemper habebitis confuſionem, & in extremo Dei judicio reddetis rationem de tanto damno, cujus eritis cauſa. Quia re vera talis eſt diſpoſitio ex parte noſtra, quod ſi fiet iſtud concilium œcumenicum, omnino ſequetur unio eccleſiæ utrinſque: & ſi remanebit, erit notum toti orbi, quod ex parte veſtra deficiet, non ex noſtra. Et ſi aliquas expenſas facietis, ſignifico vobis, & vos certos facio, quod illas omnes perdetis, quia per iſtam viam electam per aliquos ex vobis, nunquam ali-

ANNO CHRISTI 1438.

aliquem noſtrum habere poteritis ; imo habebimus cauſam repetendi a vobis omnes expenſas quas fecimus propter hoc : & eamdem proteſtationem intendimus facere apud dominum noſtrum, qui pro conſenſu eſt colligatus ad dictum decretum, & apud omnes principes Mundi.

Rogo omnes notarios qui hic ſunt, quod de iſta mea requiſitione faciant mihi inſtrumenta neceſſaria, ut poſſim de hoc facere fidem domino imperatori, & toti Mundo.

Qua quidem proteſtatione, cedula, ſive requeſta, ut præfertur, lecta, ſuper præmiſſis omnibus & ſingulis præfatus dominus Joannes petiit a nobis notariis & dicti ſacri concilii ſcribis infra ſcriptis ſibi fieri atque tradi unum atque plura, publicum inſtrumentum & publica inſtrumenta. Data fuerunt hæc in dicta generali congregatione Baſileæ ſub anno, indictione, menſe, die & pontificatu, quibus ſupra. Præſentibus ibidem venerabilibus & circumſpectis viris dominis & magiſtris Joanne Pulcrapatria, Joanne de Segobia in ſacra pagina, Joanne Leonis, Joanne de Bacheſtri archidiacono Zagabrenſi, decretorum doctoribus, & Guido de Vercellis magiſtro in artibus Pariſiis, teſtibus ad præmiſſa adſtantibus.

Cumque per temporis ſpatium non modicum de hujus loci electione diſſenſio fuiſſet in dicto concilio, tandem pacto convento firmatum & ordinatum extitit, ut ſi infra certum terminum Avenionenſes omnia & ſingula per concilium requiſita non adimplerent, concilium ad alterius loci electionem procedere poſſet, & teneretur.

Quo termino per plures dies elapſo, cum Avenionenſes requiſita non adimplev.iſſent, præfatum ſacrum concilium juxta ordinationem præfatam ad loci electionem proceſſit. Nam pro œcumenico & catholico concilio celebrando elegit Florentiam [a], aut Utinum in patria Fori Julii ponenda in manu concilii, ſeu quemcumque alium locum tutum nominatum in decreto, & accommodum nobis & Græcis, unum videlicet de prædictis, qui citius paraverit galeas, pecunias & alia neceſſaria, prout in decreto ſuperinde confecto latius continetur.

[a] Eadem replicat Eugenius in alia ſua conſtitutione incipiente, *Doctoris gentium*, infra num. 13.

Noviſſime autem venientes Bononiam dilecti filii Joannes Biſſipatus magnus Adriacus, & Emmanuel Tracagnoti Vuloris, oratores ſupradicti, petierunt audiri in conſiſtorio generali, quibus pro rerum magnitudine libenter annuimus. Quare cum die XXIV. Maii præſentis in dicto conſiſtorio eos audire ſtatuiſſemus, eorum orationem expoſuerunt : ex cujus expoſitionis tenore imperatoris & patriarchæ prædictorum ad ſanctiſſimam eccleſiæ occidentalis & orientalis unionem pia deſideria non ſolum confirmari, verum etiam in dies augeri facile intelleximus.

Quodque magis eſt & plurimi faciendum, materiam ejus unionis conſequendæ eo loci perductam eſſe conſpicimus, ut jam hujuſmodi operis ſanctiſſimi omnino conficiendi, juvante domino, ſpem maximam teneamus. Nam cum geſta in concilio præfato narraſſent, & proteſtationem ſubſcriptam per ſe factam contra nominationem civitatis Avenionenſis allegaſſent, ac poſtmodum de verbo ad verbum legi feciſſent, pro concluſione ſua nos humilibus & ſupplicibus verbis exoraverunt, requiſieruntque, ut nominationem electionemque factam de Florentia vel Utino, aut de alio loco, prout in decreto ſuperinde confecto plenius continetur, qui citius neceſſaria paraverit, acceptare atque confirmare velimus, ut œcumenicum & catholicum concilium, & per conſequentem effectum ſanctiſſima eccleſiarum occidentalis orientaliſque unio fiat ; proteſtanteſque nobis, prout Baſileenſi concilio proteſtati ſunt, quod per eos non ſtat, neque aliqualiter ſtabit, quin prædictum œcumenicum & catholicum concilium fiat : memoranteſque damna, ſcandala, ignominiam, & animarum pericula quæ incumbent, ſi eorum juſte, & omni ex parte laudabili, & ſumme neceſſariæ poſtulationi conſentire recuſabimus.

ANNO CHRISTI 1438.

Quare cupientes, quod jam ſanctum unionis opus nullo modo pereat, cum ad id * præveniendum nullam nobis pro nunc aliam cernamus viam ſupereſſe, rerum geſtarum ordinem, proteſtationum & requiſitionum ſuarum inſtantiam attentius conſiderantes, & tanti operis boni periculum formidantes, ſi vel parum ab eorum præſenti requiſitione aliqualiter declinaremus, quod penitus impium & contra noſtræ mentis inſtitutum eſſet, qui, ut ſupra diximus, ſemper rem iſtam deſideravimus, quæſivimuſque pro Dei laude, nominis Chriſtiani celebritate ac amplitudine, ac hujuſmodi ſanctiſſimæ unionis incomparabili bono, de conſilio & aſſenſu venerabilium fratrum noſtrorum ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinalium, pluribus etiam venerabilibus fratribus archiepiſcopis, epiſcopis, & dilectis filiis electis, aliiſque prælatis in noſtra curia reſidentibus in numero copioſo id laudantibus, dictorum oratorum petitionibus annuentes, eas grato libenterque ſuſcipimus, atque electionem Florentiæ vel Utini, aut alterius loci pro celebratione præfati œcumenici catholici concilii, ut in decreto continetur, acceptamus, ac etiam confirmamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ ſuſceptionis, acceptationis & confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire : ſi quis autem, &c. Datum Bononiæ IV. Kalendas Junii anno [b] ſeptimo.

* ſ. perveniendum.

*Confirmatio electionis Florentiæ &c.*

[b] Scilicet pontificatus, qui fuit anno Domini 1437.

*Quid vero poſt hujuſmodi confirmationem a ſummo pontifice factam loci a ſaniori parte concilii electi, ſit actum, narrat Patricius in præfato ſummario actorum concilii Baſileenſis ſeſſione 30. his verbis.*

## V.

Cum pars concilii, quæ præſidentes & legatos apoſtolicos ſequebatur in ſeditione, ut diximus, Florentiam & Utinum pro concilio œcumenico ſtatuiſſet, & approbantibus petentibuſque legatis Græcorum, Eugenius id confirmaſſet ; decreti ſunt ab ea parte legati concilii nomine ad Græcos principes, Dinienſis & Portugallenſis epiſcopi, qui menſe Julii [c] Bononiam petentes, ubi Romanus pontifex erat, poſtquam omnia per pontificem parata intellexerunt ad Græcos in Italiam conducendos, una cum epiſcopo Ceronenſi pontificis oratore Venetias profecti ſunt, ubi conſcenſa triremi, Cretam primo circa Idus Auguſti appulerunt, ibi conſcriptis trecentis balliſtariis, quos ad præſidium urbis Conſtantinopolitanæ abſente imperatore conduxerant, tertio nonas Septembris Conſtantinopolim adnavigarunt ; qui ab imperatore & patriarcha ſuſcepti & auditi, eis perſuaſerunt,

[c] Anal. ſcilicet 1437. Sanior pars concilii Baſileenſis quæ Florentiam elegit, legatos miſit Conſtantinopolim.



ANNO CHRISTI 1438.

ſuaſerunt, ut ſe ad navigationem pararent, ad concilium in Italia celebrandum. Ornabantur igitur Conſtantinopoli triremes tres, una major, duæ minores : & archiepiſcopus Tarantaſienſis, ac Nicolaus de Cuſa natione Germanus, qui poſtea fuit cardinalis ſancti Petri ad vincula, ex Creta alias triremes tres majores paulo poſt adduxerunt, quibus pontificis nomine Græci erant traducendi.

Dum Græci ſe ad transfretationem accingunt, ecce quinto nonas Octobris Avenionenſium triremes appellunt, præfectis [d] Vaſſenſi & Lauſanenſi epiſcopis : quorum adventus eo Græcis viſus eſt ineptior, quo aperte per legatos Baſileæ proteſtati fuerant ſe Avenionem nullo pacto venturos. Sed ubi data eſt copia fandi, concilii Baſileenſis ac multorum principum literas imperatoris primum reddiderunt, tum concilii nomine, cujus ſe legatos eſſe profitebantur, in vim præſtiti juramenti expoſtulant Græcos, ut Baſileam, Sabaudiam, ſive Avenionem ad concilium ſe quamprimum conferant. Oſtendunt monitorium in Eugenium pontificem editum, aſſeruntque, ſi in ejus triremibus navigare pergant, prius Eugenium a concilio pontificali dignitate dejectum iri, quam ad eum perveniant : atque eo pacto fruſtra illos ituros, cum exauctoratus Eugenius concilium dare non poterit : Dinienſis & Portugallenſis præſules non eſſe concilii veros legatos, [e] ſed adulterinos, & præter patrum decreta miſſos ; quod & literis concilii approbabant : niſi ad unum de nominatis locis ſe conferrent, principes omnes, quorum literas attulerant, ſimul cum Baſileenſi concilio eis futuros hoſtes, daturoſque operam, ut aliud concilium celebrari non poſſit. Sin autem ſecum navigarent, concilium & principes futuros eis auxilio contra Turcas, decreturoſque generalem expeditionem, & cruciatam in hoſtes : eadem & patriarchæ Conſtantinopolitano retulerunt, qui ubi criminationes Eugenii ex monitorio audire cœpit, Avenionenſes ſilere juſſit, & ab ſe dimiſit.

[d] Vaſenſi, ſeu Vaſionenſi.

*Pars concilii Baſileenſis, quæ Avenionem elegerat, legatos miſit Conſtantinopolim.*

[e] Nimirum a minori parte concilii prætendebant electos, ut ſupra ex eodem Patricio dictum eſt.

*Patriarcha Conſtantinopolitanus* [illegible] *Baſileenſium contra Eugenium* [illegible] *audit.*

Sed cum legati papæ Dinienſis & Portugallenſis objecta omnia & difficultates Avenionenſium diſſolviſſent, imperator & patriarcha ſe cum eis in Italiam navigaturos promiſerunt, multiſque verbis hortati ſunt Avenionenſes, ut depoſitis odiis & diſſenſionibus ſimul Venetias vellent petere, ubi de loco concilii commodiori eſſet diſputandum. Illi vero indignati, minarum pleni, ſolutis ancoris Peram petunt, & poſt quindecim dies quarto Nonas Novembris in patriam revertuntur : Græci vero cum imperatore, patriarcha, & aliis patribus ad ſeptimum Kalendas Decembris cum novem triremibus iter ingreſſi ſunt, Venetiaſque tandem appulerunt ad ſextum Idus Februarias.

*Græci Venetias navigant cum legatis Papæ.*

Quod cum Baſileæ renunciatum eſſet, illos e Græcia ſolviſſe cum legatis papæ, variæ inter patres ſententiæ multæque contentiones agitabantur. At Julianus cardinalis legatus apoſtolicus convocatis patribus, longa & ardenti oratione primum hortatur patres, ut dimiſſis odiis atque contentionibus, Græcis jam jam Latinas terras appetentibus obviam irent, & quos tantopere abſentes optaverant, nunc præſentes non ſpernerent, mitterent legatos ſuos, qui eos, ſi poſſent, Baſileam, Avenionem, Sabaudiam ut perducerentur, curarent : quod ſi non perſuaderent, agerent cum eis de loco concilii ; ita ut non Græcos propter locum, ſed locum propter Græcos amare videantur, Eugenio pontifici reconciliarentur, ne venientibus Græcis ludibrio eſſent ; ut qui aliorum concordiam quærerent, inter ſe diviſi reperirentur : placere Eugenio, ut Sigiſmundi Cæſaris arbitrio cuncta componantur ; nefas eſſe patribus talem arbitrum ſeculare, cum Cæſar præcipuus ſemper auctor fautorque concilii fuerit : tollatur a patribus monitorium, tollet & Eugenius tranſlationem concilii, promittetque decretorum concilii obſervationem, ſi talia fiant, quæ & reformationi & honori ſedis apoſtolicæ conſulant. Sed obſtinatis animis fruſtra narrabatur fabula : perſtant in ſententia Baſileenſes, & niſi in loco a ſe delecto non videntur paſſuri concilium celebrari. *Hæc Patricius.*

*Julianus cardinalis hortatur Baſileenſes ad concordiam, ſed fruſtra.*

ANNO CHRISTI 1438.

*Verum ad quem finem tenderent conatus Baſileenſium Avenionem eligentium, & oratores præfatos Conſtantinopolim tranſmittentium, magis explicat eorum temporum ſcriptor fide digniſſimus Rodericus epiſcopus Calagurritanus in ſuo opuſculo, cujus titulus eſt : De remediis afflictæ militantis eccleſiæ, ad cardinalem Beſſarionem : quod manuſcriptum extat in bibliotheca eminentiſſimi cardinalis Biſciæ, pagina 118. cujus hæc ſunt verba.*

Octava conſideratio oſtendit, congregationem ſynodalem non modo non fore neceſſariam, ſed nec pro his temporibus expedientem ad extirpandas hæreſes, & alia ſcandala a Dei eccleſia ſubmovenda : & ſumitur ex infelicibus operibus & funeſto exitu congregationis Baſileenſis, quorum memoriam recentiſſimam habemus, quod ſic deducitur. Ut enim ſapientes volunt, ex proximis præteritis plerumque arguere libet ad præſentia & futura : imo per præterita providemus præſentibus & futuris ; unde Gregorius ad Maximum epiſcopum : Ex tranſacta in te vita didicimus, quid de ſequenti converſatione præſumamus. Sed & Caſſiodorus : Inſtructus redditur animus ad futura, quando præteritorum commonemur exemplis. & Cicero in Tuſculanis : Præteritorum meditatio malorum futuris providet.

*Concilii Baſileenſis funeſtus exitus.*

Si igitur ejuſdem perfidæ congregationis geſta recenſemus, demum glorioſa opera recolimus apoſtolicæ ſedis, ac ſanctiſſimæ memoriæ domini Eugenii papæ quarti, tunc in cathedra Petri ſedentis, facile cognoſcemus, unde hæreſes & ſchiſmata prodierunt, unde exceſſus, rebelliones & deformitates ortum habuerunt. Quibus attentis, apertis oculis attingemus, an pro his temporibus expediat ad aliam congregationem aſpirare : quia, ut ſupra diximus, non eſt prudentis viri eam viam repetere, in qua incommoda ſuſtinuit.

Ut igitur paucis multa comprehendamus, præfati perditiſſimi homines, qui Baſileæ ſub concilii nomine remanſerunt, ut inibi unum tribunal contra ſedem apoſtolicam perpetuarent, quieſcente eccleſia in pace & unitate, hæreſes & ſchiſmata, quo ad ſe fuit, non parva attulerunt, concitantes univerſum populum Chriſtianum ad rebellandum apoſtolicæ ſedi. Nam eamdem ſanctam matrem eccleſiam quam unitam invenerunt, ut peſtilentes iniquitatis filii infoliciter ſcindentes, unitatem quam acquirere neſcierunt, facile perdiderunt.

Rurſus apponentes iniquitatem ſuper iniquitatem eorum, ſciſſuram ſciſſuræ (quoad ſe fuit) addiderunt, nam Græcorum populorum unionem a multis optatam ſæculis miris modis impediverunt. Longe aliter certe egit apoſtolica ſedes, & beatiſſimus Eugenius prædictus. Scien-

enim

Anno Christi 1438.

enim meliorem tantorum populorum acquiſitionem omni negotiatione auri & argenti, ad proſequendam eamdem ſanctam unionem totis inſudavit viribus. In qua re nullum paganorum principem, nullum infidelium populum, nullum denique hoſtem tam ſævum ſenſit inimicum, quam eorumdem Baſileenſium cœtum perfidiſſimum, qui ſummo ſtudio innumeras artes, fraudes & machinamenta adinvenerunt, ut illud ſanctiſſimum opus cum magna fidei jactura & occidentalis eccleſiæ ignominia impedirent. Adeo enim in ea re eorum impietas invaluit, ut cum dolenter conſpicerent ſanctam apoſtolicam ſedem, & prædictum dominum Eugenium, ſacrumque cardinalium collegium, nedum pecunias, eccleſiæque theſauros, ſed & proprium ſanguinem & ſudorem pro tanto eccleſiæ bono intrepide effudiſſe, illi impietatis filii tantæ gloriæ invidentes, eamdem unionem auro & pretio nummario tentarunt obrumpere. Et veluti idem dominus Eugenius pro tutamento civitatis Conſtantinopolitanæ contra Turcas claſſem paravit, expenſas & alia præſidia miniſtravit, ut ad nos Græci ſecuriores venirent: ſic Baſileenſes, diverſo tamen calle, alia parata claſſe ne venirent inſtabant [a]; ne Romanæ eccleſiæ unirentur, ſuadebant, non parvas pecunias offerebant. Mira hominum crudelitas, & execranda negotiatio. Nam qui pro augmento fidei ſe proficiſci jactabant, facti ſunt ſalutis publicæ nundinatores, quos ab his impiis conatibus catholici principes nullis monitionibus avertere potuerunt: quare dolebant acerbiſſime, quod ſancta mater eccleſia eodem tempore & Græcos conſpiceret non unitos, Latinos vero diviſos. Dicebant ergo ad eoſdem perditiſſimos homines illud prophetæ Jeremiæ: *Confuſa eſt mater veſtra a vobis*. E iterum illud Oſeæ: *Judicate jam matrem veſtram*. Mirabatur certe ipſa docta parenſque omnium artium Græcia, quæ reductionem ipſam ſummopere exoptabat, dolebatque acerbiſſime, quod tam gravia [*] impia a catholicis impedimenta objicerentur, eratque res non tam dolenda, quam miranda, ut Græcis ipſis avidiſſime appropinquantibus Latini diſcederent. Quæ res efficiebat, ut etſi Græci ipſi unionem ipſam totis præcordiis exoptaſſent, tamen non parum ea de re tardiores ad id redderentur: fuiſſetque deſiderata ipſa unio diſcrimini aut periclitationi proxima, niſi adfuiſſet veſtra reverendiſſima paternitas, quæ interno dolore angebatur, & nunc Latinos conſolabatur, illos ad ſpem unionis, iſtos ad patientiam laboris. Græcos rurſus boni animi eſſe commonebat, quippe eas diviſiones felicia fore futuræ unionis auſpicia, pro eo quod hoſtis humani generis unionem certam atque in manibus fore dolebat: addens illud rurſus Auguſtini de doctrina Chriſtiana: Cum difficultate quæſita longe fore gratiora: quia & dulcius accipitur quod inter pericula acquiritur. Sed & philoſophus in Topicis: Magis amamus quod difficulter obtinemus. Ad Latinos denique dicebat, ne ab inceptis deſiſterent, majorem inquiens eſſe gloriam, quanto gravior ſemper eſt pugna.

Baſileenſes removebant Græcos ab unione cum Romana eccleſia.

a Eadem dicit Andreas de ſancta cruce infra par. 2. col. 14. (?)

Jerem 50.

Oſee 2.

* f. & impia

Tandem ſapientiſſimi ipſi Græci aſſiduis conſiliis & commonitionibus veſtræ reverendiſſimæ paternitatis confortati, videntes, quia bona eſt negotiatio, quæ pro unitate facit, ſanctius decreverunt apoſtolicam ſedem amplecti, quam Baſileenſium rebellium multitudini aſſiſtendo, in perpetuo ſchiſmate manere. Quare eorumdem Baſileenſium tentamenta & verſutias ſancte & juſte ſpreverunt: in qua re ſe veros Græcos, ſummoſque ſapientes oſtendebant, ſcientes illud ſui ſapientiſſimi Cyrilli Alexandrini patriarchæ: Unumquemque catholicum ſecure eam partem tenere, aut deteſtari, quam apoſtolicam ſedem deteſtari viderit, aut tenere. Et rurſus, neminem decipi poſſe, niſi ab ea recedentem, in qua, ut ait Hieronymus, ſervata ſemper fuit catholica religio. Itaque digito altiſſimi, cujus res agebatur, ac eorumdem orientalium populorum devotione ingenti, ejuſdemque beatiſſimi pontificis cura, ac veſtræ reverendiſſimæ paternitatis induſtria & ſolicitudine, eadem orientalis eccleſia per multa a nobis ſæcula diviſa, ad eamdem fidei, religionis & ritus unitatem feliciſſime devenit. Taceo pleraſque alias difficultates, perturbationes ac impedimenta in ea re multipliciter ingeſta, quæ omnia non parum animum veſtræ reverendæ paternitatis affligebant.

Anno Christi 1438.

Cernebat enim primo & ab illis perditiſſimis hominibus unionis rupturam illata diſſidia; cernebat etiam & in re ipſa, videlicet in articulis ipſis diſputabilibus fidem concernentibus, non parvas perplexitates. Nam cum in rebus ipſis acerrima foret opinionum diverſitas, ac diſputantium maxima varietas, prout plerumque etiam in re exploratiſſima apud ſapientes fieri ſolet: pro veſtra tamen indicibili ſapientia ac virtute, diſputandique ut expedit acrimonia, gravitate, modeſtia, ac ſuadendi quodam ſingulari divinoque vigore, ſæpe res ipſas, quæ omnium judicio diſperſæ videbantur, ad unam tantum veritatis & fidei conſonantiam feliciſſime deduxit, ut impleretur quod per prophetam ſcriptum eſt: *Omnes populi convenerunt cum Deo Abraham*: & iterum: *Simul congregati ſunt*: & illud prophetæ: *In domo domini ambulavimus cum conſenſu*. Et juxta apoſtolum: *Idipſum ſentientes, unanimes*, veritatem fidei amplectentes. Et rurſus illud Ezechielis vaticinium: *Lætata eſt Ephraim in exitu negotiationum ſuarum, de mari hoſtes ſibilarunt, planctu amariſſimo dolentes*, quia complexa eſt negotiatio unionis, & glorificata eſt Ephraim, Romana ſcilicet eccleſia, de filiorum reductione.

Pſalm. 46

Pſalm. 54

Philip. 2.

Ezech. 27

Hæc igitur latius quam putavi ideo commemorata ſunt, ut non ſatis mentis compos videatur quiſquis tales fructus, tales rerum exitus ex præterita proxima congregatione prodire conſpexerit. Et iterum alium in eadem natione ſynodalem conventum erigere conatur, præſertim cum illorum hominum veſtigia ſuperſint. Si enim, quiſquis ille eſt, paſſione non tenetur, facile judicabit, quid ſibi velit alterius multitudinis congregandæ optatus; qui rebus ſic ſtantibus ad nihil aliud peti videtur, niſi ad hujus ſanctæ Romanæ ſedis minuendam auctoritatem, & deinde augendum hæreſes & ſchiſmata in populo Chriſtiano, ut quod non valent per unam viam, per aliam ſemitam conſequantur: ut verum ſit quod beatus Cyprianus quaſi pro eodem caſu clamabat: Sæpe (inquit) in eccleſia præteritis temporibus accidit, ut hæretici videntes pravitates eorum derelictas, excogitarent novas fraudes, ut ſub ipſo pietatis titulo fallant incautos. *Hæc Rodericus*.

*Cæterum Eugenius poſt confirmationem decreti electionis Florentiæ vel Utini, ſeu alterius loci in Italia pro celebrando concilio cum Græcis, ad idem opus ſe accingens, apoſtolicas literas hoc eodem anno*



Anno Christi 1438.

A *anno 1437. pontificatus ſui ſeptimo, pluribus direxit: & quidem Januenſes hortatus eſt, ut ſalvum conductum Græcis concederent; nec non Sigiſmundum imperatorem, regeſque alios, ut ea omnia facerent, quæ Græcorum in Italiam adventui & unioni cum Romana eccleſia profutura judicaſſent. Capitaneum pontificiæ claſſis, ad eoſdem Græcos in Italiam conducendos, conſtituit: ſalvum conductum eiſdem Græcis, formamque procedendi in cauſis civilibus & criminalibus conceſſit: oratores in concilio electos pro conducendis Græcis confirmavit, ac duos alios apoſtolicæ ſedis nuncios ad eoſdem Græcos tranſmiſit: expenſas pro ducendis & reducendis Græcis promiſit, ut ex ejuſdem Eugenii ſequentibus apoſtolicis literis, earumque regeſto Vaticano apparet.*

## VI.

## EUGENIUS HORTATUR JANUENSES UT SALVUMCONDUCTUM Græcis concedant.

*Eugenius epiſcopus ſervus ſervorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.*

*Dilecto filio nobili viro Thomæ de Campo Fregoſo duci Januenſi ſalutem, &c.*

VIDEBIT tua nobilitas ex introcluſa literarum apoſtolicarum heſterna die datarum copia deliberationem factam, quod œcumenicum concilium Florentiæ aut Utini pro unione eccleſiarum occidentalis & orientalis celebretur. Quare cum velint Græci prædicti pro eorum tutela & ſecuritate ſalvumconductum habere a te, & illa communitate tua, eamdem tuam nobilitatem in Domino requirimus, & hortamur, ut fieri facias, & nobis mittas prædictum ſalvum conductum in forma copiæ, quam mittimus introcluſam. Datum, &c. pridie Kalendas Junii, &c.

## VII.

## EUGENIUS HORTATUR SIGISMUNDUM IMPERATOREM

Alioſque Chriſtianos principes, ut omnia faciant, quæ Græcorum in Italiam adventui & unioni cum Romana eccleſia expedire judicaverint.

*Eugenius epiſcopus ſervus ſervorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.*

*Cariſſimo in Chriſto filio Sigiſmundo Romanorum imperatori, & Hungariæ ac Bohemiæ regi illuſtri ſalutem, &c.*

CUm proximis diebus veniſſent Bononiam ad nos dilecti filii Joannes Biſſipatus & Emmanuel [a] Tracagnoti Vulotis oratores cariſſimi in Chriſto filii imperatoris Græcorum, & venerabilis fratris patriarchæ Conſtantinopolitani, qui dudum fuerant in concilio Baſileenſi, petiverunt audiri in conſiſtorio generali: quod nos illis faciliter conceſſimus, attenta magnitudine rerum quas tractare advenerant. Cumque eos in dicto conſiſtorio audiremus, fecerunt expoſitionem ſuam, cui poſtea reſpondimus in ſimili, prout contineri videbis in literis apoſtolicis, quas tuæ celſitudini mittimus. Prædicti etiam oratores audita noſtra conceſſione & approbatione eorum quæ petierant, ejuſmodi approbationem noſtram habuerunt ratam, prout ex inſtrumento advocati fiſcalis patet, quod etiam mittimus alligatum: Per eoſdem etiam dies accidit, quod venerabilis frater epiſcopus Dignenſis, & dilectus filius Nicolaus de Cuſa, oratores a concilio Baſileenſi hac de cauſa miſſi ad nos venerint, & eis apud nos exiſtentibus, a dilectis filiis communitate Florentiæ reſponſionem & certitudinem habuerimus, B quod omnia quæ juxta formam decreti ad hoc negotium neceſſaria erant, cumulatiſſime paraverant: hincque conſtituimus, quod prædicti oratores Græcorum & concilii Baſileenſis ſimul cum noſtris nunciis propediem in Græciam navigent.

a Nomen officii, id eſt ſigillator. Tracagnoti, alias Tarcagnoti. Biſſipatus, alias

Anno Christi 1438.

Diſſipatus, id eſt, bis conſul, vel ſecundo conſul, in ſeſſione 24. concilii Baſileenſis in bulla aurea imperatoris legitur Joannes Laſcaris Diſſipatus. Scribendum videtur Diſhypatus a Græco δισύπατος.

Quare, Domino concedente, omnia nobis optime diſpoſita & parata videntur, quæ pro unione occidentalis & orientalis eccleſiæ videbantur neceſſaria. Itaque velit tua ſublimitas omnia facere, dicere, diſponere & ordinare, quæ hujuſmodi Græcorum reductioni, & eorum eccleſiæ cum noſtra unioni judicabis & intelliges poſſe conducere, ut diebus noſtris & tuis præcipuum hoc augmentum ſuſcipiat catholica C fides Chriſtiana: quamquam ſperari poſſe videmus, plurima bona multi facienda unionem prædictam, cum facta erit, concedente Domino, ſecutura.

Ceterum ſumma cum diſplicentia audivimus, quoſdam hæreticos in regno tuo Hungariæ per hæc tempora pullulaſſe [b], & ſacerdotes regni ipſius nullo modo abſterreri aut induci poſſe a dilectis filiis fratribus ordinis beati Franciſci in obſervantia regulari degentibus, qui in illo verbum Dei prædicant, ut concubinas, quas publice tenent, dimittant, & aliter honeſte vivant: quæ res maxime facit populos regni illius a bene vivendo ſe retrahere, & a fratrum prædictorum monitionibus retrogrados eſſe: neceſſariumD que judicatur fore, ut aliquis prælatus in eo regno deputetur cum noſtra auctoritate & favoribus tuis, qui & hæreſes extirpet, & clericos ſacerdoteſque honeſte curet vivere. Quod ut conſentire velit tua celſitudo, hortamur, ſuademus, ac etiam ſtricte requirimus. Datum Junii, &c.

b Hæc admonitio contra concubinarios non ponitur in literis ad alios principes directis, ut infra.

*Eugenius epiſcopus ſervus ſervorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.*

*Cariſſimo in Chriſto filio Carolo Francorum regi illuſtri ſalutem & apoſtolicam benedictionem.*

E CUm proximis diebus veniſſent Bononiam, *&c. ut ſupra, uſque*, Ceterum ſumma cum diſplicentia, &c.

*Regibus Angliæ & Portugalliæ, ut ſupra, uſque*, Ceterum ſumma cum diſplicentia, &c.

VIII.

VIII.

## DEPUTATIO CAPITANEI PONTIFICIARUM GALEARUM

ad Græcos in Italiam conducendos.

*Eugenius epiſcopus ſervus ſervorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.*

*Dilecto filio nobili viro Antonio Condulmario galearum noſtrarum Conſtantinopolim mittendarum capitaneo ſalutem.*

STRENUÆ probitatis tuæ ac circumſpectæ prudentiæ conſpicua merita, quibus perſonam tuam Dominus inſignivit, fideliſque promptitudinis voluntatem, quam ad noſtrum & Romanæ eccleſiæ honorem & ſtatum te gerere novimus, & ſingularem navigandi peritiam, cujus magnam laudem in patriam diu reportaſti, diligenter attendentes, ſpem indubitatam gerimus, quæ tuo exercitio committentur, diſponentur utiliter, & ſalubriter tuo miniſterio dirigentur. Sane cum pro ducendis in Italiam cariſſimo in Chriſto filio noſtro Romæorum imperatore, & venerabili fratre Joſepho patriarcha Conſtantinopolitano, cum aliis prælatis Græcis ad œcumenicum concilium pro unione occidentalis & orientalis eccleſiæ [a] celebranda, quatuor galeas apud civitatem Venetiarum parari & expediri fecerimus, ſuper quibus hac de cauſa Conſtantinopolim mittendis, in earum reverſione prædicti imperator, patriarcha & Græci in Italiam navigare debebunt, in ipſiſque gubernandis, & in acceſſu reditu que ſuo feliciter, dante Domino, dirigendis, præcipue requiratur ſufficiens dux & caput, tuæ perſonæ imaginatio occurrit, fidelitatis & devotionis ardorem eximium, quo noſtram & eamdem eccleſiam colere dignoſceris, repræſentans oculis mentis noſtræ.

Tenentes igitur indubie, quod ex tuis actibus virtuoſis galeæ prædictæ in acceſſu ejuſmodi & reditu, juvante Domino, ſecure perducentur, & alia quæ cupimus, & tibi mandata ſunt, feliciter implebuntur, te galearum quatuor prædictarum, ac patronorum & aliorum officialium hujuſmodi armatarum, remigumque in illis deputatorum ac deputandorum generalem capitaneum facimus, creamus, conſtituimus, & tenore præſentium deputamus. Tibi galeas, patronos, homines & remiges hujuſmodi in acceſſu & reditu prædictis dirigendi & gubernandi, nec non ſupradictos imperatorem, patriarcham & Græcos, juxta voluntatem & mandatum venerabilium fratrum noſtrorum Marci archiepiſcopi Tarentaſienſis, & Chriſtophori epiſcopi Coronenſis, quos ad id nuncios apoſtolicos mittimus, ac juxta conſilium & directionem venerabilium fratrum noſtrorum Petri Dignenſis, Antonii Portugallenſis, epiſcoporum, & Nicolai de Cuſa præpoſiti [b] Confluenſis, Baſileenſis concilii oratorum, etiam hac de cauſa Conſtantinopolim miſſorum, in Italiam conducendi, univerſoſque officiales armatos, & remiges inobedientes, ſeu quomodolibet delinquentes, aut aliqualiter excedentes ſecundum juſtitiam & tuæ voluntatis arbitrium puniendi & corrigendi, ac in eos merum & mixtum imperium exercendi, & omnia & ſingula faciendi, quæ ad pleniſſimum capitaneatus officium dignoſcuntur de jure vel conſuetudine pertinere, juxta formam & conſuetudinem commiſſionum, quæ a dilectis filiis dominii Venetorum ſimilibus armatarum capitaneis in Romaniam mitti conſuetis dari conſueverunt, concedentes plenam & liberam poteſtatem: diſtricte quoque mandantes patronis, officialibus, hominibus armatis, & remigibus ſupradictis, quatenus tibi tanquam eorum capitaneo plene pareant & intendant. Curet itaque devotio tua traditum tibi officium hujuſmodi ſic attente, diligenter & ſolicite exercere, quod tua probitas virtuoſa votivum & ſperatum in hac parte fructum pariat, quodque præter divinum præmium, quod exinde merebis, amplam tibi noſtram & apoſtolicæ ſedis gratiam merearis. Datum, &c. 6. Julii.

[a] celebrandum.

[b] Confluentis.

IX.

## EUGENII SUMMI PONTIFICIS SALVUSCONDUCTUS

Pro Græcis in Italiam accedentibus, ac forma procedendi in cauſis criminalibus & civilibus inter Latinos & Græcos.

*Eugenius epiſcopus ſervus ſervorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.*

*Cariſſimo in Chriſto filio Joanni Palæologo imperatori Romæorum illuſtri, & venerabili fratri Joſepho patriarchæ Conſtantinopolitano ſalutem, &c.*

QUia annuente Domino in Italia fiet univerſalis & catholica ſynodus, in qua juxta concordata in ſynodo Baſileenſi, & in Conſtantinopoli poſtmodum confirmata, occidentalis & orientalis eccleſia conveniet; cupienteſque, ut omnibus noſtræ mentis caritas appareat, & omnis ſuſcipio, quæ circa facultatem & libertatem venientium exhiberi poſſit, de medio tollatur, tenore præſentium damus, concedimus vobis imperatori & patriarchæ prædictis, aliiſque venerabilibus fratribus, Alexandrino, Antiocheno, Hieroſolymitano, patriarchis, omnibuſque vobiſcum & cum ipſis uſque ad numerum ſeptingentarum perſonarum cujuſcumque ſtatus, gradus, ordinis vel dignitatis, tam ſpiritalis, quam temporalis exiſtant, ad univerſalem & catholicam ſynodum prædictam accedentibus, vel venientibus, plenum & liberum ſalvumconductum, omneſque prædictos & eorum quemlibet cum perſonis & rebus ſuis, in omnibus regnis, provinciis, dominiis, civitatibus, arcibus, caſtris, villis ac locis ſubjectis obedientiæ Romanæ, per quæ ire, ſtare, redire & recedere, vel tranſire contigerit, ad noſtram liberam & firmam cuſtodiam recipimus: per præſentes promittentes omnibus, & eorum ſingulis, tenore præſentium, ſecuram & liberam facultatem eundi & redeundi ad Italiam prædictam, & illic ſtandi, morandi, converſandi, & cum omnibus ſecuritatibus, libertatibus & facultatibus, cum iis qui obedientiæ ſanctæ Romanæ eccleſiæ dediti & ſubjecti ſunt, diſputandi, ſyllogizandi, juſta & rationabilia proponendi, omniaque alia libere & ſine impedimento aliquo faciendi & exponendi, quæ ad unionem eccleſiarum Chriſti illis conferre videbuntur; inſimul & diviſim cum bonis propriis, rebus & ſubſtantiis ſuis, recedendi quoque, eundi & redeundi ſecure & libere ſine læſione, omni impedimento reali & perſonali ceſſante, & penitus remoto.





Item ſi hæc unio (quod Deus avertat) non ſequeretur, nec ad optatum finem procederet, prædicti imperator & patriarcha, & alii ſuperius nominati, noſtris ſumptibus & galeis, ſine longitudine temporis, ac omni impedimento ceſſante, cum honore ſuo, bona voluntate noſtra, quemadmodum ad prædictam catholicam futuram ſynodum venerunt, ita Conſtantinopolim redeant, ſive unio in dicta ſynodo ſecuta fuerit, ſive non. Non obſtantibus in prædictis, & quomodolibet prædictorum aliquibus differentiis, diſcordiis & diviſionibus tam præteritis, quam quæ præſentia ipſorum eluceſcerent, & in futurum oriri & adaugeri poſſent in eccleſiis prædictis occidentali & orientali, ſive inter præfatam Romanam eccleſiam, ac illius ſubditos & ſubjectos, & imperatorem ac patriarcham & Græcos alios antedictos, aliiſque non expreſſis concluſionibus, decretationibus, ſententiis, terminationibus, quomodo vel qualiter aliquid eſſe vel fieri debeat. Nec obſtantibus aliquibus pignoribus & obligationibus publicis vel privatis, neque accuſationibus, exceſſibus, criminibus aut delictis, ſi qua prædictos, aut aliquem prædictorum, quoquo & quocumque modo acta & commiſſa fuerint, & univerſaliter non obſtantibus aliquibus aliis, etiam ſi talia eſſent, quibus in præſenti de illis opportunum eſſet ſpecialem facere mentionem.

*Græcum delinquentem cognoſcunt imperator & patriarcha.*

Si autem accideret, aliquem ex ipſis Græcis alicui occidentali & Romanæ eccleſiæ ſubjecto injuriam vel læſionem aliquam inferre in perſona, honore & rebus, vel alio modo, ſpectet ejus delicti cognitio, uſque ad debitam, juſtam & decentem refectionem & reintegrationem damni illati, ad imperatorem & patriarcham præfatos.

*Italum delinquentem cognoſcit papa.*

E contra vero, ſi aliquem ex noſtris, & nobis & Romanæ eccleſiæ ſubjectis, contingat alicui ſubjecto eccleſiæ orientali aliqualiter injuriari, vel aliquam læſionem facere in perſona, honore & rebus, vel alio modo, ipſa cognitio ad nos ſpectet, qui paſſis integre ſatisfieri curare debeamus.

In aliis vero accuſationibus, exceſſibus, criminibus, & aliis quæcumque fuerint, unaquæque pars cognoſcat, & ſuos judicet.

Mandamus itaque omnibus & ſingulis prælatis, regibus, ducibus, principibus, locatenentibus, communitatibus, & aliis particularibus quibuſcumque perſonis, cujuſcumque gradus vel præeminentiæ exiſtant, quæ Romanæ & occidentali eccleſiæ ſunt ſubjectæ, quatenus prædicta, & eorum quælibet inviolabiliter obſervent, &, quantum in eis ſit, faciant obſervari, præfatoſque imperatorem, patriarcham, & alios omnes, & quemlibet eorum ad præfatam ſynodum venientes, ac inde redeuntes ſimul & diviſim favorabiliter tractent atque ſuſcipiant, celeremque & ſecurum illis tranſitum præbeant. Volumus autem præſentem ſalvumconductum in ſua vi & robore manere, quouſque præfati imperator, patriarcha & Græci omnes ſuperius nominati, cum ſuis familiaribus, & ſuis, uſque ad numerum præſcriptum ſeptingentarum perſonarum, Conſtantinopolim redeant. Datum Bononiæ pridie Nonas Julii.

X.

## EUGENIUS PAPA ORATORES IN CONCILIO ELECTOS

Ad Græcos in Italiam conducendos confirmat, quibus etiam alios ipſe adjungit.

*Eugenius epiſcopus ſervus ſervorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.*

*Cariſſimo in Chriſto filio Joanni Palæologo Romæorum imperatori illuſtri, & venerabili fratri Joſepho Conſtantinopolitano patriarchæ ſalutem, &c.*

CUM pridem ſancta Baſileenſis ſynodus pro futuro œcumenico concilio in Italia celebrando ad ſanctiſſimam unionem occidentalis & orientalis eccleſiæ, Deo propitio, conſequendam, locum elegerit, & dilectis filiis Joanni tituli ſancti Petri ad vincula, ac Juliano tituli ſanctæ Sabinæ, ſanctæ Romanæ eccleſiæ presbyteris cardinalibus, & venerabili fratri Joanni archiepiſcopo Tarentino, in ea ſynodo apoſtolicæ ſedis legatis & præſidentibus, eligendi oratores ad vos cum galeis ex parte præfatæ ſynodi inſtituendis, ac eis omnia & ſingula committendi, quæ ad executionem incumbentium negotiorum fuerint neceſſaria, plenam dederit poteſtatem, velut in decreto ſuperinde confecto plenius continetur; præfati legati & præſidentes ex hujuſmodi ſibi poteſtate conceſſa venerabiles fratres Petrum Dignenſem, Antonium Portugallenſem, epiſcopos, cariſſimorum in Chriſto filiorum Franciæ & Portugalliæ regum illuſtrium in dicta ſynodo oratores, ac dilectum filium Nicolaum de Cuſa, præpoſitum monaſteri [a]..... decretorum doctorem ex parte dictæ ſynodi, ad devotiones veſtras tranſmittendos elegerunt, quibus etiam dilectum filium Joannem de Raguſio, ordinis Prædicatorum, ſacræ theologiæ profeſſorem, nunc apud nos oratorem adjunxerunt, cum plena poteſtate præmiſſa omnia faciendi, ut in literis & inſtructionibus ſuper hoc eis traditis ſerioſius continetur: nobis deinde inſtantius ſupplicantes, ut electionem & commiſſionem hujuſmodi approbare; & oratores ipſos cum literis noſtris cum dictis galeis ad vos ulterius tranſmittere dignaremur. Nos autem omnia & ſingula ſupradicta rata & grata habentes, ipſorum oratorum profectioni, ut petitum eſt, libenter annuimus.

Quare caritatem veſtram exhortamur in Domino, quatenus oratores præſcriptos latores præſentium ad vos pro tanto pietatis opere venientes placeat benigne ſuſcipere, ipſoſque ſimul cum venerabilibus fratribus Marco Tarantaſienſi archiepiſcopo, & Chriſtophoro Coronenſi epiſcopo, ſpecialibus oratoribus noſtris ſuper dicto concilio, ut præmittitur, in Italia celebrando, libenti animo exaudiatis, eis una cum prædictis oratoribus noſtris in omnibus ad rem hujuſmodi petentibus fidem plenariam adhibendo. Datum Idibus Julii.

[a] Vuorobergenſis ex Pennoto lib. 2. c. 39. §. 2. hiſtor. tripart.

## XI.

## APOSTOLICÆ LITERÆ EUGENII

### DIRECTÆ IN SPECIE

Præfatis Tarantaſienſi & Coronenſi epiſcopis, Conſtantinopolim oratoribus deſtinatis.

*Eugenius epiſcopus ſervus ſervorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.*

*Venerabilibus fratribus Marco archiepiſcopo Tarantaſienſi, & Chriſtophoro epiſcopo Coronenſi, nunciis & oratoribus apoſtolicis, ſalutem &c.*

GRANDIA virtutum merita, quibus perſonam veſtram dotavit altiſſimus, veſtræque fidei promptitudo, & comprobata in laboribus aſſiduis, quos pro noſtris & apoſtolicæ ſedis obſequiis ſtudio indeſeſſo ſubiiſtis, animi veſtri conſtantia, nos inducunt, ut illa vobis audenter committamus, per quæ ardua & neceſſaria ſedis apoſtolicæ ac Romanæ eccleſiæ negotia prudenter, ſolicite & diligenter executioni mandentur, & veſtra virtus in eo negotiorum exercitio a nobis deputata, ſeſe reddat omnibus clariorem.

Sane cum pro unione occidentalis & orientalis eccleſiæ, maximo a nobis ſtudio dudum quæſita, cariſſimum in Chriſto filium noſtrum Joannem Romæorum imperatorem, & venerabilem fratrem Joſephum patriarcham Conſtantinopolitanum, aliosque prælatos & nobiles Græcos in certo numero ad partes Italiæ perduci oporteat ſuper galeis mittentium impenſa expediendis, prout in decreto ſuperinde confecto a nobis poſtea comprobato latius continetur. Noſque ad tollendas quorumdam differentias de miſſione dictarum galearum inter ſe contendentium, ipſas propriis ſumptibus parari fecerimus, & unam ex eis præmiſerimus, volentes id quod reſtat perficere, & prædictos imperatorem, patriarchamque, & Græcos alios, duce Deo, in Italiam conduci facere.

Vobis, quos hac de cauſa ſedis apoſtolicæ nuncios & oratores de venerabilium fratrum noſtrorum ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinalium conſilio & aſſenſu creavimus, prout tenore præſentium facimus & creamus, ut ad civitatem Venetiam vos conferatis, & ſuper ipſis galeis ad hoc paratis in Conſtantinopolim navigetis, prædictosque exinde imperatorem, patriarcham, prælatos, nobiles, aliosque Græcos, quos illi ſecum ducere velint ad partes Italiæ, quanta cum eorum majori commoditate & honorificentia poteritis, perduci curetis, committimus & mandamus; omnia & ſingula faciendi, gerendi & adminiſtrandi, quæ prædictorum imperatoris & patriarchæ, & aliorum Græcorum in Italiam adventui neceſſaria duxeritis, vel quomodolibet opportuna, licentiam vobis, poteſtatem, & plenariam concedentes tenore præſentium facultatem. Mandantesque dilectis filiis nobilibus viris capitaneo & patronis galearum prædictarum, quatenus in cunctis quæ ad directionem prædictorum imperatoris, patriarchæ & Græcorum ſpectabunt, vobis pareant & intendant. Datum, &c. Idibus Julii.

## XII.

*Hæc omnia cum expediſſet Eugenius ſummus pontifex, ne aliqua difficultas circa Græcorum adventum oriretur, vel ratione diverſorum decretorum in concilio Baſileenſi editorum, de quibus ſupra dictum eſt, vel ratione expenſarum itineris, commorationis & reditus Græcorum Conſtantinopolim; imo pro tutela etiam & cuſtodia ipſius Conſtantinopolis, viſum eſt, ut orator imperatoris & patriarchæ denuo conſentiret decreto electionis, & idem pontifex expenſas repromitteret: de quibus expenſis actum fuerat in ſeſſione 19. concilii Baſileenſis, his verbis:* Sicut pia mater. *Et infra.*

Item quod mittatur unus, vel plures ambaſiatores ex parte ſacri concilii cum octo millibus ducatorum, pro facienda congregatione prælatorum eccleſiæ orientalis Conſtantinopolim, quæ octo millia expendentur ab ipſis ambaſiatoribus ſacri concilii, prout ipſi domino imperatori, & ipſis ambaſiatoribus ſacri concilii videbitur. Ita tamen, quod ſi dicti prælati nollent Conſtantinopolim venire, vel poſtquam Conſtantinopolim venerint, nollent ad ſynodum prædictam accedere, tunc teneatur dictus imperator reddere dictis ambaſiatoribus ſacri concilii quidquid pro ea re expenderint.

Item quod eccleſia occidentalis ſolvat expenſas quatuor galearum groſſarum, quarum duæ ſint de Conſtantinopoli, & duæ aliunde, pro conducendo, dum tempus erit, ad portum noſtrum, & reducendo Conſtantinopolim dominum imperatorem & patriarcham, & prælatos eccleſiæ orientalis cum ſuis uſque ad numerum ſeptingentarum perſonarum, quibus ipſa occidentalis eccleſia impenſas faciet hoc modo. Quia pro expenſis ipſius imperatoris & ipſarum ſeptingentarum perſonarum a Conſtantinopoli uſque ad portum noſtrum ultimum, dabit ipſi imperatori quindecim millia ducatorum. A dicto autem ultimo portu uſque ad locum dictæ ſynodi, & deinde quamdiu manebunt in ſynodo, & uſque ad reverſionem ipſorum ad Conſtantinopolim, faciet dicto imperatori cum dictis ſeptingentis perſonis impenſas honeſtas.

Item quod infra decem menſes incipiendos a menſe Novembris proxime ſequenti, teneatur ſacrum concilium mittere duas galeas groſſas, & duas ſubtiles verſus Conſtantinopolim cum trecentis balliſtariis, ſuper quibus galeis erunt ambaſiatores ſacri concilii, & dominus Demetrius protoveſtiarius Palæologus, primus de ipſis ambaſiatoribus domini imperatoris. Qui quidem ambaſiatores ſacri concilii habebunt ſecum quindecim millia ducatorum danda domino imperatori pro expenſis ſuis, & patriarcharum, & prælatorum, ac aliorum venientium uſque ad numerum ſeptingentarum perſonarum, faciendis a Conſtantinopoli uſque ad portum ultimum, ad quem debebunt applicare, ut ſupra.

Item prædicti ambaſiatores ſacri concilii ituri cum prædictis galeis ordinabunt, quod decem millia ducatorum erunt parata ad exponendum, ſi neceſſarium fuerit, pro cuſtodia civitatis Conſtantinopolitanæ, propter periculum quod poſſet intervenire a Turcis civitati tempore abſentiæ dicti domini imperatoris, quæ pecuniæ exponentur per aliquem a dictis ambaſiatoribus ſacri concilii deputandum, prout neceſſitas fuerit.

Item ordinabunt prædicti ambaſiatores ſacri concilii de expenſis duarum galearum ſubtilium, & trecentorum balliſtariorum pro cuſtodia civitatis Conſtantinopolitanæ tempore abſentiæ domini imperatoris, & quod gentes dictarum galearum & ipſi balliſtarii jurabunt in manibus imperatoris, fideliter ſe habere; & capitanei eorum ſint, quos imperator inſtituerit.





Item quod prædicti ambaſiatores habeant expenſas duarum galearum tot quot expendi conſueverunt in armando tales galeas.

Item quod hujuſmodi ambaſiatores ſacri concilii ituri cum prædictis galeis Conſtantinopolim, nominabunt domino imperatori portum, ad quem ultimo debebit applicare, & locum unum de prænominatis, in quo eſſe debeat dicta univerſalis ſynodus. *Hæc ibi.*

*Prævia igitur acceptatione oratoris imperatoris & patriarchæ electionis & confirmationis decreti ſanioris partis concilii Baſileenſis Florentiæ, vel alterius loci in Italia pro celebrando concilio, ſummus pontifex promiſit expenſas juxta promiſſa in eodem Baſileenſi concilio, ut ſequitur.*

In Chriſti nomine. Amen. Anno ab ejuſdem nativitate 1437. die XVII. menſis Julii, tempore pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & domini noſtri, domini Eugenii IV. divina providentia ſummi pontificis, conſtitutus coram præfato ſanctiſſimo domino noſtro & ſacro collegio reverendiſſimorum dominorum cardinalium ſpectabilis miles dominus Joannes Biſſipatus magnus Adriacus ſereniſſimi domini Joannis Palæologi Romæorum imperatoris, & reverendiſſimi patris & domini Joſephi patriarchæ Conſtantinopolitani orator, conſiderans affectionem maximam tam ipſius domini noſtri, & ſacri collegii, quam dominorum imperatoris & patriarchæ præfatorum ad ſanctiſſimam unionem orientalis cum occidentali eccleſia, ita ut Deo propitio indubie ſperetur, mediantibus ipſis unionem prædictam ad magnam Dei gloriam, & catholicæ fidei exaltationem, optatum finem habituram; attendensque per nonnullos, qui videntur aſſerere, ſe facere concilium generale, & aliquos alios eorum nomine, quædam facere attentata, quæ potius ad diviſionem quam unionem manifeſte conſpiciantur tendere: ac timens ne inimico homine ſuperſeminante zizania, ex iis in futurum aliquid dubietatis vel difficultatis ſuboriri poſſit, quod contra mentem ipſius ſanctiſſimi domini noſtri papæ, & ſacri collegii, ac prædictorum dominorum imperatoris & patriarchæ, ejus ſanctiſſimæ unionis effectum haberet aliquatenus perturbare.

Idcirco ad omnia talia ſubmovenda, ac ad confirmandos animos omnium quærentium pacem & unitatem eccleſiæ Dei, omnia, & ſingula per eum & collegam ſuum ſpectabilem virum dominum Emmanuelem Tarcagnoti Vulotis communiter & diviſim nomine prædictorum dominorum imperatoris & patriarchæ in præteritum facta, ad robur infra ſcriptorum competentium quomodolibet confirmando ex facultatibus ſibi conceſſis per prædictos dominos imperatorem & patriarcham, quæ infra ſubjiciuntur, dixit & aſſeruit, ac publice recognovit & firmavit, prout in quadam cedula tunc exhibita & lecta, cujus tenor de verbo ad verbum nunc ſequitur, & eſt talis, videlicet:

Ego Joannes Biſſipatus orator ſereniſſimi domini imperatoris Romæorum, & reverendiſſimi domini patriarchæ Conſtantinopolitani, fateor præſenti litera propria manu ſubſcripta, reverendiſſimos dominos ſancti Petri ad vincula & ſanctæ Sabinæ presbyteros ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinales, aliosque pro ſanctiſſimo domino noſtro papa & ſede apoſtolica in Baſileenſi concilio præſidentes, cum præſentibus eis adhærentibus, qui ultimum decretum per ſanctiſſimum dominum noſtrum papam ad meam & collegæ mei requiſitionem confirmatum ediderunt, [a] & qui reverendum patrem dominum Petrum Dignenſem, dominum A. Portugallenſem, epiſcopos, & dominum Nicolaum de Cuſa decretorum doctorem, oratores Conſtantinopolim miſerunt concilium Baſileenſe facere, cui ſereniſſimus dominus meus imperator Romæorum, & reverendiſſimus dominus meus patriarcha Conſtantinopolitanus obligantur, poſtquam patres ipſi de concilio præfati, aut ſanctiſſimus dominus noſter papa caput concilii præfati, adimpleverint promiſſa in primo decreto conventionali, [b] prout in eodem decreto conventionali de ipſo domino imperatore Romæorum & patriarcha ſcripta reperiuntur, & quemadmodum etiam ipſe imperator per auream ſuam bullam, & patriarcha per plumbeam ibidem ſcripta approbarunt & ratificarunt.

Et ad hoc ut omnis tollatur ambiguitas, dico quod in caſu quo alii patres qui Avenionem elegerunt, & ſe concilium Baſileenſe facere putant, ad Conſtantinopolim cum galeis & pecuniis acceſſerint, & præfatos meos dominos imperatorem & patriarcham nomine concilii Baſileenſis per bullas auream & plumbeam inquiſiverint, quatenus finaliter Sabaudiam veniant, qui locus nominatus eſt in primo decreto, & proteſtati fuerint concilium Baſileenſe ad alium locum non conſentire, vel transferri velle, & alia fecerint, quæ quomodolibet etiam movere poſſent imperatorem & patriarcham, aut ad veniendum cum ipſis, aut penitus non veniendum hoc tempore ad terras Latinorum, attento quod in caſu quo etiam illa pars concilium faceret, jamdum in promiſſionibus defecit quo ad electionem loci & lapſum temporis in quo galeæ mitti, & alia fieri debebant. Ita quod imperator & patriarcha abſoluti ſunt ab omni promiſſione illis facta. Quod tunc illis requiſitionibus [c] & proteſtationibus non obſtantibus, ipſe imperator & patriarcha ad requiſitionem ambaſiatorum domini [d] noſtri & concilii Baſileenſis prænominatorum, ſecundum vim, formam & continentiam primi decreti, & aureæ bullæ imperatoris, & plumbeæ patriarchæ, omnino venient: & in caſu quo præfati domini præſidentes una cum patribus eis adhærentibus, concilium Baſileenſe non facerent, adhuc pro bono negotii, & ad finem, ut ſanctiſſima & deſideratiſſima unio non pereat, per mihi traditam poteſtatem ſereniſſimum dominum meum imperatorem & reverendiſſimum dominum patriarcham, & alios patres eccleſiæ orientalis per præſentem paginam obligo, & obligatos eſſe oſtendo ad veniendum ad requiſitionem ambaſiatorum ſanctiſſimi domini noſtri papæ & concilii prænominatorum: ita tamen, quod ipſi ambaſiatores iter arripiant verſus Conſtantinopolim infra quintum diem Auguſti immediate ſequentis & ſecum omnia promiſſa in primo decreto deferant. Quod ſi hoc fecerint, imperatorem & patriarcham cum aliis patribus eccleſiæ orientalis, ad intrandum galeas cauſa veniendi ad unum ex tribus portubus in ſecundo decreto nominatis infra trigeſimum diem, a die

[a] Electionis ſcilicet Florentiæ vel Utini, quod ſupra retulimus.

[b] De qua in 19. ſeſſione ejuſdem Baſileenſis concilii, ex quo ea quæ pertinent ad expenſas ſupra retulimus.

*Pars concilii Baſileenſis quæ elegit Avenionem, de qua a præfatis.*

[c] Partis ſcilicet quæ Avenionem elegerat.

[d] Summi pontificis, & partis concilii, quæ Florentiam, vel alium locum in Italia elegerat, vide conſtitutionem Eugenii ſupra relatam quæ inquit *Salvatoris*, & quæ ante eam ex Patricio retulimus.

*Orator imperatoris & patriarchæ adhæret parti concilii illi eligenti Florentiam.*

ANNO CHRISTI 1438.

die quo Conſtantinopolim applicaverint, obligo, & obligatos eſſe oſtendo per præſentes literas manu mea ſubſcriptas.

Qua cedula, ut præmittitur, lecta, ſanctiſſimus dominus noſter, & reverendiſſimi domini cardinales prædicti acceptaverunt, approbaverunt & grata habuerunt omnia in eadem contenta, & ipſius domini Joannis nomine quo ſupra factas promiſſiones, petentes, mandantes & rogantes, ut de præmiſſis unum & plura conficerem inſtrumenta. Similiterque ſtatim petijt idem dominus Joannes, ut de cedula, ut præfertur, lecta de promiſſionibus per eum factis, & de petitione illorum facta per ſanctiſſimum dominum noſtrum, & reverendiſſimos dominos cardinales, unum & plura conficerem inſtrumenta.

*Tenores vero mandatorum, de quibus ſupra fit, ſequuntur, & ſunt tales.*

*Mandatum imperatoris factum oratoribus ſuis ad concilium & papam.*

Imperium noſtrum commiſit vobis familiaribus ſuis Joanni Biſſipato, & Emmanueli Tarcagnoti Vulotis abeuntibus ad ſacram ſynodum Baſileenſem circa materiam futuri concilii pro unione eccleſiarum Chriſti, quod ſi reperiatis dictam ſacram ſynodum non valentem facere & adimplere ſuum decretum, de loco & tempore & expenſis, & aliis, quemadmodum continetur in decreto, & ſicut vobis commiſſum eſt, debeatis ire ad beatiſſimum papam, & ſi ille velit ſuſcipere tale opus in ſe, & facere ut fiat concilium œcumenicum, canonicum, inviolatum, liberum, dando omnes expenſas & omnia neceſſaria, ſecundum formam decreti dictæ ſynodi, & quemadmodum diffuſe ibi continetur, etiam facere nobis ſalvumconductum & ſalvosconductos juxta formam ſimiliter illorum quæ nobis per dictam ſynodum facta [a] ſunt, ſi iſta omnia prompte velit facere, & effectualiter adimplere beatiſſimus papa, quod & vos habeatis poteſtatem aſſentiri & ſuſcipere ex parte noſtra, & promittere, quod iſtis effectis, & nos cum omni orientali eccleſia accedemus (juſta tuendo) ad locum unum ex locis Italiæ, qui in decreto nominati ſunt, omnino & ſine ulla dilatione, ſicut & dictæ ſynodo promiſimus, & iſta concluſione facta in ſcriptis, & juramento confirmata per beatiſſimum papam & reverendiſſimos cardinales illic exiſtentes ex una parte, & per vos ex altera, quod venire hic debeat orator beatiſſimi papæ cum talibus literis, tuque Vulotis cum illo venire debeas, Biſſipatus autem remaneat ibi, ut veniat cum effectu eorum: & ad manifeſtationem iſtorum & robur, factum eſt potens imperii mei proſtagma [b] anno 1436.

*[a] Seſſione 24. ejuſdem concilii, ad quorum inſtar conceſſit ſalvumconductum Eugenius, de quo ſupra.*

*[b] Græce πρόσταγμα. Hard.*

*Sequitur mandatum patriarchæ.*

*Mandatum patriarchæ factum oratoribus ſuis ad concilium & papam. Hard.*

Humilitas noſtra committit vobis potentiſſimi & ſancti mei imperatoris in Spiritu ſancto dilectis filiis ſuis, videlicet Megalo & Hierarcho, Joanni Biſſipato, & Emmanueli Tarcagnoti Vulotis abeuntibus (Deo auctore) ad ſanctam ſynodum Baſileenſem, circa materiam futuri concilii pro unione eccleſiarum Chriſti, quod ſi reperientes dictam ſacram ſynodum non potentem facere & adimplere ſuum decretum de loco & tempore & expenſis, & aliis, prout continetur in decreto, & quemadmodum vobis commiſſum eſt, ire debeatis ad beatiſſimum papam: & ſi ille velit ſuſcipere opus in ſe, & facere, ut fiat concilium œcumenicum canonicum, inviolatum, liberum, dando omnes expenſas & omnia neceſſaria ſecundum formam decreti dictæ ſynodi, & ſicut ibidem diffuſe declaratur, etiam facere vobis ſalvumconductum, & ſalvaconducta juxta formam illorum quæ nobis facta ſunt per dictam ſynodum. Si hæc omnia prompte velit facere & effectualiter adimplere beatiſſimus papa, quod & vos habeatis poteſtatem aſſentiri ex parte noſtra, & promittere, quod iſtis effectis, & nos cum omni ſancta orientali eccleſia veniemus illuc in ſtatuendo loco uno ex locis Italiæ, qui nominati ſunt in decreto, omnino & ſine aliqua dilatione, quemadmodum dictæ ſynodo promiſimus, & iſta concluſione facta in ſcriptis & juramentis roborata per beatiſſimum papam & reverendiſſimos cardinales omnes, qui ibidem exiſtunt ex una parte, & per vos ex altera parte, quod veniat hic orator beatiſſimi papæ cum talibus literis, & tu Vulotis cum ipſo; Biſſipatus autem remaneat ibi, ut veniat cum fine & complemento rerum: & ad manifeſtationem iſtorum & confirmationem, facta eſt præſens commiſſio noſtræ humilitatis 1436. die xx. Novembris.

Acta fuerunt hæc Bononiæ in palatio ſanctiſſimi domini noſtri papæ in logia inferiori prope hortum, die, menſe, anno & pontificatu ſupradictis, præſentibus reverendiſſimis in Chriſto patribus & dominis, dominis Bartholomæo de Corneto protonotario apoſtolico, C. epiſcopo Ariminenſi, Ludovico epiſcopo Traguſienſi, Nicolao de Cuſa decretorum doctore, & nobili milite, domino Paulo Barbo honorabili cive Venetiarum, teſtibus ad præmiſſa habitis, vocatis & rogatis, & me Blondo Antonii Blondi Forolivienſi publico imperiali auctoritate notario, & nunc ſupradicti ſanctiſſimi domini noſtri papæ ſecretario, qui prædicta rogatus notavi, & in hanc publicam formam aliena manu propter occupationes redigi feci, nomine meo & ſigno conſueto ad fidem & robur præmiſſorum manu propria appoſito.

## EUGENIUS PAPA

### ACCEPTAT OBLIGATIONEM

Et inſtrumentum præfatum oratoris & patriarchæ Græcorum, & vice verſa ſe obligat pro expenſis, aliiſque promiſſis in concilio Baſileenſi.

*Eugenius epiſcopus ſervus ſervorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.*

OPTATAM ſummiſque hactenus a nobis quæſitam laboribus eccleſiarum Chriſti occidentalis & orientalis unionem perfici, & ad debitum finem perduci intentiſſimis deſideriis affectantes, & poſſibilibus diligentia, ſolicitudine & vigilantia ſatagentes, omnia facere, præcavere & providere intendimus, quæ ipſam prædictæ unionis concluſionem confirmationemque quomodolibet concernere videantur. Sane cum dilectus filius Joannes Biſſipatus miles Conſtantinopolitanus magnus Adriacus cariſſimi in Chriſto filii noſtri Joannis imperatoris Romæorum illuſtris, & venerabilis fratris Joſephi patriarchæ Conſtantinopolitani orator, nuncius & procurator coram nobis & venerabilibus fratribus noſtris ſanctæ Romanæ



ANNO CHRISTI 1438.

Romanæ eccleſiæ cardinalibus infra ſcriptis comparens, exhibitis mandatorum ſuorum quæ habet in plena forma, inſtrumentis, vice & nomine prædictorum imperatoris & patriarchæ certam per inſtrumentum publicum manu propria ſubſcriptum obligationem fecerit, cujus tenor ſequitur, & eſt talis.

In Chriſti nomine. Amen. Anno &c. (*Omittitur tenor, quia habetur ſupra hic immediate*) nos cupientes in hac re ſinceram intentionem noſtram omnibus, & præſertim præfatis imperatori & patriarchæ, aliiſque Græcis notam & manifeſtam eſſe, de venerabilium fratrum noſtrorum ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinalium conſilio, & aſſenſu, tenore præſentium ex certa ſcientia promittimus, & una cum prædictis venerabilibus fratribus ac eorum ſingulis, coram Deo & ſanctis ejus atteſtamur, & nos obligamus omnia contenta in prædicto conventionali decreto [a] Baſileæ celebrato obſervare, & firmiter adimplere, & in nullo deficere, contrafacere, vel venire: cujus rei cauſa omnia noſtra bona præſentia ac futura, ac cameram apoſtolicam obligamus. Et inſuper ſi caſu cui univerſa caro ſubjacet ſingulis momentis, noſter obitus interim accideret, priuſquam tanta tamque laudabilis res perfici potuiſſet, de prædictorum venerabilium fratrum noſtrorum conſilio & aſſenſu noſtram mentem fore declaramus, & præſentium tenore diſponimus, volumus & ordinamus, quod quæcumque ex contentis in prædicto decreto, caſu prædicto adveniente, perfici & adimpleri forte reſtarent, adimpleant atque perficiant prædicti venerabiles fratres noſtri ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinales. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ promiſſionis, atteſtationis, obligationis, declarationis, diſpoſitionis, voluntatis & ordinationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Bononiæ XIII. Kalendas Auguſti anno VII. *Hæc Eugenius.*

*[a] Seſſione 19. ſupra relato, quæ omnia cum effectu præſtitit Eugenium papam, vide infra part. 2. collat. 1. num. 4 & 5. in literis apoſtolicis ejuſdem Eugenii.*

*Ceterum Baſileenſes in deterius prolabentes, monitorium de quo ſupra Patricius, quodque legitur in 26. ſeſſione ejuſdem concilii, conviciis, contumeliis, & injuriis plenum adverſus Eugenium ſummum pontificem præcipitanter conſlarunt.*

*Obſtupuit ſane Sigiſmundus Romanorum imperator, præcipiteſque animos ab apoſtolica ſede rebellantium vehementer exhorruit, & Petrum Auguſtenſem epiſcopum oratorem ad præfatum concilium deſtinavit, admonens, ut a præfatis novitatibus & ſcandalis abſtinerent, ut refert ipſe Eugenius in conſtitutione ſtatim recenſenda: ſed & Auguſtinus Patricius in compendio ſeſſionis trigeſimæ primæ de temerariis geſtis Baſileenſium adverſus Eugenium papam hæc ait:* Rex Anglorum acerbiſſimis literis patres increpavit, quod auderent Romanum pontificem judicare, aſſerens Antichriſti tempora eos introducere, & exhortans, ut a proceſſibus ceſſarent: & in literarum ſuperſcriptione, Baſileenſem congregationem, non autem concilium appellavit. *Hæc Patricius. Regnabat eo tempore in Anglia Henricus VI. qui in odium decreti Baſileenſium ſeſſione vigeſima prima contra annatas, voluit continuari per ſuos ſolutionem annatarum apoſtolicæ ſedi, & denarii S. Petri, ut teſtatur Antonius Maſſa in tractatu de annatis numero vigeſimo quinto. Optimis tamen monitis Baſileenſibus non acquieſcentibus, Eugenius ſummus pontifex ex debito paſtoralis officii ad propulſanda pericula & ſcandala coactus fuit præfatum concilium Baſileæ transferre Ferrariam, ac prævia ſupradictorum narratione, ſequentes promulgari juſſit conſtitutiones.*

*Henricus VI. rex Angliæ contra Baſileenſes, contra Eugenium annatas, & contra decretum Baſileenſe annatas ſolvi juſſit & denarium S. Petri.*

## XIII

## TRANSLATIO CONCILII BASILEENSIS,

### Et indictio concilii Ferrarienſis.

*Eugenius epiſcopus ſervus ſervorum Dei, ad futuram rei memoriam.*

DOCTORIS gentium admoniti ſaluberrima ſuaviſſimaque doctrina, hortantis, ut ſoliciti ſimus ſervare unitatem Spiritus in vinculo pacis, ad ea maxime convertimus aciem mentis noſtræ, & indefeſſa ſolicitudine, cura & cogitatione conatus omnes intendimus, per quæ in corpore myſtico, ſancta videlicet eccleſia, perpetua caritas & pax inviolata perduret; ac ſi qua membra diſſentiant, ea commode corpori reinſerantur ſuo: ut dum per ſancti Spiritus gratiam, qui eſt Patris & Filii amor atque connexio, membra omnia ſub Chriſto capite unum in eccleſia corpus efficimur, unica etiam per Spiritum unitate in Chriſto ſocietas ſimus, & pax quæ eſt perfectum unitatis vinculum, ſincera caritate & concordi animorum conjunctione ſervetur, omniſque diſcordiæ & ſciſſuræ fomes extinguatur.

Sane dudum in minoribus conſtituti, diviſionem orientalis & occidentalis eccleſiæ, quippe ex qua mala innumera & Chriſtianæ religioni detrimenta provenire videbamus, ferentes ægerrime ſemper ac moleſtiſſime, agenteſque pro virili noſtra, ut tolleretur, inſtitimus multum, in Conſtantienſi concilio primum, tum etiam apud felicis recordationis Martinum papam V. prædeceſſorem noſtrum, ſatiſque laboravimus, ut ſublato pariete de medio, utriuſque eccleſiæ unio proveniret.

*Hæc fere totidem verbis in alia bulla ejuſdem Eugenii ſuperius allata, num. IV.*

Ubi vero ad apoſtolatus apicem aſſumpti, honeſto huic & pio deſiderio noſtro debitum ex injuncto nobis deſuper curæ paſtoralis officio acceſſiſſe conſpeximus, eam rem ardenti animo & tota alacritate ſuſcepimus. Ac primum quidem adjerunt nos per noſtrum ſtudium & diligentiam oratores cariſſimi in Chriſto filii Joannis Græcorum imperatoris, & venerabilis fratris Joſephi Conſtantinopolitani patriarchæ.

Tum vero miſſis e veſtigio Conſtantinopolim nunciis noſtris, habitoque tractatu diligenti, id tandem communicato ſenſu omnium placuit, ut ex antiquo inſtituto, pro celeriori ac faciliori executione tantæ rei, legatus de latere cum prælatis etiam & theologis ac doctoribus tam dignæ materiæ tractandæ neceſſariis Conſtantinopolim a nobis mitterentur. In eam concluſionem imperator Trapezuntius, & Armenius patriarcha, & alii quamplures pari voto venerunt: needum ad nos hujuſmodi deliberationis concluſiones pervenerant, cum alium longe diverſum unionis modum in Baſileenſi concilio jam decreto firmatum miſſus ab ipſo concilio orator, ut approbaretur, requiſivit a nobis.

Diſplicuit quidem jam tunc, quod ſedi apoſtolicæ parum deferri videretur, & de re tam gravi & ardua, tot menſibus agitata, contra honeſtæ & antiquæ conſuetudinis normas, nihil antea nobis per ipſum concilium fuiſſet nunciatum:

ANNO CHRISTI 1438.

ciarum: avidi tamen prædictæ unionis, ſimulque veriti, ne ſi diſſenſio ulla intercederet, optatiſſimæ nobis rei ruptura ſequeretur, licet deliberationem aliam longe diverſam & multo expeditionem ex Conſtantinopoli in dies adſuturam veriſimiliter expectaremus, ſicuti & factum eſt poſtea, concluſioni ipſius concilii præbuimus aſſenſum.

Subſecuti Græcorum oratores cum inſtantiſſime poſtularent ea capitula a nobis confirmari, in quibus imperator & patriarcha præfati cum oratore noſtro convenerant, exhortati a nobis ſunt, & attentius admoniti, ne concluſionum varietatem ægre ferrent, neve diffiderent, auſpice Deo, proſpere & pro votis ſucceſſura omnia: nobis gratam eſſe viam omnem, per quam ea res tam ſancta, tam neceſſaria optatum effectum eſſet habitura, neque opem & operam noſtram ullo tempore unquam defuturam. Miſſi poſtmodum ab ipſo concilio nuncii ad ipſos imperatorem & patriarcham, ut decretum illud ratificarent, poſtularunt. Comperto autem ex oratore noſtro, nos decreto illi conſenſiſſe, & ipſi conſenſum præbuerunt, alias, ut profitebantur, id nulla ratione facturi.

Iis ita peractis, ejuſdem unionis deſiderio nos magis incenſi, de venerabilium fratrum noſtrorum ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinalium conſilio & aſſenſu dilectos filios noſtros Nicolaum tituli ſanctæ crucis in Jeruſalem, & Joannem tituli ſancti Petri ad vincula, presbyteros cardinales noſtros & apoſtolicæ ſedis legatos, Baſileam miſimus, eis inter cetera facultatem dantes, ea omnia tractandi, & agendi, quæ dictæ unioni quomodolibet profutura viderentur.

Inſtituerunt illi, ut locus eligeretur nobis & Græcis accommodus, quo ad optatum unionis finem mature poſſit perveniri. Ac licet ob plurimas difficultates quas gignebant inordinati quorumdam motus & compugnantiæ voluntatum, parum ſpei de conficiendo dictæ unionis negotio tribuerent nobis: expectavimus tamen, neque a ſpe & intentione noſtra decidimus, quouſque nonnullos ex ipſo concilio ad eam nominationem loci proceſſiſſe cognovimus, quam juſtis & rationabilibus cauſis gratam habere nec potuimus, neque ullis rationibus poſſumus. Civitatem enim noſtram Avenionenſem in decreto non nominatam, nec comprehenſam, & a Græcis ipſis expreſſe & ſæpenumero repudiatam, nobis etiam irrequiſitis, quantum in ſe fuit elegerunt, non ſatis advertentes quantum ea res importet mali, quantumve prædictæ unioni afferat detrimenti, contra concilii decretum, contra Græcorum inſtantiam, contra denique pium noſtrum deſiderium, tanta facilitate præſumpta. Eſt quippe locus ille nobis parum commodus, & provinciis multis ac regnis, regibuſque & principibus non modo ingratus, verum & ſitu ſuo ipſo non ſatis tutus. Quibus ex rebus illa loci nominatio nullo pacto fuit admittenda, cui niſi, auctore Domino, obviaviſſemus, ut ex certis auctoribus & gravibus de ipſo etiam concilio viris certiores facti ſumus, actum eſſet de eccleſiaſtica pace, & optatiſſima illa unione.

Denique ex Græcorum oratoribus, quorum alter ad nos, alter ad Baſileenſe concilium profectus eſt, mandatis pariter in ſcriptis utrobique traditis, cunctis palam fuit, ipſos imperatorem & patriarcham perſtare in ſententia, locum ſcilicet eſſe eligendum, qui nobis & illis eſſet accommodus, aperte proteſtantibus, niſi nos in loco adeſſemus, imperatorem ipſum & patriarcham nequaquam acceſſuros. Queſtus eſt graviter orator ipſe, quod ad eum revocaretur locum qui eſſet remotiſſimus, & præter navigationis longinquæ pericula, mare ipſum piratis quoque eſſet infeſtum, ac per id ceteris ſuſpectum, in primis illis eſſet ſuſpectiſſimum: proteſtatus (niſi conditiones in decreto appoſitæ ſervarentur, locuſque, ut præfertur, idoneus eligeretur) eccleſiæ Latinorum (ſi optata, tantoque ſtudio & labore quæſita unio non ſequeretur) imputandum fore.

Iis omnibus intenta meditatione & diligenti deliberatione penſatis, providendum omnino viſum eſt, ne Græci a propoſito jure deſiſterent. Ea fuit ferme omnium ſententia, non modo unionem iſtam, ni aliter provideretur, non ſecuturam, verum in ipſa quoque occidentali eccleſia novitates noxias & ſcandala plura emerſura neceſſario.

Nos itaque tanto conſtricti articulo, tam variis caſibus, tam multis omni ex parte ſe aperientibus periculis pro viribus occurrere cupientes, de prædictorum venerabilium fratrum conſilio & aſſenſu, venerabili fratre Joanne archiepiſcopo Tarentino ad ipſum Baſileenſe concilium deſtinato, dilectis filiis Joanni tituli ſancti Petri ad vincula, & Juliano tituli ſanctæ Sabinæ, presbyteris cardinalibus apoſtolicæ ſedis legatis, & ipſi archiepiſcopo per literas noſtras commiſimus atque mandavimus, ut per paſſionem Jeſu Chriſti ad evitandas omnes diſſenſionum materias, exhortarentur venerabiles fratres & dilectos filios in ipſo concilio exiſtentes, vellent ad laudem & reverentiam Dei ac ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti, & per aſperſionem ſui ſacratiſſimi ſanguinis, ut pro pace & felici tantarum rerum conſummatione locus eligeretur pro hujuſmodi transferendo concilio, qui gratus eſſet nobis, & Græcis aptus atque acceſſu facilis, diſceptationibus ac diſſenſionibus omnibus ſubductis de medio, ambulantes in rectitudine & ſimplicitate cordis, jactarent in Deum cogitatus ſuos, ac de Deo confidentes, in ſuis conſiliis caritatis legibus obſequerentur, quæ juxta apoſtolum, non irritatur, non cogitat malum, non quærit quæ ſua ſunt, non gaudet ſuper iniquitate, ſed e contra patiens & benigna eſt: debere eos qui eccleſiæ Dei negotiis tractandis inſiſterent, ſuperiores eſſe mundo, non quæ ſua ſunt quærere, ſed quæ Jeſu Chriſti: nullam cujuſvis loci electionem debere eſſe impedimento, quo minus tam ſalutaris rei conſequatur effectus. Iſta nos & ſimilia pro affectione noſtra ipſis in concilio exiſtentibus tranquille proponenda mandavimus.

Injunximus præterea legatis ipſis & præſidentibus noſtris, ut nihil omitterent ex iis quæ ad hunc finem conducere poſſe viderentur; requirerent, hortarentur, rogarent omnes & ſingulos regum & principum, prælatorumque oratores, procuratores ibi præſentes, vicinoſque itidem prælatos & principes, ſibi ut ſocii accederent, ſecumque hortarentur omnes ad locum ipſum aptum concorditer eligendum, tentarentque omnia, per quæ ad optatum tantæ rei finem poſſet pacifice perveniri.

Nec tunc quidem tam pia, tam ſancta adeoque ſalutaria tam modeſte poſtulantes auditi ſunt, quin potius ſpretis adhortationibus noſtris, Avenionis civitatis electionem ipſo jure nullam



ANNO CHRISTI 1438.

nullam decretare tentarunt, legatis & præſidentibus noſtris & aliis plurimis & gravibus religioſiſque perſonis renitentibus, atque ad novam loci electionem alterius procedendum eſſe decernentibus. Tum vero ſedandi tumultus cauſa, ad id tandem deventum eſt, approbantibus cunctis, ut ſecundæ induciæ darentur ea conditione, ut niſi infra præſcriptum & propoſitum diem Avenionenſes promiſſas pecunias numeratas perſolviſſent, integrum jam eſſet & liberum, debitum concilio locum alium eligere. Cum vero intra condictum terminum pecunias illi nequaquam exolviſſent, legati, ac præſidentes prædicti, aliique ex prælatis plurimi, & omnes ferme regum principumque oratores, procuratores prælatorum, theologique ac doctores habendam rationem honoris ac dignitatis occidentalis eccleſiæ, ea ſtudioſe ſervando quæ Græcis fuerant promiſſa, cenſentes, eccleſiaſticæque pacis ac unitatis cupientiſſimi, & ſaniorem ipſius concilii partem facientes, ad quos etiam jus eligendi devolutum, cum partem aliam nihilo minus ante ſæpe requiſiſſent, ut ad alterius loci electionem intenderet: alioquin proteſtantes ſe iſta amplius ſine gravi offenſa Dei & ipſius eccleſiæ inſigni nota diſſimulare non poſſe: poſtquam minime exauditi erant, ad electionem loci, Florentiæ ſcilicet, aut Utini, ſive alterius cujuſlibet in decreto comprehenſi, qui galeas & neceſſaria alia maturius paraſſet, canonice legitimeque proceſſerunt, prout in decreto inde confecto clarius conſtat.

Eam electionem memorati imperatoris & patriarchæ oratores, ut conſequendæ unioni ſumme neceſſariam, gratiſſime amplexi ſunt; profectique inde ad nos, ut electionem prædictam confirmare vellemus, precibus humilibus petiverunt: ſimiliter nos impenſius orantes atque requirentes, ne rem hanc ſanctiſſimam deſertam eſſe pateremur, proteſtati publice in conſiſtorio generali, quod per eos nequaquam ſtaret, ſi ſancta iſta unio non ſequeretur.

Nos autem hæc omnia attentius conſiderantes, conſpicienteſque rem eo deveniſſe, ut prædictos oratores neceſſario exaudire cogeremur, nec ſupereſſe modum alium proſequendi operis tam pii, & ſervandi Latinæ eccleſiæ honoris, de prædictorum venerabilium fratrum noſtrorum conſilio & aſſenſu, ipſorum petitis annuimus, nominationemque factam de Florentia aut Utino, vel alio ex locis in decreto comprehenſis, in alio generali conſiſtorio admiſimus & confirmavimus, ac demum cum ipſis oratoribus mandatum ad hoc habentibus, nonnullis prius tractatis, concluſis atque firmatis, quæ de memoratorum imperatoris & patriarchæ adventu ad has partes nobis ſpem indubiam pollicentur, multiſque cum laboribus, ingentique ſumptu operam dedimus, ut galeæ quatuor, & alia mitterentur pro ipſorum adventu neceſſaria: ſicque Deo largiente factum eſt.

Hæc ubi didicere, qui Avenionem prætulerant, ſemper pro inordinatis, quibus agitabantur, affectibus turbati, quia juxta beatæ memoriæ prędeceſſoris noſtri Leonis I. ſententiam, dum privatæ cauſæ religionis exercentur obtentu, committitur impietate paucorum, quod univerſalem eccleſiam vulneret, multa ad perturbanda prędicta machinati ſunt. Nam primum quidem in venerabilem fratrem noſtrum Joannem archiepiſcopum ſupra nominatum, qui decretum in ea forma mittebat ad nos, qua factum erat in publica ſeſſione promulgatum, nonnulla confingentes irruerunt, omnique prætermiſſo juris ordine, ipſum, poſteaquam primo, ſecundo ac tertio ea pro ſua juſtitia petierat, quæ jure nulli deberent denegari, primum in domo ſua ſub cautione jurisjurandi detinere conati ſunt; deinde deputationem & congregationem generalem per judices datos ſuſpectiſſimos illi interdicere tentarunt; ac poſtremo contra gravamen utrumque ſe tueri de jure ſatagentem, ſuamque juſticiam aſſerentem, ſub excommunicationis, privationis & inhabilitationis pœnis in domo propria tumultuario multitudinis impetu detinere, & quodammodo carcerare moliti ſunt. Gravamen preterea gravamini adjicientes, dilectum filium Arnoldum de Reclenchulen dicti archiepiſcopi procuratorem, pro juſtitia illius in congregatione generali & majori eccleſia loqui volentem, manibus injectis percuſſerunt, ac per capillos ad carcerem trahere conati ſunt adeo violenter ac inhoneſte, ut cardinalis ſanctæ Sabinæ legatus antedictus de violentia illata, & de ſublata libertate concilii neceſſario ſit publice proteſtatus. Per hanc itaque illatam violentiam juſto metu conſtrictus archiepiſcopus ipſe in defenſionem ſui quoſdam nobiles armatos domi habere compulſus eſt. Tandem juſtiſſima quadam petitione in generali congregatione porrecta, cui adjecta erat proteſtatio, quod niſi in ſua juſtitia audiretur, & a gravaminibus & oppreſſionibus, quæ in dies augebantur, ceſſaretur, & ipſe ob juſtum metum inde decedere cogeretur, cum non modo non fuiſſet admiſſa ipſa petitio, verum contra exhibitorem potius, ut ad carcerem traheretur, eſſet acclamatum; coactus eſt & injunctum ſibi oratoris ac præſidentis officium deſerere, & adjunctis ſibi, ſeque ducentibus dilectis filiis nobilibus viris Wilhelmo marchione de Roithingh, & Rodulpho de Raviſtein, & aliis pleriſque illorum nobilibus, a prædicto loco omnino diſcedere. Omittimus alia plura gravamina, ut curſores noſtros primum, tum dilectum filium priorem Furnenſem ordinis Præmonſtratenſis ad nos ſpecialiter miſſum, in itinere, interceptis literis noſtris, pecuniiſque & bonis aliis nudaverint, ut ex noſtris ſit nemo, qui ſine juſto metu vel illuc ire, vel inde redire poſſit.

Quantum generali concilio iſta conveniant, cunctis ratione utentibus liquet. In ſecunda Epheſina ſynodo, pernicioſiſſima illa quidem, apoſtolicæ ſedis legatos violatos legimus, quod acquieſcere ſubſcriptioni nefariæ noluerunt. Verum hæc inferiora non ſunt: ſed omittimus iſta, referre quidem piget ob eccleſiæ matris injuriam atque jacturam; ſed dicendum tamen eſt. Illi ipſi qui pro tractandis eccleſiæ negotiis, pro pace & unitate in eccleſia catholica ſervanda, pro reformatione utili & honeſta inducenda ſe conveniſſe profitentur, quique ſextum jam annum in hujuſmodi tractatibus minimo cum fructu exegerunt; cum univerſus Chriſtianus orbis eſſet prædictæ illius ſanctiſſimæ unionis jam modo imminentis expectatione ſuſpenſus, ex qua dici non poteſt, quantum lætioris ſpei humanis rebus & Chriſtianæ religioni accederet, eos ad everſionem potius tam pii operis, confuſionemque nominis Chriſtiani, & univerſalis eccleſiæ ſciſſuram, & totius religionis excidium moliri manifeſte deprehenditur.

Et quid mirum ſi in oratores noſtros ſæviant, qui in nos quoque adeo effrenate feruntur? Prætenſum quippe quoddam * monitorium, ſive (ut

* Hoc monitorium

ANNO CHRISTI 1438.

habetur ſeſſione 26. concilii Baſileenſis.

(ut ipſi appellant) citatorium, conviciis, contumeliis atque injuriis plenum adverſus nos, & in gravamen venerabilium fratrum noſtrorum ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinalium conflare auſi ſunt, novo plane exemplo, & quod priora omnia ſæcula ignoraverunt, & quod uti ne fieret, cum Joannes & Julianus cardinales prædicti ſedis apoſtolicæ legati variis modis obſiſterent, & validiſſimis, & graviſſimis, veriſſimiſque rationibus improbitatem facti coarguerent, demonſtrarentque apertis documentis, id caritati, bono publico, paci eccleſiæ, juſtitiæ, ſacriſque canonibus ita adverſari, ut ipſi abhorrerent illic adeſſe, ubi de tali tractaretur monitorio, auditi non ſunt. Et cum inſtanter orarent, & expreſſe poſtularent, ut a re tam monſtruoſa deſiſterent, conſcientiaſque exonerando ſuas, excuſarent coram Deo & hominibus innocentiam ſuam, quod monitorium illud pro viribus & ſupra vires impugnarent, plurima quæ ex illo ſequi poterant ſcandala & mala memorantes, maximaque inſtantia utentes, veluti ex proteſtationibus ſuis publice & ſolemniter factis aperiſſime conſtat; tantis tamen, tam piis, tam juſtis poſtulationibus furor ille non ceſſit.

Cum vero memorati Ioannes & Julianus legati octo primum, deinde trium dierum inducias peterent, infra quas rationes in ſcriptis redigerent, quibus cum nullo modo ad dictum prætenſum monitorium, ſeu citatorium eſſet procedendum, evidentiſſime demonſtrarent; non ſolum auditi non ſunt, verum contra ipſius ordinationes concilii, ea die & generalis congregatio & ſeſſio repente & præcipitanter eſt habita, quod nunquam antea vel in minimis privatiſque negotiis fuerat factum.

In ea ſane prætenſa præcipitique ſeſſione etſi prælatos ſub pœna præſtiti juramenti cogere, & pene violenter attrahere conarentur, legati tamen ipſi, & plures ex oratoribus regum & principum, prælatique plurimi juſtitiæ potius & veritati deferentes, quam illorum cedentes comminationibus, nulla ratione huic tam inhoneſtæ ac monſtruoſæ rei intereſſe paſſi ſunt, ſed magis ac magis inſtiterunt, ut a dicto monitorio abſtinerent, nihil innovari debere ibidem aperte proteſtantes: iis profecto noſtrorum legatorum rationibus, juſtiſſimiſque petitionibus ac proteſtationibus neceſſariis acquieviſſent, niſi pauci ex primoribus, quos ſequitur inferiorum turba, partim ambitionis corrupti peſte, partim potentium quorumdam ſæcularium ſeu furori obſequentes, ſeu deliniti obſequiis, ſeu minis ac terroribus adacti, ſub ſpecioſo reformationis nomine ſeſe duces atque auctores harum novitatum præbuiſſent, inque tempus imminentis jam concilii œcumenici, ſi quid adverſus nos conceperant animo, diſtuliſſent.

Ea vero cum comperiſſet cariſſimus filius noſter Sigiſmundus Romanorum imperator, obſtupuit, præcipitemque ſententiam ſchiſmatis metu, quod ſublatam temporibus proximis iſti inferre tentarent, vehementer exhorruit, ac protinus per venerabilem fratrem Petrum Auguſtenſem epiſcopum oratorem ſuum ad præfatum concilium deſtinatum, ut abſtinerent ab hujuſmodi novitatibus & ſcandalis, omni inſtantia requiſivit, & ſi quid adverſum nos promulgaſſent, revocarent. Quod quidem, ut ex certiſſimis nunciis accepimus, facere omnino neglexerunt.

Et quid mirum, ſi illi minus obtemperent honeſta poſtulanti, contra ſanctorum canonum ſtatuta, qui excuſſo de ſub jugo divini timoris collo, tam libere, tam licenter eunt in paſtorem pontificem ſuum? Quorum conatibus niſi opportunius provideatur, rem hanc ſanctæ unionis orientalis & occidentalis eccleſiæ, ex qua diebus noſtris propagari Chriſtianitatis terminos ſperamus, & ſub [a] hujus ſpecie & expectatione Chriſtianorum multitudo ab infidelibus oppreſſa reſpirat, intercipi & deſtitui, eccleſiæque reformationem & pacem Chriſtiani populi, quam jam annis ſex Mundus præſtolatur, in deformationem potius inteſtinumque bellum converti, quis adeo rationis & judicii ignarus eſt, quin videat & intelligat? Suborientur, ut timendum eſt, inſuper alia incommoda, & mala neceſſario, ſcandalaque & diviſiones, non modo in re eccleſiaſtica, verum in regnis quoque, principatibus, dominiiſque temporalibus pullulabunt ex infauſto hoc germine: quæ ſine maxima Dei offenſa nos amplius diſſimulare non poſſe, nemo ſanæ mentis ignorat.

[a] Forte, major. H.

Cum igitur ad hujuſmodi pericula, ſcandalaque & detrimenta ab univerſali eccleſia & a populo Chriſtiano, ſicuti ex debito adſtringimur paſtoralis officii, propulſanda, & longius arcenda, nihil æque expediens occurrat, quam ſi in unum conveniamus omnes, caritatis, pacis & concordiæ vinculo aſtricti, & ſemotis privatis affectionibus, ad memoratæ unionis eccleſiæ utriuſque, ſanctorumque reliquorum operum proſecutionem, quorum gratia concilium Baſileenſe ab initio fuerat inſtitutum, ſtudia & vota noſtra convertamus. Omnibus itaque & ſingulis, quæ ſupra digeſta ſunt, & aliis juſtis & rationabilibus cauſis ad hoc animum noſtrum moventibus, atque eo in primis, quia quod factum eſt ſine conſideratione juſtitiæ, & contra omnem canonum diſciplinam ratum haberi nulla permittit ratio; & quod diſſenſionis ſcandalum non auferret Baſileenſis ſynodus, ſed ii qui in illa ſe duces & principes novarum rerum faciunt, potius augerent: iis, inquam, omnibus accuratiſſima meditatione penſatis, quorum gratia neque nobis, neque noſtris tutum aut liberum ſit in eo concilio, quod ſub ditione eſt & quaſi tyrannide quadam æmulorum noſtrorum redactum, quidquam proponere aut tractare: habitaque ſuper iis omnibus & ſingulis cum præfatis venerabilibus fratribus noſtris matura deliberatione, de ipſorum omnium communi conſilio & aſſenſu, plurimis etiam adhibitis venerabilibus fratribus noſtris archiepiſcopis, epiſcopis, & dilectis filiis electis, abbatibus, aliiſque prælatis in curia noſtra exiſtentibus, id idem conſulentibus atque laudantibus, volentes tam pernicioſis & imminentibus turbationum, ſcandalorum & confuſionum periculis in Dei eccleſia, ut præmittitur, obviare, ſi, & in quantum ſupradicti in ipſo concilio Baſileenſi exiſtentes in obſtinato propoſito ſuo perſeveraverint, vigore & occaſione dicti prætenſi monitorii, ſeu citatorii, in aliquo procedendo, aut aliquam aliam novitatem contra nos, aut venerabiles fratres noſtros ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinales, vel præſidentes & oratores noſtros, qui in dicto concilio fuerunt, vel aliquem ex eis in poſterum inferendo, vel etiam a die præfati aſſerti monitorii forſitan factam continuando, vel quovis modo ſervando, tenore præſentium auctoritate apoſtolica, & ex certa ſcientia, & ex plenitudine poteſtatis, civitatem Ferrarienſem, quam & pro futuro œcumenico

conci-



ANNO CHRISTI 1438.

lio ex nunc aſſumimus, ex nunc prout extunc, & extunc prout exnunc pro loco dicti concilii transferendi nominamus, aſſignamus, & etiam deputamus; locum quidem gratum Græcis, rebus gerendis utilem, idoneum accommodum omnibus regibus & Mundi principibus, & prælatis tutum & liberum, in decreto Græcorum comprehenſum [a], & pro quo omnia Græcis promiſſa expedita & parata ſunt, ad eumque locum præfatum Baſileenſe concilium ad omnes & ſingulos effectus inchoatos & inchoandos, & pro eiſdem cauſis, pro quibus fuerat Baſileæ congregatum, conſilio, aſſenſu, auctoritate & poteſtate ſimilibus, exnunc prout extunc, & extunc prout exnunc transferimus, & tranſlatum fuiſſe & eſſe declaramus.

[a] In illis ſcilicet verbis decreti, (vel aliam civitatem in Italia,) quod habetur ſeſſione 19. concilii Baſileenſis

Cauſa Bohemorum quoad articulum communionis ſub utraque ſpecie, quem ſolum articulum volumus in dicta civitate Baſileenſi a data præſentium infra triginta dies continuari poſſe, dumtaxat excepta: quos etiam Bohemos, ſi pro dicta cauſa ad dictam civitatem Ferrarienſem, & concilium ſic tranſlatum eis magis venire placuerit, in eum caſum benigne ſuſcipiemus, tractabimuſque cum omni humanitate & caritate poſſibili, & ab aliis tractari faciemus.

Hanc autem tranſlationem, in quantum prædicti Baſileæ exiſtentes non reſpuerint, ut præmittitur, locum habere intelligimus & declaramus ante ipſorum Græcorum adventum: ipſis autem Græcis venientibus in dicto loco Ferrariæ pro œcumenico concilio celebrando, ut certi reddimur, conſentientibus, exnunc prout extunc, & extunc prout exnunc ipſum Baſileenſe concilium ad præfatam civitatem Ferrarienſem pure, libere & ſimpliciter transferimus, & decernimus inchoandum.

In quo etiam ſic tranſlato talia, auctore Deo, proponere & agere intendimus, ex quibus noſtram innocentiam orbis totus agnoſcere poterit, & quæ ſunt adverſum nos quorumdam malevolentia & malignitate conficta, falſa, & omni veritatis fundamento deſtituta intelligere, ac noſtram bonam voluntatem ad ea, pro quibus dictum Baſileenſe concilium, ut præmittitur, fuerat congregatum, evidentius poterit intueri.

Decernentes, ac etiam declarantes omnem aliam nominationem, declarationem, electionem, vel translationem quavis auctoritate, aut quocumque prætextu factam, vel etiam in poſterum faciendam, præterquam auctoritate noſtra, de qua conſtet per authenticas literas noſtras ſuper hoc conficiendas, nullius eſſe, prout eſt, roboris vel momenti.

Mandantes inſuper, & præcipientes venerabilibus fratribus & dilectis filiis ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinalibus, patriarchis, archiepiſcopis, epiſcopis, electis, abbatibus, & aliis, qui de jure & antiqua conſuetudine generalibus conciliis intereſſe tenentur, quatenus ad præfatum concilium, ut præmittitur, translatum ſe transferant, ad ea tractanda & peragenda, quæ ad laudem Dei & gloriam, ſanctorumque operum profectum, pro quibus ipſum Baſileenſe concilium fuerat congregatum, neceſſaria & utilia videbuntur. Et ſignanter ſi quid in materia Bohemorum in eo fortaſſis reſtaret peragendum, & ſpecialiter ad materiam unionis orientalis & occidentalis eccleſiæ, ut ſupra dictum eſt, quam quanta poſſumus induſtria & diligentia ad felicem uſque exitum proſequi intendimus.

Quos omnes & ſingulos ad omnia & ſingula præmiſſa exnunc citamus, requirimus & admonemus, ſecuritatem quoque & ſalvumconductum omnibus & ſingulis, prout in aliis noſtris literis inde confectis latius continetur, damus & concedimus etiam per præſentes.

Inſuper auctoritate, poteſtate, conſilio, & aſſenſu prædictis, ſub excommunicationis, privationis dignitatum, beneficiorum & officiorum, ac inhabilitationis pœnis, quas contrafacientes incurrere volumus ipſo facto, adverſus quas pœnas reſtitui, vel rehabilitari præterquam a nobis non poſſint, ſed nec ab excommunicatione abſolvi, niſi in articulo mortis conſtituti, diſtrictius inhibemus, ne in præfata Baſileenſi civitate, aut alibi, quam in civitate Ferrarienſi ſupradicta, deinceps, ut præmittitur, concilium, aut aliquis conciliaris actus teneatur, ſeu aliquod officium ad ea ſubordinatum de cetero exerceatur, neque etiam aliquis in dicta civitate Baſileenſi remanere, præterquam ad articulum Bohemorum, ut dictum eſt, & ad alium locum quam Ferrariæ, ſub nomine aut prætextu concilii, audeat accedere.

Decernentes etiam exnunc irritum & inane, ac nullius auctoritatis vel momenti, ſi ſecus quavis auctoritate, etiam ſub nomine & auctoritate concilii, præterquam noſtra, de qua per literas noſtras, ut ſupra præmittitur, ſuper hoc conficiendas conſtet, a quibus communiter vel diviſim, cujuſcumque ſtatus, gradus, præeminentiæ & conditionis exiſtant, etiamſi cardinalatus, patriarchali, archiepiſcopali & epiſcopali dignitate præfulgeant, ſcienter, vel ignoranter forſitan contigerit attentari. Ordinationibus, ſtatutis, conſtitutionibus, decretis, declarationibus quavis auctoritate, etiam ſub nomine generalis concilii factis, & aliis in contrarium facientibus, etiam ſi talia forent, de quibus eſſet habenda etiam de verbo ad verbum mentio ſpecialis; quibus omnibus auctoritate, poteſtatis plenitudine, conſilio & aſſenſu ſimilibus & præmiſſis neceſſariis, & urgentibus cauſis ſupradictis derogamus, & derogatum eſſe apoſtolica auctoritate, tenore præſentium declaramus, ceteriſque in contrarium quomodolibet facientibus, non obſtantibus quibuſcumque.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ aſſumptionis, nominationis, aſſignationis, deputationis, tranſlationis, declarationis, voluntatis, conſtitutionis, mandati, præcepti, citationis, requiſitionis, monitionis, dationis, conceſſionis, inhibitionis & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Datum Bononiæ anno incarnationis dominicæ milleſimo quadringenteſimo triceſimo ſeptimo Kalendis Octobris, pontificatus noſtri anno ſeptimo.

## SUBSCRIPTIONES.

Ego Eugenius catholicæ eccleſiæ epiſcopus ſubſcripſi.

*Adjutor & protector meus es tu domine, ne derelinquas me Deus meus.*

Ego Branda epiſcopus Portuenſis ſubſcripſi.

Ego

ANNO CHRISTI 1438.

Ego Jordanus epiſcopus Sabinenſis ſubſcripſi.
Ego * Angelus tituli S. Marci presbyter cardinalis ſubſcripſi.
Ego Franciſcus tituli S. Clementis presbyter cardinalis ſubſcripſi.
Ego Antonius tituli S. Marcelli presbyter cardinalis ſubſcripſi.
Ego Nicolaus tituli ſanctæ Crucis presbyter cardinalis ſubſcripſi.
Ego Proſper S. Georgii ad Velum aureum diaconus cardinalis ſubſcripſi.
Ego Dominicus ſanctæ Mariæ in Via lata diaconus cardinalis ſubſcripſi.

* Angelottus.

## XIV.

## DECLARATIO TRANSLATIONIS CONCILII BASILEENSIS,

### Et indictio concilii Ferrarienſis.

*Eugenius epiſcopus ſervus ſervorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.*

PRIDEM ex juſtis & rationabilibus ac urgentiſſimis cauſis ad multa inconvenientia in Dei eccleſia imminentia pericula ſubmovenda, præſertim ſciſſuræ & diviſionis graviſſimæ, nec non impedimenti futuræ ſanctæ unionis occidentalis & orientalis eccleſiæ, animum noſtrum digne moventibus, quartodecimo Kalendas Octobris proxime præteriti de venerabilium fratrum noſtrorum ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinalium conſilio & aſſenſu, plurimis etiam adhibitis venerabilibus fratribus & dilectis filiis archiepiſcopis, epiſcopis, electis, abbatibus, aliiſque prælatis in noſtra curia exiſtentibus, idem conſulentibus atque laudantibus, civitatem Ferrarienſem pro celebrando concilio etiam œcumenico ex tunc aſſumpſimus, nominavimus, & etiam deputavimus, ad eamque civitatem Baſileenſe concilium, ad omnes & ſingulos effectus, pro quibus Baſileæ fuerat congregatum, & ex tunc tranſtulimus, & tranſlatum eſſe declaravimus. Si & in quantum in dicto Baſileenſi concilio exiſtentes perſeverarent in ſuo obſtinato propoſito, vigore cujuſdam prætenſi monitorii, ſeu citatorii procedendo, aut aliam novitatem contra nos & venerabiles fratres noſtros ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinales præfatos, vel præſidentes, aut oratores noſtros, qui in dicto concilio fuerunt, faciendo, vel a die dicti citatorii factam continuando, vel ſervando, prout in noſtris literis ſuper idem confectis plenius continetur. Sperantes ex hac noſtra conditionali proviſione, veluti in eorum Baſileæ exiſtentium mera libertate repoſita, ipſos a tam periculoſis novitatibus faciliter abſtinere debere.

Verum illi ipſi avertentes ſe, ne paci eccleſiæ & unitati conſulerent, neve jam paratæ unioni occidentalis & orientalis eccleſiæ, pro qua cariſſimum in Chriſto filium Romæorum imperatorem, & venerabilem fratrem Conſtantinopolitanum patriarcham dietim expectamus, & jam plurimi ex eorum domeſticis cum una ex galeis noſtris in portum Venetiarum applicuerunt, proſpicerent, ut debebant, quin potius turbationem ſuper turbationem apponere fatagentes, accuſationem contumaciæ contra nos admittere præſumpſerunt, noſque contumaces fore decernentes; poſtea quarto Idus prædicti menſis Octobris per quoddam aſſertum decretum † contra nos & venerabiles fratres noſtros multa gravia, & ſciſſuræ in eccleſia Dei jam proximæ cumularunt, aliaque plurima ab omni caritate & pace penitus aliena ſervare auſi ſunt, parati etiam, quantum in eis eſt, licet ſub quodam reformationis fuco, omne ſuum opus ad irreparabilis deformationis, ut jam aperte cognoſcitur, extrema perducere, niſi miſerante Deo, opportuno & celeri remedio obvietur.

† Seſſ. ex concilii Baſileenſis.

Nos igitur tam imminentibus malorum periculis volentes, ut ex debito noſtri paſtoralis officii tenemur, opportune conſulere, de prædictorum venerabilium fratrum noſtrorum ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinalium conſilio & aſſenſu, conditiones in dictis noſtris literis contentas, fuiſſe & eſſe purificatas, dictumque Baſileenſe concilium ad præfatam civitatem Ferrarienſem fuiſſe & eſſe tranſlatum declaramus, illudque auctoritate & aſſenſu ac conſilio prædictis, in dicta civitate Ferrarienſi celebrandum, ac die octava proximi menſis Januarii inchoandum ac continuandum decernimus; auctoritate apoſtolica per præſentes mandantes omnibus & ſingulis, qui ad generalia concilia de jure venire tenentur, ut conſueverunt, ad ipſum concilium ſic tranſlatum, vigore juramenti per eos præſtiti, quantocius ſe transferre procurent.

*Declaratio translationis concilii Baſilea Ferrariam.*

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ declarationis, conſtitutionis & mandati infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Datum Bononiæ anno incarnationis dominicæ milleſimo quadringenteſimo triceſimo ſeptimo, Kalendis * Januarii, pontificatus noſtri anno ſeptimo.

* Forte Octobris.

## SUBSCRIPTIONES.

Ego Eugenius catholicæ eccleſiæ epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Branda epiſcopus Portuenſis ſubſcripſi.
Ego Jordanus epiſcopus Sabinenſis ſubſcripſi.
Ego Antonius tituli S. Marcelli presbyter cardinalis ſubſcripſi.
Ego Nicolaus tituli ſanctæ Crucis presbyter cardinalis ſubſcripſi.
Ego Franciſcus tituli S. Clementis presbyter cardinalis ſubſcripſi.
Ego Proſper S. Georgii ad Velum aureum diaconus cardinalis ſubſcripſi.
Ego Dominicus ſanctæ Mariæ in Via lata diaconus cardinalis ſubſcripſi.

## XV.

*Ultra vero præfatarum conſtitutionum promulgationem, pluribus etiam monaſteriorum abbatibus & epiſcopis particulares apoſtolicas literas direxit Eugenius, & in ſpecie ſub data 18. Octobris.*

*Monaſteriorum abbatibus, ſanctæ Mariæ in Organo Veronenſi, ſancti Euſtachii de Naviſis Franciſco, ſanctæ Euphemiæ prope Civitellam, ſanctæ Bonæ de Vidorio, ſanctæ Mariæ de la Silvis Joanne, ſan-*



*ſanctæ Mariæ Sextruſi, ſanctæ Mariæ de Magarzano, ſancti Benedicti de Levo, ſancti Petri in Monte, ſancti Nicolai in Verano Brixienſis diœceſis, ſancti Sepulcri de Aſtino * Pergamenſis diœceſis, de Sinuago Hieronymo de Piro.*

* Bergomenſis.

*Similiter & epiſcopis ſub data 23. die Octobris. Aretino, Narnienſi, Interamnenſi, Spoletano, Januenſi, Amerinenſi, Eſculanenſi, Senogallienſi, Faventino, Forolivienſi, Bertonorienſi, Sarſinatenſi, Feretrano.*

*Sed & univerſitatibus ſtudiorum, & in ſpecie Pariſienſi, & aliis, tenoris ut ſequitur.*

*Dilectis filiis rectoribus & univerſitati ſtudii Pariſienſis ſalutem.*

Cum Baſileenſe concilium ad civitatem Ferrarienſem pro œcumenico concilio inibi celebrando, tam propter occidentalis & orientalis eccleſiarum unitatem, quam reformationem eccleſiæ, & pacem Chriſtiani populi, & aliis rationabilibus cauſis, totis viribus, auctore Domino, procurandas, duxerimus transferendum, prout veſtra devotio videre poterit per copiam literarum præſentibus incluſam, eidem devotioni veſtræ in virtute ſanctæ obedientiæ injungimus & mandamus, quatenus cum per Dei gratiam ſperemus, imo certi reddamur, quod cariſſimus in Chriſto filius noſter Joannes Græcorum imperator illuſtris, ac venerabilis frater noſter patriarcha Conſtantinopolitanus, cum eorum prælatis & clericis, pro quibus jamdudum cum galeis & aliis neceſſariis & conventis miſimus, circa Kalendas Novembris proxime futuras accedent ad concilium memoratum, quantocius poteritis aliquos de univerſitate veſtra inſignes doctores, vel magiſtros Deum timentes, qui hujuſmodi concilio interſint, ad ipſum concilium deſtinare curetis, ut in eo altiſſimi cooperante miſericordia, per ipſorum doctorum & magiſtrorum, ac aliorum prudentiam & virtutem, ea tractentur & agantur, quæ cedant ad laudem Dei, pacem Chriſtianorum, ac ſtatum & exaltationem eccleſiæ ſuæ ſanctæ.

Datum Bononiæ IX. Kalendas Octobris anno ſeptimo.

*Similiter ſcribit univerſitatibus in Francia, Aurelianenſi, Andegavenſi, Toloſanæ, Aquenſi, Bajocenſis * diœceſis, Montis Peſſulani, Avenionenſi.*
*In Hiſpania, Salamantina, Valliſoleti.*
*In Alemannia, Viennenſi, Liptzienſi, Erfordienſi, Heidelbergenſi, Colonienſi.*
*In Brabantia, Lovanienſi, Leodienſis diœceſis.*
*In Polonia, Cracovienſi.*
*In Italia, Peruſina, Papienſi, Paduana.*
*In Anglia, Oxonienſi, Cantabrigenſi.*
*In Scotia, ſancti Andreæ.*
*Generalibus etiam ordinum in hanc formam reſcripſit.*

* Calomenſem videtur intelligere.

*Dilecto filio*, &c. *generali magiſtro ordinis Prædicatorum ſalutem.*

Cum Baſileenſe concilium ad civitatem Ferrarienſem (*reliqua ut in proximo uſque ad verbum*, concilium memoratum) quantocius poteris te conferas, atque una tecum duodecim magiſtros tui ordinis perducas, de quibus devotioni tuæ per alias noſtras literas intimavimus, ut in ipſo concilio, altiſſimi cooperante miſericordia, per tuam, illorum & aliorum prudentiam & virtutem tractentur & agantur ea quæ cedant ad laudem Dei, pacem Chriſtianorum, ac ſtatum & exaltationem eccleſiæ ſuæ ſanctæ. Datum Bononiæ anno &c. IX. Kalendas Octobris, anno ſeptimo.

*Similiter ſcribitur generali miniſtro ordinis Minorum.*

*Similiter ſcribitur ſequentibus, dimiſſa clauſula, ut ducant duodecim magiſtros, ſed ut ducant aliquos inſignes viros Deum timentes, Eremitarum, Carmelitarum, Humiliatorum, Servorum, Camaldulenſium generalibus magiſtris.*

*Similiter ſubſcriptis, ut mittant oratores ad concilium. Rhodi ſcilicet ſancti Joannis Hieroſolymitani, Prutenorum, ſcilicet beatæ Mariæ Teutonicorum, ſancti Jacobi de Spatha, de Alcantara, de Calatrava, de Viſeo, generalibus magiſtris militiarum.*

*Subſcriptis abbatibus, ut veniant, Ciſtercienſium, Cluniacenſium, ſancti Antonii Viennenſis, Caleſtinorum, Præmonſtratenſium.*

*Præceptori ſancti Spiritus in Saxia.*

*Jam vero Græcis adventantibus, & concilii tempore adveniente, pro ſecuritate omnium, hunc ſalvumconductum publicari juſſit.*

## XVI.

*Eugenius epiſcopus ſervus ſervorum Dei, univerſis & ſingulis ad quos præſentes noſtræ literæ pervenerint, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.*

CUM ſperemus, quod per operam altiſſimi, cujus cauſa agitur, concilium Baſileenſe transferetur de proximo ad civitatem Ferrarienſem, pro tractanda in eo occidentalis, & orientalis eccleſiarum unitate, pro reformatione univerſalis eccleſiæ, Chriſtianæ fidei augmento, & pace fidelium, vel ante ſi contigerit transferri. Nos ſummis deſideriis cupientes, ut ad hujuſmodi transferendum concilium prælatorum & principum & aliorum multitudo copioſa conveniat, prout tantarum rerum pondus & magnitudo requirit, & etiam ne aliqui ex quavis cauſa a veniendo ad illud retrahantur, univerſitati veſtræ notum facimus per præſentes, quod nos de conſilio & aſſenſu venerabilium fratrum noſtrorum ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinalium, omnibus & ſingulis clericis & laicis, tam Græcis, quam Latinis cujuſcumque ſtatus, ordinis, dignitatis, vel gradus extiterint, etiamſi imperiali, regali, cardinalatus, patriarchali, archiepiſcopali, vel alia quavis eccleſiaſtica aut mundana dignitate præfulgeant, ceteriſque eccleſiarum & monaſteriorum quorumvis prælatis, generalibus quoque, ac magiſtris & doctoribus, ac aliis in qualibet dignitate vel gradu conſtitutis, & ordinum quorumcumque reliquis omnibus, cujuſcumque conditionis & qualitatis extiterint, & quocumque nomine ſeu titulo nuncupentur, conjunctim & diviſim, veniendi & accedendi ad ipſam civitatem Ferrarienſem, etiam per civitates, caſtra, terras, loca quælibet nobis & Romanæ eccleſiæ ſubdita, & alia quælibet, quantum fuerit in nobis, & in eadem moram trahendi, ac ibidem libere conſulendi, tractandi & agendi omnia, quæ in eis ſecundum Deum & eorum conſcientiam viſa fuerint pro bono ſtatu & pace univerſalis eccleſiæ expedire; & inde recedendi pro libito voluntatis, toties quoties eis, vel cuilibet eorum placuerit, libere, tute ac ſecure, ſine quovis impedimento, vel alio nocumento perſonali aut reali; qualitercumque, & ex quacumque cauſa civili

civili vel criminali inferendo, cum omni eorum comitiva, familiaque, ac ſervitoribus laicis & clericis, cum omnibus & quibuſcumque eorum rebus ac bonis, in victualibus, libris, auro, argento, equis, pannis, vel alia materia conſiſtentibus, per terram & aquam, die noctuque, liberum & plenum ſalvumconductum, ſecuritatem ac libertatem, bona fide damus & concedimus per præſentes, volentes in hoc noſtro ſalvoconductu, ſecuritate & libertate, omnes clauſulas neceſſarias & opportunas, & quæ in talibus de jure vel conſuetudine apponi conſueverint, intelligi, & pro expreſſis haberi: ita ut omnes & ſinguli prædicti ſine aliqua cavillatione, ſeu contradictione, aut quocumque quæſito colore, omni ſecuritate ac libertate in rebus & perſonis efficaciter ac plenarie gaudeant; non obſtantibus quibuſcumque legibus vel ſtatutis municipalibus, aut aliis quibuſcumque, per quæ huic noſtro ſalvoconductui in aliquo quoquo modo derogari aut præjudicari poſſit, etiam ſi talia eſſent, de quibus ſpecialis mentio & expreſſio foret habenda.

Quem ſalvumconductum, ſecuritatem ac libertatem toto tempore ipſius concilii univerſalis, & per quatuor menſes ante ipſius inchoationem, & totidem eo finito, firmiter & inviolabiliter in omnibus ſupraſcriptis clauſulis durare volumus.

Promittimus etiam, & bona fide pollicemur, omnes & ſingulos benigne & caritative tractare; mandantes ex nunc omnibus & ſingulis ipſius eccleſiæ vicariis, gubernatoribus & officialibus, ac ſubditis & vaſſallis, nec non gentium armorum noſtrorum capitaneis, conductoribus & ſtipendiariis quibuſlibet, ad noſtra ſtipendia militantibus; ceteros vero quoſcumque requirentes, & in Domino exhortantes, quatenus omnes & ſingulos ſupra nominatos ad hujuſmodi civitatem & concilium accedere volentes, per civitates, terras, paſſus, portus, pontes, & loca quælibet, tam noſtra, quam ipſorum; & tam per aquam, quam per terram; quoties eis placuerit tranſire, morari, ac recedere cum rebus & bonis prædictis, ſine aliqua ſolutione datii, pedagii vel gabellæ, aut alterius oneris exactione, pro noſtra & apoſtolicæ ſedis reverentia, libere permittant, nec eis, aut eorum alicui in perſonis, rebus vel bonis hujuſmodi aliquam moleſtiam vel offenſam inferant, nec ab aliis permittant inferri.

Præſentibus per quatuor menſes ante tempus ipſius concilii inchoandos, totoque concilii tempore, ac etiam per menſes quatuor poſt finitum ipſum concilium, duraturis.

Datum Bononiæ anno incarnationis dominicæ milleſimo quadringenteſimo triceſimo ſeptimo, XV. Kalendas Octobris, pontificatus noſtri anno ſeptimo.

*Obſequendo etiam ſummo pontifici, ſimilem ſalvumconductum conceſſit Nicolaus Eſtenſis marchio Ferrariæ.*

[illegible]

## XVII.

*Nicolaus Eſtenſis marchio Ferrariæ, univerſis & ſingulis, ad quos præſentes literæ pervenerint, pium deſiderium & ſinceram in Domino caritatem.*

Cum per Altiſſimi operam, cujus res agitur, ſperemus Baſileenſe concilium per ſanctiſſimum dominum noſtrum, dominum Eugenium divina providentia papam quartum, pro eiſdem cauſis, pro quibus fuerat in civitate Baſileæ ab initio congregatum, & ſpecialiter pro tractanda, & Deo propitio conſequenda unione occidentalis & orientalis eccleſiæ, ad civitatem Ferrariæ de proximo transferendum, ubi prælatorum, principum, & aliorum fidelium, prout tantarum rerum pondus & magnitudo requirit, multitudo conveniat; idcirco nos Nicolaus marchio Eſtenſis, deſiderantes ut tam ſanctum opus, quantum in nobis eſt, optatum conſequatur effectum. In primis præfato ſanctiſſimo domino noſtro (quamquam omnino ſuperfluum videatur, humilem ac devotum filium & vaſſallum patri & domino ſuo, totiuſque eccleſiæ ſanctæ pontifici, niſi forſan pro quadam recognitione devotionis ac fidei, iſta præſtari poſſint) reverendiſſimis in Chriſto patribus & dominis ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinalibus, patriarchis, archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, ceteriſque prælatis; nec non etiam ſereniſſimo principi & domino, domino Sigiſmundo Romanorum imperatori ſemper Auguſto, ſi ipſum ad præfatum concilium venire contigerit; ac etiam ſereniſſimo domino, domilho Joanni Conſtantinopolitano & Græcorum imperatori, principibus, & principum oratoribus, & reliquis, & ſingulis tam Græcis, quam Latinis, cujuſcumque ſtatus, gradus vel præeminentiæ, dignitatis & conditionis exiſtant, clericis vel laicis, quocumque nomine ſeu titulo nuncupentur, conjunctim vel diviſim, veniendi & accedendi ad prædictam civitatem Ferrariæ, & locum concilii, etiam per civitates, terras, caſtra & loca quælibet noſtro regimini, ditioni & gubernationi ſubjecta, & alia quælibet, quantum in nobis eſt; ac in prædictis civitate & concilio ſtandi, moram trahendi, conſulendi, tractandi & agendi omnia & ſingula, quæ ipſis & eorum cuilibet viſum fuerit, libere, tute & ſecure, ſine aliquo impedimento, vel alio nocumento & moleſtia reali vel perſonali, qualitercumque; vel ex quacumque cauſa civili vel criminali, quæ inferri poſſet, cum eorum comitiva & familia, ſervitoribus, clericis & laicis, cum omnibus & ſingulis eorum rebus ac bonis in auro & argento, jocalibus, equis, pannis, victualibus, in quacumque materia conſiſtentibus, per terram & aquam, die noctuque plenum & liberum ſalvumconductum, ſecuritatem ac libertatem bona fide damus & concedimus per præſentes. Volentes in hoc noſtro ſalvoconductu, ſecuritate & libertate omnes clauſulas neceſſarias & opportunas, & quæ in talibus de jure vel conſuetudine apponi conſueverunt, intelligi & pro expreſſis haberi; ita ut omnes & ſinguli prædicti ſine aliqua contradictione, aut quocumque quæſito colore, omni ſecuritate ac libertate in rebus & perſonis efficaciter & plenarie gaudeant & potiantur.

Non obſtantibus quibuſcumque legibus & ſtatutis municipalibus, aut aliis quibuſcumque, per quæ huic noſtro ſalvoconducto in aliquo quoquo modo derogari aut præjudicari poſſet, & ſi talia eſſent, de quibus ſpecialis & expreſſa mentio foret habenda.



Quem ſalvumconductum, ſecuritatem & libertatem toto tempore ipſius univerſalis concilii, a die dationis præſentium, & per quatuor menſes poſt ipſum finitum concilium, inviolabiliter in omnibus ſupradictis durare volumus.

Promittimus etiam, & bona fide pollicemur, omnes & ſingulos benigne & caritative tractare, & tractari facere. Mandantes exnunc omnibus & ſingulis officialibus & ſubditis ac vaſſallis noſtris, ceteriſque noſtro nomine militantibus, aut quodvis aliud facientibus; ceteros vero tam eccleſiaſticos, quam ſæculares requirentes & exhortantes in Domino; quatenus omnes & ſingulos ſupradictos ad hujuſmodi civitatem & concilium accedere volentes, per civitates, terras, paſſus, portus, pontes, & loca quælibet tam noſtra, quam ipſorum, & tam per aquam, quam per terram, quoties eis placuerit, tranſire, morari, & recedere cum rebus & bonis prædictis abſque aliqua ſolutione datii & pedagii, vel gabellæ, aut alterius cujuſvis oneris, ob Dei & tantorum patrum reverentiam, bonorumque omnium in ipſo concilio (ut ſperamus) promovendorum intuitu, & etiam noſtra contemplatione libere permittant, nec eis, aut eorum alicui in perſonis, rebus vel bonis hujuſmodi moleſtiam aliquam vel offenſam inferant, nec ab aliis inferri permittant, prædictis omnibus etiam per quatuor menſes poſt dictum finitum concilium duraturis.

Circa autem penſiones domorum, forum, ſeu pretium victualium, ac omnia alia ad uſum dicti concilii & in eo exiſtentium neceſſaria, ſeu quomodolibet opportuna, abundanter, & alias, prout ſanctiſſimo domino noſtro viſum fuerit, provideri faciemus.

In quorum robur & teſtimonium has literas fieri & regiſtrari voluimus, & juſſimus noſtri ſigilli ſoliti appenſione muniri.

Datum in palatio curiæ noſtræ anno nativitatis Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo quadringenteſimo, triceſimo ſeptimo, indictione [a] quartadecima, die vero quartodecimo menſis Novembris.

Ego Nicolaus marchio Eſtenſis me ſubſcripſi manu propria.

[a] Forte pro, quintadecima.

## XVIII.

*Ejuſdem Nicolai Eſtenſis conventiones & pacta cum cardinale ſancti Clementis apoſtolicæ ſedis camerario, de obſequiis & ſervitiis præſtandis tempore concilii in civitate Ferrarienſi.*

IN NOMINE DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI. AMEN.

Capitula tractata & concluſa inter reverendiſſimum in Chriſto patrem & dominum dominum Franciſcum tituli S. Clementis presbyterum cardinalem Venetiarum, domini papæ camerarium, vice & nomine ſanctiſſimi domini noſtri papæ Eugenii IV. & illuſtrem dominum Nicolaum marchionem Eſtenſem Ferrariæ, &c. ſive virum egregium Auguſtinum de Villa ipſius domini marchionis cancellarium, ad hoc nuncium ſpecialem.

Primo, quod dictus dominus marchio, filii, & Ferrarienſes, tenebunt & tractabunt ſanctiſſimum dominum noſtrum papam Eugenium IV. pro vero & unico papa ac ſummo pontifice, ipſumque defenſabunt in ſua libertate, ut decet ſubditos & fideles. Itaque ſemper licebit ei, & dominis cardinalibus, & curiæ, ſtare in civitate & locis dicti domini marchionis, & ab eis recedere ſine impedimento quocumque, etiamſi mandatum cujuſcumque prætendentis ſe ſuperiorem de jure vel de facto, quacumque dignitate & auctoritate fulciti, de quo etiam fieri deberet mentio ſpecialis, in contrarium interveniret.



Item, quod dictus dominus marchio, filii & civitas provideant, & provideri faciant dicto domino noſtro papæ, & ejus familiæ, ſereniſſimis dominis imperatoribus venientibus, & reverendiſſimis dominis cardinalibus, camerario & theſaurario apoſtolicis, ac eorum loca tenentibus, de domibus neceſſariis & decentibus, gratis ſine aliqua ſolutione.

Item, quod præfati dominus noſter papa, reverendiſſimi domini cardinales, camerarius domini noſtri papæ, ſeu ejus locum tenens, & theſaurarius, ab omnibus & ſingulis gabellis ordinariis & extraordinariis, antiquis & modernis, pro victualibus & veſtibilibus, & rebus quibuſcumque, pro eorum domibus & familiaribus, tam in eadem domo, quam extra exiſtentibus, tam in groſſo, quam minuto emendis, tam extra, quam intus civitatem, ſint penitus & omnino exempti.

Item, quod præfati dominus marchio, filii & cives obſervent ſalvoſcondoctus ſanctiſſimi domini papæ, aut ejus camerarii: dum tamen illi, quibus conceduntur hujuſmodi ſalviconductus, non ſint rebelles & banniti in ære vel perſonis, ac etiam debitores dicti domini marchionis, vel contra eum aliquid machinentur; in quo caſu ſanctiſſimus dominus noſter eum adjuvabit: aut ſint debitores civium Venetorum & Mantuanorum, ratione debiti commiſſi contra illos: & declarentur dicti rebelles ſanctiſſimo domino noſtro papæ infra decem dies.

Item, licet de conſuetudine ſupradictus dominus noſter papa deberet deputare pedites pro cuſtodia palatii habitationis ſuæ in civitate Ferrariæ, tamen cum ſanctitas ſua maximam habeat fidem in devotione ſupradicti domini marchionis, vult & contentatur, quod ipſe dominus marchio deputet ipſos pedites, prout ſibi videbitur: cum ea conditione tamen, quod tales pedites & cuſtodes deputandi & nunc deputati, præſtent juramentum fidelitatis in manibus reverendiſſimi domini camerarii ſupradicti.

Acta fuerunt hæc inter partes ſupradictas in civitate Bononiæ, in domo habitationis reverendiſſimi in Chriſto patris & domini, domini Antonii tituli ſancti Marcelli presbyteri cardinalis 1438. die XVI. Januarii. Et voluerunt ſupradictæ partes, prædicta capitula ſigillorum contrahentium munimine roborari; & quod de ipſis unum vel plura conficerem inſtrumenta, ſive hujus capitula. Præſentibus venerabilibus viris dominis Nicolao de Valle, cameræ apoſtolicæ clerico, & Chriſtophoro de Reate literarum apoſtolicarum ſcriptore, teſtibus ad præmiſſa habitis, vocatis & rogatis.

Et me Blondo Antonii Blondi Forolivienſi, ſanctiſſimi domini noſtri Eugenii papæ IV. & ipſius reverendiſſimi domini camerarii ſecretario,

rio, ac cameræ apoſtolicæ notario, qui prædicta, dum ſic agerentur inter partes, rogatus notavi, & in hanc publicam formam, aliena manu, propter occupationes, redigi feci, ſigno conſueto & nomine meo ad fidem præmiſſorum manu propria appoſitis.

*His omnibus ordinatis, Eugenius pontifex adhuc Bononiæ exiſtens, antequam Ferrariam ad præſidendum concilio accederet, ad idem concilium inchoandum legatum de latere deſtinavit Nicolaum Albergatum presbyterum cardinalem tituli ſanctæ crucis in Jeruſalem, cum ſequentibus facultatibus, ut ex Vaticano codice*.*

* 4128.

## XIX.

*Eugenius epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Nicolao tituli ſanctæ crucis in Jeruſalem presbytero cardinali, apoſtolicæ ſedis legato, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.*

DUM onus univerſalis gregis dominici ſuperna diſpoſitione nobis injunctum diligenter attendimus, & noſtrum perſpicimus imperfectum, videntes quod nequimus circa ſingula per noſmetipſos exolvere debitum apoſtolicæ ſervitutis, nonnunquam viros excellentes atque inſignes, dignitatis ſplendore præditos, & virtute conſpicuos, & illuſtres, de quorum ſpectata fide, ſapientia, altitudine conſilii, & ſcientiæ claritate, firmam ſpem, plenamque fiduciam obtinemus, in partem negotiorum & rerum agendarum, ſtatum & eccleſiam concernentium, aſſumimus; ut per ipſos vices noſtras ſupplentes, & ipſorum comparatione ſalubri, nos pro tempore alleviantes, noſtri oneris gravitatem & miniſterium nobis commiſſum, favente divina gratia, facilius & efficacius exequi valeamus.

Cum itaque nos nuper Baſileenſe concilium ex certis cauſis urgentiſſimis, ac paci eccleſiæ neceſſariis, ad civitatem Ferrarienſem, de venerabilium fratrum noſtrorum ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinalium conſilio & aſſenſu duxerimus auctoritate apoſtolica transferendum, ac poſtmodum ipſum concilium, in quo quamprimum intendimus & volumus perſonaliter intereſſe, certo tempore tunc expreſſo inchoandum ſtatuerimus, ac etiam celebrandum: Nos conſiderantes præcipua virtutum dona, quibus perſonam tuam altiſſimus inſignivit, quodque ſapientia tua in magnis & arduis noſtris & eccleſiæ negotiis ſumma cum prudentia, integritate verſata, ingentem laudem tuis operibus comparavit; ac ideo in Domino confidentes, quod ſolitam prudentiam, fidem & integritatem præſtabis ſimiliter in reliquis negotiis tuæ circumſpectioni de cetero committendis, te, de eorumdem fratrum conſilio, ſedis apoſtolicæ legatum, cum plena poteſtate legati de latere, nec non noſtrum, & ipſius ſedis in præfato concilio Ferrariæ celebrando præſidentem, & eadem auctoritate tenore præſentium facimus, conſtituimus, & etiam deputamus.

Circumſpectioni tuæ concilium hujuſmodi in eadem civitate inchoandi, continuandi & proſequendi, ac donec nos perſonaliter acceſſerimus, noſtro & ipſius ſedis nomine præſidendi, & cum ipſius concilii conſilio & approbatione, auctoritate prædicta, ordinandi, decernendi & ſtatuendi omnia & ſingula, quæ ad pacem, exaltationem & reformationem eccleſiæ univerſalis, & pro illius unitate conſervanda; nec non occidentalis & orientalis eccleſiarum unione, paceque & tranquillitate populi Chriſtiani, ac extirpatione hæreſum, utilia ſeu neceſſaria videbuntur; nec non omnium & ſingulorum plenaria executione, propter quæ concilium Baſileæ fuit ab initio conſtitutum, & etiam alium vel alios, de quibus & prout tibi videbitur, de præmiſſis exequendis, loco tui ſubſtituendi; contradictores vero quoslibet & rebelles, cujuſcumque ſtatus, gradus, dignitatis, ordinis, vel conditionis fuerint, & quacumque eccleſiaſtica vel mundana præfulgeant dignitate, auctoritate noſtra, per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, ac etiam cum invocatione brachii ſæcularis, compeſcendi, omniaque alia & ſingula tractandi, ſtatuendi, agendi, mandandi, ordinandi, concludendi & exequendi, quæ in præmiſſis pro ſtatu prædictæ ſedis ac Romanæ eccleſiæ, nec non occidentalis & orientalis eccleſiæ unitate, reformatione morum, ſtatuque pacifico reipublicæ Chriſtianæ noveris profutura, auctoritate prædicta concedimus plenariam poteſtatem, ratum & gratum habituri quidquid per te, aut a te ſubſtituendos in ipſo concilio, noſtro nomine fuerit ſtatutum & decretum: idque faciemus, auctore Domino, firmiter.

Quocirca circumſpectioni tuæ injungimus & mandamus per præſentes, quatenus injunctum tuis humeris onus laboris hujuſmodi, pro divina, noſtraque & ipſius ſedis reverentia, ſic in virtute domini, juxta tibi a Deo datam prudentiam pro univerſalis eccleſiæ augmento fidei ac populi Chriſtiani, fidelium pace & tranquillitate, coneris laudabiliter exequi, ut ex tuis bonis operibus fructus deſiderati proveniant, atque illam, quæ recte ſentientibus recteque agentibus[a] pro poſſibili a Deo eſt, propoſitam mercedem æternæ gloriæ conſequaris.

Datum Bononiæ anno incarnationis dominicæ milleſimo quadringenteſimo trigeſimo ſeptimo, [b] IV. Nonas Januarii, pontificatus noſtri anno ſeptimo.

[a] *Forte pro* poſſibili, a Deo eſt propoſita, mercedem &c. *Hard.*

[b] Cancellaria Romana incipit annum ab incarnatione 25. Martii, non autem a 1. Januarii, quod pro concordandis datis bullarum cum datis decretorum ac inſtrumentorum, quæ in hoc opere inſeruntur, & in quibus annus incipit a menſe Januario, obſervandum eſt.

*Octava igitur Januarii anni a nativitate Domini 1438. idem Nicolaus cardinalis legatus legitimum univerſale concilium feliciter inchoavit. Quomodo autem id egerit, ſequenti publici notarii teſtimonio conſtat.*

## XX.

*In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Patris & Filii & Spiritus ſancti. Amen.*

NOVERINT univerſi & ſinguli, acta & actitata infra ſcripta inſpecturi, viſuri & audituri, quod anno a nativitate Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo quadringenteſimo triceſimo octavo, indictione prima, die vero Mercurii octava menſis Januarii, pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & domini noſtri, domini Eugenii divina providentia papæ IV. anno ſeptimo, in eccleſia majori Ferrarienſi pro ſacroſancta ſynodo generali, alias per præfatum dominum noſtrum papam de civitate Baſileenſi ad civitatem Ferrarienſem tranſlata, continuanda & celebranda, ſpecialiter deputata, de mane, hora Primarum, vel quaſi, reverendiſſimo in Chriſto patre & domino, domino Nicolao tituli ſanctæ crucis in Jeruſalem ſanctæ Romanæ eccleſiæ presbytero cardinali, apoſtolicæ ſedis legato in dicta ſacroſancta generali Ferrarienſi ſynodo pro præfato domino noſtro papa præſidente; comparuerunt ibidem reverendiſſimi reverendique in Chriſto patres & domini, Dei & apoſtolicæ ſedis gratia, Thomas Ravennates, Joannes Tarentinus, Fantinus Cretenſis, Bartholomæus Spalatenſis, Matthias Sipontinus, archiepiſcopi; Jacobus Adrienſis, Petrus olim Ferrarienſis, Petrus Padoanus, Matthæus Mantuanus, Lucas Agrenſis, Angelus Tricaricenſis, Marinus *Tigeſtinus, Joannes Ferrarienſis, Valentinus Ortanus, Joannes Anconitanus, Jacobus Aprutinus, frater Benedictus Adrienſis, Scipio Mutinenſis, Joannes Terviſinus, Bernardinus [a] Comodenſis, frater Aloyſius Forolivienſis, Andreas Converſanus, Onuphrius Melfienſis, epiſcopi; Joannes ad Legionenſem, Garſias ad Tudenſem, frater Gundiſalvus ad Granatenſem, & Emericus ad Bellicenſem, eccleſias electi; nec non venerabiles & religioſi viri fratres Ambroſius generalis Camaldulenſis, Martinus Rogas Vallis bonæ, Bartolus beatæ Mariæ civitatis Caſtelli, Joannes Nonantulenſis, Franciſcus ſancti Stephani Bononienſis, Antonius Pratalienſis, Timotheus ſancti Andreæ Mantuanus, Bartholomæus beatæ Mariæ Montis armati, Laurentius de Cultos, Joannes beatæ Mariæ de Opleta & ſancti Stephani Bononienſis ſimul unitorum, Franciſcus beatæ Mariæ de Levato, monaſteriorum abbate; Gerardus de Arimino ordinis ſancti Auguſtini, Nicolaus de Peruſio fratrum beatæ Mariæ Servorum generales; Joannes de Monte nigro provincialis fratrum ſancti Dominici, & Jacobus de Tolentino fratrum ordinis Minorum procurator generalis, ſacræ theologiæ profeſſores, pro hujuſmodi ſacroſancta ſynodo generali inchoanda, in Spiritu ſancto congregati, univerſalem eccleſiam repræſentantes, per ipſoſque prælatos & dominos ipſius ſancti Spiritus invocato auxilio, nec non per dominum Thomam Ravennatenſem archiepiſcopum præfatum, a reverendiſſimo domino Nicolao legato & præſidente ad hoc deputatum, ſolemni primitus per ipſos patres & dominos cum pluvialibus & mitris albis proceſſione præmiſſa, miſſa de Spiritu ſancto, infra cujus ſolemnia per prælibatum fratrem Martinum Rogas abbatem Vallis bonæ facto ſermone, nonnullis canonicis, presbyteris, clericis & beneficiatis dictæ majoris eccleſiæ ſibi aſſiſtentibus, ſolemniter decantata, aliiſque adhibitis ſolemnitatibus debitis & conſuetis, idem dominus cardinalis & legatus ad hujuſmodi ſynodi inchoationem ac continuationem, in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti, amen: dominis prælatis, magiſtris, doctoribus, & aliis perſonis prædictis ibidem ſic, ut præmittitur, præſentibus, & in Spiritu ſancto congregatis, præcedens quoddam decretum [b] electionis loci pro concilio transferendo, in olim concilio Baſileenſi factum; nec non quatuor literas apoſtolicas, unam [c] videlicet tranſlationis concilii de Baſilea ad civitatem Ferrarienſem, aliam [d] vero dictæ tranſlationis declarationis, cum filis ſericeis, & propriis manibus dicti ſanctiſſimi domini papæ, reverendiſſimorum dominorum cardinalium tunc in curia præſentium, ſignatam; tertiam [e] ſalviconductus prælibati domini noſtri papæ, & quartam [f] facultatis dicti domini legati, cum cordula cannabis, veris bullis plumbeis ipſius domini noſtri papæ more Romanæ curiæ impendente bullatas; ac literam [g] ſalviconductus nobilis & potentis viri domini marchionis Eſtenſis, pro libertate & ſecuritate ſuppoſitorum dicti concilii, manu ſua propria, ut apparebat, ſubſcriptam, ac ſuo ſigillo impendente ſigillatam, quarum tenores de verbo ad verbum [h] inferius ſunt inſerti, per organum venerabilis viri domini Chriſtophori de Rogeriis de Roma canonici beatæ Mariæ majoris de Urbe, publice, alta & intelligibili voce, de ipſius domini cardinalis legati & præſidentis mandato, legit, & publicavit illas, & in eis contenta ad omnium & ſingulorum dominorum præfatorum notitiam, quantum in eo fuit, deducendo.

* Tergeſtinus,

[a] *Alias*, Comaclenſis,

[b] Relatum ſupra num. 11.

[c] Relatam ſupra num. XIII.

[d] Relatam ſupra num. XIV.

[e] Relatam ſupra num. XVI.

[f] Relatam ſupra num. XIX.

[g] Relatam ſupra num. XVII.

[h] Ordine temporis ſervato, ſupra inſeruimus locis cit.

Hujuſmodi ſiquidem literis & inſtrumentis ſic, ut præmittitur, lectis & publicatis, idem dominus Nicolaus cardinalis legatus, ſe pro prælibato domino noſtro papa in hujuſmodi ſacroſancta Ferrarienſi ſynodo generali præſidente, ipſamque ſynodum a dicta civitate Baſileenſi ad præfatam civitatem Ferrarienſem fuiſſe & eſſe tranſlatam, ac in dicta civitate Ferrariæ ad omnia & ſingula, ad quæ dicta olim Baſileenſis ſynodus fuerat inſtituta: nec non unionem occidentalis & orientalis eccleſiæ pertractandam, & auctore Domino perficiendam, continuandam fore, & continuari debere pronunciavit, decrevit & declaravit, prout & quemadmodum in quadam pronunciatione papyri cedula, quam ipſe dominus legatus in ſuis tenebat manibus, quamque de verbo ad verbum publice, alta & intelligibili voce perlegit; cujus etiam tenor inferius eſt inſertus, pleniuſque continetur & habetur.

Super quibus omnibus & ſingulis præfatus dominus Chriſtophorus Rogerii, de ipſius reverendiſſimi domini legati mandato ſibi deſuper legitime facto, ab omnibus & ſingulis apoſtolicæ ſedis protonotariis, nobiſque Arnoldo Rudolphi de Beneriviide, ac Jacobo Derhayes Rothomagenſi, publicis apoſtolica & imperiali auctoritatibus notariis, nec non ad conſcribenda omnia & ſingula præmiſſa a dicto domino legato & præſidente, & aliis prælatis & dominis ſpecialiter deputatis aliiſque notariis, & perſonis publicis ibidem præſentibus, unum vel plura, publicum ſeu publica, inſtrumentum ſeu inſtrumenta, nomine ipſius generalis ſynodi Ferrarienſis fieri petiit, illius cantici, Te Deum laudamus, ſolemni decantatione ſubſecuta. Præſentibus ibidem venerabilibus & circumſpectis viris ..........

*Tenores literarum, quas indicat notarius, juxta temporis ordinem, quo publicatæ fuerunt, appoſuimus ſupra: tenorem vero cedulæ, quam legatus apoſtolicus publicari fecit, hic ſubjicimus cum reliquis actis ſubſequentibus ejuſdem concilii a notariis deſcriptis.*

Nos Nicolaus apoſtolicæ ſedis legatus, pronunciamus pro ſanctiſſimo domino noſtro papa Eugenio IV. in hac ſacra ſynodo de Baſilea ad civitatem Ferrarienſem tranſlata, jamque legitime congregata, præſidere, & hodie, videlicet octava die menſis Januarii continuationem ipſius tranſlatæ ſynodi factam eſſe, a dictaque die in antea continuandam eſſe, & continuare debere ad omnia, ad quæ Baſileenſis ſynodus congregata fuerat, etiam pro œcumenico concilio

ANNO CHRISTI 1438.

cilio, in quo de unione occidentalis & orientalis eccleſiæ agatur, & auctore Domino perficiatur.

Die Jovis nona menſis Januarii ſupradicti, de mane hora Tertiarum, vel quaſi, in aula habitationis reverendiſſimi domini legati, omnibus & ſingulis patribus & dominis hujus ſacri concilii, eorum ad hoc vocatione præcedente, legitime congregatis, idem reverendiſſimus dominus legatus certa aviſamenta per modum articulorum, de & ſuper ſtabilitate dicti ſacri concilii concepta, coram patribus & dominis publicanda per dominum Chriſtophorum promotorem præfatum, eidem promotori, quorum tenor eſt inferius inſertus, obtulit, atque dedit. Quibus quidem aviſamentis per eumdem Chriſtophorum promotorem ibidem lectis & publicatis, ipſiſque per patres & dominos prædictos mature diſcuſſis, ac poſtmodum matura præmiſſa deliberatione, tanquam reipublicæ utilibus & opportunis, nemine diſcrepante, per verbum, placet, admiſſis, iidem patres & domini nonnullos ex patribus prædictis, videlicet reverendiſſimos reverendoſque patres ac venerabiles dominos, dominos Thomam Ravennatenſem, Joannem Tarentinum, Fantinum Cretenſem, Bartholomæum Spalatenſem, archiepiſcopos; Paduanum, Aprutinum, Anconitanum, Terviſinum, Ferrarienſem, Forolivienſem, Siſtaricenſem, Mutinenſem, epiſcopos; Legionenſem, Tudenſem, electos; abbates, Vallis bonæ, ſancti Auguſtini & beatæ Mariæ Servorum generales; Joannem de Monte nigro provincialem fratrum prędicatorum per Lombardiam, & Jacobum de Tolentino procuratorem ordinis fratrum Minorum, ad formandum & conficiendum unum vel plura decreta, deſuper aviſamentis, ſive articulis hujuſmodi, die craſtina, Deo concedente, in ſeſſione publica publicanda & auctorizanda deputarunt. Deputatos vero prædictos propter multa incumbentia, ut aſſerunt, pericula, hodie, hora vigeſima ſecunda in aula prædicta, ac ad concordandum de forma concepta, aut tunc concipienda, convenire debere ordinantes. Quibus ita peractis, dominus legatus & præſidens præfatus in dictorum patrum & dominorum præſentia ſupradictum dominum Chriſtophorum de Rogeriis in hujus ſacri concilii promotorem, nec non nos Petrum de Noſeto, Arnoldum Rodulphi de Benvemard, & Jacobum Derhayes in dicti concilii notarios, de ipſorum patrum communi conſenſu, recepit & deputavit; præſtitis per ipſum promotorem & nos notarios prędatos fidelitatis corporalibus juramentis. Prędentibus, &c.

*Tenor vero aviſamentorum, unde ſupra fit mentio, ſequitur, & eſt talis.*

XXI.

AVISAMENTA REVERENDISSIMI DOMINI LEGATI SUPER STABILIMENTO hujus ſacri concilii Ferrarienſis.

QUONIAM pro ſtabilitate hujus ſacri concilii neceſſarium eſt comprobare & auctorizare per ſolemne decretum tranſlationem factam per ſanctiſſimum dominum noſtrum papam de Baſileenſi concilio ad hanc civitatem Ferrarienſem, ex ea re præfatus dominus legatus patres exhortatur hujus ſacri concilii, ut aliquos doctos & expertos patres velint deputare ad formandum unum vel plura decreta ſuper articulis infra ſcriptis. Ita quod craſtina die, Deo dante, poſſit ſolemnis ſeſſio fieri, propter temporis inſtantem neceſſitatem.

*Articuli vero videntur hi eſſe.*

Et primo, quod ſancta ſynodus decernat & declaret, tranſlationem prædictam fuiſſe ex juſtis & neceſſariis cauſis legitime & canonice factam per præfatum ſanctiſſimum dominum noſtrum, cum declaratione ſubſecuta: & quod in hac civitate Ferrariæ ſit concilium fundatum & ſtabilitum ad continuandum & proſequendum ea, pro quibus Baſileenſe concilium fuerat inſtitutum, & etiam pro œcumenico concilio pro unione Græcorum.

Item quod omnia quæcumque acta fuerunt poſt tranſlationem prædictam per nonnullos in Baſilea exiſtentes, declarentur nulla, irrita & inania eſſe, & extitiſſe, &c.

Item declarare, decretum undecimæ ſeſſionis prædicti Baſileenſis concilii, quod apponit pœnas, &c. papæ in tranſlatione generalis concilii, non ſe extendere ad caſum hujuſmodi tranſlationis.

Item aſſecurare curteſanos contra quoddam prætenſum decretum factum ultimo loco in Baſilea, apponendo pœnas, cum aliis ſecuritatibus neceſſariis & opportunis.

Item relaxare proviſiones & juramenta præſtita ſuper incorporatione Baſileenſis concilii per exiſtentes aut venientes ad hoc ſacrum concilium, ut liberius & ſine vexatione poſſint honorem atque profectum hujus ſacri concilii proſequi & procurare.

Adveniente vero hora vigeſima ſecunda, vel quaſi, dominis deputatis ſupradictis in loco ſupradicto conſtitutis, reverendiſſimus dominus Bartholomæus epiſcopus Spalatenſis, unus deputatorum hujuſmodi, quamdam decreti formam, de & ſuper aviſamentis prædictis conceptam & formatam, in certis foliis papyri conſcriptam, in ipſorum patrum & dominorum præſentia publice alta & intelligibili voce perlegit & publicavit.

Qua per patres & dominos ipſos de verbo ad verbum audita, & maturius intellecta, iidem patres & domini, poſt plurimas per eos habitas deliberationes & conſilia, mutatis mutandis, additiſque addendis, formam prædictam reipublicæ ac honeſtati, nec non ſtabilimento hujus ſacri concilii convenientem, & conſonam rationi, unanimiter, nemine diſcrepante, admiſerunt, illam in die craſtina in ſeſſione publica decretandam & auctorizandam fore decernentes. Quo facto, dominus legatus præfatus omnes & ſingulos hujus ſacri concilii patres & dominos ad ſeſſionem die craſtina celebrandam, tam per cedularum in valvis majoris eccleſiæ affixionem, quam per curſoros convocari voluit & ordinavit.

Die Veneris decima menſis Januarii ſupradicti, in majori eccleſia Ferrarienſi, de mane ante miſſarum ſolemnia, reverendiſſimo domino legato inibi præſidente, patribus & dominis hujus ſacri concilii prædictis, ac ultra illos reverendis ac venerabilibus patribus & dominis, Mitrio Siſtaricenſi, [a] Curſeto Inſilenſi; epiſcopis, Thoma de Cerſana, fratribus Jacobo

a Forte Croſeto Inſulenſi, ut infra n. 3.



ANNO CHRISTI 1438.

Jacobo Teſtorio, Auguſtino de Ferraria, Angelo de Peruſio ordinis Minorum, Jacobo de Venetiis generali ordinis Prædicatorum, Nicolao de Triviſio, & Paulo de Ferraria beatæ Mariæ Servorum, ſacræ theologiæ profeſſoribus, eorum ad hoc præcedente vocatione pro ſeſſione publica celebranda, in Spiritu ſancto legitime congregatis, univerſalem eccleſiam repræſentantibus, dominus Chriſtophorus præfatus de mandato ipſius ſanctæ ſynodi ſibi ſuper hoc ibidem facto, formam decretandam heſterna die per patres & dominos deputatos prædictos ſic, ut præmittitur, conceptam & concordatam ibidem publice, alta & intelligibili voce de verbo ad verbum legit & publicavit, & ad omnium & ſingulorum patrum & dominorum plenam & indubitatam notitiam, quantum in eo fuit, deduxit.

Qua quidem forma ſic, ut præmittitur, lecta, ac per ipſos patres & dominos maturius intellecta, nos Arnoldus & Jacobus notarii præfati, nobis ſuper hoc facto ſpeciali mandato, omnium & ſingulorum patrum & dominorum præfatorum, an forma prædicta eis placeret, aut non, & cujuſlibet de per ſe recollegimus vota, formamque ipſam patribus & dominis omnibus & ſingulis prædictis placere, ac ab eis per verbum, placet, concorditer, nemine diſcrepante, reperimus approbatam.

Hujuſmodi ſiquidem approbationis per partes ipſas ſic, ut præmittitur, factæ ipſi domino legato præſidenti per nos notarios ſuprascriptos facta relatione, idem dominus legatus & præſidens, de ipſorum patrum & dominorum omnium unanimi conſenſu, decretum prædictum ſic, ut præmittitur, concordatum & approbatum in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti duxit concludendum, atque concluſit, illudque habuit & habere voluit pro concluſo. Super quibus omnibus & ſingulis prædictus dominus Chriſtophorus petiit, &c. inſtrumenta. Præſentibus venerabilibus & circumſpectis viris magiſtro Jacobo Textoris, & Thoma de Cerſana, ſacræ theologiæ profeſſoribus, Petro Labardiere baccalaureo in theologia, cum plurimis aliis dominis magiſtris nobilibus in copioſo numero exiſtentibus, ad hoc vocatis & rogatis.

Poſt ſolennia miſſæ per reverendum patrem dominum Joannem epiſcopum Ferrarienſem de Spiritu ſancto celebratæ, & plurimarum collectarum, nec non litaniarum decantationem ſolenniter factam, reverendus dominus Aloyſius Forolivienſis epiſcopus etiam pluviali indutus, mitraque alba capiti ſuo impoſita, auctoritate & mandato ipſius ſacræ ſynodi ſibi ibidem deſuper publice facto, in ambonem, locum videlicet eminentem, aſcendens, decretum ſic, ut præmittitur, concordatum & concluſum, ſancti Spiritus prius per eum invocato auxilio, publice alta & intelligibili voce, ac de verbo ad verbum pronuntiavit, legit & publicavit, aliaque dixit, fecit, prout & quemadmodum in eodem decreto, cujus tenor inferius eſt inſertus, plenius continetur & habetur. Super quibus, &c. Præſente reverendiſſimo patre domino I. protonotario de Cypro, aliiſque ſupra nominatis.

XXII.

*Decreti vero per præfatum reverendum dominum Aloyſium pronuntiati tenor, de quo ſupra fit mentio, ſequitur, & eſt talis.*

Ad laudem omnipotentis Dei, exaltationem catholicæ fidei, pacemque & tranquillitatem, & unitatem totius populi Chriſtiani, ſancta univerſalis ſynodus per ipſius Dei gratiam, auctorizante beatiſſimo domino Eugenio papa IV. in hac civitate Ferrariæ in Spiritu ſancto legitime congregata, univerſalem eccleſiam repræſentans, præſidente vice & nomine ipſius ſanctiſſimi domini Eugenii reverendiſſimo in Chriſto patre & domino, domino Nicolao tituli ſanctæ Crucis in Jeruſalem ſanctæ Romanæ eccleſiæ presbytero cardinali, apoſtolicæ ſedis legato, illius inhærens firmiſſimo fundamento, qui apoſtolorum principi dixit: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam*: ſolicita ſervare unitatem ſpiritus in vinculo pacis, ut ſimus unum corpus & unus ſpiritus, ſicut vocati ſumus in una ſpe vocationis noſtræ: attendenſque multa ſuperiori tempore acta, tam apud olim Baſileenſe concilium, & poſt illius tranſlationem per aliquos nulla ibidem auctoritate perſeverantes, quam per præfatum beatiſſimum papam dominum Eugenium, præſertim circa negotium ſanctiſſimæ unionis occidentalis & orientalis eccleſiæ, videlicet decretum decimænonæ ſeſſionis olim dicti Baſileenſis concilii, quod incipit, *Sicut pia mater*, cui ſanctiſſimus ipſe dominus Eugenius aſſenſum per ſuas literas præbuit. [a] Item quamdam cedulam conventionalem ſuper electione loci pro concilii Baſileenſis tranſlatione facienda inter patres, communi omnium aſſenſu, firmatam & concordatam, cujus vigore ad decretum vigeſimæ quintæ ſeſſionis olim dicti concilii proceſſum eſt, quod ita exorditur: *Hæc ſancta ſynodus inter ſuæ congregationis exordia*, [b] &c. Et quod conſtanter a Græcorum oratoribus requiſitus ſanctiſſimus ipſe pontifex per ſuas literas in generali conſiſtorio Bononiæ [c] datas, oratoribus præſentibus, publicatas confirmavit pariter & recepit. Item [d] literas ejuſdem beatiſſimi Eugenii ſub die decimoquarto Kalendas Octobris proxime præteriti in generali conſiſtorio Bononiæ publicatas, in exordioque hujus continuatæ ſynodi ſolenniter lectas, quibus Baſileenſe concilium de conſilio & aſſenſu reverendiſſimorum ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinalium, prælatis etiam tunc in curia exiſtentibus & laudantibus, ad hanc civitatem Ferrarienſem tranſtulit. Item [e] literas declarationis ejuſdem tertio Kalendas Januarii tranſlationem prædictam proxime ſubſecutas, quæ omnia hæc ſancta ſynodus in actis ejuſdem ad perpetuam rei memoriam de verbo ad verbum regiſtrari mandavit, prout in eiſdem actibus continetur. Quibus omnibus, & aliis plurimis debita meditatione penſatis, ac per diverſos tractatus mature diſcuſſis, declarat tranſlationem & declarationem prædictas fuiſſe & eſſe legitimas, juſtas & rationabiles, ac urgentiſſima neceſſitate ad tollendum impedimentum ſanctiſſimæ unionis occidentalis & orientalis eccleſiæ; atque etiam ad evitandum ſciſſuram in Dei eccleſia jam imminentem, pro evidentique utilitate totius reipu-

Matth. 16.

a Ut ſupra num. XII.

b Habetur ſupra num. II.

c Supra nu. IV.

d Supra nu. XIII.

e Supra nu. XII.

ANNO CHRISTI 1437.

reipublicæ Chriſtianæ, fuiſſe & eſſe factas; & conſequenter hanc ipſam ſanctam ſynodum ad ea omnia, pro quibus dictum olim Baſileenſe concilium ab initio fuerat inſtitutum, præſertim pro futuro œcumenico concilio pro ipſa ſanctiſſima unione prædicta in præſenti civitate Ferrariæ in Spiritu ſancto eſſe legitime congregatam & ſtabilitam, continuationemque deinceps ac proſecutionem ad prædicta omnia debere habere, translationem ipſam cum declaratione, ut præmittitur, ſubſecuta, laudat, ſuſcipit & approbat, exhortans in domino, & requirens omnia & ſingula ejus ſanctæ ſynodi ſuppoſita præſentia & futura, quatenus circa prædicta pervigili cura ac ſolicito ſtudio intendant. Ex quibus, ipſo largiente qui cœpit in nobis opus bonum, ad ejus gloriam & ſalutem totius populi Chriſtiani cuncta dirigantur & fiant.

Declarat inſuper hæc ſancta ſynodus, quod cum notoria neceſſitas, & evidens utilitas ſupradictarum cauſarum ipſum ſanctiſſimum dominum Eugenium ad translationem ipſam exegerit & impulerit, ſub decreto octavæ & undecimæ, vel cujuſcumque alterius ſeſſionis dicti olim Baſileenſis concilii, ullatenus non includi, decernenſque congregationem illam Baſileæ, & omnem aliam, quæ ibi vel alibi ſub nomine generalis concilii forſitan convenerit, illegitimam potius & reprobam cumulationem & conventiculum eſſe cenſendam, & cenſeri debere, nullaque auctoritate generalis concilii poſſe conſiſtere.

Omnia inſuper & ſingula, quæ ab ipſo translationis tempore in ipſa Baſileenſi civitate ſub nomine generalis concilii acta ſunt, aut ibi, vel alibi ſub nomine generalis concilii, ut præmittitur, in futurum forſitan attentari contigerit, caſſat, irritat & annullat, irritaque, caſſa & nulla, nulliuſque roboris vel momenti eſſe decernit.

Si quid tamen in materia Bohemorum poſt translationem prædictam per dictos Baſileæ congregatos utiliter actum fuiſſe cognoverit, id etiam cum ſuppletione defectuum approbare intendit.

Ut autem omnia & ſingula ipſius ſanctæ ſynodi ſuppoſita ab omni gravamine tuta ſerventur, omnique timoris, moleſtiæ & injuriæ ſuſpicione ſemota, in bonis ejus operibus Deo ſecure deſerviant, omneſque & ſingulos, qui quocumque nomine vel cauſa olim Baſileenſi ſynodo ſuper obligationibus aut vinculis quibuſcumque ſe adſtrinxerint juramentis, quibus plena & libera facultas huic ſanctæ ſynodo obediendi, & ejus honorem & commodum proſequendi, impediretur, vel ſcrupulus illis quocumque modo induceretur, ab illis abſolvit, liberat atque relaxat, abſolutoſque ac liberos eſſe, ac juramenta relaxata declarat.

Statuit etiam hæc ſancta ſynodus, ordinat & decernit, quod nemo cujuſcumque ſtatus aut dignitatis exiſtat, ordinaria quavis, vel delegata, niſi a ſede apoſtolica, juriſdictione, ex quacumque cauſa vel occaſione eos omnes, vel eorum ſingulos, tam ſæculares, quam religioſos etiam ordinum mendicantium, qui nunc in præſenti ſynodo exiſtunt, vel erunt in poſterum, aut qui Romanam ſequuntur curiam, cum in proximo ex ſanctiſſimi domini Eugenii cum curia ſua ad civitatem iſtam translatione indicta per affixionem cedularum ſecundum ipſius curiæ antiquam conſuetudinem, in ipſa ſynodo futuri ſint, in eorum dignitatibus, officiis, adminiſtrationibus, privilegiis, honoribus, beneficiis, boniſque aliis inquietare, moleſtare, aut perturbare præſumat. Si qui vero quocumque etiam quæſito colore, directe, vel indirecte prædictorum aliquem vel aliquos in dictis eorum dignitatibus, officiis, adminiſtrationibus, honoribus, privilegiis, beneficiis, boniſque aliis turbare præſumpſerint, aut ne juriſdictione, fructibus, & eorum emolumentis, ut antea fecerunt, libere uti valeant, impediendum, aut dignitates, officia, adminiſtrationes, honores & beneficia ipſa etiam, cujuſcumque privationis cauſa vel colore quæſitis, aliis conferendo: omnes & eorum ſingulos, etiamſi cardinali, patriarchali, archiepiſcopali, vel epiſcopali, vel quavis alia dignitate præfulgeant, aut capitula, collegia, conventus, vel univerſitates fuerint, nulla alia monitione præmiſſa, excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti ſententias ipſo facto intendit incurrere: quorum abſolutionem, niſi in mortis articulo, ſoli Romano pontifici reſervat, decernens nihilo minus, quod ſi infra tres dies collationem, vel collationes ipſas, vel impedimenta prædicta proxime ſequentes non reſipuerint, (illos, quorum dignitates, officia, adminiſtrationes, honores & beneficia contulerint, vel quibus alias impedimenta, ut ſupra, præſtiterint, plenarie, ut prius fuerant, reintegrando,) ſuis eccleſiis & beneficiis quibuſcumque, ſive illas aut illa in titulum, commendam, ſeu adminiſtrationem habuerint; eos inſuper omnes & ſingulos, qui dignitatum, officiorum, adminiſtrationum, honorum & beneficiorum prædictorum collationes, etiam motu proprio factas, acceptare, aut poſſeſſionem per ſe, vel per alios intrare, aut ratas habere præſumpſerint, jure etiam, ſi quod in illis antea ſibi competiiſſet, omnibuſque aliis ſuis beneficiis, quæ in titulum, commendam vel adminiſtrationem tenuerint, ipſo facto privatos, ad illa, omniaque alia perpetuo inhabiles fore, & per ſolum Romanum pontificem reſtitui & habilitari poſſe.

Monet inſuper & requirit hæc ſancta ſynodus omnes & ſingulos, qui in generalibus conciliis de jure & conſuetudine intereſſe tenentur, quatenus ad ipſam præſentem Ferrarienſem ſynodum, ut præmittitur, continuandam, pro iis, de quibus ſupra dictum eſt, exequendis quamprimum ſe conferre procurent.

Datum Ferrariæ in ſolenni ſeſſione in majori eccleſia celebrata, anno a nativitate domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimo octavo, quarto Idus Januarii, pontificatus ſanctiſſimi domini Eugenii papæ quarti anno ſeptimo.

## XXIII.

Die Veneris vigeſima quarta prædicti menſis Januarii ſanctiſſimus dominus noſter dominus Eugenius papa IV. de civitate Bononienſi verſus civitatem Ferrarienſem veniendo, reverendiſſimorum dominorum ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinalium, archiepiſcoporum, epiſcoporum, electorum, & aliorum prælatorum in multitudine copioſa ſolenniter aſſociatus, monaſterium ſancti Antonii extra muros applicuit, illudque feliciter intravit.

Die Lunæ vigeſimaſeptima præfati menſis, hora vigeſimaprima, vel quaſi, prælibatus dominus



ANNO CHRISTI 1438.

*Eugenius papa accedit Ferrariam.*

noſter papa per patres & dominos hujus ſacri concilii, equitando in cappis, necnon clerum civitatis Ferrarienſis proceſſionaliter cum reliquis honorifice receptus, magnificis viris dominis Antonio de Pace decretorum doctore & milite ſereniſſimi domini Joannis Caſtellæ & Legionis regis a dextris, ac Nicolao marchione Ferrarienſi a ſiniſtris, pedes equi ipſius domini noſtri ducentibus, civitatem prædictam feliciter intravit, ac uſque ad eccleſiam majorem dictæ civitatis incluſive aſſociatus fuit. Facta quoque per ipſum dominum noſtrum ante altare in medio ipſius eccleſiæ paratum oratione, & dicta collecta, ipſe in quadam cathedra ibidem ſolenniter parata ſe repoſuit: & demum per reverendum patrem epiſcopum Forolivienſem...... ſermonem brevem, inſinuans pro themate...... fecit atque complevit. Quo completo, ipſe dominus noſter, data per eum primitus benedictione, abinde diſcedens, palatium ſuum intravit.

## XXIV.

Anno, indictione & pontificatu quibus ſupra die vero ſabbati octava menſis Februarii de mane in capella palatii apoſtolici, ſanctiſſimo domino noſtro Eugenio papa IV. in hoc ſacro Ferrarienſi concilio præſidente, reverendiſſimis reverendiſque patribus & dominis ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinalibus, archiepiſcopis, epiſcopis, electis, confirmatis, abbatibus, ſacræ theologiæ magiſtris, ceteriſque juris canonici & civilis doctoribus, pro ſolenni congregatione tenenda, eorum ad hoc generali vocatione præmiſſa, legitime congregatis, ſolenni quoque miſſa per reverendiſſimum dominum Joannem archiepiſcopum Tarentinum, quampluribus miniſtris & cantoribus ſibi aſſiſtentibus, decantata, idem ſanctiſſimus dominus noſter papa ibidem publice exponendo propoſuit, quomodo illa quæ temporibus retroactis in olim Baſileenſi concilio acta eſſent, patribus & dominis præfatis notiſſima forent, & quod ſuæ ſanctitatis intentio ſemper fuit & erat, pacem & concordiam in populo Chriſtiano ponendi & procurandi, ac univerſalem eccleſiam in capite & in membris reformandi, etiam curiam ſuam Romanam, & cum etiam cum ipſis Baſileæ exiſtentibus omnibus viis & modis poſſibilibus pacem & concordiam quæſiviſſet, illam nihilo minus modo aliquo minime conſequi valebat, imo ipſi non ſolum contra ipſius ſanctitatis oratores & nuntios inſurgere, illoſque inhumaniter tractare, ſed etiam ſanctitatem ſuam ſcandalizare, ac ſanctiſſimam unionem occidentalis & orientalis eccleſiæ, propter quam olim Baſileenſe concilium inter alia congregatum fuerat, quamque etiam ipſe poſtquam ad annos diſcretionis pervenerat, ardenti animo videre, ac totis viribus promovere & procurare cupiebat, turbare & impedire conati ſunt, aliaque plura in illum de facto fecerunt & attentaverunt, prout per venerabilem virum Juſtinum de Planca ſacri conſiſtorii advocatum, ad ipſorum patrum & dominorum plenam & indubitatam notitiam deduci voluit & ordinavit: & quia ſuper iis ſua providentia opportune ſit adſtricta, hortabatur omnes & ſingulos patres & dominos præfatos, ut ipſi præmiſſa diligentius animadvertentes, de modo, aut alio remedio inſolentiis & exceſſibus prædictis obviandi, & ne ipſi Baſileæ exiſtentes in eorum malitiis diutius valeant continuare, cogitare, & taliter vellent providere, ut ipſius ſcilicet domini noſtri juſtitia & innocentia, ipſorumque Baſileæ perſeverantium malitia cunctis clarius poſſit apparere. Et nihilo minus ſi ipſe etiam & ſui de domo ſua hactenus aliqua feciſſent, quæ non bene facta modo aliquo judicarentur, extunc, ipſe ſcilicet & ſui prædicti, ſe emendare intendunt; ipſos etiam patres & dominos ſerioſius exhortando, ut ipſi ſe taliter habere velint & emendare, quod eorum bona opera aliis cedant in exemplum, ſe & ſuos prædictos correctioni & determinationi patrum & dominorum eorumdem liberaliter ſubmittendo.

*Nota humilitatem ſummi pontificis.*

Quibus omnibus & ſingulis per ſanctiſſimum dominum noſtrum ſic, ut præmittitur, propoſitis, & de ipſius mandato per reverendiſſimum patrem dominum Joannem archiepiſcopum Tarentinum ibidem publice, altaque voce & intelligibili recitatis & repetitis, reverendiſſimus in Chriſto pater & dominus dominus Jordanus epiſcopus Sabinenſis ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinalis, tanquam inter alios reverendiſſimos dominos cardinales ibidem præſentes major, ſive primus, tam ſuo proprio, quam etiam aliorum dominorum cardinalium prædictorum nominibus, de ſua voluntate bona humiliter regratiando, ſe & omnes præfatos cardinales de aſſiſtendo ſibi in reformatione eccleſiæ univerſalis ac juſtitiæ ipſius domini noſtri defenſione, ac aliis, in quibus providendum fuerit, promptos obtulit & paratos; prout etiam reverendiſſimus dominus Thomas archiepiſcopus Ravennatenſis, tanquam inter alios dominos prælatos ibidem præſentes major, ſuo & aliorum dominorum archiepiſcoporum, epiſcoporum, electorum, abbatum, aliorumque patrum & dominorum ibidem præſentium nominibus, eidem domino noſtro, ut ſupra, regratiatus fuit, ac ſimilem oblationem emiſit atque fecit.

Quibus ita peractis, præfatus dominus Juſtinus advocatus, de ipſius domini noſtri mandato ſic ſuperius ſibi facto, publice alta & intelligibili voce expoſuit dicens; quod nonnulli pacis æmuli Baſileæ exiſtentes (dum alias ad loci electionem pro œcumenico concilio celebrando in dicto olim Baſileenſi concilio procederetur, ac per illos, ad quos loci electio fuerat devoluta, ad electionem Florentiæ vel Utini, aut alterius loci in quodam decreto [a] in dicto olim concilio facto comprehenſi) civitatem Avenionenſem pro hujuſmodi concilio celebrando (per ſanctiſſimum dominum noſtrum, ac etiam per imperatorem Græcorum, & patriarcham Conſtantinopolitanum, & oratores qui tunc Baſileæ erant, ſæpenumero repudiatam [b]) ſanctiſſimam unionem occidentalis & orientalis eccleſiæ, pacem & tranquillitatem univerſalis eccleſiæ turbando, [c] elegerunt: & deinde videntes præfati, ſanctiſſimum dominum noſtrum galeas & alia neceſſaria pro ipſorum Græcorum adventu diſpoſuiſſe, quoddam prætenſum [d] monitorium multis injuriis & contumeliis prætenſis refertum, contra ipſum dominum noſtrum in Dei offenſam ac ſcandalum & ſciſſuram unionis prædictæ, conſtare auſi ſunt; & talia præſumpſerunt, quod præfatus dominus noſter tunc concilium prædictum de Baſilea ad civitatem Ferrarienſem, de reverendiſſimorum dominorum cardinalium conſilio & aſſenſu, id etiam quampluribus archiepiſcopis, epiſcopis, electis & abbatibus, tunc in Romana curia præſentibus, conſulentibus; laudantibus & approbantibus,

propter

[a] ſupra relato nu. 22.

[b] ut ſupra num. IV.

[c] ſeſſione 25. concilii Baſileenſis.

[d] ſeſſione 26. concilii Baſileenſis.

propter diviſa præcavenda pericula, transferre fuit & erat conſtrictus. Hujuſmodi ſiquidem facta translatione,[a] ut præfertur, & ipſius declaratione[b] ſubſecuta, ipſi nihilo minus Baſileæ nulla auctoritate perſeverantes, ſanctiſſimam unionem prædictam magis atque magis impediendo, nec non ſciſſuram & ſcandalum in Dei eccleſia, quantum in eis erat, ſuſcitando, dum ipſum imperatorem & patriarcham præfatos portum, ſive litus Italiæ cognoverunt appropinquare, dictum ſanctiſſimum dominum noſtrum ab omni adminiſtratione papali ſuſpendere, nec non curiales, ut infra certum tunc expreſſum terminum a curia Romana civitateque Ferrarienſi ſub pœnis graviſſimis requirere & monere, ipſumque dominum noſtrum ab omni beneficiorum collatione alienum facere, ac cauſas in dicta Romana curia pendentes avocare, licet nulliter, & de facto, præſumpſerunt.[c] Et niſi per eamdem ſanctitatem præmiſſis opportune obvietur, alia ſcandala majora habentur veriſimiliter ſecutura. Quapropter dictus dominus Juſtinus advocatus pro parte eccleſiæ univerſalis ſanctitati ſuæ humiliter ſupplicavit, ut ſanctitas ſua paci & tranquillitati eccleſiæ prædictæ pie ſuccurrendo, una cum patribus & dominis prædictis taliter velit providere & ordinare, ut pax & tranquillitas populo Chriſtiano provenire, ipſorumque æmulorum malitia, ac ipſius ſanctitatis innocentia cunctis valeat apparere.

Extunc vero ſanctiſſimus dominus noſter præfatus, propoſitis per eum, ut præfertur, intellectis, quod ſanctitas ſua, prout ſibi incumbit, una cum patribus & dominis prædictis ſuper iis maturius, auctore Deo, deliberabit; quod etiam in congregatione publica ſuper illa dabuntur aviſamenta per patres & dominos antedictos examinanda, & taliter una cum ipſis patribus, Deo duce, ſperat providere, quod æmulorum prædictorum malitia, ſuæque ſanctitatis innocentia orbi toti plenius apparebit, ac prout populo Chriſtiano, eccleſiæque univerſali neceſſarium videbitur & opportunum, ipſi domino Juſtino dixit reſpondendo. Quam quidem ipſius domini noſtri papæ reſponſionem patribus & dominis præfatis dictis dominus Joannes archiepiſcopus Tarentinus, dicto domino noſtro hoc mandante, publice alta & intelligibili voce repetiit atque recitavit. Et ſic dominus noſter papa, ac patres & domini præfati, nil plus faciendo, abinde receſſerunt.

a ſupra num. XIII.
b ſupra numer. XIV.
c Seſſione 23. concilii Baſileenſis.

### XXV.

Die Lunæ decima menſis Februarii ſupradicti, Ferrariæ de mane, in capella palatii, reverendiſſimo patre & domino, domino Jordano epiſcopo Sabinenſi ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinale de Urſinis nuncupato, præfato, in hoc ſacro concilio de mandato ſanctiſſimi domini noſtri papæ ſibi ſuper hoc vivæ vocis oraculo legitime facto, præſidente reverendiſſimis, reverendiſque ac venerabilibus patribus & dominis, dominis ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinalibus, archiepiſcopis, epiſcopis, electis, abbatibus, & ſacræ theologiæ magiſtris & doctoribus, juxta intimationem ipſis heſterna die in valvis dicti palatii, majoris eccleſiæ, ac monaſteriorum factam, pro congregatione tenenda legitime congregatis, poſt miſſarum ſolennia, venerabilis vir magiſter Joannes de Prato decretorum doctor, hujus ſacri concilii per ipſum dominum noſtrum papam, ut aſſeruit, promotor deputatus, quædam aviſamenta de modo ſedendi in hoc ſacro concilio ſibi ex parte dominorum deputatorum, ut dixit, aſſignata, ibidem publice alta & intelligibili voce, ac de verbo ad verbum perlegit ac publicavit, illaque & in eis contenta ad ipſorum reverendorum patrum & dominorum plenam & indubitatam notitiam, quantum in eo fuit, deduxit, exhortans patres & dominos prædictos, ut ſuper aviſamentis hujuſmodi, quid ſuper illis eis videbitur agendum, cogitare & deliberare vellent, ac in proxima futura celebranda & tenenda congregatione, prout inter eos fuerit deliberatum, dare vota ſua.

*Tenor vero aviſamentorum de modo conſedendi in hoc ſacro concilio, unde ſupra fit mentio, ſequitur, & eſt talis.*

## AVISAMENTA DOMINORUM DEPUTATORUM DE MODO CONSEDENDI in hoc ſacro concilio Ferrarienſi.

NE occaſione præcedendi vel ſubſequendi, ſeu ante vel poſt ſedendi in hoc ſacro concilio, quod ad pacem totius populi Chriſtiani eſt congregatum, aliqua in poſterum oriatur contentio inter patres ratione concilii congregatos; propterea aviſarunt domini deputati, habito inter eos prius maturo conſilio, quod reverendiſſimi domini cardinales, patriarchæ, archiepiſcopi, epiſcopique ſedeant ſecundum dignitates ſuas & ſecundum tempora ordinationis ipſorum; itaque in pari dignitate is alium in ſedendo antecedat, qui prior fuerit ordinatus, ſeu conſecratus, quatuor patriarchalibus ſedibus tantum exceptis, quæ juxta juris diſpoſitiones ſuum habeant locum, prout in antiquis & modernis conciliis habere conſueverunt: abbates vero generales, qui ſub ſe habent alios abbates, ſedeant immediate poſt epiſcopos & electos confirmatos, ſecundum tempus ſuæ benedictionis vel promotionis; ceteri vero abbates non generales ſedem habeant juxta tempus ſuæ benedictionis vel ordinationis: prælati vero majores, & majores oratores regum & principum in eodem gradu & loco ſedendi præcedant ceteros prælatos non ambaſiatores, dominis patriarchis dumtaxat exceptis, ſecundum prærogativam tamen dignitatis eorum regum & principum, quos in concilio repræſentant: oratores autem non prælati, ſed inferiores epiſcopis, & laici etiam ordinis cujuſcumque ſedere debeant in navi inferioris eccleſiæ in medio ante gradus thalami vel tribunalis a dextris & a ſiniſtris, ſecundum quod in aliis conciliis ſunt ſoliti ſedere: protonotarii autem, auditor contradictarum, & corrector, locum habeant quemadmodum in conciliis aliis habuerunt, videlicet in primis ſuperioribus gradibus thalami vel tribunalis, aut paulo altius, prout in nonnullis conciliis obſervatum extitit. Si vero in loco concilii, vel forte alibi prætenderint ſe debere præcedere archiepiſcopos & epiſcopos, cum per ipſos archiepiſcopos & epiſcopos, & plerumque alios contrarium aſſeratur, ne ex hac contentione aliqua ſuboriatur in concilio diſcordia, ſanctiſſimus dominus noſter auditis quæ partes ambæ voluerint allegare, qui unico contextu omnia eorum jura producant, una



cum ſacro collegio dominorum cardinalium, quod juſtum & rationabile fuerit, decernet. Generales vero ordinum mendicantium, oratores univerſitatis ſtudiorum, ſubdiaconi, auditores palatii, & auditor cameræ, clerici cameræ apoſtolicæ, advocati conſiſtoriales, procuratores epiſcoporum & prælatorum abſentium, procuratores capitulorum, doctores & licentiati locum habeant prout in Conſtantienſi & Baſileenſi conciliis habuerunt & tenuerunt. Et nihilo minus per ſanctiſſimum dominum noſtrum ſacro approbante concilio fiat decretum vel ordinatio, quod per antelationem vel poſtpoſitionem nulli eccleſiæ vel prælato, regi aut principi, ſeu communitati aliquod jus acquiratur, vel etiam præjudicium generetur.

### XXVI.

## DE PROMOTORIBUS ET NOTARIIS CONCILII.

ET quia non ſufficit unicus promotor in ſacro concilio, aviſarunt domini deputati neceſſe fore unum alium promotorem eligi debere per ſanctiſſimum dominum noſtrum, qui ſit perſona repræſentationis & doctor, aut licentiatus in altero jurium, & in generalibus conſiliis verſatus. Item quod deputentur duo notarii bonæ famæ, digni & experti in actibus conciliaribus, qui una cum aliis duobus jam per dominum ſanctæ crucis deputatis, ſcribant acta ſeu geſta concilii, ſintque rogati de his quæ in hoc ſacro concilio conciliariter fient & agentur, & non debeant extra aliquid manifeſtare, niſi prius fuerit viſum & viſitatum per deputandos ad hoc exercitium, ne de eadem re contingat varia & diverſa inſtrumenta dari vel fieri.

### XXVII.

## DE MATRICULA CONCILII.

UT autem evitetur omnis confuſio, & ſciantur patres, qui ratione hujus ſacri concilii ad hunc ſe locum tranſtulerunt, aviſarunt prædicti domini utile fore & expediens, quod omnes patres hic jam congregati, & ceteri venturi, in uno libro per aliquem vel aliquos deputandos matriculentur & deſcribantur.

### XXVIII.

## DE NOVA PRÆLATORUM VOCATIONE.

LICET autem in tranſlatione Baſileenſis concilii ad hunc locum Ferrariæ generaliter omnes prælati, & ii qui de jure vel de antiqua conſuetudine in generalibus conciliis intereſſe tenentur, fuerint evocati; nihilo minus ut numerus patrum eo in hoc loco ſit major, quo quæ tractanda veniunt, ardua ſunt & præcipua, aviſarunt domini prædicti utile fore & neceſſarium, ut fiat vocatio prælatorum, in ſpecie ſcribendo per provincias ſingulas archiepiſcopis, ut una cum eorum ſuffraganeis juxta certum tempus præfigendum debeant in hoc ſacro concilio conveniſſe. Et nihilo minus addere in hac requiſitione, quod non obſtante hac termini pendentia, ſanctiſſimus dominus noſter una cum ſacro concilio non deſiſtet a proſecutione eorum quæ jam inchoata ſunt, & potiſſime circa reductionem, juxta exigentiam rerum occurrentium pro utilitate univerſalis eccleſiæ & totius populi Chriſtiani. Similiter, quod vocentur reverendiſſimi domini cardinales.

### XXIX.

Die Martis undecima menſis Februarii, ſupradicto reverendiſſimo domino Jordano epiſcopo Sabinenſi ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinali pro ſolemni congregatione in capella ſupradicta tenenda præſidente, de mane juxta intimationem die heſterna in valvis, ſive portis palatii apoſtolici, ac majoris eccleſiæ Ferrarienſis, nec non monaſteriorum civitatis Ferrarienſis generaliter factam, comparuerunt reverendiſſimi, reverendi ac venerabiles patres & domini Franciſcus tituli S. Clementis, Angelottus tituli S. Marci presbyteri, Proſper S. Georgii ad Velum aureum de Columna, Dominicus ſanctæ Mariæ in Via lata Firmanus, vulgariter nuncupati, diaconi ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinales; Petrus Bruluſius illuſtris principis domini principis Tarenti ambaſiator, Thomas Ravennates, Bartholomæus Spalatenſis, Matthias Sipontinus, Ludovicus Florentinus, archiepiſcopi; Petrus olim Ferrarienſis, Jacobus Adrienſis, Angelus Tricaricenſis, Jacobus Narnienſis, Petrus Imolenſis, Petrus Paduanus, Franciſcus Brixienſis, Antonius Sudenſis, Paſquinus Eluſienſis, Innocentius Exinus, Angelus Parentinus, Jacobus Aprutinus, Chriſtophorus Ariminenſis, Joannes Ferrarienſis, Lucas[a] Agienſis, Sabas Marullianus, Joannes Morinenſis, Thomas Faventinus, Valentinus Ortanus, Gabriel Sinforienſis, Benedictus Balneoregienſis, Robertus Aretinus, Arnoldus Betelenutenſis, Bartholomæus Cavallicenſis, Scipio Mutinenſis, Mitrius Siſtaricenſis, Onuphrius Franciſcus Melfienſis, Andreas Converſanus, epiſcopi; Joannes Elemogenſis, Croſetus Inſulenſis, Chriſtophorus Fulginatenſis, Alanus Avimocienſis, Alexius Cluſinus, & Petrus Aſtenſis, electi: Martinus de Urſinis, Ludovicus de Cyprio, apoſtolicæ ſedis protonotarii; Elias Petragoricenſis, Gundiſalvus electus Granatenſis, Aimericus electus Bellicenſis, Placidus generalis abbas Vallis umbroſæ, Joannes de Pepulis decretorum doctor Nonantulanus, Antonius Pritalienſis, Antonius Pueri de Florentia beatæ Mariæ de Monte plano ordinis Vallis umbroſæ, Joannes S. Juliani de Bononia Vallis umbroſæ, ac procurator, ut dixit, dicti ordinis; Laurentius de Landonis de Curles, Hector de Martinengo S. Petri in Monte, Federicus de Claramonte de Joſaphat, & Antonius de Malaſpinis S. Capraſii de Mulia, monaſteriorum abbates: Joannes de Verſellis, Joannes Sancii, Jacobus de Valentia, Guillermus de Britannia, ſacræ theologiæ profeſſores, domini noſtri papæ minores pœnitentiarii; Gerardus de Arimino ſacræ theologiæ profeſſor generalis ordinis S. Auguſtini, Geminianus de Prato, Petrus de Caveis rubeis, Baptiſta de Roma, ſacri apoſtolici palatii cauſarum auditores; Bartholomæus de Bonitis decretorum doctor, curiæ cauſarum cameræ apoſtolicæ auditor generalis, Sanctes de Vivianis, Antonius de Caſtarellis, Andreas de ſancta cruce, Orlandus de Florentia, advocati; fratres Jacobus de Arimino prædicatorum, Jacobus de Tolentino, minorum, Barchinus Sampſonis carmelitarum, ordinum procuratores; Jacobus Textoris ordinis minorum, Guillermus

a Forte, Agrenſis, ut ſupra n. 10.

Anno Christi 1438.

lermus de Foſato, ſacræ theologiæ profeſſores; A
Joannes Coquel, Humbertus de Caſſiaco, Sabau-
diæ ducum procuratores, ut dixerunt; Andreas de
* foro Sempronio, utriuſque juris, Joannes de Di-
ravano decretorum, Angelus de Peruſio ar-
tium & theologiæ, doctores; Dominicus de Ra-
caneto, Antonius de Marganis de Roma, legum
doctores; Leonardus de Piſcia, Baptiſta de Pa-
dua, Galeatius de Mantua, Robertus Rogerii,
cameræ apoſtolicæ clerici, ac quamplures alii ma-
giſtri & doctores in numero copioſo. Quibus ibi-
dem ſic comparentibus, & miſſa ſolemniter de-
cantata, dominus Joannes de Prato promotor
præfatus certa aviſamenta ex parte dominorum
præfatorum deputatorum ibidem præſentium,
quorum tenor inferius de verbo ad verbum eſt B
inſertus, publice alta & intelligibili voce perle-
git & publicavit, aliaque in eis contenta ad om-
nium patrum & dominorum prædictorum ibidem
præſentium, quantum in eo fuit, notitiam de-
duxit, exhortans eoſdem, ut tam ſuper illis,
quam heſterna die publicatis aviſamentis cogita-
re & deliberare, ac præhabita matura delibera-
tione, quid ſuper iis agendum, vellent eorum
dare vota. Iiſque per ipſum dominum promoto-
rem ſic, ut præmittitur, publicatis & propoſitis,
domini cardinales, archiepiſcopi, epiſcopi, ele-
cti, abbates, protonotarii, ceterique magiſtri
& doctores præfati, habita prius per eos delibera-
tione matura, ad dicti promotoris interrogatio-
nem, aviſamenta prædicta ſucceſſive (ſic ut præ- C
mittitur publicata) tanquam univerſali eccleſiæ
neceſſaria, pro uno aut pluribus ſuper eis con-
ficiendis decretis quoad pœnas in bulla transla-
tionis contentas, quas ipſi in aviſamentis con-
tenti incurrant, niſi infra triginta dies a die de-
creti computandos reſipuerint, unanimiter per
verbum, placet, admiſerunt, limitationibus,
additionibus & correctionibus nihilo minus ſal-
vis, infra ſcriptis videlicet, domini Ravenna-
tis, quod primates & rectores civitatis Baſileen-
ſis, niſi obedierint, ultra interdictum excom-
municentur. Sipontini archiepiſcopi, quod pœ-
næ in decreto conficiendo exprimantur, & etiam
arreſto ponendo in pecuniis collectis apponantur.
Jacobi Adrienſis, quod dominus noſter pœnas D
in decreto apponendas, prout ſibi videbitur,
mitigare poſſit. Moricenſis, Ludovicus protono-
tarius de Cypro, auditores, & certi alii, quod
habeatur recurſus ad aliquem dominum eccleſia-
ſticum vel temporalem potentem, civitatis Ba-
ſileenſis vicinum, qui ſuo nomine privato, viis
& modis poſſibilibus tractare habeat cum illis Ba-
ſileæ exiſtentibus, pro concordia inter dominum
noſtrum & ipſos, ut clerus non cogatur mendicare
ab aliis quod habet a ſeipſo, vel per ſe facere
poſſit, maxime propter decretum de annatis, col-
lationibus beneficiorum, & avocatione cauſa-
rum, & illis tractandum, quæ laicis favorabilia
fore videntur. Legionenſis, quod graviores pœ-
næ, quæ in corpore juris reperiuntur, ponan- E
tur; attento quod inſolentia illorum de Baſilea
maxima ſit: & ſi ipſi Baſileenſes recordare vo-
luerint, veniant ad fontem, videlicet ad ſanctiſ-
ſimum dominum noſtrum, qui miſericors eſt, &
ſemper pacem quæſivit. Petragoricenſis, quod
patres ſacri concilii dare debeant eorum vota in
ſcriptis, cum negotium arduum ſit, & propter
faſtidium non valerent exprimere omnia ore,
quæ exprimerent, ſi in ſcriptis vota ſua darent.
Quodque etiam dominorum cardinalium deter-
minatione ſemper ſalva, procederetur: ipſi Ba-
ſileenſes viis planis & bonis ac pie reduceren-

* Foro-Sempronii.

tur, ne principes eis faventes ſcandalizarentur,
& magis contra dominum noſtrum & patres hujus
ſacri concilii indignarentur. Granatenſis viva
voce propoſuit dicens, quod pœnas pene gravio-
res etiam terminis læſæ majeſtatis dicti rebelles
incidiſſe deberent declarari; quodque etiam de-
berent mitti ad provincias ſingulas homines va-
lentes & experti ad prædicandum populo, cum
populus multoties inducat principes ad facien-
dum ea quæ non facerent, ſi populus ad illa non
inſtaret. Archiepiſcopus Spalatenſis, quia poſt
plura vota ſupervenit, quod majori parti votan-
tium adhæret, & ſpecialiter dominorum cardi-
nalium, tanquam ſaniori parti, nihilque contra
Baſileenſes emitteretur, & quod interim fierent
tractatus pacis, quodque etiam fieret bona guer-
ra, ut bona pax ſequi poſſet. Clerici cameræ,
quod domini cardinales in confectione decretorum
intelligantur ipſo jure electi, qui debent convo-
care unum de quolibet * eſſe Romanæ curiæ, juxta
ipſorum arbitrium Jacobus ordinis prædicato-
rum, Jacobus ordinis minorum, procuratores,
quod in fine decreti dominus noſter, non ob-
ſtante pœna, offerat ſe facturum gratiam. * Bar-
dinus procurater ordinis Carmelitarum, quod
pœna laicis ſit * præcipitata. Jacobus Textoris
ſacræ theologiæ profeſſor, quod dirigerentur epi-
ſtolæ ſolemnes communitatibus principalioribus
Germaniæ & Italiæ nationum, in quibus oſten-
datur, quod fundamenta quibus Baſileenſes ni-
tuntur, non fuerunt, neque ſunt ſufficientia ad
conferendum eis tantam auctoritatem, quantam
uſurparunt. Guillelmus de Foſato, clauſulam
domini Moricenſis de pace tractanda. Dominicus
de Racaneto, Barnabas de Urſinis, Andreas de
Palaſago, Paulus, doctores, quod ſi Baſileen-
ſes infra triginta dies a die decreti aliquid pro-
cedendo attentarint, hoc irritum ſit & inane,
& quod proceſſus hujus ſacri concilii intelliga-
tur eſſe prior. Et Humbertus de Caſſiaco pro-
curator domini ducis Sabaudiæ, quod die ſabba-
ti præterita dominus Morinenſis, ipſe Humber-
tus & cuſtos Lugdunenſis receperunt literas di-
cti domini ducis, in quibus dixit, ſe pro divi-
ſionibus & diſcordiis inter dominum noſtrum &
Baſileenſes exortis ſedandis, mittere velle ad di-
ctum dominum noſtrum notabilem & ſolemnem
ambaſiatam, quæ dicto domino noſtro ipſius do-
mini ducis mentem & intentionem latius expli-
cabit, prout ipſi domini Morinenſis, cuſtos &
Humbertus ipſi domino noſtro latius verbo ex-
poſuerunt (ut dixerunt) expreſſe ſubjunxerunt
& declaraverunt. Præmiſſis itaque omnibus &
ſingulis per ipſum dominum cardinalem de Urſi-
nis prudentem mature intellectis, conſideranſ-
que vota pro decretis ſuper aviſamenta hujuſmodi
conficiendis conformia, reverendiſſimos patres
& dominos, dominos S. Marci & Firmanum car-
dinales, Ravennatenſem archiepiſcopum, Pa-
duanum, Ariminenſem, Morinenſem, Areti-
num, Avenionenſem & Legionenſem in forman-
do decreto, ſuper aviſamentis prædictis per di-
verſos patres & dominos ibidem præſentes, no-
minatos deputando, aviſamenta hujuſmodi de
ipſorum patrum & dominorum unanimi conſen-
ſu duxit concludendum, atque concluſit, eaque
habuit & habere voluit pro concluſis. Super,
&c. præſentibus dominis protonotariis, cameræ
apoſtolicæ clericis præfatis, Henrico Maſchenſi,
& pluribus aliis.

* Id eſt, [illegible]

* Alias, Bernardinus

* Id eſt, lata.





Anno Christi 1438.

*Tenor aviſamentorum ſic, ut præmittitur, concordatorum & admiſſorum ſequitur, & eſt talis.*

Quoniam nonnulli pacis & unitatis æmuli, qui poſt translationem concilii Baſileenſis ad hanc civitatem Ferrarienſem, remanſerunt Baſileæ, ibidem convenire præſumentes, ac ſi concilium ibi vigeret, & translatio facta non fuiſſet, & per viam quorumdam prætenſorum decretorum noviſſime per eos publicatorum, ſanctiſſimum dominum noſtrum, licet nulliter, & de facto declararunt ab omni adminiſtratione papatus fuiſſe ſuſpenſum, & ad eos adminiſtrationem devolutam, cauſas a Romana curia, quantum in eis eſt, avocaverunt, expectativas abrogaverunt, Romanum pontificem collationis beneficiorum exemptorem fecerunt. Idcirco domini deputati obviando ſcandalis hujuſmodi, & majoribus etiam quæ futura timentur, niſi occurratur, aviſarunt, quod per ejus ſacri concilii ſolemne decretum declaretur, eos qui ita agere præſumpſerunt, nulliter & de facto proceſſiſſe, & incidiſſe pœnas non ſolum in bullis translationis ſanctiſſimi domini noſtri contentas, ſed eas quas ſacri canones contra ſchiſmaticos infligunt; inhibendo omnibus principibus tam eccleſiaſticis, quam ſæcularibus, nec non prælatis omnibus ſub graviſſimis pœnis & cenſuris, etiam uſque ad interdictum incluſive, ne illis talia in Dei contemptum & ſcandalum populi Chriſtiani procurantibus dent publice vel occulte, per ſe vel per aliam publicam interpoſitam perſonam conſilium, auxilium vel favorem: & qui talia attentarint, dignitatibus, honoribus, beneficiis, officiis & adminiſtrationibus privati declarentur, & integrum liberumque illis ſit, ad quos de jure vel conſuetudine talium dignitatum collatio, ſive proviſio pertinet, illas libere poſſe & debere conferre. Item quod niſi civitas Baſileenſis infra menſem a die publicationis hujus decreti, eos qui talia attentare præſumpſerunt, realiter & cum effectu ejecerit, & a ſe omnino licentiaverit, extunc ſuppoſita ſit & cenſeatur eccleſiaſtico interdicto, quod per ſolum Romanum pontificem poſſit relaxari: & quod eamdem pœnam incurrant omnes aliæ civitates & loca quæ illis favent, aut eos, ſive eis ſervientes receptarent, Baſileam vel merces, vel victualia portarent; & ſi quid contra prohibitionem ſeu decretum hujuſmodi ad dictam civitatem Baſileenſem apportetur per aliquem, illud omnino fiat occupantium: inhibendo etiam mercatoribus conditionis cujuſcumque, quatenus ſub excommunicationis pœna, quam incurrant ipſo facto, de civitate Baſileenſi infra menſem a die decreti præſentis publicationis, debeant de civitate prædicta Baſileenſi recedere, prout hoc & alia in decreto formando juxta declarationem ſacri concilii poterunt apponi.

Aviſarunt inſuper domini prædicti neceſſe fore & valde expediens, mittere ad reges confeſtim, & ad principes, aliquos de reverendiſſimis dominis cardinalibus, ſi fieri poteſt, cum hic agatur de periculo ſchiſmatis vitando, vel ſaltem magnos prælatos, doctos & literatos & practicos, bene ſociatos cum doctoribus & magiſtris, informatos de iis quæ in concilio Baſileenſi geſta ſunt hactenus, ad informandum reges & principes de bona juſtitia ſanctiſſimi domini noſtri papæ & ſedis apoſtolicæ, & apertam faciendum bonam & ſinceram voluntatem ſanctitatis ſuæ, ad reformationem eccleſiæ, & ad univerſalem pacem populi Chriſtiani, extirpationem quoque hæreſis & errorum, etiam potiſſime ad Græcorum reductionem, & ad eoſdem principes cautos reddendum de injuſtitia & temerario propoſito eorum, qui in ſcandalum univerſalis eccleſiæ Baſileæ remanſerunt, & de eorum male geſtis; & ad exhortandum principes, ut & ſuos oratores huc mittant, & prælatos, ut ſe perſonaliter ad concilium conferant: nec non ad exequendum pœnas & cenſuras contra tales ſcindere unitatem ſatagentes promulgatas, & ad hoc conſilium & auxilium, nec non ſæculare brachium implorandum. Dignenturque domini de concilio ita ſuper iis conſulere & deliberare, quoniam, niſi cito occurratur, timentur longe majora ſcandala poſſe ſuboriri.

Et quoniam nonnullæ pecuniarum ſummæ occaſione reductionis Græcorum in diverſis Mundi partibus pia largitione fidelium depoſitæ fuerunt jamdiu, ne pecuniæ hujuſmodi ad alium uſum convertantur, quam ad illum, cujus gratia fuerunt exburſatæ, ſanctiſſimus dominus noſter papa illas per ſuas literas nuper mandavit arreſtari: ſed cum Græci Venetiis applicuerint, utile videtur, eaſdem pecunias per ſanctiſſimum dominum noſtrum, ſacro approbante concilio, iterum arreſtari mandari, ne ad manus illorum perveniant, qui non Græcorum unionem, ſed potius ſciſſuram & diviſionem procurant. Quare & ſuper hoc placeat dominis de concilio conſulere & deliberare.

Eodem vero die Martis, undecima Februarii dominus Joannes de Prato promotor præfatus, pro majori corroboratione votorum patrum & dominorum prædictorum, una cum magiſtro Arnoldo notario præfato, domos habitationum reverendiſſimorum dominorum Brandæ epiſcopi Portuenſis, & Antonii S. Marcelli, ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinalium, qui propter eorum infirmitatem congregationi hodie congregatæ intereſſe non poterant, accedens, illos de aviſamentis ſucceſſive publicatis, & votis deſuper datis plenius informavit, exhortans eoſdem, ut etiam ſuper iis velint dare vota ſua. Qui quidem domini cardinales, habita per eos ſucceſſive deliberatione matura, aviſamenta prædicta per verbum, Placet, in omnibus & per omnia, prout ſuperius reperiuntur, concorditer admiſerunt: adjiciens ipſe dominus cardinalis Placentinus, quod in decreto formando commemoratio fiat, quomodo ipſi Baſileæ exiſtentes, ſcientes dominum noſtrum papam galeas & alia neceſſaria pro Græcorum adventu miſiſſe, ut adventum ipſum impedirent, quoddam monitorium contra ipſum dominum noſtrum decreverunt, & nihilo minus eorum facta continuando, dum ſentiebant Græcos prædictos portum appropinquare, ut eo amplius adventum prædictum turbarent, ad ulteriora proceſſerunt, &c. Subſequenter vero idem dominus Joannes promotor etiam votum domini Garſiæ electi Tudenſis, etiam a dicta congregatione abſentis, qui aviſamenta, ut ſupra, per Placet, dummodo pœnæ in eis contentæ ad illos qui contra illos de Baſilea & eorum proceſſus proteſtati ſunt, & illis non conſenſerunt, ſe non extendant, admiſit, recollegit. Idem dominus Antonius de Roſellis advocatus ſimiliter illa recepit & admiſit.

Anno Christi 1438.

Die Veneris quartadecima dicti menſis Fe- A
bruarii de mane, in capella majori palatii apo-
ſtolici, reverendiſſimo patre domino epiſcopo
Sabinenſi cardinale pro congregatione tenenda
præſidente, aliiſque reverendiſſimis reverendiſ-
que ac venerabilibus patribus & dominis ſupra-
dictis, nec non ultra illos, domino Nicolao Ca-
puano, & Marco Tarantaſienſi, archiepiſcopis;
Joanne Vallino dicti palatii cauſarum auditore,
Guillermo de Prato, & Jaconio de Racaneto ca-
meræ apoſtolicæ clerico, Juſtino de Planca,
Joanne de Baroncellis, Genelio de la Porta, An-
tonio de Roſellis, Angelo de Boncianis, Bruno
de Bononia, advocatis conſiſtorialibus; Joan-
ne decretorum doctore, domini noſtri papæ
acolyto, Alphonſo Gundiſalvi ſcholaſtico Abu- B
lenſi, decretorum doctore, & Franciſco de Pa-
dua dicti domini noſtri cubiculariis, aliiſque
quampluribus doctoribus & magiſtris ibidem le-
gitime congregatis, dominus Joannes de Prato
promotor præfatus quamdam formam decreti
per dominos deputatos alias nominatos, de &
ſuper aviſamentis alias in congregatione publi-
ca lectis & publicatis, ac poſtmodum per pa-
tres & dominos hujus ſacri concilii admiſſis,
ut aſſeruit, conceptam & concordatam, ibi-
dem publice alta & intelligibili voce, ac de
verbo ad verbum legit & publicavit, ac de ip-
ſorum patrum & dominorum plenam & indu-
bitatam notitiam, quantum in eo erat, dedu-
xit. Qua quidem forma per dominos & patres C
prædictos intellecta, ut dicebant, habita per
eos matura deliberatione, formam prædictam
in ſeſſione publica publicandam & auctorizan-
dam patres & domini præfati unanimiter &
concorditer, nemine diſcrepante, per verbum,
Placet, admittenda duxerunt, & admiſerunt.
Extunc vero dominus cardinalis & præſidens
præfatus, auctoritate ſanctiſſimi domini noſtri
formam ſic, ut præmittitur, admiſſam, de præ-
dictorum patrum & dominorum voluntate &
conſenſu, die craſtina in publica ſeſſione pu-
blicandam & auctorizandam duxit concluden-
dam, atque concluſit, illamque habuit & ha-
bere voluit pro concluſa. Super &c. Præſenti-
bus dominis apoſtolicæ ſedis protonotariis, D
clericis cameræ, cubiculariis, & aliis in præ-
ſenti congregatione, & etiam aliis immediate
præcedentibus deſcriptis teſtibus, &c. Quo fa-
cto, dominus Joannes de Prato promotor præ-
fatus ex parte ſanctiſſimi domini noſtri papæ
intimavit omnibus & ſingulis patribus & domi-
nis præſentibus ibidem, quod die craſtina, vi-
delicet Sabbati quintadecima Februarii, erit ſeſ-
ſio publica pro hujuſmodi formæ concordatæ &
admiſſæ publicatione, ubi prædictus ſanctiſſimus
dominus noſter papa perſonaliter intendit in-
tereſſe. Quare exhortabatur patres & dominos
patres & dominos ipſos, ut ad illam celebran-
dam craſtina die prædicta mane hora quartade-
cima vellent convenire. E

Die Sabbati quintadecima menſis Februarii
ſupradicti de mane in eccleſia majori Ferrarien-
ſi, ſanctiſſimo domino noſtro papa inibi præſi-
dente, reverendiſſimiſque ac reverendis patri-
bus & dominis ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardi-
nalibus, archiepiſcopis (Tarantaſienſi abſen-
te) epiſcopis, electis, abbatibus, generali-
bus, magiſtris & doctoribus in duabus ultimis
ſeſſionibus nominatis, ac ultra illos Leonardo
archiepiſcopo [h] Patenſi, de Arimino minori, An-
dræa Megarenſi, Venturini Bretonomenſi, Joan-
ne Peſaurienſi, Aloyſio Forolivienſi, Carolo

[h] Patrenſi.

olim Mutinenſi, Joanne Bracarenſi, epiſcopis,
ſeptuaginta duobus numero, inter mitratos &
electos confirmatos, pluvialibus dumtaxat in-
dutis, ibidem pro ſeſſione publica celebranda
in Spiritu ſancto legitime congregatis, univer-
ſalem eccleſiam repræſentantibus, reverendiſſi-
mus pater dominus Angelottus tituli S. Marci
presbyter cardinalis miſſam de Spiritu ſancto ſo-
lemniter, nonnullis ſibi aſſiſtentibus patribus &
miniſtris, decantavit. Qua finita, ſanctiſſimus
dominus noſter ac patres & domini præfati ad
ſeſſionem celebrandam procedentes hoc modo or-
dinarunt, videlicet, ipſe dominus noſter papa
in medio chori ante altare in cathedra ſolemni
ſibi ibidem parata, veſtibus pontificalibus indu-
tus, ac mitram planam habens in capite, ſe re-
poſuit. Protonotarii vero, ſubdiaconi, ſacri pa-
latii apoſtolici auditores, acolyti, cubicularii
ad pedes ipſius domini noſtri; domini autem
ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinales in parte
dextra in ſuperioribus gradibus in navi eccle-
ſiæ, in ſecundis vero gradibus, tam a dex-
tris, quam a ſiniſtris, ordinum diverſorum pro-
curatores, provinciales, magiſtri & doctores
ordine ſuo fuerunt. Ipſiſque dominis & patri-
bus ſic, ut præmittitur, ordine ſupradicto ſe-
dentibus & exiſtentibus, per prædictum domi-
num noſtrum papam nonnullis orationibus, ac
per cantores antiphona, *Exaudi*, & deinde lita-
niis & aliis conſuetis dictis & decantatis, nec
non ipſius ſacræ ſynodi per ipſum dominum no-
ſtrum papam trina facta benedictione, aliiſque
ſolemnitatibus præmiſſis debitis & conſuetis, re-
verendus pater dominus Aloyſius epiſcopus Fo-
rolivienſis auctoritate & mandato domini no-
ſtri papæ ac ejuſdem ſacræ ſynodi, ambonem
aſcendens, decretum ultimo per patres & do-
minos hujus ſacri concilii heſterna die admiſ-
ſum & approbatum publice alta & intelligibi-
li voce, ac de verbo ad verbum, cujus tenor
inferius eſt inſertus, pronunciavit, publicavit,
& ad omnium & ſingulorum ibidem præſen-
tium & adſtantium, quantum in eo fuit, ple-
nam & indubitatam notitiam deduxit, hoc lau-
dantibus & approbantibus omnibus & ſingu-
lis patribus & dominis ſupradictis, præſentibus
reverendiſſimis, nec non venerabilibus ac nobi-
libus viris, dominiſque L. de Calvis de Roma,
B. de Sala de Ferraria, M. de Urſinis, M. de
..... de Portugallia, N. Barbato de Venetiis,
Gabriele de Cornario de Venetiis, Ludovico de
Cypro, P. Barbo de Venetiis, D. Michael de
Venetiis, & B. de Corneto, apoſtolicæ ſedis
protonotariis.

*Tenor vero decreti per dominum epiſcopum Fo-
rolivienſem publicati, unde ſupra fit men-
tio, ſequitur, & eſt talis.*

*Eugenius epiſcopus ſervus ſervorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.*

*Eugenius papa declarat Baſileenſes excommunicatos, & in cenſuras & pœnas incidiſſe.*

Expoſcit debitum paſtoralis officii, cui divi-
na favente clementia, licet inſufficientibus me-
ritis, præſidemus, ut nefarios malignorum ex-
ceſſus, illorum præſertim, qui tranquillum ec-
cleſiæ ſtatum in varias, periculoſaſque, niſi ob
vietur, procellas & perturbationes impellere
ſatagunt, & Petri naviculam fluctibus mergere
moliuntur, opportunis remediis opprimamus,
ac



Anno Christi 1438.

ac ne in ſua malitia glorian tes, aliis occaſionem A
malignandi præbeant, pro exceſſibus per eos
commiſſis debitæ ultionis pœnam infligamus:
nam ut canonicæ continent ſanctiones, in culpis
quæ multorum trahunt jacturam, culpa eſt re-
laxare vindictam. Sane cum in ſacro Baſileenſi
concilio de loci electione pro futuro œcumenico
concilio ageretur, & per eos, ad quos poteſtas
eligendi locum erat devoluta, factum eſſet [a] de-
cretum, ipſumque ambaſiatores cariſſimi filii
Joannis imperatoris Græcorum, & venerabilis
fratris Joſephi patriarchæ Conſtantinopolitani
ibidem exiſtentes acceptaſſent; aliis [b] vero Ave-
nionem vel alium locum nominantibus, ad quem
præfati oratores nullo modo ire velle [c] proteſta-
bantur, aſſerentes pro certo præfatos imperato- B
rem & patriarcham ad dictum concilium, niſi
perſonaliter intereſſemus, nullatenus acceſſuros;
prædicti qui Avenionem petebant, veriti Græ-
cos ipſos ad eos nequaquam ituros, quoddam
decretum, ſive libellum famoſum, quod moni-
torium [d] appellant, adverſus nos, licet nulli-
ter, & de facto in grave ſcandalum & ſciſſuram
eccleſiæ, in tamque ſancti operis, unionis vide-
licet Græcorum, perturbationem, conflare te-
mere auſi ſunt. Nos pro unitate eccleſiæ con-
ſervanda, & dicta unione conſequenda, præ-
dictum Baſileenſe concilium ex juſtis, rationabi-
libus, neceſſariis ac urgentibus cauſis, de con-
ſilio & aſſenſu venerabilium fratrum noſtrorum
ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinalium, quamplu- C
rimis venerabilibus fratribus & dilectis filiis ar-
chiepiſcopis, epiſcopis, electis & abbatibus apud
ſanctam ſedem apoſtolicam exiſtentibus, id lau-
dantibus & conſulentibus, ad civitatem Ferra-
rienſem & Græcis & nobis accomodam transtu-
limus, prout in literis [e] ſuperinde confectis la-
tius continetur. Ipſi vero omnem viam juris ſper-
nentes, & in ſuo obſtinato propoſito perſeveran-
tes, literaſque dictæ tranſlationis, ac omnia in
eis contenta parvipendentes, ac mala malis cu-
mulantes, non ſolum rationabilem tranſlationem
noſtram ex prædictis juſtiſſimis & urgentiſſimis
cauſis, ut præmittitur, factam, non acceptarunt,
ſed ut infra certum tempus, & ſub ſuſpenſionis pœ-
na prædictam tranſlationem revocaremus, monere D
iterato temerarie ſunt auſi. Quod quidem nil
aliud erat, quam ut tanti ſancti operis tantum
Chriſtianis omnibus optabilis proſecutionem de-
ſerere cogeremur. Iis vero non ſine diſplicentia
animi noſtri intellectis, cum ea omnia non ſo-
lum in deſtructionem tam ſancti operis, ſed in
manifeſtam eccleſiæ ſciſſuram, ut præmittitur,
tendere videremus, tranſlationem per nos tam
neceſſario factam, & conditiones in illa purifi-
catas fuiſſe, ac ipſum Ferrarienſe concilium in-
choari, & legitimam proſecutionem habere de-
bere, prout in aliis [f] literis noſtris plenius con-
tinetur, declaravimus; ad illudque inchoandum
dilectum filium noſtrum Nicolaum tituli ſanctæ
Crucis in Jeruſalem ſanctæ Romanæ eccleſiæ preſ-
byterum cardinalem, noſtrum ac ſedis apoſtolicæ
legatum deſtinavimus [g]. Quod quidem non par- E
vo prælatorum numero legitime congregatum, in
publica ſeſſione tranſlationem & declarationem
prædictas legitimas, juſtas & rationabiles, ac
urgente neceſſitate, ad tollendum impedimentum
præfatæ ſanctiſſimæ unionis occidentalis & orien-
talis eccleſiæ, etiam ad evitandum ſciſſuram in
Dei eccleſia nunc imminentem; pro evidentique
utilitate totius reipublicæ Chriſtianæ fuiſſe &
eſſe factas, ſolemniter declaravit, prout ex ſerie
decreti ſuperinde confecti liquide conſtat.

[a] ſupra relatum num. II.
[b] ſupra numer. IV.
[c] Ibidem.
[d] Seſſione 31. concilii Baſileenſis.
[e] ſupra numer. XIII.
[f] ſupra numer. XIV.
[g] ſupra numer. XIX.



Interea certiores facti, prædictos imperatorem
& patriarcham, & Græcos litoribus Italiæ appro-
pinquare ad ipſum Ferrarienſe concilium, Deo
duce, ea intentione & firmo propoſito venimus,
ut non ſolum hoc ſanctæ unionis opus, ſed illa
etiam, propter quæ concilium Baſileæ fuerat
congregatum, realiter & cum effectu, adjuvan-
te Domino, proſequeremur. Atque etiam adver-
tens dilectus filius noſter Julianus tituli ſanctæ
Sabinæ presbyter cardinalis apoſtolicæ ſedis le-
gatus, cum prædictos, ut a tam manifeſtis ſcan-
dalis abſtinerent, plurimis validiſſimis rationi-
bus hortaretur, & pro ipſorum obſtinata mente
nullatenus exaudiretur, ſed eos magis ad ipſa
ſcandala in Dei eccleſia perpetranda paratos in-
ſpiceret, ne illorum impietatibus aſſiſtere videre-
tur, inde diſceſſit.

Illi vero neque id conſiderantes, & neſcientes
in ſemitis pacis & juſtitiæ dirigere greſſus ſuos,
jamque certiores effecti, Græcos ad eos nullate-
nus accedere velle, ac litoribus Italiæ appropin-
quaſſe, in ſua cordis duritia perſeverantes, cum
dictam Græcorum unionem, pro qua nobiſcum
totis viribus, ingenio & induſtria laborare, &
nobis aſſiſtere debuiſſent, aliter impedire & di-
ſturbare nequirent, pejora pejoribus adjicientes,
ad tantum temeritatis & audaciæ ſunt progreſſi,
ut nos a papali adminiſtratione ſuſpenſos eſſe,
plurimis regum & principum oratoribus, qui Ba-
ſileæ erant, tam nefandum ſcelus execrantibus,
& in contrarium proteſtantibus, auſu ſacrilego
declarare, & ad alia plura, licet nulliter & de
facto, procedere præſumpſerint [*].

Nos igitur attendentes exceſſus eorum adeo no-
torios, ut non poſſint aliqua tergiverſatione ce-
lari, quodque error cui non reſiſtitur, approba-
ri videtur, & latum pandit delinquentibus iter
is, qui eorum conatibus non reſiſtit, ac nequea-
mus abſque gravi offenſa domini Jeſu Chriſti, &
ſuæ ſanctæ eccleſiæ, tot & tantos exceſſus, qui
præſertim ſanctam & optatiſſimam unionem Græ-
corum impedire, turbare & penitus tollere vi-
dentur, ulterius tolerare, adverſus præfatos in
Baſilea exiſtentes, hoc ſacro approbante conci-
lio, in virtute altiſſimi decernimus, juſtitia me-
diante, quantum oporteat procedendum. Qua-
propter matura deliberatione prædictos conve-
nientes, & tam ſcandaloſa & nefaria præſumen-
tes, etiamſi cardinalatus, patriarchali, archie-
piſcopali, epiſcopali, abbatiali, aut alia qua-
vis auctoritate eccleſiaſtica vel ſæculari præful-
geant, pœnas excommunicationis, privationis
dignitatum, beneficiorum, officiorum, ac in-
habilitationis ad futura in dictis noſtris literis
tranſlationis contentas, hoc ſancto approbante
concilio, incidiſſe decernimus & declaramus.
Decernentes, atque etiam inſuper declarantes
irritum & inane, & nullius roboris vel momen-
ti, quidquid per eos tam circa prædicta, quam
curiam noſtram ſequentes, vel in ſacro conci-
lio exiſtentes a die tranſlationis per nos factæ,
ſub nomine concilii, vel alias attentatum fue-
rit, vel in poſterum quomodolibet contigerit E
attentari.

*Eugenius papa declarat incidiſſe in cenſuras & pœnas contumaciter perſeverantes in Baſileenſi concilio.*

Mandantes præterea, ipſo etiam approbante
concilio, ſub dictis pœnis & cenſuris, ac præſti-
ti juramenti, quo ſanctæ ſedi apoſtolicæ tenen-
tur adſtricti, violatione, omnibus & ſingulis
cardinalibus, patriarchis, archiepiſcopis, epi-
ſcopis, electis, abbatibus, & ceteris cujuſcum-
que conditionis & ſtatus exiſtant, in dicta civi-
tate Baſileenſi ſub prætextu præfati concilii con-
venientibus, quatenus infra triginta dies a die
dati

[*] Seſſione 28. concilii Baſileenſis.

ANNO CHRISTI 1438.

dati hujus decreti debeant realiter & cum effectu A
a dicta civitate receſſiſſe; præcipienteſque magi-
ſtro civium, conſulibus, ſcabinis civitatem Baſi-
leenſem regentibus & gubernantibus, ceteriſque
officialibus, quocumque nomine cenſeantur, qua-
tenus infra dictum triginta dierum terminum præ-
dictos non recedentes a prædicta civitate expel-
lant, & a ſe realiter & cum effectu ejiciant.
Quod ſi prædicta infra dictum terminum facere
omiſerint, omnes & ſingulos regentes & officia-
les prædictos excommunicationis, populum vero
& civitatem præfatam eccleſiaſtici interdicti ſen-
tentias decernimus ipſo facto incurriſſe: quorum
abſolutionem, niſi in mortis articulo, interdicti
vero relaxationem nobis ſpecialiter reſervamus.
Omnibus inſuper & ſingulis, ad quorum no- B
titiam hæc pervenerint, in virtute ſanctæ obe-
dientiæ, & ſub excommunicationis pœna præci-
pimus & mandamus, ut ſi prædicti in Baſilea exi-
ſtentes, civeſque ipſi non obedientes fuerint con-
tumaces, nullus poſt dictum terminum ad dictam
civitatem Baſileenſem accedat, ſed ipſis denegent
mercimonia, & cuncta ad uſum hominum neceſ-
ſaria. Mercatores quoque, qui cauſa dicti olim
Baſileenſis concilii ibi convenerunt, cujuſcum-
que conditionis exiſtant, ſub eadem excommu-
nicationis pœna inde omnino diſcedant. Si qui
autem hæc noſtra mandata contempſerint, elapſo
dicto termino Baſileenſibus in contumacia exi-
ſtentibus, aliqua poteſtate forſitan præſumentes, C

*Contumacibus exiſtentibus in Baſileenſi conciliabulo mandat ſummus pontifex denegari mercimonia, ita ut contra facientes poſſint impune ſpoliari.*

cum ſcriptum ſit: *Juſti tulerunt ſpolia impiorum*:
poſſint tales hujuſmodi bonis a quibuſcumque
Chriſti fidelibus impune ſpoliari, bonaque ipſa
prius capientium dominio cedant. Verumtamen
quia redeuntibus gremium ſuum nunquam clau-
dit eccleſia, ſi prædicti in Baſilea convenientes,
vel ipſorum aliqui infra prædictum terminum
triginta dierum a die datæ præſentium, ut præ-
mittitur, ad cor redierint, & a dicta civitate
receſſerint, prædictas pœnas, quoad obedientes,
ſacro approbante concilio remittimus & relaxa-
mus, eaſque pro infectis ab eorum data, & quæ-
cumque inde ſecuta haberi volumus, decerni-
mus & mandamus; ſupplentes, præfato appro-
bante concilio, omnes defectus, ſi qui forſan ex
ſolemnitate jurium in præmiſſis, vel ex omiſſio-
ne aliqua interveniſſent.

*Sap. 10. 19.*

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc pagi-
nam noſtræ conſtitutionis, declarationis, man-
dati, remiſſionis & relaxationis, voluntatis, ſup-
pletionis & decreti ſynodalis infringere, vel ei
auſu temerario contraire. Si quis autem hoc at-
tentare præſumpſerit, indignationem omnipo-
tentis Dei & beatorum Petri & Pauli apoſtolo-
rum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Ferrariæ in generali ſeſſione ſynodi ſo-
lemniter celebrata, anno ab incarnatione Domi-
ni noſtri Jeſu Chriſti milleſimo quadringenteſi-
mo trigeſimoſeptimo, quintodecimo Kalendas
Martii, pontificatus noſtri anno ſeptimo.

# PARS SECUNDA
## ACTORUM SACRI OECUMENICI
# CONCILII FLORENTINI
## POST ADVENTUM GRÆCORUM AD IDEM CONCILIUM.

*Hac ſecunda parte continentur adventus Græ-* D
*corum ad concilium, & ſubſecuta unio*
*cum Romana eccleſia, ac prævia diſputationes*
*cum Latinis, quæ referuntur ab Andrea de ſan-*
*cta Cruce patricio Romano & apoſtolici conſiſto-*
*rii advocato, qui non ſolum inter advocatos qui*
*concilio interfuerunt, recenſetur ſupra parte prima*
*num. 29. ſed etiam ea quæ hinc inde diceban-*
*tur, excipiebat, ut ſupra in præfatione hujus*
*operis diximus. Cumque in dicendo eadem ſæpe*
*verba repetantur, nonnulla etiam actione ipſa ex-*
*plicentur, hinc factum eſt, ut ſcripta obſcuriora*
*ſint, præſertim illa, quæ interpres ex tempore de*
*Græco in Latinum interpretabatur, quæ ſi confe-*
*rantur cum diſputationibus a Græco ſcriptore rela-*
*tis, & inter generalia concilia editis, ut in ea-* E
*dem præfatione operis diximus, manifeſte apparet*
*ipſum poſtmodum ea adaptaſſe & concinnaſſe, ex*
*quo in notis aliqua Andreæ dicta explicavi; in*
*quibus vero diſcrepant, ſuis locis admonui. Et*
*quia diſceptatores tam Latini, quam Græci ad-*
*ducebant ſanctorum patrum & conciliorum dicta,*
*nec innuebant locum unde deſumpſerant (nam ex*
*fonte & ipſo codice legebant) laborandum fuit in*
*his locis conquirendis, & in margine apponen-*
*dis, cum præſertim translationes ex Græco non*
*conveniant in verbis cum tranſlationibus hodie*
*impreſſis, quarum varietatem pariter indica-*
*vi. Obſcuriora & difficiliora adjectis notis tam*
*in margine, quam poſt collationes, pro viribus ex-*
*plicavi; & ſummaria initio collationum appo-*
*ſui.*

*Ceterum quemadmodum Græcus ſcriptor recen-*
*ſendo diſputationes, plura poſtmodum, quæ inter*
*diſputandum agebantur, aliaſque circumſtantias*
*loci, temporis & perſonarum ad attexendam hi-*
*ſtoriam narratione continua proſecutus eſt: ita &*
*Andreas in his exprimendis colloquentem ſibi fa-*
*cit in modum dialogi Ludovicum Pontanum,*
*ut ejus interrogationibus obſecundans, legentium*
*ingenio plenius ſatisfaceret. Erat autem Ludovi-*
*cus protonotarius apoſtolicus, patria Romanus, de*
*quo in actis concilii Baſileenſis relatis ſupra par-*
*te prima num. 2. atque de eo honorificam ſane*
*mentionem facit Pius II. in epiſtola ſua retracta-*
*tionis his verbis:* Advenerunt per id temporis
duo viri ex Italia ad Baſileenſe concilium, Ni-
colaus Panormitanus archiepiſcopus, & Lu-
dovicus Pontanus apoſtolicæ ſedis notarius,
Alphonſi Magni regis oratores, qui velut duo
orbis



ANNO CHRISTI 1438.

orbis ſidera, ceu pontificii juris & totius civilis A
ſapientiæ duo præcipua lumina & clariſſima cen-
ſebantur.

*Diſputationibus Andreas nomen collationis impo-*
*ſuit, quod idem fecit Græcus ſcriptor. Quamvis enim*
*Latinus interpres titulum* συνόδου *a Græco ſcriptore*
*diſputationibus impoſitum, ſeſſionem verterit, proprie*
*tamen congregationem, ſeu collationem ſignificat: &*
*merito quidem diſceptationes ita appellantur: nam ſeſ-*
*ſio illa proprie dicitur, in qua patres judicio decer-*
*nunt. Sciendum autem, quod ſcriptor Græcus plura*
*de publice, Andreas vero de privatim dictis omittunt:*
*nonnulla etiam dum proferebantur excepta, non ſunt*
*poſtmodum ab omnibus ſcriptoribus ſuis locis aptata*
*& diſtributa: convenire enim ad hunc finem ſcripto-*
*res fuiſſe ſolitos, aſſerit Julianus cardinalis coll. 4. in* B
*fine his verbis:* Relata, per notarios ſcripta au-
ſcultentur. *& coll.* 8. Conveniant qui ſcripſerunt,
& de ſcriptis conveniant. *Hæc ille. Propterea vi-*
*ſum eſt hic innuere, quibus Andreæ collationibus cor-*
*reſpondeant ſeſſiones Græci ſcriptoris.*

*Itaque prima & ſecunda collationi Andreæ corre-*
*ſpondent ea, quæ Græcus ſcriptor narrat uſque ad ter-*
*tiam ſeſſionem incluſive: tertiæ collationi correſpon-*
*det ſeſſio quarta; quartæ quinta & ſexta; ſextæ*
*ſeptima & octava; octavæ nona; nonæ decima; de-*
*cimæ & undecimæ undecima & duodecima; duode-*
*cimæ decimatertia & decimaquarta; decimatertiæ &*
*decimæquartæ decimaquinta, decimaſexta & deci-*
*maſeptima; decimæquintæ decimaoctava; decimæ-*
*ſextæ decimanona; decimæſeptimæ vigeſima; deci-*
*mæoctavæ vigeſimaprima; decimænonæ vigeſimaſecun-*
*da; vigeſimæ vigeſimatertia, vigeſimæprimæ vi-*
*geſimaquarta; vigeſimæſecundæ vigeſimaquinta.*
*Quæ autem de unico principio Spiritus ſancti po-*
*nit Græcus in ſeſſione 22. habet Andreas aptiori*
*loco in collatione 20. circa finem, & 22. circa me-*
*dium.*

# DISPUTATIONES SEU COLLATIONES
## INTER LATINOS ET GRÆCOS
### IN GENERALI CONCILIO FLORENTINO HABITÆ,

Et ab Andrea de ſancta Cruce patricio Romano & apoſtolici conſiſtorii advocato
conſcripta in modum dialogi cum Ludovico Pontano.

### COLLATIO PRIMA.

COLLATIO PRIMA.

*De adventu imperatoris & patriarchæ Græcorum Venetias & Ferrariam, & quomodo excepti fuerint,*
*ac de publica ſeſſione Ferrariæ habita, deque ſummi pontificis decreto declaratorio,*
*concilium generale ibidem eſſe legitime congregatum.*

Num. I.

ANDREAS. Cum res memoratu dignas, quæ
noſtro tempore evenere (dum
forenſibus ex negotiis quid ſuperextaret otii)
ſcripto mandarem, [a] ephemeridum librum curia-
lem conficiens, & Græcorum adventus, eorum-
que conventus cauſas inter communia medita-
rer adſcribere, conſpexi non convenire mixtu-
ram re, modo, & perſonis a communibus dif-
ferentem. Materia namque fidei, modus con-
ventionis in unam œcumenicam ſynodum homi-
num diverſorum climatum ac ſectarum; perſonæ
vero ſummi pontificis maximi Eugenii, ſacratiſ-
ſimique cardinalium ſenatus, cœtuique genera-
lis ſynodi; illuſtriſſimi Joſephi Conſtantinopo- D
litani patriarchæ, quibus & re, & modo, &
perſonarum dignitate, nil excellentius datur;
eo motus, ut particulari tractatu hæc modo ipſe
commemorem, mente concepi; ſed eo nunc prom-
ptius in actum deducam, quo tua interrogatio-
ne allicitus ſum, ut neceſſariam proficuamque
tranſlationis concilii cauſam fuiſſe cognoſcas, &
cum his omnibus abfueris, eaque tam mature,
religioſeve meditaberis proceſſiſſe, non ambigo,
execrandos cenſebis, qui huic tam ſancto operi
impedimento fuerint. Ad rem igitur ipſam Dei
cum protectione deveniens, quid ex me ſcire pri-
die appetebas, referre non tædeat. E

*a id eſt diarium actorum curiæ Romanæ.*

LUDOVICUS. Multa priſtino ſermone viciſſim
contulimus, quibus te Baſileenſium geſta oppu-
gnando, me autem, quæ in illorum diminutio-
nem geſta fuere, rationabiliter deteſtando, diem
conſumpſimus, finemque verborum dedimus,
pari voto concludentes, ut hoc maxime inſi-
ciari nequeamus, ſumma laude præconiove ex-
tollendum, quod in veſtra Ferrarienſi Floren-
tinave ſynodo cum Græcis diligentiſſime decerta-
ſtis: & cum tam graviter, tamque religioſe La-
tinos Græcoſque conveniſſe, tamque curioſiſſime
diſceptaſſe relatum eſt, ſummo deſiderio a te,
qui his conventibus adfuiſti, ſentiam, quæ ibi-
dem geſta ſunt.

ANDREAS. Referam non minus perliben-
ter, quod appetis. Fuerunt namque conventus
admirabiles, ut ſeparatis vicibus uſque ad no-
ctis tenebras pari verborum viciſſitudine, ſum-
mo pontifice, omnibuſque Latinorum Græco-
rumque patribus præſentibus, duodecim, ſex
Latinorum ex parte, totidemque ex Græcis,
uno ſub interprete colluctantibus, de fide con-
certarent.

LUD. Referas, oro, ab exordio, quo impe-
rator, Græcorumque patres ad portus venere,
quidve vobiſcum publice egere. Rogoque, ut
ex relatu dignis nil referendum omittas; ſed an-
tequam ad modum adventus devenias, cauſa ad-
ventus extitit, prout arbitramur, ut ſe conver-
terent?

AND. Neſcio quis intrinſecus partium fue-
rit motus, ſed communi opinione creditur,
quod adventus cauſa extiterit, ut religionis uni-
cum ovile fieret, ac paſtor unus, prout inter
præcipua noſtræ religionis præcepta conſtitutum
eſt, arbitror, ut in fide una eſſet conventio,
cauſa fuerit adventus. In pluribus namque a
Romana ſancta eccleſia divertebant uſque ad ip-
ſius deitatis notitiam: & quia ex adſcribendis in-
noteſcent differentiarum cauſæ, hic non adſcribi-
mus.

Anno Christi 1438.

Lud. Quem rei huic cauſam dediſſe arbitraris?

And. Quis, ut conveniſſent, cauſam dederit, modo curæ non eſt inquirere. Sunt qui arbitrantur, patres qui Baſileæ pro univerſali ſynodo convenerant, dediſſe cauſam: quidam vero ſummum pontificem Eugenium, qui & cum in minoribus fuerat, hoc ſummo anhelavit deſiderio: & ſi aſſeras mutuo concurſu utriuſque claſſem, gentes, pecuniaſve ad Græcos vehendos ſolemniter deſtinaſſe: fido tamen relatu percepi, quod etſi triremes miſerint qui Baſileæ fuerant, non ut Græcos ducerent, ſed ut eos a veniendo averterent, id fecerunt, quod certo argumento percipitur, cum nec balliſtarios Conſtantinopoli dimittendos, nec pecunias ſecum duxerint: quinimo eos maxime inſtitiſſe fertur, ut Græcis ad pontificem maximum incedentibus infidelium potentatus obſiſterent. Quæ quidem etſi minime crederem per fidelium mentes excogitari potuiſſe, ex his tamen qui cunctis ibidem geſtis interfuere, fido relatu percepi: ſed ſi concurſus hic fidei fervore adveniſſet, uterque memoria dignus eſſet.

Lud. Cur magis pontificis, quam Baſileenſium triremibus advenere?

And. Percepi, quia & venire promiſerant, ac agendorum finem conſiderantes eo, quo tenderent, ut uno ſub paſtore Deum cognoſcerent, & ideo Romani pontificis claſſibus, in quo univerſalis eccleſiæ poteſtas principaliter reſidet, transfretare ad partes noſtras decrevere ſpretis Baſileenſium navibus; nequibant duobus de individuo contendentibus aſſentiri.

Lud. Referas adventus modum.

And Id perlibenter faciam; indeve principium ſumam, quo Venetias advenere, nec rem longius protraham. Heſterno namque ſermone cum in Baſileenſes graviter inveheret, retulimus quæ in navium deſtinatione ſummus pontifex Baſileenſeſve egerunt; quidve per utriuſque legatos, & utriuſque legationis claſſes peractum eſt Conſtantinopolitana in urbe. Nona Februarii die, anno 1438. magno cum campanarum pulſu Græci Venetiis recepti ſunt, duce, Venetorumve civibus dominio præſidentibus, in navi, quam Bucentaurum nominant, obviam euntibus: in quam imperatore recepto, ad palatium ſibi diſpoſitum conduxere. Veniebant namque, ut aſſerebatur, omni dimiſſa credulitatis pertinacia, ut veritatem cognoſcerent; meritoque plaudendum fuerat.

Lud. Fuitne quis ex noſtris, qui eos reciperet?

And. Si occidentalium honorem conſpicimus, nonne magnifice recepti ſunt, ſi tantæ urbis populum conſpexere eorum plaudentem adventui?

Lud. Sed ſummus pontifex, iique qui Ferrariæ pro concilio ſe habebant, nonne aliquos deſtinarunt?

And. Eugenius ſummus pontifex reverendiſſimum cardinalem ſanctæ Crucis, ac marchionem Ferrarienſem ad Græcos recipiendos Venetias miſit, audito Græcorum adventu: ſed & reverendiſſimus dominus cardinalis ſanctæ Sabinæ, S. Angeli cognominatus, qui Baſileenſi concilio præfuerat, qui ad hoc potiſſime conventionem illam protexiſſe aſſeruerat, ut Græcorum unioni cauſam daret, cum Græcos pontificis navibus advehi conſpexit, ex Baſilea Venetias venit paulo poſt præfatorum cardinalis & marchionis adventum.

Lud. Græci cum naves egreſſi ſunt, quid egere?

And. Imperator & patriarcha Græcorum, primo eorum ingreſſu ex Venetiis ad ſummum pontificem oratores deſtinarunt, ſæculares tres, abbates duos, qui vigeſima Februarii pontificem adjerunt. Data eis licentia publice diſſerendi, ſæculares convenienter ſummi pontificis in acceſſu genuflexi ſunt: clerici vero, curvato capite, aliam reverentiam non exhibuerunt. Expoſuerunt, imperatorem & patriarcham ad nutum ſuæ ſanctitatis veniſſe, illicoque pauſa ex longo itinere ſumpta, adventuros.

Lud. Quid demum?

And. Dimiſſis Græcis Venetiis, reverendiſſimus dominus cardinalis ſanctæ Crucis & marchio Ferrariam redierunt, ſanctæ Sabinæ Mantuam reverſus eſt.

Lud. Proſequere, oro, quid demum ſecutum eſt.

And. Quarto Martii Græcorum imperator Ferrariam magno cum equitum apparatu ingreſſus eſt. Occurrerunt ei cardinales obviam omnes, qui tunc Ferrariæ erant, extra civitatem, cum magno prælatorum comitatu: ſub pallio aureo ductus eſt ad palatium apoſtolicum, & equeſter uſque ad papæ cameram, via ad hoc in palatio Ferrarienſi per marchiones antiquitus conſtructa, exhibitaque Romano pontifici reverentia debita, ad palatium, paradiſus cognominatum, pro ſui reſidentia diſpoſitum, ſimili pompa aſſociatus eſt.

Lud. Nonne & patriarcha imperatorem proſecutus eſt?

And. Remanſerat patriarcha, per aquam veniens, antiquitate gravior.

Lud. An poſt diutius moram traxit?

And. Octavo ejuſdem applicuit cum ſuorum clericorum conſortio, per Padum in navi veniens: civitatique appropinquans, & cum magnus archiepiſcoporum & epiſcoporum cœtus, & curialium ceterorum extra civitatem, ut eum reciperent, fuiſſet egreſſus, cumque diutius expectaſſent, marchione Ferrarienſi & filio ad eum accedentibus ad navim in qua venerat, compertum eſt voluiſſe, ut ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinales eidem occurrerent. Die illo his vigentibus, ex navi qua venerat, non deſcendit, ibidemque pernoctavit nocte illa.

Lud. In navi?

And. In navi: erat namque undique tabulis tapetiſve circumdata, quam Bucentaurum vocant, pro ſimilibus caſibus ordinata.

Lud. Quo demum ordine in terram venit?

And. In diluculo diei ſequentis, requiſitis curialibus ſpeciali nuncio, ad portum, quo naves Ferrariam applicant, curialium quiſque equeſter acceſſit, duo cardinales juniores diaconi, Proſper de Columna tituli ſancti Georgii ad Velum aureum, & Firmanus ſanctæ Mariæ in Via lata, pariter acceſſerunt pontificis juſſu. Equitantibus patriarcha & Græcis aliis, cardinales ei occurrerunt obviam, nullaque adinvicem alia inclinatione facta, nec alter alteri pileum flectens, dominus de Columna, qui ex eis duobus ætate minor, dignitatis tamen adeptione major collega, patriarchæ ſic inquit: Reverendiſſime pater, dominus noſter papa miſit nos, ut aſſociaremus paternitatem veſtram. Eoque in medio ſumpto, ad palatium apoſtolicum conduxere.

Lud. Quomodo per ſummum pontificem receptus eſt?

And.



Anno Christi 1438.

And. Papa eidem non occurrit in publico, quinimo ultra conſuetum morem, in privata camera ſecreti cubiculi manſit, ut arbitror, prænarratæ difficultatis reſpectu. Ingreſſuſque eſt patriarcha ſex ſociatus tantum, papave ut totidem ſecum haberet, ſi vellet, ultra cardinales convento. Sedit ſummus pontifex uſque ad patriarchæ adventum in ſecreta camera, cardinalibus ad dexteram papæ conſtitutis; in ſcabello ad ſiniſtram diſpoſito receptus eſt: eoque paululum ſummum pontificem allocuto, ad palatium ſibi pro habitatione aſſignatum aſſociarunt omnes qui ſecum ex navi venerant, cardinalibus demptis.

Lud. Quid demum ſecutum eſt?

And. Quia perſonæ antiquitas, & ceremoniarum diverſitas facilem non faciebat ad ſummum pontificem patriarchæ acceſſum, deputati ſunt ex cardinalibus duo, dominus ſanctæ Sabinæ, ſancti Angeli cognominatus, qui ex Mantua ad ſummum pontificem his diebus venerat, depoſito legationis officio, cui præfuerat: & dominus Firmanus, de quo ſupra verbum fecimus: quibus injunctum eſt, ut modum, formamve agendorum cum patriarcha diſponerent. Ac multis hinc inde tractatibus habitis, convenere, ut in eccleſia cathedrali Ferrarienſi convenientibus Latinis & Græcis declararetur, per ſummum pontificem concilium œcumenicum, Græcis annuentibus, ibidem eſſe legitime congregatum.

Lud. Quo ordine hoc factum eſt?

And. Octavo Aprilis ordo in majori eccleſia datus eſt. Fuerant pro generali concilio ſedilia in medio Ferrarienſis eccleſiæ primitus ordinata. Dextera pars eccleſiæ, ubi ſummi pontificis erat ſedes, Latinis, ſiniſtra Græcis, diſpoſitæ ſunt. Inter papæ tribunal & ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinales ſedes erat pro Romanorum imperatore, etſi abſente, præordinata: ſequebatur reverendiſſimus dominus cardinalium ſanctæ Romanæ eccleſiæ ſenatus, reverendiſſimus dominus cardinalis de Urſinis primo epiſcopus + Sabinenſis, Jordanus nomine, dominus Antonius epiſcopus Oſtienſis, Branda Portuenſis, Petrus tituli ſancti Marcelli, Nicolaus tituli ſanctæ Crucis, Franciſcus tituli ſancti Clementis, Angelottus ſancti Marci, presbyteri cardinales; Proſper tituli ſancti Georgii ad Velum aureum, Dominicus ſanctæ Mariæ in Via lata, diaconi ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinales. Inter primum & ſecundum cardinales epiſcopos, Hieroſolymitanus patriarcha, quem ſancta Romana eccleſia pro patriarcha tenebat: poſt reverendiſſimorum cardinalium ordinem ſequebatur reverendiſſimus patriarcha Gradenſis, demum archiepiſcopi, prout primum quis dignitatem habuerat: poſt archiepiſcopos epiſcopi, poſt epiſcopos abbates pari ordine ſequebantur.

Lud. Quot fuerunt ex patribus Latinorum mitra conſedentium?

And. Centum ſexaginta.

Lud. Quis prædictorum omnium ornatus fuerat?

And. Summus pontifex aderat mitra gemmata, ac ſacris indutus veſtibus; ſimiliterve cardinalibus epiſcopis & presbyteris ſtantibus mitra dempta, quibus abſque ornamento albæ erant, cardinalibuſve diaconibus, diaconorum veſtibus, albaque mitra, ceteris patriarchis, achiepiſcopis & epiſcopis, ornamento cardinalium, epiſcoporum more conſedentibus: protonotariis, correctore in ſcabello per tranſverſum de dextera ad ſiniſtram eccleſiæ partem diſpoſito ordinatis, nobiſve advocatis noſtro ordine ad eorum pedes in graduum ſummitate locatis, auditoribus, clericis cameræ ad pontificis pedes prope terram manentibus. Hic fuit Latinorum modus, ordo, formave in prædicto conventu: ac in Græcorum abſentia fuit Spiritus ſancti miſſa ſolemniter celebrata, ſervatiſque quæ ſunt ſolita ſervari in ſeſſionibus publicis, ſummo pontifice, Latinorumque patribus ad dexteram eccleſiæ partem ſtantibus, advenerunt Græci, & ſiniſtra eccleſiæ parte pro eis ordinata recepti ſunt.

Collatio prima.

Lud. Quis locus fuerat Græcorum imperatoris?

And. In ſiniſtra parte de directo cathedræ imperatoris Romanorum pariformiter conſtituta ſedes eſt: ad ejus dexteram ſcabello quodam poſito erat Demetrius ejuſdem imperatoris germanus, deſputus Moreæ.

Lud. Proſequere clericorum ordinem.

And. In oppoſitum primi cardinalis ſedes patriarchæ fuerat conſtituta, qui infirmitate detentus non adfuit illo die; & ſpeciale miſit mandatum, quod publice lectum extitit, ut inferius de verbo ad verbum interſeram. In quatuor ſcabellis poſt patriarcham diſpoſitis ſequebantur archiepiſcopus Heracleenſis, Alexandrini patriarchæ legitimum mandatum habens, ejuſque locum tenens; archiepiſcopus Epheſinus patriarchæ Antiocheni legatus, archiepiſcopus * Meneſienſis Hieroſolymitani patriarchæ perſonam repræſentans, & metropolita Iberius regis Iberiæ apocriſarius, archiepiſcopus Trapezuntæ, archiepiſcopus * Riſicu, archiepiſcopus Nicænus, archiepiſcopus Lacedæmonienſis, archiepiſcopus Nicomedienſis, archiepiſcopus * Trivanienſis, Amaſienſis, Mitylenenſis, Toloſon, Stauropol, Tuſtricenſis, Garinenſis, Mellentenenſis, Achilienſis, Muldulanus, archiepiſcopi. Poſt quorum conſeſſum erant ſex presbyterorum habitum gerentes, * metropolitæ eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, cruciferi appellati ex eo, quod crucem ſupra pileum, ultra communem presbyterorum habitum, geſtabant; & monachorum venerabilis comitiva ſuo ordine ſequebatur.

* alias, Monembaſienſis

* alias, Zichia,

* alias, Tornobenſis,

* metropolitanæ,

Lud. Quis habitus patriarchæ, aliorumve archiepiſcoporum fuerat?

And. Patriarchæ, archiepiſcoporum & epiſcoporum habitum ibidem vidimus nigrum, tegmen capiti appoſitum monachorum more, cappa celeſtini coloris, rigis albis purpureiſve per tranſverſum a ſummo uſque deorſum variata; ſacrarium quoddam, crucis venerabilis ſignum, certaſque ſanctorum reliquias continens, in pectore gerentium.

Lud. Religioſorum quis fuit ornatus?

And. Abbates & monachi cappas camelorum pilis, ſeu griſea lana confectas, capitis tegmine ab eorum patriarcha epiſcopiſve minime differentes.

Lud. Sæcularium vero?

And. Sæculares presbyteri erant bireto quodam caudato uſque ad veſtis ſummitatem collum tegente, pileo nigro a lateribus circumflexo, ſupraveſtis talaris nigra, manicis anguſtis, manus extremitate longioribus.

Lud. Sed imperatoris quis erat habitus?

And. Imperatoris, ejuſve germani habitus erat ſimilis, purpurea veſtis, & pileus ab anteriori parte oblongus cuſpidem faciens, rotun-

COLLATIO PRIMA.

dus in ceteris, pretioſo lapide ſupra pileum imperatoris tantummodo differens.

LUD. Sed imperatori non aderant aliqui ex ſæcularibus?

AND. Sæculares quidam Græcorum prope imperatoris tribunal in ſcamno quodam prope terram conſederant, in oppoſitum aſſiſtentium ſummo pontifici: primus deſpotus Serviæ, & nobilis quidam imperatoris Trapezuntæ mandatum habens; quidamve regis Iberiæ orator, habitu ab aliis differens, bireto rotundo lapidibus pluribus exornato, aurove contexto, ac duo apocriſarii principis Valachiæ.

LUD. Sed quis erat ſæcularium apparatus?

AND. Communis nobilium ſęcularium apparatus fuerat, diplois quædam uſque ad pedes longa, ſericea materia, faſcia quadam ſtaminis a pectore ad ventrem circumcincti; ſupraveſtis talaris ſtrictiſſima, manicis anguſtis, quam cappæ more in humeris gerebant, collari ad caput eminente: in capite rotundus pileus cubitalis altitudinis, in ſummitate rotundior, in latitudinem effundens, ab extra griſeis pellibus, ſeu ſerico rubeo contextus. His igitur ſic conſedentibus ordine & modo quibus expreſſum eſt, ſilentium undique factum eſt: & aderant Latinorum in ſacra theologia doctorum peritiſſimorum, atque jurium ſpiritualium & temporalium numerus copioſus, ut vix unquam uno in conventu ſpectatiſſimorum virorum coronam talem conſpexerim; dico eorum, qui dignitatibus officiiſve carebant. Omnibus his expectantibus, presbyter quidam Græcus aſſurgens, patriarchæ abſentiam excuſavit, ejuſve mandatum in publica forma exhibuit, ac primo in Græco, & deinde in Latino legit: cujus mandati hæc verba fuere.

## MANDATUM PATRIARCHÆ CONSTANTINOPOLI

Anno Domini MCCCCXXXVIII. die Mercurii IX. menſis Aprilis.

*Joſeph miſeratione Dei archiepiſcopus Conſtantinopolitanæ novæ Romæ.*

CUm gratia & beneplacito ejus qui omnia in melius diſponit Dei, deſiderium divinitus veniens noſtras mentes communi intentione poſſideat, aſtantibus occidentalibus & orientalibus eccleſiæ pontificibus, ut omni poſſibili verbo atque rationabili modo ſacris ſcripturis ac divinis eloquiis pridem edocti, ſine ulla lite atque contentione de propoſita quæſtione cum Dei timore ſcrutari poſſimus, atque alterutri convenientes ſecundum unam Dei voluntatem, ſuperante veritate, uniamur, jam res in hanc negotii ſummam acceſſit, ut nos orientalis eccleſiæ, veritatis manifeſtationem omnibus noſtris periculis præferentes, huc Deo volente acceſſerimus, decet nunc rebus principium dare, cujus illud principium eſt, ut ſynodus pronuncietur, cui etiam me cum ceteris ſanctis & fratribus meis pontificibus [5] intereſſe decebat, cum non eſſet conveniens, neque juſtum me abſente vel pontifices illuc accedere, vel ſynodum pronunciare. Sed cum ægritudo corporis prohibeat, nec ſinat ut ego adeſſe poſſim, jam per hanc adhortatoriam literam, concedo reverendiſſimis patribus locum tenentibus ſanctiſſimorum patriarcharum fratrum meorum, & omnibus in Spiritu ſancto dilectis fratribus meis & coadminiſtratoribus metropolitis, & ceteris prælatis eccleſiæ adire impræſentiarum, & perficere œcumenicæ ſynodi pronunciationem. Hujus gratia & præſens exhortatoria litera noſtræ humilitatis abſoluta eſt omnibus vobis, ad prædictorum omnium manifeſtationem & certitudinem.

ANNO CHRISTI 1438.

Habebat exemplar, *ſacer patriarcha*: [6] manuſcriptum, *menſe Aprilis*.

LUD. Quid demum factum eſt?

AND. Summus pontifex reverendo in Chriſto patri domino epiſcopo Portugallenſi annuit, ut pulpitum aſcenderet, legeretque quod ei fuerat injunctum. Qui de loco ſuo recedens, locum aſcendit, quamdamque bullam hujus continentiæ legit.

## EUGENIUS PAPA DECLARAT FERRARIÆ esse Synodum univerſalem.

*Eugenius epiſcopus ſervus ſervorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.*

*Extat Græce & Latine hoc tomo pag. 23. alterius translationis.*

MAGNAS omnipotenti Deo gratias referre nos convenit, qui antiquæ miſerationis ſuæ non immemor, eccleſiam ſuam fecondioribus ſemper accumulat incrementis: & licet hanc jactari interdum tentationum & preſſurarum fluctibus ſinat, nunquam tamen patitur mergi, ſed inter undarum moles inviolabilem ſervat, facitque ineffabili clementia ſua, ut inter anguſtias varias robuſtior illa ſemper aſſurgat. Ecce enim orientales & occidentales populi diu abinvicem ſeparati, unum concordiæ & unitatis fœdus inire feſtinant: & qui longo a ſeipſis diſſidio avulſos, ut æquum erat, moleſte ferebant, poſt multa tandem ſæcula, ipſo utique auctore, a quo omne datum optimum provenit, ſanctæ unionis deſiderio corporaliter in hoc loco convenerunt. Noſtrum autem & totius eccleſiæ munus eſt, & eſſe intelligimus, viribus omnibus eniti, ut hæc felicia cœpta jugi ſolicitudine felicem progreſſum exitumque conſequantur, ut cooperatores Dei & eſſe & dici mereamur. Denique cariſſimus filius Joannes Palæologus Romæorum imperator, una cum venerabili fratre Joſepho Conſtantinopolitano patriarcha, & aliarum patriarchalium ſedium apocriſariis, magnaque cum archiepiſcoporum & eccleſiaſticorum nobiliumque multitudine, octava Februarii menſis proxime præteriti, Venetias, ad ultimum ſcilicet applicuit portum; ubi, ſicut antea ſæpius fecerat, Baſileam juſtis de cauſis ratione œcumenici ſeu univerſalis concilii celebrandi, ſe ire non poſſe patenter expreſſit; idque Baſileæ congregatis per literas intimavit, exhortans atque requirens omnes, uti Ferrariam ad hujuſmodi concilium celebrandum electam pro agendo tam ſanctiſſimo hujus unionis opere ſeſe transferrent. Nos itaque, quibus hæc ſacratiſſima unio ſemper cordi fuit, quique hanc ſummo ſtudio perfici cupimus, decretum [a] Baſileenſis concilii cum Græcis ipſis conventum, electionemque loci pro œcumenico celebrando concilio in eadem Baſileenſi ſynodo factam, ac per nos poſtea Bononiæ inſtantibus

*a Supra relat. par. I. num. II. & pag. 845.*



ANNO CHRISTI 1438.

tibus ipſorum imperatoris & patriarchæ nunciis, [a] confirmatam, & quæque alia ad ipſum ſanctæ unionis opus ſpectantia, ut eſt officii & debiti noſtri, exequi diligenter intendimus. Omni igitur modo & forma, quibus melius poſſumus, decernimus & declaramus, [7] accedente conſenſu dictorum imperatoris & patriarchæ, omniumque in præſenti exiſtentium ſynodo, ſacram eſſe univerſalem ſeu œcumenicam ſynodum in hac Ferrarienſi civitate omnibus liberam & ſecuram, ſicque dictam ſynodum ab omnibus reputari debere, in qua ſine ulla rixoſa detentione & pertinacia, atque cum omni caritate ſacrum hoc unionis negotium tractandum, & Deo propitio, ut ſperamus, felici fine claudendum eſt, una cum ſanctis operibus reliquis, ad quæ peragenda ſynodus iſta noſcitur inſtituta.

*a Ut ſupra par. I. num. IV.*

Datum Ferrariæ in generali ſeſſione ſynodali ſolemniter in eccleſia majori Ferrarienſi celebrata, anno incarnationis dominicæ milleſimo quadringenteſimo trigeſimo octavo, quinto Idus Aprilis, pontificatus noſtri anno octavo.

Quibus peractis, lætiſſime ex conventu aſſurrexerunt omnes.

LUD. Hæc quidem auditu gratiſſima ſunt, ſed gratius ſuſcipiam, cum dixeris diſputationis modum.

AND. Publice conventio ſiluit uſque ad octavam Octobris.

LUD. Res quidem auditu horrenda eſt, quod tantus hominum numerus, tantuſve elegantiæ fulgor in unum convenerit, nihilque tanto tempore geſſerint.

AND. Græci huic rei cauſam dederunt: mos quidem gerendus erat eiſdem, qui ad fidei unionem fuerant convitati ad hoc ſpirituale convivium. Sed & datus eſt modus, ut & ſi publice convenire nequirent, privatis conventibus certi ex Latinis Græciſque deputarentur, qui præludia publicarum diſceptationum in medium ducerent. Deputati ſunt ex Latinis ſexdecim viri de regularium ac ſęcularium numero, viri graves & docti, qui certis diebus tenerentur in eccleſia Minorum certas diſputationes particulares facere; pariterque idem Græci fecere: quæ quidem quia publica acta non ſunt, non viſum eſt in ſcriptis publice referendum [b]. Diſcuſſum eſt pluribus diebus, & cum quatuor principaliores viderentur fuiſſe differentiarum cauſæ: Prima de proceſſu Spiritus ſancti a Filio; ſecunda de purgatorio, an ſit, & an animæ ante diem judicii puniantur, vel Deum videant: tertia de poteſtate Romanæ eccleſiæ; & ultimo de ſacramento, an in fermento, vel azymis fieri debeat: ſumpta eſt purgatorii materia in diſcuſſionem, & diſputationes plurimæ factæ ſunt, an purgatorium ſit, quove loco animæ reſideant uſque ad diem, quo judicaturus vivos & mortuos Deus noſter redemptor advenerit. Et poſito, quod purgatorium foret, an pœna ignis ibidem ſit, anne igne materiali ibidem animæ puniantur: plurimaque alia, quæ locis privatis diſcuſſa ſunt, & ſuis loco & tempore in publicum [c] deducentur, omittam. Hoc modo deventum eſt cum Græcis uſque ad octavam menſis Octobris.

*b Græcus ſcriptor in his privatis diſputationibus Ferrariæ habitis, plura refert de purgatorio, quæ publice repetita fuerunt Florentiæ a Turrecremata, eaque refert Andreas una cum aliis quæſtionibus, quæ hic [illegible], infra collatione XX. num. 3. & ſequentibus.*

*c Infra loco ſupra citato.*

*Antequam reliqua Andreæ proſequamur, opportune hic temporis ordine exigente, ex Vaticano codice inſerendas duximus literas Eugenii papæ de indulgentiis & ſubſidio pro Græcis.*

COLLATIO PRIMA. Num. II.

*Eugenius, &c. univerſis & ſingulis, ad quos præſentes noſtræ literæ pervenerint, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.*

AD ſalutem animarum Chriſti fidelium, quarum nobis tanquam unico Chriſti vicario, & totius dominici gregis paſtori in terris principaliter cura commiſſa eſſe dignoſcitur, diligenti ſolicitudine, prout onus ipſius paſtoralis requirit officii, intendentes, ea diligenter quærere & exequi peroptamus, per quæ & fidei catholicæ exaltatio deſiderata proveniat, & ipſi fideles ex piis eorum ſuffragiis ſpirituales fructus uberius conſequantur. Sane ut multa omittamus, quæ ſuperiori tempore pro unione orientalis eccleſiæ Græcorum multo labore & ſtudio operati ſumus, ante annum per oratores cariſſimi in Chriſto filii Joannis Palæologi Græcorum imperatoris, & venerabilis fratris Joſephi Conſtantinopolitani patriarchæ, ac alios multos timoratos zelo fidei catholicæ accenſos, & magnæ auctoritatis viros, ad proſecutionem præfatæ unionis, quæ eo in tempore ab aliis deſerta videbatur, inſtantius requiſiti, ad id etiam urgente nos conſcientia, ne tam ſanctum opus in magnam confuſionem fidei catholicæ, ac perpetuam infamiam occidentalis eccleſiæ deſeri pateremur, totum ejus ſancti operis onus ſuſcepimus, in Dei miſeratione & fidelium ſuffragiis confidentes. In qua re tantam tamque ſolicitam operam adhibuimus, ut præfati imperator & patriarcha una cum metropolitis, epiſcopis, abbatibus, prælatis, nobilibus, & aliis clericis & laicis in multitudine copioſa ad nos venerint, cum quibus, præſtante Domino, œcumenicum concilium Ferrarienſe fundavimus, illud cum eis per diſputationes & opportunos tractatus uſque in diem præſentem ſolicite proſequentes. Verum cum ob dictorum apparatum ad iter arripiendum & navigationem, ac cuſtodiam Conſtantinopolitanæ civitatis, prout conventum fuerat, graves expenſas ſubjerimus, & multo majores quam ſuppetant facultates, ac de cetero uſque ad reditum eorum in patriam, juxta eis promiſſa, nos ſubire oporteat, rei hujus neceſſitate compellente, cogimur devotorum Chriſti fidelium ſuffragia & caritativa implorare ſubſidia.

Ut igitur ipſi Chriſti fideles ad opportuna tam ſancti operis auxilia facilius & ferventius animentur, quo ſpiritualibus muneribus ſe ſenſerint in benedictionibus præveniri: Nos attendentes, quod beato Petro apoſtolorum Principi, & æterni regni clavigero ac paſtori eccleſiæ, & ſucceſſoribus ſuis infinitum illum theſaurum, qui in Chriſti ſanguine fidelibus datur, plena ſit diſpenſandi attributa poteſtas, de omnipotentis Dei, & Chriſti miſericordia, cujus vices, licet immeriti, in terris gerimus, ac beatorum apoſtolorum Petri & Pauli auctoritate confiſi, omnibus & ſingulis Chriſti fidelibus, qui pro ſupportandis oneribus ad tam ſanctum opus nobis incumbentibus ad certam ſummam (ut accepimus) hactenus contribuerunt, aut juxta eorum facultates contribuent in futurum, eligendi in confeſſorem ſacerdotem idoneum ſæcularem vel regularem, qui in omnibus caſibus, etiam de quibus apoſtolica ſedes eſſet merito conſulenda, ſemel in vita, quamprimum opportunitas aderit, abſolvere valeat,

*Facultas abſolvendi a caſibus reſervatis.*

*Collatio prima.*

*Indulgentia ſubſidium tribuentibus.*

valeat, injuncta eis pœnitentia ſalutari: deinde etiam ſimilem eligendi confeſſorem, qui in mortis articulo omnium peccatorum, de quibus vere corde contriti & ore confeſſi fuerint, ipſis in ſinceritate fidei, unitate ſanctæ Romanæ eccleſiæ, ac obedientia & devotione noſtra & ſucceſſorum noſtrorum Romanorum pontificum canonice intrantium perſiſtentibus, plenariam remiſſionem & indulgentiam concedere poſſit, tenore præſentium plenam & liberam concedimus facultatem. Quibus & confeſſoribus ſic, ut præfertur, eligendis ab excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti ſententiis ab homine vel a jure generaliter vel ſpecialiter & nominatim latis in foro pœnitentiali tantum, debita ſatisfactione juxta formam juris injuncta, abſolutionis beneficium omnibus & ſingulis, de quibus ſupra, impendendi in forma eccleſiæ conſueta: nec non ſuper votis peregrinationis vel abſtinentiæ, vel ſimilibus, etiamſi de ultramarinis partibus, aut ſancti Jacobi in Compoſtella, vel apoſtolorum Petri & Pauli liminibus viſitandis, emiſſa fuerint, & non adimpleta, diſpenſandi, & in alia pietatis opera commutandi. Inſuper etiam quoſcumque uſurarios, aut alios turpes quæſtores, ſuper uſuris & bonis dumtaxat de quibus incertum eſt, quibus perſonis fieri debeat reſtitutio; ac etiam illos qui arma, vel alia prohibita infidelibus vel hæreticis detulerint, abſolvendi facultatem ſimiliter impartimur. Ita tamen quod votis obligati expenſas itineris, & oblationes quas facturi erant: uſurarii vero, & ex turpi, vel alias indebito lucro ad reſtitutionem obligati, ubi pro quibus erat reſtitutio facienda, neſciuntur, & delatores prohibitorum, ut ſupra præmittitur, lucra, quæ ex talibus quæſierint, ad ſubſidium ejuſdem operis exponant, & alias prædicti omnes ſatisfaciant, ut tenentur. Et ne (quod abſit) per hujuſmodi reddantur procliviores ad illicita in poſterum committenda, volumus, quod ſi ex confidentia remiſſionis hujuſmodi aliqua forte committerent, quoad illa dicta remiſſio nullatenus ſuffragetur. Quam quidem facultatem circa voventes, uſurarios, indebiti lucri quæſtores, & prohibitorum delatores, ut præfertur, ad eas etiam perſonas, quæ pro ſubſidio hujuſmodi hactenus juxta modos præmiſſos ſatisfecerunt, dum tamen ſic ſoluta in dictum ſubſidium realiter aſſignentur, extendi volumus per præſentes. Mandantes & injungentes omnibus & ſingulis eccleſiarum prælatis, capitulis, conventibus, & aliis quibuſvis eccleſiaſticis perſonis, quatenus indulgentias & conceſſiones hujuſmodi in locis eis ſubjectis per idoneos prædicatores populis ſuis ſolemniter publicari & exponi faciant. Quibus quidem prædicatoribus, & omnibus qui eos devote audierint, & in tam pio opere aſſiſtentiam & favorem præbuerint, auctoritate prædicta duos annos & totidem quadragenas de injunctis ſibi pœnitentiis in forma eccleſiæ relaxamus. Pecunias autem, & alia, quæ pia fidelium largitione, aut aliis quibuſcumque erogationibus in ſubſidium hujus ſancti operis obvenerint, ordinarii loci & illorum, quos cum literis conceſſionum hujuſmodi per nos vel habentes ad hoc a nobis ſpeciale mandatum deſtinari contigerit, duorumque bonorum virorum loci judicio reponi & conſervari, & his quos ad ipſas pecunias recipiendum deputaverimus, conſignari volumus. Ordinationibus alias forſan quavis auctoritate in contrarium factis non obſtantibus

*Facultas abſolvendi a cenſuris.*

*Vota commutandi.*

*Indulgentiæ & conceſſiones ſunt publicandæ.*

quibuſcumque. Nulli ergo, &c. Datum Ferrariæ octavo Kalendas Octobris, pontificatus octavo.

*Anno Christi 1438.*

Aliæ literæ ejuſdem Eugenii de decimis pro eodem ſubſidio.

*Num. III.*

*Eugenius, &c. Dilecto filio Baptiſtæ de Legname legum doctori, clerico cameræ apoſtolicæ, & capellano noſtro. ſalutem.*

DUDUM Baſileenſe concilium pro unione Græcorum cum eccleſia Latina renovanda cariſſimo filio Joanni Palæologo Romæorum imperatori, ac venerabili fratri Joſepho patriarchæ Conſtantinopolitano, expenſas pro ipſis cum ſeptingentis perſonis in veniendo ad locum œcumenici concilii, & ibidem ſtando, indeque redeundo ad civitatem Conſtantinopolitanam, proque duabus galeis & trecentis balliſtariis in dicta civitate, quamdiu imperator cauſa concilii inde abeſſet, ad ipſius urbis cuſtodiam manſuris, ſynodali decreto [a] ſpopondit: & cum ad hoc ingens perficiendum opus immenſa pecuniarum quantitas neceſſaria videretur, ii qui in ipſo tunc reſidebant concilio, conſiderantes ſimul ſummæ magnitudinem, neceſſarium & opportunum eſſe judicarunt, pro tanto Dei honore & totius eccleſiæ profectu, ipſam eccleſiam de bonis ſibi a Deo collatis ſubvenire debere. Mature igitur inter ſe univerſalem omnium fructuum eccleſiaſticorum decimam .......... atque impoſuerunt. [b] Ne autem clerum fruſtra gravari contingeret, ibidem decretum extitit, ut uſquequo ipſe imperator & patriarcha cum aliis Græcis ad ultimum applicuiſſent portum, ipſa decima nullatenus exigeretur. Verum cum in ipſo olim Baſileenſi concilio de loci electione tractaretur, ubi œcumenica celebranda eſſet ſynodus, tandem Florentia aut Utinum, ſeu locus alius, qui prius neceſſaria pro hac re præparaſſet, electus [c] extitit. Nos autem, qui etiam dum in minoribus conſtituti eſſemus, ſummopere hanc ſanctam unionem Græcorum deſideravimus & perquiſivimus, habito cum fratribus noſtris ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinalibus, pluribuſque aliis in magno numero, qui in curia Romana reſidebant, prælatis, maturo conſilio, judicavimus, hanc civitatem Ferrarienſem ad hujus œcumenici concilii celebrationem eſſe opportunam atque accommodam, & pro hac quoque neceſſaria præparare decrevimus. Ad honorem igitur omnipotentis Dei & ſanctæ matris eccleſiæ, profectum quoque & amplitudinem fidei orthodoxæ, noſtris impenſis galeas & balliſtarios, aliaque omnia in ipſo ſynodali decreto promiſſa Conſtantinopolim tranſmiſimus, & tandem, Deo propitio ipſos imperatorem & patriarcham cum multis metropolitis, aliiſque eccleſiaſticis & ſæcularibus viris nobilibus in magna multitudine, ad ultimum portum, civitatem videlicet Venetiarum, & deinde huc Ferrariam adduci fecimus. In qua quidem civitate Ferrarienſi die 9. Aprilis, conſentientibus ipſis Græcis, eſſe œcumenicum concilium legitime congregatum, in ſeſſione publica ſolemniter [d] declaravimus. Cum autem uſque ad hunc diem pro hoc ſanctiſſimo opere ſummam circiter

*a Seſſione 19. concilii Baſileenſis.*

*b Seſſione 25. concilii Baſileenſis.*

*c Hoc decretum habetur ſupra num. II.*

*Conſentientibus Græcis in civitate Ferrarienſi concilium legitime congregatum.*

*d Ut ſupra hac eadem collatione.*



*Anno Christi 1438.*

*Expenſæ pro conducendis Græcis ad concilium, & cuſtodia Conſtantinopolitanæ civitatis.*

*Decimæ exigendæ pro ſubſidio.*

ter octuaginta millium ducatorum expoſuerimus, omnique menſe, uſque ad confirmationem, tam pro expenſis eorum qui ſunt in concilio, quam pro dictis duabus galeis & trecentum balliſtariis civitatem Conſtantinopolitanam cuſtodientibus, quinque millia ducatorum exponere neceſſarium ſit, ne eccleſiam quæ nullo modo aliunde ſupplere poteſt, in præmiſſis deficere, tantumque bonum negligi defectu pecuniarum contingat, prædictam decimam per ipſum quondam Baſileenſe concilium impoſitam, conditione prædicta per Dei gratiam purificata, hoc ſancto approbante concilio exigendam jam fore declaravimus. Quocirca diſcretioni tuæ per apoſtolica ſcripta committimus, & mandamus tenore præſentium, quatenus procures & ſtudeas diligenter, quod perſonæ eccleſiæ, & quæcumque alia pia loca provinciarum, civitatum, diœceſum, ſub regnis cariſſimi in Chriſto filii noſtri Eduardi Portugalliæ & Algarbii regis illuſtris conſtituta, tam exempta, quam non exempta, cujuſcumque religionis & ordinis exiſtant, etiamſi ſint ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinales, quibus cardinalibus & religioſis nulla privilegia & exemptiones in hac parte volumus ſuffragari, ſine difficultate aut dilatione faciant illud idem, atque perſolvant. Volumus autem quod hujuſmodi decima per te, quem in prædictis provinciis, civitatibus & diœceſibus collectorem tenore præſentium deputamus, ac tuos ſubcollectores, clericos dumtaxat, quos ad id deputabis, a perſonis eccleſiaſticis ſæcularibus & regularibus, exemptis & non exemptis, in eiſdem civitatibus & diœceſibus, fructus, redditus & proventus hujuſmodi habentibus, & infra annum habituris, de ipſis dumtaxat fructibus, redditibus & proventibus colligatur, & etiam exigatur: utque juxta conſtitutionem editam in concilio Viennenſi ſuper decimis exigendis, calices, libri, & alia ornamenta eccleſiaſtica divinis officiis deputata, ex cauſa pignoris, vel alias, occaſione prædicta nullatenus capiantur, diſtrahantur, vel alias occupentur. Volentes quod tam tu, quam ſubcollectores a te, ut præfertur, deputandi, dictam decimam a ſingulis perſonis eccleſiaſticis hujuſmodi, auctoritate noſtra per cenſuram eccleſiaſticam ac ſequeſtrationem eorum redditiuum & proventuum eccleſiaſticorum, per te ac per ipſos, aut alium vel alios, ad ſolvendum compellas, ſeu compellant, invocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis, tam felicis recordationis Bonifacii papæ VIII. prædeceſſoris noſtri de una, ac duabus diætis in concilio generali, quam aliis conſtitutionibus apoſtolicis contrariis non obſtantibus quibuſcumque, ſeu ſi eiſdem perſonis a ſede apoſtolica ſit indultum, quod ad ſolutionem hujuſmodi decimæ minime teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici, ſuſpendi, excommunicari, aut extra vel ultra certa loca ad judicium evocari non poſſint, per literas apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam de verbo ad verbum, eorumque propriis ordinum, locorum & perſonarum nominibus & cognominibus mentionem, & quibuſcumque privilegiis & indultis, exemptionibus & literis apoſtolicis quibuſcumque ordinibus & dignitatibus, & ſpecialiter ſanctorum Benedicti & Auguſtini, Ciſtercienſium, Cluniacenſium, Præmonſtratenſium, Grandimontenſium, Carthuſienſium, Camaldulenſium, Vallisumbroſæ, Cruciferorum & Humiliatorum, ac Hoſpitalium ſancti Joannis Hieroſolymitani, & beatæ Mariæ Teutonicorum, ſancti Jacobi de Spata, Calatravenſis & de Alcantara militiis, & ipſorum univerſitatibus generaliter vel ſpecialiter ſub quacumque forma vel expreſſione verborum a memorata ſede conceſſis, de quibus, quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum in noſtris literis plena & expreſſa mentio ſit habenda; quibus omnibus hac vice dumtaxat ex certa ſcientia volumus derogari. Et inſuper volumus, tibique per apoſtolica ſcripta committimus, quod tu & a te deputandi illos ex perſonis eccleſiaſticis ſupradictis, provinciarum, civitatum & diœceſum prædictarum, quos ex defectu non factæ ſolutionis hujuſmodi excommunicationis ſententiam incurrere contigerit, ab eiſdem ſententiis poſt ſatisfactionem debitam abſolvere, & cum eis ſuper irregularitate, ſi qua forte ſint ligati celebrando divina, aut immiſcendo ſe illis, non tamen in contemptum clavium contraxerint, auctoritate noſtra valeas & valeant diſpenſare. Perſonas etiam ad taxationem hujuſmodi de terris idoneas eligendas & deputandas plenam tibi tenore earumdem literarum facultatem concedentes. Datum Ferrariæ anno incarnationis dominicæ milleſimo quadringenteſimo trigeſimo octavo, ſexto Nonas Octobris, pontificatus noſtri anno octavo.

*Collatio prima.*

## NOTÆ HORATII JUSTINIANI

### AD PRIMAM COLLATIONEM.

1 *Retulimus.*] Hoc opus Andreæ de ſancta Cruce, de quo iterum mentionem facit infra collatione 12. & 22. num. 9. adhuc deſideratur: ſed ex actis quæ in prima hujus operis parte retulimus ex bibliotheca Vaticana, ſufficiens habetur rerum geſtarum notitia.

2 *Curvato*] Nec mirum: nam quod magis, & alio etiam titulo, deberent Græci neoterici, non genuflectunt orantes vel adorantes, nec in eccleſia.

Mirum certe etiam in hoc eos degeneraſſe a ſanctis patribus. Nam Daniel. cap. 6. *Tribus temporibus in die flectebat genua.* Salomon 3. Reg. 8. *Utrumque genu orans in terra fixerat.* Et de pluſquam Salomone legitur Lucæ 22. *Quod poſitis genibus orabat. Flecto genua mea* (dixit Paulus Epheſ. 3.) *ad Deum pro vobis.* Vide plura apud Baronium tom. 1. anno 58. numer. 106 Sane canone 20. primi concilii Nicæni prohibetur genuflexio in diebus dominicis & pentecoſtes. Idem ſtatuitur in canone 20. concilii Conſtantinopolitani, & 91. concilii Trullani: quæ exceptio, ut canoniſtæ dicunt, firmat regulam in contrarium, nimirum extra ea tempora, quibus reſurrectio Domini commemoratur, genuflectendum eſſe: quod præſupponunt ſanctus Germanus Conſtantinopolitanus patriarcha in theoria rerum eccleſiaſticarum, & ſanctus Baſilius homilia 13. de baptiſmo hæc ait: *Quod expectas beneficia febris baptizari: quando nec poteris manus in cœlum tollere, nec in pedes erigi, nec genua adorando flectere;* Et ad Amphilochium libro de Spiritu ſancto docet, in diebus dominicis & tempore pentecoſtes non genua flectendum in memoriam reſurrectionis dominicæ. De reliquis vero diebus anni hæc ſubdit: *Quoties genua flectimus, & rurſus erigimur, ipſo facto oſtendimus, quod ob peccatum in terram delapſi ſumus, & per humanationem ejus qui creavit nos, in cœlum revocati ſumus.* Sed & Balſamon alioquin ſchiſmaticus in commentariis ſupradictorum canonum, & in Nomocanone Photii titulo 14. idem præſupponit: deque eadem genuflexione mentionem facit Cabaſilas in expoſitione liturgiæ capite 24. Certe ſanctus Damaſcenus libro de hæreſibus explicans nomen cujuſdam ſectæ hæreticorum, ſic ait: *Agonyclitæ ſunt, qui quoties orant, genuflectere provolvique nolunt, ſed ſemper ſtantes precantur.*

3 *Simili pompa.*] Extant in valvis æneis juſſu Eugenii papæ IV. in majori porta baſilicæ ſancti Petri collocatis inſculpta nobiliora ejuſdem pontificis monumenta,

COLLATIO PRIMA.

ta, inter quæ viſitur & imperator una cum deſpota ejus fratre Conſtantinopoli Venetias, & inde Ferrariam ad concilium navigans. Cernitur & ejuſdem ad ſummum pontificem acceſſus, quem genu flexo veneratur, ut hic in gratiam lectoris, & majorem declarationem eorum quæ dicit hic Andreas, & ſtatim infra dicet de habitu imperatoris & aliorum Græcorum, [a] imprimi curavimus. Extant in iiſdem valvis hi verſus inſcripti.

[a] conſule editiones Romanam & Lugdunenſem: neque enim his ſpectaculis omnino legentium deſinemus.

*Sunt hæc Eugenii monumenta illuſtria quarti:*
*Excelſa hæc animi ſunt monumenta ſui.*
*Ut Græci, Armeni, Æthiopes, hic aſpice ut ipſam*
*Romanam amplexa eſt gens Jacobina fidem.*

4 *Sabinenſis.* ] Jordanus Sabinenſis præcedit Antonium Oſtienſem: antiquior enim epiſcopus cardinalis, ſive is ſit Sabinenſis, ſive Albanenſis, ſive Oſtienſis, ſive alius ex ſex epiſcopis cardinalibus, decanatus dignitatem obtinet, quod Paulus IV. in ſua conſtitutione, *Cum venerabiles*, voluit habere locum in epiſcopis cardinalibus præſentibus in curia, vel ex publica cauſa abſentibus, & extra curiam per Romanum pontificem deſtinatis. Vide Panvinium de epiſcopis & titulis cardinalium paragr. *Sicut autem*.

5 *Intereſſe.* ] In hujus enim ſynodi, in qua de unione Græcorum agebatur, & ad quam vocatus acceſſerat, Ferrariæque jam aderat, conveniens & juſtum erat, ut ſeſſioni etiam intereſſet, ne unio quaſi eo ſpreto vel invito fieri videretur. Vide hic infra notam ſextam.

6 *Manuſcriptum.* ] Erat ſcilicet exemplum ſubſcriptum: *Joſeph ſacer patriarcha manu propria, menſe Aprilis*, die ſcilicet nona, qua erat ſeſſio anno 1438.

Hoc mandatum patriarchæ non refertur a Græco ſcriptore, ſed longe aliud paulo poſt initium ſub titulo [illegible], quod exhortationem, ſeu commonitorium Latine dixeris his verbis.

*In nomine ſanctæ, vitæque principii Trinitatis, Patris & Filii & Spiritus ſancti, duæ Chriſtianorum partes, Italorum ſcilicet & Græcorum, hodie communi conſenſu convenerunt ad indicendam ſacroſanctam œcumenicam ſynodum. Et ex una quidem parte ſancti patres orientalis eccleſiæ, videlicet ſereniſſimus imperator Ioannes Palæologus, & patriarcha dominus Ioſeph, & archiepiſcopi, & cruce ſignati, & primarii orientalis eccleſiæ ſacerdotes, diaconi, ejuſque univerſus clerus.*

*Ex altera vero ſimiliter Italorum parte tota ſancta occidentalis Romana eccleſia, ſcilicet beatiſſimus papa cum univerſo ſuo ſacerdotali ordine. Conſentimus, & contenti hoc ſumus, ut ſancta & œcumenica hæc ſynodus celebretur in hac urbe Ferrariæ in templo ſancti magnique martyris Georgii, quod ſitum eſt in hac media urbe: & indicimus, & ſpatium damus, quod ab hoc tempore, anno ſcilicet 1438. die nona menſis Aprilis indictionis primæ ſumatur ad menſes quatuor, & in omnibus locis & regnis Chriſtianorum notum ſit omnibus, atque omnes conveniant, reliqui etiam Baſileenſis concilii, quique Romæ ſunt, & omnis Chriſtianus, quique advenire voluerit, veniat ad tempus conſtitutum.*

*Quod ſi quis deſpexerit, aut aſpernatus fuerit hanc ſanctam ſynodum, neque advenerit uſque ad præfinitum tempus, ut excommunicationi ſubjaceat, niſi amplexus fuerit quæcumque ab legitima ſynodo fuerint decreta. Et ſi quiſpiam eminenti ſit ſtatu, aut doctor, aut eccleſiaſtico fungatur officio, dicimus, mittendam eſſe ab eo ſuam confeſſionem, aut vicarium, ſi nequeat ipſe venire; utque approbet atque recipiat quæcumque ſancta ſynodus decernit.*

*Quod ſi rejecerit, ut diximus, ſit excommunicationis cenſura perculſus. Idem de magnis principibus & ducibus, aliiſve locorum dominis dicimus, ipſos etiam debere convenire, mandato papæ & imperatoris & ſynodi obedientes, vel certe & ipſos eadem ſimiliter ſcribere.*

*Si vero iidem reges & principes alibi voluerint ſynodum celebrari, ut de eo quod potius ſit, deliberent, atque id ſit in ſynodi poteſtate uſque ad tempus præſtitutum.*

*Hac lecto, juſſerunt etiam beatiſſimi papæ decretum pro ambone recitari.* Hæc ille.

Subdit deinde ſummi pontificis decretum, ut hic etiam Andreas, nonnullis tamen additis & mutatis, ut ſtatim dicam.

Siſtendum eſt enim hic pauliſper, & diligenter conſiderandum, quod omnino videtur neceſſarium fuiſſe lectum mandatum, quod ponit Andreas, ut tam proprio, quam ipſius patriarchæ abſentis nomine, reliqui epiſcopi orientales decreto papæ conſentirent, ut hic nota 4. & 6. diximus.

ANNO CHRISTI 1438.

Quod vero hæc exhortatio, ſeu commonitorium, quod ponit Græcus ſcriptor, omiſſo mandato ab Andrea relato fuerit lectum, nullo modo credibile apparet.

In primis enim ipſa ſynodus hujuſmodi commonitorium non permiſiſſet legi & publicari nomine patriarchæ, etiam ſynodo approbante, ſed ipſa univerſalis ſynodus idipſum ſuo proprio nomine edixiſſet, decreviſſet & mandaſſet, ut moris eſt, & apparet in decretis omnium generalium ſynodorum.

Secundo, nec ſummus pontifex id permiſiſſet non ſolum patriarchæ, ſed nec ipſi generali ſynodo. Ut enim ſapienter & eruditiſſime obſervat Turrecremata de poteſtate papæ ad primum articulum, & in decreto hujus concilii Florentini: *In conciliis generalibus, in quibus pontifex maximus perſonaliter præſidet, ſive diffinitiones fiant in materia fidei, ſive ſchiſmatis, ſive reformationis, ſoli ſummi pontifices in ſignum auctoritatis & poteſtatis, auctoritate propria ſtatuiſſe & diffiniſſe leguntur eodem approbante concilio, ut ipſorum conciliorum geſta in decretalibus, Clementinis & Extravagantibus clariſſima luce demonſtrant: quod etiam obſervatum fuiſſe apparet in concilio Conſtantienſi, in quo ante electionem Martini papæ V. factam in eodem concilio, omnes diffinitiones factæ leguntur nomine concilii: ſummi autem pontificis electione ſecuta, ipſoque præſidente, omnes ſubſequentes diffinitiones a ſeſſione 42. factæ leguntur nomine ipſius papæ approbante concilio.* Hæc Turrecremata. Idipſum legitur in hoc eodem concilio in decreto papæ, quod ſtatim ſubdunt Andreas & Græcus, & in diffinitionibus pro Græcis, Armenis, Jacobinis, & aliis nationibus infra recenſendis: quod tamen Baſileenſes non obſervarunt. Nam etiam poſt electionem pſeudo papæ Felicis in eorum concilio præſidentis, omnia decreta facta leguntur nomine concilii; & merito: nec enim ille papa, nec ipſum concilium, nec decreta ullius ſunt roboris.

Tertio, nec etiam coram Græcis patribus hujuſmodi commonitorium lectum fuiſſe veriſimile eſt. Ipſi enim ſpreta Baſileenſi ſynodo ſummi Pontificis auctoritate freti, tranſlationem Baſilea, & indictionem Ferrariæ promulgatam legitimam, ut par erat, exiſtimantes, Ferrariam acceſſerunt: multoque minus hæc eadem Joſephum patriarcham alioqui religioſiſſimum meditatum fuiſſe credendum eſt, cujus morientis, ipſo Græco ſcriptore teſtante ſeſſione 25. hæc fuit poſtrema ſententia, mentiſque teſtatio: *Quoniam ad finem vitæ meæ perveni ſoluturus jam commune debitum, Dei gratia, ſcribo & ſubſcribo ſententiam meam univerſitati meorum filiorum. Omnia igitur quæ ſentit & quæ dogmatizat catholica & apoſtolica eccleſia domini noſtri Ieſu Chriſti ſenioris Romæ, ipſe quoque ſentio, & in me acquieſcentem do & dico. Profiteor quoque beatiſſimum patrem patrum maximum pontificem & vicarium domini noſtri Ieſu Chriſti antiquæ Romæ papam, ad certam omnium fidem.* Hæc patriarcha.

Quarto, ſi ſummi pontificis decretum, quo declarabatur, ſynodum eſſe Ferrariæ legitime congregatam, (conſentientibus qui jam advenerant Græcis patribus) in ea ſeſſione illico promulgandum erat, quid opus erat promulgatione antecedentis alterius etiam decreti patriarchæ de eadem re, in eadem ſeſſione? Nam ſi hoc decretum patriarchæ erat idem cum illo pontificis, apparuiſſet ſuperfluum: ſi vero contrarium, apparuiſſet nullum. Quod ſi ſupplebat quæ deerant, illud pontificis apparuiſſet deficiens & impræmeditatum.

Quinto, diſcrepare etiam videtur a decreto papæ, quod in eadem ſeſſione illico promulgatum eſt. Nam pontifex ipſe præſens decernit & declarat, conſentientibus reliquis, ut diximus, ſynodum univerſalem eſſe in Ferrarienſi civitate, legitime ſcilicet congregatam, utpote a ſe prius Baſilea tranſlatam, & Ferrariæ indictam, imo etiam ante adventum ipſius papæ a Nicolao tituli ſanctæ Crucis presbytero cardinali, apoſtolicæ ſedis legato, ejuſdem ſedis auctoritate canonice ſeſſionibus publicis inchoatam & celebratam, atque iterum ab eodem ſummo pontifice ante adventum Græcorum in ea præſidente confirmatam, ut in prima parte hujus operis apparet: cui indictioni, inchoationi & confirmationi in ſuo præſenti decreto inſiſtit Eugenius, accedente novo conſenſu patrum Græcorum: *Decernimus*, inquit, *& declaramus, accedente conſenſu imperatoris, & patriarchæ, omniumque in præſenti ſynodo exiſtentium, ſacram eſſe univerſam œcumenicam ſynodum in hac Ferrarienſi civitate*, legitime ſcilicet congregata: ut enim hic ait Andreas, *hinc inde tractatibus habitis convenere, ut in eccleſia cathedrali convenientibus Latinis & Græcis declararetur per ſummum pontificem concilium œcumenicum ibidem eſſe legitime congregatum.* Hæc Andreas.

Quamvis uſque ad menſem Octobris non ſint publicæ diſputationes habitæ, ſed privatis conventibus præludia in me-



ANNO CHRISTI 1438.

in medium ſint deducta, ut idem ait: quod etiam magis expreſſit Eugenius papa in literis apoſtolicis incipientibus, *Dudum Baſileenſis*, infra hac eadem collatione num. 3. recenſendis his verbis: *In qua quidem civitate Ferrarienſi die IX. Aprilis conſentientibus ipſis Græcis eſſe œcumenicum concilium legitime congregatum, in ſeſſione publica ſolemniter declaravimus:* Hæc Eugenius. Patriarcha vero in hoc ſuo commonitorio poſt ſpatium quatuor menſium indicit, edicit, promulgat, ſynodum (hæc enim omnia ſignificat verbum Græcum [illegible], initio commonitorii poſitum) quaſi tranſlatio de Baſilea & indictio Ferrariæ, imo & inchoatio prius legati, & noſtra ipſius papæ, ac poſteriores confirmationes ſufficientes non fuerint, id ipſum eſt quod aperte ſubditur in commonitorio illis verbis: *Si vero reges & principes alibi voluerint ſynodum celebrari, de eo quod potius eſt deliberent, idque ſit in ſynodi poteſtate.* Verum hoc illud eſt, quod & Baſileenſes pontificis auctoritati oblatrantes, adverſus Eugenium exaggeraſſe conſtat, conquerentes, ut videre eſt in actis ejuſdem concilii, & teſtatur Auguſtinus Patritius, ut in fine tertiæ partis hujus operis: *Eugenium papam propria auctoritate ad enervationem auctoritatis concilii, ut oſtenderet ſe ſummum imperium habere ſupra concilium, illud de loco in locum pro ſuo arbitratu tranſtuliſſe.* Hæc Patricius.

Sexto, magnam etiam & inveriſimilem habet rerum & verborum hoc patriarchæ commonitorium redundantiam. Nam ultra ea quæ diximus, plura etiam poterit ſapiens lector animadvertere, quorum aliqua ſatis erit indicaſſe. Si enim papa, & cum eo Romana curia præſentes aderant, quid opus erat, eos etiam qui Romæ erant, in ſpecie convocare tamquam abſentes?

Septimo convocantur etiam in hoc commonitorio *doctores vel ſapientes, & illi qui ſunt in aliquo officio eccleſiaſtico. Quod ſi nequeant accedere ad generale concilium, mittant ſuam confeſſionem, vel vicarium.* Hæc autem ultra perſonalem hujuſmodi hominum induſtriam ad diſputandum & conſulendum, præ ſe ferunt etiam jus ad decidendum: *in quo magna eſt cum cautela procedendum, ne* (ut ait Turrecremata de eccleſia lib. 3. cap. 14.) *ex conſuetudine prætendant jus habere in diffinitionibus univerſalis concilii, ex quo plura inconvenientia ſequi poſſent.*

*Primum eſt, quia frequenter contingeret, ut judicium univerſalis eccleſiæ ad voces inferiorum revolveretur:* & ſubdit: *Intelleximus, cum in Baſileenſi concilio fuimus, quoſdam novellos magiſtros ad hoc ſumma violentia intendere, cognoſcentes, quod admiſſis novellis doctrinis eorum, de auctoritate conciliorum & admiſſione inferiorum ad voces diffinitivas, major pars eccleſiæ eſſet ſemper apud eos, quotieſcumque celebrarentur univerſalia concilia: a quo periculo dignetur eccleſiam ſuam ſanctam dominus cuſtodire.*

*Secundum inconveniens quod ſequeretur, ſi alii quam epiſcopi admitterentur in multitudine ad voces diffinitivas, eſt, quia eſſet in poteſtate unius principis, in cujus terra celebratur concilium, diffinire quidquid vellet in concilio, ſive adverſum papam, cum mittere poſſet tot doctores, magiſtros & abbates & presbyteros curatos, qui ſupergrederentur multitudinem epiſcoporum, practicam hanc ſacrilegam dolenter oculis noſtris aſpeximus in Baſileenſi concilio.* Hæc Turrecremata, qui utrique concilio, Baſileenſi ſcilicet & Florentino interfuit: cujus dicta comprobantur ex tumultu eccleſiaſticorum in Baſileenſi concilio ſupra relato ex Auguſtino Patritio in prima parte hujus operis paulo poſt initium.

Octavo, quibuſnam aliquando in actibus generalium ſynodorum lectum eſt, ante decretorum & canonum confectionem & promulgationem, latam eſſe excommunicationem latæ ſententiæ contra inobedientes & non recipientes futura decreta, ut ſic in hoc commonitorio?

Nono, quamvis hac in ſeſſione qua lecta ſunt decreta, narratur in Græco codice, patriarcham edito in ſolio ſediſſe, non ita multo poſt ſubjicitur, eumdem cum ægrotaret in ſynodum non veniſſe: quod & Andreas teſtatur. Si ergo præſens non aderat, qua tandem ratione hoc in edicto, veluti coram extans, recenſetur, atque una ſimul cum pontifice, quique aderant, ceteris, indicit ſynodum? Et hic etiam ad inſinuandam præſentiam patriarchæ fit alia mutatio in Græco codice verborum decreti Eugenii: nam apud Andream ſic legitur: *Decernimus & declaramus, accedente conſenſu dictorum imperatoris & patriarchæ, omniumque in præſenti exiſtentium ſynodo.* At vero in Græco codice: *Decernimus & declaramus, conſentientibus dictis imperatore & patriarcha, qui præſentes hic ſunt, & omnibus qui ad hanc ſynodum convenere.*

Ex quibus apparet hujuſmodi exhortationem, ſeu commonitorium patriarchæ, omiſſo ejuſdem legitimo mandato ab Andrea relato, ad inſtar decreti ſummi pontificis, in non concupitam gratiam ullius ſanæ mentis patriarchæ a quopiam meditatum.

Obſervandum autem, quod præfata conſtitutio Eugenii e Græco in Latinum tranſlata ſic ſe habet: *Decernimus & declaramus:* & infra, *Sacram œcumenicam ſynodum eſſe in hac urbe Ferrariæ libero tutoque loco celebrandam.* At vero in textu non ſolum Andreæ, ſed etiam Græci ſcriptoris non adeſt hoc futurum, *celebrandam*, quod æquivocum eſt ad celebrationem inchoativam, vel continuativam: ſed ſic apud utrumque legitur: *Decernimus & declaramus;* & infra, *ſacram œcumenicam ſynodum eſſe in hac urbe Ferrariæ:* vel ut habet Andreas, *in hac Ferrarienſi civitate;* mens enim & ſenſus conſtitutionis eſt, non ſolum in futurum ſacram ſynodum celebrandam fore, ſed jam eſſe, ſcilicet legitime congregatam, inchoatam & celebratam ſynodum; ut ſupra evidenter probatum eſt. Quapropter futurum illud: *celebrandam*, expungendum eſſet e tranſlatione Latina e regione textus Græci poſita. Moderna autem textus Græci in Latinum Joannis Matthæi Caryophili tranſlatio ſecuta eſt in hac parte antiquiorem Abrami Cretenſis, ex quo hanc conſtitutionem deſumpſit, ut patet legenti, Laertius Cherubinus, & inſeruit in ſuo bullario Romano ſub Eugenio IV. bulla XI. de quibus tranſlationibus Caryophili & Abrami Cretenſis ſatis diximus in præfatione operis.

7 *Accedente.* ] Memineris lector id factum de more omnium conciliorum, ut patrum requiratur conſenſus, qua de re Græcos inter & Latinos tractatum fuerat, ut paulo ſupra dixit Andreas.

COLLATIO II.

## COLLATIO SECUNDA.

### DIE IX. OCTOBRIS.

*Eliguntur diſputatores pro Latinis & Græcis.*
*Orant in concilio Nicænus & Coloſſenſis.*
*Epheſinus proponit, non potuiſſe addi*
*ſymbolo verbum, Filioque.*

AND. Nona die Octobris, ut publicæ diſputationes fierent, eſt conventum, & ſimili ritu & ordine, quo in cathedrali eccleſia retuli. Ordinatis ſedibus in majori capella palatii apoſtolici, convenerunt ſummus pontifex una cum venerabili Latinorum caterva, ac imperator & patriarcha cum Græcorum comitiva.

Anno 1438. In Græco, die 8. Octobris, feria IV.

LUD. Rem quidem dictu audituve mirabilem audio, cauſam fidei in contentionem deduci, quæ quidem nec omnium qui huic conventui præſentes fuerant, communi conſenſu poterat mutationem ſuſcipere. Se de his alias verbum faciam, an jure factum ſit, ut ad fidei parem diſceptationem admiſſum ſit Græcos venire, cum ſolum ut dogmata noſtra ſuſciperent, inſtructioneſve fideles, quas docet & tenet univerſalis Romana eccleſia; quæ nullius hæreſis contagione unquam aſperſa eſt, nec labefactari permittitur, & Dei verbo, qui pro ea ſemper indefeſſe [a] orare profeſſus, tantummodo forte fuerant [b] convivandi: ſed de his nunc verbum non fiat. Dic rogo, quorum organis res tam grandes in medium prolatæ ſunt. Scio oportuiſſe, certos fuiſſe diſpoſitos (prout ex tuis verbis factum fuiſſe percepi) qui onus hinc inde diſputationis ſuſciperent. In hoc namque eſt intellectualium rerum præſtantia, quod corporalibus certaminibus omnium corpora adjumento ſunt. Intellectualibus vero paucitas, præſtantium tamen animi vigore, ac elegantia virorum venerabilium.

[a] Chriſtus Deus & homo dixit in quantum homo Petro, *Rogavi pro te, ut non deficiat fides tua.* Lucæ 22.
[b] *Forte*, convocandi. *B.*

AND. Dixi [1] ſex hinc inde fuiſſe diſpoſitos.

LUD. Ex noſtris qui?

AND. Reverendiſſimus dominus cardinalis ſanctæ Sabinæ, ſancti Angeli cognominatus; dominus archiepiſcopus [2] Coloſſenſis ordinis Prædicatorum, dominus [3] Forolivienſis ordinis Minorum, dominus [4] provincialis Lombardiæ ordinis Prædicatorum, dominus Petrus Perquerii

Collatio II.

querii magiſter in ſacra pagina ordinis Minorum, & dominus Joannes de ſancto Thoma ordinis Eremitarum.

Lud. Ex Græcis vero?

And. Dominus Marcus archiepiſcopus Epheſinus, dominus metropolita Ruſſiæ, dominus archiepiſcopus Nicęnus ætate juvenis, ſed doctrina & gravitate venerabilis; quidam ſæcularis, & duo cruciferi ſanctæ Sophiæ, quos cardinales vocant.

Lud. De metropolita Ruſſiæ nunc primum audio, cur hactenus de eo verbum habitum non eſt?

And. Nequivi quidem in patriarchæ adventu, cum ſecum non venerit: ſed cum magno equitum apparatu ex Poloniæ partibus magnis cum ſumptibus per terram venit, de menſe Auguſti Ferrariam ingreſſus eſt: ſicque nequivimus pertinenter hactenus de eo facere verbum.

Lud. O fidei ſanctitas, ac inexolubile unitatis vinculum, quæ tanta terrarum diverſitate diſtantes in unum congregat & ligat! Sed eo mirari non deſino, quod cum Græcorum gentes Turcarum incurſibus ſint oppreſſæ, valeant tantis ſatisfeciſſe ſumptibus.

And. Mirari deſinas, cum ſummus pontifex ex proprio Romanæ eccleſiæ ſumptu, introitibuſve eos conduxerit, ſumptuſve quamdiu his in rebus cum caritate manſerint, facere pollicitus, id facto executus ſit.

Lud. Quo ordine hæc colluctatio cępta eſt?

And. Duobus ſedilibus in capellæ medio verſus altare, noſtris ſex in oppoſitum, ſex Græcis ſuo ordine aſſidentibus, unus ex Græcis Nicænus Græco ſermone, demumve per interpretem in Latinum tranſlatis his verbis exorſus eſt.

## SERMO DOMINI ARCHIEPISCOPI NICÆNI.

Extat Græce & Latine tom. XVIII. concil. pag. 33. alterius translationis.

Non modo fines maximarum rerum, cum ad vota proceſſerint, eos ſolent oblectare, qui pro ipſis elaborarunt, verum etiam nihilo minus ipſa principia quando adſunt. Principium enim & in omnibus aliis plurimum valere neceſſe eſt, cum ſapientum communi ſententia, totius dimidium appelletur. Eſt enim longe facilius principio dato ad finem proficiſci, quam illud aliqualiter tangere, ſi otioſi [a] volumus eſſe. Maxime autem in divino præſenti opere plurimum poſſe ſperandum eſt: & quod ad bonum id tendat finem, nos cenſere oportet, tum confiſos divinæ promiſſioni, qua datur ſperare, in medio noſtri Deum nos habituros, quo præſente, nil omnino eſt deſperandum: tum etiam id quod jam factum, magnum exiſtimantes argumentum & conjecturam rerum futurarum. Tantum enim jam temporis membra eccleſiæ inter ſe fuerunt diviſa, ut nedum convenire non paterentur, verum & ipſo audito id permoleſte ferebant. Nunc autem tantum utriſque promptitudinis impenſum fuit, ut cum multa impedientia fuerint, omnibus tamen ſuperatis, adventum ſit, unde per rectum ad unionem tenditur. Hoc quiſnam divinæ non adſcribat poteſtati, & conſequenter fauſtum de omnibus ponat omen? Dies enim hodiernus, dies lætitiæ eſt, & licet nos exultare ſpiritu gaudentes. Præclara ſane ſunt exordia præclariſſimarum concluſionum, magnæque primitiæ maximorum fructuum. Machinationes inimici, & quem adverſus nos contexuit dolum, cum ut adinvicem pugnaremus provocavit nos amicos & fratres, imo ejuſdem capitis membra & partes, & unius paſtoris ovile, defluere jam incipiunt, evaneſcereque ac diſſolvi, ita quod ad unionem eamdem properent quæ diſtabant, & ad conjunctionem quæ diſſidebant, cum utrique ſub eodem angulo contineri quam maxime velint & optent. Convenerunt equidem ambo cum pari intentione atque eodem propoſito, quod nullatenus permittatur, ut vincere, ſeu vinci omnino quæratur. Non enim eſſet hoc diſcipulorum Chriſti, nec moderatorum virorum, at quorumdam contentioſorum, & illorum, qui omnia vellent arrogare ſibi, ac propriis voluntatibus: at qui veritatem dumtaxat cupiunt invenire, cum qua vinci etiam paterentur, & abſque qua vincere quidem expellendum putarent. Quamobrem veritatem clareſcere neceſſe eſt, ac illis prorſus ſedatis, quæ fuere impedimento, omnibus dominari; falſum vero longe debet explodi, quod cum filiis mendacii collatum, illis etiam dominetur, qui patrem mendacii plurimi ducunt, & illo duce omnia & agunt & dicunt. Quidnam diceret quis huic rei condignum? quid denique præconiis poneret ſimile? Omnes igitur gaudeamus ſpiritu, cunctis ſit curæ de ſalvatoris laudibus, gratias agentibus ei de rebus jam effectis, ut finem videre poſſimus, qui ſit hujuſmodi principiis congruus. Præterea offerat unuſquiſque noſtrum omnia quæ ſibi ſunt poſſibilia, & quæ deducent ad finem & ſacram unionem Chriſtianorum. Omnia ſunt nobis agenda, cuncta tentanda, in nullo deficientibus vel ſtudii, vel promptitudinis, vel certaminum, vel laboris. Simus memores, quod non ſolum orare oportet, ſed etiam noſipſos obſequi Deo. Non enim omnia ſunt ſperanda a ſumma potentia; dum ipſi nihil agamus. Eſſet hoc profecto contrarium illis, de quibus oramus, ſi auxiliatorem precamur habere Deum, dum ipſi nihil facultatis noſtræ adhibeamus, quod ſit operæ pretium, & quo Deus nobis opituletur. Tali namque modo eumdem habebimus nobis ſuffragantem, atque facilius & magis proſpere ad finem proficiſcemur. Quod quidem utinam fiat, o Deus ſalvator, ut illo die aſtantes tibi cum plauſu decantemus hymnum victorioſum atque gaudioſum, ab uno, & eodem impulſi ſpiritu, & eamdem modulationem reddentes, necnon eadem connexi ſerię, ſub te & uno & eodem capite valeamus vivere, moveri & ſpirare; idem ſentientes, idem profitentes, & adinvicem idem exiſtentes. O Chriſte rex, unum te ſuper nos & eumdem regem & volumus & optamus, cujus pretioſo ſanguine redempti ſumus, qui pro nobis venditus ſub peccato, pro noſtra redemptione teipſum tradidiſti. Fac igitur ut nos ambo unum tibi ſimus ovile; nec patiare tuos eſſe diviſos, nec permittas illos adinvicem decertare. Quinimo noli alteros relinquere, alteri vero opitulari; pro utriſque namque teipſum tradidiſti, pretioſi ſanguinis tui effuſio ambobus lavacrum effecta eſt. Commune igitur & nunc tuum auxilium dona nobis, ac utriſque teipſum adhibe. Ad te denique noſipſos utroſque alliciens, unum & eumdem finem teipſum ſtatuens, ut alterno connexu & mutua affectione jungamur: nec permittas inciſos nos eſſe, & abinvicem diſſidentes,

a Græcus scriptor: sic Facilius est pervenire ad finem ordiendo, quam ordiri prorſus ſocordiæ indulgendo.



Anno Christi 1438.

ut proinde neceſſario alteri a fine propoſito decidant. Spiritus ſancte, qui ex gratiarum fons, ſpiritus ſapientiæ, ſpiritus intellectus, ſpiritus timoris Dei, pro quo & cum quo hoc propoſitum certamen eccleſiis eſt, expellas a nobis omnem cogitationem ſuperbam, timorem autem Dei noſtris omnino inſeras animabus, intellectum & ſapientiam nobis largire; & una nobiſcum certamen iſtud peragens, quod pro te agitur, declares omnibus veritatem, cum non ſolum ſpiritus veritatis ſis & voceris, verum etiam quod omnem veritatem nos doceamur, opus tuum ſit, juxta vocem illam veritatis veram & irrecuſabilem. (Joan. 16.) O Deus Trinitas, quæ omnia produxiſti rationibus ineffabilibus, & quæ cuncta contines & provides & regis, tuum opus eſt homo, poſt forſan omnia alia, ſuper omnia tamen viſibilia conſtitutus. Habuit etenim principium hoc, &, ut opinor, regium, ut præparatis jam bonis ad vitam ingrederetur: de quibus rebus, corporalibus ſcilicet & præſenti conducentibus vitæ, pluries, imo ſemper illi providus es. Nec vero minus de illis, quæ ad ſtatum & ad perfectionem reſpiciunt animæ, cujus proprium bonum veritas eſt, & ut non erret circa opportuna, cum hoc ſit omnibus quæ habemus & habituri ſumus, melius & magis divinum: hoc quidem impræſentiarum largiare nobis & tribuas, ut ipſa veritas nobiſcum ſit, & illam comparentem nos amplectamur, data nobis venia, ſi quid in eadem inviti erremus, & præſertim in rationibus quæ de te ſunt; cum non modo tu ipſe ininveſtigabilis & inſcrutabilis ſis, verum etiam multa de tuis creaturis, quamvis tenues ſint, tuæ divinæ imaginis reſonantiæ & quaſi umbræ atque ſimulacra. Annuas igitur deprecantibus nobis, & viam illam, te duce, ſequentibus, quæ ad te ſolum verum Deum perducit; quemadmodum denique tu, cum trinus ſis in perſonis, unam tamen & eamdem ſalvas ſubſtantiam & naturam, nihil huic identitati perſonarum obſtante numero: ſic etiam nos, licet ſimus plures & diverſarum nationum, inſuper vero inimico ſeminatore, heu mihi, diverſæ opinionis & fidei, unum tamen & idem futuros in fide oſtendas, & in opinione quæ eſt de te, hac differentia prorſus ſublata, non obſtantibus nec nationum varietate, nec corporum numero, neque multitudine. At hæc ita ſint perorata. Vos vero quid dicitis, qui ſacrum hoc concilium conſtituitis, ac rerum exiſtitis auctores? Qui multum elaboraſtis, multum inſuper ac ſæpiſſime oraſtis, hunc poſſe diem videre, qui & rerum principium, & futurarum prænuntius ſit excellentiſſimus. Quiſnam condigne poterit vos honorare? Quis denique condecenter laudare, cum inſpiciatis veſtrorum laborum fructus floreſcere? Beatiſſime pater, nunc vero es perbeatus, & adhuc eris amplius, cum, Deo duce, ad finem applicabimus, quo ille nos diriget. Multa tibi parabuntur a Deo præmia, ſi ſanctam eccleſiam univeris ſuam: maximum perficies opus, ſi propoſueris uſque ad finem perſeverare, atque cuncta e medio tollere ſcandala, illorum denique loco pacem inducere & concordiam. Multum adhibuiſti zeli, multum ſolicitudinis, plurimum vigilantiæ atque curæ, quo filii Chriſti undique congregarentur, & ad diſcutiendum ſimul, & fraternaliter & ſpiritualiter ad idem conveniendum, veritate victrice. Nemo ſecus dicet, omnes ſcient hæc. Ego ac omnes ſumus tibi teſtes: at oportet te finem ſpeculari, & ad id ordinare, providere denique, ut illa lætitia, qua in principiis afficimur, pedetentim aucta & promota circa finem multiplicetur, & ad extremum terminum proficiſcatur. Equidem cum hæc principia ſint præclara, & hujuſmodi primordia, cogita exinde qualis futurus ſit finis talibus conveniens principiis. Quantum ille conſequetur gloriæ atque laudis, quantum bonæ famæ, quantum coronarum, qui tot jam cauſas diſpoſuit rerum, totque ulterius eſt politurus. Habes ad hoc cooperatorem & ſequentem filium tuum imperatorem piiſſimum, ſereniſſimum, & Chriſti amatorem, qui cum multa ſint ex quibus ſemetipſum ornavit, præcipuum illud habet, zelum pro Deo, & pro bono ac pietate ferventiam: qui coætaneum habens ſibi ſacrum hujus ſanctæ eccleſiarum unionis deſiderium, nunquam defecit, quin diligenter perſcrutaretur tempora, quæ ad hoc conducerent: quibus tandem ſapientia cognitis & inventis, ac peropportune raptis, ad hoc promovit rem, ut videretur. Is cum ad unum hoc bonum niteretur, hoc denique deſiderio totus afficeretur, contempſit pericula, deſpexit delicias & quietem, vilipendit tantum mare & fluctus tanquam montes tumeſcentes, parvi duxit præterea corpus & vitam & patriam, ut efficeretur Chriſti cooperator, & pacem eccleſiæ largiretur, cujus non modo eſſe alumnus, ſed & protector & ſtudet & pollicetur. Non deficiet præterea & pari promptitudine ſacer is & venerabilis patriarcha, qui licet ſenectutem videatur habere profundam, & feſſus ſit ratione corporis, locupletatur tamen anima omnibus bonis juveneſcente, ac ſpiritu fervente, qui permultum appetit, nimiumque peroptat dignus judicari ad hujuſce operis miniſterium. Quamobrem gaudet præſentibus rebus, & corporis amplectitur vitam, ut finem imponat bonum huic divino operi, ſine quo profecto moleſtaretur ex corpore jamdiu feſſo. Omnes tecum operabuntur in hac intentione. In hoc præſenti certamine nullus eſt, qui aliud quidpiam cupiat potius hoc peroptato fine. Ad hoc omnes intuemur, hujus vehemens amor omnium inflammat animos: propter hoc ex longinquo in aliena terra commoramur, homines quorum partim e medio ipſius Græciæ, partim ex ſeptemtrionalibus ac orientalibus orbis terrarum partibus ad ipſam Italiam navigamus. Non igitur tantam diligentiam ſuperet inimicus noſter, o Deus ſalvator, non evaneſcat tanta noſtra, cum tot ſimus, ita diuturna, ita multis laboribus & ſtudio perpetrata congregatio. Nec hoc virorum eſt ſapientum rationes ſcientium ponderare judicio: aliis irruat inimicus, ſuper aliis gaudeat & vincat. Nos autem nec attingat: armis ſpiritualibus armemur, noſipſi hoſtem expugnaturi, ſuſcipiamus loricam juſtitiæ & galeam ſpiritus, & verbo Dei auctore invadamus hoſtes: requieſcamus denique quo ipſum nos ducet. Omnem altitudinem deponamus, quæ adverſus gloriam extollitur Dei, omnemque cogitationem ſuperbam & vanaglorioſam eradicemus, humilitate uſi, & Dei timore ſuffragante nobis in hoc certamine: illum ante oculos ponamus, & ad illum applicare conemur. Velimus etiam nonnunquam potius bene vinci, quam male in omnibus vincere; cum non ſolum ratio boni ſalvetur in ſuperando, licet ſecum etiam habeat veritatem: verum etiam poſſumus & bene vinci, in

Collatio II.

COLLATIO II.

a id eſt, bene vinci eſt etiam ſtatus bonus, & indicans victoriam.

eodem ſtatu a bono manente, ac pariter victo- A
riam indicante. Imo poſſet quiſpiam dicere,
majus eſſe bonum hoc extremum, quam primum
cum conducibilius ſit unicuique bonum potius
pati, quam aliis facere; & magis audire, quam
dicere; ac errore liberari, quam liberare. Ex-
cellentiſſime imperator, & tu ſanctiſſime pa-
triarcha, ad ipſum punctum res devenere, &
quod jamdiu deſiderabatis, ecce adeſt. Date
jam gloriam Deo, reddite laudem ipſi; illius
hoc opus: ille namque vobis in animo hoc po-
ſuit, ille tantum amoris indidit, illo denique
auctore ad id ventum eſt. Siquidem vere gra-
tias dignas de præteritis ipſi agemus, pro futu-
ris autem toto ſupplicabimus corde; debitum
perſolvemus noſtrum, & propoſito operi pro- B
pterea magis propitium habebimus Deum, ſi
nos oſtendemus dignos ſupplicationum noſtra-
rum, & de præteritis non ingrati fuerimus,
noſipſos & totum negotium ad ipſum refera-
mus, omnem ſpem cogitationemque noſtram in
ipſo collocantes; cum ipſe ſit qui nos alet cibo
divino atque cœleſti, ſine quo homo non vivit.
Sicuti denique omnia peregimus hucuſque tum
in ſupplicando Deo, & ipſius auxilium implo-
rando, tum etiam ea faciendo quæ erant facien-
da: ita deinceps etiam, multoque magis quan-
to propinquamus ad finem, nobiſipſis prom-
ptiores efficiamur, Deum advocantes diu, no-
ctuque minime ceſſantes, quouſque ad bonum
deveniamus finem, & noſtrarum ſolicitudinum C
quietem inveniamus. Ea quæ violenter aliquo
ducuntur, quæque inſtinctum motus extrinſecus
habent, lentius moventur, cum veniunt prope
finem: at quæ natura intrinſecus moventur, ve-
locius, cum ad finem propinquant. Vos vero
cum intrinſecus & quaſi ex natura moveamini
ad bona, quorum ſumma præſens negotium eſt,
cavete, ne primum patiamini, ſed cum mox
conſequi cupiatis proprium finem. Bonus ete-
nim finis proprius eſt viris optimis in optimis
rebus. Ideoque voſipſos, noſque omnes prom-
ptiores facite, tum exhortando, tum etiam ju-
bendo omnibus: beatiſſimum vero patrem, ſi
quando ſenectute feſſus ætati vel infirmitati
ceſſerit, compatimini & exſuſcitate, cum ver- D
bis exhortatoriis, tum operibus ipſis; voſque
ipſos omnibus efficaces exhibete. Verebitur cer-
te Imperatorem exhortantem, & rebus accura-
tius tractandis una nobiſcum, ac reverendiſſi-
mis ſanctæ Romanæ eccleſiæ prælatis, omni-
buſque aliis, bonum, Deo duce, imponet fi-
nem. Quod quidem utinam fiat, ut hoc om-
nium oculis viſo, cunctiſque perfectiori lætitia
fretis, ac ſpirituali gaudio ſincerius repletis,
ad beatiſſimi patris, tuique ſancti imperii lau-
dem provocemur; & cum plauſu denique exul-
tantes, huic ſanctiſſimo patriarchæ, & huic ſa-
croſancto univerſo cœtui, poſt debitum Deo
hymnum, communem vobis laudis conſtruamus
coronam. Utinam dederitis mihi hoc extre- E
mum certamen: utinam communem vobis lau-
dem explicem, utinam honoraretis me per hunc
modum: utinam elaborem in hoc noviſſimo cer-
tamine: & dum ſub uno & eodem Dei verbo &
domino fuerimus, uno & eodem etiam ſermo-
ne vos conjunctim laudem, & retribuam vobis
ex quibus teneor, illud quod potero in Chri-
ſto Deo, cui decet gloria in ſæcula ſæculorum.
Amen.

ANNO CHRISTI 1438.

b Hic incipit ſecunda ſeſſio penes Græcum ſcriptorem: *ſupra pag. 46.

AND. His expoſitis, illico reverendiſſimus
dominus Coloſſenſis impræmeditatus his verbis
exorſus eſt: b Voluiſſem pontifex maxime, eo
animo nunc me coram ſanctitate tua veniſſe, ut
iis quæ reverendiſſimus pater metropolita Ni-
cænus in hac ſua ornatiſſima atque graviſſima
oratione attigit, verbis accommodatis reſpon-
derem. Non quod aliquid ipſe omiſerit, quod
ego ſuffecturus venirem, ſed quæ ipſe de di-
gnitate atque de utilitate unionis acutiſſime
peroravit, aliis verbis etiam ipſe probarem: cum
tanta ſit unionis & pacis excellentia, & præ-
ſertim in ea parte quæ ad religionem pertinet,
ut nullum ſit acumen ingenii, nulla orationis
copia, quæ hujus virtutis dignitatem ſatis de-
B ſcribere poſſit. Sed cum de aliis rebus diſputa-
turus acceſſerim, quæ hoc genus argumentandi
non patiuntur, ideo impræſentiarum de illis di-
ſputare non ſtatuo; præſertim cum in hac an-
guſtia temporis ſatis apte utrumque fieri non
poſſit. Illud tamen, pater ſanctiſſime, ſilere mi-
nime poſſum. Nam cum in ceteris officiis quæ
ad pontificem optimum maximum attinent, glo-
rioſiſſimum nomen aſſecutus ſis, in hoc piiſſimo
opere te etiam ſuperaſti. Nemo ſuperiorum pon-
tificum eſt, qui in hoc tam ſacro negotio ha-
beat tecum conferri. Illi enim vel ſingulis pro-
vinciis prima rudimenta religionis dederant, vel
literis multos populos nationeſque docebant.
Tu lectiſſimos quoſque orientalium nationum,
C Græcos, Ruthenos, Iberos, Valachos, & alios
qui Pontum & Aſiam incolunt, tua eximia ſa-
pientia, religione, cura, ſumptibus, triremi-
buſque tuis ad tuam præſentiam conduxiſti. Egi-
ſti hac tua præſtantiſſima ſapientia, ut œcume-
nicam ſynodum in Italia convocares, ad quam
hic ſereniſſimus imperator, & ille reverendiſſi-
mus pater patriarcha Conſtantinopolitanus li-
bentiſſime acceſſerunt. Hi enim cum de clariſ-
ſima fama tuæ ſanctitatis, atque divinis tuis
operibus ad tuam venerationem pridem fuiſſent
inflammati, voluerunt, quem prius ſumma ob-
ſervatione coluerant, coram quoque videre.
Quod quanto deſiderio fecerint, ex his manife-
ſte intelligi poteſt, ut hic glorioſiſſimus prin-
D ceps, dimiſſo imperio inter falces (ut ſic dixe-
rim) infidelium, ſpretiſque voluptatibus regiis,
ceteriſque deliciis, quibus ſummi principes ob-
lectari ſolent, hanc longam peregrinationem
cum vitæ & fortunæ ſuæ periculo ingreſſus eſt.
Illum etiam venerandiſſimum præſulem nec gran-
dis ætas, nec corpus ægritudine longa defeſſum
detrahere potuerunt, quo minus per tot diſcri-
mina rerum ad tuam præſentiam feſtinaſſet. Hi
etiam utriuſque ordinis clariſſimi patres, om-
nibus ſuis, etiam percariſſimis; longe poſtha-
bitis, ad te ſolum & unum venerandum receſ-
ſerunt. Dubitare enim non poterant, quo mi-
nus tantus fervor, tanta cura, tantum denique
ſtudium pro hac ſanctiſſima unione conficien-
E da, tanta denique impenſarum largitio ad o-
ptatum utriuſque gentis deſiderium non dedu-
cerent. Habet hæc noſtra ætas inauditum quod-
dam admirabileque negotium, ut qui tot an-
norum curriculis nomen Latinum atque reli-
gionem abhorrebant, jam ad conciliationem
unionemque feſtinent: nec hujus admirabilis
operis, poſt Deum, alium auctorem quam tuam
ſanctitatem eſſe intelligunt. Te magnificentiſſi-
mum benefactorem, te paſtorem piiſſimum, te
vere ſucceſſorem Petri exiſtimant. In te omnia
ornamenta virtutum, quæ ad pontificem maxi-
mum



ANNO CHRISTI 1438.

mum attinent, uno ore fatentur. Perge igitur, A pater ſanctiſſime, ut cœpiſti, & rem tam ſacram in finem uſque perducito. Hoc enim modo ovile Chriſti, quod tot jam currentibus annis diſperſum fuerat, reficies, & oves Domini errantes ad paſtorem reduces. Cumque ultimus ille venerit dies, tot gentium ac nationum meritis ampliatus, illi tot humanos ſpiritus ſalvos offeres, cujus in terris officio functus, tam admirabile opus facere ſtuduiſti. Et hæc quidem, pater beatiſſime, ex impræparato utcumque dicta ſuſcipere digneris. Ego autem benedictione tua ſuſcepta, ad illum reverendiſſimum patrem jam faciem verto, auditurus de eo, quod ipſe additionem nominat, quid dicere velit.

AND. Quibus expoſitis, optio data eſt Græ- B cis, proponentium, ſeu reſpondentium partes vellent ſuſcipere. Proponentium electis partibus, Epheſinus, & ſex deputatis ſic inquit. Cum intentionis.

LUD. Parumper, oro, ut audias. Quo pacto hæc in Latinum ſcribis? anne Latinis verbis propoſita ſunt?

AND. Audias rem auditu mirabilem. Nam uni cuidam Nicolao natione Græco onus injunctum eſt, qui res tam grandes Græco ſermone per Græcorum patres expoſitas, verbis Latinis, & quidem gravibus & facundia plenis illico proferebat, a ſenſu & ſententia in nullo divertens: quod difficillimum in traductione ab omnibus judicabatur: paritèrque Latina lingua per C noſtros expoſita, in Græcum convenientiſſime referebat. Aderant ex Latinis plurimi, qui Græcis literis eruditi, de fida translatione judicium dabant: omnium tamen judicio impoſſibilitati fuiſſet adſcriptum, tam facilem eſſe traductionis modum de rebus maxime tam profundis; cum & Hieronymus ſe magna verborum extollat copia de translationibus propriis: quidamque noſtris temporibus famam apud Latinos maximam vendicarunt, in certis Græcorum opuſculis Latinam in linguam traductis: ſed tam facili viſa animi præſtantia, animique vigoroſitate in comprehenſione expoſitorum, multo omnibus, de quibus memoria eſt, videbatur hic præferendus in traducendis Græcis D literis in Latinas & Latinis in Græcas. Interfui tamen die quodam, cum per duos ex reverendiſſimis dominis cardinalibus ſancti Marci & ſancti Angeli multipliciter collaudatus vir hic reſpondit: Rem hanc facilis traductionis adſcribo Spiritus ſancti gratiæ, cujus res agitur. Reſponſum quidem veritati, omnium judicio, conſonum viſum eſt. Erat igitur vir hic ſcabello quodam inter concertantes diſpoſito ſedens, Latina in Græcum, & Græca in Latinum illico cuncta exponens. Græca ex Græce expoſitis requirant, qui Græca appetunt: noſtra autem ex Latine prolatis: cuncta namque in Græcum & Latinum prolata ſunt interpretis organo.

LUD. Sed quonam modo cuncta ſeriatim explicare diſponis? E

AND. Res grandes cum conſpexiſſem, calamum ſumpſi, onuſque ad ſcribendum prolata ſuſcipiens, id proſecutus ſum Referam, nulla mutata ſubſtantia, Græcorum dicta ex interpretis organo; Latinorum, ex ipſorum exponentium originali emiſſione verborum.

LUD. Incipias Dei cum adjutorio, cariſſime frater.

AND. Faciam, tuo voto ſatisfaciens. Audias ex Græcis primum Epheſinum archiepiſcopum.



COLLATIO II.

a Hic incipit tertia ſeſſio penes Græcum ſcriptum. *ſupra pag. 47.

EPHES. a Cum intentionis noſtræ motus caritas ſit, ut in eccleſiis Dei unio conſiſtat, eadem caritate procedendum eſt. Quare ſi quid aſperum prolatum verbum emitti contingat, non voluntati, ſed rei accommodetur. Nos inchoabimus in Dei nomine. Reverendiſſimi patres quærimus, cur Romana eccleſia in ſymbolo quidquam addidit, contra prohibitiones patrum? Nec loquor de rei additæ differentia, ſed de ſyllabarum adjunctione facta ſymbolo, patrum auctoritate terminato, ſenſu & literis. Hæc eſt noſtræ diſputationis intentio; hunc morem expoſcimus in futurum ſervari, ut quolibet diſputationis exordio quæſtio diſputanda primitus in medium deducatur. Si tempus patitur, rem B inchoemus propoſitam: ſi non, differamus ad diem alium.

AND. In præludiis ac exhortationibus multum tempus effluxerat.

COLOSS. Nos & ipſi rogamus, quod jam propoſitum eſt, ut rerum difficultatibus, non voluntati, verborum ſi quæ appareret aſperitas, adſcribatur. Hoc tamen a vobis petimus, ut clara, pura, & non dubia adinvicem reſponſa ſint: & ad propoſitum dubium videretur, ut clarior eſſet reſponſio, ut daretis in ſcriptis.

EPHES. Poſtquam tempus pati arbitramini, circa rem propoſitam audite. Dominus & ſalvator noſter Jeſus Chriſtus in ſuæ ſanctiſſimæ C paſſionis ingreſſu hoc ſpeciale diſcipulis præceptum tradidit: *Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis*. Hoc proprium ſuis diſcipulis donum extitit, unum ab eiſdem requirens, ut adinvicem caritatem ſervarent. Pluribus ſalvatoris noſtri verbis de caritate mentionem facientibus, hoc donum pacis inſinuatur caritatem habentibus, & non aliis, quaſi conditionale donum, atque ſub conditione relictum, cujus eſſe ab altero pendet: & alterius b violatione violatur, & alterum. Et cum hoc ſcit, neſcimus quo pacto Romana eccleſia caritatem violans, in ſymbolo communi quidquam addiderit ſine orientalium ſcitu; quod nec a patribus, nec a ſanctis doctoribus œcumeniciſve conciliis auſum fuerit D attentari. Demum neceſſario facta eſt pacis violatio, ac pernicioſiſſimum ſchiſma, quod inter eccleſias Dei tantas calamitates detulit. Nunc vero ipſa Romana eccleſia caritatem appetens, voluit ab ipſis incipere cauſis, quibus expulſis, dabitur omnium infirmitatum curatio. Convocavit nos orientalis eccleſiæ patres, ut cauſas diſputaremus ſchiſmatis: occurrimus & libenter, ut caritate reperta, detur & pax adinvicem. Peto igitur primo, ut noſmet ad ſenſum & opinionem reducamus pari caritate & intentione, ad indubitatas & communes formas communiter approbatas. Diffinitiones antiquorum conciliorum & formæ legantur, ut imitatores ſanctiſſimorum patrum conſpiciamur. E Hoc namque & in ſeptimo concilio factum eſt, ut non prius œcumenicum approbaretur concilium, niſi forma diffinitionibuſque præcedentium conciliorum perlectis, ex quibus ſanctis patribus ſimiles intentione videbimur, & interceſſione eorum poterimus aſſequi optatum finem. Forma hac præmiſſa, procedemus ad alia.

Joan. 14.

b Pax eſt relicta ſub conditione caritatis: violata caritate amittitur pax.

COLOSS. Ex ſapientiſſime per vos expoſitis reverendiſſimi patres, quinque collegimus, quibus, quia fidei fundamentum concernunt, non arbitramur illico reſpondendum. Sed ne tanta conventio vacua hinc recedat, reſponſionem

COLLATIO II.

ſionem aliquam ex me proferam. Amplectimur oblatam caritatem: & cum objectum caritatis bonum ſit, & Deus qui bonus eſt, primo nos dilexerit, quam conceſſerit caritatem; miror cur in ſermonibus veſtris mentio tacta non ſit de Dei caritate, quæ pacem [5] præcedit. Quod ſecundo dicitis, Romanam eccleſiam violaſſe caritatem; nobis non abſque admiratione eſt, cum tot hæreſum incurſionibus in orientalibus regionibus pullulatis, Romana ſancta eccleſia legatis inſignibus, dogmatibus ſanctis, illico remedium attulerit; Silveſtro papa teſte tempore Arii, Cœleſtino Neſtorii tempore: ad quorum, ceterorumque Romanorum pontificum auctoritatem ſpectat, poteſtate Romanæ eccleſiæ concilia congregare. Nec dicere quiſquis audeat, quod illa Romana eccleſia hoc fecerit ante differentiam ſymboli, quia poſt diverſos miſit oratores, ut nollent Græci ab eorum capite deviare (& retenta proteſtatione, ut patiamur adinvicem verba, etſi gravia videantur.) Ubi eſt caritas veſtra, qui ſæpius vocati, veſtram contempſiſtis matrem? Approbo quod & dixiſti, Romanam eccleſiam nunc repetere caritatem, quod & ſemper fecit. Teſtis ſit mihi ille ſummus pontifex, qui præeſt pontificio Romanæ eccleſiæ, qui ſummis laboribus, ſumptibus & periculis ad imperatorem & patriarcham viros graves repetitis vicibus deſtinavit. Accedat & Gregorius in concilio Lugdunenſi, qui & pro imperatore & patriarcha propriis ſumptibus deſtinavit. Manſit igitur, & manet apud Romanam eccloſiam caritas ipſa. De legendis conſtitutionibus non videtur expediens ad hypotheſim, ſive problema propoſitum, cum id ex [a] evangelio diſcutiendum ſit: fiet tamen, papa mandante, ad nutum veſtrum.

EPHES. Etſi Romana eccleſia caritatem ſervaverit, non ſatisfaciunt hæc quæſito. [b] Et quod legantur conſtitutiones, videtur eſſe formæ neceſſitas.

COLOSS. Declarabimus rem in ſymbolo explicatam, rem ipſam ac veritatem habere: & ſic apparebit, non debere nos invicem differre.

EPHES. Veritatis declaratio adjuncti dogmatis differentiam tollere nequit, cum non poſſimus additionem hanc, etſi veram, admittere contra patrum decreta.

COLOSS. Si verum eſt, quare non creditis nobis?

EPHES. Quia a patribus prohibitum eſt.

COLOSS. Dico, id nobis licuiſſe explicare, cum nil additum ſit. Secundo, etſi quid additum dici poſſet, hoc licite factum eſt.

AND. His diſſoluta extitit conventio diei illius.

a Scilicet prius quærendum eſt, verum juxta evangelium verum ſit, Spiritum a Filio procedere: deinde an licuerit addere, ut ſtatim clarius ſubdit.

b Quamvis ſcilic. miſerit legationes & ſubſidia nihilominus cauſam diſſidii de quo quæritur, non auferebat, nempe additionem in ſymbolo.

## NOTÆ HORATII JUSTINIANI

### AD SECUNDAM COLLATIONEM.

1 *Dixi.* ] Non dicit in his collationibus, ſed alias dixerat Ludovico, ut ipſe Ludovicus immediate ante innuit. Sex autem fuiſſe diſpoſitos, etiam ex Fantino de Valereſo in præfatione operis diximus; quorum nomina hic ſubdit Andreas.

2 *Coloſſenſis.* ] Græcus ſcriptor Andream Rhodienſem nominat ſeſſione 1. & 3. Rhodios enim Latini Coloſſenſes etiam appellant, Apollinis coloſſo in ea erecto. Eſt etiam alia urbs Coloſſæ dicta in Phrygia, unde Coloſſenſes, ad quos ſcribit Paulus apoſtolus. Vide Orteliurn. Extat dialogus inter hunc Andream Coloſſenſem & Marcum Epheſium in bibliotheca Vaticana inter manuſcriptos codices Heidelberga advectos, cumque ſanctus Antoninus titulo 22. cap. 1. utriuſque idiomatis peritiſſimum fuiſſe dicit: nomen autem ejus non exprimit, quamvis Bzovius tom. 16. annalium anno 1439. num. 39. recenſendo dicta S. Antonini, errando dixerit, vocatum fuiſſe Bartholomæum.

3. *Forolivienſis.* ] Hunc Græcus ſcriptor Joannem epiſcopum Forolivienſem nominat ſeſſione 1. & ſeſſione 16. Et quia inter intereſſentes in actis hujus concilii part. 1. num. 20. ſub die 8. Januarii hujus anni 1438. & num. 29. ſub die 15. Februarii ejuſdem anni, deſcribitur Aloyſius Forolivienſis epiſcopus, ſciendum ex actis conſiſtorialibus, Joannem epiſcopum Forolivienſem tranſlatum fuiſſe de Forolivienſi eccleſia ad Anconitanam die 6. Martii 1437. & fratrem Ludovicum ordinis Minorum (eſt autem Ludovicus idem quod Aloyſius) tranſlatum fuiſſe de eccleſia Sanguinenſi ad Forolivienſem die 14. Junii 1437. Hinc orta æquivocatio, ut nomen Joannis quondam Forolivienſis ſit attributum a Græco ſcriptore Aloyſio tunc Forolivienſi epiſcopo.

4. *Provincialis.* ] Græcus ſcriptor Joannem nominat, quem de Monte nigro fuiſſe ait ſanctus Antoninus ubi ſupra.

5. *Præcedit.* ] Intentio Epheſii erat, quod Romana eccleſia non ſervaverit caritatem erga Græcos, ſine ipſis ſymbolo addendo, Filioque. Reſpondit Coloſſenſis, ſervaſſe caritatem, cujus primum objectum eſt Deus; nec deſtitiſſe eam ſervare erga Græcos, toties eos requirendo & vocando ad rectæ fidei profeſſionem.

ANNO CHRISTI 1438.

## COLLATIO TERTIA.

### DIE XIII. OCTOBRIS.

*Agitur de modo procedendi in diſputationibus, & cauſa remittitur ad deputatos.*

ANDREAS. ORDINE & modo locove ſupra expoſitis, Coloſſenſis his verbis exorſus eſt.

COLOSS. Tuæ ſanctitatis benedictione prævia, & cum beneplacito imperatoris & patriarchæ, quæ pridie fuere propoſita, breviter explicabo.

EPHES. Pridie non propoſuimus, niſi per modum exordii: non eſt conveniens nos audire reſponſum, niſi primo quæ volumus exprimamus.

COLOSS. Petiiſtis, quare eſt additum; audiatis rationem.

EPHES. Nil dixi pridie de his quæ dicenda ſunt, propter temporis anguſtiam.

COLOSS. Imo quæſitum perfecte feciſtis, & petiiſtis reſponſum, morem gerendo, audiatis.

CARD. Placet ut breviter verba fiant; ſed ut pacta ſerventur, quibus non ſervatis, nil fieri poſſet. Pridie receſſimus cum hoc ut Coloſſenſis reſponſum daret: cum audiatis, & habebitis & diem integrum ad dicendum quod volueritis. Diffinitiones legere non expedit. Confitemur & ſymbolum apoſtolorum, & Nicænum concilium, & aliorum conciliorum diffinitiones.

COLOSS. Quia pridie tria tacta ſunt, ego oſtendam Romanam eccleſiam cauſam ſchiſmati non dediſſe.

EPHES. Data eſt nobis electio arguendi, vel reſpondendi. Elegimus proponentium partes: quomodo poteſtis dare reſponſiones propoſitionibus, niſi auditis rationibus noſtris, quibus dicimus addere non licuiſſe?

COLOSS. Nonne me interrogaſtis, ſi vellem reſpondere? ſignum eſt, quod amplius nolebatis arguere.

EPHES. Salva reverentia veſtra, non eſt ſic.

COLOSS. Si reſponſa vultis audire, audiatis.



ANNO CHRISTI 1438.

NICÆN. Nolumus audire, niſi audiantur rationes noſtræ: & peto, ſi licet nobis adducere rationes noſtras, vel non; & ſi vultis nos condemnare tacentes.

COLOSS. Audiatis ad quæſitum per vos, & poſtea loquimini, ut vultis.

NICÆN. Licet petierimus tunc, ut reſponderes, non privavimus nos ab inductionibus noſtri quæſiti.

AND. Tunc, hac ſtante difficultate, unus ex ſex deputatis Latinis, Joannes de Monte nigro provincialis Lombardiæ ſic inquit.

PROVINC. Multa patres reverendi propoſuiſtis de caritate, & ſanctus Auguſtinus de civitate Dei 10. lib. dicit, caritatem eſſe, ut quilibet ſervet ordinem ſuum: qui ſi non ſervetur, nec ipſa caritas. Duplex eſt procedendi modus. Primus per modum argumentationis: & in hoc caſu proponens propoſitiones, & rationes habet adducere. Alius eſt inquiſitionis: & hoc modo quærens non probat. Viam hanc elegiſtis, & ſi ſic non ſervetur hic ordo, non ſervatur ergo nec caritas ipſa, cum qua procedendum eſſe dixiſtis.

NICÆN. Laudo caritatem ſervari, ſed modum elegimus arguendi, & ſic debemus audiri.

AND. Diſcuſſionibus his vigentibus, cardinalis ex deputatorum loco aſſurgens, ad papæ tribunal acceſſit; demumve rediens, ſic inquit.

CARD. Jubet dominus noſter, ut loquar ſereniſſimo principi & reverendiſſimo patriarchæ. Putabat dominus noſter, Coloſſenſem debere audiri, ex quo ab eo fuit quæſitum, ut reſponderet: & ſi permittatur iſta varietas, data hac occaſione, & in futurum fiet. Unde cum nos credamus, Coloſſenſem audiendum, vos contrarium, & hora tarda ſit; videtur, ut ſex deputati hinc inde conveniant cras, & conveniant de modo procedendi, ut hæc demum differentia non ſuccedat.

IMPER. Placet, ut ſurgamus propter tarditatem horæ: de conveniendis ſex, deliberabimus.

AND. Et omnes pariter ſurrexerunt.

## COLLATIO QUARTA.

### DIE XVI. OCTOBRIS.

*Deputati pro bono pacis morem gerunt Græcis, ut prius agatur, an licuerit addere ſymbolo verbum, Filioque: deinde, ut veritas additionis demonſtretur.*

AND. CUNCTIS modo quo ſupra convenientibus, poſt miſſæ celebrationem, quæ hora communis erat conventionis, Epheſinus his verbis exorſus eſt.

LUD. Antequam Epheſinum loquentem in medium adducas, dic quæſo, quomodo hoc factum eſt, quod priſtinæ diſceptationi Latini Græcis ceſſerint uti convicti?

AND. Res ipſa judicium dat, quis majori fuerat ratione fretus: ſed viſum eſt, ut convitatis conviva cederet: ſic humanitati cedendum, ut principia rupturam non caperent. Me tamen excuſare apud te nolo: fueram ſemper in ſententia, ut his principiis eiſdem audacia non daretur, utve nullatenus dicendi daretur locus. Arbitrabar rem hanc in medium per eos deductam, cauſam fidei non concernere: ſicque merito non audiendos, ut non concludentes quod vellent. In medium deducta magis corporalium voluntatum differentiam, [1] reſtitutoriave remedia concernere videbantur, quam veritatem ipſam, quæ fides eſt: & cum rerum ſpiritualium poſſeſſio nulla ſit, dato jure; ridiculoſum arbitrabar, in fide quæſitum hoc cadere. Quod ſcilicet, etſi vera eſſet expreſſio dogmatis, adhuc diſcutiendum eſſet, an exprimi liceret, de Deo maxime, cum potius contra fidem eſſet tacere quæ vera ſunt de Dei cognitione: ſumma, qua valui, perſuaſione inſtiti, ut tanquam petitionem ineptam ad rem de qua agebatur deducentes, & non fidei, ſed controverſiarum poſitivum jus concernentem, ab omni fidei termino deviam, non eſſe audiendos: piis tamen unionem ſectantibus, ſummo pontifici ac reverendiſſimo domino cardinali S. Angeli viſum eſt, ut audirentur, etſi impertinentia quæque deducerent. Cœpit igitur Epheſinus, data dicendi licentia, hoc modo.

COLLATIO IV.

EPHES. Quoniam nobis fuit conceſſum, ut diffinitiones legerentur antiquorum conciliorum, volumus illas legere, ut primis patribus conformemur.

CARD. Si volumus pervenire ad optatum nobis finem, ſervare neceſſe eſt promiſſa: & licet dominus Coloſſenſis veniret hodie audiendus, convenimus heri, ut vos deduceretis ad veſtrarum opinionum deductionem quid placuerit, & legeretis hoc ordine, & legatis quidquid vultis; cum quid communiter legendum erit, conveniemus, & de illis nos etiam faciemus ſimiliter legi quod volumus pro noſtra parte. Quod ita convenerimus, ego propria manu heri adſcripſi, quod ſcriptis exhibeo.

IMPER. Placet, ut quilibet per ſe legat, quid vult.

CARD. Legatis.

EPHES. Legimus non omnes nunc, ſed prout expedierit. Rogamus paternitatem veſtram, ut cum omni patientia velitis nos audire exponentes diffinitiones illorum patrum, & approbantes nos noſtram propoſitionem: cum intendamus probare, quod non licuerit recedere a diffinitionibus patrum, nec addere fidei, & his quæ a patribus compoſita ſunt.

AND. Per monachum quemdam libro ſumpto, lectum eſt Nicænum ſymbolum Græco ſermone, in Latinum per interpretem promulgatum.

EPHES. Lecta hac diffinitione in tertia ſynodo, * fuit hoc lectum ſymbolum: poſtea ſequitur prohibitio [a] hoc modo. His lectis, prohibet ſancta ſynodus, aliam fidem conſcribere, aut componere, præter determinatam a patribus Nicænis. Eos vero qui auſi fuerint componere aliam fidem, ſeu producere ad inquiſitionem veritatis, vel docere, vel tradere aliud ſymbolum volentibus converti ex gentilitate aut Judaiſmo, aut ex quacumque fide, etiamſi eſſent epiſcopi, priventur epiſcopatu: ſi clerici, clericatu: ſi monachi, vel laici, excommunicentur. Cum autem ad iſta venerimus, duo videntur eſſe inquirenda. Primo, quo pacto & ratione iſti ſancti patres tantam cuſtodiam in [b] expoſitis habuerunt, quantam non habuerunt qui fuerant in prima & ſecunda ſynodo. Secundo, cur noluerunt facere mentionem de ſymbolo ſecundi [c] concilii, ſed ſolum de prima ſynodo, cum ſit differentia in verbis & ſyllabis. Dicimus factum, ut ex re natura demonſtrat. Si enim, qui primo

* Id eſt, & hoc lecto ſymbolo.

a Concilii Epheſini part. 2. actione 6.

b Id eſt, diffinitis.

c Scilicet Conſtantinopolitani primi, in quo fuit auctum ſymbolum concilii Nicæni.

COLLATIO IV.

ſymbolum fecerunt, prohibuiſſent quid addi, viderentur quid voluiſſe ſibi arrogare. Sed patres tertii concilii videntes recte facta, voluerunt firmare, prohibendo, ne quid addi liceret. Hoc etiam factum eſt in novo teſtamento, quando [a] evangeliſtæ noluerunt ſibi hoc arrogare, nec in eorum evangelio ponere, quod nemini liceret quid addere, &c. Sed poſtea ſancti patres prohibitionem fecerunt. Aliam rationem aſſerimus ex contingentibus, quoniam poſt primam expoſitionem [b] ſymboli fidei, cum multum temporis tranſiverit inter primum & ſecundum; multæ expoſitiones factæ ſunt ultra triginta numero: & quia ita privatim & particulatim factæ erant, afferebant dubitationem, & maxime de conſubſtantialitate, quod multis non erat ita acceptabile auditu. Unde ſecundum concilium habens auctoritatem œcumenici concilii, voluit extendere & declarare aliquos articulos de Spiritu ſancto: ſimiliter quædam verba de incarnatione, quæ non erant in primo ſymbolo, videlicet: Et incarnatus eſt de Spiritu ſancto ex Maria virgine. Et hoc fecit, quia ſibi licuit, & noluit inhibere, ne videretur abrogare his quæ addiderat. ſed talis licentia & declaratio fuit cauſa damni in eccleſia Dei. Nam ex hoc accepta occaſione, illi qui ſapiebant opinionem Neſtorii, fecerunt privatim unam aliam expoſitionem, & baptizabant in illo ſymbolo: & ex illo Neſtorii multa alia facta fuere. Ideo in tertio œcumenico concilio voluerunt patres approbare ſymbolum primi concilii, & diffinierunt, quod nec ipſiſmet liceret aliquid addere vel auferre illi ſymbolo: & opere approbarunt: nam vocem illam de [c] genitrice Dei, quæ fuit per tertiam ſynodum promulgata, cum eſſet neceſſaria, noluerunt [d] in ſymbolo addere, ſed in alia diffinitione appoſuerunt. Nunc venio redditurus rationem ad ſecundum, quare patres tertii concilii noluerunt mentionem facere ſymboli ſecundi [e] concilii, quia ſcilicet in tertio concilio fuit admiſſum, ſymbolum ſecundi concilii eſſe idem cum ſymbolo primi. Hoc ex ipſis rebus probatur. Nam manifeſtum eſt, illos non ignoraſſe ſecundæ ſynodi ſymbolum, nec etiam contempſiſſe: quonam modo hoc feciſſent, cum illud fuerit approbatum, & viſum & tentum per Chriſtianos? Ideo ſolum de primo dixere propter auctoritatem, cum ibidem fuerint plures patres: & illud fuit fundamentum ſecundi concilii, & quia Chriſtiani maxime utebantur primo, & in illo baptizabantur. Item quia virtualiter ſecundum continebatur in primo. Item quia tractantes, ne quid liceret addere, cum in ſecundo fuerit quid additum, ne viderentur diverſificare non fecerunt mentionem ſecundi, ſcientes virtute in primo contineri: & ideo declararunt, non ſolum ſenſu, ſed nec voce quid addi poſſe: & ſi quid neceſſe eſſet addi vel declarari, mandarunt poni in aliis diffinitionibus. Et multæ ſunt auctoritates Cyrilli, qui illi tertio concilio præfuit, & Cœleſtini papæ locum tenuit, in [f] epiſtola quæ incipit, Lætentur cœli; ubi ait: Nullo modo patimur, aliquid addi expoſitis in Nicæa.

AND. Aſſurrexit & monachus ille ex libro in Græco legens Cyrilli epiſtolam, & Cœleſtini papæ: quibus lectis, proſecutus eſt Epheſinus his verbis.

EPHES. Audiſtis, reverendiſſimi patres, prohibitionem papæ: quæ probatio in quarto concilio lecta fuit, & approbata.

AND. Annuit & ſcribæ illi qui librum tenebant, qui Græco ſermone quarti concilii approbationem [g] legit. Quibus lectis, mandavit prohibitiones quarti concilii in medium [h] deduci. Quibus lectis, & epiſtolis lectis, & eis expoſitis, legerunt geſta ſexti magni concilii, & aliam Agathonis papæ Romæ tempore ſexti concilii ad concilium, & aliam ad imperatorem: demum diffinitiones ſeptimi concilii, quod in Nicæa ſecundo fuit.

LUD. Anne ſymbolum cujuſlibet concilii lectum eſt?

AND. Lecta ſunt, & convenire videbantur: ſed cum ſeptimæ ſynodi legeretur ſymbolum, cardinalis librum Latinum exhibuit antiquiſſimum, ubi in ſymbolo illius concilii [2] erat, Filioque: & adjunxit, quod ex chronica Martiniana habetur in illo concilio dogma illud fuiſſe explicatum: & lectis [3] ſubſcriptionibus, inventum eſt, Petrus Romanæ ſedis presbyter locum tenens Hadriani papæ Romæ, & Petrus abbas ſanctorum Andreæ & Sabæ, Taraſius patriarcha Conſtantinopolitanus. His lectis, Epheſinus exorſus eſt ſic.

EPHES. Audiſtis, reverendiſſimi patres, ſententias patrum? Nos videntes ſententias patrum, & intuentes eorum auctoritates, & timentes eorum maledictiones, nullo modo admittere poſſumus illam additionem, quam vos feciſtis. Jam reſtat, niſi hora impediat, ut nos audiamus reſponſiones & rationes paternitatum veſtrarum: & auditis veſtris paternitatibus, adducemus auctoritates multorum patrum, quæ tamen ad hæc tendunt. Scitis, nos non eſſe arithmeticos nec [i] artificioſos, ut ex politica dicta in medium adducamus: ſed quod cum veritate dicitur, admittimus: quod autem repugnat, rejicimus.

CARD. Beatiſſime pater, deferatur imperatori, qui optat finem imponi. Sed quia ſymbolum ſeptimi concilii per eos lectum non habet dogma, Filioque; & nos habemus cum illo verbo; videtur ut ex noſtro more legatur, prout habemus.

AND. Annuit papa, ut legeretur: & per ſcribam noſtrum cum dicto dogmate lectum eſt: quo lecto, cardinalis ſic inquit.

CARD. Quia placet, ut breviter reſpondeatur & diſtincte, ut vobis morem geramus, videtur, ut relata per notarios ſupra auſcultentur.

IMPER. Placet, ut cras XV. hora conveniant.

AND. Quibus expoſitis aſſurreximus cuncti, hora jam vigeſimaprima.

[a] Reſtringit ſe ad evangeliſta: nam apoc. ult. prohibetur additio, vel diminutio.
[b] In Nicæno ſcilicet concilio.
[c] ſcilicet Θεοτόκος, Dei genitrix, de qua late infra.
[d] Subintelligendum, nihilo minus.
[e] Epheſius conatur reſpondere tacitæ objectioni, cur patres tertii concilii, ſcilicet Epheſini, fecerint prohibitionem de non addendo aliquid ſymbolo Nicæno; & non fecerint mentionem de ſymbolo Conſtant. ſecundi concilii, in quo plura ſunt addita ipſi Niceno.
[f] in actis concilii Epheſini parte 1. cap 14.
[g] eiuſdem ſcilicet epiſtolæ in concilio Chalcedonenſi actione 5.
[h] actione 5. concilii Chalcedonenſis.
[i] Græce ſcriptum ſic ſeſe habet: In Latino Rogamus vos etiam memoria & per capita reſponſones veſtras exponatis. Scitis nos neque memoria valere, neque diviſionibus numerandis, quæ arte pollent.

## NOTÆ HORATII JUSTINIANI

### AD QUARTAM COLLATIONEM.

1 *Reſtitutoriave.* ] Voluiſſet Andreas prius diſputari quæſtionem, an eſſet verum, quod Spiritus ſanctus a Filio procederet: nam quæſtionem, utrum fuerit licitum addere ſymbolo, ajebat pertinere ad jus poſitivum voluntatis humanæ, & ad remedium reſtitutorium in priſtinum, auferendo illud a ſymbolo, quod non videbatur neceſſarium, ſi dogma eſſet catholicum. Idem voluiſſet & Beſſarion, ut ipſe teſtatur in opuſculo de ſucceſſu ſynodi & proceſſu Spiritus ſancti, cap. 2. in fine hujus operis exhibito.

2 *Concilii.* ] Actione 7. ſeptimæ ſynodi, legitur in ſymbolo additum, Filioque, tum in Græco, tum in verſione Anaſtaſii: quod Julianus cardinalis hic comprobat ex chronico Martini Poloni in Hadriano papa, dum agit de Conſtantino & Irene imperatoribus; ubi dicit dogma, Filioque, fuiſſe in ea ſynodo diffinitum. Vide etiam Baronium tom. 9. an. 787. num. 58. id ipſum comprobantem. Sed & tom. 8. anno 680. num. 32. ait Emmanuelem Calecam Græcum adverſus errores Græcorum idipſum ante concilium Florentinum teſtatum fuiſſe. Habetur Emmanuel tom. 14. bibliothecæ veterum patrum ex verſione Ambroſii Camald. ubi circa initium primi libri aſſirmat, in ſeptima ſynodo fuiſſe diffinitum, & etiam actione 3. fuiſſe approbatam epiſtolam Taraſii patriarchæ, in qua aſſerebat, Spiritum ſanctum procedere a Patre per Filium. Quæ verba ad eamdem intelligentiam tendere, ac illa, ex Patre Filioque, habetur in diffinitione hujus concilii Florentini; & probat Beſſarion in oratione de unione, & in opuſculo ad Alexium, in fine hujus operis exhibitis.



ANNO CHRISTI 1438.

3 *Subſcriptionibus.* ] Subſcriptionibus ſcilicet, quæ habentur in ſeptima ſynodo actione 7. nimirum, ut appareret ex ſubſcriptionibus conformitas ad alios textus ejuſdem ſeptimæ ſynodi.

## COLLATIO QUINTA ET SEXTA

### DIE XX. ET XXV. OCTOBRIS.

*Dicta in his duabus collationibus formiter non fuerunt recollecta, & eadem fere replicantur in collatione VIII.*

AND. AD hanc quartam collectationem cum cum pariter veniſſemus, cunctiſve expectantibus, Coloſſenſis ſummo pontifici direxit hæc verba.

COLOSS. Adſit benedictio ſua, pater beatiſſime.

AND. Demum verba ad interpretem protulit.

COLOSS. Referam verba in Latino, ut formam ſervem: tu autem in Græcum patribus his traduces. Si tamen quid Græce explicare voluero, non adimo mihi facultatem.

INTERPR. In traductione per tuam paternitatem pridie reprehenſus extiti, etſi, ut arbitror minus debite: nolo traducere, niſi Græce prolata, in [a] Latinum; cum ad id Græci fiduciam ſumant.

AND. Juſſit tamen imperator ut exequeretur utrumque opus. Cujus juſſu, in ſcabello ſedens, paratum ſe ad utrumque extunc exhibuit. Cœpit igitur hoc modo hæc collatio. Has tamen duas collationes domini Coloſſenſis non curavi adſcribere, quia formiter collectæ non fuere, & quia in octava collatione ipſe eadem omnia repetiit: ideo non fuere hic adſcripta, ſed ibidem ejus dicta videas, ubi declaravit quæ hic [b] expreſſerat.

[a] Scilicet prolata a Græcis, cum illi in me fiduciam habeant, quod recte traducam de Græco in Latinum.
[b] Propterea ad intelligentiam dicendorum in collatione 7 ſequenti a Nicæno, videnda omnino ſunt prius, quæ dicit ſeu repetit Coloſſenſis in collatione 8. Nam ipſe dicit ibi, quod eadem vult repetere atque ad idem faciunt quæ dicit Foroliviensis coll. 10.

COLLATIO VII.

## COLLATIO SEPTIMA.

### KALENDIS NOVEMBRIS.

*Utrum additio, Filioque, ſit deſumta ab intrinſecis ipſi ſymbolo; vel ab extrinſecis.*

AND. NOVEMBRIARUM Kalendarum die ſolita poſt miſſam convenientibus cunctis, dicendi per mutuum ſilentium conceſſa licentia, Nicænus ex Græcis ſex tertius verba hæc in medium protulit.

NICAEN. Auditis patienter per vos, reverendi patres, expoſitis, rationem illis reddituri venimus, ſperantes pari vos patientia audituros. Mutua patientia inter nos caritatem oſtendat, cum ab uno principio inchoamus, ad unum tendimus, videlicet eccleſiæ unionem. Morem geramus eccleſiæ, non privatis affectibus. Reſponſionem veſtram quadripartitam [c] feciſtis, ex quatuor, ut aſſeruiſtis, per nos relatis; & cuilibet reſponſum dediſſe arbitramini, & pro noſtrorum deductorum evitatione, quatuor dicere conati eſtis. Primo, Spiritum ſanctum a Patre & Filio procedere, non eſſe additionem, ſed declarationem. Secundo, quod in ſymbolo liceat primo tradita declarare. Tertio, quod hoc dogma eſt conſonum rationi & patribus eccleſiæ. Ultimo, veritatem cum contineat, quod quilibet Chriſtianus debet amplecti. Duo ex his tetigiſtis in prima veſtra collatione: & in ſecunda collatione cum reſtaret de duobus aliis dicere, ut nobis mos geratur, dixiſtis velle omittere, etſi neceſſaria forent: vobis potius quam nobis geſſiſtis morem. Ex his, ex quibus nobis morem geſſiſtis, agimus gratias, & cum caritate probabimus, ad noſtram propoſitionem duo illa non pertinere. Sed cum de quarto aliqua diſſerentes deducere conati eſtis, veritatem eſſe ab omnibus amplectendam, hæc non abnuimus; cum qui habet ſenſum & objectum recipit veritatis, & hoc intendat, ad quod nosipſi ſumus ſimul tractaturi. Tertiæ partis, de qua & certa dixiſtis, reſervabimus, cum de dogmatis veritate tractabimus: quo tempore (Dei gratia, afferemus rationes equidem plurimas. Capiam igitur ex expoſitis per vos, quæ dubium per nos poſitum tangunt; (quid enim expedit de dogmatis veritate diſcuti, ſi etſi verum adſcribere ſymbolo non licuerit?) Dicimus dogma illud, etſi verum, in ſymbolo ſtare non poſſe: nam & multa neceſſaria, etſi vera ſint, ſymbolo non fuerunt appoſita. Dabimus in cunctis ad brevitatem operam: ſed & longæ propoſitioni non poteſt perfecta brevis eſſe reſponſio. Dicam igitur de expoſitis circa primum, quatenus noſtri quæſiti propoſitum tangunt. In deductione, quod dogma non ſit additio, uſi eſtis ſyllogiſmo quodam, cujus ſyllogiſmi majorem capiam, quæ ad propoſitum facit: deducta vero ad probationem minoris omittam. In probatione hujus majoris uſi eſtis ſyllogiſmo quodam alio. Demum approbare conati eſtis per actus & diffinitiones præteritorum ſacrorum conciliorum, & demum a voce & dictis domini Epheſini: cujus ſyllogiſmi forma hæc eſt. Omne additamentum eſt extrinſecus, declaratio non eſt extrinſecus: ergo declaratio non eſt additamentum. Recipimus iſtius ſyllogiſmi majorem, quod additamentum ſit extrinſecus, licet ad rem, de qua agitur, poſſemus negare: minorem vero non admittimus, quæ dicit, declarationem non eſſe extrinſecus, ſed de re ipſa. Nam & nos concedemus, declarationem eſſe poſitorum, ſed non de poſitis: id eſt, declaratio eſt illorum quæ poſita ſunt, ſed non de illis. Omnis enim declaratio, præſertim iſta de qua loquimur, ad rationem vel verbum refertur, quæ extra ſunt: ad quod verbum vel rationem ita ſe habet, ut minor propoſitio ad majorem, ita declaratio ad rem declaratam. Dicimus Spiritum a Patre procedere: cum vultis inferre, & a Filio, capitis extra, auctoritatem hanc. Quod omnia quæ Patris ſunt, ſunt Filii. Joan. 16. Hæc probatio ſumitur ab eo quod extra eſt. Ratio ergo quæ affirmat minorem, extra ſumitur: ergo non ſequitur, quod declaratio non ſit extrinſecus, ſed aliquando ſumitur extra, & aliquando non? imo ut plurimum extra ſumitur. Deinde habet dictiones, [a] quæ ſaltem extra ſumuntur: unde ſequitur contrarium ejus quod dicitis, quod omnis declaratio non extra ſit. Unde videtur concludi, dicendo,

COLLATIO V. VI. & VII.
[c] Dixi in antecedenti collatione, ad intelligentiam dictorum Beſſarionis in hac collatione legenda eſſe prius coll. 8.
[a] nempe, Filioque.

COLLATIO VII.

do, * quo Spiritum procedere ex Filio, etſi declaratio foret, quod extra ſumitur. Sed & vos dixiſtis: Additamentum fit extra, ſecundum philoſophum, & non poteſt eſſe idem cum re cui additur. Nam & ipſa nutritio cum ſit extrinſecus ſecundum philoſophum, etſi ſimilis rei cui additur, nunquam additur, niſi ſimilitudinem capiat; & ſimile non eſt idem ſecundum philoſophum. Quare cum additamentum duo faciat, primo ut capiat rei cui additur, [1] ſimilitudinem, hæc dictio, Filioque, etſi ſit ſimilis rei additæ, habet diſſimilitudinem ſaltem dictionum, habet & ſimilitudinem: ex quibus negari non poteſt, etſi per modum declarationis veniret, quin ſit additio, quæ prohibita videtur, & prohibitum hoc verbum apponi. Cum vero induxiſtis acta patrum, quibus videntur aliqua declarari, dubium noſtrum non tangit. Nam quod aliquid apponatur fidei, hoc nunquam licuit, neque licebit. Exponere vero quæ implicite in ſacra ſcriptura continentur, hoc illis patribus licebat, & etiam in ſymbolo ponere, non autem ſacræ ſcripturæ quidquam adjungere: poſt, ea vero pars iſtius licentiæ fuit prohibita, ut addatur in ſymbolo. Scripturæ ſacræ declarationes afferre ſuis in ſcriptis, cuilibet eſt permiſſum, nec hactenus prohibitum: & hæc ex neceſſitate facta ſunt. Nam cum liceret ad libitum uſque ad tempus ſecundi œcumenici concilii uti tali licentia, quia nonnulli uſi ſunt tali licentia in proprio malo, præſuppoſito patres tertii concilii, quod talis licentia nil boni operabatur fidelibus, ſigillarunt & approbarunt, ut de cetero nulli liceat quidquam addere. Tenere namque quod primi ſancti patres credidere, errorem afferre non poteſt. Quis enim illos de fide non perfecta arguere auderet? Sed per additionem multa poſſent ſcandala exoriri fidelibus, etiam per ſyllabarum immutationem: quod primi patres tertii concilii prohibuerunt. [a] Accedebat beati Cyrilli epiſtola [b] quam ad Acacium miſit, in qua dicit: Sancta & œcumenica ſynodus quæ Epheſi convenit, providit neceſſario non debere alteram fidei expoſitionem ad Dei eccleſiam inferri, præter eam quæ jam extabat, quam patres noſtri, qui in Spiritu ſancto loquebantur, terminarunt. Ex quibus tria principalia ſunt notanda. Primo, quod ipſa tertia ſynodus prima * prohibuerit additiones, hanc vim importat illud verbum Græcum προωρίσατο. Secundo, quod neceſſario hoc factum eſt. Tertio, quod non prohibetur [2] alterius fidei expoſitio, ſed ipſius fidei alia expoſitio: nam quod contraria dogmata & opiniones non fierent, jam ab initio erat prohibitum. Ad quid hæc tertia ſynodus prohibitionem tulit, niſi ut dictionum ſyllabarumve variationem, quod hactenus licuit, prohiberet? Sed & non prohibuerunt, quo minus cuilibet liceret, privatis codicibus declarare. Nam quod curat eccleſia de verbis, quibus privatim quiſque Deum cognoſcat, dummodo unus ſit finis. Cura adhibita eſt ſymbolo communis fidei, in quo omnes baptizabantur, ut ſtet immutabile: & ſemet prohibuerunt patres etiam verbis, verbum Θεοτόκος, videlicet Dei genitricem, nolentes in ſymbolo addere, etſi neceſſarium videretur. Et licet non fuiſſet niſi declaratio expreſſorum, cum verba hæc, videlicet, Filium deſcendiſſe de cœlis, conſubſtantialem Patri, & incarnatum eſſe ex virgine, hanc declarationem expoſcerent [e]. Et ſi diceretis ex eo non fuiſſe additum, quia manifeſte continebatur in ſymbolo multa alia quæ non ita aperte continebantur, nullatenus fuere appoſita, ut vox & ipſa unio in perſona Filii Dei ad noſtram naturam, de qua patres tertiæ ſynodi. Et Filium Dei, & Verbum poſt unionem duas ſortitum eſſe naturas, de quibus patres quarti concilii. Et quod duas in ſe ſervaverit operationes & voluntates naturales, de quibus conſiderationes patrum ſextæ ſynodi. Hæc in ſymbolo minime adjecta ſunt: ſive adjicienda clara forent, ſive obſcura, patres abſtinuerunt ab adjectione in ſymbolo. Hoc apertiſſime demonſtrant omnia ſancta concilia, quæ tertium concilium ſecuta ſunt, nil addi voluiſſe. Et ſi quid dicitis de varietate librorum, alio loco deducetur [3] ſeptimum ſacrum concilium præcedentia ſecutum. Et cum dicitis Paulum apoſtolum ante tertium concilium prohibuiſſe aliam edi fidem, fateor; ſed hoc non facit patribus præjudicium. Nam Paulus de alia fide mentionem facit: aliam fidem patres non expoſuerunt, nec eis ullatenus licuiſſet. Et cum beatus Gregorius theologus [d] dicat, idem tenere, quod patres Nicææ, licet declararet quæ per illos non tam clare promulgata fuerant; dico hoc factum ante prohibitionem. Quare nil ad ea quæ poſtea facta ſunt. Sed ſi poſt prohibitionem quid factum eſt, oſtendite: ſi omnino quid fuerit additum, & nos ſequemur. Et hoc nullatenus factum eſt, clamant patrum opera, ſolo clarius conſonant operibus rationes. Communis eſt Chriſtianorum poſſeſſio ſymbolum. Et licet Gregorius [c] theologus dicat, diverſitatem ſyllabarum, eodem dato ſenſu, non afferre novitatem, loquitur de ſignificantibus rem eamdem, & quæ de uno & eodem prædicentur ſubjecto, ut quatuor, bis duo, aut rectum dicere, non obliquum, ſed in re noſtra diverſum eſt: nam ad varias dictiones ſunt varii ſenſus. Alia namque eſt perſona Patris, alia Filii. Secundo cum dicitis, Græcos diverſis ſyllabis ac Latinos proferre ſymbolum: dicimus in noſtra difficultate non ſolum varias voces & dictiones, imo varium ſenſum, & differentem ſententiam uniuſcujuſque verbi eſſe. Nam dicere, quod Spiritus ſanctus a Patre procedat, oratio una eſt: quod vero a Patre & Filio, duæ ſunt quæ copulantur in una: quare habent duas rationes oppoſitas: una earum eſt falſa, videlicet: Spiritus non procedit a Patre; alia, non procedit a Filio: & hanc veram nos eſſe dicimus, vos contra. Non ſunt ſolum verba variis vocibus idem ſignificantia. Clarum eſt in Latino idem eſſe, bonus dies, & καλήμερα in Græco: unde vocum varietas in hoc non inducit diverſitatem; & in hoc fuerat inter nos concordia, ut quilibet ſuo idiomate fidem proferret. Res addita non idem ſonans differentiam facit, & non tantum a nobis Latinos, ſed & inter nos, ſi quis ex noſtris id Græce proferret. Et cum pro tertio dixiſtis, principia ac dignitates cujuſlibet artis potentes habere omnia quæ ſequuntur, adjicientes quod progredientes ab ipſis principiis, facillime oſtenderetis eſſe neceſſarium dicere, Spiritum etiam a Filio procedere: & ſequeretur hoc ex principiis communibus nobis & vobis. Cum hæc probabitis, regratiabimur vobis: ſed nos non apponemus hæc ipſis principiis: nam hoc univerſaliter impoſſibile eſt in omnibus principiis univerſalium rerum maxime fidei, de qua nunc ſermo eſt. Nam principia, & quæ poſt, in multis diſcreta ſunt, & forte in

Margin notes, column 951:

* neceſſe eſt dicere,

Conferenda hæc cum aliis Græcis ſeſſ. 8.

a Concilii Epheſini parte 2. act. 6.

b Conc. Epheſ. parte 3. num. 35.

* ſcilicet inter ſynodos.

Id eſt providit, ex epiſtola Cyrilli citata.

e Nimirum eſſe Dei genitricem.

Margin notes, column 952:

ANNO CHRISTI 1438.

Galat. 1.

d Initio epiſt. 2. ad Cledonium quæ eſt 51. inter orationes in tom. 1. editionis Pariſienſis.

c Oratione in ſancta lumina, id eſt, de Epiphania, quæ eſt 39. editionis Pariſienſis.



omnibus. Nam principium, univerſale; quæ ſequuntur, particularia: & principium eſt quod demonſtrat, quæ ſequuntur ſunt quæ demonſtrantur: principium eſt propoſitionis, quæ ſequuntur ſunt concluſiones. Quonam modo univerſalia particularia fiant, & demonſtrantia, quæ demonſtrata ſunt: unde quod principia contineant quæ ſequuntur, neceſſarium eſt: ſed quod addatur principiis, non eſt neceſſarium: & tunc longe difficilius, ſi qua prohibitio eſſet, quæ hoc inhiberet, ut in caſu noſtro, maxime cum multa alia quæ vera ſunt, & inſunt principiis, attamen addita non ſunt. Nam omnia dogmata fidei Chriſtianæ in principiis ſcripturæ inſunt: nihilo minus non voluerunt, ut quid fuerit adjectum.

Cum dicitis, quod cum Dei eccleſia una ſit, oportet unam ſemper habere poteſtatem. Dicimus, quod etiamſi una ſit eccleſiæ poteſtas, habet tamen ſervare immutabilia, quæ per præcedentes fuere tradita: & hac data immutabilitate in rebus uniformiter determinabilibus, firmatur, unam eſſe ſemper eccleſiæ auctoritatem. Alio namque modo eccleſia ſeipſam everteret. Datus eſt modus, ut occurrentibus obvietur privatis literis: ſic factum eſt per Taraſium & Agathonem. Ultimo, decem particulas tetigiſtis, quæ id continent quod expreſſum eſt, licet quædam clarius habebant. Admirabamini in primo, quod Nicæni concilii ſymbolum attuleramus. Dicimus, neceſſitate quadam hoc factum, ut, illo lecto, videretur facta prohibitio in tertia ſynodo.

AND. Quæſitum eſt a Nicæno loquente, ſi ſymbolum ſecundæ ſynodi [4] lectum fuit in tertia: qui reſpondit.

NICÆN. Primum tantummodo lectum extitit: ambo autem aſſeruimus lecta virtualiter, primi lectione. Secundo dixiſtis, patrum prohibitiones referri ad alterius fidei expoſitionem, non ad declarationem prohibitam: hæc tamen ſatis operationibus patrum comprobatur, etiam declarationem prohibitam. Tertio arguiſtis ab ipſis principiis & dignitatibus; ultra jam relata, dicimus; non neceſſario ſequitur quod vultis a principiis introducere. Nam nullum principium alicujus diſciplinæ ſeu artis poteſt recipere concluſionem in ipſo principio: poteſt bene eſſe cauſa concluſionis. Nam multæ declarationes neceſſe fuere theologiæ; tamen non fuerunt adjectæ principiis: ergo non ſemper addenda principiis declaratio. Ergo cum additio non fiat principiis ſacræ ſcripturæ, nec ſymbolo; [a] & removeatur veſtra additio, cum pariter concurrant ſacra ſcriptura & ſymbolum. Admittimus quod dicitis, omnia ſequentia tertium concilium referri ad ipſum concilium: non tamen tertium concilium poteſt eſſe expoſitio ceterorum, cum ſequentia præcedentium ſint declarativa ut plurimum. Stemus igitur expoſitoribus Cyrillo & Agathoni, qui tertium declararunt concilium. Cum ergo tertio concilio neceſſitas immineret, ipſi ſancti patres illam prohibitionem expoſuerunt, ut Cyrillus expreſſe declarat. Clarum eſt, quod & aliis conciliis tale fuit propoſitum, quod opere demonſtrarunt. Dimittemus alia ad futurum conventum, ut ſimiliter nobis concertantibus, unus alteri occurrat. Sic ex patribus veſtris qui ſe obtulit mecum ſpecialiter concertare, præparet ſe in ſecundo conventu.

AND. His dictis, pariter aſſurreximus omnes hora XXI. diei.

Margin notes, column 953:

ANNO CHRISTI 1438.

a Subintelligen. debet fieri, ergo removeatur, &c.

## NOTÆ HORATII JUSTINIANI

### AD SEPTIMAM COLLATIONEM.

1 *Similitudinem.*] Clarius ex Græco ſcriptore ſeſſione octava ſic: *Alimentum cum ſit extrinſecus, eſt tamen etiam ex ſimilibus: factum enim ſimile additur: nec addi aliter poteſt, niſi fiat ſimile. Cum ergo additamentum hæc duo habeat, ut ſit extrinſecus & ex ſimilibus, videntur ſecundum utrumque convenire ea quæ adduntur, & id de quo agimus, nempe quod dicitur, Spiritum ſanctum etiam ex Filio procedere. Habet enim hoc ſimile quidem per vos, quatenus in eumdem coincidit ſenſum: diſſimile vero, quatenus ſaltem voces inferunt quid extrinſecus.* Hæc ille.

2 *Alterius.*] Id eſt, non prohibentur expoſitiones aliorum dogmatum fidei, ſed expoſitio ipſius fidei & ſymboli inſerta in ipſo ſymbolo hoc prohibetur: & ſtatim occurrit tacitæ objectioni, quod prohibetur inſeri dogma contrarium, non explicatio ejus quod ineſt. Reſpondit, quod contraria dogmata jam erant prohibita: ergo nova prohibitio refertur etiam ad expoſitionem ejuſdem ſymboli, etiam per additionem verbi ad majorem explicationem.

3 *Septimum.*] Supra enim collatione tertia Julianus cardinalis adduxerat ſeptimum concilium, in quo erat additum in ſymbolo, Filioque.

4 *Lectum.*] Plura enim fuerunt addita a ſecundo concilio in ſymbolo Nicæno, & tamen tertium concilium prohibitionem fecit, ne adderetur Nicæno: ergo intelligit de additione ſenſus contrarii, non explicationis. Vide in collatione ſequenti.

## COLLATIO OCTAVA.

### DIE XV. NOVEMBRIS.

*Diſcutiuntur prohibitiones patrum & conciliorum, de non addendo aliquid ſymbolo & diffinitionibus fidei; & quod additio, Filioque, ſit declaratio.*

AND. Cum ſacrum conſiſtorium poſt exhibitas preces miſſarumve ſolemnia conveniſſet, facto ſilentio, Nicænus qui pridie ſermonem fecerat, his verbis proſecutus eſt.

NICÆN. Cum nos optima reſponſa reddiderimus ad plura per paternitates veſtras expoſita, quædam nos propter horæ brevitatem omiſimus, quæ tamen virtute & potentia in dictis continentur. Sunt autem ex [b] veſtris, quæ reſponſa requirunt. Etenim dixiſtis, [c] movere fidem per ſymbolum aliud eſſe quam declarare; & quod Agatho extendit & auxit in expoſitione quam fecit de fide, [d] & quod vox ipſa Θεοτόκος, videlicet Dei genitrix, non neceſſario debebat apponi; [e] & quod ſancta Romana eccleſia hæc fecerat, mota auctoritate patrum & ſanctorum eccleſiæ, neceſſitate coacta & ſua auctoritate, quam in hujuſmodi rebus habet. Ad primum dicimus, verbum, *movere*, non habere ſenſum illum quem creditis. Nam ſequitur poſt, [f] non eſſe licitum addere nec verbum, nec dictionem, nec ſyllabam: & opere comprobantur: nam urgentibus neceſſitatibus ut declarationes fierent, nullas declarationes fecere. Quod autem beatus Agatho [g] dicat, quod verbis & ſenſu debeat ſervari integritas fidei, nos non intelligimus ut vos; ſed intelligimus, univerſaliter prohiberi univerſam mutationem. Hoc clare colligitur ex his quæ ſupponit Agatho: nec etiam minuit, nec auxit, nec immutavit quæ ſunt fidei: ſubſequenter & recte ponit, eamdem fidem verbo & ſen-

Margin notes, column 954:

COLLATIO VIII.

b Scilicet dictis.

c Id eſt, addere declarationem in ſymbolo non eſt movere ſeu contrariari fidei in ſymbolo.

d In ſua epiſt. relata in 6. ſynodo actione 4. quam infra ponderat Coloſſen.

e In ſymbolo ſcilicet & inter quos vis diſtincta in ſynodo, non ... addita ... ſymbolo prout neceſſitate cogente fuit additum, Filioque.

f In verbis ſcilicet prohibitionis factæ in 3. ſynodo par. 2. actione 6.

g In ſua epiſtola relata in 6. ſynodo actione 4.

COLLATIO VIII.

& ſenſu debere ſervari. Quoniam vero auctioni, vel minutioni, vel immutationi verborum & dictionum prohibitionem imponit, videtur ipſe eſſe ſententiæ ut nos: & quod ipſe aliquam ſui expoſitionem addit, non facit ad noſtram quæſtionem, cum nunquam prohibitum eſt, nec erit, privatam & particularem fidei expoſitionem particularibus & diverſis fieri verbis; at diſciplinam ipſam fidei & ſymbolum in omnibus immutabile permanere debere, ut ipſe Agatho expreſſe inſinuat. Cum dixiſtis verbum Θεοτόκος, id eſt Dei genitrix, non omnino fuiſſe neceſſarium poni: neſcimus quo pacto hoc factum ſit: ſi non erat neceſſarium, non debebat uſquequaque diffiniri; & fruſtra tot patres ſolemniter de eo dubitaſſent, & ſuperflue alibi fuiſſet additum [a]. Si vero neceſſarium extitit, militat noſtra ſententia. Quod dicitis, neceſſitate factam additionem per Romanam ſanctam eccleſiam, & auctoritate ſanctorum, utrum ſancta Romana eccleſia auctoritate ſanctorum mota fuerit, in aliis videbitur diſputationibus, & in ſequentibus erit cogitatio. Si vero auctoritate propria, aut neceſſitate mota fuerit: dicimus, quod neceſſitas nullo modo [b] eſt impedimento diffinitionibus patrum, cum nulla videatur excepta; & ſuo tempore cum caritate petemus, qualis fuit illa [c] neceſſitas. Verum de auctoritate Romanæ eccleſiæ multa haberemus dicere, niſi aliud eſſet propoſitum noſtrum. Nam ſcimus & cognoſcimus quouſque ſe talis extendat: primitus autem volumus vos ſcire, quod talem licentiam, ut in ſymbolo quid addatur, excipimus, & ab œcumenica ſynodo & ab univerſali eccleſia, nedum a Romana, & cum ab univerſali eccleſia excipimus, Ergo nec Romana poteſt, nec hoc nos facimus, ſed patres fecere in diffinitionibus eorumdem. Hoc diximus ad veſtra propoſita, non his ſolis inniti volentes, ſed aliis ſuis loco & tempore deducendis. Dicimus igitur, diffinitiones patrum ad quamcumque declarationem extendi: & cum audimus patres dicentes: Nulli licet addere, vel minuere; intelligimus ad ſyllabam dictionemque. Ad iſta facimus teſtimonia ſanctorum patrum operaſſe. Quærimus, ſi diffinitiones & prohibitiones in illis contentæ referant ſe ad ſymbolum, vel non.

[a] Scilicet in diffinitione extra ſymbolum.

[b] Id eſt, nullo modo neceſſitas impedit, quin obſervetur diffinitio de non addendo aliquid in ſymbolo, cum nulla neceſſitate excepta fuerit diffinitum, ut non addatur.

[c] Propter quam ſcilicet non ſolum diffinivit, ſed etiã in ſymbolo appoſuit.

AND. His expoſitis, ſilentium factum eſt: intuentibuſque noſtris ſex, ab eiſdem quæſitum, pariter allocuti ſunt. Convocatiſque cardinalibus, qui ſuo loco ſedebant, pariter & cardinales & deputati ſex ad ſummum pontificem ad tribunal ejuſdem acceſſerunt, cunctique pariter allocuti ſunt. Omnes rem quidem in fidei eſſe facto, profeſſi ſunt: tam mature graviterque cuncta fecere.

LUD. Quid demum ſecutum eſt?

AND. Reverſi ſunt ſex deputati ad conſtitutum locum. Demum cardinalis, qui inter eos primus fuerat, ſic inquit.

CARD. De mandato ſanctiſſimi domini noſtri aliqua referam. Sacer hic cœtus, quæ & hodie & pridie retuliſtis, audivit. Conveneramus, ut dicenda ſcripto ederentur. Quare ut forma ſervetur, conveniant qui ſcripſerunt, & de ſcriptis conveniant; & demum convenientes plenum & pertinens recipietis reſponſum; & nunc etiam quæſito veſtro reſponſum damus hoc modo. Ex verbis veſtris, expoſitis geſtis tertii concilii, patres legerunt Nicænum ſymbolum, epiſtolam Cyrilli ad Neſtorium, blaſphemias Neſtorii, ſymbolum Neſtorii, Taraſii, auctoritates ceterorum ſanctorum, cum aliquibus ſidei diffinitionibus: poſtea ſequitur: [d] Nulli liceat aliam fidem proferre vel exponere, &c. quam illa, quæ a patribus in Nicæa conventis expoſita.

ANNO CHRISTI 1438.

[d] Concilii Epheſini parte 1. actione 6.

Dicimus prohibitionem referri ad omnia quæ fuere in Nicæa expoſita, & quod non magis ad ſymbolum, quam ad alias diffinitiones reſpicit. Vos tamen, patres, aliqua patienter audiatis dicenda per dominum Coloſſenſem.

AND. Antequam Coloſſenſis verba faceret, cardinalis petiit a Græcis, ut acta Chalcedonenſis ſynodi exhiberent. Qui Græci reſponderunt, non habere integram ſynodum. Tunc cardinalis dixit, libros debere portari, Papa demum annuente, Coloſſenſis his verbis allocutus eſt.

COLOSS. Quædam diebus his per vos repetita ſunt, quæ judicio meo & collegarum non videntur ſtare eo ordine quo dicta ſunt. Præterea cum quædam firmiſſima ſententia confirmaſſem & oſtendiſſem, vos alio ſenſu declaraſtis, & plane quædam negaſtis. Verum cum omnia talia maxime conducant ad præſens noſtrum certamen, patiamini, obſecro, patres optimi, ut ipſa paululum repetam, & meam ſententiam dicam, veſtramque repellam. Illud in primis proferam, illam veſtram exhortationem ſanctam, cum unus & idem ſit ambobus finis, oportere patientia uti & modeſtia; memoriæ ſit, idve & vos faciatis: illud addens, ut quæ ſimplici animo & recto corde dicuntur, non ſiniſtra intelligentia aſſumantur, quia & nos & idem fecimus, & quædam, etſi ſono aſperrima viſa ſunt, æquo toleravimus animo, & in futurum faciemus: hoc facto caritas inviolata manebit, & finis quæſitus aſſequitur. Voluiſtis, patres, repetere a me dicta: non tamen repetiſtis eodem ordine nec ſententia; cum veſtrum problema fuiſſet, quomodo ſancta Romana eccleſia fecerit rem prohibitam, & quomodo illi licuit. Dixi ad hoc, quod non fuerit additio, quod non fuerit prohibitum, quod fuerit verum, quod impellente maxima neceſſitate, quod eſſet manifeſta veritas in eccleſia Dei, & quod oportebat id fieri per Romanum pontificem, ad cujus officium ſpecialiter iſta ſpectare noſcuntur: ex quibus concludi, fuiſſe omnino licitum Romanæ eccleſiæ illam declarationem facere. Repetitio veſtra nec ipſum ordinem ſervavit, nec ſententiam: Quare oportet in præſenti de hoc facere ſpecialem mentionem. In ſecundo paſſu dixiſtis, [e] tertiam particulam nos ſponte noſtra omiſiſſe, cum fuerimus auditi [f] ad nutum. Nonne expoſitum patet? Nonne dominus Nicænus dixit, quod quæ dicebantur, non tangebant quæſitum, & quod eis non intendebatis dare reſponſum? Quid reſtabat, niſi de ea re tacere? Quid effundere verba vobis non audientibus? Et inviti venimus ad ſilentium partis illius, & certe ſatis mœſti. Ex illius enim partis probatione facilo erat probare, fuiſſe licitum Romanæ eccleſiæ facere declarationes. Hæc volui repetere, ut conſtet omnibus, cujus cauſa pars illa fuit omiſſa. Et cum voluiſtis cuidam noſtro ſyllogiſmo dare reſponſum, aliter adduxiſtis. Nos hac argumentatione uſi ſumus: Nulla expoſitio vel declaratio alicujus dictionis eſt additio: ſed dicere Spiritum ſanctum procedere a Filio, eſt explicatio contentorum in primo: ergo non eſt additio. Vos replicando [g] dixiſtis. Omnis additio fit ab extrinſeco: ergo expoſitio non eſt additio.

[e] Quod ſcilicet eſſet manifeſta veritas in eccleſia Dei.

[f] Ad [illegible]

[g] Mere ſcilicet [illegible]

AND.



ANNO CHRISTI 1438.

AND. His expoſitis, Nicænus hæc dixit.

NICÆN. [a] Dico, quod omnia per vos dicta habent reſponſionem congruam. De hoc ſyllogiſmo miramur, cum omnia ſcripta ſint quæ diximus: non prætermiſimus ſyllogiſmum de quo verbum facitis, ſed venimus occurrentes ſyllogiſmo, quo uſi eſtis primum ſyllogiſmum probare.

[a] Id eſt, Dico quod omnibus per vos dictis dedimus congruas reſponſiones. Ex ſcriptis apparet, quod non prætermiſi ſyllogiſmum, quo dicitis probare, primo, Filioque eſſe explicationem; ſecundo, explicationem non eſſe additionem. Huic argumento, quo uſi eſtis ad primam propoſitionem probandam, ego occurri.

COLOSS. Ego illo ſyllogiſmo non uſus ſum, quod dicitis: verum eſt, quod ad confirmationem majoris propoſitæ præmiſi hoc, quod omnis additio fit ab extrinſeco: nec uſus ſum ſyllogiſmo, ſed ſimilitudine, philoſophorum doctrina dicentium debere eſſe ſimilitudines breves, quia ſimilitudo habet convenientiam & diſconvenientiam. Hoc habeo ex doctrina veſtræ Græciæ.

NICÆN. Dicat paternitas veſtra, ut placet, & poteſtis dicere. Sed quæ diximus, ſcripta ſunt, & auſcultavimus cuncta, & ex illis reſponſionem cepimus.

COLOSS. Veniamus ad alia. Ego dicebam, quod dogma, Filioque, comprehenditur in verbo, Patre. Paternitas veſtra reſpondit, quod medium, quo illud probabatur, capiebatur extrinſecus, videlicet aſſumptione hujus, quod quæcumque habet Pater, habet Filius: aſſerentes hoc extrinſecus eſſe. Sed ſciendum quid in diſciplina dicatur extrinſecus & ſecundum philoſophos, & maxime Ariſtotelem. Illud in diſciplina extrinſecus dicitur, quod non ſubjicitur ſubjecto ejuſdem ſcientiæ, nec partem eamdem, nec proprietatem, nec paſſionem habet, ſicut ſi diceremus, arithmeticam diſtare a philoſophia naturali, & aſtrologiam a morali, in quibus ſubjecta diſtinguuntur. Alio modo dicitur extrinſecus, quod non eſt in eadem voce: ut procedere Spiritum a Filio, eſt vocis alterius dictionis & ſenſus. Ignoro quomodo capiatur extrinſecus per vos. Si extrinſecus capitis, ut dicatur non eſſe unum ſubjectum in uno, & alio problematum, videatis, an ſane ſit dictum, ſequeretur maximum inconveniens contra fidem: nam ſequeretur aliam eſſe fidem evangeliorum a ſymbolo. Secundo, quod propoſitio illa: Quæcumque habet Pater, &c. non ſequeretur ex [b] ſymboli diſciplina. In diſciplinis cunctis, eſſe, quod eſt unius diſciplinæ ſubjectum, non poteſt probare aliam proprietatem alicujus ſubjecti alterius diſciplinæ. Si ergo vox hæc, ſalvatoris, eſſet alterius objecti, nihil concluderetur per expoſita in ſymbolo. Hoc quam alienum ſit a fide Chriſtiana, paternitates veſtræ vident. Et certe quod eſt præcipuum in fide, vel immediate a primis principiis, non poteſt dici extraneum, vel alienum. Nonne ſumitur a doctrina evangelii? ergo evangelium eſt principium ad ea quæ ſunt in ſymbolo: ergo eſt proprium principium, non alienum, & non extrinſecus. Hoc clarum eſt, evangelium eſſe ſymboli principium, quia apoſtoli exequi volentes Dei præceptum, ut omni creaturæ evangelium prædicarent, ut pariter in evangelizando convenirent, ex evangelio fecerunt ſymbolum, quod dicitur apoſtolorum. Sequitur, quod verba evangelii non poſſunt dici extrinſecus a ſymbolo, intelligendo extrinſecum a ſenſu. Neceſſe eſt ergo quod extrinſecus intellexeritis ſecundo modo, videlicet quod non eſt ex voce propria, prout in ſymbolo ponitur. Sed ex hoc ſequitur inconveniens aliud, quod ſymbolum factum ex fide [c] Chriſti, factum ſit per additionem: quod vos negatis. Nil etiam eſt ſymbolo poſitum per concilia, quod * immediate reperiatur in ſymbolo apoſtolorum. Nicænum concilium declaravit conſubſtantialem, quod non inveniebatur in ſymbolo quoad verba, nec ſequebatur immediate ex aliquo poſito in ſymbolo. Nam ſi ex aliquo ſequeretur, ex illo ſumeretur, a Patre genitum: ſed ex hoc non ſequitur abſolute, quia Arrius dicebat: Dato quod Pater Filium genuerit, non ſequitur, ergo conſubſtantialis. Nam ſol hominem generat, non tamen ſubſtantiam cum homine communicat: non ſequitur, genitus a Patre; ergo conſubſtantialis. Oportet doctrinam evangelii capere, illam videlicet: *Ego & Pater unum ſumus*: ex qua concluditur conſubſtantialitas. Sed talis modus dicendi, ſecundum vos, extrinſecus venit: ergo eſt additio. Hoc idem in Conſtantinopolitano ſymbolo. Nam dicere Spiritum ſanctum dominum & vivificantem, cum non fuerat vox talis in ſymbolo, nec ex aliquo immediate ſequitur, cum non inferatur, Spiritus, ergo dominus. Tamen patres illi concluſerunt dominum & vivificantem eſſe, ex evangelio rem ipſam ſumentes, aut ex principiis primis: & tamen ſecundum vos ſequeretur eſſe per additamentum. Et quia quod ſequitur per additamentum, eſt aliud quam principium, quomodo ſalvabimus Epheſini dictum, qui interrogatus a nobis, cur de Conſtantinopolitano ſymbolo mentio facta non extitit, dixit, quia idem erat: quæ quidem veritas ſtare non poſſet, ſi dicatur extrinſecus illud, quo mediante, aliquid inducitur declarationis in ſymbolo. Advertite quæſo inconveniens, quod in tota philoſophia daretur ex hoc, cum in omni ſcientia contingit fieri demonſtrationes, quæ fiunt per quod quid eſt eſſe rei, demonſtrando proprietatem de proprio ſubjecto: & cum tale quod quid eſt eſſe rei, nec in voce convenit cum ſubjecto, nec in prædicato, nec in conceptu, ut Ariſtoteles 7. metaphyſicorum probat, ſequitur hoc inconveniens in philoſophia, quod proprietas alicujus ſubjecti fiet per extrinſecum, & ineſſe ſubjecto per extrinſecum: quod tamen falſum eſt, & arbitror vos non negare doctrinam ſanctorum; & eorum maxime, qui approbati ſunt per concilia: cum de fide & religione Chriſtiana quid docent, nil docent quod ſit extrinſecum a fide. Nam cum doctrina Chriſtianorum theologiæ ſubſit, cum allegatur quis doctor, pertinentiſſime allegatur: & nullatenus alienus a doctorum illorum numero eſt beatus Baſilius, qui ſcribens ad fratrem Gregorium Nyſſenum [d] dicit: Quicumque intelligit Spiritum, intelligit & ſimiliter comprehendit illum ex quo eſt: intellecto Spiritu, intelligitur & ille cujus Spiritus eſt, & quia Chriſti eſt Spiritus [e]: & cum intelligitur Spiritus in ſymbolo, intelligitur Filius [f]. Ex hoc datur intelligi, quod auctoritas illa ſalvatoris, *Quæcumque habet Pater*, &c. non dicitur quid extrinſecus continere: alias ſequeretur, quod omnia illa quibus uſi ſunt patres in declaratione ſymboli; eſſent additiones: & cum illæ additiones non prohibuerint, * quod non dicatur unum & idem ſymbolum, cur in caſu noſtro non dicimus, dicere Spiritum procedere a Filio, intelligi illico ex quo procedit a Patre [g]? Nec eſt neceſſarium, cum dicitur quod aliquid includitur in alio, quod debeat eſſe idem penitus: imo ſæpe contingit, quod conveniunt in uno, & diſconveniunt in alio, ut genus cum ſpecie: & licet explicans ſpecies, aliam vocem habet, nemo philoſophus diceret, additiones

eſſe

[b] Poſt ex, ſupplendum ea, ut ſenſus ſit: Non ſequeretur ex ea propoſitione ſalvatoris. Joan. 16. *Quæcumque habet Pater, mea ſunt*; tanquã ex principio, doctrina & diſciplina ſymboli, ut ſtatim ſe declarat Coloſſenſis.

[c] ſcilicet, ex fide tradita per Chriſtum in evangelio.

COLLATIO VIII.

* Id eſt, explicite.

Joan. 10.

[d] Epiſt. 43. circa mediũ.

[e] Et quia Chriſti eſt Spiritus, hucuſque verba Baſilii.

[f] a quo ſcilicet procedit. Joan. 16.

* quo minus dicatur.

[g] Quia procedendo a Patre, habet omnia quæ habet Pater: ſed Pater habet quod procedat ab eo Spiritus; ergo hoc idem habet & Filius.

COLLATIO VIII.

eſſe genus & ſpecies correlativas, & e contra, ſi ſe habent, quo uno poſito, aliud intelligatur, & nihilo minus illa diſtinguuntur numero, ſpecie, vocabulis. Cum ergo in caſu noſtro res unius ſubſtantiæ ſint omnino eædem, præterquam proprietates conſtitutivæ: non eſt dicere habere quid extrinſecus, ſi inferatur unum ex altero. Dico igitur ex his, propoſitionem declarantem Spiritum ſanctum procedere a Filio, nullatenus extrinſecum poſſe dici, ſi ex verbis Chriſti illud ſuſcipitur. Et cum admirationem ſuſcipitis, quia diximus ex theologiæ principiis ſequi, Spiritum ſanctum a Filio procedere, minime mirandum eſt: ſed nos ipſos admirari convenit, ſi admirationem ſuſcipitis. Nam hoc ſolo brevi diſcurſu luce clarius patet; quæcumque habet Pater, habet Filius: ſed procedere Spiritum habet Pater; habet ergo & Filius. Syllogiſmus hic eſt in prima figura & tertio modo: antecedens & major conceſſa eſt, & eſt Joannis 16.

NICÆN. Auctoritatem Joannis admittimus, ſed quod reducatur ad ſenſum quem dicitis, dicimus vos dicere.

COLOSS. Si ſyllogiſmus admittitur, conſequentia negari non poteſt.

NICÆN. Dicite quid placet, quia ad ea non reſpondebimus, quæ ad concluſionem præſentem non faciunt: ſed profitemur hoc, hoc modo nunquam ad concluſionem venturos. Nos quidem patienter audiemus expoſita, quouſque ad propoſitum veniatis.

COLOSS. Nonne quæ retuli, ſalvatoris verba ſunt, & minor per evangelicum textum comprobatur? Ergo argumentum concludit per fidem. Niſi vos hujuſmodi principia negare velitis, luculenter oſtendam, quæ dicta ſunt, rem de qua agitur, pertinenter concernere.

NICÆN. Dicite prout placet: ſed rogamus, verbis honeſtis, nec aſſeratis nos fidei principium negare.

COLOSS. Cum vos audierim dixiſſe, gratias nobis [a] acturos, ſi a principiis fidei Spiritum a Filio procedere demonſtrarem; deſideravi id agere, ut condignas rependeretis grates.

a Paulo ante hac ipſa collatione.

NICÆN. Id diximus; ſed ſuo tempore id petivimus reſervari; rationi conſonum eſt ut ſervetur.

COLOSS. Dicam quæ veſtro judicio pertinentia ſunt, & liberum eſt reſpondere quod veritatem detegit. Dicit & ipſe ſalvator a ſe procedere. Nam nil eſt aliud evangelicum illud, *Ex meo accipiet*, niſi Spiritum ex eo procedere, beato Epiphanio teſte, cujus verba ſunt hæc.

Joan. 16.

*Hic deſunt breves quædam auctoritates ſancti Epiphanii* [b].

b Clariſſimo id probat S. Epiphanius adv. hæreſ. lib. 3. hæreſ. 74. alias 74. [illegible] num. 7. ad 10. unde videntur deſumptæ fuiſſe auctoritates, quæ hic deſunt.

Et cum aſſeruiſtis, quod ſicut concluſiones non adduntur principiis, ſic nec hæc additio fiet ſymbolo: dicimus quod abſolute verum non eſt, quod principiis concluſiones non addantur, quoniam in una diſciplina veniunt multiplicia principia, aliqua quæ non probantur in illa, vel quia per ſe nota ſunt, ut in metaphyſica; vel quia in alia doctrina probantur. Sunt alia quæ poſſunt demonſtrari, & hæc poſſunt eſſe principia & concluſiones, ut in morali philoſophia.

AND. His expoſitis, ſilentium factum eſt, & dominus cardinalis ſic inquit.

ANNO CHRISTI 1438.

CARD. Hora jam ſurgendi eſt, ac nocti parendi: veſtro quæſito reſponſum dedimus. Dominus Coloſſenſis non ut expoſitis reſponderet, hæc retulit quæ audiſtis: ſed quia videbatur eidem aliter vos ſumpſiſſe quæ dixerat, quam videretur expediens; viſum eſt, ut ipſe ſe declararet. Reſtat, ut ſcriptores conveniant ad diem Sabbati pro reſponſione noſtra recipienda.

NICÆN. Dicimus, & dicemus veſtræ paternitati, quod quæſtio noſtra in duobus conſiſtit. Primo, ſi veſtrum dogma verum ſit, vel non; & veritate inventa, an ſymbolo addi licuerit. Omnibus quidem notum eſt, ultimum præcedere primum: nam & dato dogmate vero, dicimus addere non licuiſſe. Modus diſcuſſionis habitus longus eſt: videtur omiſſa diſcuſſione veritatis dogmatis, ut ad rem propoſitam veniamus; hoc videtur expediens iſti rei. Nam ad ea quæ dicta ſunt, non videtur ſatisfactum, nec interrogationi noſtræ reſponſum.

CARD. Non pertinenter & bene quæſito dedi reſponſum?

NICÆN. Non expectavimus veſtræ paternitatis reſponſionem [c], ſatisfactionem quæſiti, & illa audita, quæ intendimus comprobare, ſi verba domini Coloſſenſis impedimento non fuiſſent.

c Loquitur de reſponſione [illegible] cardinali, [illegible] Nicænus in hac [illegible] collatione [illegible] interrogationem [illegible] dicendi perturbandus.

CARD. Duabus diebus cum orationem feceritis, quod ad interrogationem unam perturbaretur dicendi modus [d], vel alteraretur data dicendi forma, juſtum non eſt: die Sabbati reſpondebitur per vos expoſitis, demumve paritate ſervata, ad brevia quæſita brevia reſponſa dentur.

d Duabus diebus [illegible] Spiritus ſancti: [illegible] fuit [illegible] ſuper [illegible] Nicænus, [illegible]

AND. Hora jam 22. his expoſitis aſſurreximus cuncti.

## NOTÆ HORATII JUSTINIANI AD OCTAVAM COLLATIONEM.

1 *Dicimus.*] Vides lector, quod cardinalis immediate & directe reſpondet quæſito Nicæni clare & breviter; noluit autem reſponſionem ſuam dilatare in hac collatione, quia prius voluit Coloſſenſem reſpondere ad dicta a Græcis in prioribus collationibus, dicens hic, ut iterum replicat in fine hujus collationis, ſuam reſponſionem ad quæſitum Nicæni dilatandam fore & probandam, ut re vera præſtitit Forolivienſis in ſequenti collatione, & ipſe cardinalis collatione decima & duodecima, ubi incipit, *Noveritis*: & 13. ubi incipit: *Ego allego*: demonſtrando quod additio prohibita refertur ad omnes diffinitiones, quia prohibetur ſolum dogma contrarium fidei, non autem declaratio: quia hæc non eſt additio, ſed major extenſio. At vero Græcus ſcriptor, vel ejus ſcriptorum corruptor, ſeſſione nona, quæ huic collationi correſpondet, poſt conſultationem deputatorum cum ſummo pontifice, non refert reſponſionem cardinalis quæſito Nicæni, neque promiſſionem ejuſdem de eadem reſponſione comprobanda in ſequentibus: ſed dicit, *nullam datam reſponſionem quæſito Nicæni, & Coloſſenſem evagatum extra propoſitum; quia*, inquit, *non ſuppetebant illi aptæ reſponſiones*. Sic ſcriptor mutilus, vel ejus ſcriptorum corruptor, & judex non conſtitutus.

Hanc cardinalis reſponſionem, ut optimam, inſeruit poſtea Beſſarion in opuſculo ad Laſcarim cap. 3. in fine hujus operis exhibito.

Hinc apparet non eſſe plenam fidem adhibendam eidem ſcriptori, vel ejus ſcriptorum corruptori, dum ſeſſione ſexta perbrevem & inſufficientem ejuſdem cardinalis Cæſarini refert reſponſionem ad dicta Epheſini improbantis octavam œcumenicam ſynodum, in qua Photius ſchiſmaticus ejus anteſignanus fuerat condemnatus, quam ampliorem & fortiorem optaſſet Baronius tom. 10. anno 869. num. 61. Quamvis alio etiam ex capite excuſari poſſit cardinalis, ut idem ipſe ibidem innuit: non enim tempus erat, vel opportunitas diſputandi de octava ſynodo, ſed de additione, Filioque, in ſymbolo.

2 Tange-



ANNO CHRISTI 1438.

2 *Tangebant.*] Græci enim, ut ſupra, inſiſtebant, ut prius ageretur, utrum fuerit licitum addere ſymbolo, quam utrum ſit vera propoſitio, ex Patre Filioque: & reſiſtebant, ut de hoc ageretur.

## COLLATIO NONA.

### DIE VIII. NOVEMBRIS.

*Additionem, Filioque, non eſſe vere & proprie additionem, neque eſſe prohibitam.*

AND. CONVENERAT cœtus ſacer, cunctiſque expectantibus, quæ exponere epiſcopus Foroliavienſis ex Latinis deputatus tertius, his verbis exorſus eſt.

FOROLIV. Ad ea quæ dicta ſunt per nos, reverendiſſimi patres orientales, primo per modum præambuli tria per vos propoſita commemorabo. Audivimus ab initio veſtræ collocutionis dicentes, non debere nos huic rei inſiſtere, aut ſtudere ut vincat una pars alteram, ut nos invicem ſuperare contendamus, ſed tantummodo menti eſſe nobis, ut puram & ſinceram fidei veritatem clare & aperte in medium deducamus. Quod utique approbavimus & noſipſi, & cum omni ſtudio & cura ſequi volumus: quia ſicut in epiſtola [a] divus Hieronymus dicit, nunquam errat dubitatio quæ ſequitur veritatem. Imo etiam ipſa veritas, & præſertim divina veritas ſanctæ fidei, homines valde diſtantes regione, moribus & lingua, imo & ſeparatos congregat & colligit in unum, ſi magnus ille Areopagita manifeſtat in libro de divinis nominibus [b], dicens: Fides eſt unicum credentium fundamentum, eos colligans in veritate. Ipſa enim eſt ſcientia adjuvatrix cognoſcentium & cognitorum. Igitur ſi optamus, ſi intendimus, ſi ſtudemus ad hanc ſanctam unionem, mentem realem & conſtantem procurare oportet, ut animorum ſenſu convenientes, in ipſa veritate uniamur. Secundo, per vos prædictum eſt, quod quidquid per nos tractandum & ratione diſcuciendum, cum patientia & manſuetudine & tranquillitate tractetur. Et hoc utique magnam in corde meo induxit lætitiam, adeo ut cum propheta dicere poſſem, cum hoc a te, domine Nicæne, intellexi: *Dediſti lætitiam in corde meo*: quia ſicut ſcribit Paulus 2. ad Timoth. epiſt. *Servum domini non oportet litigare, ſed manſuetum eſſe ad omnes, docilem, patientem cum modeſtia*, &c. Tertio dixiſtis, quod ſervare intendo & delectat, bonum & rationabile eſſe, ut allegationes, reſponſiones & rationes noſtræ ſint breves, cum brevitas ipſa & facilius apprehendatur ad intellectum, & memoriæ commendetur facilius. Quod utique placet, ſi ita breves non ſunt, quod ſint obſcuræ, & imperceptibilitas evitetur: quia dicitur, obſcurus ſum, cum brevis eſſe laboro. Precor, reverendiſſimi patres, ut non exigatis a me duo impoſſibilia, ſcilicet ut ſim brevis, & ut reſpondeam ad omnia per vos dicta. [c] Reſpondebo igitur ad principalia, & ſequar ordinem veſtrum in reſpondendo. Primo [c] propoſuiſtis duabus præcedentibus collationibus, [d] in hac reſponſione (quia ſic rationabile nobis videtur) aliqua concedemus per vos dicta, nonnulla negabimus, & rationabiliter & juſte rationem in medio deducentes, aliqua declarabimus, ad quædam vero non dabimus extenſam reſponſionem, ſed brevem, & ſub quodam involucro [e]. Nec dubito quod vos peroptime ſic judicabitis faciendum, [f] ſequens in nomine domini. Ad hæc ſex dicta principalia reſpondeo. Ipſa veſtra propoſitio incipit ſic: Cum vos audierimus, &c. Quantum ad hanc partem, dicimus, quod bene ſervaſtis rationem exordiorum. Sequitur initium veſtræ controverſiæ hanc particulam, Filioque, eſſe additionem extrinſecus factam, & per conſequens prohibitam dicitis ſic ad literam. Hoc licet eſſet verum & rectum, non licet addere, cum & multa, quæ & vera & neceſſaria ſunt & declarata, tamen non fuerunt addita, nec in ſymbolo poſita, cum hoc non liceat: & poſtea per interjectionem multorum ſermonum, quos ego ſummatim explicabo, concluditis. Quare cum ſit demonſtratum, additionem eſſe prohibitam, & probatum etiam, hoc eſſe additionem: ergo hoc prohibetur. Huic omnino volumus reſpondere: & ne videamur dicta veſtra negligere, dico, quod in hac ſermonum interjectione vos primo commemoratis dicta per reverendum dominum archiepiſcopum Coloſſenſem: & dicitis velle reſpondere ad ea quæ faciunt ad propoſitum, alia ad aliud tempus reſervare. Et dicitis velle reſpondere, & repetitis dicentes, quod ipſe uſus eſt quodam ſyllogiſmo, & eſt verum, & quod vultis facere additionem de minori, & reſpondere ad ea quæ deduxit per continuationem illius, & formaſſe ſic ſyllogiſmum: Omne additamentum extrinſecus fit, declaratio autem non eſt extrinſecus: ergo declaratio non eſt additamentum. Hanc partem dimittamus. Ipſe reverendus dominus archiepiſcopus eximius doctor & profundus theologus eſt, & optime arguebat. Ad ipſum initium controverſiæ, cum dicitis, hanc particulam, Filioque, eſſe additionem, & eſſe prohibitam, manifeſte contradicimus, negando ipſam eſſe proprie additionem, & negantes inſuper eam eſſe prohibitam: & hoc volumus declarare per dicta ſanctorum, & rationabiles declarationes. Quod non ſit pure & ſimpliciter additio, declaratur ex habitudine continentiæ virtualis teſtamenti novi & veteris, & ex ordinato ſucceſſu in expreſſione articulorum fidei. Et primo ſic, beatus Auguſtinus [g] contra Fauſtum expreſſe dicit: Chriſtus non venit ſolvere legem, ſed adimplere: non ut legi adderentur quæ aberant, ſed ut fierent quæ ſcripta erant: quod ejus verba teſtantur. Non enim ait, Jota unum, vel unus apex non præteribit a lege, niſi addantur quæ deſunt: ſed ait, Donec omnia fiant. Item de catechizandis [h]: In veteri teſtamento eſt occultatio novi; in novo teſtamento eſt manifeſtatio veteris. Item in quæſtionibus [i] novi & veteris teſtamenti, cum dicitur in evangelio [k], *Audiſtis quæ dicta ſunt*, &c. *Ego autem dico vobis, non reſiſtere malo*: non aliud voluit, quam quod lex id ſenſu habuerit. Et ſuper illud Ezechielis: [l] *Sicut rota in medio rotæ*, Gregorius [m] ad literam: Rota in rota, novum teſtamentum in veteri. Item gloſſa ordinaria ſuper Matthæum capite quinto, in illis verbis; *Non veni ſolvere legem*; ait: Evangelium eſt recapitulatio veteris legis. Conſtat, quod recapitulatio non eſt additio. Si igitur ſecundum Auguſtinum, tanta myſteriorum copia novi

a Tom. 1. epiſt. ad Celantium num. 14.

b Ex cap. 7.

Pſalm. 4.

Cap. 2.

c Expoſuiſtis, & reſpondiſtis.

d Ejus igitur reſponſionis veſtræ.

COLLATIO IX.

e Summatim: vide notam 1. hujus collationis. Confer cum his acta Græca ſeſſ. 10.

f Sequens igitur ordinem reſponſionum veſtrarum.

g Lib. 17. & 18.

h Lib. de catechizandis rudibus.

i Quæſt. 69.

k Matth. 5. Oculum pro oculo, dentem pro dente.

l Ezech. cap. 5.

m Lib. 1. in Ezech. hom. 6.

novi teſtamenti, quia includebatur implicite in veteri, non dicitur additio ſecundum ſenſum, non mirum, ſi illius articuli expreſſio non dicatur proprie additio ſecundum ſenſum, ſed potius impliciti explicatio. Dico hoc idem ex ordinato ſucceſſu articulorum fidei. Nam ſicut dicit Auguſtinus [a], tempora ſunt mutata, non fides; eadem enim patrum præcedentium & ſequentium fides. Nam & qui præibant, & qui ſequebantur, clamabant: *Benedictus qui venit*, &c. Sed tamen in articulis facta eſt impliciti explicatio, & indeterminati determinatio: unde circa reparationem noſtræ fidei & ſalutis magis quam veteris licuerunt. Abrahæ facta eſt implicite explicatio Geneſis vigeſimo ſecundo, cum ei dictum: *In ſemine tuo benedicentur omnes gentes*. Adhuc Iſajæ ſeptimo major explicatio facta eſt in illis verbis: *Ecce virgo concipiet, & pariet filium*: & tandem major explicatio facta eſt per angelum ipſi virgini quærenti modum, cui ſic expreſſum eſt: *Spiritus ſanctus ſuperveniet in te*. Et ita fuit circa articulum de Spiritu ſancto, quod primo tantum confitebatur eccleſia tempore apoſtolorum: Credo in Spiritum ſanctum. Et cum poſtea eccleſia dixit in ſymbolo, Ex Patre procedentem, non fuit novi additio, ſed ejuſdem expreſſa explicatio. Et ſic cum poſtea expreſſum eſt, & ex Filio, non fuit novi articuli appoſitio, ſed ejuſdem articuli magis determinata explicatio. Negamus omnino hujuſmodi additionem eſſe prohibitam: nam ut optime diſtinguit dominus Bonaventura [b] optimus theologus, triplex in ſcriptura invenitur additio. Una, in qua additum eſt contrarium: alia, in qua additum eſt diverſum: alia, in qua additum eſt conſonum. Illa prima, ſcilicet cum additum eſt contrarium, eſt error & hæreticum: ut ſi quis diceret in divinis Patrem genitum, aut Patrem natum, aut Filium ingenitum, aut Spiritum ſanctum a nullo procedentem, ſeu creatum. Secunda additio eſt, cum quod additum, eſt valde diverſum: & hæc additio eſt præſumptuoſa & temeraria, quia temeritatis & præſumptionis eſt, in veritatibus fidei & ſacræ ſcripturæ aliquid diverſum dicere: ut ſi quis in divinis diceret, Patrem geometram, Filium arithmeticum, Spiritum aſtrologum: licet ſic dicendo non multum recederet a veritate, cum quælibet perſona divina ſit omnipotens & omnia ſciens: tamen quia modus dicendi eſt diverſus a modo dicendi & ſanctorum & ſcripturæ; propterea tales diverſas locutiones præſumptioni adſcribimus. Tertio vero additio, ut ſi dicam in divinis, Patrem omnipotentem, Filium conſubſtantialem, Spiritum ſanctum procedentem; & hæc eſt piorum & catholicorum: eſt enim fidelis inſtructionis: quia quod implicite ineſt, explicat. Illæ autem præadductæ duæ additionos, ſcilicet ubi additum eſt contrarium aut diverſum, omnino prohibentur ſub graviſſimarum comminatione pœnarum. Unde Apocalypſis ultimo capite dicitur: Si quis appoſuerit ad hoc, apponet Deus ſuper illum plagas ſcriptas in libro iſto. Illa vero additio, in qua additum eſt conſonum & conveniens, non prohibetur in ſcripturis [a], imo laudatur & remuneratur a ſalvatore noſtro dicente: *Quodcumque ſupererogaveris, ego reddam tibi*. Et in eccleſiaſtico: *Qui elucidant me, vitam æternam habebunt*. Nunc ad propoſitum dico, quod in hac verbali additione nec eſt additum contrarium, nec diverſum; & non eſt ex ſuo genere prohibita: imo additum eſt conſonum & conveniens. Unde apoſtoli dicentes in ſymbolo, Credo in Spiritum ſanctum, patet, quod non fecerunt expreſſionem de proceſſione ejus, nec ex Patre, nec ex Filio. Poſtea ſancti patres, ut occurrerent & obviarent erroribus praviſve dogmatibus hæreticorum, expreſſerunt ex Patre, veluti conſonum fidei apoſtolorum; & in eorum [c] ſymbolo appoſuerunt: & ſic conſequenter poſteriores patres proceſſionem ejus ex Filio, ut conſonam ſymbolo fidei, expreſſerunt. Hic non me extendo ad declarandum, quod hujuſmodi expreſſio, Filioque, ſit conſona & conveniens fidei, & profeſſioni & ſymbolo patrum, ne dicere poſſitis, quod ego exeam propoſitum: ſed cum volueritis, ſum paratus, & jam hic ſeorſum notavi: & ſi volueritis, antequam exeamus hinc, explicabo. Sic igitur patet cuicumque rationabiliter videre volenti veritatem, expreſſionem illam, Filioque, non eſſe proprie ſimpliciter additionem, nec ullo pacto eſſe prohibitam: & hoc pro nunc ſufficiat ad reſponſionem veſtræ principalis controverſiæ. Intremus nunc profundius illius controverſiæ radicale fundamentum, quia contrariatis nobis omnino, ſentientes quod nullo modo licuerit addere nec clauſulam, nec dictionem, nec ſyllabam; ubi quatuor circa fundamentum ponitis. Primo motivum patrum: ſecundo unam rationem: tertio unam auctoritatem beati Cyrilli: [d] quarto de veriſimili. Primo dicitis ad tam ſolemnem prohibitionem fuiſſe commotos patres tertii concilii, ut removerent a fidelibus licentiam non utilem, imo damnoſam. Sed circa hujuſmodi licentiam dicitis unum, quod mihi non videtur veriſimile, ſalva reverentia. Dicitis enim quod licebat a principio religionis & fidei ſolum declarare, exponere & extendere quæ implicite erant contenta in ſacra ſcriptura [e]. Hoc ſolum illis veteribus patribus licebat facere, & ut volebant illas declarationes ponere in ſymbolo, & ubicumque, præter in textu ſacræ ſcripturæ: & poſtea hæc licentia partim fuit prohibita [f], partim autem relicta, ſcilicet declarare & extendere illa quæ continentur in ſacra ſcriptura [g]: hoc enim nunquam fuit prohibitum, nec in futurum prohibebitur. Et dico, quod non videtur mihi veriſimile, quod illis patribus licet uti declarationibus, ut volebant, & ponere in ſymbolo fidei, niſi eſſent congregati in concilio generali: quia dicit ſanctus Thomas [h] de Aquino, quod nunquam fuit facta nova editio ſymboli fidei, niſi in concilio generali: & loquitur de quocumque ſymbolo, quod fuit commune eccleſiæ ſymbolum, hoc præmiſſo, ſequar illa quatuor. Primum eſt iſtud, quod cum uſque ad ſecundum & œcumenicum concilium liceret patribus uti tali licentia ad libitum, poſt illud concilium, quia nonnulli uſi ſunt tali licentia in malum proprium, quia fabricabant ſymbola, in quibus ſeminabant contraria fidei dogmata: cum patres tertii concilii vidiſſent, quod talis licentia nil lucri operabatur fidelibus, ſed detrimentum magnum, cum liceret cuilibet addere, eam licentiam abſtulerunt. Certe hoc non videtur veriſimile, niſi intelligatur de licentia uſurpata, quam hæretici & præſumptuoſi ſibi uſurpant, de qua valde congrue poteſt intelligi illud dictum: Deteriores omnes ſumus licentia.



a In Pſal. 50.

Matth. 21.

Luc. 1.

b In expoſitione prologi lib. 1. ſententiarum, dub. 2. vocat eum dominum, quia nondum erat canonizatus.

Luc. 10.

Eccli. 24.

c A ſecundo poſitæ in concilio Conſtantinopolitano.

d [illegible]

e & addere in ſymbolo.

f addendi ſcilicet in ſymbolo.

g extra ſymbolum.

h 2. 2. q. 1. art. 10.



Et in hoc valet motivum veſtrum, cum dicitis, patres propterea ſigillaſſe & diffiniſſe, quod de cetero liceret aliquid in ſymbolo addere. Sequitur ſecunda veſtra ratio, quia non licendo addere ſymbolo, nullum poteſt inferri detrimentum fidelibus, cum profiteantur fidem illam quam tenebant primi illi patres, quos nemo, niſi inſanus, de fide non perfecta inculpare poſſet. Sed data licentia addendi in ſymbolo prout quiſque vellet, poterit multum detrimenti fidelibus inferri; cum per tranſmutationem ſyllabarum poſſet error in eccleſiam induci. Hanc rationem cum benigna ſupportatione dicimus aliquantulum claudicare: quod vere [a] ſtatim oſtendemus. Sequitur auctoritas Cyrilli, & argumentum: ſed quia omnia iſta facilius ſolventur everſo fundamento, venio ad hoc ipſum. Unde hoc expreſſe aſſerimus, quod cum magis reſpiciendum ſit ad medullam, quam ad corticem; & ad intentionem principalem legiſlatoris, quam ad ſuperficiem verborum & literarum, & illa prohibitio ſit lex eccleſiæ; dico quod debet intelligi ſecundum intentionem eorum qui hujuſmodi legem ediderunt & confirmarunt. Ipſi autem patres intendunt prohibere principaliter profeſſionem & fidem contrariam & diſſonam & diverſam a fide patrum: & propterea ſicut dicit dominus Bonaventura [b], ſecundum veritatem ex vi mutationis, ſententia quæ ponitur in prohibitione patrum, non ſe extendit niſi ad contraria dicentes, & ad illos qui intentione confundendi & diverſificandi, & pollutam faciendi puram & ſanctam fidem patrum, audent immutare; addere, vel ſubtrahere clauſulam, additionem vel ſyllabam: ſed hac prohibitione non prohibetur ulla ætate, etiam in fine ſæculorum; imo nec prohiberi poteſt, quin ſemper liceat eccleſiæ univerſali, in generali & legitimo concilio auctoritate debita congregato, & capiti & principi eccleſiæ habenti in ſe univerſalem plenitudinem poteſtatis totius eccleſiæ, pro legitimis cauſis, ad obviandum erroribus & hæreſibus emergentibus, novam declarationem alicujus partis ſymboli facere, conſonam fidei patrum, & in ſymbolo apponere. Et quis ſanæ mentis habet dubitare; ſi immineret neceſſitas, quod magna Chriſtianorum multitudo laberetur in hæreſim circa ſacramentum altaris, quod ſicut in ſymbolo fuit appoſitum per patres; Confiteor unum baptiſma in remiſſionem peccatorum; quin poſſet eccleſia apponere: Confiteor euchariſtiæ ſacramentum ad ſalutem animarum: & ſimiliter dictionem illam θεοτόκος, id eſt Dei genitrix, ſi neceſſarium videretur, dicendo: Et incarnatus eſt ex Maria virgine, quæ vere eſt Dei genitrix, & homo factus eſt. Verum illud confitemur, quod nulli privatæ perſonæ, aut privatæ congregationi, aut privatæ eccleſiæ id liceret. Et hæc duo dicimus, illam prohibitionem referri debere ad privatos homines, & ad illos qui prava intentione id facere attentarent. Unde ſicut dicit dominus Bonaventura [c], non fuit illorum patrum qui hanc prohibitionem fecerunt, intentio præcludendi viam aliis patribus eccleſiæ ſequentibus, ad explanationem fidei faciendam majorem, ſi Deus illos illuminaret, ut viderent eſſe neceſſarium. Imo plus dicit dominus Bonaventura, quod ſi hac intentione dixiſſent, conſtat quod non bene moti fuiſſent, & eorum ſententia merito eſſet abolenda. Sed quod patres illi habuerint in illa prohibitione illam ſanam & rectam intentionem quam prædiximus: hoc ipſum volumus oſtendere ex his quæ habemus in actis ſanctorum conciliorum, maxime tertiæ ſynodi, & exemplis patrum qui illo tempore fuerunt: Convenientibus namque epiſcopis in Epheſo [d], & vocato Neſtorio contumace, dixerunt quod ſecundum morem legatur fides patrum Nicææ, quatenus huic expoſitioni collatis de fide ſermonibus, conſonantes quidem confirmentur, diſcrepantes ejiciantur. Unde patet, quod intentio ſynodi eſt, quod illa fides probetur, quæ vera; & quæ diſcrepat, rejiciatur. Et per hoc patet quid ſignificent illa verba: Nulli liceat aliam fidem proferre ab ea quæ neceſſario diffinita eſt, id eſt, diſcrepantem & contrariam; & deinde lectum fuit ſymbolum ſynodi Nicænæ: Credo in Deum. Poſtea fuit lecta epiſtola Cyrilli ad Neſtorium, in qua recitat aliqua ſymboli Nicæni, & exponit; & declarat Chriſtum Deum & hominem non in duabus, ſed una perſona natum ex Maria virgine: & probat eam Dei genitricem, adducens teſtimonia ſacræ ſcripturæ: & conteſtatur Neſtorium, ut & ipſe ſapiat quæ in hac epiſtola dicit. Lecta prædicta epiſtola, quæ incipit, Obloquuntur quidam de me, Cyrillus dicit: Hæc ſcripſi Neſtorio, defendens rectam fidem. Certus autem ſum, quod in nullo egreſſus invenior a recta fidei ratione, aut prætermiſi expoſitum a ſynodo Nicæna ſymbolum: & peto ut dicatis, an recte & irreprehenſibiliter, & conſonanter dixerim illi ſynodo. Dixit ſynodus: Nullam innovationem ſeu novitatem intulit Cyrillus, & quæcumque in Nicæa dicta ſunt, epiſtola Cyrilli latius expoſuit, & apertius, & manifeſtius. Et quod hæc epiſtola multam lucem præbet ad comprehenſionem intelligentiæ dictorum in ipſa Nicæna ſynodo, confitenturque eadem ſapere dictam epiſtolam Cyrilli cum ſymbolo Nicæno. Lecta fuit deinde epiſtola Neſtorii ad Cyrillum, in qua dicit beatam Mariam non eſſe Dei genitricem, & inducit quædam dicta ſacræ ſcripturæ. Ad hæc Cyrillus interrogat patres, an litera Neſtorii ſit conſona fidei Nicææ. Reſponderunt patres: Non eſt conſona, ſed aliena ab orthodoxa fide, & repugnans omnino fidei expoſitæ in Nicæa, & diſſentiens a fide Nicæna & ab epiſtola Cyrilli, & adverſa non ſolum fidei Nicææ & Cyrilli epiſtolæ, ſed nec ſibiipſi conveniens. Item quod extranea a veritate, & contraria a fide Nicææ, & a recta fide. Exclamavit ſynodus: Recta fides anathematizat Neſtorium, & exclamat impiam fidem & dogma & ſectam Neſtorii. Ex hoc aperte patet, quæ ſit intentio ſynodi, quæ poſtea fert ſententiam prohibitivam, quod nulli liceat proferre aliam fidem quam in Nicæa: videlicet, quod nulli liceat proferre fidem contrariam & diſſonantem, ſeu alienam vel extraneam a veritate & a vera fide. Unde hoc verbum, *aliam*, ſecundum intentionem ſynodi ſignificat contrarietatem & diſſonantiam, non aliam expoſitionem ejuſdem fidei conſonantem veritati & rectæ fidei, quia Cyrillus latius & apertius declaravit & expoſuit fidem Nicænam: & quia veritati & fidei conſonantia dixit, judicatus eſt eadem ſapere cum fide & ſymbolo Nicæno. Idem patet expreſſius in epiſtola quam ſynodus poſtea ſcripſit ad impe-





a Paulo infra hac eadem collatione.

b Lib. 1. ſent. art. 1. quæſt. 1.

c Loco ſupra cit. hac eadem collatione, qui fuit canonizatus poſt Eugenium a Sixto IV. ideo vocat dominum.

d Concilii Epheſi act. 6.

Collatio IX.

imperatorem a, referendo quæ geſta in ſynodo; & dicit: Epiſtolas Cyrilli invenimus conſonantes dogmatibus & intellectibus, in nullo aliena ejus dicta ab expoſitione fidei, quæ ab apoſtolis & patribus Nicææ tradita ſunt. Dogmata vero Neſtorii invenimus repugnantia ſanctis patribus, & penitus contraria catholicæ fidei. Poſtea fuit lecta epiſtola Cæleſtini papæ b ad Neſtorium, quæ incipit: Aliquantis diebus: & inter alia dicit: Quis unquam non dignus eſt anathemate judicatus, vel adjiciens, vel detrahens veræ fidei? Etenim ipſa fides tradita nobis ab apoſtolis nec augmentum, nec diminutionem recipit. Legimus in libris noſtris, non addi oportere, B nec detrahi: magna quidem & addentem & detrahentem pœna conſtringit. Ubi notandum eſt, quod ante concilium Epheſinum c erat prohibitum & pœnale, addere & detrahere fidei apoſtolicæ, etiam in ſymbolo apoſtolorum: & clare exponit ipſe Cæleſtinus. Sed hac prohibitione non obſtante, ſymbolo apoſtolorum aliqua addita ſunt & detracta per ſymbolum Nicænum & Conſtantinopolitanum; ut illud: Deſcendit ad inferos: & tamen hoc non reprehenditur. Et tamen Cæleſtinus reprehendit Neſtorium, quem dicit aliquid de ſymbolo apoſtolico detraxiſſe, videlicet θεοτόκος, id eſt, Dei genitrix: quod tamen non explicite, ſed C implicite continetur in ſymbolo apoſtolico. Hujus autem ratio eſt, quia Nicæna & Conſtantinopolitana, & aliæ ſynodi nil fidei apoſtolicæ addiderunt vel detraxerunt contra ſanum intellectum & contra veritatem: ſed Neſtorius ſic. Ex hoc apparet, quod addere vel detrahere quis prohibetur, quando contra verum intellectum, vel contra fidem rectam aliquid addit vel detrahit. Et ex hoc ſolvitur omnis difficultas, quam vos patres orientales contra Latinos dicitis, qui addiderunt, (Filioque.) Non enim addiderunt contra verum intellectum ſymboli Conſtantinopolitani, nec contra veritatem, aut contra rectam fidem: maxime cum publice dixeritis, D quod ſymbolum Conſtantinopolitanum & Nicænum idem ſunt; & lecto uno, intelligitur & aliud: quia licet in verbis differant, non differunt in ſenſu & veritate. Et ſic dicimus, quod ſymbolum Romanum eſt unum cum Conſtantinopolitano & Nicæno ſymbolo, & lectis illis intelligitur & hoc lectum: & licet addere verbum verum, & non licet addere verbum quod diſcrepat a vero ſenſu & a recta fide. Et cum dicitis quod fuit prohibitum addere, reſpondetur: cum vos fateamini eſſe unum & idem id, quod convenit in ſenſu, quamvis differat in verbis: ſequitur, quod proprie non eſt additio, ſed unum & idem, ſeu identitatis expreſſio. Sequitur in E epiſtola Cæleſtini: Inter multa quæ impie prædicata univerſalis recuſat eccleſia, ſymbolo ab apoſtolis tradito plangimus hæc verba fuiſſe ſublata d, quæ nobis totius ſpem vitæ ſalutiſque promittunt; videlicet, quod beata Maria ſit Dei genitrix: quod tamen virtualiter tantum inerat ſymbolo apoſtolorum. Ex hoc etiam patet, quod ſymbolo apoſtolorum non licet detrahere: & tamen per patres Nicææ detractum e eſt, videlicet: Deſcendit ad inferos: & qui detraxerunt, non negabant illam veritatem, nec illam impugnabant, ſicut Neſtorius impugnabat,

a Habetur poſt actione 6. concilii Epheſini inter epiſtolas catholicorũ & dirigitur Theodoſio & Valentiniano imperatoribus.

b In actis concilii Epheſini par. 1. c. 18.

c Cæleſtinus enim non loquitur de prohibitione concilii Epheſini quod ejus tempore celebrabatur, ſed de anteriori: imo & hæc ejus epiſtola data eſt ante celebrationem Epheſini, ut dicit Jul. card. infra collat. XI.

d a Neſtorio ſcilicet, qui negando eſſe Dei genitricem, detrahebat a ſymbolo quod implicite in eo continebatur.

e Id eſt, ea verba non inſeruerunt in ſymbolo ab eis compoſito.

quod Maria eſſet mater Dei. Poſtea monet Neſtorium Cæleſtinus, ut niſi intra decem dies revocet errorem ſuum, & prædicet de Chriſto quod univerſalis eccleſia tenet, noverit ſe ab eccleſiæ unione deletum. Alia plura ex actis conciliorum dicere poſſem, ſed ad f ulteriora noſtra feſtinat oratio. Redeamus ad id, unde paululum digreſſi ſumus, quantum ad proceſſum veſtræ orationis: non tamen receſſimus a propoſito, ut manifeſte patet. Dicebamus, quod circa principale fundamentum, ubi fundatis contradictionem, adducendo motiva patrum, opponitis illam rationem, quam diximus nos oſtenſuros aliquantulum claudicare. Et re vera ita eſt, arguitis ſic: ſi liceret addere ſymbolo, B multum detrimentum poſſet inferri. Dico hoc eſſe falſum, imo id ſequeretur, ſi non liceret univerſali eccleſiæ, aut principi eccleſiæ, in quo eſt plenitudo poteſtatis & auctoritatis totius eccleſiæ. Si enim non licuiſſet patribus eccleſiæ addere ſymbolo apoſtolorum per Chriſtum generatorum, magnum eccleſia fuiſſet paſſa detrimentum: & ſic, ſi non licuiſſet aliis conciliis. Et cum additis in argumento, quod data licentia, quod quiſque poſſet addere in ſymbolo, poſſent fidelibus detrimenta inferri, cum per mutationem ſyllabarum poſſet error in eccleſiam induci, & videmini multum timere iſtas ſyllabas: dicimus, quod receditis de medio, & ſaltatis de extremo ad extremum, C ac ſi eſſet neceſſarium alterum duorum, aut quod negetur hæc licentia omnibus, etiam univerſalibus ſynodis; aut quod unicuique privato hæc licentia paſſim concedatur. Dicitis ad literam ſic, videlicet data licentia quod quiſque poſſet addere in ſymbolo, ſequeretur inconveniens. Dicimus, quod hoc non oportet, neque unquam fuit licitum, ſed hoc laudabile & honeſtum medium, videlicet, ut non detur hæc licentia particularibus perſonis, & tamen quod ab univerſali eccleſiæ principe minime auferatur. Tertio arguitis auctoritate Cyrilli g ad Acacium, ubi dicit: Sancta & œcumenica ſynodus quæ Epheſi convenit, neceſſario providit, non debere aliam fidei expoſitionem in eccleſiam D Dei inferri præter exiſtentem, quam venerabiles patres noſtri, qui Spiritu ſancto loquebantur, de fide terminarunt. Et vos notatis prohibitoria. Primo, quod tertia ſynodus prohibuit addere: tamen non dicit ſic textus, ſed dicit non debere aliam fidei expoſitionem in Dei eccleſiam inferri. Secundo notatis verbum, neceſſario providit; id eſt, ſalutis neceſſitatem, qua piiſſima mater eccleſia contra imminentia pericula & inſurgentes hæreſes providit, ut poſuit, remedio opportuno. Domine Nicæne notatis & dicitis, quod non prohibetur alterius fidei expoſitio, ſed ipſius fidei altera expoſitio: ubi dicimus, quod primam partem dicti veſtri ſimpliciter negamus, ſcilicet, quod non E ſit prohibita alterius fidei, ſcilicet a fide patrum, expoſitio: imo ſemper fuit prohibita, & ſemper erit. Secundam vero partem, quæ ſequitur literam Cyrilli, qua prohibetur ipſius fidei altera expoſitio, fatemur de illa quæ eſt diverſa, diſcors & diſcrepans ab expoſitione patrum.

Card. Patres nos habemus unum dubium, quia vos dicitis certa verba in epiſtola Cyrilli, ubi nos non ita habemus, vellemus videre: legatur textus.

And. Aſſurgens quidam e Latinis epiſtolam legit

Anno Christi 1438.

f Quæ hic ſequuntur uſque ad finem hujus collationis, & alia inde ſequentia uſque ad medium, [illegible] ad dicta [illegible] card. [illegible] apud Græc. ſcriptorem ſectione 10. & 11. quæ huic collationi correſpondeat, [illegible] fine ejuſdem ſeſſionis 10. notatur.

g In actis concilii Epheſini parti 3. c. 35.



Anno Christi 1438.

legit his verbis. a Cyrillus in domino gaudere. Res quidem dulcis ſalutatio fratris, operæpretium, & omni ratione dignum, &c.

Nicaen. Nos non habemus iſtam, ſed credimus quod non ſit contraria aliis. Nos habemus hic tres epiſtolas ad Acacium. Una tractat de ſacrificio, quod apud veteres vocatur b apombeanum, & incipit: Tuæ epiſtolæ.

And. Continuavit dominus Forolivienſis.

Foroliv. Denique circa tertium principale fundamentum, cum nos contradictionis arguiſtis, quia ex quo dicimus, ab initio eccleſiæ prohibitum fuiſſe contraria dogmata inferri: ergo aliquid aliud ſynodus prohibet, ſcilicet mutationem dictionum & ſyllabarum. Sed non ſunt ita timendæ ſyllabæ: hoc ſolutum eſt in everſione fundamenti veſtri.

Nicaen. Nos timemus ubi timendum eſt.

Foroliv. Quod ibi dictum eſt, quod prohibetur additio ſyllabarum & dictionum, intelligitur de his qui animo evertendi fidem hæc facerent. Præterea non eſt inconveniens eamdem prohibitionem diverſis temporibus innovari, imo plus beatus Paulus apoſtolus ad Galat. 1. dicit eamdem prohibitionem, & repetit, dicens: *Licet nos, aut angelus de cælo evangelizet vobis præterquam quod evangelizavimus vobis, anathema ſit*: & ibi ſequitur: *Sicut prædixi, & nunc iterum dico: Si quis vobis evangelizaverit præter id quod accepiſtis, anathema ſit*. Sequitur veſtra principalis corroboratio quædam de illa voce θεοτόκος id eſt Dei genitrix, de duabus naturis & operationibus in Chriſto. Ad quam veritatem oſtendendam dixiſtis conveniſſe patres concilii ſexti: & licet in ſymbolo contineantur, non tamen ita clare: tamen noluerunt in ſymbolo ponere. Et propterea infertis, hinc ſequi, nihil debere addi in ſymbolo, nec quæ aperte & clare in ipſo ſymbolo ſunt, nec quæ non ita clare ſunt. Et confirmatis ſic, quod omnia illa concilia quæ poſt tertium ſunt ſecuta, ita ſervarunt, quartum videlicet, quintum & ſextum & ſeptimum. Hic reſpondemus, quod utique hoc infertur, quod non debet ex facili cauſa, & ſine magna neceſſitate aliquid novi exprimi in ſymbolo communi fidei: ſed quod non poſſit ab univerſali eccleſia pro neceſſariis cauſis, & a principe ipſius eccleſiæ habente in ſe poteſtatem totius eccleſiæ, ut ſupra dictum eſt, non ſequitur; & quia vultis inferre quod non in ſymbolo communi fidei, ſed alibi debuiſſemus ponere illam particulam, & licitum fuiſſet: & propterea quamdam licentiam videmini concedere, eo quod omnes patres bene attribuerunt locum declarationibus & expoſitionibus, ſcilicet, ut ſcribantur in codicibus privatis, non tamen quod in ſymbolo apponantur. Hinc vobis reſpondemus, in magna parte fundantes nos in conceſſis a vobis. Dicitis in una parte veſtræ propoſitionis, quod ipſum ſymbolum propterea in magna obſervatione habendum eſt, quia in eo omnes fidei profeſſores baptizabantur: & ex hoc infertis, quod nos in privatis codicibus debuiſſemus ponere. Ubi nos oppoſitum inferimus, & juſte; quia quæ in privatis codicibus apponuntur, non ſic de facili veniunt ad notitiam ſimplicium qui baptizantur, ſicut quæ ſunt in ſymbolo: imo ſimplices potuiſſent credere, quod non eſſet verum, ex quo non ita publice in communi ſymbolo cantaretur de proceſſu Spiritus ſancti ex Filio, ſicut de proceſſu ex Patre. Sequitur quintum principale, ubi dicitis: Clamant patrum dicta ſole clarius, & conſonant eo-

a Cyrillus Acacio in domino gaudere. Res quidem dulcis & Concilii Epheſini parte 3. cap. 35.

b De ſacrificio capri emiſſarii Lev. 16. Græce ἀποπομπαῖον, in actis concilii Epheſini part. 3. num. 36.

Collatio IX.

A rum operationes. Nam cum multæ fuerunt neceſſitates, adhibuerunt remedium de declarationibus in privatis declarationibus, non tamen poſuerunt in ſymbolo. Dicimus ut ſupra, quod ex hoc bene infertur, quod non ex facili cauſa, niſi imminente & urgente gravi neceſſitate, non debet nova expreſſio fieri in ſymbolo: ſed quod non poſſet fieri concurrentibus opportunis requiſitis, iſtud negatur ſimpliciter, & ſæpe negatum eſt. Illam vero excuſationem quam facitis, auctoritatem magni Gregorii non facere ad noſtrum propoſitum, bene oſtendemus contrarium: & non turbemini, quia cum bona caritate dicam. Sextum principale verbum eſt quoddam objectum contra argumentum domini mei Coloſſenſis, B ubi ſic objicitis. Cum argueret ex diſſimilitudine vocis & idiomatis in prolatione ſymboli apud Græcos & Latinos, reſpondetis, & poſtea objicitis, vel ſaltem nitimini: dicitis ſic: In ipſa noſtra difficultate dicimus non ſolum eſſe varias voces & dictiones, imo res differentes ſenſu: c nam cujuſcumque verbi, & ſenſus quidem. Nam dicere quod Spiritus ſanctus procedat a Patre atque quod procedat a Patre & Filio, ſunt duæ diverſæ propoſitiones: unde videmini arguere logicaliter, & ſubtiliter, & inferre, quod iſtæ ſunt duæ propoſitiones alterius ſenſus, ſcilicet, quod Spiritus ſanctus procedat a Patre, & quod procedat a Patre & Filio, ſunt duæ, quæ una copula copulantur, & fit una propoſitio, licet C alio termino utamini, ſic fit una ratio tantum. Volo uti propriis terminis logicalibus, non curans de rhetorica, quod ſit una propoſitio; & cum vultis inferre, quod ſint diverſæ propoſitiones, quia habent diverſa contradictoria: quia huic, Spiritus procedit a Patre, contradicit propoſitio categorica, ſcilicet, Spiritus non procedit a Patre. Et licet in textu veſtro non ponatis hanc particulam, oportet eam ſubintelligere, ut ratio una ſit apud logicos clara: & poſtea vultis quod illi propoſitioni copulativæ, ſcilicet, Spiritus ſanctus procedit a Patre & Filio, duæ ſunt contradictoriæ d, quarum una eſt falſa ſecundum nos ambos, ſcilicet quod Spiritus ſanctus non procedat a Patre: altera eſt vera ſecundum vos, D ſcilicet, quod Spiritus ſanctus non procedit a Filio. Ego non intendo vobis facere convicium, ſed cum ſcriptum ſit ambobus exiſtentibus amicis, ſanctam amare veritatem, & in ore philoſophorum, amicus Socrates, amicus Plato, magis amica veritas. Dico ad rationem veſtram primo, quia utimini logica: dico cum reverentia, quod non utimini vera logica: falſum aſſumitis, & contra regulas logicales dicitis hanc affirmativam, Spiritum procedere a Patre & a Filio, habere unam negativam e, ſcilicet, Spiritum non procedere a Patre, nec a Filio: cum reverentia veſtra non eſt ita. Contradictorium unius copulativæ affirmativæ non eſt una copulativa facta ex partibus contradicentibus, imo eſt una disjuncti- E va facta ex partibus contradicentibus. Et verbi gratia, niſi ita eſſet, tunc duo contradictoria adinvicem contradicentia eſſent ſimul falſa: quod non eſt verum; in * ulla ſcientia hoc poteſt cadere. Probo aſſumptum, & ſumo propoſitionem, Hic homo eſt lapis, & eſt animal: ſi ſua contradictoria eſſet una copulativa facta ex partibus contradicentibus partibus affirmativæ, ſcilicet, hic homo non eſt lapis, nec animal: conſtat, quod utraque f non falſa, ſcilicet homo eſt lapis, & homo eſt animal: quia altera g pars copulativæ eſt falſa h. Et ſimiliter alia copulativa, Homo non eſt lapis, nec eſt animal, eſt falſa, quia

c Nam unũ quodq; verbum habet ſuum ſenſum & ſignificatum;

d Sub una ſcilicet copulativa, ut ſubdit.

e Sub una ſcilicet copulativa.

* f. nulla

f Pars ſcilicet copulativæ.

h Subintellige tantum

g Scilicet, homo eſt lapis:

COLLATIO IX.

quia habet alteram partem falſam, ſcilicet, Homo non eſt animal. Sed clarius. Volo accipere exemplum in divinis. Accipio hanc copulativam, quæ falſa eſt, ſcilicet, Filius procedit a Patre & a Spiritu ſancto: ſi hæc negativa eſt illi contradicens, Filius non procedit a Patre, nec a Spiritu ſancto; etiam hæc falſa eſt, quia alteram partem habet falſam, ſcilicet illam, quod Filius non procedat a Patre. Et tunc contra vos infertur ex dictis veſtris, quod debetis negare duo contradictoria ad invicem contradicentia, ut duo falſa. Probatur. Nam vos negatis iſtam, Spiritus ſanctus procedit a Patre & a Filio. Et ſimiliter habetis negare iſtam, Spiritus non procedit a Patre & a Filio. Ergo ſi ratio veſtra eſt bona, videatur quid ſequitur.

AND. Hoc verbo dicto, arriſit: demum proſecutus eſt ſermonem ſuum.

FOROLIV. Audiſtis, reverendiſſimi domini & patres. Ego non intraſſem materiam logicalem, niſi vos intraviſſetis; ſed oportuit intrare. Nunc volo rationem veſtræ theologiæ ſolvere, & volo ſalvare honorem reverendi patris domini Coloſſenſis in veritate, quia in illa parte optime dicebat. Quando vos, patres reverendi, dicitis, quod iſta eſt alia propoſitio, & habet alium ſenſum, ſcilicet, Spiritus ſanctus procedit a Patre & Filio, ab iſta, Spiritus procedit a Patre, quia alio modo C verificatur una quam alia; hoc concedimus, & veriſſimum eſt, & non eſt contra nos. Sed ſi ſic intelligitis alia, quod ſit alia & omnino impertinens, & quod non poſſit apud bene intelligentes immediate deduci una ex altera, hoc utique negamus, nec valet argumentum ex eo, quod alia propoſitio ſit contradicens uni, & alia ſit contradicens alteri. Verbi gratia a ſimili, primo in ſymbolo apoſtolorum circa articulum de Filio dicebatur: Et in Jeſum Chriſtum filium ejus unicum dominum noſtrum. Sed ad obviandum hæreſi Arianorum, patres Nicæni addiderunt, genitum, non factum, conſubſtantialem Patri. Hæ duæ propoſitiones alio modo verificantur, & alia habent contradictoria. D Nam Arius negaſſet contradictorium primæ, videlicet, Et in Jeſum Chriſtum unicum dominum noſtrum; & conceſſiſſet contradictorium ſecundæ; quia negabat conſubſtantialem Patri. Secundo in articulo de Spiritu ſancto in ſymbolo apoſtolorum non plus dicebatur, niſi, Credo in Spiritum ſanctum: ſed poſtea per patres Conſtantinopoli congregatos fuit additum, dominum & vivificantem, ex Patre procedentem: & tamen conſtat, quod aliter verificatur una, & aliter alia. Et alia eſt propoſitio contradicens uni, & alia alteri. Quibus non obſtantibus, quia viderunt patres unam ex alia ſequi, expreſſerunt iſtas, ſcilicet; Genitum, non factum, conſubſtantialem, &c. Et dominum, & E vivificantem, ex Patre procedentem: & poſuerunt in ſymbolo: & ita concorditer ſentiendum eſt de iſta: Ex Patre Filioque procedit: ubi maxime ſalvatur dictum domini archiepiſcopi Coloſſenſis, cum inducebat de principiis & concluſionibus. Et non dubito vos ſcire, quod concluſiones & veritates ſequentes ex principiis, ſunt in duplici differentia. Quædam veritates ſunt valde remotæ a principiis, niſi per multa media: ſed quædam ſunt veritates, quæ ſunt ipſis principiis valde propinquæ, adeo quod videantur per ſe notoriæ, & facile deduci ex per ſe notis, ut videantur inferri ſyllogiſmo imperceptibili: ut, verbi gratia; Omne quod continet tantum quantum pars, & amplius, eſt majus ſua parte: omne totum eſt hujuſ-

A modi: ergo. Unde dicit Ariſtoteles in princ........ quod tentare demonſtrare naturam eſſe, ridiculum eſt. Ubi dicunt expoſitores & doctores, quod Ariſtoteles notanter non dicit, naturam eſſe demonſtrare, ridiculum eſt. Et ratio eſt, quia illa deductio demonſtrationis, naturam eſſe, ita de facili fit, quodammodo ſyllogiſmo imperceptibili, ut conari ad illud, ut ad imperceptibile, cum notum ſit, ridiculum ſit. Nunc bene dicebat dominus Coloſſenſis, quod iſta veritas, quod Spiritus procedit a Patre, & quod procedit a Filio, non eſt de numero illarum veritatum quæ ſunt remotiſſimæ a ſuis principiis, & quæ non poſſunt inferri, niſi per multa media; ſed ex his quæ ſunt propinquiſſimæ ſuis principiis, & facillima de-B ductione ex principiis deducuntur. Et ideo patres in Nicæa, quia viderunt hanc veritatem, videlicet, Filium conſubſtantialem, non factum, ſed ab æterno, facile deduci poſſe ex articulo de Filio poſito in ſymbolum apoſtolorum; ideo ſine aliquo timore offendendi ſymbolum apoſtolorum, jucundiſſime & cum omni fiducia cantaverunt conſubſtantialem, &c. Et ita fecerunt in hoc articulo de Spiritu ſancto patres in Conſtantinopoli, quia viderunt faciliter deduci poſſe, Spiritum procedere a Patre, non timuerunt ſymbolum apoſtolorum, in quo dicitur tantum, Credo in Spiritum ſanctum: ſed cum fiducia addiderunt, dominum vivificantem, & ex Patre procedentem. Et ſimiliter Latini videntes facillima deductione, Spiritum a Filio procedere, deduci poſſe ex eo quod dixerant apoſtoli & patres Nicæni, addiderunt ſymbolo. Et cum licentia domini noſtri, ego alia die complebo reſponſum.

ANNO CHRISTI 1438.

AND. His expoſitis, quiſque intuebatur alterum, ex his quæ facundiſſime [1] gravi ſermone a viro antiquo verbis convenientiſſimis lætiſve audierant.

NIAEN. Et quæ veſtra paternitas dixit, nos cum caritate audivimus, prout protuliſtis, & ad nullum perturbati fuimus. Gratias agimus paternitati veſtræ & pro his quæ dixiſtis, & D per quem modum, quoniam omnia fuerunt auditu nobis gratiſſima: ſed & gratiora, prout arbitramur, recipietis reſponſa in diem alterum.

AND. His expoſitis, quiſque ſurrexit pontificibus aſſurgentibus.

## NOTÆ HORATII JUSTINIANI

### AD NONAM COLLATIONEM.

1 *Reſpondebo.* ] Verba inter loquendum ab Andrea confuſe excepta Græcus ſcriptor ſic adaptavit ſeſſione 10. *Reſpondebo igitur ad graviora, & ſequar ordinem veſtrum: Vos veſtros ſermones expoſuiſtis 1. & 4. die Novembris: reſponſionis autem veſtræ [cum videatur rationi congrua] quadam ſuſcipimus, quadam negamus. Cur ergo negemus, juſtas & congruas cauſas afferentes, aliqua declarabimus; ad quadam vero haud prolixa utemur oratione, ſed de omnibus ſummatim dicemus: nec dubito, quin vos etiam ſitis hoc probaturi, & juſta ratione faciendum. Sequentes igitur ordinem ſermonum veſtrorum, in nomine domini reſpondebo ad ſex quadam generalia capita: & quidem proœmium ſpectat ad vos, quod omnibus cum caritate audiviſtis, &c. Quod ad hoc attinet, nihil videtur nobis reſpondendum: rite enim & optime ſervaſtis ordinem proœmiorum. Sequitur ſecundum caput controverſiæ, particulam hanc, ex Filio, eſſe additamentum extrinſecus.* Hæc ille.

2 *Scripturis.* ] Id eſt, non prohibetur in evangelio expreſſio articulorum fidei: ceterum ipſi ſacræ ſcripturæ cur non poſſit fieri additio, vide infra collatione 14. num. 1. circa finem.

3. *In-*



ANNO CHRISTI 1438.

3 *Intentione.* ] Sed hoc eſt impoſſibile, quia legitima concilia hujuſmodi non poſſunt errare, ut notatur in margine operum S. Bonaventuræ, Romæ impreſſorum. Poteſt etiam explicari, quod ſi hoc voluiſſent, eorum ſententia non fuiſſet a ſede apoſtolica approbata, ſed abolita.

# COLLATIO DECIMA.

## DIE XI. NOVEMBRIS.

*Additionem, Filioque, eſſe declarationem: Et prohibitionem de non addendo, intelligendam eſſe de non addendo contraria, non autem declaratoria.*

ANDREAS. CELEBRATIS ſacris die 11. Novembris in conventu, cum quilibet arrectis ſtaret auribus, Forolivienſis, qui priſtina in conventione ſermonem fecerat, continuavit his verbis.

FOROLIV. Dei gratia & cum benedictione domini noſtri, ero hodie breviſſimus & clariſſimus. Die ſabbati, reverendi patres, terminavimus ſermones in illa parte veſtri ſermonis, ubi opponebatis, dicendo, quod in hac propoſitione, Spiritus ſanctus procedit a Patre, & in iſta, procedit a Patre & a Filio, non ſo-C lum ſunt variæ voces & dictiones, imo & res differentes ſenſu, &c. ubi quod dixerimus audiſtis, & plures ſcriſperunt. Procedamus ad ulteriora. Sequuntur in veſtra propoſitione hæc ſex quæ vos dicitis de principiis. Dicitis ſic: Principium, & quæ poſt principium ſunt, in plurimis diſcreta ſunt, & forte in omnibus: & adducitis probationem, ponendo tres differentias inter principium & ea quæ ſequuntur. Nam principium univerſale eſt; quæ poſt, particularia. Item principium eſt, quod demonſtrat; quæ poſt, quæ demonſtrantur. Tertio principium eſt propoſitio, quæ ſequuntur ſunt concluſiones. Unde arguitis ſic. Quonam pacto fieret, ut particularia fierent univerſalia, & concluſiones propoſitiones? Se-D cundum principale quod dicitis, ſequitur hoc modo. Quod principia habeant quæ ſequuntur ex eis, eſt neceſſarium: ſed quod, quæ ſequuntur, addantur principiis, non eſt neceſſarium. Tertium his verbis deducitis: Si aliqua prohibitio eſſet ne hoc fieret, ut in præſenti noſtra difficultate, tunc longe difficilius hoc poſſet fieri, cum multa quæ vera non ſunt, adjecta ſint principiis. Quarto illationem ſic facitis: nam dogmata fidei capimus ex dogmatibus ſcripturarum, quæ dogmata ſunt principia. Et quinto infertis, quod cum nihil ſit adjectum principiis ſacræ ſcripturæ, nec nos addemus ſtante prohibitione. Ultimo corollarium infertis ſic: Unde neceſſario ſequitur, quod dato quod ſymbolum E fidei ſervet, & habeat locum principii in eccleſia Dei, quæ poſt ipſum ſequitur, in ipſo ſymbolo nullatenus addenda ſunt. Explicavi, reverendi patres, propoſitionem veſtram fideliter, licet ipſam per numerum partium ordinate diſtinxerim, ut poſſim ordinate reſpondere. Ubi dicimus primum, quod ſicut prædiximus die ſabbati, ad dicta reſpondendo, quæ vera ſunt acceptabimus; quæ non videbuntur vera, negabimus aperte & cum ratione: quæ vero ambigua & obſcura, aperire & declarare ſtudebimus. Cum primo dicitis loquendo de principiis doctrinæ, quod principium & quæ poſt, ſunt in

COLLATIO X.

A plurimis diſcreta, & forte in omnibus; credimus ſine dubio quod in plurimis diſtinguantur: ſed illud, & forte in omnibus, ſimpliciter negamus. Domine Nicæne attendatis bene. Nam illud adverbium, forte, ſecundum grammaticos eſt adverbium dubitandi: & quod non debeatis dubitare, ſed eſſe certi; ſcilicet, quod principium & quæ ſequuntur, non ſunt diſcreta in omnibus, nec in omnibus diſconveniunt, advertite: nam conveniunt ſaltem in tribus, ſcilicet in veritate, in genere doctrinæ, & in habitudine ordinis & illationis. Nam quæ ſequuntur ex principiis vera ſunt, & demonſtrantur vera ex veritate principiorum. Unde illud primo poſteriorum, neceſſe eſt demonſtrativam ſcien-B tiam ex veris eſſe principiis per declarationem. Verum igitur oportet eſſe quod ſcitur, quoniam non eſt ſcire quod non eſt, ut diametrum eſſe ſymmetrum, quia non eſt ſimile. Unde de neceſſitate principium doctrinæ & quæ ſequuntur; conveniunt in veritate. Nam ex vero realiter non ſequitur non verum. Et ideo optime David propheta, ut oſtenderet in omnibus verbis Dei veritatem, dicit ad literam: *Principium verborum tuorum veritas.* (Pſal. 118.) Secundo conveniunt in genere doctrinæ. Nam ex principio geometrico ſequuntur concluſiones geometricales, ex phyſico phyſicales, &c. Tertio conveniunt in habitudine ordinis & illationis: licet enim venire in notitiam eorum quæ ſequuntur ex notitia prin-C cipii; & hic proceſſus ex principio eſt a priori: & aliquando e contra, & hic eſt proceſſus a poſteriori. Et propterea ſcriptum eſt Ethicorum primo: Non lateat autem vos, quoniam differunt a principiis rationes, & quoad principia bene & Plato dubitavit, & quæſivit, utrum a principiis, vel ad principia eſſet via, quemadmodum in ſtadiis ad terminum, vel econtra. Illis vero tribus differentiis poſitis inter principia & quæ poſt principia ſunt, pro nunc non curamus contradicere, licet poſſemus ponere aliquas difficultates. Sed in ſecundo dicto principali, ubi dicitis, quod principia habeant in ſe quæ ſequuntur ex eis, hoc eſt neceſſarium; ſed quod addantur, non eſt neceſſarium: ex hoc D infertur ſic: Omnis conditio neceſſaria prior eſt quam non neceſſaria: ſed per vos, quod principia habeant in ſe quæ ſequuntur, eſt neceſſarium; & ſic eſt neceſſarium concluſionem veritatis contineri in principiis: quod vero addantur, non eſt neceſſarium: ergo illa quæ ſequuntur ex principiis, prius ſunt vera quam ſint addita vel addenda: ordine quippe naturæ prius eſt propoſitio vera quam licita, vel illicita. Unde evangelium prius erat in ſe verum, quam prædicandum vel legendum. Et ſic hæc propoſitio, Spiritus ſanctus procedit a Patre & Filio, prius eſt vera quam addita. Quod enim convenit alicui neceſſario & per ſe, & abſque habitudine ad aliquod extrinſecum, prius ſibi convenit, quam E id quod convenit ei pro habitudine, [a] aut aliquid extrinſecum: Vos contrarium dicitis, a principio collationis in hoc conventu factæ quærentes, quare nos fecimus additionem illam, Filioque; & an licuerit facere: & tamen ordine naturæ prius videndum erat, an ſit verum, quam an ſit licitum, vel prohibitum: nam ſecundum omnes veros theologos, quæ Deo inſunt ad intra, priora ſunt illis quæ inſunt Deo habitudine ad extra. Unde prius eſt, Spiritum ſanctum eſſe cum Filio & a Filio, quam ſit licitum, vel prohibitum addere. Præterea tertium propter brevitatem, & venio ad quartum, ubi dicitis ſic. Dogmata fidei ſumun-

a Forte, ad aliquid II.

Collatio X.

A ſumuntur ex fonte ſcripturarum, quæ ſunt principia fidei. Ex hoc dicto inferimus nos, quod declaratio, expreſſio & explicatio quæ fit circa articulum fidei vel ſymboli per ſcripturas evangelii, epiſtolas Pauli, & veteris & novi teſtamenti, nullo modo eſt extrinſeca reputanda aut alterius generis doctrinæ, cum ſit doctrina Dei & eccleſiæ: quia tunc tantum dicitur probatio extrinſeca, quando fit non per principia propria illius doctrinæ, ſed per principia alterius generis ſcientiæ: ut ſi concluſionem phyſicam probarem per principium geometricum. Sed ſecundum vos, ſcripturæ veteris & novi teſtamenti ſunt principia fidei: ergo probatio & declaratio quæ fit per hujuſmodi ſcripturas, fit notorie per principia propria fidei, & intrinſeca doctrinæ noſtræ. Qua- B re nullo modo debent cenſeri extrinſeca. Cujus contrarium, cum reverentia, dixiſtis, reſpondendo cuidam articulo domini Coloſſenſis, dicebatis ſic, quod ratio quæ ſumitur ad probandum illud, Spiritus procedit a Filio, ſumitur ab extra, quia accipitur major extra. Cum dicitur, Omnia quæ ſunt Patris, ſunt Filii, dicitis quod accipimus quamdam auctoritatem unde ſumimus hanc majorem, & hoc ab extra. Unde hic aperte reſpondemus & dicimus, quod ſi per extra intelligitur, quod ſumatur extra minorem propoſitionem, extra hoc eſt, quia in quacumque deductione quantumcumque intrinſeca & propria, ſi complete formetur ſyllogiſmus, ſemper major antecedit minorem, & eſt extra ipſam, aut ſitu, ſi ſit in ſcri- C ptis; aut probationis ſucceſſione, ſi eſt in voce. Si autem intelligatur de habitudine prædicati ad ſubjectum, non eſt extra. Igitur ſumendo talem majorem, Omnia quæ ſunt Patris, ſunt & Filii; & probando ipſam per dictum evangelii, aut epiſtolarum Pauli, aut alicujus partis ſacræ ſcripturæ, talis probatio aut declaratio nullo modo debet dici extra doctrinam fidei, nec extra doctrinam divinitus revelatam; nec debet dici extrinſeca: imo cum fiat ex propriis principiis doctrinæ fidei (cum vos concedatis eſſe principia ipſas ſcripturas) bene requiritur quod nullo pacto hæc probatio, declaratio, vel explicatio debeat dici extrinſeca. Unde, ſicut pridie dicebamus, cum in articulo de Patre non contineretur expreſſe, D quod eſſet factor viſibilium & inviſibilium; & in articulo de Filio non contineretur ex forma verborum illud, genitum, non factum, conſubſtantialem, &c. ſed tantum dicebatur in ſymbolo apoſtolorum ibi: Et in Jeſum Chriſtum unicum dominum noſtrum: ad obviandum errori Manichæorum in articulo de Patre, & errori Arianorum in articulo de Filio; expreſſerunt, & ſymbolo apoſtolorum appoſuerunt, dicentes [a], quæ addita ſunt in ſymbolo; quia viderunt hæc omnia & poſſe evidenter ex principiis fidei, ſcilicet ſacris ſcripturis, hujuſmodi extenſionem & declaratio- E nem facere, & in ſymbolo ponere: nec putaverunt extra, nec dici extrinſecam. Similiter poſtea alii patres alterius ſynodi, ut obviarent hæreſi Macedonianorum, & omnium illorum qui dicebant, Spiritum eſſe creaturam, in articulo de Spiritu ſancto hanc explicationem & extenſionem & declarationem fecerunt; & ſymbolo appoſuerunt, ſcilicet, In Spiritum ſanctum vivificantem, & ex Patre procedentem, quia hoc viderunt ex evangelio Joannis & epiſtola Joannis deduci. Unde non crediderunt hujuſmodi explicationem eſſe extra, nec eſſe extrinſecam. Ad propoſitum, domine Nicæne, & dicam curialiter. Dicimus nos Latini, quod ſi hanc declarationem & explicationem ejuſdem articuli de Spiritu ſancto, ſcili-

[a] Patres Nicæni dixerunt ea quæ addiderunt ſymbolo apoſtolorum, & poſtea patres Conſtantinopolitani ut ſtatim ſubdit.

Anno Christi 1438.

cet, quod non ſolum ex Patre, ſed ex Filio procedat, poſſumus deducere ex evangelio & epiſtolis Pauli bene intellectis & declaratis, vel alia ſacræ ſcripturæ parte, non debet dici hujuſmodi extenſio ſeu explicatio extrinſeca. Imo nec proprie additio dici debet, illo dato, ſcilicet quod ex propriis principiis fidei, ſcilicet, ex ſacris ſcripturis evidenter deducatur. Hoc autem, Dei gratia, ſperamus clare deducere, cum placuerit Deo, & ſanctiſſimo domino noſtro. Sed pro nunc, ut vobis morem geramus, illam profunditatem non intramus. Et cum rationem ponitis dicentes: Nihil fuit adjectum principiis ſacræ ſcripturæ, nec nos addemus: reſpondendo ad dicta veſtra, rationem reddidit bonam & optimam reverendiſſimus dominus meus dominus archiepiſcopus Coloſſenſis: ad octavum veſtrum principale ſic dicebat, & non videtur mihi poſſe ſolvi: ita fuit efficax. Hæc fuit ratio in forma domini Coloſſenſis. Cum eccleſia Dei una & eadem ſit, neceſſe eſt ut unam & eamdem ſemper habeat auctoritatem. Huic rationi vos reſpondendo ita dicitis: Ad hoc ut eccleſia habeat hujuſmodi auctoritatem, neceſſe eſt ut ipſa eccleſia ſervet & cuſtodiat immutata omnia quæ per præcedentes patres tradita fuerunt. Nos dicimus confidenter abſque titubatione, quod nemo fidelis dubitare debet de plenitudine auctoritatis eccleſiæ, quam expreſſit ſalvator Matth. 18. cap. *Si autem eccleſiam non audierit, ſit tibi ethnicus & publicanus.* Et iterum: *Qui vos audit, me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit.* Et eſt etiam articulus fidei expreſſæ tam in ſymbolo apoſtolorum, quam Nicæno. Imo convenienter poſt articulum de Spiritu ſancto ſtatim ponitur articulus de eccleſia, dicendo in ſymbolo apoſtolorum: Credo in Spiritum ſanctum, ſanctam eccleſiam catholicam. Et in ſecundo ſimiliter ſymbolo [b] patrum poſt articulum de Spiritu ſancto immediate ſequitur: Et unam ſanctam eccleſiam. Et ſi quæratur in hoc articulo, ubi fit mentio de ipſius eccleſiæ auctoritate; dicitur quod ibi, dum expreſſit, Unam ſanctam catholicam & apoſtolicam eccleſiam. Dicimus ad propoſitum, quod eccleſia quæ his temporibus concurrit, cuſtodivit ſemper immutatam fidem antiquorum patrum. Nam ut dicit Auguſtinus, tempora ſunt mutata, non tamen fides: & immutatum ſervavit ſymbolum, & immutatum divinum ſacrarum ſcripturarum codicem. Nam patres in Nicæa eum expreſſerunt, Viſibilium & inviſibilium, & genitum, non factum, conſubſtantialem Patri, &c. nullo modo dicendi ſunt corrupiſſe aut immutaſſe ſymbolum apoſtolorum, & aliam fidem a fide apoſtolorum profeſſos fuiſſe. Et ſimiliter patres qui expreſſerunt poſtea in ſymbolo in articulo de Spiritu ſancto, dominum & vivificantem, ex Patre procedentem; nullo pacto dicendi ſunt immutaſſe nec fidem præcedentium patrum, nec ſymbolum ipſorum; licet majorem explicationem fecerint ex evidenti & rationabili cauſa, & urgente neceſſitate, ſcilicet ad obviandum erroribus & hæreſibus tunc ſeminatis contra veritatem & majeſtatem Spiritus ſancti. Et ut breviter me expediam, ſic etiam eccleſia Latinorum nullo modo dicenda eſt fidem patrum aut fidei ſymbolum variaſſe aut immutaſſe, ſed ex evidenti & rationabili neceſſitate illam ulteriorem expreſſionem fecit, Filioque. Et ideo ſicut non valuiſſet illud argumentum veſtrum, ſi quis illis temporibus illud feciſſet contra patres Nicænos & Conſtantinopolitanos, dicendo, aut ipſo concluſiones ponantur in ſacra ſcriptura, aut veſtra additio de ſymbolo removeatur: ita ſimiliter inferendo

[b] Scilicet Conſtantinopolitano.



Anno Christi 1438.

A ferendo contra nos, non valet. Ultimo die Martis dominus Nicænus pro complemento addidit duas concluſiones principales. Objiciebat enim nobis ſic: Dicitis quod eccleſia Romana auctoritate & neceſſitate mota fuit. Dicemus, quod neceſſitas nullo modo eſt [a] impedimentum diffinitionibus ſanctorum patrum, dummodo in illis non contineatur clauſula, excepta neceſſitate. Hic dicimus, quod nonnullæ clauſulæ ſunt ita infixæ conſtitutionibus & opportune ſubintellectæ, ut etiamſi non exprimantur, ſemper intelligantur ſecundum veram epiikiam. Hæc autem eſt una de illis, ſcilicet; excepta neceſſitate, quæ nulla clauditur lege, ſane intelligendo. Et cum de auctoritate Romanæ eccleſiæ ſuperficialiter tangitis, profundiorem de ip- B ſa tractatum volentes facere, ſubinſertis ibidem, quod talem licentiam, ut in ſymbolo fidei addatur, vos excipitis etiam ab œcumenicis conciliis, & ab univerſali eccleſia, nedum a Romana. Hic reſpondemus & dicimus, quod hujuſmodi libertas & auctoritas nec ab œcumenicis conciliis, nec ab univerſali eccleſia, nec a Romana eccleſia auferri poteſt, nec a nobis, nec a præcedentibus patribus. Nam a jure divino hanc habet. Unde morem vobis gerendo, non profunde, nec principali propoſito intrando hanc materiam, dicimus, quod hæc auctoritas Romanæ eccleſiæ evidenter colligatur ex evangelio Joannis, cum ſalvator noſter curam commiſit Petro univerſi gregis Chriſtiani: *Si* C *diligis me, paſce oves meas & agnos meos.* Et hæc auctoritas manifeſte patet per patres, qui convenerunt in Conſtantinopolitano concilio, & aliis antiquis conciliis: & patet per Athanaſium & per Agathonem, & illa epiſtola [b], quæ fuit ab univerſa ſynodo confirmata, in qua expreſſe dicit, quod fides Romanæ eccleſiæ debet ab omnibus œcumenicis conciliis & ab univerſali eccleſia obſervari. Patet etiam per ſanctum Hieronymum optimum diſcipulum veſtri theologi Gregorii. Nam in profeſſione fidei quam facit ad Damaſum papam, dicit: Hæc eſt fides ipſa beatiſſima, quam in catholica eccleſia didicimus, quam ſemper tenuimus, in qua ſi minus parum caute forte quid poſitum D eſt, emendari cupimus a te, qui Petri & fidem & ſedem tenes: ſi autem hæc noſtra confeſſio apoſtolatus tui judicio fuerit approbata, quicumque me culpare voluerit, ſe imperitum, malevolum, vel non catholicum, ſed hæreticum comprobabit. Nec mirandum, patres doctiſſimi, quod judicium de fide ad principem fidelium, primum in ſtatu [c] mortalium, deferendum decernatur. Nam cum una & eadem eſſe debeat totius eccleſiæ fides, ſicut vult apoſtolus 1. ad Corinthios dicens: *Obſecro vos, fratres, per nomen domini noſtri Jeſu Chriſti, ut idipſum dicatis omnes, & non ſint in vobis ſchiſmata; ſitis autem perfecti in eodem ſenſu & eadem ſcientia.* E Et propterea oportet, ut ab uno & eodem eccleſiæ principe determinetur, quod ab omnibus certum & diffinitum de fide teneatur. Nunc igitur quia nonnulli moleſte ferunt, quod apud vos Græcos patres, doctores noſtros Latinos allegem, dico, quod juſte facio & rationabiliter, quia non loquor ſolum vobis Græcis, ſed apud Latinos, principaliter quia doctiſſimi fuerunt & illuminatiſſimi in divinis ſcripturis, & allegantur in ſynodis œcumenicis: unde quæ ipſi aſtruunt, non ita jejune & exiliter ponunt dicta, ut non faciant credibilia credenda: nam

[a] Id eſt, neceſſitas non impedit nec infringit vim legis & prohibitionis, niſi in ipſa lege ſit clauſula, excepta neceſſitate.

Joan. 21.

[b] Ad Conſtantinum imperatorē, in qua etiam continetur inſtructio legatorum in act. 4. ſynodi 6.

[c] In militanti ſcilicet eccleſia.

Collatio X.

probant ea ipſa auctoritatibus ſacræ ſcripturæ optime ac commodis rationibus. Hæc ſint dicta cum patientia audientis, & dicentis venia & pietate, dicatis quidquid vultis.

And. Tam læte, jucunde, verbiſque convenientibus dicta fuerant, ut quiſque patrem prædictum ſumme collaudaret: Deinde paululum facto ſilentio, cardinalis hæc inquit.

Card. Quia ex utraque parte fuerunt dicta multa ſubtiliter & eleganter, quæ forte magis intelliguntur a theologis, & ab iis qui ſunt periti in ſacra ſcriptura, quam a laicis & qui non ſunt ita periti; ego haberem quædam valde rudia dicere in hac materia, quæ intelligerentur non ſolum a peritis, ſed a laicis: & ni fallor, puto quod ſolvent totam quæſtionem hanc. Verumtamen quia hodie eſt conventum, ut fiant colluctationes de verbis prohibitionum, ſit electioni Græcorum patrum, ſi volunt audire vel facere diſputationes.

Imper. Dicat dominatio veſtra quidquid placet.

Card. Tangam radicem iſtius dubitationis. Quæſtio de verbis prohibitionis [d] concilii Epheſini, videlicet, nulli liceat aliam fidem docere, exponere aut ſapere. Nos dicimus, quod hæc verba intelliguntur, quod nulli liceat proferre fidem contrariam fidei Nicænæ. Ipſi dicunt, quod non ſolum intelligitur tam de alia fide, ſed & de expoſitione quantumcumque vera: & quod per illam prohibitionem comprehenditur omnis additio & declaratio in ſymbolo. Iſti qui ſtudent in legibus, dicunt, quod non poteſt de lege terminari, niſi tota lege perſpecta. Unde neceſſarium eſt ut videamus quædam alia, quæ præcedunt hanc legem. Antequam patres veniſſent ad illam prohibitionem, quidam Chariſius [e] retulit, quod Anaſtaſius & Photius diſcipuli Neſtorii miſerunt quemdam Jacobum ad prædicandum ſymbolum Neſtorii; & iſte Jacobus alios ſeduxit, & dedit illis aliud ſymbolum fidei: imo ſicut dicit Chariſius, dedit ſymbolum perfidiæ: & inter alia dixit Chariſius, quod ille Jacobus & alii accuſabant eum, quod non teneret veram fidem. Unde iſte Chariſius dixit in ſynodo, legam meam fidem, & poſtea Neſtorianam. Primo recitavit ſymbolum ſuæ fidei, quod tamen non eſt ſymbolum nec Nicænum, nec Conſtantinopolitanum.

Nicæn. Imo illud idem.

Card. Hæc verba in ſymbolo Chariſii ſunt, [f] Et Spiritum veritatis, &c. Hæc non ſunt in ſymbolo Nicæno.

Ephes. Tunc non fuit lectum niſi ſymbolum illud Neſtorii.

Card. Chariſius legit profeſſionem fidei ſuæ, & poſtea Neſtorianæ. Hæc quæſtio eſt in facto, poſtea poterunt videri.

Ephes. Chariſius legit ſuam fidem, ſed non per modum ſymboli.

Card. In forma ſymboli lectum eſt.

Ephes. Chariſius recitavit profeſſionem fidei ſuæ.

Card. Legite librum.

Andreas. Lectum extitit ibi per reverendum dominum ...: ..... his verbis. Me vero ut hæreticum amoverunt, qui pietatis dogmata retineo, ſicut jam apparebit. [g] Credo in unum Deum Patrem omnipotentem, omnium viſibilium factorem, &c. Ejuſdem cum Patre ſubſtantiæ, &c. Natum ex Maria virgine, &c. Et in Spiritum

[d] Part. 2. 6.

[e] Concilii Epheſini part. 1. act. 6.

[f] Et in Spiritum veritatis paracletum: hæc verba ſunt addita a Chariſio, & alia omiſſa, ut in act. concilii Epheſini parte 1. act. 6.

[g] Verba ſymboli Chariſii, ubi ſupra.

COLLATIO X.

ritum veritatis, conſubſtantialem Patri & Filio, &c: Quibus lectis, cardinalis ſic inquit.

CARD. Noteris, quod amovet aliqua Nicæni concilii, quia non ponit verbum illud: Erat aliquando, quando non erat: [a] & ponit, Conſubſtantialem Patri & Filio: quod non eſt, nec in Conſtantinopolitano, nec in Nicæno. Deinde legit ſymbolum Neſtorianum, ſymbolum dicens perfidiæ. Poſtea ſynodus dixit, quod nulli liceat tenere aliam fidem, quam illam quæ in Nicæa: & poſtea reprobat illos qui credunt in expoſitione ſymboli transformati Neſtorianorum, nec reprobat fidem Chariſii. Unde ſi intentio ſynodi fuiſſet inhibere profeſſionem fidei, & non voluiſſet; ſi fuiſſet dictum aliud ſymbolum præterquam Nicænum, certe reprobaſſet profeſſionem fidei Chariſii. Sed quia Chariſius profitebatur veritatem, non improbavit quid de dictis ejus: imo reprobando ſymbolum Neſtorianum, ſequitur, quod illa verba, Aliam fidem, ſignificant aliam fidem a Nicæna falſam: & hoc videtur validum argumentum ad probationem iſtorum verborum. Secundo in ſynodo prohibetur non tantum, ut quis non proferat, ſed nec ut ſapiat aliter quam continetur in ſymbolo Nicæno. Si quærerem a vobis, ſi ſapitis, ſi Deus eſt æternus: ſum certus quod diceretis, quod ſic. Sed ſecundum hæc, quis poſſet dicere vos anathematizatos, quia hoc verbum non eſt in ſymbolo Nicæno. & vos aliud ſapitis quam in ſymbolo Nicæno. Ad id quod dicitis, quod privatis perſonis licet aliud credere quam ſit in ſymbolo; ſi verum eſt, ſed publice non licet aliud ſymbolum profiteri. Ego dico, quod hoc eſt expreſſe contra verba diffinitionis, quæ dicit: Nulli liceat, &c. Et ſubdit, ſi eſt epiſcopus, privetur epiſcopatu: ſi clericus, clericatu: ſi laicus, excommunicetur. Ex hoc ſequitur, quod quidquid dicant ſive publice, ſive privatim, incidunt in pœnam. Et ex hoc quod nominant laicos, apparet intentio, quod quicumque laicus hoc teneret, eſſet excommunicatus: & laici non ſolent cantare ſymbolum in eccleſia, ſed clerici. Unde intentio fuit prohibere omnes, & in eccleſia, & extra. Unde ex hoc apparet, quod cum privatim prohibeantur aliam fidem tenere, omnes eſſent excommunicati, ſi vellemus intelligere aliam fidem; id eſt, aliam expoſitionem & explicationem fidei. Item ut magis hoc aperiam, profeſſio fidei quam fecit Agatho, miſſa concilio [b], non fuit ſolum privata Agathonis, ſed fuit totius occidentalis eccleſiæ: quia in illa epiſtola dicitur, Cum omnibus ſynodis occidentalibus ſubjectis concilio apoſtolicæ ſedis, & illam epiſtolam epiſcopi ſubſcripſerunt. Item pridie dominus Nicænus cum reſponderet domino Coloſſenſi, dixit, quod verbum neceſſitatis non [c] exprimitur: & idem [d] reſpondeo vobis, quod hoc vel in communi, vel in privato non exprimitur in prohibitione: ergo generaliter intelligenda eſt prohibitio ſive in publico, ſive in privato. Item volo dicere aliud. In concilio Epheſino nunquam eſt facta mentio ſymboli concilii Conſtantinopolitani. Aut igitur fuerunt obliti, & voluerunt non cantari niſi Nicænum: & tunc ſequentes patres non potuiſſent cantare ſymbolum Conſtantinopolitanum, & male faceremus cantando illud: aut fuerunt recordati: & tunc diceremus, quod eſſet contrarium, & non liceret. Aut putaverunt unum & idem, & nihilo minus differt in multis verbis a ſymbolo Nicæno: ſed quia continet eamdem fidem, reputatur unum & idem. Et iſti patres pridie dixerunt, quod virtualiter continetur in ſymbolo Nicæno; & quia continet eamdem fidem, reputatur unum & idem: & lecto uno, videtur & aliud lectum: ergo ubicumque unum ſymbolum non diſcordat in veritate fidei, eſt reputandum unum & idem: ergo non prohibetur per iſtam legem, quia lex prohibet aliam fidem: unde oportet neceſſario intelligere de fide contraria a veritate. Unum aliud dico ad expreſſionem hujus rei, quod quæ diffiniuntur in conciliis, videntur diſſinita per Spiritum ſanctum: & ille Spiritus qui in uno eſt, eſt in alio; ſed in ſexta [e] ſynodo, ubi fuit repetita hæc lex prohibitiva, dicitur ſic: Nulli liceat proferre aliam fidem, nec aliud ſapere in everſione eorum quæ diſſinita ſunt. Unde Spiritus ſanctus qui inerat patribus ſextæ ſynodi, exponit hæc verba, aliam fidem, id eſt, evertendo, non autem ad declarationem, vel majorem expreſſionem veritatis. Item cum dubitatur de verbis alicujus legis, eſt recurrendum ad intentionem legislatoris: & hæc intentio comprehenditur ex præfatione legis, ſeu ex proceſſu. Sed in procemio iſtius actionis [f] Epheſini dixerunt, quod convenerunt patres, & voluerunt quod legeretur ſymbolum Nicænum, & quod conferrentur ſermones & ſymbolum: & quod ſermones qui ſunt conſonantes, confirmarentur, diſcrepantes rejicerentur. Unde intentio legiſlatoris fuit, tollere additionem quæ tolleret fidem vel veritatem: nec fuit intentio ſanctiſſimorum patrum, ut ſolum inſpiceremus verba, ſed verum intellectum ſacræ ſcripturæ. Hoc patet ex epiſtola Cyrilli, qui recitato ſymbolo Nicæno ſubdit [g]: Nos ſequentes diffinitiones ſanctorum patrum, ſectamur intentionem ipſorum, & exponimus rectam fidem. Item apparet ex ſeptima ſynodo [h], ubi dicitur: Cum omni diligentia intentionem veritatis ſectantes. Et dicunt, quod ſectantes intentionem veritatis nil tollimus ex iis quæ per patres Nicææ, & aliorum conciliorum patres dicta fuere: & tamen fecerunt alias diffinitiones quam alii fecerunt, ſcilicet diffinitiones de imaginibus. Unde apparet, quod intentio patrum eſt, quod veritas manifeſtetur, & non taceatur. In ultimo ſervavi unum, & videtur caſus qui nunc currit: & antequam ad illud veniam, dicam unum, quod pertinet ad dilucidandam rem hanc. Concilium Chalcedonenſe [i] dicit, quod erant aliqui, qui obloquebantur de Leone papa, & dicebant, quod fecerat peregrinam expoſitionem fidei, & quod fecerat ultra quam liceret juxta patres Nicænos. Unde dicit, ne quis accuſet Leonem, quaſi peregrinam expoſitionem attulerit, quia non licuerit cuiquam exponere fidem præter patres qui in Nicæa convenerunt. Concilium ſtatim dicit adverſus eos qui veritati reſiſtunt, & excuſat Leonem, & dicit, quod Leo non fecit contra prohibitionem, exponendo fidem & declarando: quia quando inſurgunt errores, varia remedia debent adhiberi. Et licet ſufficeret fides expoſita per ſanctos patres, quia tamen ſunt qui moliuntur pervertere eorum rectum ſenſum, oportet occurrere, & declarare & exponere fidem. Nam ſi omnes eſſent contenti fide conſtituta, & non vellent inducere innovationem, non eſſet neceſſe aliud remedium cogitare, quam quod eſt declaratum in fide: ſed quia multi ex recta linea per anfractus exorbitant, euntes per viam mendacii & falſitatis,

a Verba ſymboli Nicæni contra Arianos aſſerentes, aliquando non fuiſſe Filium Dei.

b In act. 6. ſynod. act. 4.

c Id eſt, in prohibitione non exprimitur clauſula, excepta neceſſitate, ut ſupra dictum eſt.

d Ita ſcilicet, & ego e ſimili dico quod, &c.

Anno Chriſti 1438.

e Actione 11.

f Actione 1.

g Epiſtola ad Neſtorium, quæ recitata eſt in actis concilii Epheſini part. 1. cap. 26.

h Act. 7. in diffinit.

i In allocut. ad imper. part. 3. c. 5.



tis, neceſſe eſt nobis aperire viam veritatis, & multa [a] dicit, quod declarare eſt neceſſarium. Nunc venio quod ultimo volebam dicere. Vos cariſſimi patres ſcitis, quod Flavianus condemnaverat Eutychem in concilio [b] Conſtantinopolitano. Poſtea fuit celebrata ſynodus ſecunda Epheſina, quæ fuit improbata, & ibi Dioſcorus tyrannice regebat: in qua ſynodo Eutyches volebat excuſare, quod non errabat: & recitabat fidem ſuam, videlicet ſymbolum Nicænum de verbo ad verbum: & poſtea dixit [c] quod hæc fides patrum eſt, in iſta volo vivere & mori; & quod fides Nicæna fuit confirmata per concilium Epheſinum primum, quod prohibuerat proferri aliam, & quod prohibuerat quod nihil adderetur. Unde dixit: Ego teneo rectam fidem, & Flavianus non, quia dixit, quod Chriſtus eſt in duabus naturis: hoc ipſe addidit ſymbolo Nicæno, quod Chriſtus ſit in duabus naturis. Et Eutyches intelligebat prohibitionem de additione verbali. Quibus Euſebius epiſcopus Dorylæi audiens hæc, clamavit: Mentitus eſt Eutyches, non eſt diffinitio talis, non eſt regula hoc præcipiens. Dioſcorus dixit: Quomodo non eſt hæc regula? Nos habemus hic quinque codices, in quibus dicitur, quod non licet addere aliquid. Fuerunt hæc recitata in Chalcedonenſi ſynodo: & ſynodus nihil dixit contra epiſcopum Dorylæi, imo approbavit, ut ſubdam. In hac igitur ſynodo Dioſcorus tulit ſententiam contra Flavianum, & in verbis ſententiæ dixit, quod ideo deponit, quia fecerat contra prohibitionem Epheſini concilii, ubi dicitur, quod non liceat addere, quia in Epheſino concilio dicitur: Si quis addat ad ſymbolum Nicænum, ſi eſt epiſcopus, privetur: & propterea privavit epiſcopatu Flavianum & Euſebium Dorylæi, tanquam tranſgreſſores legis. Et omnes epiſcopi qui fuerunt in illo [d] concilio Epheſino ſecundo, ſecuti ſunt ſententiam Dioſcori: & omnes iſti epiſcopi fundabant ſe in hac prohibitione concilii [e] Epheſini: unde dicunt, quod ſeſe alienos monſtrarunt gradu ſacerdotii Flavianus & Euſebius, quia conati ſunt addere, vel minuere aliquid de ſancta fide, quæ in Nicæa a ſancto concilio expoſita eſt. Confirmavit ſententiam ſynodus in civitate Epheſina, quod juſtum eſt eos qui audent quid addere fidei, aut minuere, alienos eſſe a ſacerdotio: & ita alii epiſcopi ſequentes dixerunt. Quando hæc acta ſecundæ ſynodi Epheſinæ referebantur in ſynodo Chalcedonenſi, omnes dixerunt: Anathema Dioſcoro, hac hora damnetur Dioſcorus qui male judicavit: & ſic revocavit [f] quod fecerat contra Flavianum [g], & judicavit, quod Flavianus non fecerat contra Nicænum nec [h] Epheſinum concilia; quia licet illa profeſſio, quod Chriſtus ſit in duabus naturis, non contineretur in ſymbolo Nicæno verbis expreſſis, tamen non eſt contra veritatem, ſed virtualiter ſumitur in ſymbolo Nicæno. Ex hoc apparet manifeſte, quod non eſt arguendus qui quid addit declarando, dummodo dicat veritatem conſonantem fidei catholicæ. Et videtur mihi, quod non poſſit allegari melius in Mundo exemplum, quam exemplum Flaviani. Concludo, quod verba illa prohibitionis, quod non liceat proferre aliam fidem, nec addere, nec minuere, intelliguntur de illis qui ſapiunt fidem contra veritatem, & immutando verum intellectum ſacræ ſcripturæ, & in ſymbolo Nicæno [i]. Hoc ſecundum meum rude judicium videtur mihi manifeſte ſolvere hanc quæſtionem. Si autem non ita ſit, cupio reformari. Unde cum eccleſia Latina dicat, ſe nil addidiſſe contra veritatem, nec contra verum ſenſum ſymboli Nicæni & Conſtantinopolitani, dimittenda hæc eſt quæſtio, utrum licuerit; & eſt procedendum, an hoc ſit verum, quod Spiritus procedat a Filio: & ſi poſſunt probare quod non procedat, tunc ego dicam expreſſe, quod eccleſiæ Romanæ non licuit, quia tunc ſapuiſſet contrariam fidem. Si vero ipſi non poſſunt probare, quod hoc ſit falſum, [k] ſed oſtenderetur ex ſacra ſcriptura & ſanctis doctoribus, quod verum ſit; neceſſe erit confiteri quod licuerit. Hoc volui dixiſſe cum correctione ſanctiſſimi domini noſtri, & imperatoris, & aliorum.

NICÆN. Reverende domine mi, ſane omnes rationes & ſermones utriuſque dicti fuerunt optime & ſapientiſſime dictæ, præſertim rationes poſtremæ, per paternitatem veſtram, & potiſſime ad propoſitum faciunt. Tetigiſtis ea quæ pertinebant ad rem a nobis propoſitam, & nil dimiſiſtis: tamen cum caritate reſpondebimus, & iterum pari cum caritate audiemus ea quæ voletis dicere. Nos itaque putamus, quod plura quæ per vos dicta ſunt, pro nobis faciant: tamen non judicamus eſſe tempus propter duas cauſas. Primo propter horæ anguſtiam, quia tempus eſt ſurgendi: ſecundo, quia etiamſi fuerunt bona dicta, non minus multa; ideo volumus hæc in ſcriptis habere & cogitare, & tempore ſuo reſponſionem debitam dare: Nunc in nomine Domini ſurgamus, & accipiemus dicta in ſcriptis, & maxime quæ ultimo dicta ſunt.

AND. Surrexit Coloſſenſis contra Græcos invehens, & ſummo pontifici hæc in ſacro conventu expoſuit.

COLOSS. Sanctiſſime pater, quia pridie convenimus, quod ex his quæ dicuntur conferantur ſcripturæ; & quia pridie Græci noluerunt venire, videntur promiſſorum tranſgreſſores: & ideo proteſtamur, ut nil fiat in tranſgreſſione fidei.

EPHES. Pridie erat pluvia, & quia dicebamus, quod non erant dicta ad propoſitum, ideo volebamus videre ea quæ dixiſtis: tamen ut caritas ſervaretur, eramus contenti, ut darentur notariis.

COLOSS. Peto inſtrumentum quod dicant noluiſſe recipere, & quod non faciunt ad propoſitum, cum hoc quod non dixerim ad propoſitum, eſt injuria non mihi, ſed toti eccleſiæ Romanæ, quod audeant iſti præſumere dare judicium, ſi dicta ſunt ad propoſitum, vel non.

AND. Quibus expoſitis, finis diei illius concertationi datus eſt.

Anno Chriſti 1438.

a Concilium ſcilicet Chalcedonenſe, ubi ſupra, ad probandum quod, &c.

b Non loquitur de Conſtantinopolitano I. œcumenico celebrato ante concilium Epheſinum I. ſed de Conſtantinopolitano celebrato ſub Flaviano tempore Leonis, cujus acta referuntur in actis concilii Chalcedonenſis act. 1. Vide Baron. tom. 6. an. 445. & Binium to. 1. part. 2.

c Concilii Chalcedonenſis act. 1.

d reprobato ſcilicet.

e primi ſcilicet.

f ſcilicet concilium Chalcedonenſe.

g ſcilicet Dioſcorus in Epheſino ſecundo.

h primum.

i addendo ſcilicet contraria.

COLLATIO X.

k Forte, ſed ſi oſtenderetur. H.

COLLATIO XI.

## COLLATIO UNDECIMA,

### DIE XVIII. NOVEMBRIS.

*Profeſſiones fidei Chariſii & aliorum fuiſſe admiſſas in concilio Epheſino, quamvis plura continerent quæ non erant in ſymbolo, ſive illæ fuerint profeſſiones publicæ, ſive privatæ.*

AND. CONGREGATIS in unum patribus loco & horis ſolitis, Epheſinus ex Græcis primus ſic inquit.

EPHES. Nos, amati patres, adſumus, non ſtudio contradicendi adinvicem (nam hoc magis pertinet ad oſtentationem quam ad viam veritatis) ſed ut communiter debeamus examinare & inquirere & pacificari, & cum diligentia perſcrutari quæſtiones & difficultates quæ in noſtris diſputationibus oriuntur: & quod ſic communiter debeamus conferre res, & inquirentes progrediamur quouſque veniamus ad finem, qui eſt inventio veritatis. Quamobrem ea quæ particulariter reverendiſſimus dominus archiepiſcopus Coloſſenſis in pluribus vicibus dixit, & quæ reverendiſſimus epiſcopus & magiſter Forolivienſis, nos etiam particulariter proſequentes, Deo adjuvante, & hora permittente, perſcrutabimur, & ad unumquodque eorum quæ dicta ſunt ab iſtis patribus, curabimus cum opportunitate, non reſpicientes ad aliquam oſtentationem ſermonis, reſpondere: & nos dicemus quæ apparebunt vera ex conceſſione veſtrarum reverendiſſimarum paternitatum. Verum in hoc principio, ſi ita placet, proſequemur ad reſpondendum illi quæ dicta ſunt per reverendiſſimum dominum cardinalem ibi ſedentem, particulatim & diviſim unumquodque examinantes. Ipſa namque quæ per eumdem reverendiſſimum dominum cardinalem dicta fuerunt, magis ad rem faciunt, & ipſam difficultatem tangunt, & cum ordine ſua reverenda paternitas expoſuit: propterea nos iſtam gratiam retribuemus ad talem ordinatum ſermonem, ut nullum ex dictis debeamus relinquere. Dico autem me reſponſurum ad ea quæ ex tempore [a] dicta ſunt per reverendam paternitatem ſuam, non ad ea quæ fuerunt polita & pulchriori forma poſita. Obſecro itaque reverendam paternitatem veſtram, ut quoties continget veſtram dominationem interrogare, placeat aut concedere, aut negare mea dicta. Nam ego intendo inquirere & perſcrutari ſermones & rationes cum tua paternitate, cum ego cognoſcam tuam reverendam paternitatem potius gaudere inventione veritatis, quam tuitione ſuorum ſermonum. Unde etſi contigerit aliqua de tuis rationibus a me refelli, tu reverende pater, ut ſapientiſſimus, potius me diliges. Nam ſapiens [b] cum arguitur, diligit arguentem ſecundum rationem. Liceat tuam dominationem interrogare, ut placebit tempore & loco opportuno: nam libentiſſime patiar & ego ipſe, cum tua dominatio corriget ſermones meos, & aliquid interrogabit & rationem quæret, & adjuvante Deo, reſpondebo: redarguat tua dominatio quod videbitur a me non bene dictum. Sciat tua dominatio, quod in quibus per me dictis tua dominatio non contradicet, nec inquiſitionem faciet, remanebunt approbata, nec poterunt recipere aliam diſcuſſionem: quæ obſervanda ſunt apud illos qui poſt me ſuſcipient ſermones. Primum argumentum a tua dominatione tactum tale eſt, videlicet, quod in tertio œcumenico Epheſino concilio Chariſius quidam porrexit ad concilium aliquos libellos fidei, quos compoſuerat contra ſapientes doctrinam Neſtorii: & cum ipſe Chariſius expoſitionem ſuæ fidei fecerit alio modo ſe habentem quam expoſitio Nicæni, tamen ab ipſo concilio non fuit in ullo reprehenſus. Et quod ex his manifeſte videtur inferri, non prohiberi ſimpliciter aliam fidei expoſitionem, ſed contrariam & diſſonam fidem: interrogo, an ita ſe habeat argumentum veſtrum?

[a] Græcus ſcriptor ſeſſione 12. quæ huic collationi correſpondet, ſic: Ea dico quæ ſummatim dicta ſunt prius, non quæ ſunt poſtea particulatim enarrata: hæc enim rurſus in immenſitatem producta diſcuſſionem effugiunt.
[b] Prov. 9.

ANNO CHRISTI 1438.

AND. Collegarum accivit conſilium cardinalis prædictus: demum ſic inquit.

CARD. Cum gratia & beneplacito ſanctiſſimi domini noſtri, & patientia & correctione iſtorum patrum, audivi gratanter ea quæ veſtra paternitas dixit: & quantum pertinet ad proœmium, nil dicam: quantum ad interrogationem erga perſonam meam, ego juxta ſancti Petri doctrinam ero paratus reddere rationem de his quæ ſciam. Sed ego maluiſſem, quod tua paternitas interrogaſſet alium de iſtis patribus, quia quilibet melius ſciret quam ego: nihilo minus poſtquam me elegiſtis, faciam libenter. Sed quia ſumus hic cauſa declarandæ veritatis, non verecundabor corrigi, ſi quid male dixero, & a paternitate tua, & ab iſtis patribus, quia potius debemus diligere honorem Dei, qui eſt veritas, quam proprium. Sed cum hoc pacto reſpondeo, quod ſi reſpondendo non eſſet mea reſponſio ſufficiens, quod non præjudicet veritati vel aliis; & accepto tuam oblationem: & cum ego te interrogavero, reſpondeatur. Nunc venio ad quæſitum, & non erat opus ut interrogaretis, quia dedi in ſcriptis, & ſatis palam dixi, & ibi eſt expreſſum. Si vultis quod plus dicam, geram tibi morem: ſi vultis quod repetam, dicam: alias apparet in ſcriptis quod dixi; vultis ut dicam?

EPHES. Reverendiſſimi patres, non quæro a vobis aliud, niſi quod ibi eſt ſcriptum; niſi ſi argumentum veſtrum eſt, ut ego expoſui: propterea non eſt opus, niſi ut dicatis, aut ſic, aut non.

IMPER. Iſti patres nolunt imponere onus veſtræ reverendæ paternitati. Sed ſi placet veſtræ reverendæ paternitati reſpondere, reſpondeat: ſi non, reſpondeat alius.

EPHES. Nos quantum potuimus capere ex verbis veſtris, ita collegimus ſententiam: ſi eſt, dicatis quod ſic: alias dicatis ut vultis. Quæſimus & interrogationem veſtram, & expoſitionem veſtri dicti breviter fecimus; breviter reſpondeatis.

CARD. Ego reſpondebo: ſed de cetero non interrogetis, ſed legatis quæ dixi, & interrogetis, ſi ultra ſcriptum quid vultis: hæc eſt ſumma argumenti. Chariſius dedit ſymbolum fidei ſuæ, & fuit catholica: & poſtea recitavit ſymbolum transformatum [c] Arianum. Synodus reprobavit expoſitionem ſymboli Neſtoriani, & non Chariſii. Si non licuiſſet facere iſtam profeſſionem, reprehendiſſet eum. Dixi etiam quod ſymbolum Chariſii eſt ut ſymbolum Nicænum, niſi in duabus vel tribus dictionibus, quæ tamen ſunt veræ & catholicæ. Dicatis quidquid vobis placet.

[c] Neſtorianum ut ſupra, ſcripſit.

EPHES. Convenistis mecum in omnibus reverendiſſimi domini, talem eſſe ſententiam, quam



quam per veſtram dominationem dictum eſſe dixi, præter unum, videlicet; quod illa profeſſio fidei Chariſii ſit vera & catholica: nam catholica erat ſolum intellectu dictorum, ſed non dictionibus. Nam liquido permutatam habebat compoſitionem dictionum ab expoſitis per Nicænos. Nec etiam ipſa profeſſio fidei expoſita fuit per Chariſium, ut profeſſio catholicæ fidei, ſed ut ſequens catholicam fidem, & ſuam propriam expoſitionem. Eſtne ita?

CARD. Placet quod profeſſio fidei Chariſii ſequitur in omnibus veram fidem in ſenſu, ſed non in dictionibus. Et quando catholicam, intelligo veram. Sed quæro, cum ipſe fatearis, quod profeſſio illa eſt vera, & quod in ſenſu & intellectu convenit cum Nicæna, nunquid hæc profeſſio fuit improbata per ſynodum, vel non?

EPHES. Concilium admiſit illam Chariſii profeſſionem, ut Chariſii, non ut catholicæ fidei, ſed ut conſonam catholicæ fidei. Et, reverendiſſimi patres, ſatis intelleximus interrogata, & veraciter reſpondentes dicimus, quod Chariſius ille non ſimpliciter accuſabat Neſtorianos, ut aliam fidem tradentes, ſed propter hæc tria. Primo, quod iſtam eorum perverſam & fallacem profeſſionem fidei tradebant illis qui convertebantur ad cognitionem fidei, ut univerſalem fidem, & ut traditam a Nicænis patribus. Hoc igitur refertur ad manifeſtam injuriam illius venerabilis concilii, quod hanc expoſitionem veræ fidei fecerat. Secundo, accuſabat illos, quia falſa & perverſa dogmata ſeminabant contraria veræ & catholicæ fidei: propterea potius ille Chariſius appellat profeſſionem illorum perfidiam, quam fidem. Tertio, quia ipſi Neſtoriani impellebant & moleſti erant Chariſio, quia nolebat admittere profeſſionem fidei; & putabant eum hæreticum. Propterea igitur ipſe Chariſius coactus eſt exponere ſuæ fidei profeſſionem prout volebat, & quibus verbis, ut oſtenderet ſeipſum conſonantem patribus Nicææ, & illa ſapere; & ut oſtenderet ſeipſum merito expelli ab hæreticis: quia non ſapiebat illa quæ illi ſapiebant. Hoc autem nunquam ab eccleſia prohibitum fuit, ut quiſque fidem poſſit exponere prout vult, ad privatam doctrinam ſolum & demonſtrationem ſuæ veræ fidei, non ad conſtitutionem ſymboli: & multo magis tunc licebat, quia nondum diffinitio prohibitionis fuerat prolata: & manifeſte habetur ex nonnullis patribus qui præſidebant per illa tempora eccleſiæ, & aliis conciliis, quia licuit patribus profeſſionem fidei exponere prout volebant, & quibus verbis volebant. Nam & beatus Agatho, ut veſtra dominatio dixit, ſuæ fidei expoſitionem & profeſſionem conſcripſit una cum ipſis qui cum ipſo erant, & illam conſcriptam prout voluit, deſtinavit ad ſextum concilium, &c. Et etiam beatus Sophronius patriarcha Hieroſolymitanus reſtitutus ſuæ eccleſiæ conſcripſit fidem prout voluit, & Conſtantinopolitano patriarchæ deſtinavit. Quæ profeſſio recitata eſt in [a] concilio. Et ideo omnes epiſcopi, imo archiepiſcopi & patriarchæ adinvicem ſcribebant & profitebantur fidei expoſitionem. Quæ quidem literæ illorum nil aliud continebant, niſi profeſſionem ſuæ veræ fidei & opinionis: quod hucuſque obſervatur apud patriarchas orientales. Nam ceteri patriarchæ qui ſunt poſt Conſtantinopolitanum, [b] in conſtitutione dignitatis ſtatim exponunt expoſitionem fidei, & mittunt ad patriarcham Conſtantinopolitanum: & omnino antiquitus ſolebat fieri, & nunc ſervatur. Propterea non eſt mirandum ſi etiam Chariſius per ſuam profeſſionem fidei fidem catholicam exponit, non ſub tali intentione, ut omnes uterentur ſua, ſicut utuntur ſymbolo Nicæno, ſed ſolum ad demonſtrationem ſuæ propriæ fidei, ut dictum eſt. Si autem vos habetis aliquid dicere circa profeſſionem fidei Chariſii, dicatis, & audiemus. Interrogamus, utrum profeſſio fidei Chariſii tradita fuit concilio ad demonſtrationem ſuæ fidei, vel ut omnes illa uterentur, ut ſymbolo Nicæno. Nam propriæ expoſitiones nunquam fuerunt prohibitæ, ut diximus. Si quid habetis, dicatis.

[a] Sexta ſynodo, act. 10.
[b] Dum ſcilicet conſtituuntur patriarchæ.

COLLATIO XI.

CARD. Expoſuiſtis triplicem cauſam, propter quam Chariſius dixit ſuam fidem, & reprobavit ſymbolum Neſtorianum. Primo, quia illi Neſtoriani credebant ſymbolum eorum eſſe, ut Nicænum ſymbolum. Secundo, quia illud ſymbolum continebat falſitatem. Tertio, quia reprehendebant Chariſium ut hæreticum & ut non bene ſapientem. Quoad primum illi Neſtoriani tradiderunt mere ſymboli profeſſionem: & non dicit mens liber quod traderent ut ſymbolum Nicænum. Secundo etiam ad hæc dico, quod apparet ex textu, quod illi ſpernebant fidem Nicænam, & tradiderunt ſymbolum alterius fidei, imo perfidiæ. Hæc formaliter verba ſunt ſynodi [c]: Nam cum Philadelphiam veniſſent, &c. Unde dico quod hæc non fuit cauſa, quare ſynodus fuit mota ad reprobandam fidem Neſtorianorum: ſed cauſa eſt, ut dicit diffinitio, quia perverſa continebat. Ratio eſt, quia ſi illud ſymbolum Neſtorianum continuiſſet veritatem, ut ſymbolum Chariſii, ſynodus admiſiſſet, non reprobaſſet. Ad ſecundam cauſam dico, quod eſt vera, quod fuit reprobatum, propterea quod falſitatem continebat. Ad tertiam dico, quod non eſt ſufficiens, & non fuit mota ſynodus ex eo: & ratio, quia ſynodus non habuit curam, an Chariſius eſſet reprehenſus, vel non; ſed an vere, vel non. Unde ſublatis & prima & tertia cauſis, dico, quod ſecunda fuit cauſa fidelis ſynodi ad faciendam illam diffinitionem. Deinde tua paternitas dixit, quod ſynodus non prohibuit privatam perſonam facere expoſitionem ſibi prout vellet, dummodo eſſet vera. Poſtea allegatis exemplum de Agathone & Sophronio, qui fecerunt eorum expoſitiones fidei, & non fuerunt in ſexta ſynodo improbati. Sed in hoc occurrit petere, utrum Chariſius, Agatho & Sophronius fecerunt contra conſtitutionem, vel non: & tunc reſpondebo ad tuam.

[c] Concilii Epheſini par. 2. act. 6. Nam cum Philadelphiam veniſſent, quoſdam ſeduxerunt, & poſthabito Nicæno tradebant alterû perverſarum opinionum ſymbolum;

EPHES. Nullo modo Agatho & Sophronius prætererunt prohibitionem illam, quia non addiderunt, nec detraxerunt ſymbolo communi, ſed privatim fecerunt: unde non comprehenduntur pœnis & prohibitionibus. Dictum eſt, quod non eſt prohibitum hoc: ſed quod loco ſymboli profeſſio detur, hoc expreſſe prohibetur.

CARD. Placet, quod Agatho & Sophronius non fecerint contra prohibitionem, & reſpondeo ad quæſitum tuum. Dico quod Chariſius dabat ſuam profeſſionem ut veram & conſonantem rectæ fidei & ſymbolo Nicæno: non autem tradebat, ut dans legem eccleſiæ, ut illo tota eccleſia uteretur: quia non erat in poteſtate ſua præcipere populis. Unde ſatis eſt mihi, quod non fecerit contra prohibitionem. Poſtea ſi eccleſia univerſalis, vel qui tenet locum eccleſiæ, vult docere populos, ſatis mihi eſt, quod

COLLATIO XI.

quod non faciat contra prohibitionem. Dicatis demum quid placet.

EPHES. Hæc nos habuimus a reſponſione veſtræ dominationis, videlicet, quod merito Chariſius a concilio non eſt reprehenſus, quia non fecerat contra prohibitionem: non tamen ſequitur, quod ex hoc illi patres concilii videantur dare licentiam transformandi ſymbolum Nicænum: & ſic repellitur primum veſtrum argumentum. Verum ſi aliqua eccleſia habeat auctoritatem & licentiam dare ſymbolum commune, in verbis vel ſyllabis differens, alio tempore dicemus. Et ideo quæro a dominatione veſtra: nunquid Chariſius ille poterat, vel licebat illi tradere expoſitionem fidei illis qui ſequebantur fidem Neſtorianam, ſecundum profeſſionem quam poſtea in ſymbolo fecit? Nam veſtra dominatio de hoc aliquid tetigit, & ideo declaret: licebatne illis Neſtorianis, ſpreto Nicæno, loco illius aliud componere ſymbolum, & illud tradere baptizantibus, ſi illud contineret veritatem? nunc dominatio veſtra dixit, talem licentiam habere univerſalem eccleſiam. Quæro, an Neſtoriani haberent, ſi verum protuliſſent ſymbolum.

CARD. Feciſtis duo quæſita, ſed non dixiſtis unum, quod non eſt prætermittendum. Dixiſtis, quod inhibitio non vult, quod quilibet non habeat licentiam faciendi ſymbolum ſuum. Ad iſtud dico, quod ſatis eſt ad elucidationem noſtræ quæſtionis, quod ſynodus non prohibet quemlibet tradere expoſitionem ſuæ fidei, vel ſymbolum ſecundum veritatem.

NICÆN. Addo, quod eccleſia univerſalis non prohibet, quod quilibet poſſit exprimere, dummodo ſit vera expoſitio.

CARD. Hæc diffinitio, ſecundum vos, non prohibet, quod quilibet exponat & profiteatur ſymbolum prout vult, dummodo verum. Volo oſtendere, (intelligo verbum, aliud, & diverſum verbis, etſi verum, prout vultis interpretari) quod contradicitis textui. Dicit textus: Nulli liceat proferre aliam fidem. Intelligitis aliam fidem etiam aliis verbis, licet conſonantem rectæ fidei. Si hoc eſt, advertat paternitas veſtra, quod contradicitis textui dicenti: Nec clerici, nec epiſcopi, nec laici: & in fine loquitur in ſingulari, & de epiſcopo, clerico, vel laico. Unde ſi illa verba, Aliam fidem, habent ſenſum prout dicitis, ſequitur contrarium ejus quod dixiſtis, quia conceditis, quod perſona particularis poſſit ſibi facere ſymbolum: & tamen textus contrariatur, intelligendo prohibitionem, Aliam fidem, id eſt, aliis verbis. Et hoc ſufficiat ad intellectum quem datis, quod ſit contra dicta veſtra. Quantum pertinet ad intellectum horum, ſatis dixi in ſcriptis, & dico, quod textus non dicit, quod nulli liceat proferre aliam fidem univerſaliter, ſed dicit contrariam fidei Nicænæ. Et textus non dicit, quod non liceat in publico, vel in privato: ſed dicit, Aliam fidem. Et quod illud verbum, Aliam fidem, debeat intelligi de contraria, apparet ex his quæ ſunt facta in principio illius actionis; quia convenientibus epiſcopis fuit dictum, legatur ſymbolum, conferantur ſermones Cyrilli & Neſtorii: & illi qui reperientur conſonantes fidei Nicææ, confirmentur: qui diſſoni, repellantur. Modo ſynodus faciens diffinitiones, facit ſecundum intellectum principii: & ſic intelliguntur illa verba, Aliam fidem. Poſſem allegare alias rationes ad has, quas dedi in ſcriptis, & ne turbem modum arguendi, hoc ſit ſatis. Nunc reſpondeo ad duo quæſita, & antequam reſpondeam, dico, quod dixiſtis, quod ante tertiam ſynodum non erat facta prohibitio. Et dico ad hoc, quod ego ſum paratus oſtendere per acta tertii concilii & ſexti, quod hæc prohibitio fuerat ante facta: & ſi placebit audire, nunc dicam: nihilo minus, ne fugiam quæſitum, reſpondeo ad primum. Petitis, licet Chariſius poſſet facere ſibi ſymbolum, an poſſet ſymbolum, in quo omnes [a] converterentur.

EPHES. Nos quærimus, an Neſtoriani habeant poteſtatem univerſalis eccleſiæ.

CARD. Hoc fuit ſecundum.

EPHES. Ad primum fuit mihi reſponſum, & dixiſtis, quod non: & ideo quæſivi, an Neſtorianis licuiſſet, ſi habuiſſent veritatem: nam hac ratione ſuſtuliſtis meum argumentum iſtis verbis, videlicet. Cum dicerem, quod non licebat Neſtorianis facere ſymbolum, in quo alii baptizarentur, dixit dominatio veſtra, quod ſymbolum fuit reprobatum Neſtorii, quia habet falſitatem: & addidiſtis, quod ſi continuiſſet veritatem, fuiſſet approbatum.

CARD. Et nunc dico, quod ſi habuiſſet veritatem, tranſiſſet, ut Agathonis & Sophronii ſymbola tranſiverunt: & fundo me in textu qui dicit, quod cauſa reprobationis eſt, quia continet perverſa dogmata Neſtorii. Deinde dico, quod Neſtoriani ſi veram fidei expoſitionem dixiſſent, non fuiſſent improbati; ſed non potuiſſent mandare univerſali eccleſiæ, quod id univerſaliter profiteretur, quia non habebant poteſtatem univerſalis eccleſiæ.

EPHES. Illud ſymbolum Neſtorianum erat diſſimile a ſymbolo Agathonis & Chariſii, & aliorum, etiamſi fuiſſet verum, quia illud ſymbolum Neſtorianum tradebatur [b] convertentibus loco ſymboli Nicæni. Illa autem alia Chariſii & aliorum ſymbola non ſunt tradita ut communis diſciplina & ut commune ſymbolum, in quo deberent baptizari: & ſic non eſt ſimile de illo Neſtorianorum, etiamſi fuiſſet verum cum aliis: & illud merito fuiſſet reprobatum, etiamſi fuiſſet verum. Alia non fuerunt reprobata, quia non tradebantur ut commune ſymbolum. Et cum dominatio veſtra videtur dediſſe licentiam Neſtorianis, hoc non liceret: nam Chariſius & ceteri non tetigerunt ſymbolum.

CARD. Contra, Chariſius tetigit ſymbolum Nicænum, quia addit, Spiritum ſanctum conſubſtantialem; & certa alia verba quæ non erant in Nicæno. Et ad id quod dixiſtis, ne quid prætercam, quia implicatis multa argumenta, vellem ut particulatim faceretis, ut ſingulis reſpondere poſſem. Dico, quod nulla eſt differentia inter ſymbolum Neſtorianorum, Chariſii & Sophronii, ſi continuiſſet veritatem. Et tua paternitas non debet capere alium ſenſum ex textu legis, quoniam lex declarat, lex dicit, quod ideo reprobatur, quia continebat dogma falſum: ergo in hoc debetis vos fundare, & non in alio. Nam tradi ſymbolum per privatos, quo omnes utantur, hoc non prohibetur hac lege, ſed ſolum hac lege prohibetur profeſſio malæ fidei. Utrum autem privata perſona poſſit hoc dare, dico quod non, non ex hac lege, ſed ex alia qua cavetur, quod nullus poteſt mandare, niſi illis in quibus habet poteſtatem. Et volo dare aliam rationem, quia quæ publicum concernunt, omnes inferiores debent ſequi ritum ſuperiorum eccleſiarum.

EPHES.

ANNO CHRISTI 1438.

[a] Converſi ſcilicet profiterentur.

[b] Id eſt, id fidem converſis.



ANNO CHRISTI 1438.

EPHES. Rurſus dominatio veſtra venit ad ea quæ primo dicebatis, quod univerſali eccleſiæ liceat tradere ſymbolum illis qui ſub ea ſunt. Ad id argumentum quod feci, non clare reſpondiſtis, videlicet, ſi illi Neſtoriani habuiſſent poteſtatem faciendi ſymbolum, ſi fuiſſet verum.

CARD. Quid vultis ex hoc inferre? ego reſpondeo ex textu, & clare.

EPHES. Concedit dominatio veſtra, quod Neſtorianis licuerit baptizandis per eos ſymbolum ipſorum edere, & ſecundum illud baptizare, ſi eſſet verum, videlicet, ut expoſitio Chariſii.

CARD. Id quod eſt privatum, tradere ut commune non potuiſſent, & eſſet dicere falſum. Neſtoriani ſi feciſſent ſymbolum verum, potuiſſent illud ſapere & proferre, & docere. Sed ſi dixiſſent quod eſſet ſymbolum Nicænum in ſenſu & verbo, non dixiſſent verum, ſed proferre ut ſymbolum verum bene potuiſſent. Sed dicere quod privatum eſt, eſſe commune, eſſet falſum.

EPHES. Clarum eſt, illos Neſtorianos fuiſſe uſos ut communi eorum ſymbolo; quia in illo baptizabant: numquid habebant poteſtatem id facere, ſi fuiſſet verum?

CARD. Dico, quod potuiſſent proferre; ſed tradere ut commune non potuiſſent.

EPHES. Ego dixi, & bene, quod accuſabantur Neſtoriani, quod tradebant ut commune, ſymbolum transformatum, & ſub illo baptizabant. Si autem illi Neſtoriani habuiſſent licentiam hoc faciendi, prout videtur dominationi veſtræ dicere, quod non erat lex prohibitionis prolata: ergo iſta cauſa quæ movit concilium ad proferendum illam prohibitionem, non provideret, prout erat intentionis patrum; cum propter iſtam licentiam transformandi ſymbolum, illi potuiſſent perverſa dogmata ponere. Ideo providens concilium, ne talia de cetero fieri poſſent, neceſſario fecit diffinitionem prohibitivam, quæ generaliter diffinit & terminat, nemini licere tradere, vel proferre, vel componere aliam fidem, præter illam Nicæni concilii. Hæc autem ipſum concilium decrevit, quia cognovit fuiſſe cauſam, ut falſa infererentur veritati. Unde ex hac licentia qua utebantur in transformando ſymbolo, videntur patres tertii concilii moti ad faciendum prohibitionem. Hoc autem a veſtris verbis, ut aliquid ſumptum, colligimus.

CARD. Cui vultis ut magis credatur, diffinitioni concilii Epheſini, an vobis?

EPHES. Nos credimus & ipſi diffinitioni, & illis qui expoſuerunt & interpretati ſunt: & ſi qua difficultas eſt, credendum eſt interpretatoribus, qui fuerunt principales ibidem cum diffinitio extitit promulgata, quam nobis exponit beatus Cyrillus, & in epiſtola quam ſcripſerat ad Joannem Antiochenum & Acacium Melitenenſem. Videamus interpretationem illius, & ipſam ſequemur: nam nemo eſſet, qui magis poſſet diffinitionem exponere. Nunc ſi dominatio veſtra vult quid dicere, dicat.

CARD. Synodus aſſignat hanc cauſam prohibitionis ſymboli Neſtorii, quia ſapiebat falſitatem.

EPHES. Synodus non adducit hanc ſolam cauſam.

CARD. Diffinitio dicit, quod mandat, quod excommunicationi ſubjaceant qui ſapiunt ſymbolum [a]: ergo videtur, quod perverſum dogma Neſtorii erat ipſum ſymbolum. Deinde patet per verba Chariſii, qui dicit, quod ſpreta fide Nicæna ediderunt aliud ſymbolum, id eſt, perverſum. Tertio, quia quod continetur in ſymbolo Neſtorianorum, fuerat lectum ex epiſtola Neſtorii, quia eadem perfidia continebatur in epiſtola, prout in ſymbolo ejuſdem. Cyrillus interrogavit ſynodum, ſi contenta in epiſtola erant vera. Dixit ſynodus quod erant falſa: unde ea de cauſa ſynodus tulit ſententiam. [b] Ad id quod dicitis, quod eſt credendum Cyrillo, fateor quod eſt credendum: & epiſtola Cyrilli ſcripta ad Joannem [c] non obſtat, imo probat hunc ſenſum. Et ſi bene conſiderabitis verba epiſtolæ, intelligit illa verba, Aliam fidem, videlicet non quoad verba, ſed quoad ſenſum: quia certum eſt, quod in epiſtola Cyrilli, & in reſponſiva Joannis ſunt multa in expoſitione fidei, quæ non ſunt in ſymbolo Nicæno. Et nihilo minus quia illa ſunt vera, dicit, nil addentes vel diminuentes: & tamen in verbis multa addit, licet non in ſenſu. Unde per illam epiſtolam apparet, quod non dicitur alia fides, quæ differt in verbis, ſi non differt in ſenſu. Item epiſtola ad Acacium [d] non obſtat, magis eſt pro nobis, quia ad illa verba concilii, Aliam fidem, ſubdit [e], qui declarat aliter quam ſit fides: non ergo contrariatur mihi: hæc ſunt: [f] Qui ſemel neſcio quo modo, &c. Et ſequitur: Qui autem hoc agere vult, id eſt declarare, innovat quidem nihil, ſed nec fidei expoſitionem noſcitur innovare, ſed manifeſtam magis conſtituit. Quid poſſetis habere clarius?

EPHES. Quomodo incipit epiſtola?

CARD. Pridie dixeram, me hanc non habere: & fuit, quia non erat rubrica. Poſtea quærens reperi in certis inſtructionibus, quæ dicebantur ſecreta Neſtorii, & incipit: [g] Cauſa quidem dulcis & digna: & poſt illa verba, aliam expoſitionem, declarat ſe, aliam, id eſt contrariam.

EPHES. Nos non habemus.

CARD. Declarat, quod nil videatur addere & innovare qui declarat. Et in ſynodo quærens, an protuliſſet [h] fidem convenientem ſymbolo Nicæno, omnes reſponderunt, quod Cyrillus dixerat conſonanter ſymbolo Nicæno: & licet apertius & manifeſtius dixerit ea quæ continentur in ſymbolo Nicæno, non videtur quid novi induxiſſe, ſed quod magis ſapiat cum concilio Nicæno. Unde ſi illa verba, Aliam fidem, ſignificarent de verbis diverſis, certe Cyrillus incidiſſet in prohibitionem. Deinde volo allegare dictum Cyrilli in expoſitione ſymboli: & ex hoc videbitis, quis ſit ſenſus prohibitionis, & quid ſynodus voluerit prohibere. Incipit epiſtola: [i] Amor doctrinæ & amor laboris: ubi hæc verba ſunt, videlicet: Jam ſancta ſynodus quæ in Epheſo congregata eſt, tulit ſententiam contra Neſtorii malam opinionem, & vanitatem illorum qui cum eo erant, vel ante ipſum fuerunt, æqualia ſapientes, & docere vel conſcribere audentes damnavit, & æqualem illis impoſuit cauſam, id eſt pœnam. Unde ex hac epiſtola apparet, ſynodum damnaſſe dogmata mala Neſtorii: & ſic apparet verbum, Aliam fidem, intelligi de contraria, quæ eſt Neſtoriana, vel ei ſimilis. Item apparet, quod ſymbolum Neſtorianum reprobavit, quia ſapiebat ſimilia Neſtorio. Etiam Cyrillusmet compoſitor diffinitionis dicit, quod damnat Neſtorium & eos qui ſapiunt ſibi æqualia.

COLLATIO XI.

[a] Scilicet Neſtorianum.

[b] Actione 6.

[c] Concilii Epheſini part. 3. cap. 34.

[d] Concilii Epheſini par. 3. c. 35.

[e] Scilicet Cyrillus, intelligi de eo.

[f] Verba epiſt. Cyrilli in actis concilii Epheſini par. 3. c. 35. *Qui ſemel neſcio quo modo diſſentire niſi, & quod non recte ſentirent.* Ex quibus verbis probatur, quod additio erat contraria & diſſona.

[g] *Alias*, Res ſane dulcis. In act. Epheſ. loco citato.

[h] par. 2. act. 1.

[i] *Alias*, Studium ac diligentiam. Concilii Epheſini par. 3. cap. 43.

COLLATIO XI.

lia. Unde patet, quod ſymbolum Neſtorianum fuit improbatum, & qui ſapiebat dogma æquale Neſtorio, quod eſt contra id quod veſtra paternitas ante dicebat, aſſignando aliam cauſam. Unde cum paternitas veſtra cognoſcat hanc rem facillimam, & non habere dubietatem, cum facileſit ut omnes intelligant, & eſtis doctiſſimus homo, rogo paternitatem veſtram, nolit tenere tantum auditorium ad rem quam pueri poſſent ſolvere. Sed ne perdamus tempus, intremus rem principalem, & dimittamus iſta quæ non habent difficultatem. Nihilo minus ſum paratus reſpondere & hodie & ſemper. Sed hæc quæſtio non eſt utilis, nec habet exitum veritatis.

Ephes. Nos iſtos ſermones de quibus agimus & dicimus, non putamus ita ut facillime poſſint repelli a pueris, ut dominatio veſtra dixit. Sed nos putamus ipſos neceſſarios, & alias utiles, cum nos faciamus ſermones de vocibus & auctoritatibus ſanctorum patrum: hoc primo ſupponentes, quod ſi etiam dogma veſtrum eſſet verum & rectum, tamen non eſſet in ſymbolo addendum, nec in ſymbolo cantandum. Melius eſt nos circa talia laborare, & dimittere theologicas rationes ſtare immutabiles & inconcuſſas. Nam hoc magis adhæret difficultatibus rerum, de quibus diſcutiendum eſt. Notificamus veſtræ reverendæ paternitati hanc noſtram eſſe intentionem, nullo modo a diſcuſſione iſtius difficultatis deſiſtere, niſi applicemus prius ad aliquam veram concluſionem. Nos & dicimus & ſapimus, & faciliter oſtendere poſſumus, quod ſi inventum fuerit dogma, de quo difficultas eſt, eſſe verum, illud poterit apponi ſub privata diffinitione, prout in multis conciliis œcumenicis actum eſt. Verum ab ipſo ſymbolo nil debet ſubmoveri, nec detrahi, nec addi, ut unio Chriſtianorum poſſit ſervari a ſcandalis.

Card. Quia tempus eſt carior res quam homines poſſunt habere, ideo vellem quod fieret, quod dixit imperator, ut tempus non duceretur in annum. Satis ſuper hac quæſtione diſputatum eſt & per ſcripta & dicta hinc inde. Ego puto quod dominatio veſtra cognoſcat veritatem, & quod docti ſapientes viri judicent in mentibus ſuis, quod hæc quæſtio non habet difficultatem. Sed non reprehendo vos qui introduxiſtis eam, quia facitis ut ſapientes, qui volentes ingredi magna, incipiunt a levioribus. Ita vos intraturi materiam Spiritus ſancti, voluiſtis hanc ut faciliorem præmittere. Sed poſtquam tanto tempore hoc diſcuſſum eſt, & bene eſt aperta veritas quam non ignorabatis prius, arbitror vos feciſſe ad tentandum, quomodo nos Latini ſcimus reſpondere. Rogo ut veniamus ad difficultatem majorem: & ſicut dixi pridie, ſi probatis Spiritum ſanctum non procedere a Filio, profiteor plane, quod eccleſiæ Romanæ non licuit. Si vero non poteritis probare, & oſtendetur contrarium, tunc ſum certus, quod non facietis difficultatem, an potuit illa declaratio poni. Tamen pro me non remaneat: ego ſum paratus reſpondere ad omnia objecta. Sed forte melius eſſet, quod illis tribus diebus ordinariis diſputationis fieret diſcuſſio materiæ præſentis, & in aliis proſequeremur hoc. Interrogetis me, & ego ſum paratus. Domine Epheſine, ego dicam unum verbum, & loquar ut cum patre, quia a vobis poſſum informari. Habuiſtis dicere, quod hæc prohibitio non fuit ante tertium concilium Epheſinum. Ego poſſum oſtendere contrarium, & eſt bonum ut patres audiant, quia licet dixerim in ſcriptis, hic non dixi: fortior ratio quæ aſſignetur, quod non poſſit apponi ſyllaba in ſymbolo, eſt ex epiſtola [a] Cyrilli: tamen ſi bene advertit paternitas veſtra, in illa epiſtola dicitur: Nihil prætereatur, vel mutetur: non dicitur, addatur: ſed poſito quod dixiſſet, non facit contra nos, ut non ideo prohibitio fuerit prius facta. Cyrillus fundat ſe in auctoritate ſacræ ſcripturæ, & dicit: Meminimus enim dicentis: *Noli transferre terminos æternos, quos patres tui poſuerunt*: non illi loquebantur, ſed Spiritus Dei. Unde Cyrillus fundat ſe in hac auctoritate, quæ eſt prohibitiva addere vel detrahere, & dicit ſanctos patres & Spiritum ſanctum per eos feciſſe. Certum eſt illos ſanctos patres fuiſſe ante concilium, quia fuit dictum Salomonis, qui diu fuit ante tertium concilium & Nicænum, imo & ante fidem Chriſti expreſſam in novo teſtamento. Idem dicit Cæleſtinus [b] his verbis: Quis non dignus eſt anathemate, qui addit fidei apoſtolicæ, quæ non recipit nec argumentum, nec diminutionem, & magna pœna conſtringit & addentem & detrahentem: & ſequitur: Legimus in libris noſtris, nil eſſe addendum vel minuendum. Hæc epiſtola fuit ante inchoationem concilii Epheſini, & tamen Celeſtinus profitetur ante fuiſſe inhibitum addi fidei apoſtolorum. Habeo duos teſtes: volo tertium habere, ut in ore duorum vel trium ſtet omne verbum: & allego ſeptimam ſynodum [c], quæ dicit: Quæ enim tradita ſunt in catholica eccleſia, nec augmentum, nec diminutionem admittunt. Maxima & addentes & diminuentes pœna conſtringit maledictionis, ut ſcriptura aſſerit contra eum qui transfert terminos patrum ſuorum, nec habuerit propoſitum ad cognoſcendum veritatem. Ergo ſeptima ſynodus fundat ſe in hac auctoritate ſacræ ſcripturæ, & hoc dicit quod contingit illis qui non habent propoſitum cognoſcendi veritatem. Unde patet quod ille dicitur addere vel detrahere, qui tranſgreditur terminos patrum, veritatem mutando: ſed qui declarat veritatem, non tranſgreditur terminos patrum. Et ratio eſt, quia prout dicit Cyrillus, hæc prohibitio facta eſt per Spiritum ſanctum loquentem per ſanctos patres: cum Spiritus ſit ſpiritus veritatis, qui dicit veritatem, eſt intra ſpiritum, nec addit, nec detrahit. Qui autem dicit falſitatem, ille eſt qui exit terminos Spiritus ſancti: & ille debet judicari tranſgredi, vel addere ad terminos patrum. Et hic textus declarat quod ille eſt qui addit vel diminuit, qui non habet animum cognoſcendi veritatem. Cum ergo hæc prohibitio præceſſerit concilium Nicænum, dicemuſne quod concilium Nicænum tranſgreſſum ſit terminos patrum ſuorum? Alias ſi intelligeremus de tranſgreſſione verborum, concilium Nicænum fuiſſet tranſgreſſum terminos patrum, quia aliqua detraxit de ſymbolo apoſtolorum. Et idem de concilio Conſtantinopolitano, quod concilium addidit multa ſymbolo Nicæno: & quia dixit veritatem, non reputatur addidiſſe. Et ideo, quod ſæpius dictum eſt, quod eccleſia poſt tertium concilium non poſſit addere, & quod ante licuerit, non eſt verum. Deinde dico, quod nos habemus [1] librum Græcum, ubi eſt ſymbolum Conſtantinopolitanum, ubi non eſt verbum, De cælis: dicit tamen verbum, Deſcendit: nec hoc, videlicet, Secundum ſcripturas. Nos habemus hic duo volumina concilii Chalcedonenſis, & ſunt valde antiqua. Eſt unum

ANNO CHRISTI 1438.

a ſupra citata in actis concilii Epheſini par. 3. cap. 34.

Prov. 22.

b Epiſt. 18. ad Neſtorii in actis concilii Epheſini par. 1. cap. 18.

c Ultimis verbis tomi V. in act. 6.



ANNO CHRISTI 1438.

ultra quingentorum annorum, ut apparet: & hic ter ponitur ſymbolum Conſtantinopolitanum, & nunquam ponuntur ibidem, De cælis: &, Secundum ſcripturas. Item habeo aliud de litera Longobarda antiquiſſimum, & ſunt canones omnium conciliorum, & eſt ſymbolum Conſtantinopolitanum, & ſine verbis illis, De cælis; &, Secundum ſcripturas. Et ſic ex his tribus libris apparet quod ſymbolum Conſtantinopolitanum non habebat illa verba, De cælis, &, Secundum ſcripturas. Ille liber quem oſtendiſtis de quarto concilio, non ſunt forte decem anni, quod fuit ſcriptus, ut apparet: noſtri ſunt antiquiſſimi quingentorum annorum. Item eſt liber ſimiliter in Græco antiquus portatus de Conſtantinopoli. Item & nos ponimus in ſymbolo noſtro verba ultra ſymbolum Conſtantinopolitanum, & non ex eo arguimur. Ponimus Deum de Deo. Illud [2] non eſt in Conſtantinopolitano: & tamen nunquam aliqui reprehenderunt nos propter illa verba, ſicut de illo, Filioque.

Ephes. Illud fuit in Nicæno, Deum de Deo; & in aliis convenimus: ergo de iſtis non quæramus.

Card. Non erat in Conſtantinopolitano: & dico quod cum conveniamus, quod ultra Nicænum & Conſtantinopolitanum cantetur verbum, [3] De cælis, &c. ſequitur, quod [a] non eſt differentia inter nos & vos de ſyllabis, ſed de veritate.

Ephes. Ad illa quæ primo dicta ſunt, cum longa fuerint, non eſt tempus reſpondendi, licet dominatio veſtra quæſierit a nobis, & volueritis informari, hoc eſt ſupra noſtram dignitatem: tamen nos haberemus ad ipſa reſpondere, & convenienter ſenſui veritatis. Similiter ad ultima verba quæ facta ſunt de his libris, quæ dominatio veſtra produxit, non habemus nunc reſpondere, quia tempus non patitur: referentur ad tempus opportunum, quo tempore convenienter inquirentur. Cum autem inter veſtros ſermones dominatio veſtra fecerit mentionem in ſuperioribus congregationibus, videlicet, quod liceat univerſali eccleſiæ immutare ſymbola, & primo illi qui præeſt univerſali eccleſiæ, cum habeatur manifeſte quod dominatio veſtra reſpicit ad eccleſiam Romanam, & præpoſito Romæ habueritis reſpectum, hoc prætermittere ſine diſcuſſione non patimur: volumus circa hanc rationem ſermonem facere in ſequenti congregatione, ſi placet. Nam habemus multa & præclara dicere circa hoc rationibus efficacioribus: ſed ſuſpicamur ne forte verba quæ dicenda ſunt circa hoc, inducant ſcandala. Ideo dixi velle dicere, ſi placet: ſit electio circa veſtram dominationem, & ſi vobis videtur, fiet, nam ad hoc parati ſumus.

Card. Sunt inter alios articulos differentiarum veſtrarum a nobis de poteſtate Romani pontificis: & cum ſumus in diſcuſſione hujus articuli de Spiritu ſancto, non videtur conveniens admiſcere de poteſtate ſummi pontificis. Et ideo in ſcriptura [4] dixi, de auctoritate Romanæ eccleſiæ non dico nunc, ſed alio tempore reſervabo: & quando erimus in diſcuſſione illius, libere poteritis dicere ut licebit: & debetis credere, quod non offendetis ſanctiſſimum dominum papam, quia ipſe non eſt hic, niſi ut veritas declaretur. Et per Dei gratiam hæc veritas apoſtolicæ ſedis & eccleſiæ Romanæ eſt ita manifeſta per ſacra univerſalia concilia, quod ſi hæc quæſtio in qua ſumus, habet modicam difficultatem, illa habet multo minorem. Sed certe, ut dixi, quia eſt articulus diſtinctus, non eſſet bonum immiſcere cum articulo de Spiritu ſancto. Unde iterum atque iterum oro & obſecro, ut velitis incipere materiam proceſſus Spiritus ſancti, quia erit utilior quam hæc in qua ſumus. Et vere ſi eſſemus concordes in iſto articulo, credo quod nulla difficultas reſtaret in aliis: & ſpero, quod in aliis articulis erimus bene concordes.

And. His dictis, volvit ſermonem ad papam, qui ſumma cum admiratione omnium hora jam 23. frigore imminente maximo, audiverat cuncta patientiſſime.

Card. Beatiſſime pater, videtur quod ſanctitas veſtra una cum domino imperatore ordinaretis, ut procederetur ad negotium principale. Tamen vobis dico, patres reverendi Græci, nos parati ſumus quæſitis veſtris omnibus reſpondere.

And. His expoſitis, facto ſilentio, ſummus pontifex aſſurrexit, ejuſque erectione cunctis aſſurgendi licentiam dedit.

COLLATIO XI.

a Id eſt, non deberet eſſe.

## NOTÆ HORATII JUSTINIANI

### AD UNDECIMAM COLLATIONEM.

1 *Librum.*] Ex hoc vel ſimili libro eſt tranſlatio Latina concilii Chalcedonenſis actione 2. in editione Colonienſi anni 1551. ex qua deſumpſit Baronius tomo 4. anno 381. num. 29. in qua actione refertur a patribus concilii ſymbolum Conſtantinopolitanum ſine illis verbis, De cælis, &, Secundum ſcripturas: quæ tamen in aliis editionibus leguntur, & canunt Græci, ut dicit idem cardinalis infra collatione 14. in fine primi numeri.

2 *Non eſt.*] In ſymbolo Nicæno ſic legitur: Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero: & ſic canit eccleſia Latina. At vero in ſymbolo Conſtantinopolitano omittitur, Deum de Deo: & tantum dicitur, Lumen de lumine, Deum verum de Deo vero: & ſic canit eccleſia Græca. Hæc verba cardinalis ſic refert Græcus ſcriptor ſeſſ. 12. verſus finem. *Has voces, Deum de Deo, non habetis, & nos habemus.*

3 *De cælis.*] Id eſt, cum vos Græci non faciatis vim ſuper verbis, Deum de Deo, De cælis, &, Secundum ſcripturas: ſic non deberetis vim facere ſuper verbum, Filioque, diſputando, ut nos cogitis, de pura additione verbali: nimirum cardinalis & Latini properabant ad diſputationem veritatis propoſitionis, Filioque.

4 *Scriptura.*] Græcus ſcriptor ſeſſione 12. ſic: *Ex articulis de quibus inter Latinos & Græcos eſt controverſia, unus eſt de Romanæ eccleſiæ auctoritate. Nunc quia verſamur in alia difficultate & articulo de Spiritu ſancto, non videtur conveniens ut articulus hic cum articulo de catholicæ eccleſia confundatur.*

## COLLATIO DUODECIMA.

### DIE IV. NOVEMBRIS.

[b] Secundo, tertio & quarto diebus.

*Abbas generalis Ciſtercienſium orat nomine ducis Burgundiæ. Profeſſiones fidei Chariſii & aliorum fuiſſe admiſſas in concilio, quia non continebant contraria ſymbolo.*

And. Die quarta Decembris in conventione cunctis aſtantibus, locus Græco-

b Nimirum orationem ducis Burgundiæ oratoris, & duas diſputationes tribus diebus habitas, unica collatione perſtrinxit Andreas. Quas breviſſime tantum innuit Græcus ſcriptor in 13. & 14. ſeſſionibus.

Collatio XII.

Græcorum deputatorum vacans erat. Intuebatur quiſque, cur hoc eveniſſet: & quia inter colluctationem præcedentem & hanc, ſolemnes ducis Burgundiæ legati advenerant, ac ſummo pontifici Græciſve præſentibus, concilio œcumenico ſolemnem orationem fecerant, & imperatori Græcorum nil dixerant in publico: nunc Cabilonenſis epiſcopus ex oratoribus qui ex duce venerant, primus aſſurgens, hæc inquit imperatori.

Cabilon. Illuſtriſſimus princeps dux Burgundiæ toto deſiderio inflammatus ad unionem Græcorum, has literas tuæ ſerenitati mittit cum ſalute. Et quia continent credentiam, nos ſumus parati eas vobis explicare in palatio ſerenitatis veſtræ.

And. Imperator illis receptis, miſit ſuum interpretem ad reſpondendum ſecrete ambaſiatoribus: qui demum reverſus ad imperatorem, iterum rediit ad ambaſiatores.

Lud. Diç, oro, quid illi expoſuerunt?

And. Quæ per concilium geſta ſunt alibi, a cuncta adſcripſimus: hoc in conventu diſpoſuimus nil aliud extra proferre, niſi quæ fidei diſcuſſionem concernunt. Sed quia exhortatio hæc principaliter extitit ad hanc fidei unionem, referam quæ graviter expoſita fuerunt per religioſum virum ætate & doctrina venerabilem, generalem abbatem Ciſterciensem, qui quartus inter oratores fuerat. Primus namque in ordine fuerat epiſcopus Morinenſis, qui in curia degens honore adjunctus fuerat: ſicque nihil dixit. Secundus epiſcopus Cabilonenſis, qui primus in referendo fuit. Sed quia omnia in expoſitis per venerabilem patrem hunc contenta ſunt, hujus relatione dictorum illa videbuntur expoſita. Tertius fuit epiſcopus Nivernenſis qui ut primus ſilentium ſervavit. Quartus extitit abbas præfatus.

a Dixi in prima nota ad 1. collationem, hoc opus Andreæ adhuc deſiderari.

Lud. Dicas præfati patris expoſita.

And. His verbis concilio peroratus eſt.

*Sequitur oratio.*

Si fiſcellam junco texerem, aut, ut beati Hieronymi verbis utar, ſi palmarum complicans folia, in ſudore vultus mei ventris ſollicitamenta tractarem, me nemo reprehenderet, neque detractorum Deo odibilium morſibus exponerer corrodendus. Nunc autem cum ego imperitus ſcientia & ſermone, altiora me contra ſapientis documentum quærere videar, & opus arduiſſimum, quod meo ſiquidem maturius eloquium decuiſſet, in inſipientia mea nitar aggredi, declarare videlicet deſiderandos a quolibet catholico fines, puta perfectam orientalis eccleſiæ cum Latina unionem, patrum quoque tam reverendiſſimorum dominorum cardinalium, quam ceterorum dominorum & eccleſiaſticorum Baſileæ congregatorum, cum ſanctitate veſtra, beatiſſime pater, concordiam & pacem: quos fines indefeſſis laboribus, continuiſque ſuſpiriis proſequitur & intendit devotiſſimus ſanctæ matris eccleſiæ filius dominus Philippus, Dei gratia dux Burgundiæ, qui nos hic aſtantes ſuæ celſitudinis ducalis oratores & nuncios ad eamdem ſanctitatem veſtram præſenſque ſacrum concilium deſtinavit: ſi quo minus, beatiſſime pater, ſacraque ſynodus, vobis ingenita benignitas meum b ceu nimis mox detegendum ſupportaverit imperfectum, quænam adeſſe mihi poterit ſubventionis occaſio, ut adverſum me in deriſum non loquantur qui ſedent in porta? Itaque ex propriis loqui non contendam, ſed ea ſolum diſſerere mihi animus eſt, quæ ipſe ſapientiſſimus princeps poſuit in ore meo. Magnam proinde concepi fiduciam, quod etſi non meis meritis, contemplatione tamen & reverentia tanti tamque catholici principis, veſtræ miſerationes meam patienter ſufferant ignorantiam; quodque pater miſericordiarum, qui linguas etiam infantium facit diſertas, ſermones meos rectos & bene ſonantes faciet in auribus veſtris. Et hac ſpe fretus, in hac quoque proteſtatione ſpecialiter confidens, quod omnia per me dicenda omnimodæ correctioni & determinationi veſtræ ſanctitatis, beatiſſime pater, præſentiſque ſacri concilii ſubmitto, relictam mihi per reverendiſſimum in Chriſto patrem dominum epiſcopum Cabilonenſem expoſitionis per nos oratores coram hoc præcellenti auditorio fiendæ ſecundam particulam, prout ab alto mihi concedetur, conabor feſtinanter abſolvere. Præſuppoſitis igitur veritatibus notiſſimis, ſiquidem longe magis facto quam verbo clareſcentibus, quibus oratio tam fecunda quam facunda ipſius reverendiſſimi in Chriſto patris domini epiſcopi Cabilonenſis illuſtriſſimum principem dominum ducem Burgundiæ, veſtræ ſanctitatis, beatiſſime pater, filium obedientiſſimum, ſuper extollendis virtutibus & ampliſſimis dignitatum titulis fore multipliciter inſignitum, declaravit eleganter & abunde pro aliquali mediorum declaratione, quibus ipſe potentiſſimus princeps ſua ſanctiſſima deſideria de procurando & ponendo in eccleſia Dei unionem & pacem confidit & deſiderat efficaciter poſſe perfici, pro quorumque practica & ferventi proſecutione hos tot tantoſque reverendos nuncios, nobiles & inſignes viros per tanta tamque periculoſa itinerum ſpatia ad eamdem ſanctitatem veſtram præſenſque ſacrum concilium deſtinat, verba præmittere non confundor. Pridem in epiſtola miſſæ recitata, quæ beatus apoſtolus dudum Philippenſes exhortans ad perficiendum opus quod cœperant, in primo capite epiſtolæ ad Philippenſes ipſos direxiſſe legitur, cum diceret: *Oro ut caritas veſtra magis ac magis abundet*. Quorum verborum intelligentia ex cauſa dicendi faciliter accipitur, ſi conſiderationis acies paululum circa deductionem figatur apoſtoli, qui poſtquam Philippenſes de felici operis per ipſos inchoati conſummatione ſecuros reddidiſſet, dicens: *Confido quia qui cœpit in vobis bonum opus, perficiet uſque in diem Jeſu Chriſti*. Rurſus plane demonſtrans ſe velle hujuſmodi operis cooperatorem & coadjutorem eſſe, continuo ſubjunxit hoc: *Oro ut caritas veſtra magis ac magis abundet*. Quoniam enim ad inchoandum perficiendumque quodcumque opus bonum virtus caritatis, quam theologi virtutum matrem & formam appellant, ſit neceſſaria, idem apoſtolus in prima epiſtola ad Corinthios pulchre profundeque pertractans, ſinguis loqui angelorum, omnia noſcere myſteria, fidem ad transferendos montes habere, cibare pauperes, in propheriis ſeu aliis quibuſcumque perfectionibus abundare, ubi caritatem abeſſe contigerit, nihil prorſus valere, tandem veraciter concludit & determinat. Et ubi

Anno Christi 1438.

b Forte ...

Philipp. 1.



Anno Christi 1438.

Et ubi caritas non eſt, inquit magnus Gregorius, quid eſt, quod poſſit prodeſſe? Ubi vero caritas eſt, quid eſt, quod poſſit abeſſe? Caritatis ſiquidem proprium eſt, ut idem Gregorius teſtatur, nutrire concordiam, ſervare compoſita, conjungere diſſonantia, dirigere prava, & virtutes ceteras perfectas ſuo munimine ſolidare. Cum igitur homines extra caritatem qua Deus & proximus diliguntur, conſtituti, contentionibus & litibus, quæ ſervos Dei, ſecundum apoſtolum, non decent, inſiſtentes, ſchiſmatibus & diſcordiis, quibus, juxta Salluſtium, magnæ res dilabuntur, involuti, in pace in idipſum nunquam dormientes aut quieſcentes, ſed ſemper adverſa ſentientes & dicentes, prorſus nihil ſint, niſi forte quoddam æs ſonans, & cymbalum tinniens: quid mirum, ſi doctor gentium Paulus fidelitatem & veræ dilectionis affectum, quibus Philippenſes amplectebatur, manifeſtare volens, ipſos nedum ad habendum caritatem, quæ diſcordias terminat & rancores tollit, ſed etiam ipſos ferventer ſolicitat & hortatur, ut eorum caritas magis ac magis ſemper abundet? Sane inter varios & multiplices effectus, quibus fidelitas & perfecta dilectio unius ad alterum comprobatur, nullum qui de his tractant ſuis in ſcriptis eo inveniantur evidentiorem reliquiſſe, quam quo contentionum & diviſionum declinatio conſulitur, reconciliationis & concordiæ modus inducitur, & pax, ſi fieri poſſit, cum omnibus hominibus quærenda ſuadetur & habenda: hinc piiſſimus ſalvator Mundi, cujus omnis actio noſtra eſt inſtructio, nihil tantum ſicut concordiam & pacem ſuis invenitur diſcipulis commendaſſe. *In hoc*, inquit, *cognoſcent omnes, quod mei eſtis diſcipuli, ſi dilectionem & concordiam habueritis adinvicem*. Imo ipſe dulciſſimus Jeſus, qui eſt pax faciens utraque unum, cum eſſet ex hoc Mundo tranſiturus ad Patrem, pro quo ſpecialius, quam pro unitate & concordia ſui corporis myſtici, quod eſt eccleſia, legitur exoraſſe: *Pater*, inquit, *rogo ut ſint unum, ſicut nos unum ſumus*. In epiſtolis autem Pauli, in Joannis & Petri, ceterorumque apoſtolorum canonicis, quorum vos, patres optimi, eſſe gloriamini ſucceſſores, quid aliud præcipitur, quid aliud docetur aut annunciatur, niſi pax & concordia fidelium, quodque multitudinis credentium ſit cor unum & anima una? Quid autem ſibi vult, quod ſponſus eccleſiæ toties in canticis ſponſam ſuam vocat unam, dicens: *Una columba mea, una electa mea, una perfecta mea?* quatenus fideles intelligant, unitatem tam frequenti vocum ingeminatione commendatam ad eccleſiam Dei ſic pertinere, ut jam illi non ſint de eccleſia, extra quam non eſt ſalus; qui damnabiliter dividunt eccleſiam, ſeu ipſam diviſam reducere ad unitatem negligunt & contemnunt. Hinc ſponſus ipſe patienter demonſtrando quantum ſibi diſpliceat, quantumque ſit periculoſa in corpore ſuo, quod eſt eccleſia, quæcumque ſuſcitata diviſio, cum ad turbas in figuris loqueretur, nonaginta novem oves in deſerto relinquendas pro eundo ad illam quæ perierat, ipſamque propriis humeris reportando ad ovile, ſalubriter docuit & fecit: imo reprehenſus a Judæis, quia cum publicanis, & peccatoribus manducaret, ſe non eſſe miſſum niſi ad oves quæ perierant domus Iſrael, & quod non eſt opus valentibus medico, ſed male habentibus, conſtanter legitur reſpondiſſe. Per hæc, ni fallor, futuris eccleſiæ paſtoribus luculenter inſinuans, quanta ipſis incumbat neceſſitas, juxta modum loquendi apoſtoli, opportune & importune, per gloriam & ignominiam, & per infamiam & famam bonam jugiter providere & attendere, ut in grege domini, in quo poſuit eos Spiritus ſanctus regere eccleſiam Dei, nulla omnino ſchiſmatis macula, nulla cicatrix inſurgat vel maneat, neque vox illa nimium lugubris & deteſtanda reſonet: *Ego ſum Cephæ, ego ſum Apollo*. Parva ſiquidem ſcintilla ſi diutius ferveſcere ſinatur, ſilvam magnam frequenter incendit. Quemadmodum, dicente Gregorio, peccatum quod per pœnitentiam mox non diluitur, ſuo pondere ad aliud trahit. Quid enim horrendiſſimo ſchiſmati in Conſtantia nuper terminato tantam dedit durationem, ex qua omnis in orbe deformitas ſurrexit, niſi defectus ex negligentia extinguendi commune incendium, quod cito flammas emiſit, quod in ſui initio abſque jactura vel dedecore partium poſtea condemnatarum, tam faciliter quam feliciter fuiſſet extinctum? Ut igitur voraces flammæ ignis ſchiſmatici his infauſtis diebus undique ſicut ſcintillæ in arundineto diſcurrentes, tandem non inveniantur oves & ovile Chriſti miſerabiliter devoraſſe, quid utilius, quid decentius, quid denique inſignius vero Dei vicario, ipſarum ovium ſummo paſtori ſuaderi poteſt aut conſuli, quam ut pro obſtando tam propinquo tamque periculoſo incendio, cujus principiis remedium ſero adhibitum nihil forte proficeret; pro conſervando integritatem tunicæ inconſutilis, quam neque crudeles milites Chriſtum occidentes dividere præſumpſerunt; pro danda ſibi & eccleſiæ Dei ſponſæ ſuæ quiete & pace, Græcis & barbaris, ſapientibus & inſipientibus longe lateque per orbem diſperſis, quibus, ut loquitur apoſtolus, debitor eſt, tantam exhibeat humanitatem, tantam clementiam demonſtret, ſicque ipſorum infirmitatibus paterno condeſcendat affectu, quod generoſi animi, qui facilius ducuntur quam trahantur, affabilitate, benevolentia & manſuetudine potius quam rigore vel timore victi, rejectis quibuslibet ſchiſmatum ſeminariis & fomentis, ad fratres & coætaneos ſuos glorientur feſtinanter occurrere, laboraturi, ſicut omnino fieri neceſſe eſt, quod ex omnibus Chriſti ovibus fiat unum ovile & unus paſtor. Ignoſcere quippe, ſicut ex ſapientibus quidam teſtatur, ſummum & nobile vincendi genus eſt: & Africanum Scipionem, Julium Cæſarem, ceteroſque conquiſitores orbis plures, tandemque fideliores ex populis ſibi rebellantibus ſubditos & amicos comparaſſe ignoſcendo, miſerando, largiendo, quam gladiis utendo vel vinculis, veteres paganorum hiſtoriæ commemorant. Cum enim dicente morali Seneca, turpius nihil ſit homini, quam cum eo bellum gerere, cum quo ſemper amice vixerit. Cum rurſus animalia ſilveſtria & bruta pacem & concordiam, ſicut cetera entia, naturaliter ſic appetant, ut ſi ea dividi abinvicem contigerit, vagis inſiſtere diſcurſibus, mugire, ululare, varioſque fremitus & boatus emittere non ceſſent, donec rurſus unumquodque cum ſibi ſimili conjunctum extiterit: quo pacto

Joan. 13.

Joan. 17.

Cant. 6.

Collatio XII.

1. Cor. 1.

COLLATIO XII.

A pacto Chriſtianis beatiſſimæ Trinitatis imagine decoratis non convenit, ut in eis rigor cujuslibet diviſionis ſic lenteſcat, quod juxta præceptum apoſtoli, ſol non occidat ſuper iracundiam ipſorum, & relicto munere quod offerunt ante altare, ſi forte unus adverſus alium aliquid habuerit, confeſtim & prius non vadat reconciliari fratri ſuo? Quis enim illos exiſtimaret pro fratrum animabus ſeipſos cum apoſtolo velle impendere, qui propter quaſcumque injurias, ſeu temporales utilitates, vel honores, reconciliationem & concordiam cum fratribus diligenter quærere & procurare denegarent, vel ipſas oblatas renuerent? An non, evangelio teſtante, & experientia nimis docente, omne regnum in ſe diviſum deſolabitur, & omnes, B ſicut loquitur apoſtolus, qui ſe invicem mordent aut comedunt, tandem abinvicem conſumentur? Quid enim Aſſyriis, quid Medis & Perſis, quid Græcis & Romanis, quid denique noſtris temporibus regnis & populis bella civilia & ſchiſmata reliquerunt, niſi lamentabilem patriarum deſolationem, glorioſæ famæ attenuationem, corruptionem morum, & ad impune cuncta pertractanda facinora libertatem & licentiam? Quid ergo ſupereſt, ſi Græci (quod abſit) non unirentur cum Latinis, ſi Latini diutius inter ſe diviſi permanerent? Quid, inquam, ſupereſt, niſi quod terribilis Deus ſe demonſtrans pœnitere quia fecit hominem, quemadmodum terrena regna de gente trans- C fert in gentes propter injuſtitias & iniquitates & diverſos dolos: ita quoque gloriam regalis ſacerdotii, tam Græci quam Latini, propter eorum nimis continuatas diſcordias, miſerabili ſervituti ac regimini (ſicut jam in parte factum cernitur) ſubjiciat & tradat illorum, qui gladium in vindictam malorum portant; tandemque oporteat, ſicut beatus Bernardus deplorat amare, dominam gentium ancillari, & ancillam dominari? Si enim cauſantibus diſcordiis inter Chriſtianos, iis temporibus peſtiferis (proh dolor!) vigentibus, quibus ſimiles ab incarnatione Verbi Dei nemo vidit unquam, diſceſſionem ab eccleſia Romana fieri contigerit, quemadmodum hæretici Huſſitæ, & eorum D ſequaces id deſiderare, dietimque procurare non deſinunt: cum beatus apoſtolus in 2. ad Theſſalonicenſes palam innuere videatur, tunc finem Mundi & diem noviſſimum inſtare, adventumque illius filii perditionis, qui dicitur antichriſtus, eſſe propinquum, quando hujuſmodi fiet diſceſſio. Quis ſapiens merito non formidet ſe viſurum in valde proximo ſuperventuras univerſo orbi, præſertim eccleſiæ, tribulationes & anguſtias, quales Mundus, ex quo gentes forte cœperunt, non habuit, ſi quo minus ipſi eccleſiaſtici Latini & Græci, ſaltem ex vexatione capientes intellectum, mox ſibi invicem dexteras dederint, ſeque, rejectis ulterioribus diffugiis, ad oſculum receperint, non E fictæ ſed veræ pacis: an non, ut cetera prætermittam, horum periculorum teſtimonia, lamentabilis plurium eccleſiarum, præſertim cathedralium deſolatio utique proveniens ex pugnis & concertationibus duorum altarium in templo Domini erectorum, quorum unum ſolvit quod aliud ligat, unum deſtruit quod aliud ædificat. Cum aut videritis hæc fieri, inquit ſalvator, qui ſunt in Judæa fugiant in montem, & qui ſupra tectum, non deſcendant, ut quid capiant in domo. Væ prægnantibus & nutrientibus in diebus illis. Has

ANNO CHRISTI 1438.

A plane longe magis quam repentinum fulgur formidandas tribulationes & anguſtias piiſſimus atque devotiſſimus princeps dominus dux Burgundiæ, veſtræ ſanctitatis, beatiſſime pater, filius obedientiſſimus, ſuis in præcordiis ſolerti meditatione revolvens, ipſiſque more ſuo catholico viribus mentis & corporis ſatagens occurrere, præ oculis quoque ſapienter & ſalubriter habens, quod ex unione ſanctæ matris eccleſiæ, pace & concordia fidelium, earumdem tribulationum ceſſatio, veſtræque ſublimis perſonæ, beatiſſime pater, ſalus & quies, ac in æternum apud Deum & homines duratura commendatio, ſingulariter dependent, ut fidelitatem B filialem, ferventiſſimum ac devotiſſimum ſinceræ dilectionis affectum, quibus veſtram ſanctitatem amplectitur & colit, opere & veritate palam demonſtret, per nos hic præſentes ſuæ celſitudinis ducalis oratores & nuncios, in caritatis perfectæ viſceribus, in totius humilitatis & reverentiæ ſpiritu, eidem ſuæ ſanctitati ſupplicat, quatenus veſtræ pietatis oculos benigne dirigentes ad horrendiſſima ſcandala per univerſas Chriſtianitatis regiones exemplo diſſeminanda, ſi (quod abſit) in agro dominico veſtræ curæ ſpecialiter commiſſo, lethifera ſchiſmatum ſuperſeminarentur zizania, ſi Latini magis ac magis dividerentur, ſeu diutius ſic diviſi permanerent, quod propter eorum conten- C tiones ac diſcordias orientalis eccleſia ſe vel ad horam differret unire cum Latina, feſtinanter & efficaciter providere dignemini, quod eccleſiam Dei ſponſam veſtram nulla ſchiſmatis labes contaminet. Quodque illa duo opera ſanctiſſima, quæ veſtra ſanctitas ex unitate perpetuis efferenda laudibus ſtrenue inchoavit, unio videlicet Græcorum cum Latinis, patrum quoque tam reverendiſſimorum dominorum cardinalium, quam ceterorum dominorum & eccleſiaſticorum Baſileæ congregatorum, cum veſtra ſanctitate reconciliatio & concordia feſtinam & toti Mundo ſumme neceſſariam accipiant conſummationem. Horum ſiquidem operum ſanctiſſimorum, quorum felix conſummatio & jugis permanen- D tia haud dubium ſunt media convenientiſſima & maxime neceſſaria ad procurandum & ponendum perfectam in eccleſia catholica unionem & pacem, ipſe potentiſſimus princeps cooperator & coadjutor fieri quouſque deſiderat, ut pro ipſorum felici adeptione perſonam ſuam inclytam, patrias, ſubditos, cunctaque ampliſſima ſimul & opulentiſſima ſuæ magnificentiæ ſubjecta dominia, veſtræ ſanctitati ſacroque concilio fideli cordialiſſimoque præſentat affectu: nobiſque ſuis ambaſiatoribus ſpecialiter injunxit, ut in ipſorum ferventi proſecutione, ſimul & ceteris quibuſcumque materiis proſperitatem & honorem ſanctæ matris eccleſiæ, veſtræque ſanctitatis ac præſentis ſacri concilii concernentibus, nos E exhibeamus ſicut Dei miniſtros, ſingula tantis rebus, quæ per ſanctitatem veſtram & ipſum ſacrum concilium nobis mandata fuerint, prout id facere jugiter habuimus & retinemus in votis, corde & animo diligenter adimplere. O ducem vero catholicum! O legitimum ſanctæ matris eccleſiæ filium! Siquidem nomine principis pacis juſtiſſime honorandum, cujus inſtantia quotidiana cum apoſtolo eſt ſolicitudo omnium eccleſiarum, rogare quæ ad pacem ſunt Jeruſalem, evangelizare concordiam gentibus, his qui prope & longe ſunt reconciliationem impe-



ANNO CHRISTI 1438.

A trare, & per omne quod in ipſo eſt, omnia tollere ſcandala de regno Dei. O magnanimi cordatique principis juſtiſſima & omni exauditione digna petitio, quæ propriorum inſcia commodorum, ſolum inſtat pro ſublatione ſchiſmatum, pro deſideranda Latinorum & Græcorum unione, pro exaltatione fidei catholicæ, pro Chriſtianitatis communi bono, pro conſervatione & incremento reipublicæ ſervorum Dei: quæ profecto a veſtra ſanctitate, beatiſſime pater, præſentive ſacro concilio nil magis efflagitat vel quærit, quam juxta modum loquendi apoſtoli, qui cœpit in vobis opus bonum, illud perficiat: ſicque caritas Dei per Spiritum ſanctum diffuſa in cordibus veſtris, circa prædictorum operum continuationem ſemper magis B ac magis abundet: quoniam propter ipſorum imperfectionem vel neglectum, viam tranſeuntes in ſugillationem honoris & nominis apoſtolici, occaſionem non habeant movendi capita ſua, & dicendi: *Ecce homo, qui cœpit ædificare, & non potuit conſummare*. (Luc. 14.) Et quis eſt, qui vobis noceat, inquit Petri canonica, ſi boni æmulatores fueritis? Cum enim labor improbus omnia vincat, & juxta Senecam, nihil eſt quod vigilans & pertinax cura non expugnet. Cum rurſus ſecundum parabolam evangelicam, homo jacens in cubili, propter improbitatem pulſantis ad oſtium, de lecto ſurgere, & amico quotquot habet panes neceſſarios tradere compella- C tur: quis ambigit, beatiſſime pater, ſi veſtra benignitas nimiis eccleſiæ compatiens languoribus prædicta opera ſanctiſſima laudabiliter incepta, opportune & importune, ſicut loquitur apoſtolus, continuare dignetur, quin mox illam debeant deſideratam accipere conſummationem, pro qua tantæ auctoritatis, * excellentiæ princeps tam inſtanter, in tantaque humilitate & reverentia ſupplicat, pro cujus ſolicitatione & felici adeptione tot ſublimes & religioſos viros tantas fecit regiones peragrare? Si vero gratiam hanc ſingulariſſimam, nulli certe ex veſtris prædeceſſoribus ſummis pontificibus collatam, veſtra ſanctitas, beatiſſime pater, in oculis Dei pietatis invenerit, ut veſtris in diebus, D veſtriſque precibus ſanctis & divinis directionibus Latini pariter & Græci ſub umbra eccleſiæ Romanæ in magna domo Dei ſimul in unum congregentur & conveniant, cui, quæſo, comparabitur gloria nullis delenda ſæculis, ex hoc triumpho glorioſiſſimo per vos reportanda? Quo rurſus præmio, præterquam illis debito qui per fidem vicerunt regna, meritum apud mortales inſolitum, ex his tamen operibus perſeveranter continuatis indubie acquirendum, digne poterit compenſare? Quis poſtremo, etiamſi linguis loquatur angelorum, ſufficienter exprimeret fructus glorioſiſſimos ex hac jucunda orientalis & occidentalis eccleſiarum unione in una fide, in uno baptiſmate, in uno domino, veſtris maxi- E me laboribus & expenſis adepta, toti Mundo tandem perventuros? Hi ſunt glorioſiſſimi labores veſtri, beatiſſime pater, ſi cœptum opus deſiderandæ unionis Latinorum & Græcorum perfecerint, cœlis dabunt gloriam, inferno ſolitudinem, pacem mundo, fidem gentibus, finem vitiis, & moribus refundent diſciplinam: tuncque, & ni (fallor) vix alias optatæ perfectionis culmen accipient illa tua opera ſanctiſſima, propter quæ præſens ſacrum concilium eſſe dignoſcitur convocatum, extirpatio hæreſum, pacificatio Chriſtianorum, ac toties petita ac pro-

* f. & excellentiæ

COLLATIO XII.

A miſſa Chriſtianitatis reformatio, ſine qua utique vanum erit vobis ante lucem ſurrexiſſe: vix tandem multum profeciſſe invenientur, qui abſque ea manum ad fortia poſuerunt, dicente propheta Jeremia: *Percuſſiſti eos, & non doluerunt: attriviſti eos, & renuerunt accipere diſciplinam: induraverunt facies ſuas ſupra petram, & noluerunt reverti. Idcirco percuſſit eos leo de ſilva, lupus ad veſperum devoravit eos*. (Jerem. 5.) Si autem Græci cum Latinis ſint unanimes, idipſum ſentientes & dicentes, quis de feſtiva perfectaque prædictorum operum conſummatione deinceps ambigere præſumeret? Siquidem hac felici & ſumme deſideranda unione facta, cum juxta promiſſum evangelicum, Chriſtus ſemper adſit omnibus in B nomine ſuo congregatis, & ipſis cum Spiritu ſancto gemitibus inenarrabilibus orantibus cuncta ſubjiciantur & obediant, confeſtim expulſis ab eccleſia Dei quibuslibet erroribus, pace inter Chriſtianitatis principes & populos repoſita, legibuſque renovatis, vel noviter editis, ſecundum quas Chriſtianos vivere condecet, temporibus ſanctiſſimi domini noſtri Eugenii papæ IV. videbit & gaudebit omnis caro, ſæcula redire aurea, olim temporibus Octaviani, cum Chriſtus naſceretur, florentia, quibus durantibus unuſquiſque ſub vite ſua ſecure ſedens, pulchritudine pacis gaudebat, convertebanturque gladii in vomeres, & lanceæ in falces. Sed & demum quis a longe proſpiciens & alta cogno- C ſcens, aperte non videt, ſi Latini & Græci, qui per tanta, heu, tempora lamentabiliter diviſi fuerunt, quia forte non fuit, qui, ſicut facit de præſenti ſanctiſſimus dominus noſter, pedes eorum in viam pacis dirigeret, hac vice cor unum & anima una eſſe meruerint? Si iſtæ duæ gentes ad bella doctiſſimæ ad paſſagium tranſmarinum accingantur, ad quod, Domino largiente, per ſanctiſſimum dominum noſtrum ſolicite invitabuntur, & reddentur efficaciter animati, quemadmodum plerique ſummi pontifices inveniuntur dudum omnis orbis nobiles & ignobiles ferventer excitaſſe ad collapſos reædificandum muros Jeruſalem, terramque ſanctam eruendum de manibus inimicorum Chriſti. Si, D inquam, iſte populus Dei ex Græcis & Latinis conſtitutus iſtud ſecundum iter arripiat, & ſicut olim victorioſi Iſraelitæ procedebant ad bella, uno mentis & corporis agmine adverſus Turcarum & Tartarorum, ceterorumque infidelium proficiſcatur phalanges: qui hæſitare præſumeret, inclytas Græcorum regiones viris illuſtribus ſapientia, eloquentia, gravitate morum, miriſque virtutibus & gratiis fulgentibus adornatas, de manibus omnium inimicorum ſuorum in valde proximo non eſſe feliciter liberandas, priſtinamque ad gloriam olim nulli de Mundo ſecundam reducendas? O ſi felix illa dies gloriæ Chriſtianorum advenerit, quanta putabitur illa potentia, quam potentiſſimus princeps & dux E Burgundiæ pro tanti adeptione bravii conſtruet, quamque tunc ſe habere terra marique cum jucunditate maxima Mundo declarabit. Quis autem eo uſque puſillanimis, vel abjectæ poterit eſſe conditionis, ut ad hoc glorioſiſſimum certamen conquiſitionis terræ ſanctæ invitatus, mox relictis omnibus Chriſtum non ſequatur, ſeque glorianter non exponat ad recuperationem ſanctæ civitatis Jeruſalem, ceterarumque inſignium urbium & patriarum pretioſo Chriſti ſanguine & præſentia conſecratarum, totieſque & noviſſime (quod ad verecundiam modernorum Chriſtiano-

COLLATIO XII.

ſtianorum loquor) per catholicos principes & populos Chriſtianitatis * ſubjectorum imperio, quos moderni Chriſtiani ob caritatis & concordiæ carentiam mutuis cædibus & ſtragibus ſeſe damnabiliter laceſſontes, per Machometi ceterorumque cultores idolorum poſsideri conculcarique conſpiciunt, & non eſt qui adjuvet. O ineffabilis & incomparabilis mater caritas! o inæſtimabile donum Dei concordia! quibus ſuper cunctas virtutes hanc divina miſeratio prærogativam largiri dignatur, ut earum medio & auxilio eccleſia Dei unionem & pacem, terra ſancta de manibus inimicorum Chriſti liberationem, Græci & Latini de ſuis inimicis victoriam & triumphum, infernus & dæmones interitum & confutationem, angeli ſancti lætam B ſuarum ſedium reſtaurationem, & beata denique Trinitas perennes gloriam & laudes poſsint reportare. Vivat igitur & in piiſſimo corde veſtro, beatiſsime pater, quemadmodum una cum illuſtriſsimo & potentiſsimo principe noſtro domino duce Burgundiæ nos hic humiles ſui oratores & nuncii devotiſsime ſupplicamus, magis ac magis ſemper abundet hæc felix & ſuperextollenda mater caritas, quæ filios ſuos tantæ conſolationis lactat uberibus, & omnia poſsidens, nunquam quæ ſua ſunt, ſemper autem quæ ſunt Chriſti Jeſu præponit & quærit: vivat & ſuper vos glorioſiſſimos principes populorum, ſacerdotes & miniſtros domini in hac ſacra ſynodo cum Deo Abraham congrega- C tos. Et ſicut nos oratores tanti principis rurſus veſtris reverendiſsimis paternitatibus humillime ſupplicamus, caritas veſtra ſic ſemper magis ac magis abundet, quod veſtris continuis laboribus & ſtudiis, veſtriſque ſalutaribus conſiliis (inter ſanctum dominum noſtrum, patreſque tam reverendiſsimos dominos cardinales, quam ceteros dominos & eccleſiaſticos Baſileæ congregatos, pax, concordia & perfecta reconciliatio, quemadmodum id fieri pro conſervatione Chriſtianitatis catholicus princeps noſter arbitratur ſumme neceſſarium) feſtinanter & efficaciter valde dilatum accipiant complementum. De cetero ſuper vos & ipſos ſemper vivat, dominetur & regnet pulchra ut D Luna, electa ut Sol, filia caritatis concordia, quam Spiritus ſanctus Patris & Filii caritas, nexus & amor, omnibus pro pace & concordia Chriſtianorum, tam Latinorum quam Græcorum, laborantibus & orantibus præſtare dignentur in ſæcula ſæculorum. Amen.

AND. Hic fuit religioſiſsimi viri ſermo, non minus gravitate quam affectu & caritate prolatus. Fuerunt igitur hæc in conventu præcedentis diei dicta, in hujus diei conventione imperatori dicta fuerunt verba propoſita. [b] Illico interpres noſtris ſex deputatis ſuo loco conſedentibus inquit.

INTERPR. Si placet vobis, ut noſtri deputati veniant, ut aliquid dicant, domino imperatori E placet.

CARD. Placet.

AND. Sex ex Græcis præpoſiti ad locum nunc primo venerunt, & Epheſinus archiepiſcopus hæc verba in medium dixit.

EPHES. Nunc, Deo duce, ſermonem noſtrum proſequemur, & Deo juvante, incipiemus ad reſpondendum his quæ dicta fuere per dominum cardinalem. Ita inquiremus intentionem & veram ſententiam prohibitionis, de qua nunc agitur inter nos. Quam inquiſitionem debemus A facere ex his quæ poſita ſunt in diffinitione & lege, & ejus verbis, & ex his etiam quæ ſcripta ſunt in epiſtolis datis in diverſis locis ſecundum prohibitionem. Verum rogamus vos, patres reverendi, placeat breviter reddere reſponſa, quoties opus fuerit interrogare; & reſpondeatis aut per aſſenſum, vel per negativam: tali namque modo diſputatio noſtra proſequetur, & facilius poterimus invenire veritatem quam quærimus. Si autem cum nos interrogamus, vos autem reſpondeatis per prolixos ſermones, & implicatas & varias reſponſiones, erit opportunum per nos fieri prolixiores tractatus: & hoc modo cum difficultate veniemus ad concluſionem. Sit reſponſio veſtra; B eſt, aut non, ſecundum legem dominicam. Et certe ſi dominatio veſtra aliquid latius velit opportune dicere, & rem clarius oſtendere, poſt reſponſiones quas daturi ſumus ad reſponſionem veſtrorum argumentorum, quidquid habebitis dicere ad confutationem noſtrorum, poteritis confidenter dicere; & libenter audiemus. Quæ omnia breviter & per deciſiones debent inter nos tractari, ut poſita concluſione, ad ulteriora poſſimus procedere. Profecto eumdem ordinem & nos obſervaturi ſumus, cum fuerimus de re aliqua interrogati. Satis in exordiorum ſermone. Jam denique ingrediamur ipſum propoſitum. Chariſius ille [c] nihil donatus eſt ad confirmationem veſtræ rationis. Nam conceſ- C ſum in pluribus & a vobis eſt, illam profeſſionem illius, vel fidei ſuæ expoſitionem, particularem & privatam fuiſſe, nec debere æſtimari pro communi. Hoc autem nec per illa tempora, nec poſt prohibitionem fuit inhibitum. Quamobrem merito ille Chariſius non fuit reprehenſus, cum nil egerit reprehenſione dignum, cum commune non tradiderit ſymbolum, ſed privatam fidem. Denique velle patres illos voluiſſe intelligere aliam fidem, id eſt contrariam fidem, eſt contrarium eorum intentioni & legi. Quod hoc ſit repugnans vi & ſententiæ legis, manifeſtatur ex hoc, cum aliud diverſum ſit, quam contrarium. Omne namque contrarium, diverſum, non econtra. Nam D albo colori nigrum contrarium, fuſcum non, ſed omnino diverſum. Etiam albo muſicum non eſt omnino contrarium, ſed diverſum. Nolle autem in univerſali negativa particularem intelligere, non convenit. Nam quod ſimpliciter negatur, univerſaliter debet intelligi: & ſi quis diceret lapidem non eſſe animal, non ſolum negaret non eſſe animal, ſed quodcumque animal non eſſe lapidem. Itaque illi patres qui prohibuerunt aliam fidem, non ſolum prohibuerunt contrariam, ſed omnem aliam quæ in dictionibus aut aliqua litera eſſet variata. An videtur vobis omne diverſum eſſe contrarium? interrogamus a veſtra paternitate, an differat diverſum a contrario.

E CARD. Reverenda paternitas veſtra exhortata eſt me ad brevitatem. Finis iſtius ſacri concilii non eſt brevitas, ſed repetitio ſeu declaratio veritatis. Unde quidquid eſt ad inveniendum veritatem, non debemus refutare, quia eſt finis noſter. Ego rogo paternitatem veſtram, non imponat mihi legem, prout non impono vobis: quia neceſſarium eſt ut hæc materia bene diſcutiatur. Sed ego volo dare aliud remedium, quod ego non gravabo vos, ſi eſſem longus; nec me, ſi eſſetis longi. Non faciamus tam longa intervalla dierum, ſed quod hodie non

* Forte, ſubjectorum imperio, quas.

b Initium hujus collationis.

c Iſ ſi nihil ... lo infra.

ANNO CHRISTI 1438.



ANNO CHRISTI 1438.

non ſit, fiat cras, & in paucis diebus finiemus, A & in duobus diebus faciemus plus quam uno menſe, prout nunc, & veniemus ad finem: tamen volo eſſe brevis. Sed volo primo aliqua dicere ad finalem declarationem, & poſtea verbo poſt verbum reſpondebo. Deus poſuit in ore tuo illud verbum, ut dixiſti, verbum Chriſti, ut dicamus, eſt eſt, non non: & hoc proderit ad declarationem materiæ noſtræ. Quæro, an cum aliqui petierunt a ſanctis patribus, ut quid declaretur, & non reſponderunt, eſt eſt, ſed longius; an tranſgreſſi ſunt præceptum Chriſti? Certe ſi volumus intelligere verbum ad corticem, omnes qui fecerunt longos tractatus, eſſent tranſgreſſi mandatum Chriſti: ſed verba Chriſti ſunt intelligenda non ſecundum corti- B cem, ſed ſecundum intentionem, ut reſpondeatur veritas, & non addatur quod non eſt, prout dixit: quod amplius eſt, a malo eſt. Et iſtud habeo a beato Agathone, qui dicit in epiſtola [a] ſynodali, quod fides non capit augmentum, nec diminutionem: ſed ſicut dicit [b] ſcriptura, debet eſſe, eſt eſt, & quod amplius eſt, a malo eſt. Et beatus Agatho intelligit, quod nil fidei eſt addendum, quod malum ſapiat, ſed exponenda eſt veritas: non autem intelligitur, quod non fiat reſponſio niſi per verbum, eſt eſt, non non: quia ipſe fuiſſet tranſgreſſus, qui multa dixit.

EPHES. Volo reſpondere.

C CARD. Omittas me finire, ego volo allegare duas epiſtolas ſynodales, quæ declarant quomodo ſumenda ſunt illa verba, & facient ad quæſitum veſtrum. Et prima epiſtola eſt concilii Epheſini ad Theodoſium imperatorem, & ut breviter expediam.

IMPER. Dominus Epheſinus non perfecit.

CARD. Audias patienter. Epiſtola dicit, quod ſynodus congregata erat ad confirmandam fidem, & ad deponendum ab omnibus dignitatibus eos qui ſapiunt corrupta. Unde hæc epiſtola declarat, quod verba illa, Aliam fidem, intelligantur de ſapientibus corruptam fidem: quia illi ſunt qui deponuntur, qui corruptam fidem ſapiunt. Secundo ex altera epi- D ſtola probo ſenſum illius legis. Eſt alia epiſtola quæ incipit, Circa pietatem; & dirigitur imperatori: quæ dicit, quod epiſcopi qui venerunt ad ſynodum ex parte Cœleſtini papæ, aperiunt ſenſum pietatis & rectæ fidei, & quod conſonanter diffinierunt caritatem & fidem una cum patribus Epheſinis: & qui aliud ſaperent, deponerentur ab omni dignitate; Unde prohibitio illa quæ dicit, quod prædicans aliam fidem deponatur, intelligitur de his qui extra caritatem & fidem prædicant; licet per prius data ſit declaratio & verus ſenſus illius prohibitionis, ſi tamen nunc oſtendam vobis per declarationem concilii generalis, declarationem illorum verborum prohibitionis, nonne merito debetis tacere? Synodus Chalcedonenſis lo- E quens [c] ad Marcianum imperatorem, excuſat beatum Leonem, qui expoſuit fidem; & dicit, quod aliqui putaverunt, quod nulli liceret exponere fidem, niſi patribus qui in Nicæa fuere. Synodus dicit, quod per inſurgentes errores permittitur aliis: & ſynodus incipit exponere ſymbolum, Credo, &c. Et dicit, quod propter inſurgentes errores, in concilio Conſtantinopolitano fuit additum, Credo in Spiritum ſanctum. Item & Baſilius & Damaſus coacti ſunt facere alias declarationes. Poſtea dicit, quod A propter errorem Neſtorii ſynodus Epheſina fuit coacta exponere (rogo vos, & te imperatorem, advertas) ſynodus continuat, & dicit: Forte aliqui putant, quod uſque ad ſynodum Epheſinam debeamus conſiſtere, & non ultra procedere, quia in ſynodo Epheſina eſt prohibitum facere aliam fidem.

EPHES. Quid dicitis?

CARD. Hoc modo incipit allocutio ſynodi ad Marcianum, & hoc profecto [d].

IMPER. Legatur textus.

CARD. Hæc ſunt verba textus [e], ſic & apud Epheſum, quod de genitrice domini dubitabatur, ſcripto firmatum eſt: & poſtea dicit, quod iſti declararunt veritatem; & ſubdit, qui huc- B uſque conſiſtere fidem dicit, quique eſſe hoc præceptum, hæreticis promulgare debebit. Nam præceptum removet homines ab impugnatione veritatis, non autem prohibet paſtores ab ejuſdem defenſione.

EPHES. Non facit mentionem de prohibitione.

CARD. Synodus Chalcedonenſis dicit, quod ſynodus Epheſina ſcripto firmavit de genitrice Dei. Ergo ſecundum vos poſt Epheſinam ſynodum non liceret plus ſcripto de fide addere, quia in ea ſynodo fuit facta prohibitio: & tamen concilium Chalcedonenſe dicit, quod illa prohibitio de non addendo fidei, dicitur hæreticis, non ſapientibus veram fidem; & ha- C bet locum contra impugnantes veritatem: & ſubdit: Si quis depravat intelligentias patrum, hic habetur obnoxius pœnæ tranſgreſſionis præcepti. Itaque ſynodus Epheſina obligat illos qui depravant intelligentias patrum, non eos qui dicunt veritatem. Jam ergo habemus declaratum intellectum illius prohibitionis tertiæ ſynodi Epheſinæ: & non ſum ego qui do intellectum illum, ſed ſynodus Chalcedonenſis. Quid amplius laboramus, cum habeamus veritatem?

IMPER. Reverendiſſime domine, pars veſtra plus dixit, quam voluit, & nunquam permiſiſtis, quod dicerent noſtri: quia antequam patres perficerent reſponſionem ad dicta, adjungitis aut D eadem, aut nova. Unde tali modo nunquam res hæc poterit bene concludi. Neceſſe eſt ut audiatis reſponſiones perfectas, quas facient noſtri.

CARD. Domine imperator, non eſtis propter aliud, niſi ut audiatis veritatem. Ego non dico quid extraneum veſtri faciunt argumentum, ego præmitto quæ ſunt neceſſaria ad ſolutionem illius argumenti, cum in Mundo non poſſit reperiri major declaratio quam unius ſynodi, quæ declarat aliam, & qui habent dubitationem, hac declaratione audita, non debent amplius habere dubitationem, quia concilium declarat, prohibitionem comprehendere illos, qui depravant ſententias patrum.

E IMPER. Non impedimus ut veritas inquiratur; imo propter hoc veni: verum inventio veritatis debet fieri cum modo ſuo, & non ſine modo. Nam ſi conceditur hoc, quod ſemper una pars dicat, & alia non reſpondeat, non poterit judicari quid ſit veritas. Si diſputationes irent cum ordine, & res bene iret: & cum noſtri dicant pauca verba, & in reſponſionibus multa dicitis, & aliquando impertinentia: ergo non poterit res concludi.

CARD. Sicut non [f] attulit impedimentum ut nos expectaremus vos per 24. dies, ita non tædeat

a Epiſtola ad Conſtantinum imperatorem, quæ fuit inſtructio legatorum, habetur in ſexta ſynodo actione 4.

b Matth. 5.

c In actis concilii Chalcedonenſis part. 3. cap. 1. & actione 5. in diffinitione.

d Et hoc profecto veſtrum decebat imperium, loco ſupra citato.

e Concilii ſcilicet Chalcedonenſis in cit. ep. ſeu allocut. ad Marcianum.

f Forte ...

COLLATIO XII.

tædeat vos expectare per horam, ut videatur veritas, cum omnia dicta concludentia ſint. Venio ad reſponſionem: duo dixiſtis. Primo quod Chariſius nihil dedit nobis, quia dixit expoſitionem fidei privatam ſuam, quæ non erat prohibita. Ego dico quod Chariſius multum nobis donavit, & quod per ſymbolum ſuum patet, quod prohibitio non habet ſenſum, prout intelligitis.

EPHES. Non credo ſymbolum dici, niſi publicum & commune, & quod non vocatur fides Chariſii ſymbolum.

CARD. Oſtendam vos adduxiſſe, quod ſymbolum eſt etiam privatorum.

EPHES. Non recordor.

CARD. Scripturæ ſunt, & dico quod oſtendam, quod eſt verum ſymbolum. Ego declaro etiam privatum eſſe ſymbolum per quamdam epiſtolam concilii Chalcedonenſis, quæ dicit, quod ſymbolum interpretatur a patribus, & eſt collatio, ſeu pactum quod homo facit cum Deo. Eſt epiſtola concilii Chalcedonenſis trium capitulorum. Incipit epiſtola trium capitulorum.

EPHES. Quis fecit?

CARD. Eſt in concilio Chalcedonenſi. Item probabo aliter. Vos innuitis quod profeſſio fidei quam facit una perſona, non dicitur ſymbolum. Ego probabo etiam privatum eſſe ſymbolum per epiſtolam Hadriani ad ſeptimum concilium, in qua duobus locis Hadrianus dicit ſymbolum Taraſii. Ergo ſymbolum eſt fidei profeſſio, licet non faciat eam univerſalis eccleſia, ſed facit quælibet perſona. Item probo per ea quæ procedunt diffinitiones in tertia ſynodo: quia illi qui reduxerunt illos epiſcopos, tradiderunt illis fidem more ſymboli. Ergo ſymbolum dicitur, licet non commune. Sed quæro, quid ſymbolum?

EPHES. Et ſi hoc ſit, quod dicatur ſymbolum privatum, non nocet nobis.

CARD. Vocavi ſymbolum, quia vos ſemper dixiſtis ſymbolum Chariſii: non debetis me arguere, ſi utor verbis veſtris: non debetis vobis contradicere.

IMPER. Hoc non nocet.

CARD. Non debebant me hi interrumpere, & non debebant me inducere ad probandum iſta. Dico quod Chariſius multum donavit, quia cum præbuit ſymbolum ſuum, & ſynodus non reprobavit: ergo ſequitur; quod non eſt prohibitum facere aliud ſymbolum, dummodo ſit fidele. Ad id quod dicitis, quod privatim licet, non univerſaliter: dixi pridie, quod ſi ille textus habet intellectum quem ipſi datis, expreſſe dicitis contra textum. Dicit enim [a]: Nulli liceat proferre aliam fidem: ergo omnem prohibet, quia eſt univerſalis negativa. Deinde dat pœnam etiam ſingulari perſonæ, quia dicit, laicus, in ſingulari: ergo habet locum in particulari, & ſic textus contradicit intellectui veſtro. Secundo, dicitis in ſecundo argumento, quod hæc lex debet univerſaliter intelligi, quia debet comprehendere non tantum contrarium, ſed diverſum, ut comprehendat quidquid eſt aliud. Ego hoc volvo contra teipſum, quia ſi intelligitur prout vultis, ergo & privatim & univerſaliter erit prohibitum. Tertio dico, quod illud quod dicitis, repugnat rationi & naturali & civili, quia videtur irrationabile, quod prohibeatur univerſæ eccleſiæ; & privatæ perſonæ, non. Et ſatis eſt reſponſum ad primum argumentum. Venio ad ſecundum. Dicitis, quod lex non debet intelligi contra ſuam intentionem: & dicitis, quod hæc lex ſimpliciter & univerſaliter loquens, ſimpliciter & univerſaliter eſt intelligenda: & cum contrarium & diverſum comprehendantur in hoc verbo, aliud, & quod contrarium eſt aliud, quam diverſum, quia album eſt contrarium nigro, ſed muſicum diverſum: unde non tam debet prohibere aliam, id eſt contrariam, ſed & diverſam. Ego reſpondeo ad argumentum, & dico quod Hieronymus reſpondit Luciferianis in quadam diſputatione. Beatus Hieronymus allegaverat multas auctoritates contra Luciferianos, poſtea allegavit determinationem concilii univerſalis, & dicit: Poteram cum his dictis univerſalis eccleſiæ (intelligens univerſalis concilii determinationem) deſiccare omnes rivulos diſputationis: & intelligebat de univerſalis eccleſiæ determinatione. Ego habeo determinationem concilii univerſalis, quod declarat illam prohibitionem. Sufficit ergo nobis, & quidquid dixeritis circa hanc materiam, elido, quod eccleſia [b] ſic declarat; & hæc reſponſio ſufficeret ad omnia: ſed ne videamur nos habere penuriam reſponſionum, plus addo. Ego dicam reſponſum legale, in quo peculiariter profeſſus ſum leges intelligere, & quod magis ſpectat ad legiſtas quam ad aliam ſcientiam (noſtra diſputatio poſitiva tantum ſerpit) quod licet ſcriptura univerſaliter loquatur, tamen reſtringitur per antecedentia & ſequentia. Et ne poſſim argui de prolixitate, non repetam quæ dixi pridie, ex multis antecedentibus & ſubſequentibus colligi, quod verbum, aliud, intelligitur de contraria, non de diverſa. Item cum reſultat contradictio, etiam eſt fienda reſtrictio. Cum ergo probavi, quod intelligitur de contraria: ergo non procedit quod ipſi dicitis, & non datis reſponſum quidquam ad mea argumenta: & probo quod non univerſaliter ſumatur verbum, aliud; illud quod dicitis poſſet procedere, cum eſſet aliquis terminus qui eſſet æquivocus, & haberet ſub ſe multa ſignificata: ut ſi reperirentur plures fides, forte poſſet procedere quod dicitis: ſed non eſt niſi una fides, quia dicit apoſtolus: *Unus Deus, & una fides.* Cum ergo dicitur alia fides, neceſſe eſt intelligere contrariam: ſicut ſi dicitur, non adores alium Deum; illud verbum, alium, intelligitur falſum. Ita hic cum dicitur, Aliam fidem, intelligitur, falſam fidem & hæreticam. Et per iſta eſt reſponſum ad argumentum. Si vultis dicere, dicatis breviter, & breviter reſpondebo.

COLOSS. Ex verbo Græco declaratur, quod verbum hoc, aliud, intelligitur de contrario. Nam cum dicitur apud Græcos Thoroſon [c], intelligitur diverſum. Ergo cum dicitur aliud, id eſt contrarium, ſecundum Græcos.

EPHES. Placet ut quid dicam?

CARD. Placet, & hodie, & cras, & poſt cras, dicatis uſque ad noctem.

EPHES. Reſpondebo Coloſſenſi. Cum veſtra paternitas dixit velle probare contrarium, per dictionem Græcam, nomina decenter & accommodate dicuntur de illis rebus, quibus [c] dicuntur: paternitas veſtra memoravit illud Thoroſon [d], id eſt contrariam fidem: dico quod magis ſuffragatur intellectui noſtro.

COLOSS. Oſtendatis.

EPHES.

a Concilii Epheſini parte 2. actione 6.

b ſcilicet de declaratione concilii Chalcedonenſis, de qua ſupra ſcripſi.

Epheſ. 4.

c id eſt, accommodantur.

d id eſt ἑτέραν.



ANNO CHRISTI 1438.

EPHES. Nam illud [a] Thoroſon, id eſt alteram, intelligitis de contraria fide. Nam una eſt vera, & multæ ſunt fallaces & mendaces: & omnis opinio quæ eſſet præter veram opinionem, neceſſe eſt ut ſit falſa. Ergo omnis [b] Thoroſon, neceſſe eſt ut [c] habeat contrariam: hoc opitulatur rationi noſtræ. Nam cum una ſit vera fides tradita in Nicæno concilio, & una debeat eſſe & ſecundum ſenſum & verba, omnis alia fides vel circa ſenſum vel verba prohibita eſt: ergo facit pro nobis quod dixiſtis. Nam aliam opinionem neceſſe eſt eſſe contrariam quoad ſenſum, aliam oportet eſſe contrariam quoad verba.

COLOSS. Duo dixiſtis, ex quibus dixiſtis, me opitulari opinioni veſtræ: ſi hoc verum ſit, oſtendatis. Secundum dixiſtis [d] Thoroſon, id eſt diverſam, intelligi contrariam quoad ſenſum, vel quoad verba: Volo oſtendere hanc reſponſionem non poſſe procedere nec ſecundum philoſophos, nec ſecundum theologos.

EPHES. Patiamini quod clarius dicam.

COLOSS. Placet.

EPHES. Ego ita dixi, quod verbum, Aliam opinionem, neceſſe eſt ſemper intelligi falſam, cum una ſit vera opinio: ſed verbum, Aliam, veram expoſitionem ad [?] ſymbolum, ita neceſſe eſt intelligi contrariam & diverſam, quando mutatur ſecundum dictiones, poſſunt fieri multæ expoſitiones, prout multæ ſunt opiniones, veræ opiniones, multæ expoſitiones, & non neceſſario ſunt contrariæ, ſed variato modo: expoſitiones tamen ſunt adinvicem diverſæ.

COLOSS. Satis eſt; ab initio percepi verum ſenſum. Iterum dico cum reverentia, quod dictum veſtrum non ſatisfacit dicto noſtro: maxime conveniunt dictis domini mei cardinalis [e]: oſtenditur ſic. Cum dicitur [f] heteodoroton, id eſt diverſum, intelligitur contrarium. Græce dicitur ἑτέρα fides, id eſt contraria; ſed in diffinitione tertii concilii dicitur hetera fides [g]: ergo intelligitur de contraria: & confirmatur hoc modo. Opinio & fides ſecundum theologos & philoſophos, ſunt habitus in mente noſtra, quamquam diverſi quoad objecta, ſecundum Ariſtotelem in lib. Poſteriorum. Unde, ſicut ἑτέρα injunctum opinioni facit diverſam, ita injunctum fidei facit contrariam, & maxime, ut dicit reverenda paternitas tua, quod una eſt recta opinio, id eſt cum ponitur ἑτέρα, id eſt diverſa, hac ratione una eſt fides: ergo [g] hetera fides, id eſt contraria: ergo in tertiæ ſynodi [h] prohibitione dicitur contraria.

CARD. Ego reſpondi argumentis veſtris: & quia non reſpondiſtis meis, habeo vos pro confeſſo, quia ita impoſuiſtis pridie mihi legem. Ita rogo vos ſcribentes, ut ſcribatis.

EPHES. Reverendiſſime domine, ſi dominus Coloſſenſis tacuiſſet, ego vobis reſpondiſſem: quamquam & hoc non fuerit ſatis juſtum, & ego recipere reſponſiones ad quæſita mea [i]: ad quæ non veniunt ad propoſitum quæſiti mei, non teneor reſpondere.

CARD. Mecum habetis legem illam.

EPHES. Ego dicam.

CARD. Habeo vos excuſatum, quia non mirum ſi non reſpondetis, quia ego neſcirem, ſi vellem.

EPHES. Reſponſum quod debebat fieri, ſuſtulit temporis anguſtia. Nam cum unum argumentum feciſſem; multas reſponſiones percepi: & proteſtatus ſum primo, & nihil operata eſt proteſtatio mea.

CARD. Omittamus procemia: reſpondeatis.

EPHES. Multa dixiſtis, multæ exiguntur reſponſiones.

CARD. Placet.

AND. Certa in Græco imperator ſuis protulit.

CARD. Pro Deo non perdamus tempus.

AND. His auditis ſurrexit Epheſinus, & ante imperatorem acceſſit: demum reverſus eſt ad locum, & imperator hæc protulit.

IMPER. Epheſinus incipiet ad dicendum quod cœperat dicere, quia non videtur neceſſe reſpondere paternitati veſtræ, quia fuerunt ita longæ [k], quod exiverunt de memoria ſua; & ſic non poſſent reſpondere, proſequetur quæ cœperat: & ſi tempus patietur, poſtea reſpondebit dictis veſtris: & ſi hora non patietur, alio die reſpondebit.

EPHES. Reſpondebam ad pauca quæ dicta ſunt per paternitatem veſtram. Dixiſtis Chariſium multum donaſſe vobis, & expoſitionem ſymbolum appellaſtis. Quæro igitur, expoſitio Chariſii fuit tradita illis qui convertebantur, ut ſymbolum univerſale, an ut recta profeſſio fidei fuit admiſſa? Nam ſi aliqui uſi ſint ut publica, hoc nil facit ad nos: nam nos illud ſymbolum dicimus prohiberi univerſaliter, quod in eccleſia dicitur, & in baptiſmate dicitur, & in miſſa: particulariter & privatim fidei expoſitionem facere, minime prohiberi dicimus. Quid hoc ad noſtrum propoſitum, ſi expoſitio Chariſii fuit admiſſa? nunquam tradidit eam ut univerſale ſymbolum, niſi ut oſtenderet ſuam opinionem conſonam Nicæno.

CARD. Chariſius non tradidit iis qui debebant converti, nec ut communem: & ſic reſpondeo ad duo: & cum quæritur, quid ad nos? Dico quod multum ad nos: nam quæritur, an liceat dicere ſymbolum aliis verbis: & cum non fuerit prohibitum Chariſio, ergo facit ad propoſitum. Et cum dicitur, quod textus loquatur de ſymbolo quod cantatur in eccleſiis: textus non dicit in eccleſiis, vel in privato; non facit hanc differentiam: & dico, quod paternitas veſtra facit contra legem, quia dicitis aliud quam contineatur in prohibitione: ergo dicitis aliud quam contineatur in lege. Ad id quod dicitur de communi, dico quod non eſt verum, quod prohibeatur commune ſymbolum, & tota eccleſia approbavit, & ſubſcripſit ſe, & illud eſt commune: ergo non prohibitum. Et ipſa ſynodus [l] in fine quarti actus fecit ſymbolum, & communiter approbatur; nec eſt Nicænum, nec Conſtantinopolitanum, nec ſymbolum Taraſii: & nullus aſſeruit, quod male fecerit. Si dubitatis, an ſit in fine quarti actus, ego oſtendam: per ipſa apparet, quod non prohibetur commune.

EPHES. Non invenitur hoc quod paternitas veſtra dixit. Unde licet illa profeſſio Taraſii fuit approbata, non ut commune ſymbolum; & ſi invenitur in fine quarti actus aliud ſymbolum præter illa quæ fuerunt in conciliis præcedentibus, tacebimus, verum eſt quod illa profeſſio Taraſii ita fuit approbata, ut Chariſii profeſſio, non ut commune ſymbolum: nemo enim in ipſis ſymbolis de quibus facitis mentionem, quis eſt baptizatus, nec in eccleſia ſunt cantata, ſed tacita.

a ἕτερον.

b ἑτέρα, idem, altera.

c id eſt, ſignificet.

d ἑτέραν;

e Quæ ſcilicet ego dixi.

f Heteron.

g ἑτέρα;

h id eſt, cum prohibetur ibi alia fides, intelligitur contraria.

i Dicit, debuiſſem, vel aliquid aliud.

k ſcilicet propoſitiones.

l ſcilicet ſeptima immediate ante ſubſcriptiones patrum.

COLLATIO XII.

Collatio XII.

Card. Dicitis, ſi probo quæ dixi, vultis tacere. Probo primo. Habemus ex epiſtola Hadriani, quod profeſſio fidei Taraſii eſt ſymbolum.

Ephes. Nos non admittimus, niſi [d] videamus: nos non cognoſcimus vocem ipſam.

Card. Ego oſtendam. Taraſius fuit aſſumptus ad patriarchatum ex ſtatu laicali. Dicit Hadrianus (& in hoc apparet auctoritas ſummi pontificis) quod niſi vidiſſemus ſymbolum fidei in epiſtola tua, Taraſi, & niſi veſtram orthodoxam fidem in veſtris epiſtolis] ſacri ſymboli ſecundum ritum conciliorum, & de imaginibus venerabilibus vidiſſemus recte ſentire, & non vidiſſemus ſcripta tua: quantum cor noſtrum triſtatum eſt de illicita veſtra ordinatione, tanto ex confeſſione fidei veſtræ anima noſtra lætata eſt (inferius) invenimus in tua epiſtola confeſſionem ſacri ſymboli.

Ephes. Non dicitur ibi ſymbolum Taraſii: certe [a] ibi dicitur, quod continet ſymbolum.

a Id eſt; Sed tantum ibi dicitur, quod continet ſymbolum, ſcilicet commune.

Card. Ego dico, quod in epiſtola inſeruit ſymbolum ſuæ fidei: nos habemus, quod profeſſio Taraſii eſt ſymbolum. Secundo dico, quod ſynodus ſuſcepit hanc profeſſionem: ergo illa profeſſio per omnes recepta, efficitur communis: ergo eſt ſymbolum commune.

Ephes. Fallacia eſt. Diximus, profeſſionem Taraſii fuiſſe approbatam ut privatam: & hoc eſt clarius ſole. Nam & epiſtola Cyrilli in tertia ſynodo fuit admiſſa, & Agathonis in ſexta, quæ continent profeſſiones, ſed non ut ſymbola communia.

Card. Nemo dicit, quod Cyrillus fecit ſymbolum, & nemo nominat epiſtolam Cyrilli ſymbolum, prout alia nominantur: unde eſt ratio differentiæ: ſed magis profeſſio Cyrilli antequam approbaretur per ſynodum, erat privatæ perſonæ: amplexata per ſynodum, facta eſt communis, & omnes aſtringuntur ad tenendum illam, ex quo eccleſia admiſit: & qui contrarium ſentiret, eſſet hæreticus. Nam privata confeſſio fit communis communi approbatione: ita privatum ſymbolum communiter approbatum fit commune. Et probatur per epiſtolam Agathonis, in qua mandat ſuam profeſſionem dari illis, qui convertebantur ad fidem. Ergo apparet, quod eccleſiæ non inhibetur facere ſymbolum. Sed ſi forte movet vos, quod ſecundum hoc in eccleſia erunt plura ſymbola, dico quod hoc non eſt abſurdum, quia habet ſymbolum apoſtolorum, Nicænum & Conſtantinopolitanum: & quia non differunt niſi in verbis, reputantur unum. Quod autem in baptizando ſit opportunum dicere ſymbolum commune, dico quod non eſt de ſubſtantia, ſed ſufficit quod baptizetur in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti; nec ſymbolum eſt neceſſarium.

Ephes. Agatho in ſua epiſtola tenet, quod debeat tradi convertentibus ad fidem fides ſua?

Card. Ita.

Ephes. Nos habemus dictum patrum, quod dans aliud ſymbolum, quam datum per univerſalem eccleſiam, ſit anathema.

Card. Hæc ſunt verba epiſtolæ ſynodo [b]: Sed his qui converti voluerint ad veritatem, &c. & dicit, quod ſit immutabilis, & quod omnibus prædicetur, & quod volens aliam fidem, habeatur infeſtus fidei, & reus manifeſte damnatus: & qui fuerit iſta confeſſus, reputetur in communione noſtra, & concors apoſtolicæ fidei; & erunt conſacerdotes & comminiſtri fidei: & his qui converti voluerint ad veritatem fidei, hæc profeſſio noſtræ fidei cum ſimplicitate cordis proferatur. Vult ut ſit communis, & qui eam non tenent, ſint damnati. Et hoc fuit per concilium [c] confirmatum, & tamen non profitemur illam eiſdem verbis, nec incurrimus pœnas: ex quo ſumus in fide concordes, quia diverſitas verborum non conſtituit aliam fidem: imo, ut quid dicatur aliud, debet intelligi ex [d] intellectu. Probatur ex duobus actibus ſeptimæ ſynodi, quia Theodorus cum toto ſuo patriarchatu fecit unam profeſſionem, Taraſius aliam. Synodus [e] interrogatur, an ſint catholicæ. Fuit hoc nobile verbum dictum, quod hæ duæ profeſſiones ſunt unum & idem, & nulla in eis diverſitas, ſed perfecta identitas, & tamen verbis differunt: diverſitas verborum neceſſario non includit diverſitatem [f], quia una res pluribus vocabulis poteſt nominari. Ad id quod dicitis, quod dans aliam fidem quam ſymbolum, ſit anathema: ſequeretur, quod baptizatus ſine ſymbolo ſit anathema: quod non verum eſt, nec diceretis. Unde verbum aliud intelligitur de falſo, ut dicitur de Neſtorianis, quibus fuit datum ſymbolum perfidiæ: & intelligitur de ſymbolo corrupto & extra ſenſum pietatis & fidei, prout probavi per epiſtolas ſynodi. Item debet intelligi de ſymbolo hæretico, vel depravante diffinitiones patrum, prout probatur in ſexta ſynodo [g].

b Agatho ad Conſtantinū imperatorē, quæ fuit inſtructio legatorum ad ſextam ſynodum, in actis ejuſdem ſynodi act. 4.

c Eadem act. 4. ſextæ ſynodi.

d Id eſt, quod ſi aliud [illegible] ſolum verbis, ſed & [illegible] lectu veritatis.

e Act. 3. ſeptimæ ſynodi.

f ſcilicet; ſenſus.

g Act. 4. ejuſ.

Ephes. Quod per paternitatem veſtram dictum eſt de Agathone, non deducitur, ſed ipſe dicit: & ſi ipſe non diceret, deberemus nos dicere. Nam quæ fuerant per ſanctos patres accepta, debemus admittere. Quicumque non admitteret tales profeſſiones, ille rationabiliter eſſet condemnatus ſuppliciis æternis, ut Agatho dicit: ſed propter hoc non debemus illas ut ſymbola recipere, nec ſymbola appellare. Nam ſecundum hoc in eccleſia erunt diverſa ſymbola: nec ipſemet Agatho de ſe dixit hoc, quod ſua profeſſio debeat tradi illis qui baptizantur: ſed dixit, ſuam profeſſionem debere dari omnibus ut veram & particularem, & privatam. Nemo unquam ſub illo ſymbolo fuit baptizatus, nunquam lectum in eccleſia tempore ſacræ miſſæ: ſed vos habetis oſtendere hoc, quod illa profeſſio Agathonis fuerit lecta in eccleſia. Quærimus, an ſymbolum Agathonis fuerit unquam traditum baptizatis, aut lectum in eccleſia. Perſpicuum eſt, quod omnibus qui baptizantur, legitur ſymbolum; nec hoc eſt negandum: neſcio ſi vos aliter faciatis: nunquam ſymbolum Agathonis fuit lectum pro ſymbolo communi.

Card. Dixiſtis, quod ex epiſtola Agathonis non probaveram quæ volebam, & quod Agatho non appellat ſymbolum, & quod illud non fuit traditum baptizatis, nec unquam lectum in eccleſiis: & quod requiritur in baptiſmo ut legatur ſymbolum; & quod ſecundum hoc eſſent multa ſymbola. Ad primum ego deduxi ex ipſa epiſtola, quod debet dari converſis ad fidem.

Ephes. Hoc non jacet in epiſtola.

Card. Hæc ſunt verba. His qui converti ad veritatem voluerint, proferimus noſtræ fidei ordinem cum ſimplicitate cordis & veritate verborum. Et ſubdit, quod hæc profeſſio ſit immutabilis, & prædicetur apud omnes: & cum loquitur volentibus converti ad veritatem, intelligitur de veritate fidei, quia de ipſa loquebatur.







Ephes. Ego oſtendi, quod hoc non probaſti. Agatho dicit in epiſtola, quod volentibus converti ad veritatem debeat ſua profeſſio oſtendi: & hoc, quia illo tempore in partibus orientalium erant diverſæ ſectæ, quia multi non credebant in Chriſto fuiſſe duas naturas: & ideo patefecit hoc.

Card. Simpliciter Agatho dicit, omnibus profitentibus: ergo habet locum in converſis, ſeu ex Judaiſmo, ſeu ex Gentilitate, ſeu ex alio [a]: quia dicit, quod ſit immutabilis, & quod teneatur apud omnes, & quod non tenentes incurrunt damnationem. Ad id quod dicitis, quod non fuit lectum in eccleſia Dei, dico quod fuit lectum in ſynodo occidentali & orientali: & ſi non fuiſſet lectum, ſatis eſt mihi, quod non faciat contra prohibitionem. Nam non dicitur in prohibitione, in eccleſia, vel alibi. Unde quæro, an ſi quis in platea aliud ſymbolum dicat, an peccet, ſi falſum eſſet?

a ſcilicet errore.

Ephes. Ille qui cantaret in platea, non faceret contra prohibitionem.

Card. Ibi dico falſum [b]?

b Id eſt, poteſtne dici falſum in platea?

Ephes. Semper prohibitum eſt, etiam antequam hæc prohibitio fuerit prolata.

Card. Nunquid incurreret iſtam pœnam ille qui crederet in ſe, & non cantaret?

Ephes. Incurreret, quia duplex eſt diffinitio pœnæ, & duæ ſunt pœnæ. Primo, expreſſe prohibet in ſymbolo aliquid mutare: ſic determinat ſancta ſynodus [c]: Nemini liceat aliam fidem ſcribere, ſapere, vel docere: ſed hæc omnia reſpiciunt ad mutationem ſyllabarum & dictionum. Deinde ſeorſum illa diffinitio condemnat eum qui ſaperet contrariam fidem: nam ſequitur, quod ſi inveniretur, qui ſaperet dogmata Neſtorii, ſit condemnatus. Ergo duplex diffinitio eſt, & duplicem ponit condemnationem: ſeorſum prohibet mutari ſymbolum, ſeorſum qui ſentirent contraria. Si tempus pateretur, legeretur diffinitio.

c Concilii Epheſini part. 2. act. 6.

Card. Scio illam. Tua paternitas fatetur, quod ubicumque ſymbolum falſum proferatur, ſive publice, ſive privatim, incidit in conſtitutionem hanc. Ex hoc habeo, quod hæc lex intelligitur univerſaliter, ſive locutio fiat in eccleſia, vel alibi.

Ephes. Non ſimpliciter ponitur, ſed dupliciter.

Card. Satis eſt mihi, quod ubicumque dicatur, incurritur pœna.

Ephes. Prohibitiones reperiuntur ſeparatim: legatur diffinitio, quia & nos debemus ſeparatim intelligere.

Card. Placet, legatur diffinitio.

And. Fuit lecta diffinitio his verbis [d]: His igitur recitatis.

d Concilii Epheſini part. 2. act. 6.

Card. Notetis, quod non dicit, lecto ſymbolo: unde prohibitio reſpicit omnia lecta, & diffinitiones, & ſymbolum. Unde reſpicit & diffinitiones, & omnia alia: quia ſi prohiberetur fieri aliud ſymbolum, prohiberetur fieri alia diffinitio: quod eſt falſum.

Ephes. Idem eſt ſymbolum & diffinitio.

Card. Imo differentes ſunt. Hoc habetur manifeſte, quod concilia fecerunt diffinitiones, non ſymbola.

Ephes. Nonne patres ſecuti ſunt primum ſymbolum, & eos qui auderent aliud ſymbolum, anathematizarunt, ut expreſſe dicit Vigilius papa Romanus ad Eutychem patriarcham Conſtantinopolitanum? & legatur.

Collatio XII.

Card. Cum hæc prohibitio concernat & ſymbolum & diffinitiones, cur factæ ſunt aliæ diffinitiones diverſæ in verbis? Et ſi quæratis, quare ſint factæ diverſæ diffinitiones, & non diverſa ſymbola: dico quod non fuit neceſſitas cumulandi ita in ſymbolis, ſicut in diffinitionibus, & viſum eſt primum ſymbolum ſufficere: & non ſequitur: Non fecerunt; ergo non potuerunt facere: Deinde probavi, quod alia ſymbola fuerunt facta: ſicut Taraſii [e]: & dico, quod in quarta Chalcedonenſi & quinta non fuit factum ſymbolum, eo quod patres viderunt, quod mores illorum temporum potuerunt præcidi per diffinitiones. Sed eccleſia Romana videns, quod error ille proceſſionis Spiritus ſancti non poterat ſedari, niſi per frequentem cantationem, ideo fecit apponi illud verbum in ſymbolo. Et certe: verbum Θεοτόκος, id eſt, Dei genitrix, potuiſſet addi per quartum concilium: alias ſequeretur, quod unum concilium poſſet alia concilia ligare, & nos poſſemus ligare ſequentia: quod eſt contra rationem naturalem & politicam, quod in rebus poſitivis poſſit unum concilium alii legem imponere. Ad id quod dicitis de diffinitionibus, ego lego. Primo prohibet, ne proferatur alia fides quam in Nicæa: & ſic habet locum etiam in futuris conciliis, quod non poſſit mutari fides. Secundo ponit, ut convertentibus ex Judaiſmo & Gentilitate detur.

e Symbolum Taraſii patriarchæ Conſtantinopolitani, de quo in 7. ſynodo act. 3.

Ephes. Legatur.

And. Hæc verba lecta fuere. His lectis [f] terminavit ſancta ſynodus, aliam fidem licere nemini proferre, ſeu conſcribere vel componere, præter diffinitam in Nicæa per patres ibi conventos. Hos qui auderent aut componere fidem aliam vel volentibus converti aut ex Gentilitate, aut ex Judaiſmo, aut ex alio; hos, ſi ſint epiſcopi eccleſiæ, privatos eſſe epiſcopatu, clericos clericatu: laici anathematizarentur. Demum legit hoc modo. Sic deprehenderentur alii, ſive epiſcopi, clerici vel laici, aut ſapientes vel docentes aliter, quam in prolata expoſitione per Chariſium de humanitate unigeniti filii Dei, quod ſubjaceant ſententiæ hujus ſanctæ ſynodi, & epiſcopus ab epiſcopatu, clericus a clericatu privetur: laicum excommunicari volumus.

f Concilii Epheſini part. 2. act. 6.

Card. Ergo ſecundum verum intellectum prohibetur falſa fides, & privatim & publice, & privatis: ſed vera non prohibetur nec in publico, nec in privato, nec in univerſali, nec in particulari. Addo quod hoc dicitur, volentibus converti non detur alia fides; neceſſe debet intelligi de contraria per tres rationes. Primo, quia ut dicit Hilarius, intellectus verborum non ex verbis, ſed ex cauſa ſumitur: propter quam cauſam ſynodus appoſuit hanc prohibitionem, quia quidem Jacobus diſcipulus Neſtorii tradidit diverſam fidem, & propter hanc cauſam fuit adjecta prohibitio. Secunda ratio, quia ſequeretur magnum inconveniens, prout vultis intelligendo, quia eadem pœna puniretur hæreticus & catholicus, ſi catholicus unum verbum adderet. Hoc videtur abſurdum, quod ſimilis pœna ſit catholicis, ut hæreticis. Tertio, nonne concilium [g] Chalcedonenſe dicit, illos incurrere pœnam, qui depravant ſententias patrum, non qui exponunt?

g In allocutione ad Marcianum imperatorē in actis ejuſdem concilii parte 3 c. 1. & act. 5. in diffin. de qua plura ſupra hac eadem collatione.

COLLATIO XII.

EPHES. Patres cum reperirent, ab imperatoribus fidem exponi, non admittebant: imo patres clamant: Nemo faciat ullam expoſitionem, nec recipiatur, niſi ut patres Nicææ fecerunt; tantum reverenter ſe habuerunt ad fidem illam, ut nec privatam expoſitionem admitterent: & cum aliquis voluiſſet fidem mutare, dicebant: Sufficit fides patrum, plus exponere non poſſumus. Tandem imperatores inſtantes id fecerunt, verumtamen & cum reverentia exponentes: & reperitur ibi ſymbolum patrum ut fundamentum, ut oſtenderent illud ſequi in verbis & in ſenſu. Demum deductio & eorum dogmata. Et cum accuſarentur, quod Leonis epiſtolam admiſerant, reſponderunt imperatori, non admiſiſſe fidei explicationem, ſed epiſtolam ut declarantem [a]. Hoc non prohibetur, ut extra textum declaretur veritas, ut hæretici erubeſcant: qui ſi quieti ſtarent, non eſſent opportunæ declarationes, ſed ſufficeret ſymbolum: propter hæreticorum autem audaciam expedit ut declarationes ſuſcipiantur, quæ per ſanctos patres factæ ſunt. Sic tertium concilium admiſit Cyrilli epiſtolam, non ut commune ſymbolum, ſed ut declarationem. Hæc dicit ſynodus [b] clamans imperatori.

CARD. Reſpondeo, & voluiſtis totum legere, & non evacuaſtis dictum meum de declaratione Chalcedonenſis concilii, per quod declaratur, quomodo hoc verbum intelligitur: quia quæſtio ſtat, quod prohibitio referatur ad depravantes fidem, & non ad declarantes. Cum fundatis vos in clamore eorum qui erant pro imperatore, fundetis vos in alio clamore: quia cum locum tenentes imperatoris quærerent ut fieret declaratio, dixit ſynodus: Addatur ſymbolo θεοτόκος: his verbis dicentes: Iſta fides patrum eſt; diſſinitio Deo placuit; hæc fides orthodoxorum eſt: fides fraudem non patitur. Sancta Maria [c] theotocos ſcribatur in ſymbolo. Tota ſynodus hæc dixit. Ergo non erat prohibitum fieri, quia id non fuiſſet petitum.

EPHES. Fuerunt Ægyptii.

CARD. Omnes, præter Romanos præſidentes papæ, & aliquos unde maxima pars [10] voluit.

EPHES. Quare non fuit additum?

CARD. Quia de eo non fuerat dubitatio. Fuerat & ante deciſum, Mariam eſſe θεοτόκον: ſed tunc dubitabatur, an Chriſtus eſſet in duabus naturis: hoc volebant declarare. [d] Et ſi dicatur, quare non fuit quæſitum, Romæi epiſcopi clamabant, quod non fieret alia expoſitio: & tamen fuit facta, quia melius conſulti aſſenſerunt voluntati præſidentium. Factæ ſunt igitur ſemper declarationes, & licet eccleſiæ ſemper fatere: nec bene dictum eſt, quod quaſi coacti fecerunt, cum ex his parum illi concilio Chalcedonenſi deferat, dicens, patres permiſiſſe compelli. Et certe illud non fuiſſet tentum pro concilio, ſicut non fuit tentum ſecundum [e], ubi vis & compulſio Dioſcori adfuit. Item textus dicit: Juſtæ perſuaſioni veſtræ aſſentimus. Ad id quod dicitur, quod Cyrillus & Agatho non expoſuerunt, ego habeo expreſſe, quod Cyrillus expoſuit fidem: hæc ſunt verba: Quæ compendioſe fides Nicæna continet, Cyrillus latius expoſuit. Et Leo expoſuit: dicitur ſic [f]: Beatiſſimi papæ Leonis dicta, quæ fidem exponunt contra errores Eutychis. Et dicit quod propter errorem licet exponere, & non tam Leoni, ſed & Flaviano, cum dicitur hoc modo; Martyr Flavianus bene fidem expoſuit.

AND. His dictis, finis verbis eſt datus, ac perlibenter aſſurreximus hora jam tarda.

[a] Locis ſupra citatis. Ex quibus deducit hæc Epheſinus de Marciano imperatore & ejus locum tenentibus & judici ut in concilio Chalcedonenſi.

[b] In allocutione citata.

[c] Id eſt, Dei genitrix pro intelligentia vide acta concilii Chalcedonenſis ſupra ſæpius cit. act. 4. & 5.

[d] Et ſi dicatur, quare non perſtiterunt in quæſito, ne fieret alia diffinitio de duabus naturis in Chriſto: reſpondetur, quod tandem ſtum eſt in ſententiam præſidentium, juxta epiſtolam ſancti Leonis, vide act. 5. concilii Chalcedonenſis.

[e] Secunda ſynodus Epheſina reprobata.

[f] Hæc habentur act. 4. concilii Chalcedonenſis in ſubſcriptionibus & act. 5. in diffinitione.

## NOTÆ HORATII JUSTINIANI

### AD DUODECIMAM COLLATIONEM.

1 *Audias.*] Vides lector, quam aptæ & quam ad rem ſint reſponſiones cardinalis. Græcus tamen ſcriptor penitus eas omiſit, dicens ſeſſione 14. *Cardinalem nullum dicendi finem feciſſe, & ſic dimiſſam eſſe ſynodum.*

2 *Subdit.*] Scriptor non per extenſum retulit. Nam hæc ſunt verba textus loco citato: *Qui hucuſque conſiſtere debere cenſet eos qui fidem defendere cupiunt, maxime hoc præceptum hæreticis promulgare debebis*, &c. ut ipſi ſcilicet nil addant falſi: non autem ſanctis patribus & conciliis, ne contra falſitates hæreticorum nil explicent, ſeu addant.

3 *Thoroſon.*] Coloſſenſis vim facit in verbis Græcis concilii Epheſini parte ſecunda, actione ſexta, ubi probatur ἑτέραν πίστιν (quæ non percipiens Latinus ſcriptor, Latinis characteribus deſcripſit Thoroſon) id eſt, alteram fidem, & ſic contrariam.

4 *Symbolum.*] Confuſe vel ab interprete relata vel tranſcripta diſputantis Epheſii verba hunc habent ſenſum. Dixi aliam fidem neceſſe eſſe intelligi falſam, quia una tantum fides eſt vera: ſed aliud ſymbolum non eſt neceſſe intelligi falſum, ſed etiam verum, mutatum in dictionibus quantumvis veris. Prohibendo igitur concilium Epheſinum aliud ſymbolum, non ſolum prohibet aliud falſum, ſed etiam aliud verum, & diverſum in dictionibus tantum vel expoſitionibus in eo inſertis.

5 *Fides.*] Arguit Epheſium: quia in concilio Epheſino non prohibetur aliud ſymbolum, ſed alia fides, ut jam ante ſæpius dixerat cardinalis.

6 *Videamus.*] Epiſtolam ſcilicet Hadriani papæ I. in ſeptima ſynodo actione ſecunda: cujus epiſtolæ partem Epheſius non agnoſcit, quia de promotione Taraſii laici contra canones, nil de ea apud Græcos fuerat de Latino tranſlatum, ut ait Anaſtaſius bibliothecarius in fine proœmii octavæ ſynodi, & in nota marginali ad eamdem epiſtolam actione 2. ſeptimæ ſynodi. Vide eumdem Anaſtaſium in ſeptima ſynodo apud Baronium annalium tomo 9. anno 785. num. 28.

7 *Dupliciter.*] Id eſt, ſeparatim prius prohibet mutationem verborum, ſecundo ſenſus. Sed hæc diſtinctio non ſuffragatur Epheſio, ut eum perſtringit cardinalis.

8 *Prohiberetur.*] Prohiberetur etiam alia diffinitio: quod eſt manifeſte falſum. Sicut igitur verum eſt, non fuiſſe prohibitam aliam diffinitionem; ita verum eſt, non fuiſſe prohibitum aliud ſymbolum.

9 *Poſitivis.*] Suppoſito enim quod dogma ſit verum & catholicum, ad jus poſitivum pertinet quod apponatur, vel non apponatur in ſymbolo.

10 *Voluit.*] Probat Julianus cardinalis, quod quamvis non fuerit additum ſymbolo verbum Dei genitrix (quia, ut ſubdit, non erat tunc neceſſe) tamen maxima pars patrum judicabat, quod poſſet addi. Ergo colligitur, quod exiſtimabant additionem poſſe fieri. Vide actionem 5. concilii Chalcedonenſis.

## COLLATIO DECIMATERTIA.

### DIE VIII. DECEMBRIS.

*Diſputatur, utrum tantummodo nova profeſſione fidei continentes contraria ſymbolo & fidei, rejicienda ſint: an vero etiam non continentes contraria.*

AND. Die VIII. præſentis menſis cœpit imperator in medium hæc verba proferre.

IMPER.



ANNO CHRISTI 1438.

IMPERAT. Reverendiſſime pater, quia pridie poſtquam receſſimus, miſi ad dicendum ſanctiſſimo domino papæ, quod modus ſervatus non placet deputatis, & impediuntur, & non dicunt quod volunt. Nam dicunt pauca, & vos multa replicatis; & noſtri non poſſunt dicere quæ volunt: & propterea nuntiavimus beatiſſimo domino papæ, ut talis modus tollatur de medio, ut fiant breves reſponſiones: & quod ſua ſanctitas dixit, quod hoc ſibi placebat, & quod ita ordinaretur de cetero: nihilo minus deputatis pro parte noſtra viſum eſt, ut ipſi dicerent hodie quidquid volunt. Non videatur vobis extraneum, nec nos facere contrarium.

CARD. Quia ſum ſervitor imperatoris, fiducialiter loquar tuæ ſerenitati. Tua ſerenitas dicit, quod impediuntur veſtri. Patientes fuimus, & nunquam impedivimus, quod non dicerent: & ſi quod plus dictum eſt quam ſibi videbatur expediens, dictum eſt ad declarandam veritatem: quia de neceſſitate eſt, quod reſpondens plus dicat quam qui arguit, quia plurimæ occurrunt reſponſiones. Et cum petieritis, ut per quæſita brevia & reſponſiones procederetur, & conceſſum ſit, & adinvicem concluſum, nunc videmini variare, & illud deſtruere. Dicant, ſi placet, & forte reſpondebitur ita breviter propoſitis. Si autem dicunt continue, continue reſpondebimus antequam ab hinc recedamus, quia nolumus quod recedatis ſine reſponſione.

IMPERAT. Semper modum illum approbavimus, quem intimavi domino noſtro: tamen propter hoc noſtrorum intentio eſt, ut hodie dicant prolixius.

CARD. Dicatis prout concluſimus, & reſpondebitur verbum per verbum.

IMPER. Noſtri dicant continue.

CARD. Nos reſpondebimus: dicatis per menſuram temporis, dicatis media hora, & nos media hora.

IMPER. Dicemus quantum volumus, ut dicendi requirit negotium.

CARD. Melius eſſet, ut fieret verbum per verbum.

AND. Incepit Epheſinus hoc modo.

EPHES. In præcedenti congregatione, honoratiſſimi patres, propoſuimus oſtendere reſponſionem veſtram factam prohibitioni, eſſe contrariam intentioni patrum. Primo itaque incipientes ab ipſo vocabulo, aliud, vel, diverſum, in quo præſentis quæſtionis vis reſidet, ſatis approbate & evidenter oſtendimus, ad plus dici contrarium quam diverſum, nec eſſe aliquam neceſſitatem, ut poſſitis a voce divertere; & cum auditis aliam, ſolum intelligere contrariam tantum, ut dicitis. Deinde a rationibus & verbis adductis per reverendiſſimum dominum cardinalem tanquam........ oportuit credere. Nunc, ſi placet, redeamus ad prætermiſſa; & continuando nos dicemus quæ tunc non potuimus, & prætermiſimus, ne videamur ab ipſo modo & vi diſputationis nihil habuiſſe reſpondere. Dicimus quod & ipſa dictio ſymboli, cum dictionibus & vocibus quæ ibi jacent, cogit nos intelligere fidem non ſolum ſecundum intellectum & ſententiam, ſed & quoad literas. Nam omne ſymbolum collatio quædam vel compoſitio eſt, per quæ nos tradimus concepta ad alium, videlicet nomina ſunt indicia ſeu ſymbola conceptorum, quæ ſunt mentis: & oportet omnibus eadem nomina [a] exequi, quæ etiam intellectibus communicant. Ita apud omnes Græcos rationale animal homo dicitur: ſimili modo apud omnes Latinos idem animal homo dicitur: nam aliter nunquam poſſent communicare in conceptibus & intellectibus, niſi ſingulis dictionibus & indiciis uterentur. Sic denique apud omnes Chriſtianos idem ſymbolum debet haberi non ſolum intellectum, ſed in vocibus, ut in conceptibus videantur idem communicare. Item ſymbolum, ſeu ſonus belli ſunt voces tubæ, & in uno & eodem bello audiuntur: ergo apud omnes Chriſtianos qui contra hæreticos ſuſceperunt bellum, unum & idem ſymbolum fidei debet haberi & cantari, & debent idem ſymbolum habere ut ſignum & indicium belli ſuſcepti contra infideles, ut ſymbolum idem dicatur voce & ſenſu. Syllogiſmus ita ſe habet: Expoſitio fidei ſymbolum eſt, omnes ſymbolum unum & idem debet eſſe apud illos qui utuntur: ergo expoſitio quæ ſymbolum dicitur, una & eadem apud omnes Chriſtianos eſſe debet. Videturne vobis aliquam noſtrarum propoſitionum non eſſe ſanam? Videtur concluſio eſſe neceſſaria, niſi aliquis velit repugnare veritati. Item ſymbolum fidei (ut per viam diffinitionis capiamus) nil aliud eſt, niſi expoſitio fidei, quæ per voces & declarationes intelligitur. Nonne placet hæc diffinitio? Ego credo quod hæc omnibus placere debet. Iterum dico, fidei ſymbolum eſt expoſitio fidei, quæ in verbis & vocibus conſiſtit. Aliud ſymbolum quod prohibent patres, & eos qui audent aliud facere, aſtringunt anathemate, nihil aliud eſt, niſi alia expoſitio fidei, quæ conſtat aliis vocibus & vocabulis. Hanc expoſitionem patres prohibent, & non ſolum contrariam, ut dicitis. Item proferre & conſcribere [b] & componere additionem ipſam ſymbolo, liquido refertur ad verba & literas: ergo & ſecundum vocabulum, conſtitutum eſt ut ſymbolum maneat. Hæc dicta ſint de dictionibus. Quod autem patrum intentioni expoſitio veſtra repugnet, manifeſtatur, ſi volumus ſpeculari intentionem patrum prohibentium, non ex aliis actibus quæ ad alios articulos fecerant, nec ex his quæ primo dicta fuerant, nec ex epiſtolis. Nam in quolibet eorum propriam quamdam intentionem habebant, licet omnis intentio univerſæ ſynodi eo tenderet, ut beatus Cyrillus dicit & vos, videlicet ut deſtrueretur opinio Neſtorii & eorum qui ea ſapiebant. Quærendus eſt igitur intellectus prohibitionis ex his quæ acta fuere circa ipſam prohibitionem & diffinitionem. Inſuper ab epiſtolis illis quæ poſtea fuere ſcriptæ, cum per epiſtolas patres voluerint declarare intentum prohibitionis, conſtat ex iis quæ acta ſunt tunc temporis, allatum fuiſſe per Chariſium ſymbolum transformatum per Neſtorianos. Cum itaque patres vidiſſent, quod niſi prohiberent per univerſalem & generalem prohibitionem, & tollerent licentiam transformandi alia ſymbola, liceret omnibus hæreticis ſemper, cum haberent licentiam transformandi ſymbolum, inſerere multas transformationes: ideo terminarunt, ut de cetero non liceret, nec poſſet tradi alia fides converſis ab hæreſi, id eſt, aliud ſymbolum. Ita licit Cyrillus, qui fuit hujus diffinitionis legiſla-

COLLATIO XIII.

[a] Id eſt, adimpleri.

[b] Sunt verba prohibitionis concilii Epheſini, de qua ſatis ſupra.

COLLATIO XIII.

giſlator, & qui in ſua epiſtola expoſuit. Aliud ergo ſymbolum intelligere contrarium tantum, ridiculum eſt. Nam tali modo multa & diverſa ſymbola fuiſſent exhibita, cum patres & concilia per diverſa tempora declararent ex exortis erroribus circa fidem. Sed nec concilium ipſum tertium vocem ipſam, Dei genitrix, quam diffinierat, voluit ſymbolo inſerere: ſed nullo modo fuerunt moleſti, quin maneret immutabile, ſed in privata diffinitione exprimebant id quod diffinierant. Hæc ab ipſis verbis diffinitionis excipienda ſunt. Prius enim patres inſtarunt ad cauſam illam depravationis vel transformationis ſymboli veræ fidei: deinde illos qui ſapiebant illas pollutas opiniones, condemnarunt: dictiones denique familiares accommodatæ ſunt rei. Nam expoſitioni ſymboli fidei illud accommodatur, nemini licere aliam fidem proferre, ſcribere, &c. Hæc namque manifeſte ad expoſitionem ſymboli reſpiciunt, quæ per dictiones fit in dogmatibus. Similiter prohibent, ut nullo modo quis alia dogmata ſapiat. Legatur ipſa diffinitio: ſed ſatis fuit lecta in præcedenti congregatione. Videtiſne ex illis quæ fuerunt lecta, quomodo patres illi primo voluerunt prohibere transformationem per dicta, poſtea etiam ſenſum privatarum opinionum, & ſeparatim prohibetur transformatio quoad vocabula, & ſeparatim, ne quis aliud ſapiat?

CARD. In qua prohibitione prohibetur?

EPHES. In diffinitione tertii concilii.

CARD. Placet.

EPHES. Et cum ita diſtinctim jaceant, non debemus inſerere [a] hæc, atteſtante epiſtola. Nam in epiſtola illa quæ ſcribitur ad Joannem Antiochenum: Nullo modo patimur (dicit Cyrillus) moveri terminatam a patribus fidem, hoc eſt ſymbolum. Auditiſne illud dictum, nullo modo fidem debere moveri, nec per dictiones, dicit, nec per ſenſum? Nam unus modus eſt motionis, & eſt mutatio dictionum. Nam movetur illud quod mutatur, non ſolum per ſenſum, ſed etiam per aliquas additiones vel diminutiones: nec [a] permittimus nobiſipſis, nec aliis ſubſequentibus. Auditiſne quomodo excipit ſe a poteſtate immutandi, & aliis etiam, qui poſſent? Nam ex parte totius concilii ipſe dicit, dum reſpicit ad illam diffinitionem. Poſſetne aliquis hic dicere, contrariam tantum fidem prohiberi? numquid & illi hæretici erant? nam dicit, nec nobiſipſis. Sequitur dicens: Non permittimus nobis, nec aliis immutare, nec ſyllabam tranſgredi. Videtiſne quomodo uſque ad dictiones & ſyllabas exegit diligentiam? Hac auctoritate videtis quomodo noſtris rationibus aſſenſum dat [b]: manifeſtum eſt. Poteſtne una ſyllaba aliquam hæreſim inducere, cum dicit, nec ſyllaba [c]? Et noſtram opinionem atteſtatur per omnia, & ſecundum dictiones ſymbolum manet immutabile & inconquaſſatum. Nam impertinens erat ſibi dicere: non permittimus nobis contrariam fidem: & eſſet hoc manifeſte repugnans intentioni ipſorum. Item poſt unionem orientalium conqueſti fuerunt aliqui de concilio illo, de ſancto Cyrillo, qui ſuſceperat orientales, qui admiſerant aliud ſymbolum quam Nicænum. At ille reſpondit excuſans ſe in [3] epiſtola ad Acacium, ſic dicens.

[a] Id eſt, confundere.

[b] Cyrillus, ſcilicet.

[c] Admittit infra cardinalis, quod ſyllaba poteſt corrumpere ſenſum, nec eſt dubium de hoc.

CARD. Quomodo incipit?

EPHES. Res quidem dignæ cognitione, alias cauſa quidem digna: & dicit, percipio vero quod & illud dicunt.

ANNO CHRISTI 1438.

CARD. Legatis ſuperius ibi: Nolite ſeminare ſuper ſpinas: legatis.

ANDR. Lectum eſt, & deinde illa verba, percipio vero quod & illud dicunt in ſymboli expoſitione, forte quia illud antiquum dehonoravimus: *Stultus ſtulta loquetur, & cor ejus inania intelliget*. Illud tantum dicimus, [d] nos fidei expoſitionem, &c. Aut aliam ſuſcipimus, &c. Sufficit nobis ex Deo inſpirata ſcriptura, patrumque ſobrietas, &c. Ad unum quidem recte ſe habens expoſitum fidei ſymbolum. Quoniam vero, &c.

Iſai. 32.

[d] Pro intelligentia vide verba epiſtolæ relata [illegible] p. 1014.

EPHES. Sequitur in ipſa epiſtola, & declarat quare patres admiſerunt expoſitionem fidei orientalium; ſed ut privatam, non ut publicam: & ideo iſta omittimus.

CARD. Et ego ſupplebo.

EPHES. Demum ſubdit Cyrillus: Nam ſancta & œcumenica ſynodus in Epheſo providit, neceſſario non debere eccleſiis Dei aliam fidei expoſitionem inferre, præter eam quam patres in Spiritu ſancto loquentes terminaverant. Cetera quæ ſequuntur in epiſtola, credimus paternitati veſtræ nota. Ex his apparet, quod vehementiſſime reprehenderunt velle mutare ſymbolum præter declarata. Nam putaverunt quod tanquam ſymbolum profeſſio fidei orientalium fuiſſet accepta, & beatus Cyrillus illos excuſabat dicens, quod ut profeſſio ſuæ opinionis. Iterum in una alia epiſtola ad Joannem Antiochenum beatus Cyrillus ſcribit, & ipſius voces in propria epiſtola conferens talia dicit.

CARD. Quomodo incipit?

EPHES. Exultent.

CARD. Alias allegaſtis eamdem.

EPHES. Iſta ſunt [4] verba Joannis, quæ fuerunt poſita in epiſtola Cyrilli, & hæc ad literam ſunt: De Dei genitrice quomodo ſentiamus, & de modo humanitatis unigeniti Filii Dei, non neceſſario in additionis parte, ſed in plenæ informationis ſpecie, ſicut univerſum a divinis ſcripturis & a traditione ſanctorum patrum ſuſcepimus, breviter trademus, nihil addentes fidei expoſitæ per ſanctos patres Nicænos. Nam, ut prædiximus, ad omnem ſufficit pietatis agnitionem, & univerſæ perfidiæ abdicationem. Audiſtis, reverendiſſime pater, quæ de genitrice Dei dicta ſunt, & de modo incarnationis Dei, dicemus non in parte additionis. Nam ſcribit prohibitam in ſymbolo additionem; propterea dicit: Nullam additionem in ſymbolo facimus.

CARD. Non dicit ſymbolum.

EPHES. Sufficit, quod dicat fidei, & ſubdit: Nil addentes fidei expoſitæ per Nicænos. Hæc ita fecerunt, quia in ſymbolo non addiderunt. Videtis quomodo opera verbis, & verba operibus conveniunt, & omnia atteſtantur noſtræ intentioni. Iſta intentio eſt diffinitionis, liquido apparet ex dictis per patres, & quæ ab eis fuerunt data, quæ diffinitio nihil aliud ſignificat, niſi ut ſymbolum maneat immutabile, & quod additiones non liceant ex hoc unicuique volenti transformare ſymbolum, & in illo inferre opiniones hæreticas. Juſſerunt & denique hanc diffinitionem debere valere & durare perpetuo, ſub pœnis horribilibus. Quam diffinitionem ut regulam fidei fecerunt, cum cognoviſſent quod ex hoc nulli detrimentum poſſet inferri. Sed contra ex licentia poſſe addere & immutare, poſſe nonnunquam eſſe aliquam depravationem & ſenſus & dictionum. Si autem contrariam tantum prohibuiſſent, ut dicitis, ſuperflua fuiſſet: nam talis res & antea prohibita erat. Illud non facit quod prohibeat, quod ante prohibitum eſt. Item aliter [5] immanes minime eſſent in eos qui contrariam exponerent fidem. Nemo unquam ſuam fidem ut falſam exponit, licet illa eſſet veræ fidei contraria: ſed credens ſuam fidem eſſe veram & ſanam, & ſacris ſcripturis conſonam. Unde ſibi licere mutare ſymbolum omnes dicerent: omnes namque veram ſuam fidem exprimerent, & ſupervacanea eſſet diffinitio, & fieret; & profecto eſſet ſupervacaneus & immunis, qui talia auderet dicere. Item illum qui contrariam exhiberet fidem, non ſolum epiſcopatu ſuo, ſi epiſcopus eſſet, ſed etiam anathemate conſtringunt: quod quidem maxime per tertium concilium patet. Neſtorium namque anathematizavit, non ſolum epiſcopatu privavit. Et in diffinitione jacet, privari debere epiſcopum epiſcopatu, ſi comprehenderetur aliam fidem ſapere: ad immutationem ſecundum [a] dictionem fidei ſolum reſpicit diffinitio, non ad immutationem ſecundum ſenſum.



ANNO CHRISTI 1438.

[a] Id eſt, etiam ad ſolam mutationem ſecundum dictionem reſpicit diffinitio, & non tantum ſecundum ſenſum, ut vos Latini dicitis.

CARD. Dicatis iterum.

AND. Etiam iterum repetierunt idem.

EPHES. Iterum velle determinare ea quæ omnibus fere videntur, non neceſſarium eſſe videtur, imo furioſum. Sed quod contraria fides prohibita ſit, omnibus videtur, etiamſi parum quid humanitatis ſentirent. Ac beatus Cyrillus dicit neceſſario de hoc concilium providiſſe, nec juſtum eſt de his intelligi neceſſarium, quæ omnibus videntur, videlicet de contrariæ fidei additione, ſed de additione univerſa ſimpliciter. Item cum quid fuit cauſa ut aliquid fieret, poteſt etiam dici hoc illud facere, etſi principaliter hoc illud non facit: ut, poſſe vera addere, poteſt fieri cauſa ut etiam falſa addantur: cumque qui fidem ſapit non credit eſſe falſa, hoc vero eſt fidem movere. Ideo poſſumus dicere, illum qui addit, eſſe cauſam immutationis fidei, etiamſi vera addit: quoniam cum hoc ſit licitum, licere poſſet nonnunquam aliquibus etiam falſa inſerere veris, cum illa viderentur ipſis vera, quod ab ipſis rebus poſſumus percipere. Multa enim ante ipſam prohibitionem habita ſunt ſymbola, ut per eccleſiæ hiſtorias ſignificatur. Poteſt ergo dici & ille fidem immutare, qui ſimpliciter addit, & non ſolum qui falſa addit, ut vos dicitis. Item beatus Joannes theologus & evangeliſta videtur voluiſſe ſuam apocalypſim intactam fore uſque ad immutationem dictionum, & maledicit eos qui talia auderent. *Si quis addiderit*, dicens, *in hoc libro, & ſi quis detraxerit, detrahat eum Deus a libro viventium*. Si autem talia quæ ita horribiles maledictiones exhiberent, de dictionibus & ſyllabis intelligenda ſunt, cur non eadem intelligenda in ſymbolo? Certe ubi Cyrillus & Agatho prohibent, [b] alter non permittit dictionem ullam immutare, vel ſyllabam tranſgredi: alter ex ſenſibus totum volens ſervari dicit. Item ſacrum evangelium, beatum apoſtolum & univerſam ſcripturam multi ſanctorum & patrum expoſuerunt & declararunt, & patres primi concilii conſubſtantialem prædicarunt Filium Patri, occaſionem habentes a ſacris ſcripturis. Item ſecundum concilium Spiritum ſanctum & vivificantem prædicavit; & nihilo minus nil iſtorum aliquid voluerunt in evangelio addere. At ſi liceret addere declarationes principalibus, deberet ibidem addi. Si autem nemo hoc audet Chriſtianus, cur eadem veneratio ſymbolo non eſt adhibenda, ubi præſertim id ſpecialiter prohibitiones patrum prohibuerunt? At ut morem geram, inſeram rationi veſtræ quod a ſcripturis ſacris ſumam: nec erit alienum quod dicendum eſt a tractatu noſtro, imo pertinentiſſimum: rogo, accipiatur verbum toleranter. Illi qui impugnabant Spiritum ſanctum tempore Gregorii theologi, quærebant ab orthodoxis, & utebantur tali diviſione: Spiritus ſanctus genitus eſt, an non genitus? Cum autem illi non dicerent genitum, nec non genitum inferebant: ergo ſi Spiritus nec genitus eſt, nec non genitus, reſtat creaturam eſſe Spiritum ſanctum. Magnus Gregorius ut huic occurreret, qui cognominatus eſt Theologus, ita dicebat: Ubi ponetis, quod a Patre procedit, cum exurgat in medio tuæ diviſionis, & quod inducatur a meliori theologo, id eſt a ſalvatore noſtro domino Jeſu Chriſto, niſi tu abſtraxeris vocem illam a ſacris evangeliis, Spiritum veritatis qui a Patre procedit? & fieri videbitur tertium teſtamentum. Audis quomodo ille qui detrahit talem vocem evangeliis, tertium teſtamentum conſtituit: nam immutat illud teſtamentum. Ergo qui addiderit in hac veritate, Filioque, tertium teſtamentum faciet. An vos putatis detrahentem ſolum conſtituere tertium teſtamentum, addentem vero non? Multo magis debet dici hoc facere qui addit: nam tertium facere teſtamentum eſt ultra præſumptionem. Duo ſunt teſtamenta ſecundum apoſtolum. Si autem aliquis non audet addere evangelio, Filioque, in ſymbolo addet? Nonne & ipſe tertium faciet ſymbolum? ita. Et profecto qui Chriſtianorum tertium audit ſymbolum, non admittit duo tantum ſymbola ut duo teſtamenta, unum primi concilii implicite, & aliud ſecundi explicitum.

Apocal. ult.

[b] Id eſt, alter dicit ſervandas dictiones, alter ſervandum ſenſum, ut ſupra.

COLLATIO XIII.

CARD. Eſt finis per vos impoſitus dictis?

EPHES. Multa habemus dicere: ſed quia tempus non patitur, videntur omittenda. Nam quæ habemus dicere ad reſponſionem aliorum argumentorum, in aliis noſtris conventibus dicemus. Ideo ſi placet, finiemus ſermonem: & ſi placeat paternitati veſtræ reſpondere, eligatis duo, & ad illa reſpondeatis.

CARD. Audiatis me.

EPHES. Quia feſſi ſumus in dicendo, ita & in audiendo.

CARD. Paternitates veſtræ bene habent agere nobiſcum: ſi in ſcriptis, in ſcriptis; ſi ore, ore; ſi longe, longe; ſi breviter, breviter. Poſtquam elegiſtis viam de dicendo prolixe, patiamini ut longe dicam. In primis teneatis menti, quod dedi XXVII. rationes, & nulli reſpondiſtis, ſed intraſtis alias materias, & illis bene reſpondebimus & clare. Quia hic ſumus ad declarationem veritatis, debemus manifeſte hinc inde quidquid reperimus faciens ad veritatem, reducere: & pridie dixi unum ſolenne, nunc dicam aliud. Ego miſi Veronam, & venit decretum Romanorum pontificum valde authenticum & verum: quærens aliud, improviſo hoc inveni. Hic ſunt epiſtolæ, quas ſcribit Athanaſius ad papam Marcum & Liberium, &

EPHES. Nunquam audivimus Marcum:

CARD.

COLLATIO XIII.

CARD. Fuit immediatus ſucceſſor beati Silveſtri.

EPHES. Habemus Julium.

CARD. Non eſt [a] ita. Omnes Ægyptii, quia fuerunt exſpoliati ab hæreticis, & quia libri fuerunt combuſti, & capitula concilii Nicæni, ſcripſerunt beato Athanaſio, principaliter ſcribentes beato Marco, ut mittat ſibi capitula Nicæni, quia dicit Athanaſius: Ego fui præſens, quando in concilio Nicæno fuerunt data illa capitula apocriſariis veſtris. [b] Marcus papa dicit, quod fecit quæri in archivio Romanæ eccleſiæ: & invenit illa integra & illæſa. Sed quia fuerunt ſubſcripta per epiſcopos Nicænæ ſynodi, non vult mittere originalia, ſed authentica ſumpta. Poſtea Athanaſius petit Liberio papæ, ut præſtet ſibi auxilium. Inter alia Liberius [b] reſpondit, & hortatur ad tolerantiam & patientiam perſecutionum: & dicit aliqua, quæ pertinent ad concilium Nicænum. Poſtea dicit quod in diffinitionibus concilii Nicæni fuit hæc diffinitio, quod nulli liceat aliam fidem proferre, quam quæ fuerat in concilio illo prolata: & hæc ſunt verba. Igitur, ut legimus, prædictum ſacrum concilium diffinivit, aliam fidem nulli licere proferre, aut ſcribere, vel proponere aut ſapere, vel docere aliter, nec quidquam in fide ſentire aut proferre, quod poſſit obviare regulis patrum. Qui autem præſumpſerit componere aliam fidem, aut proferre, vel docere, aut tradere aliud ſymbolum ad viam veritatis converti deſiderantibus de quacumque hæreſi, vel Judæis, vel paganis volentibus fieri Chriſtiani: hos, ſi epiſcopi fuerint, alienari ab epiſcopatu, clericos a clero: ſi monachi aut laici fuerint, anathemate feriri. Ex quibus concludo, quod Liberius viderat illa capitula in archivis eccleſiæ Romanæ. Liberius fuit tertius a Silveſtro: primo Marcus, ſecundo Julius, tertio Liberius. Et Liberius fuit ante concilium Conſtantinopolitanum, quod concilium Conſtantinopolitanum fuit factum tempore Damaſi. Poſt Liberium ſecutus eſt Felix, poſtea Damaſus. Per iſta apparet, quod prohibitio, ne fieret hæc immutatio, fuit facta in concilio primo, licet demum fuerit in tertio repetita. Vos ſæpenumero dixiſtis, quod ſymbolum Conſtantinopolitanum potuit fieri, quia ante prohibitionem veſtram dicitis quod eccleſia univerſalis poſt prohibitionem tertii concilii non poſſit quid addere etiam verum. Si hoc verum eſſet, epiſcopi Conſtantinopolitani eſſent deponendi, & laici excommunicandi, quia ſtante prohibitione facta tempore primi concilii, vos fatemini, & clariſſimum eſt, patres Conſtantinopolitanos addidiſſe, vera tamen. Ergo ſequitur, ſi addere etiam vera pœnas inferret, quod patres Conſtantinopolitani fuerint excommunicati. Sed hoc eſt nefas dicere: ergo neceſſe eſt intelligere aliam fidem, id eſt contrariam. Imo in prohibitione concilii Nicæni magis continetur quam in prohibitione tertii concilii; quia prohibet ſymbolo addi, cum in tertii concilii prohibitione prohibeatur immutari.

EPHES. Hoc, licet non ſit in prohibitione tertii, eſt declaratum in quarto.

CARD. [a] Exuite conſcientias veſtras, & videatis ſi huic poteſtis reſpondere: dicatis breviter reſponſum ad hoc.

EPHES. Reſpondebimus poſtquam quæſiverimus, illam epiſtolam [c] apud nos eſſe. Illud pro præſenti dicimus, quod merito non debet judicari ex ipſa epiſtola intentio patrum qui in Nicæa convenerunt, ſed ex actibus, ex diffinitionibus ipſorum patrum requiremus hoc: & oſtendas verba iſta aut in canonibus, aut in actis primi concilii. Alioquin quonam modo nos ſuſcipiemus quæ inveniuntur ſcripta alibi, & non in diffinitionibus ipſorum patrum, de quorum diffinitione agitur? Nam & alio modo nullatenus videtur veriſimile, patres illos de ſua diffinitione hoc diffiniſſe: hoc [d] atteſtatur per opera. Nam in ſubſequentibus conciliis, quæ fuerunt a tempore primi concilii uſque ad tempus ubi multæ expoſitiones factæ fuerunt, & ut arbitror, & concilium Antiochenum [e], expoſitio facta fuit: quod concilium ut orthodoxum accepimus, & canones approbamus: etiam illud concilium dicit admittere diffinitionem illam ut piam & fidelem. Non ergo tot concilia tranſgreſſa fuiſſent illam prohibitionem.

a Poſt Silveſtrum ſucceſſiſſe Marcum, ex libro de Romanis pontificibus habet etiam Baron. anno 336. & alii.

b Epiſt. 11. concil. tom. I. ſub Liberio.

a forte leg. excutite.

c Epiſt. ſci licet Liberii ad Athanaſium.

ANNO CHRISTI 1438.

d Id eſt; probatur.

e Id eſt, in eo tamen facta fuit expoſitio: eſt autem in concilio Antiocheno ſub Julio papa cap. 1.

CARD. Certe non recte capitis. Dico quod ex his verbis concluditur, quod non fuit hic ſenſus quem creditis, prohibitionis factæ de elucidatione veri dogmatis. Et ex his quæ dicitis, ſtante prohibitione prout fuit, concluditur, quod prohibitio non comprehendit veritatis expreſſionem, & quod huic libro credendum ſit. Inſpicito: liber iſte eſt antiquus, & videatur: & ſi credimus uni magno doctori, quanto magis debemus credere uni ſummo pontifici? maxime illo tempore, quo non erat diſceptatio, quia Liberius fuit ante concilium Conſtantinopolitanum. Ex hoc poteſtis colligere, quid importent verba Cæleſtini, qui fuit ante tertiam ſynodum, qui dicit: [f] Quis anathema evitat, qui quid addit? Unde Cœleſtinus ſentit, quod ante tertium concilium erat prohibitio; alioquin non diceret illa verba: Quis non eſt dignus anathemate? Item de hoc videtur ſenſiſſe concilium Chalcedonenſe in allocutione, quam facit ad Marcianum imperatorem, ubi dicit, quod aliqui aſſerebant arguendo Leonem, quod nulli licebat exponere fidem præter patres, qui fuerunt in Nicæa. Poſtquam probavi ſatis, prohibitionem fuiſſe ante tertium concilium, & quod iſta verba, Aliam fidem, intelligenda ſunt de diverſa, prout credo quod in veſtris animis id teneatis, veniam ad reſponſionem expoſitorum per vos.

NICAEN. Quoniam dominatio veſtra videtur feciſſe mentionem, quod Marcus noluit mittere originalia, an in illa epiſtola continentur capitula?

CARD. In epiſtola dicit mittere omnes [g]: non erat opportunum facere mentionem eorum [h].

NICAEN. Rogo, alius facit mentionem de eo quod dicitis?

EPHES. Ita: fuit Liberius.

NICÆN. Quid erat expediens ſcribere Athanaſio per Liberium, ſi illa capitula erant miſſa per ſuum prædeceſſorem?

CARD. Papa hoc fecit exprimendo pœnam: & poteſtis videre librum, ac cognoſcetis ex præcedentibus & ſubſequentibus, ſi erat neceſſarium: & probavi per auctoritates alias, quod ante erat hæc prohibitio, & nondum quid reſpondiſtis. Ad primum argumentum dicitis, quod erat probatum, quod per illa verba, Aliam fidem, intelligitur de additione verborum, non de diverſa fide; & quod contrarium plus continet quam diverſum. Et dico ſic. Secundum vos eſt ponere veram fidem ſecundum Nicæam, diverſam pro additione & malam, cum una ſit fides vera, videlicet quæ expoſita in Nicæa, quæ expoſuit evangelium, ſequitur quod omnis alia [?] falſa. Hoc eſt clariſſimum: ſi hæc eſt vera ſolum, ergo aliæ: & ſi diverſæ, ſunt falſæ; ſicut dicimus: Tantum Deus Chriſtianorum eſt verus Deus; ergo alii ſunt falſi. Ad id quod dicitis, quod additio facit diverſitatem, dico quod non eſt verum, quia in ſubſtantia conveniunt, licet differant verbis: nec deſinunt eſſe eadem, quia una & eadem res poteſt nominari diverſis nominibus, & non deſinit eſſe res eadem. Hoc probatur per primum actum concilii Chalcedonenſis, ubi dicitur, patres in Nicæa & patres qui in Epheſo ſibi adinvicem conſenſerunt & conſonuerunt, ut nil ſaperent aut diffinirent diverſum: & tamen in verbis eſt maxima differentia. Item lectis duabus diffinitionibus in ſeptimo concilio Theodori & Taraſii, fuit dictum, quod nil ibi diſſonabat a fide; & tamen verbis in multis diſſonabant. Ex quibus clariſſimum hoc colligitur, quod non dicitur alia fides, nec in aliquo diſcrepare, quæ ſenſu convenit, etſi verbis diſconveniat: cujus contrarium per multa verba dixiſtis. Item allego rationem, quod ſymbolum Conſtantinopolitanum; quia in ſententia convenit cum Nicæno, reputatur idem: & hoc dixiſtis pluries, & probavi, quod diverſitas verborum non inducit diverſitatem ſubſtantiæ rei. Unde ex vi vocabuli aliam fidem neceſſe eſt intelligere falſam, quia non eſt niſi una, & illa vera, & alia falſa. Deinde dico, quod omnis difficultas eſt ſubmota, quia in concilio Chalcedonenſi [a] fuit declaratum hoc verbum, aliam, intelligi de contraria. Ad id quod ſecundo dixiſtis de diffinitione ſymboli, quod eſt expoſitio cujuſcumque conceptus, & quod oportet, quod nomina participent cum vocabulis, ſicut ἄνθρωπος apud Græcos, apud nos homo; & quod unum debet eſſe & idem apud omnes Chriſtianos, ut iſta ſignificatio ſit communis omnibus Chriſtianis, ut omnes intelligant unum & idem: dico, quod hæc diffinitio de ſymbolo non eſt perfecta, quia ſequeretur, quod omnis diffinitio fidei eſſet ſymbolum, quod tamen & ipſi negatis.

f Quis non dignus eſt anathemate judicante, vel addens vel detrahens? Verba Cæleſtini in actis concilii Epheſini par. 2. cap. 18. in epiſtola ad Neſtorium, de quo etiam ſupra.

g Scilicet canones.

h Canonum vel capitulorum ſcilicet mentionem, quia per exceptionem ea ille mittebat.



ANNO CHRISTI 1438.

a Ut paulo ante dictum eſt.

EPHES. Iſtam diffinitionem non dedi illi ſymbolo quod cantatur in eccleſia, ſed particulari.

CARD. Ego probavi, quod ſymbolum Chariſii & Taraſii, quod dicitur ſymbolum aliud quam commune, & tamen habent diverſas voces. Ad id quod dicitis, quod debet eſſe unum ſymbolum apud omnes Chriſtianos, ut idem ſignificet, ut homo: dico quod ita eſt, & ſymbolum noſtrum habet Conſtantinopolitanum & Nicænum & evangelium: & ſicut ante dixi, diverſitas non attenditur in verbis, ſed ſignificatu. Unde ſicut Conſtantinopolitanum & Nicænum reputantur idem, ſic noſtrum etiam in nullo differre. Ad id quod dicitis, quod debet eſſe ſimile voci tubæ, & idem ſonet contra hæreticos, ſicut tuba in bello: dico quod licet inter armigeros ſit ſonus qui deſignet bellum, ſi unus tubicina magis ſonaret, illo modo non diverteret a bello, ſed magis incitaret. Certum eſt ſi eſſent centum tubæ, non omnes haberent ſonum in pari gravitate, ſed tamen unus reputatur, ſi in modo cantus conveniunt. Sicut ſi eſſet unum genus armorum ad bellandum, licet unus magis lucidaret arma ſua, non videretur mutare genus armorum. Ita ſcribitur de beato Cyrillo, quod magis declaravit fidem Nicænam, & non videtur contrarium ſenſiſſe: & ita fecimus nos, quia magis declaravimus veritatem; & ideo non videmur quid feciſſe contrarium. Unde ex quo concordamus cum Nicæno & Conſtantinopolitano in veritate fidei, debet reputari unum & idem, & omnes Chriſtiani qui ſciunt veritatem, audiendo ſymbolum noſtrum, intelligunt Nicænum & Conſtantinopolitanum, ſicut milites intelligunt ſonum ad pugnam. Deinde facitis ſyllogiſmum. Dico, ſi vultis intelligere, quod omne ſymbolum debet eſſe idem in ſignificato, concedo: ſi vultis dicere, in verbis, nego: & probo per ſymbolum apoſtolorum, Nicænum & Conſtantinopolitanum. Ad ſecundum ſi vultis dicere, quod omnis expoſitio fidei eſt ſymbolum, nego: & ut intelligatis, differt fides a ſymbolo: quia aliud eſt fides, aliud ſymbolum. Sed ſi vultis dicere, ſcilicet ſymbolum Nicænum eſt fides, dico quod ſic, & quod debet eſſe unum, confiteor in te: & tamen ſi vultis dicere, quod debet eſſe idem in verbis, nego, & allego epiſtolam Cyrilli, quæ incipit [b] ............ Ibi dicit Cyrillus quod intellectus noſtros debemus conjungere cum irreprehenſibilibus ſenſibus ſanctorum patrum. Poſtea certa verba de ſymbolo, videlicet: Et incarnatus eſt de Spiritu ſancto ex Maria virgine. Poſtea dicit hæc verba: Intelligamus quid, Et incarnatus, ſignificet. Unde Cyrillus attendebat ad ſignificatum verborum, non ad ſonum verborum: dicit verba & dogmata cogitanda, quid ſignificent. Poſtea dicitis, quod illa prohibitio debet declarari per ea quæ ibi in actu fuere, non per ea quæ ante & poſt facta ſunt; & quod non debet probari per epiſtolas ſequentes. Dicatis quod hoc [c] non videtur habere rationem apud aliquem intelligentem, imo magis attendi debet cauſa legiſlatoris, quam ipſa verba legis. Ita dicit beatus Hilarius, unde ex antecedentibus actibus & epiſtolis probavi hunc ſenſum quem dixi, nihilo minus ex ſequentibus epiſtolis poſtea probavi, videlicet quod omnis intentio concilii fuit ad condemnandum dogma Neſtorii: & probatur per duas Cyrilli epiſtolas, quæ dicunt, diffinitionem illam loqui de his quæ ſunt extra ſenſum caritatis & rectæ fidei. Unde ex his quæ facta ſunt tunc & ante & poſt, probavi, quod ita eſt intelligendum, & quod aliter non poteſt intelligi. Poſtea intratis, quod ex actu concilii appareat etiam prohibitio verborum, quia moti fuerunt ad reprimendum inconvenientia quæ ſequebantur per diverſitatem ſymboli factam. Ego dico, quod ex hoc actu deducitur totum contrarium: quia ſi illud ſymbolum transformatum fuiſſet verum, ſancta ſynodus fuiſſet contenta, quia intentio ſynodi non erat facere aliud, niſi ut ſequeretur veritatem: & textus dicit rationem, quia continebatur perfidia [d]; & ſymbolum Chariſii fuit approbatum, quia continebat veritatem: & ſic intentio ſynodi erat prohibere falſitatem. Ad id quod dicitis, quod verba illa, Aliam fidem, id eſt aliud ſymbolum, hoc repugnat ſignificationi verborum.

EPHES. Cyrillus hoc declaravit.

CARD. [e] Hoc verbum, Non patimur fidem aut ſymbolum: & dico, quod per prohibitionem inhibetur omnis expoſitio falſa, ſive ſit ſymbolum, ſive aliud dogma.

EPHES.

COLLATIO XIII.

b Studium & diligentiam. Directa Anaſtaſio, Alexandro, &c. agitque de ſymbolo in actis concilii Epheſ. par. 3. cap. 41.

c Id eſt, imo potius dicendum eſt quod hoc, &c.

d In illo ſcilic. ſymbolo Neſtorianorum.

e Id eſt, hoc eſt verbum, vel hæc ſunt verba Cyrilli, Non patimur fidem aut ſymbolum, &c. in epiſt. ſupra cit.

COLLATIO XIII.

EPHES. Non videtur ita.

CARD. Non uteris civilitate qua utor tecum: forte & facis, quia te ſtringo nimis.

EPHES. Stringitis veritatem, & non miror, quia non es peritus in Græco.

CARD. Ego allego Latinum, ego probo ex ipſa ſignificatione: Certum eſt quod fides, maxime evangelica, continet plura explicite quam ſymbolum. Unde ſymbolum eſt quædam compendioſa capitulatio ex his quæ ſunt ex ſcripturis ſanctorum patrum: unde certum eſt, quod differt recapitulatio a toto, ut explicitum ab implicito: unde aliud ſignificat ſymbolum, quam fides: & probo. Videant [a] in concilio ſexto ubi dicitur: His igitur. Et infra: Audentes autem aliam fidem docere, vel tradere aliud ſymbolum. Item in quarto concilio [b], audentes fidem aliam docere, vel tradere aliud ſymbolum. Unde hæc concilia reputant hæc pro differentibus: hoc non negabitis. Poſtea allegaſtis epiſtolam [c] Cyrilli, ubi reſpondet ad Joannem patriarcham Antiochenum, & dicit, quod prohibetur mutatio etiam ſyllabæ: & facitis nos attentos. Ego reſpondebo, ex quo arguitis per ſyllabas & dictiones, per eaſdem arguam [8] reſponſiones. In illa particula: Nullus poſſit certa verba mutare, fidem aut ſymbolum movere, dictiones vel etiam ſyllabas præterire: rogo ut ſtemus in dictionibus & ſyllabis. Nos non movemus ſymbolum Nicænum, nec Conſtantinopolitanum: & licet ponamus hoc verbum [d], nil movetur, ſed ponitur ad declarationem. Unde cum non moveamus ſubſtantiam ſymboli, ſed honoremus illud, non poteſt dici, quod nos moverimus: & ſic non mutavimus dictionem. Videatur ſymbolum Conſtantinopolitanum & noſtrum: nos non movemus de Conſtantinopolitano. De præteritione ſyllabarum, dico, quod nihil præterimus, quia omnes ſyllabæ quæ ſunt in Conſtantinopolitano, ſunt in noſtro. Cum ergo nihil dicat [e] de additione, cur facitis vim de additis ſyllabis? Et hæc reſponſio ſatis ſufficeret: ſed ex ipſo textu epiſtolæ volo reſpondere. Etiamſi hoc verbum, additio, fuiſſet inhibitum, niſi conſideretis verba epiſtolæ, & præcedentia & ſequentia, nunquam poteritis bene intelligere. Videamus [f] antecedentia. Dicit Cyrillus, quod aliqui arguebant eum, quaſi diceret, quod Chriſtus carnem de cælo attulerat. Secundo accuſabatur, quod dixerat, quod in Chriſto fuerat facta commiſtio, ſeu fermentatio naturarum. Beatus Cyrillus dicit, abſit quod ita teneam. Imo ita dico, quod puto facere illos qui ita dicunt, expreſſe contra ſanctam ſcripturam & ſanctos patres: ego ſequor maximum Athanaſium per omnia, a quo timeo omnino deviare. Unde quia iſtæ opiniones impingebantur Cyrillo, & ipſe dicit quod ſequitur per omnia ſanctos patres: ſequitur, quod illa verba, Aliam fidem, intelligantur de falſa fide. Hoc etiam patet in epiſtola, ubi dicit: Omne certamen noſtrum eſt, ut Maria dicatur Dei genitrix. Hoc autem verbum non erat in ſymbolo Nicæno explicite, & ipſe palam dicebat hoc: unde addere aliquid ultra ſymbolum Nicænum, dummodo verum contineat, non eſt reprobatum. Deinde quod Cyrillus hoc aſſerat, apparet ex redditione rationis, quam ſubjungit. Meminimus, inquit, dicti Salomonis: *Noli tranſgredi terminos, quos poſuerunt patres tui*. Sed ipſe quando expoſuit fidem ſuam in ſynodo, ubi facta fuit prohibitio, dixit: Certus ſum, quod ego non ſum tranſgreſſus in aliquo fidem ſynodi Nicænæ: & ſynodus Epheſina reſpondit: [g] Certe non es tranſgreſſus, quia ſecutus es fidem Nicænam. Ergo beatus Cyrillus demonſtrat, quod dicens rectam rationem fidei, non tranſgreditur terminos patrum. Ergo non facit contra prohibitionem: & hæc prohibitio, Noli tranſgredi terminos, &c. ita refertur ad ſymbolum, ſicut ad alias diffinitiones patrum præcedentium; quia expreſſe dicit: Sequimur per omnia ſententias patrum, & maxime Athanaſii. Unde tranſgreſſio termini habet locum quoad omnem tranſgreſſionem ab inſtitutione a patribus: ſed nullo modo eſt prohibitum declarare doctrinas patrum: ergo nec doctrinas ſymboli Nicæni. Et ſicut dixi alias, hæc prohibitio ita reſpicit diffinitiones, ut ſymbolum: & ſicut patet, quod licet diffinitiones alias veras facere, ita & veras declarationes ſymbolo; quod pariter prohibitio reſpicit. Deinde cum beatus Cyrillus fundet ſe in auctoritate Salomonis, hæc prohibitio ita reſpiciebat ſtantes in Nicæa, ſicut ſtantes in aliis conciliis. Unde ſi hæc prohibitio conſtringit addentes, conſtringit & [h] Conſtantinopolitanos, qui multa addiderunt. Pridie probavi per ſeptimam ſynodum, quod hæc prohibitio fuit facta per ſacram ſcripturam, cum dicit: *Maledictus*, &c. ſubdens, quod magna pœna conſtringit addentes. Unde ſi eccleſia Romana ſubjacet prohibitioni, multo magis ſynodus Conſtantinopolitana. Sed nec illa, nec nos ſubjicimur, ſed illi qui contrariam fidem tenent. Item intellectus verborum Cyrilli apparet ex his quæ dicebat contra Neſtorium. Cyrillus dicebat Neſtorio: [i] Non ſufficit ut dicas ſymbolum quod male interpretaris, ſed ut confitearis hæc capitula quæ mittimus. Si autem beatus Cyrillus voluiſſet, quod verba tenerentur, non petiiſſet a Neſtorio, niſi ut verba illa profiteretur; & hoc Neſtorius volebat: ſed quia beato Cyrillo non ſufficiebant ſyllabæ & dictiones voluit quod profiteretur; & hoc Neſtorius volebat: ſed quia beato Cyrillo non ſufficiebant ſyllabæ & dictiones, voluit quod profiteretur capitula ſequentia & verum ſenſum. Quod autem ſubtractio & additio non intelligatur de ſyllabis, ſed ſignificatu, apparet ex epiſtola Cæleſtini, ubi reprehendit eumdem Neſtorium, & de eo conqueritur, quod removerit, quod beata Maria ſit Dei genitrix.

EPHES. Negatur, quod faciat mentionem ſymboli.

CARD. Hæc ſunt verba [k]: Quis non dignus eſt anathemate judicatus, qui addit fidei? Plene etenim ipſa fides & manifeſte tradita ab apoſtolis; non habet diminutionem, nec augmentum: diminutio requiritur [l]. Inter multa quæ a te impie prædicata univerſalis recuſat eccleſia, ſymbolo ab apoſtolis tradito plangimus hæc verba, Dei genitricem beatam Mariam, fuiſſe ſublata. Dico, quod Cæleſtinus dicit, quod hæc verba fuerunt a Neſtorio ſublata de ſymbolo apoſtolorum: & tamen non erant, quando quæritur, quod fuerint detracta.

EPHES. Quæ verba?

CARD. Quia dicebat Chriſtum duarum naturarum & duarum perſonarum, & quod Maria erat mater corporis animati, & non Verbi [m]. Deinde beatus Cæleſtinus non arguit Nicænum concilium, quia removerit, Deſcendit ad inferos; & certa alia verba: ergo non ſumitur additio

a Sextum concilium act. 18. in diffinitionibus.

b Concilio Chalcedonenſi, act. 5. in diffinitionibus.

c Supra relati in actis concil. Epheſ. par. 3. cap. 34.

8 ſcilicet, Filioque.

e Cyrillus, ſcilicet.

f Probat ex contextu epiſtolæ, quod per verba, nec ſyllabam & aliam fidem, Cyrillus intelligit de falſa fide.

Proverb. 22.

ANNO CHRISTI 1438.

g Conc. Epheſ. par. 2. act. 1. poſt ſymbolum.

h Patres ſcilicet concilii Conſtantinopolitani. Apocal. ult.

i Epiſtola ad Neſtor. in act. concil. Epheſ. par. 1. c. 8.

k Epiſtola Cæleſt. papæ in act. concil. Epheſ. part. 1. cap. 11. [illegible]



ANNO CHRISTI 1438.

additio vel detractio, niſi cum ex eis ſequitur veritatis detractio.

EPHES. Hic liber hoc non habet.

CARD. Habetis ſymbolum apoſtolorum?

EPHES. 9 Non: & ſi fuiſſet, fuiſſet factum [a] verbum de eo.

CARD. Non 10 ſequitur, quia in Conſtantinopolitano nunquam fit verbum: & dico, quod ſi diceret [b] de ſymbolo Nicæno, in illo non eſt de genitrice Dei, & tamen Cæleſtinus conqueritur, quod eſt [c]: & ſic Cæleſtinus reſpicit ad ſenſum. Et quia negatis, quod non eſt apoſtolorum ſymbolum, volo vobis oſtendere. Beatus Leo papa ſcribens ad Pulcheriam Auguſtam in epiſtola [d]: Ipſa brevis confeſſio fidei apoſtolorum totidem eſt ſignata ſententiis, tanquam inſtructa ſit munitione cœleſti, ut omnis hæreticorum opinio ſolo ipſius poſſet gladio detruncari, cujus ſymboli plenitudinem ſi Eutyches puro & ſimplici corde recipere voluiſſet, in nullo a concilii Nicæni dogmate deviaſſet: & ſic dicit a duodecim apoſtolis compoſitum. Ultra hæc dico, quod verba Cyrilli debent intelligi de additionibus quæ pervertunt verum ſenſum. Dico ad probandum hoc, quod verba hæc oportet intelligere ſecundum legem ſynodi, quia non eſt credendum Cyrillum aliud intellexiſſe quam ſynodus: ſed clarum eſt, quod concilium Chalcedonenſe declaravit diffinitionem, quod intelligitur de depravantibus: ergo & ita verba concilii [e]. Et audiatis expoſitionem iſtam. Volens declarare diffinitionem factam in Epheſino concilio, duo facit. Primo declarat diffinitionem Epheſini concilii, & quare fecerunt. Secundo ponit ſuum ſenſum, horum ſcilicet diffinitorum: poſtea declarat eamdem, & eſt Joannis [f] Simari apud vos celeberrimi, qui ſic dicit: His lectis, Neſtorius infidelis non ſolum ipſa dogmata docebat, ſed prave ſapiebat, & blaſphemabat hoc ſymbolum productum per Chariſium. Damnarunt eumdem Neſtorium, & determinarunt teneri quæ Nicææ facta ſunt: diverſam vero fidem illos tenere, qui contrarium faciunt; docere ſcilicet, & inſtituere dogmata diverſa, ſi epiſcopus [g], &c.

IMPER. Quæ hæc expoſitio? Is liber non eſt approbatus.

COLOSS. Eſt celebris apud vos, quando in iſto velletis improbare, ſufficit quod veſter Græcus ita declaret, & eſt ſecretarius imperatoris.

IMPER. Non eſt doctor.

FOROLIV. Si eſſet pro vobis, bene admitteretis: oportet, velitis, nolitis, audire veritatem.

CARD. Demum allegat [h] epiſtolam Cyrilli, & conatur deducere, quod inhibetur mutatio fidei, his verbis: Reprehenderunt ſimiliter & nos, tanquam iis quæ dudum ſcripſeramus, contraria ſapientes. Et quod non diſſonabat a novitatibus Neſtorii. 11 Cyrillus dicit, quod fatuus fatua loquitur: nunquam dixi contrarium, imo ſequor expoſitionem fidei Nicænæ, nil deſtruentes [i], quæ impoſita ſunt. Unde ſubdit: Nos talia nunquam diximus: & nos non diceremus contra ea quæ Epheſina ſynodus fecit. Unde cum loquitur de alia, intelligit de contraria; & ſubdit: Qui declarat, nec innovat, nec fidei expoſitionem noſcitur innovare: & ſæpe hoc verbum, alia, ſumitur pro contraria. Hoc patet in his quæ præcedunt diffinitionem, quia intelligebant de impia fide Neſtorianorum, cum loquerentur de alia.

INTERPR. Feſſus ſum.

AND. Erat multiplicitate concertationum miſerabile, quod tot mutuas concertationes illic potuiſſet referre.

CARD. [k] Dicas parum, oro, quod eſt expreſſe contra eos, cum dicunt, nil addit; quia multa addit, ut apparet intuenti verba quæ ſequuntur, confitemur, &c. Hominem 12 perfectum: ſunt ultra triginta verba; & cum dicit 13 ſi iſta prohibitio fuit facta in primo, ut dicimus, quod prohibitio multoties reperitur ad majorem explicationem, quia & quartum fecit, & quintum, & ſextum: quia erat expediens repetere. Deinde dicitur quod illud verbum, 14 proferre, intelligitur de verbali, quia ſi de contraria, eo ipſo eſſent [l] privati hæretici, non ſolum privarentur. Dico quod miror de paternitate tua, ex textu apparet reſponſio. Nonne epiſcopi & clerici ſapientes dogmata Neſtorii, ſunt hæretici? Quid eſt, quod in ſecunda parte diffinitionis illi qui ſapiunt dogmata Neſtoriana, dejiciuntur ab epiſcopatu, & non anathematizantur? Unde ex hoc textu apparet, quod illa pœna imponitur expreſſe hæreticis. Et dico, quod non erat opportunum, ut anathematizarentur, quia ipſo jure hæretici ſunt anathematizati, quia in decretis etiam concilii anathematizatur omnis hæreticus. Hæc conſtitutio hanc pœnam voluit addere. Ad id quod dicitis, quod prima pars non loquitur niſi de mutantibus verba: loquimini contra epiſtolam Cyrilli quæ incipit [m] Amor doctrinæ; & contra epiſtolam [n] Vigilii: dico quod dicta ſynodus tulit ſententiam contra malam opinionem Neſtorii. Certum eſt, quod ſecunda pars diffinitionis loquitur de dogmate Neſtoriano. Si prima pars non intelligeretur de dogmate hæretico, Cyrillus non diceret verum, & Vigilius. Id quod dixit [o] de prohibitione [p] Joannis non ſequitur, quo minus novis declarationibus poſſit quid declarari. Et dico, quod verum eſt, quod nihil novi addatur: [q] ſed additæ ſunt, & addentur uſque ad finem ſæculi declarationes ſacræ ſcripturæ & evangeliorum Dei. Ad id quod dicitis de tertio teſtamento, dicimus, quod nos non facimus teſtamentum tertium, ſed ſicut Cyrillus declaravit, ita & nos dedimus intellectum ſymbolo. Et cum dicitis, quod non reperiuntur niſi duo ſymbola, probavimus quod reperitur ſymbolum apoſtolorum, Nicenum & Conſtantinopolitanum. Item Taraſii ſecundum 15 Hadrianum, qui addit per Filium: & non fuit reputatum facere contra prohibitionem tertii concilii, & ſeptima ſynodus fecit, prout apparet in fine quartæ actionis. Per iſta reſponſum eſt omnibus veſtris objectionibus: & niſi eſſet temporis anguſtia, multis aliis rationibus approbarem: & non dubito vos claros eſſe, ſed velle indagari, qualiter veritatem ipſam defendimus.

AND. Erat 23. hora diei, & frigus maximum: ac frigore fameve fatigatus quiſque libenter ſurrexit, & diſſoluta fuit diei illius conventio.

a Scilicet in concil. Nic. quando fuit editum ſymbolum Nicænum.

b Scilicet Cæleſtinus ſi non dicit verba, Dei genitrix, fuiſſe ſublata de ſymbolo apoſtolorum, ſufficit quod dicat de Nicæno.

c Scilicet, ſublatum.

d quæ incipit, Quantum præſidii, ſic dicit.

e Scilicet Epheſ.

f Dicit hæc Joannes Zonaras in can. 7. conc. Epheſ. ut notat [illegible] Beſſarion in opuſculo ad Lutharin, in fine hujus operis exhibito, cap. 5. referens rationes Latinorum. Hunc Zonaram fuiſſe ſecretarium imperatoris, habetur in titulo ejus hiſtoriarum; quem non eſſe doctorem de numero ſanctorum patrum bene hic aſſerunt Græci: ſed recte ſchiſmaticum hominem & canoniſtam ſuum debebant etiam admittere in quibus catholice loquitur.

g [illegible] privetur epiſcopatu, ſi clericus, clericatu, &c. ut in diffinitione concilii Epheſ. de qua ſupra.

h Scilicet Epheſios.

i eorum ſcilicet.

COLLATIO XIII.

k Alloquitur interpretem & rogat, ut bene referat Græcis ſuum argumentum.

l Id eſt, jam haberent contra ſe latam ſententiam, non ferendam, ut ſubdit.

m Alias, Studium, in actis concilii Epheſ. part. 3. 43.

n Supra citatam.

o Id eſt, ex eo quod dixit Epheſius de prohibitione Joannis non ſequitur, &c.

p Apocal. ult. ubi ſanctus Joannes maledicit addentibus.

q Scilicet eſt addendum, cur autem in ſacra ſcriptura nec ſyllaba quantumvis vera poſſit addi, vide optime differentem cardinalem collat. ſeq.

## NOTÆ HORATII JUSTINIANI AD DECIMAMTERTIAM COLLATIONEM.

1 *Actibus.* ] Senſus eſt, quod prohibitio non addendi, applicatur illi actui concilii, in quo traditum & diffinitum fuit ſymbolum, non aliis actibus & ſeſſionibus, in quibus fuerant aliæ diffinitiones. Reſpondet Epheſius argumento Juliani, & ponderationi quam fecerat ſuper antecedenti collatione illorum verborum diffinitionis, ſcilicet: *His igitur recitatis*, &c. Sed & huic reſponſioni Epheſii replicat Julianus infra.

2 Permit-

Collatio XIII.

2 *Permittimus.* ] Hæc ſunt verba Cyrilli in epiſtola ad Joannem Antiochenum in actis concilii Epheſini part. 3. cap. 31. *Nullo modo patimur, ut ab aliquo fides illa, ſive ſymbolum fidei concutiatur, quod a ſanctis quondam patribus Nicænis editum eſt. Neque enim aut nobis, aut ulli omnino alteri, vel unam voculam ibi poſitam immutare, aut unam etiam ſyllabam præterire permittimus, memores ejus qui dicit: Ne transferas terminos antiquos.*

3 *Epiſtola.* ] Cyrilli ad Acacium Melitenum, alias incipit: Res quidem dulcis & commendabilis: in actis concilii Epheſini parte 3. num. 35. cujus hæc ſunt verba juxta tranſlationem vulgatam. *Intelligo vero & hoc quoque illos nobis objicere, nempe quod fidei expoſitionem ſive novum ſymbolum reciperemus, quaſi vetus illud venerandumque aſpernati. At ſtultus ſtulta loquetur, & cor illius vana meditabitur. Illud tantummodo dicimus, nos neque novam fidei expoſitionem ab ullo exegiſſe, neque ab aliis innovatam admiſiſſe: ſufficit enim nobis divina ſcriptura, ſanctorumque patrum prudentia, & ſymbolum fidei ad omnia recta dogmata apte riteque concionatum.*

B

4 *Verba.* ] Hæc ſunt verba Cyrilli epiſtolæ in actis concilii Epheſini part. 3. num. 34. *De virgine autem Dei genitrice, deque unigeniti Filii Dei incarnationis modo, neceſſario, non quaſi aliquid adjungamus, ſed pro comperto habeamus, ut jam inde ab initio ex divinis ſcripturis ſanctorumque patrum traditione accepimus, breviter dicemus; nihil omnino addentes fidei in Nicæa a ſanctis patribus expoſitæ. Illa namque ad omnem pietatis agnitionem, omniſque hæreticæ pravitatis everſionem ſufficit.*

5 *Immanes.* ] Id eſt, patres concilii non ſævisſent in eos, &c. cum unuſquiſque poſſet dicere ſe non habuiſſe intentionem dicendi contra fidem, ergo ſignum eſt eos prohibuiſſe etiam additiones veras, ad evitanda ſubterfugia.

6 *Marcus.* ] Habetur hæc epiſtola tom. 1. conciliorum ſub Marco, & in concilio Nicæno a Piſano collecto libro 3. Et quidquid ſit de aliis in ea epiſtola contentis, de quibus Baronius anno 336. num. 58. certe quæ in ea dicuntur de canone Nicæno prohibente additionem, habentur etiam in epiſtola Liberii, quæ hic infra citatur. Nec mirum ſi hodie non legatur inter alios canones. Nam paſſos eſſe naufragium: & hinc inde ex ſanctorum patrum fida relatione colligi debere, vide apud Baronium tom. 3. anno 325. num. 157. & tom. 5. anno 419. num. 70. & 82.

C

7 *Falſa.* ] Id eſt, non omnis additio diverſa ſecundum verba poteſt dici alia vel diverſa fides, quia cum una ſit vera fides, omnis alia & diverſa eſt falſa.

8 *Reſponſiones.* ] Id eſt, reſpondebo. Vis argumenti conſiſtit in hoc: Nos non movemus vel ſyllabam, Nicæni aut Conſtantinopolitani ſymboli, quia non dicimus, hanc dictionem, Filioque, in eis fuiſſe; ſed dicimus eſſe aliud ſymbolum hoc noſtrum, ſed implicite in eis contentum, & per explicationem auctum.

D

9 *Non.* ] De ſymbolo apoſtolorum a ſanctis patribus ex apoſtolica traditione agnito & venerato, vide plura apud Baron. tom. 1. anno 44. num. 15. Et quia Græci illud non recitant, ideo hoc non agnoſcit Epheſius, & temere affirmat, nec agnitum a ſanctis patribus. De hoc iterum infra ſequenti collatione.

10 *Sequitur.* ] Id eſt, non ſequitur non reperiri ſymbolum apoſtolorum, quia in ſymbolo Nicæno non fit mentio de eo: nam nec in Conſtantinopolitano fit mentio de Nicæno.

11 *Cyrillus.* ] Epiſtola ad Acacium in actis concilii Epheſini part. 3. cap. 35. cujus verba, quæ hic innuit cardinalis, hæc ſunt. *A Neſtorii vocum novitatibus non abhorrere contendunt; quin & nos quoque vituperant, quaſi iis quæ ſcripſimus, contraria ſenſerimus. At ſtultus ſtulta loquitur* (& infra) *ſancta quippe ſynodus quæ Epheſi convenerat, neceſſario providit non oportere aliam fidei expoſitionem*, &c.

E

12 *Perfectum.* ] Innuit diffinitionem concilii Chalcedonenſis actione 5. in qua de perfectione Chriſti plura adduntur aliis conciliis præcedentibus, & ipſi Epheſino, in quo erat lata prohibitio.

13 *Dicis.* ] Id eſt, cum dicit Epheſius, quod ſi iſta prohibitio addendi erat jam facta in primo concilio Nicæno, ut ſupra diximus nos ex Liberii papæ epiſtola, non erat opus ut iterum fieret in Epheſino concilio & in Chalcedonenſi, & ſequentibus.

14 *Proferre.* ] Aliam ſcilicet fidem, intelligitur etiam in verbis; nam de contraria in ſenſu jam ex natura rei erat hoc prohibitum hæreticis.

15 *Hadrianum.* ] Id eſt, tempore Hadriani papæ, in profeſſione fidei Taraſii patriarchæ approbata in ſynodo. Vide quæ diximus ſupra in 3. nota collationis 4.

A

# COLLATIO DECIMAQUARTA.

Anno Christi 1438.

## DIE XIII. NOVEMBRIS.

*Utrum novæ profeſſiones fidei contrariæ ſymbolo rejiciendæ ſint, an vero etiam non contrariæ. Concluditur, ut diſputationes fiant de veritate additionis, Filioque; & ob peſtem ortam Ferrariæ, ſummus pontifex transfert concilium Florentiam, ad quod omnes Chriſtianos principes hortatur.*

AND. Hoc in conventu incepit Epheſinus hoc modo. Num. 5

B EPHES. Nos promiſimus, reverendiſſime pater, reſpondere particulariter ad ea quæ dicta ſunt pro parte veſtra, quæ continentur in octo capitulis. Iſta octo capitula ab aliis elegimus, quia videbantur nobis magis neceſſaria & pertinentia, & quod non haberent ſuperfluitates, & quod ad rem pertinerent. Dum autem more dialecticorum nos ad ipſa capitula credebamus reſpondere, nos neſcimus quo pacto decurrimus ad quædam alia, ita ut vix nos potuerimus primum argumentum declarare: & oſtendimus manifeſte & evidenter, Chariſium non exhibuiſſe ſymbolum ut commune, ſed ut expoſitionem ſuæ fidei, per quam voluit ſe oſtendere fidelem, & orthodoxam veritatem tenere. De privato ſymbolo nullam C curam habemus. Sed de univerſali eccleſia impræſentiarum, ſi videtur, repetam quod & dimiſimus, & diſcurremus ſubſequenter cetera capitula, prout nobis erit poſſibile, unumquodque examinantes. Itaque ſecundum dictorum articulorum erat videlicet, quod diffinitio præfata non modo prohibebat, quod aliquis poſſet apponere aliam fidem, imo etiam ſapere: & ex hoc ſatis erat manifeſtum, quod prohibitio non tantum extendit ſe ad prolationem verborum, ſed etiam ad conceptum animi, cum multa nos ſapiamus, quæ expreſſe non ſunt in ſymbolo. Si traderemus examinatori, potius inveniretur facere pro nobis, quam contra nos: hæc verba, ſapere, in diffinitione 3. concilii [a] non connumerantur ceteris D dictionibus. Cetera quidem non ſeorſum per ſe jacent in prohibitione, videlicet proferre, componere, ſeu dicere. Evidens eſt, iſta nomina reſpicere ad expoſitionem quæ ſecundum dictiones. Poſtea ſequitur: Quod ſi aliqui deprehenderentur ſapientes quæ expoſita [b] ſunt per Chariſium, id eſt ſcelerata Neſtorii dogmata, ſubjacerent ſententiæ ſanctæ œcumenicæ ſynodi. Hoc ergo manifeſtum eſt, ut reſpiciat ad ſenſum & intentionem animi. Nam poteſt aliquis, ſalva & manente dictione, circa ſenſum & intentionem errare: quod Eutyches paſſus eſt in quarto concilio. Nam cum ſibi videretur tenere ſymbolum Nicænum, & in eadem fide permanere & perſeverare, aliena a vera & ſana fide ille & E ſentiebat & docebat. Unde patres illi quarti [3] concilii, poſtquam expoſuerunt eaſdem dictiones, dixerunt: Symbolum maneat immutabile: ſubſequenter addunt: Docere autem, vel ſapere aliter: cum nomina illa, videlicet proferre, conſcribere, dumtaxat reſpiciant dictiones ſymboli; ſapere & docere ad ſenſum reſpiciunt. Et hoc, ne aliquis, dum profiteretur dictiones ſymboli, ut Eutyches, aliter ſentiret; videlicet, quod utatur diverſa intentione, ſenſu & doctrina præter rectam fidem; non eſt mirandum, ſi verbum ſapere aliis nominibus [c] intelligatur: nam

a Scilicet Epheſini actione 6.

b Heſi obiiiii, ſed ... Chariſii hæreſis Neſtorii.

c Heſi ... verſioni ... aliis ... nominibus ... intelligatur, ita ut proferre referatur ad verba, ſapere ad intentionem.



Anno Christi 1438.

nam ſtatim diſtinguitur ex interjectione copulæ [a], & vi concluſionis & adjectionis verbi aliter [b]. Cum autem duplex ſit ſymbolum, hoc eſt ſecundum ſenſum & dictionem; una prohibitionum tendit ad intentionem, alia ad dictionem: illud proferre, ad dictionem refertur; ſapere & docere, ad intentionem fidei. Inane namque eſſet dicere ſapere ſymbolum: ideo apud illa nomina ſapere, vel docere ponitur aliter; hoc eſt, alio modo, mutata ſententia. Tertium argumentum accuſat nos & inculpat, quia nos dicimus particularibus perſonis licere fidem quibus verbis voluerint exponere; univerſaliter, [c] omnes prohiberi. Ad hoc dicimus, quod & antea multoties dictum eſt, quod privatim & particulariter poſſet quis fidem expo- B nere; nemo eſt qui prohibeat: at tanquam commune & univerſale, poſſet periculum inferre, & aliud tradere quam illud unum, & in eodem additiones facere: hoc eſt quod prohibetur. Et hoc poſt prohibitionem nemo eſt qui audeat, nullum concilium, nulla eccleſia, præter vos, qui iſtam additionem feciſtis, quæ nullius boni cauſa fuit, ſed multorum malorum. Addidiſtis denique argumentum quartum prius dictum, quod in concilio Epheſino nulla fuit facta mentio de ſymbolo Conſtantinopolitano. Uſi eſtis quadam diviſione, videlicet quod patres illi aut obliti fuerunt Conſtantinopolitani ſymboli, & tantum ſymboli Nicæni mentionem fecere: aut ſi fuerunt recordati, C ut contrarium illud prætericrunt; aut unum & idem judicarunt eſſe ambo, ut & nos diximus. Et quod Conſtantinopolitanum ſymbolum contineatur in Nicæno, & nihilo minus dictionibus differat, dicitis eſſe manifeſtum: quia ſi invenitur ſymbolum eſſe idem & conſonum omni altero quoad ſenſum, non refert ſi habent differentiam dictionum. Hæc omnia nos, & antequam vos proferretis argumentationem, in medio tulimus, & in communi nos habuimus quæſtionem, ad quam ſolutionem attulimus; videlicet, quod expoſitio iſta & explicatio ante [3] prohibitionem facta eſt, & a concilio œcumenico, & de magnis rebus maxime opportunis & neceſſariis quoad fidem, D videlicet de proceſſu Trinitatis: & quod eamdem rationem & locum ſervat ſymbolum Conſtantinopolitanum ad primum [d], quem ſervat novum teſtamentum [e]; nemo ea quæ fuerant ante prohibitionem, adducat ad teſtimonium eorum quæ poſtea facta ſunt: quia tunc licebat, poſtea non eſt rationabiliter factum; & eſt manifeſtum, quod nullius boni cauſa fuit. Quintum veſtrum argumentum fuit, quod ſcriptum eſt in diffinitione [3] ſexti concilii, nullum debere invenire vel ſentire alterationem vocum, quæ eſſet ad everſionem eorum quæ diffinitiones ſunt. Et quod manifeſte videtur ex hoc, ea prohiberi, quæ ad everſionem veræ fidei addita fuerint. Ad hoc itaque dicimus, quod hæc omnia re vera tendunt ad eamdem intentionem & ſenſum, E prout nos diximus. Nam poſtquam patres concilii diſtinxerunt fere iiſdem verbis, quæ diffinita ſunt pro cuſtodia ſymboli, & poſtquam addiderunt, nil ſapere vel docere aliter, prout ſe habent in diffinitione ſexti concilii; adjecit poſtea concilium, nec aliquam novitatem vocum ſentire quæ reſpiciant everſionem. Hæc ſiquidem reſpiciunt ad ſymbolum: & cum prohibeat immutationem ſymboli, & mutationem & novitatem vocum, noſtris rationibus conſo- A num eſt. Nam ea prohibentur, quæ ad everſionem eorum quæ per ipſos diffinita ſunt, tendunt; hoc eſt ad everſionem prohibitionis. Nam ibidem definierunt de hoc, ut nec ſyllaba, nec dictio in ſymbolo apponatur. Nam diſtinctorum dicit, non [4] terminatorum; ac de [3] fide terminavit concilium, non dicit diſtinxit: hoc illud [f] diſtinctio eſt, quæ [g] ablata fuit de cuſtodia ſymboli. Qui autem audet ſymbolum immutare, ille evertit terminata per patres: & qui [6] conaretur ad omnem ſenſum prohibitionis dictam dictionem trahere, nec novitatem vocum & dictionum inventionem ad ſymbolum imponi, dicemus ſimpliciter etiam diffinitiones concilii, vel in dogmatibus pietatis. B Et ſic hoc argumentum nil obſtat, imo confirmat rationem noſtram. Sextum argumentum eſt, perſcrutata hujus ſanctæ legis intentione a præcedentibus actibus ad depoſitionem Neſtorii, in quibus lectum eſt ſymbolum Nicænum, poſt hoc epiſtolæ Cyrilli ad Neſtorium, & ipſius Neſtorii epiſtolæ, quarum epiſtolarum partim exploſa [h]: videtur etiam intentionem diffinitivam talem eſſe ab illis quæ poſtea Cyrillus dicit [i]; videlicet: Nos ſequentes profeſſionem patrum, ſequimur intentionem ſenſus, & exponimus rectam fidem, ac [7] ſeptimi concilii, quod ita dicit: Sic cum diligentia perſcrutati & diſcuſſi, & intentioni veritatis nihil detrahimus, nihil addimus. Ex C quibus omnibus intentio diffinitionis videtur eſſe, non quod veritas taceatur, ſed potius ut dicatur & prædicetur, & doceatur. Hæc ſunt veſtra. Ad iſta vero nos dicimus, quod intentio diffinitionis & legis non debeat quæri ex præcedentibus, nec ex ſequentibus, niſi ſpecialiter facerent mentionem de tali diffinitione, ut antea diximus ac dicemus: ac beatus Cyrillus, & beati etiam patres iſtius ſeptimi concilii ſequuntur intentionem veritatis, (ut dicunt) & interpretantes rectam fidem & proprias diffinitiones, ſane nihil detrahunt vel addunt fidei; imo cuſtodiunt ſecundum dictionem: imo hoc non ſolum videtur ex his quæ dixerunt, ſed ex rebus cuſtodiunt fidem; ut D ſi [k] .......... ſermonum ſuorum, & ſic ipſas divinas ſcripturas: ergo hæc dicta ſunt pro nobis, ad noſtram tendunt intentionem, & omnino nobis ſuffragantur. Unde & fere ad finem iſto argumento fuit ſubſcriptum [l] a quarto concilio, in quibus ipſum quartum [m] concilium excuſat, & defendit beati papæ Leonis epiſtolam, quod ipſe nil fecerit contra prohibitionem, cum expoſuerit fidem in epiſtola, & declaraverit latius, cum ad errores qui inſurgunt, quotidie debeant variæ medicinæ afferri a ſanctis patribus, & quod non ſufficit ſymbolum fidei tantum ad everſionem illorum errorum ac iſta magis pro nobis ſunt, quam contra. Nam concilium iſtud E cum amplexum fuiſſet epiſtolam Leonis, & cum vocaverit ipſam columnam rectæ fidei, nihil ex ea epiſtola in ſymbolo addidit, prout nec ſextum concilium ab epiſtola Agathonis, nec ſeptimum ab epiſtola beati Hadriani. Tales denique declarationes & expoſitiones in privatis diffinitionibus cum apud concilium deſervierint, & nullatenus moleſtum fuit [n] ſymbolo: cur ergo & nos non ſimiliter illis fecimus vel facimus, ſed quaſi impune poſſemus addere vel detrahere abſque aliqua diligentia, audemus? Octavum argumentum veſtrum eſt, quod

a Conjunctionis ſcilicet ſeparativæ, proferre, aut ſapere.

b ſcilicet aliter docere, ut in prohibitione ſextæ ſynodi ſupra citata.

c Facete ſcilicet ſymbolum pro univerſali eccleſia, quantumvis vera continens.

d ſcilicet Nicænum.

e ad vetus ſcilicet, quod explicat.

f ſcilicet hoc, quod additū eſt, nempe, Filioq; pertinet ſolum, & additum fuit contra verba prohibitionis, diſtincta, ſcilicet proferre.

g Ablata fuit cuſtodia ſymboli, dum fuit additum, Filioque.

h Id eſt, plura in eis cōtenta fuerunt damnata.

i Epiſt. ad Acacium in actis concilii Epheſini part. 3. cap. 35. & ep. ad Anaſtaſium &c. in iiſdē actis ca. 41.

k Deeſt aliquid, ſed ſenſus eſt clarus, ſcilicet, imo cuſtodiunt fidem, ut ex facto dignoſcitur, cum nil addiderint ſymbolo: & ſi ſermonū ſuorum attēdatur ſēſus, aperte colligitur, quod ipſas divinas ſcripturas velint intactas & illibatas cuſtodiri.

l Id eſt, huic noſtræ reſponſioni & argumento ſuffragātur dicta quarti concilii.

m Concilii Chalcedonenſe act. 5. in diffinitione.

n Nullatenus ex eis additio aut moleſtia facta fuit ſymbolo a concilio.

Collatio XIV.

quod in eodem quarto concilio depoſito prius A
Eutyche Conſtantinopolitano, deinde congre-
gato & celebrato Epheſino[a], cui præſidebat ty-
rannus Dioſcorus, Eutyches reſpondebat, di-
cens ſe tenere fidem catholicam, & in eadem
velle & vivere & mori, cum primum concilium
Epheſinum prohibuerit proferri aliam fidem
præter terminatam in Nicæno concilio. Cum
hæc [8] legerentur in quarto concilio, exclama-
vit Euſebius epiſcopus Dorylæi, qui accuſa-
tor fuit a principio: Eutyches mentitus eſt,
non eſt diffinitio, non eſt canon qui hoc di-
cat. Dioſcorus contradixit Euſebio. Deinde le-
ctum eſt, quomodo Dioſcorus depoſuit Euſe-
bium & Flavianum, ut transgreſſores legis: &
omnes epiſcopi ſecuti ſunt illius ſententiam. B
Dum hæc legerentur, acclamaverunt patres:
Anathema Dioſcoro: Eutyches & Dioſcorus de-
ponantur: & iſto modo omnia fuerunt irritata,
quæ fuerunt objecta contra Flavianum & Eu-
ſebium, & deponitur Dioſcorus. Quid autem
ſit, quod ex his colligatis, minime concer-
no, niſi quod Flavianus nihil fecerit contra
Nicænam fidem, & propterea indebite & inju-
ſte condemnatus, & debite reſtitutus. Et vere in-
juſte condemnatus fuit: & hæc favent hucuſque
[b] intentioni fidei Nicænæ, quid [9] obſtat, cum
diceret Chriſtum in duabus naturis, nec inten-
tioni, nec dictionibus addit, qui condemnarunt
in dictionibus, erraruntab æquivoco. Nam il-
le nil addebat in ſymbolo, ſed foris ponebat: C
hoc autem minime prohibetur vel in ſcripturis,
vel in ſymbolo, vel in omnibus hujuſmodi.
Dico autem, quod non opitulatur vobis, cum
addideritis ſymbolo. Nam aut hoc ſcripturæ
ſacræ apponatur, & hoc prohibetur: verum
declarationes ſcripturarum exponere licitum
eſt, & ideo nemo unquam juſte condemna-
tus eſt de hoc. Quid denique opitulatur vo-
bis, ſi Euſebius eſſe tale prohibitum [c], &
quod concilium tacuit? Nam aut ignorabat
hanc legem Euſebius, & hoc non eſt mirum.
Multi namque ex epiſcopis qui impræſentia-
rum ſunt, ignorant actus conciliorum. Aut
cum cognoverit, ad aliam ſententiam inter-
pretabatur, & non ad ſententiam Dioſcori: D
& ideo dixit, non eſt canon qui dicat iſtud,
videlicet quod Eutyches dicebat, illum qui
iſtam fidem doceret, ſaperet, &c. ſubjacere con-
demnationibus [d] patrum: & illum qui immu-
taret fidem ſecundum dictionem, quod Flavia-
nus non faciebat: imo dum ſervaret dictiones
ſymboli, intelligebat & docebat aliam fidem,
ſed non alienam. Hoc autem non prohibetur
docere extra textum alia & conſona: videtur
per omnia injuſte depoſitum Flavianum: non
enim diffinitiones tranſgreſſus eſt, nec innova-
vit aliud ſymbolum, prout vos feciſtis. Et hæc
pro nobis certa ſunt, [e] & hoc, quod vos con-
cedetis, niſi evidentiſſimis rebus contradicere
velitis.

CARD. Vultis plus dicere?

EPHES. Volo præterea unum teſtem allega-
re, qui fuit princeps veſtræ eccleſiæ Romanæ,
qui ſpecialiter eſt noſtrarum rationum confir-
mator, Vigilium ſanctiſſimum papam ſenioris
Romæ, cui profecto nos obedire debemus,
& vos imitari: vos [f] dico, qui ſucceſſiſtis e-
jus dignitati. Sit denique iſte ſignaculum no-
ſtrarum rationum, dicit in epiſtola quam ad
Eutychium Conſtantinopolitanum patriarcham
dicit: Cariſſimo fratri Eutychio Vigilius.

Repletum eſt lætitiam os noſtrum, & lingua A
noſtra exultatione, &c. [10] Nos ſemper cuſtodi-
vimus & cuſtodiemus fidem, quæ ab initio tra-
dita eſt a magno Deo & ſalvatore noſtro Jeſu
Chriſto ſanctis apoſtolis, & ab ipſis univerſo
Mundo prædicata, & a ſanctis patribus decla-
rata, & maxime a patribus qui convenerunt in
ſanctis quatuor conciliis, quæ per omnia ac-
cipimus, hoc eſt 318. patres qui in Nicæa con-
venerunt, qui ſanctum ſymbolum, hoc eſt
diſciplinam fidei expoſuerunt, qui & Arii fu-
riam anathematizarunt, [g] & qui eadem ſape-
rent. Suſcipimus & 150. patres qui Conſtan-
tinopoli convenerunt, qui eamdem ſanctam
diſciplinam explanarunt, & illud quod eſt de
divinitate ſancti Spiritus expreſſerunt, &
hæreſim Macedonianorum [h] pugnatorum Spi-
ritus, & impium Apollinarem condemna-
runt, & qui eam ſaperent. Suſcipimus &
ſanctos ducentos patres qui in civitate Epheſi-
na convenerunt, qui per omnia ſecuti ſunt
idem ſanctum ſymbolum & diſciplinam, &
condemnarunt Neſtorium & ſceleſta ejus
dogmata, & qui ſimilia ſaperent vel ſenti-
rent. Una cum iſtis ſuſcipimus [i] 560. qui
in Chalcedone convenerunt, qui per omnia B
conſenſerunt prædictis ſanctis conciliis, & ſe-
cuti ſunt patrum ſymbolum ſeu diſciplinam,
quod a 318. patribus expoſitum, & a 150.
patribus explanatum fuerat: & anathemati-
zarunt eos qui aliud præter dictum ſym-
bolum auderent docere & tradere ſanctis eccle-
ſiis. Audiſtis, patres reverendi, hoc eſt ſym-
bolum, quod a patribus concilii Epheſini &
Chalcedonenſis non dicit expoſitum aut decla-
ratum, ſed ſuſceptum & confirmatum: & hos
omnes patres fuiſſe illud ſymbolum ſecutos di-
cit, & eos anathematizatos qui aliud præter di-
ctum ſymbolum auderent docere & tradere ſan-
ctis Dei eccleſiis, in quibus non particulare ali-
quod ſymbolum poteſt intelligi, cum particu-
lare ſanctis eccleſiis non tradatur: nec contra-
rium vos [k] dicitis, quoniam modo taliter ipſe
[11] dixiſſet, aliud præter dictum, ſi contrarium
intellexiſſet. Nam non dicitur contrarium præ-
ter iſtud, ſed dicitur contrarium tali [l]: ſed a-
liud dicitur præter iſtud [m], & immutata ſen-
tentia dictionum: & hoc liquido apparet om-
nibus qui nolunt contendere. Hoc ſymbolum
poſtulamus, reverendi patres, bonum de-
poſitum ſanctorum patrum qui convenerunt
in regia urbe Conſtantinopolitana, reddi-
te hoc nobis tale, quale a nobis ſuſcepiſtis. Si
quis commiſerit vobis aliquid in depoſito,
nonne debetis reddere ut habuiſtis? Reddite
nobis ſymbolum patrum ut accepiſtis: non ſu-
ſcipit additamentum aliter quam concluſum eſt
ab illis patribus: & qui audent mutare, ex-
ploduntur; & [*] quos aliud præter iſtud vel-
lent facere, [a] tormentis conſtringunt. Parumne E
videtur vobis, quod fuit additum ſymbolo, &
parvipenditis rationem talis rei? Ergo & dem-
pta nil noceret, nec parum, imo proderit ma-
xime: nam univerſo populo Chriſtiano magnum
eſt, quod tactum eſt, & magna ratio eſt de il-
lo. Ergo nec nos erramus, ſi magnam facimus
rationem de iſto propter aliquam particulam ap-
poſitam, & ſic per [12] diſpenſationem detrahatur:
& vos complectimini fratres, quorum videtis la-
niatus, qui vinculum caritatis laniatis. Roga-
mus vos patres & dominos honorabiles propter
viſcera domini noſtri Jeſu Chriſti, qui dilexit
nos



Anno Christi 1438.

nos inutiles exiſtentes, & qui animam ſuam A
poſuit pro nobis: redeamus ad illam opportu-
nam conſectationem, quæ debet eſſe & inter
vos & patres illos, quam habeamus prius
quam adderetur, & inter nos non erat ſchiſ-
ma. Agnoſcamus adinvicem, & veneremur
patres, honoremus diffinitiones, timeamus
pœnas, cuſtodiamus traditiones, & ſimul
omnes uno ore glorificemus honorabiliſſimum
nomen Patris, & Filii, & Spiritus ſancti
nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. A-
men.

CARDINAL. Cum veſtræ gratiæ benepla-
cito.

EPHES. Dicatis plane propter notarios.

CARD. Faciam. Reverendi ac dilectiſſimi B
patres, ego intellexi quæ modo protuliſtis, &
dimiſſis prœmialibus, veniam ad rem ipſam.
Paternitas veſtra dixit, quod volebat reſpon-
dere octo articulis per me factis, quia illa vi-
debantur pertinentia magis quam alia. Ego
in ſcriptis dedi tibi viginti, poſtea diverſis vi-
cibus ultra octo aut decem; quæ re vera non
ſunt minus pertinentia quam illa, imo magis
ac magis ſtringunt: dimittendo iſta, venio ad
primum. Et dicitis primo de Chariſio, quod
ille nil nobis præſtitit, quia ille fecit privatum
ſymbolum, nos agimus de univerſali. Ad hoc
reſpondeo, quod multum præſtitit & præſtat,
licet inter nos & voſipſos ſit quæſtio de ſym-
bolo univerſali, nihilo minus de hoc verbo ad- C
dito, & an licuerit fieri, inſurgit ex intellectu
dictionis tertii concilii. Vos videmini intelli-
gere illa verba, aliam fidem, id eſt aliis ver-
bis, licet veram: & quod certe intelligitur de
alio ſymbolo, etſi vero, tamen in verbis diver-
ſis. Ego impugnabam, quod ſatis protulit fi-
dem ſuam [a] per diverſa verba, quam ſit ſymbo-
lum Nicænum, & non fuit reprehenſus. Ergo
ex hoc comprehendo, ſenſum prohibitum com-
prehendere diverſitatem fidei effectu, non ver-
bo; & ſicut dixi, textus non diſtinguit inter
ſymbolum univerſale, vel particulare, vel com-
mune, vel privatum: imo ſæpe dixi quod par-
ticularis perſona prohibetur per iſtum textum.
Nam ſi intellectus diffinitionis fuiſſet de verbis D
tantum, Chariſius valde fuiſſet reprehenſus. Se-
cundo, paternitas tua dixit, quod ego dixe-
ram, quod ea prohibitio prohibebat non tan-
tum proferre, ſed & ſapere. Dicitis quod ver-
bum, ſapere, non eſt in prima parte textus,
ſed verbum proferre & docere: ſed in ſecunda
parte diffinitionum, cum reprehendatur dogma
Neſtorianorum, ponitur, credentes vel ſapien-
tes, & quod hoc verbum ſapere fuit poſitum in
concilio Chalcedonenſi propter factum Euty-
chis, quia bene proferebat ſymbolum, ſed ma-
le intelligebat; & ideo concilium Chalcedonen-
ſe poſuit illud verbum ſapere. Addit ipſe [b],
quod verbum ſapere, eſt ſecundum intentio-
nem intus proferre, vel docere & conſcribere E
[c] ſecundum verba & dictiones. Ad hoc poſſum
dupliciter reſpondere: uno modo, licet hoc ver-
bum non ſit in diffinitionibus tertii concilii,
ſufficit quod ſit in prohibitis aliorum concilio-
rum. [d] Nam ita ligat diffinitio octavi concilii,
ſeptimi, ſexti, quinti, & tertii; ſi prohibetur in-
telligentia, tunc ſequuntur illa inconvenientia
quæ olim dixi; quia quicumque ſaperet aliquam
veritatem quæ non eſſet in ſymbolo, incurreret
anathema, ſive per quintum, ſive per ſextum,
ſive per ſeptimum: ſed hoc eſt abſurdum nedum
dicere, ſed cogitare, quod omnis homo incur-

reret anathema. Secundo reſpondeo ad iſtud, A
quod licet hoc verbum non fuerit expreſſe po-
ſitum in verbis primæ partis, oportet ita intel-
ligere, & ita ſancti doctores intelligunt. Et
primo Cyrillus, & poſtea Vigilius, quem tan-
tæ auctoritatis facitis, prout eſt. Cyrillus in
[e] expoſitionibus ſymboli declarat ſenſum prohi-
bitum tertii concilii, & dicit, quod illud con-
cilium tulit ſententiam contra Neſtorium, &
damnavit novitates vocum eorum qui cum Ne-
ſtorio erant, & qui fuerunt, & qui ſaperent
talia. Certum eſt, hanc diffinitionem habere
duas partes. Ultima loquitur de ſapientibus
dogmata Neſtorianorum; ubi hæc prohibitio po-
teſt prohibere novitatem vocum, niſi in prima
parte: certe hoc intelligit aliam fidem, id eſt B
de ſapientibus aliam fidem, id eſt contrariam:
alioquin Cyrillus non dixiſſet novitatem. Se-
cundo probo per dictum Vigilii, per particu-
lam quam volebatis præterire; dicit: Recipi-
mus ducentos ſanctos patres (& infra) & judi-
carunt Neſtorium impium, & damnarunt ini-
qua dogmata: & continetur in ſecunda parte
diffinitionum, & ſequitur: Et qui ſimilia ſa-
perent. Ergo expreſſe Vigilius intelligit pri-
mam partem non ſolum loqui de prolatione,
ſed de iis qui ſapiunt. Et unde iſti doctores
declarant, quod eſt intelligenda prohibitio non
ſolum de loquentibus, ſed & de [13] ſapientibus.
Tertio probo per rationem, quod ita debet in-
telligi. Ridiculum eſſet dicere vel cogitare, C
illos patres voluiſſe ligare proferentes ore, &
non qui cogitarent corde. Lex non imponitur
verbis, ſed rebus: & intentio ſynodorum eſt,
ut doceant homines veritatem, qui debeant de
Deo ſentire, quia dicit apoſtolus: *Corde credi-
tur ad juſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalu-
tem*. Unde intentio ipſorum eſt qui ſunt mi-
niſtri juſtitiæ, docere homines qualiter debent
corde ſentire. Unde ipſi non perfecti eſſent
miniſtri juſtitiæ, [f] niſi corde docerent. Et
quia voces ſunt ſignificativæ eorum quæ quis
in animo habet, & nemo præſumitur aliud ore
proferre, quam mente habeat: ideo viſum eſt
ſufficere patribus, prohibere verbum, profer-
re, comprehendens ſapere. Nunquid homo eſ- D
ſet ſalvus, ſi recte proferret, & corde male ſen-
tiret? Reverendi patres hoc reſponſum eſt ad
id quod allegavit de dictionibus, & ad aliud
quod ipſe dicit, quod ſapere intelligitur de cor-
de; & proferre, de ore. Deinde revertimini ad
id quod prima parte dixiſtis, dicens quod pri-
vata perſona poteſt facere privatum ſymbolum,
univerſale autem non poteſt fieri: iſtud non vi-
detur habere rationem, nec faciem rationis, quod
privatæ perſonæ concedatur plus quam univerſæ
eccleſiæ: imo deberet magis prohiberi ſingu-
lari quam univerſali, quia privata perſona po-
teſt errare, univerſalis non poteſt errare: &
hoc repugnat rationi naturali & civili, & po- E
liticis, quod plus poſſit una perſona quam
communitas. Itaque per illam prohibitionem
prohibetur particularis, & non univerſalis: &
verba hoc comprehendunt loquentia in ſingu-
lari [g]. Nam hoc videtur alienum a ratione,
quod legiſlator qui intendit omnes ligare, & non
ſe, ſibi & non aliis legem imponat. Ea quæ
pertinent ad rationes civiles non ſunt ſpernen-
da. Leges communes, & quæ factæ fuerunt
Conſtantinopoli per Juſtinianum, dicunt, quod
par in parem non habet imperium: nec habens
poteſtatem condendi legem, poteſt ligare ſuc-
ceſſorem, quo minus veniente neceſſitate poſſit
mutare;

Collatio XIV.

Margin notes:

a Concilium Epheſinum ſecundum damnatum.

b Forte, intentioni noſtræ. Fidei Nicænæ quid obſtat, &c.

c Subintellige negaverit, ut intelligitur ex act. 1. concilii Chalcedonenſis ſupracit. ideo ſubdit, Non eſt canon, &c.

d Verba Eutychis loco citato; ſunt hæc: Illum qui præter iſtam fidem addiderit aliquid aut minuerit, aut docuerit, ſubjacere damnationibus, &c.

e Id eſt, & hoc eſt quod vos concedetis.

f Alloquitur papam.

g & eos qui, &c.

h Id eſt, impugnatorum Spiritus ſancti.

i In epiſt. Vigilii citata, non hæc deſunt: perſonas, ſed eſt integer ſacerdotum numerus.

k Id eſt, dicitis, vel dicere poteſtis.

l Qui vellet dicere contrarium, non diceret præter iſtud, ſed diceret contrarium huic.

m Sed aliud ſignificet idem, quod præter: aliud quod ſignificatur in mutatione dictionum & ſyllabarum.

* eos qui aliud

a Scilicet pœnis.

Vide ſeſſ. 35. in Græco.

a Chariſius ſcilicet.

b Marcus ſcilicet Epheſ.

c Id eſt, verba prohibitionis, ſapere vel docere, reſpiciunt verum ſenſum intrinſecum: conſcribere autem vel proferre, ipſa verba & ſyllabas ſymboli.

d Ut in Chalcedonenſis act. 5. in diffinitione.

e In act. concilii Epheſini par. 3. cap. 34. & 35.

Rom. 10.

f niſi docerent, corde credenda.

g Nulli, nemini, ut in diffinitione ſpecificatur.

Collatio XIV.

A mutare: hoc eſſet contra rationem & finem legis. Nam hoc fit ad bonum publicum, modo ſi utilitas publica exigat, ut quid fiat contra illam legem: niſi poſſet fieri, eſſet contra finem illius legis. Et ut non videar uti legibus ſæcularibus ſolum, adduco exempla ſanctarum ſynodorum. In primo concilio Nicæno fuit concluſum, quod poſt eccleſiam Romanam eſſet Alexandrina [a]: & ſicut dicit papa Liberius [b], quod fuit prohibitum, ne quid fieret contra illud ſub pœna depoſitionis, ſi eſſet epiſcopus; & anathematis, ſi laicus; ſta Julius papa dicit: Poſuerunt [c] leges, quas ſacros canones appellamus, neceſſarias ad ſtatutum eccleſiæ & ad dignitatem epiſcoporum: non obſtante illa prohibitione Nicæni concilii, fecit B 14 Chalcedonenſe, quod Conſtantinopolitana eſſet [d] prima: & ſic apparet quod non tam unum concilium poteſt addere, ſed & tollere, dummodo non ſit contra fidem: & quantumcumque prohibeat, non ligat manus ſequentium ſynodorum in illis quæ poſſunt diſpoſitionem hominum variare, non de fide, quæ eſt invariabilis. Unde eccleſia catholica bene prohibet fieri quid contra fidem: ſed quod aliquid, quod ſit ſecundum fidem, non poſſit eccleſia facere, hoc eſt impoſſibile. Ea quæ continentur in ſymbolo, ſunt invariabilia: ſed quod his verbis, vel aliis utamur, dummodo ſint vera, hoc nunquam fuit inhibitum, nec poteſt inhiberi. Et ſicut ſynodus Conſtantinopolitana potuit facere C declarationem, ita in æternum poterunt per alias fieri. Imo dico plus, quod ſi aliqua ſynodus diceret, quod in ſymbolo non addatur etiam verbum verum, intelligeretur de privatis additionibus, non de eccleſia univerſali. Et ſi quis diceret, quod Cyrillus prohibuit ſibi ipſi, loquens in perſona concilii, Cyrillus intelligebat de ſeipſo & de privatis, & non de univerſali eccleſia. Et hoc dico per quamdam repoſitionem, cum ſupra declaravi, quod epiſtola Cyrilli habet ſignificatum de ſenſu, non de verbis. Ad id quod dixiſtis, quod additio fuit cauſa multorum malorum, dicatis, quod additio non fuit cauſa ſchiſmatis, quia ante iſtud ſchiſma eccleſia Romana cantabat ſymbolum D cum hoc verbo, Filioque. Hoc habemus per epiſtolas Hormiſdæ papæ [e], qua ſcribit imperatori Conſtantinopolitano, videlicet Juſtino, patri Juſtiniani [f] imperatoris, qui fuit tempore quinti concilii. Concilia Toletana [g] ſunt magnæ auctoritatis, celebrata cum præſidente Leonis: & in multis de illis conciliis ponitur illud verbum, Filioque. Si vultis quod legantur, audite.

EPHES. Nos nunquam audivimus talia concilia.

CARD. Audietis nunc.

EPHES. Quia iſta non ſunt authentica, ideo non curamus iſta videre.

CARD. Ideo dico, quod erat illud verbum E apud eccleſiam Romanam, Filioque, & non fuit ſchiſma. Item Taraſius addens, per Filium, [h] in concilio ſeptimo, non generavit ſchiſma. Deinde doctrina Auguſtini & Ambroſii erat nota ante tempus tertii concilii. Item doctrina multorum doctorum Græcorum erat nota orientalibus, & tamen nullus fuit ſcandalizatus contra eos. Unde non dicatur, quod hoc verbum, Filioque, fuerit cauſa ſchiſmatis, nec propter hoc ſecuta eſt diviſio.

EPHES. Propter quæ ergo?

CARD. Litis præteritæ non eſt cauſa referenda. Volo uti verbis quæ ſunt apta ad pacem, non ad litem. Demum ad argumentum omiſſionis concilii Conſtantinopolitani, quod de eo non fuerit facta mentio [i], cum dicitis, quod non fuit ante prohibitum; ſicut dixi in ſcriptis, ponatur [k] quod prohibitio prohibeat aliud ſymbolum fieri; diſcutiamus de ſignificatu iſtorum verborum ad ſymbolum. Ego non dico de prohibitione ante vel poſt, ſed de ſignificatu. Tu dixiſti quod id quod non differt in ſenſu, ſed in verbis, debet reputari unum & idem cum Nicæno: ita noſtrum cum ſit idem, non eſt aliud.

EPHES. Ego dixi ſine diverſitate, nec dixi idem, ſed aliud: vos accipitis hanc ſignificatio- B nem a me, quam non dixi, de illo Conſtantinopolitano [l] ſolum.

CARD. Illa ratione, qua fuiſti motus ad dicendum de illo Conſtantinopolitano, ego moveor de noſtro, ut dicatur idem: deinde probo per alias auctoritates. Ego dico, quod in ſeptima ſynodo fuit lecta fides Tharaſii & Theodori, quæ in verbis multis differebant: & tamen fuit dictum, quod erat una & eadem identitas. Item in quarto concilio dicunt, quod decreta in Epheſino & Nicæno ita concordarunt, quod nil diverſum ſapuerunt ſive diffinierunt. Ergo diverſitas & identitas non attenditur ad verba, ſed ad intellectum. Ego dico, quod & ante tertium concilium fuit facta C hæc prohibitio. Probavi per Cæleſtinum, deinde per Cyrillum, tertio per primam ſynodum: & paternitas tua nihil reſpondit. Deinde audiatis epiſtolam Liberii papæ.

AND. Fuit lecta in Græco, deinde in Latinum his verbis [m].

Dilecto fratri Athanaſio, & univerſis in unum congregatis fidem rectam ſentientibus, Ægyptiorum epiſcopis, Liberius papa ſalutem. Et ab initio percepimus a beato Petro apoſtolorum principe fiduciam, ut habeamus auctoritatem pro univerſali eccleſia ad rectam defendendam fidem, quatenus nulli liceat ſtatum eccleſiæ ſubmovere ad læſuram recte credentium, ſine periculo hono- D ris. Epiſtolam veſtram nobis directam ante nos recitari fecimus, tribulationes quas pro recta fide patimini, intelleximus: ſuper quibus & nos una vobiſcum condolentes, & laborare pro vobis, ut pater pro filio, parati ſumus. Fidem Nicæni concilii in eadem epiſtola recte reperimus, gratias referimus, pro qua non ſolum perſecutiones ſuſtinere parati ſumus, ſed etiam, ſi neceſſe fuerit, mori pro nomine Chriſti, in quantum noſtra fragilitas patitur, non reſpuimus. Ideo prædictum concilium Nicænum diffinivit, illam fidem non licere proferre, ſapere vel docere aliter, nec quidquam in fide ſentire vel proferre, quod iis patrum regulis poſſet obviare: qui vero ſapere, docere vel proferre, vel aliud ſymbolum tradere ad fidem veritatis converti deſiderantibus, vel a Judæis, vel Paganis Chriſtianos volentibus fieri; ſi epiſcopi vel clerici, alieni ab epiſcopatu, clericus a clero; monachos vel laicos anathematizari voluerunt.

CARD. Etiam ego probavi per aliam auctoritatem, quod ſimilis prohibitio facta fuit ante per canones Nicæni. Unde non tantum Liberii & Vigilii teſtimonium, habemus etiam Damaſi papæ, & epiſcoporum qui fuerunt in Ariminenſi [n] concilio, ubi catholici & Ariani fuerunt, & Ariani

a Concil. Nicæn. can. 6.
b Epiſt. 11. Vide latius ſupra coll. 13.
c Iſt eſt, quamvis in Nicæno illa ſit poſita lex præcedentiæ, tamen poſtea prævaluit Conſtantinopolitana.
d ſcilicet ante Alexandrinam.
e Epiſt. 79. tom. 2. part. 1. Conciliorum edit. Colon. in qua habetur, Filioque.
f Juſtinianus erat Juſtini ex ſorore nepos, ut ait Marcellinus.
g Vide Baron. tom. 6. anno 447. num. 19. & tom. 10. an. 883. nu. 33.
h In 7. conc. act. 7. in diffinit. ibi enim id legi, ex antiquo codice probaverat Julianus cardin. ſupra coll. 4. tempore Hadr. papæ I. & Taraſii patriarchæ Conſtantinopolitani.

Anno Christi 1438.

i In concilio ſcilicet Epheſino non fuit facta mentio de ſymbolo Conſtantinopol. quia tunc non erat prohibitio.
k Præſuppoſito nil quod ante Epheſinum non eſſet prohibita additio, probat, quod verba prohibitionis referantur ad hæreſim contrariam & falſum ſenſum modo.
l Scilicet; ego dixi ſymbola debere [illegible] ne diverſitate nil [illegible] verbis ipſis, quibus differant, nô dixi eſſe eadem, ſed alia: [illegible] de Conſtantinop. ſymbolo dixi eſſe idem cum Nicæno, quia [illegible] differunt in verbis, quia [illegible] concilium, non erat [illegible] fidei prohibitio.
m Epiſt. [illegible] habetur in 1. conc. [illegible] Liberio.
n In [illegible] Arimin. [illegible] Vide [illegible] concil.



Anno Christi 1438.

A plures nimis [a], & protulerunt perfidiam illorum, quam in Sirmio protulerant. Catholici reſiſtebant eis, & illi Ariani volebant perſuadere, quod propter duo verba non debebat turbari ſtatus eccleſiæ: tollatur hoc verbum, [b] non erat, & erit pax. Sed catholici intelligentes fallacias repulerunt eos, & inſinuarunt imperatori eorum voluntatem, dicentes eſſe filios Nicæni concilii, pariter & hæredes. Reperitur recta ipſorum fides ad Conſtantium ſcripta, cujus verba ſunt hæc.

Epiſtola catholicorum epiſcoporum, qui Arianis reſiſtunt in Arimino.

CARD. Et eſt advertendum, quod pauciores tenentes rectam fidem dicebant concilium repræſentare [c], & ſub nomine concilii ſcri- B bebant literam. Hæc fides ſola in Nicæa expugnat hæreſim Arianam, & non ſolum illam, ſed alias: cui veræ fidei addere quidquam, erroneum & fallax eſt; & auferre, periculoſum. [d] Et ſi quis horum alterum facit, erit facultas agendi quod volunt. Nos habemus Theodoretum, quem audiatis in Græco. Deinde ſequitur epiſtola Damaſi [e], qui invehitur contra illos qui protulerant in Arimino teſtimonium, his verbis. Patres trecenti qui in Nicæa convenerunt, hunc murum firmiſſimum contra hæreticos ſtatuerunt, & hoc remedio ſunt omnia repulſa obſtacula, ut Pater & Filius ejuſdem bonitatis, magnitudinis & virtutis credi debeant, [f] unius C eſſentiæ, ſubſtantiæ, & Spiritus ſanctus: aliter ſapientes alienos a communione noſtra judicarunt. Ergo hanc prohibitionem ſciatis factam ante tertiam ſynodum (ut multis modis eſt probatum) in concilio videlicet Nicæno; qua non obſtante patres in Conſtantinopoli [g] non prohibuerunt facere unum ſymbolum: ergo apparet prohibitionem referri ad contrariam fidem, non ad declarationem veritatis. Ad hoc quod ipſi dixiſtis, quod ſymbolum Conſtantinopolitanum habet ſe ad Nicænum ut novum teſtamentum ad vetus, & Conſtantinopolitanum explicat quod erit in Nicæno implicite, ut novum vetus: dico quod noſtrum explicat quod erat in Ni- D cæno. Illam vero ſimilitudinem, per quam intelligitis duo tantum eſſe ſymbola, non accipimus: & quia pridie dixiſtis, quod erant duo ſymbola, & quod non erat ſymbolum apoſtolicum; probo contrarium, & hæc ſunt verba Leonis, ubi dicit [h]: Siquidem catholici ſymboli brevis & perfecta confeſſio, quæ duodecim apoſtolorum totidem eſt ſignata ſententiis, tam inſtructa eſt inſtructione cœleſti, ut omnes hæreticorum opiniones ſolo ipſius gladio poſſent detruncari: cujus ſymboli plenitudinem ſi Eutyches puro ac ſimplici corde voluiſſet concipere, in nullo a decretis ſanctiſſimi Nicæni concilii deviaret. Se- E cundo eſt teſtimonium Ambroſii, & ſcribit papæ Siricio [i], & dicit ſic: Sed ſi doctrinis non creditur ſacerdotum, credatur oraculis Chriſti, credatur monitis angelorum dicentium, quod non eſt impoſſibile apud Deum omne verbum. Credatur ſymbolo apoſtolorum, quod intactum eccleſia Romana ſervat. Accedat magnus Auguſtinus exponens ſymbolum apoſtolorum, & ponit de verbo ad verbum illud, & dicit, quod factum eſt ita breviter, quod omnes poſſent memoria retinere; & quod evangelia & prophetiæ & a-



a Julianus card. ſequitur textum Athanaſ. ad Africanos, ubi dicitur Arianos fuiſſe ducentos. Vide Baron. tom. 3. anno 359. num. 3.
b Non erat ſcilicet aliquando Chriſtus neque ut Deus. Sunt verba hæreticorum dānata in ſymbolo Nicæno, quæ verba dānationis volebāt Ariani auferri a ſymbolo Nicæno.
c Nimirum pro ipſis ſtabāt legati apoſt. qui præerant concilio, ut apud Baron. tom. 3. an. 359. num. 3.
d Quorum ſi alterum fiat, erit hoſtibus quidquid libet agendi libera facultas. Sic in epiſt. tom. 1. conc. edit. Colon. poſt concil. Ariminenſ.
e Epiſt. 6. to. 1. concil. ſub Damaſo.
f Unius eſſentiæ, ſive ſubſtantiæ, ſimul & Spiritus ſanctus. Sic in ea epiſt. citata.
g Non exiſtimarunt ſibi prohibitum eſſe.
h In epiſtola ad Pulcheriam Auguſtam ep. 96.
i Epiſt. 81. alias 7.

Collatio XIV.

A poſtolici actus implicite continentur; & dicit: Hæc eſt fides paucis verbis tenenda: in ipſo ſymbolo novellis Chriſtianis datur, & exponit quatuor: primo ad fideles; ſecundo ad hæreticos, tertio ad Judæos, quarto ad paganos: & aperit multa myſteria Dei pulchra. Unde invitat hæreticos, Judæos & gentiles ad ſuſceptionem hujus ſymboli, & dicit, quod tradatur novellis fidelibus, & quod ſine ipſo non eſt recta fides. Et advertendum, quod ſymbolum apoſtolorum eſt perfectius, id eſt magis completum quam Nicænum. In ſymbolo Nicæno non dicitur, quod Chriſtus eſt conceptus de Spiritu ſancto ex Maria virgine, quod eſt ita magnum & admirandum B myſterium. Item nihil dicitur de deſcenſu ad inferos, de ſanctorum communione, carnis reſurrectione, & multa alia, quæ ſunt in hoc ſymbolo. Deſinat veſtra paternitas dicere, quod non ſunt niſi duo ſymbola, [k] prohibita tot auctoritatibus generalibus. Et ſi quæris quando fuit traditum ſymbolum apoſtolorum, dico quod beatus Clemens poſt obitum Petri ſcripſit Jacobo [l] epiſtolam, & in illa epiſtola multas traditiones Petri apoſtoli commemorat, inter quas dicit hæc verba: Chriſto reſurgente & aſcendente in cœlum, miſſo Spiritu ſancto, collata apoſtolis ſcientia linguarum, adhuc in uno poſiti, ſymbolum quod nunc tenet fidelis eccleſia, C quiſque quod ſentiret & teneret, dicendo ediderunt; quatenus diſcedentes abinvicem, hanc regulam apud gentes [m] prædicarent. Et ſecundum hanc traditionem beati Petri in die pentecoſtes factum fuit hoc ſymbolum. Nec eſt veriſimile, quod eccleſia ſteterit trecentis annis a tempore aſcenſionis uſque ad concilium Nicænum ſine ſymbolo. Deinde reſpondeatis ad id quod dixi de ſexta ſynodo [n]. Vos dicitis, quod debet intelligi, ut nil fiat in everſionem, id eſt ipſius ſymboli: & dicitis, quod loquitur de iis quæ fuerunt diffinita in ſexto concilio; quaſi velitis intelligere, quod non prohibet diffinita in aliis concilis. Ego expediam me de iſtis, quia textus po- D nit verbum, everſio, poſt verbum, adjectionem doctrinis. Numquid per hoc non apparet, quod illa adjectio eſt prohibita, quæ fit ad everſionem? certe ſic. Ad ſecundam partem cum dicit ibi, eorum quæ diffinita ſunt, refert ſe ad omnia, & ad primum, & ſecundum, & tertium, & quintum, & ſextum concilia, quæ omnia fuerunt expoſita [o]. Et quod hæc verba, aliam fidem, ita intelligantur, beatus Gelaſius papa declarat, & fuit ſolenniſſimus doctor, fuit ante Gregorium, & dicit: Si quis ſecundum ſceleratos hæreticos quocumque modo, vel verbo, vel tempore, vel loco, terminos tranſmutans quos poſuerunt firmiter patres eccleſiæ & ſanctæ univerſales ſynodi, tentaverit temere E contravenire, & fidei alterius expoſitiones, aut leges, & diffinitiones, vel libellos, aut epiſtolas, aut teſtimonia falſa eccleſiaſticis regulis incognita, & ſi quid aliud quod impiiſſimis hæreticis ſolitum eſt agere, pro diabolica inſtigatione, callide, aut contra ſanctas orthodoxorum ſententias; ſi perſeveraverit hoc impie agens, in ſæcula ſæculorum ſit condemnatus, & dicat omnis populus, Fiat, fiat. Illa verba, id eſt, Noli [p] tranſgredi terminos patrum, in ſeptimo concilio de everſione intelliguntur, ſcilicet interpretationes contra ſen-



k Hoſt, deſinas dicere, cum prohibearis tot auctoritatibus.
l De qua ep. vide Baron. tom. 1. anno 102. num. 6. Turrianum adverſus Magdeburg. lib. 2. Poſſevin. in Appar. ſacro, verb. Clemens Romanus.
m prædicarent. [illegible] uſque verba Clementis.
n Action. 18.
o Supra.
p Act. 7. & in 6. ſynodo act. 18. in diffinit. non quod ibi aut hæc verba fuerint ſcripturæ, ſed quia ibi prohibetur interpretatio & additio ad everſionem dogmatum.

Collatio XIV.

tentias patrum. Deinde cum reſpondetis ad dictum meum ex epiſtola Cyrilli, dicat [a] quod hoc præceſſit diffinitiones. Ego dico, quod hæc reſponſio nihil valet, quia intelligentia verborum ſumitur ex cauſa dicendi. Unde cum beatus Cyrillus dicat, ſequi intentionem ſanctorum patrum, non debet intelligi niſi de ipſa intelligentia, non de verbis: alioquin videretur ſibi contrarius, aliter in epiſtolis, & aliter in diffinitionibus ſapiens. Item tota ſynodus dicit, quod ipſe ſapit idem cum fide Nicæna. Unde ipſa ſynodus quæ fecit prohibitionem, intelligit eſſe idem, quod ſenſu conſonat. Poſtea reſpondiſtis ad dictum meum de [b] ſeptima, ubi dixi, intentiones veritatis ſectantes: & dicitis, quod ille intellectus facit pro vobis, quia infra dicit: Nihil addentes vel minuentes. Dico, quod non poteſtis negare, quod debemus ſectari veritatem, non verba. Et illud quod putatis eſſe pro vobis, quia dicit, nil addentes, videas quod eſt contra te, quia ibi exponit fidem Nicænam & aliorum conciliorum, & loquitur de omnibus.

[a] Epheſinus ſcilicet.

[b] Diffinitione 7. ſynodi act. 7. cujus hæc ſunt verba: Intentionem veritatis ſectantes nihil addimus, nihil adimimus, ſed omnia quæ catholicæ ſunt eccleſiæ, immutilata ſervamus, & ſequentes ſancta ſex univerſalia concilia, &c.

Ephes. Inferiora quomodo intelliguntur?

Card. Inferiora intelliguntur per ſuperiora. Certum eſt, quod in aliis conciliis non fuit diffinitum de imaginibus, & ibi ſit; & tamen dicit ſynodus, quod nihil addit.

Ephes. Erat traditio eccleſiæ.

Card. Iſta diffinitio non erat facta in aliquo concilio, præterquam ſeptimo. Addit ergo, & tamen dicit quod nil addit. Unde oportet intelligere, quod nil addit contra veritatem, ſed quod erat in ſacra ſcriptura magis explicat. Demum reſpondiſtis ad dictum de beato Leone, & dicitis, quod Leo non fecit aliud ſymbolum. Ego reſpondeo, quod per verba prohibitiva, ſecundum ſenſum veſtrum, ita eſt prohibitum facere diffinitiones, ut ſymbolum; & nihilo minus Leo cum ſynodo Chalcedonenſi fecit aliam diffinitionem. Per hoc datur intelligi, quod prohibitio comprehendit contrarium ſymbolum & contrariam diffinitionem, quia cum prohibitio utrumque comprehendat, nonne utrumque erit prohibitum, vel utrumque permiſſum? Ad hoc quod dicitis, quod eccleſia Romana non fecit cum diligentia hanc additionem, dico contrarium, quia mature fecit ſequens veritatem & ſacras ſcripturas, doctores Græcos & Latinos. Et quia pridie dixiſtis, quod in hoc dogmate quod appoſuit, fecit tertium teſtamentum: dico, quod qui tollit hæc verba, tollit novum teſtamentum, imo & vetus: quia cum vetus ſit figura novi, ſi impugnatur novum, impugnatur & vetus, quia unum continetur in alio. Demum reſpondiſtis de Flaviano & epiſcopo Dorylæi, & dixiſtis, quod illud nihil prodeſt nobis, quia Flavianus non fecit ſymbolum, & [c] illi intelligebant, quod non licebat facere diffinitiones: & ideo male intelligebant, & ideo fuit revocata eorum ſententia. Ego dico, quod fuit cauſa revocationis, quia condemnata fuerat [d] veritas: deinde quia ipſi non bene intelligebant illam diffinitionem, quia intelligebant, nec in ſymbolo, nec extra licere addere. Concilium hunc ſenſum improbat, intelligens quod licet, dummodo non addatur contra veritatem. Et hoc declarat Diogenes [e] epiſcopus qui ibidem erat, qui reſpondit his verbis: Doloſe proponunt fidem Nicænam: illa enim additamenta recepit propter errores Macedonii. Unde ille intelligebat, quod ſymbolum recipit additamentum, ſi eſt conſonum veritati; & ſymbolum privatum & commune, dummodo fiat ad veritatem, non quod eſt contra veritatem, quia illud [f] nec ab eccleſia, nec ab alio poteſt fieri. Subdidiſtis deinde, quod ſicut evangelio, ita & ſymbolo non debet addi: & in hoc vos multum fundaſtis. Attendas bene, rogo, quia ſpero tollere omnem dubitationem. Verum eſt, quod in textu evangelii nullus fuit auſus addere aliud verbum, nec in ſcripturis aliorum ſanctorum. Nam ſi quis diceret: Chriſtus dixit tale verbum: ſi non dixit, diceret mendacium. Et ita eſt de epiſtolis Cyrilli & cujuſlibet doctoris, intelligendo de nuda voce verborum. Sed ſi Chriſtus appareret & diceret: Tale etiam verbum dixi, & apponatur in evangelio: numquid poſſet apponi? certe nullus dubitaret, quod ſic. Et ſi Joannes in Apocalypſi reviviſcendo apud nos voluiſſet addere, numquid non potuiſſet? Sic de beato Auguſtino, qui multa addidit ad librum de civitate Dei, cum revidit. Modo ſymbolum factum in Nicæa, & per apoſtolos factum, per eccleſiam, & auctoritate eccleſiæ [g]. Nam illa eccleſia quæ fuit tunc, eſt nunc, & uſque ad finem mundi: & ſic ſemper ipſa poteſt addere, quia iſta additio non fit ab extraneis, ſed ab ipſamet. Et quod dixi de eccleſia, idem eſt dicendum de habente poteſtatem univerſalis eccleſiæ, ut ſummus pontifex. Et quod ſummus pontifex habeat poteſtatem univerſalis eccleſiæ, clare probatur, & per evangelia, & per concilia, & ex ſanctis doctoribus Græcis & Latinis: & audiſtis in epiſtola [h] beati Liberii, qui dicit a domino habere hanc auctoritatem pro univerſali eccleſia decernendi veritatem. Et quia eſt alius articulus, nolo illum intrare, ſed cum erimus in illo, clare oſtendemus hoc.

[c] ſcilicet contrarii Flaviano,

[d] a contrarii Flaviano.

[e] In concilio Chalcedonenſi act. 1. ſub tit. libellus confeſſionis Eutychetis.

[f] ſcilicet diffinitione.

[g] Supple, intelligitur factum.

[h] Quæ eſt 13. ſup. cit.

Imper. De hac materia multoties dixiſtis, & non permiſiſtis, quod noſtri quid dicerent. Nam nos uno reſpectu volebamus præterire: ſed alio reſpectu, quia tangit nos, producemus jura noſtra, ſi vos permiſeritis nobis: nam in his non habemus inopiam.

Card. Si tua ſerenitas intellexiſſet totum, non dixiſſet hoc. Dixi, quod nunc nolo intrare materiam hanc, ſed erit tempus ad hoc: & dixi ſolum unum verbum, æquiparando eccleſiam ſummo pontifici. Et cum vos, domine Epheſine, allegaviſtis Vigilium, quod ibi ſunt duo quæ faciunt contra nos, quod in Conſtantinopolitano fuit declaratum, & poſtea fuit ſuſceptum [i]: dico quod hoc modicum prodeſt, quia habemus alibi, quod in hac ſynodo fuit declaratum hoc, videlicet in actione tertiæ ſynodi, ubi dicitur, quod Cyrillus magnam lucem præbuit ſymbolo, quod Neſtorius male intelligebat, fuit neceſſe ut Cyrillus & ſynodus melius declararent: nec fuit ſuſceptum ſolum ſymbolum, ſed declaratum, cum non ſit admiſſus Neſtorius ſecundum mera verba ſymboli Nicæni loquens, niſi illa duodecim capitula approbaret. Et in quinto concilio dicitur, quod Vigilius anathematizat eos, qui aliud quam ſymbolum ſapiunt. Hæc verba, aliud ſymbolum, ſi intelligeretur aliud, id eſt verbum, eſſet malus ſenſus, quia ſemper quod quis diceret verbum, incurret pœnas. Ergo quicumque diceret aliud verbum, eſſet anathema. Si intelligatur aliud, id eſt ſymbolum, dico quod intelligitur aliud, id eſt malum

[i] In concilio dicitur Chalcedonenſi; his ſequuntur card. replicare quæ ſupra dixerat, propterea videnda & ſuperius notata.



Anno Christi 1438.

lum vel corruptum, vel extra ſenſum pietatis: & hoc modo bene ſtat. Ad id quod ultimo petiiſtis depoſitum, dico, quod ſymbolum noſtrum eſt unum & idem, & quod patres ſanctæ Nicænæ ſynodi curarunt de veritate, & non de ſyllabis verbalibus; quia dicitur in tertia ſynodo, quod Nicæna ſynodus venit ad declarandam fidem; eccleſia noſtra dogma illud declarans, fidem declaravit Nicænæ ſynodi, & evangelicam, & apoſtolicam: ſi pax optatur, membra ſuo conveniant capiti, & Julii papæ [a] verbis inhærentes, qui his verbis utitur: Indignum eſt quemquam vel pontificum, vel alium, illam regulam refutare, quam vidit ſedem beati Petri docere & tenere. Multum convenit, ut totum eccleſiæ corpus in eadem obſervatione concordet cum ſede apoſtolica, ubi Chriſtus totius eccleſiæ poſuit principatum. Nonne clare conſpicitis, quod totum veſtræ contentionis fundamentum relidet, quia aſſeritis, prohibitionem in tertia ſynodo factam, cum primo etiam faſſi eſtis ante fuiſſe declaratum ſymbolum; & ego luce clarius oſtendi ante fuiſſe prohibitionem factam: & ſic neceſſario prohibitionem ſe extendere ad falſam fidem: niſi vellemus aſſerere, Conſtantinopolitani concilii patres affectos anathemate: quod nullus noſtrum admitteret. Nonne videtis, vos tantum duo aſſeruiſſe ſymbola, & nos tertium apoſtolorum clariſſime demonſtraſſe, & clare oſtendi Conſtantinopolitano ſymbolo verbum, De cœlis, deficere, cum quo verbo vos & nos cantamus ſymbolum? Liquet luce clarius prohibitionem non ſe ad verba & ſyllabas extendere, ſed ad diverſitatem ſenſus & contrarietatem fidei, ſine eo, quod etſi verbalis eſſet prohibita additio, cum hæc poſitivæ prohibitionis conſtitutio foret, ſole clarius oſtendi, eamdemmet eccleſiam, & ejuſdem eccleſiæ poteſtatem habentem ſummum pontificem, hac prohibitione aſtringi non poſſe; de quibus etſi aliqua corrigeremus, [b] nonne eccleſiæ poteſtatem auctoritatemve commiſceremus? Volui hoc proceſſu vobis ſatisfacere, & luce clarius oſtendere, patrum intentionem ſe non extendere niſi ad verba & ſyllabas fidem mutantia, non ad declarantia veritatem. Et quia ſpero, Spiritus ſancti gratia cito vincturos vos omnes eodem vinculo caritatis, aliis verbis exaſperare vos nolo; ſed tantum rogo ut habeamus reſpectum ad veritatem, & removeamus de animis noſtris quæ poſſent tollere cognitionem veritatis, & eam totis ſenſibus amplectamur.

[a] Epiſt. 1. in fine tom. 3. Conciliorum edit. Colonien.

[b] Id eſt, unde ſi de verbis ſymboli aliqua corrigeremus, & adimeremus, nempe Filioque, nonne commiſceremus & confunderemus eccleſiæ poteſtatem, quaſi non potuerit facere quod fecit?

And. Hora jam 23. pulſaverat, ingreſſa 24. cunctis frigore, inedia, attentione agitatis, finis extitit collocutionis diei illius.

Num. II.

Et impoſitus eſt quæſtioni propoſitæ verbalis additionis finis: & ut ad proceſſionis dubium converterentur patres, ordinatum extitit. Sed quia fuerat peſtis ſuſpicio, ne increbreſcentibus caloribus æſtatis proximæ inficeretur ſacer cœtus, concluſione facta de concilio Florentiam transferendo, ad Florentinum concilium proceſſionis materia eſt dilata: ſicque in cathedrali Ferrarienſi eccleſia ordine, modove, quo in œcumenici concilii declaratione convenerant, ſummo pontifice, Latinis Græcorumve patribus cum eorum imperatore præſentibus, infirmitate patriarcha abſente, legitimo tamen deſtinato mandato, decretum eſt, concilium de Ferrarienſi civitate ad civitatem Florentiam, Græcis annuentibus, eſſe tranſlatum. Decreti autem tranſlationis verba per dominum Antonium Portugallenſem epiſcopum in generali ſeſſione lecta, fuerunt hæc.

Collatio XIV.

## TRANSLATIO CONCILII FERRARIA FLORENTIAM.

*Eugenius epiſcopus ſervus ſervorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.*

Decet œcumenici concilii locum, ad quem viri electi ex toto Chriſtiano orbe conveniunt, in quo inter alia hominibus neceſſaria hoc potiſſimum ſit, aeris ſalubritas, ne ob infecti aeris contagionem peſtiferam, quam cuncti naturaliter timent, fugiunt & metuunt, hi qui in concilio præſentes ſunt, abire inde, re infecta, compellantur, abſentes vero illuc accedere recuſent. Expedit profecto eos qui ad res arduas in ſynodis pertractandas confluunt, omni alia cura, omnique timore vacuos eſſe, ut rebus publicis quietius liberiuſve intendant. Optaviſſemus idem ipſum univerſale concilium, quod in hac inchoavimus civitate, apud eamdem continuare, & in ea perfectam occidentalium & orientalium eccleſiarum unionem conſummare feliciter, & ibi finem optatum imponere, ubi initium dedimus. Et quamquam cum peſtis autumno proximo hanc urbem affligeret, a pleriſque inſtantia fieret, ut ſynodus ipſa ad locum transferretur non infectum: quia tamen, ſicut aſſolet, adveniente hieme, illa prorſus ſperabatur ceſſare, uſque ad hunc diem dilatum extitit. Cum vero illa in dies perſeveret, timeaturque veriſimiliter proximo vere atque æſtate vehementius invaleſcere, omnes judicant conſuluntque non modo utile, ſed neceſſarium fore, ut ad alium hoc morbo liberum confeſtim migrandum ſit locum.

Quocirca ex hac & nonnullis aliis rationabilibus cauſis, conſentientibus cariſſimo filio noſtro Joanne Palæologo Romæorum imperatore, & venerabili fratre noſtro Joſepho patriarcha Conſtantinopolitano, ſacro approbante concilio, ipſam œcumenicam ſeu univerſalem ſynodum ab hac civitate Ferrarienſi ad civitatem Florentinam, omnibus manifeſte liberam, ſecuram, pacificam & quietam, aeriſque ſalubritate lætantem, & ad quam inter Tyrrhenum Hadriaticumque mare optime ſitam, ab orientalibus & occidentalibus commode accedi poteſt, harum ſerie, in nomine ſanctæ Trinitatis Patris & Filii & Spiritus ſancti, exnunc transferimus, & tranſlatam eſſe decernimus, cum his plenis ſecuritatibus & ſalvis conductibus, quos initio hujus ſacri concilii præbuimus.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ tranſlationis & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum apoſtolorum ejus Petri & Pauli ſe noverit incurſurum.

Datum Ferrariæ in ſeſſione publica in eccleſia majori ſolenniter celebrata, anno incarnationis dominicæ 1438. quarto Idus Januarii, pontificatus noſtri anno 8.

And. Hac igitur in tranſlatione noſtram diei hu-

Collatio XIV.

ci hujus hiſtoriam, nova id ſuadente materia, terminabimus, ad diem alium redituri, quo Florentiæ catholicis diſputationibus declarata commemorabimus. Vale.

Lud. Et tu vale: in craſtinum, oro, hoc in loco juxta promiſſa convenias.

And. Fiet: iterum vale.

Lud. Felix i cariſſime frater.

*Antequam reliqua ex Andrea proſequamur, opportune hic juxta temporis ordinem epiſtolas Eugenii, quibus principes hortabatur ad concilium, inſerendas duximus.*

*Eugenius, &c. Cariſſimo in Chriſto filio Henrico regi Daciæ illuſtri ſalutem.*

Num. III.

Cum variæ nobis multiplicesque ſemper hactenus incubuerint ſolicitudines ad commiſſum deſuper officium paſtoralis curæ gregis dominici debite exequendum, magna & omni ex parte laudabilis ſolicitudo eſt viſa circa rom unionis orientalis eccleſiæ cum eccleſia occidentali, quæ pro Dei miſeratione noſtris temporibus eſt oblata: ad quam tractandam, ut dudum jam feliciter cœpimus, unionem, ac ipſo domino & Deo noſtro propitio obtinendam, totis animi & corporis viribus properamus. Et licet multos hactenus in ea re perpeſſi fuerimus labores, pluribus tamen anteactis menſibus immixta laboribus ipſis multa ob ſupervenientem in civitate Ferrarienſi peſtem ſubivimus etiam mortis pericula, quam ingentem ac continuo invaleſcentem, multis ac pene omnibus in eo loco pro œcumenico concilio exiſtentibus, locum alium propter hoc deſiderantibus, ea ratione inclinare ſuperſedimus, ut ſi forte per hiemis adventum, ut veriſimile erat, ea ceſſaret peſtis, inchoatam hujuſmodi unionem orientalis eccleſiæ in loco, ubi cœpta fuerat, ad optatum finem perduceremus.

Cum vero ea peſtis per ipſam hiemem, ut antea, perſeveraret, nullique amodo dubium videretur, quin per & æſtatem continuo invaleſceret; ne tantum & diebus noſtris incomparabile bonum ex hujuſmodi morbo peſtis intercipi, aut aliquo morbo turbari poſſet, & liberum eſſet omnibus pro Dei gloria in hoc œcumenico concilio in vinea domini ſabaoth collaborandi nobiſcum, utriuſque occidentalis & orientalis eccleſiæ accedente conſenſu, inde ſacrum œcumenicum concilium (prout ex copia translationis, quam hic mittimus interclusam, videre poteris) tranſtulimus ad civitatem Florentinam, locum quidem ad id idoneum, & ſemper alias, quoties de ipſo futuro concilio tractatum fuit, nominatum, tanquam omnibus nationibus & populis, ut audiebamus, valde gratum.

Ea autem translatione facta, & cedulis de noſtro & Romanæ curiæ diſceſſu, ex more, publico in loco affixis, iter ingreſſi, tandem duce domino ipſum Florentinam civitatem præſenti die applicuimus, ubi magna cum cleri & populi alacritate ſuſcepti fuimus. Quod tuæ celſitudini ad gaudium facimus notum, eamdem in domino exhortantes, ut poſtquam cœptum pridem pro dicta unione orientalis eccleſiæ, aliiſque maximis in Dei eccleſia bonis operibus, concilium œcumenicum, auctore Deo, eſt in loco ſalubri, tuto, libero, & omnibus populis nationibuſque grato; tuos oratores ad id mittere, ac prælatos in tuis dominiis conſtitutos, ut veniant, hortari velis, ne per tuam excellentiam aliqualiter deſit, quin utriuſque eccleſiæ unio cum ceteris ſanctis operibus inchoatis feliciter perficiatur. Datum Florentiæ anno incarnationis dominicæ 1438. &c.

Anno Christi 1438.

Similiter ſcriptum eſt regi Scotiæ, Ludovico comiti Palatino Rheni & duci [a] Bavariæ; marchioni Brandeburgenſi, duci Saxoniæ, Moguntinenſi Colonienſi, Trevirenſi, archiepiſcopis.

[a] In ſeſſ. 42. concil. Conſtantienſ. [illegible] Ludovicum ducem Bavariæ [illegible] Palatinum Rheni.

Num. IV.

*De ingreſſu Græcorum in civitatem Florentiæ.*

And. Quamvis ad conſtitutum locum feſtinus advenerim, tua me ſolicitudo prævenit.

Lud. Quæ pridie audivimus, ut præambula notionis Spiritus, magis ſenſum concitarunt quam foverunt. Erant meo ſenſu fidei non multum opportuna, [b] data notione proceſſus Spiritus ſancti, ut plurimum concitatus ex priſtinæ diei ſermonibus, ut ſequentia audirem, ad locum conſtitutum avide redii, ut faſtidium additionis, non divinum ſed poſitivum jus (ut tuo utar vocabulo) continens in gaudium convertamus, referas, oro, pollicitæ rei progreſſum.

[b] Data notione Spiritus ex Patre & Filio [illegible] ab uno principio [illegible] additionis [illegible] ſolum jus poſitivum [illegible]

And. Florentiæ cum ſummus pontifex maximus, imperator & patriarcha, Latinorum Græcorumve patres advenissent, diſputationum conſtituerunt progreſſum.

Lud. Oro, ante diſputationum certamina, ut referas quo ordine recepti ſunt Græci. Scio Florentinos cives in his receptionibus, ut appareant, curioſos.

And. Patriarcha, duobus ex cardinalibus, domino de Columna & domino Firmano, alias ſanctæ Mariæ in Via lata, diaconibus cardinalibus obviam extra portam euntibus, cum prælatorum multorum comitiva in civitate ductus, domum ſociatus eſt. Prævenit in veniendo imperatorem. Florentinos hoc ſpeciale eo die feciſſe conſpectum eſt, quod pro tunc officiales, quos dominos vocant, ad ſedile quoddam ante eorum palatium deſcenderunt, expectaruntque quouſque patriarcha tranſiens ad eos advenerit: quo adveniente ſurgentibus, interprete Leonardo Aretino dominii eorum cancellario, in Græco plurima dixere: quo abeunte, palatium ingreſſi ſunt. Nulla adfuerunt ſpectacula, cum feſtus dies non fuerit: nam ſcitis gentes illas feſto in die jucundiſſimas, diebus vero aliis exercitio indefeſſo vacare. Sed quia imperator die feſto advenerat, ac Dominico carniſprivii civitatem ingreſſus eſt, magnum apparatum fecerant, & hominum ac mulierum concurſus per ſtratas ſingulas. Potiſſime namque civitatis illius exhibitio, eſt ornatarum dominarum & virorum, ut me melius noſcis: pluvia tamen ſpectaculi pompam abſtulit. Venit namque ex inſperato, quam primum limina civitatis imperator ingreſſus eſt, pluvia tam grandis, ut receptui ſe quælibet pompa dederit: quinimo viarum conſtitutus ordo, nimborum turbine, ſervatus non extitit, ſed breviori celeriorive calle domum perductus eſt. Et quod mirandum magis extitit, quam primum limina domus ingreſſus eſt, ceſſavit pluvia. Advenerunt & cardinales omnes ad portam civitatis, qui cum cum turbine illo plurimum madefacti domum aſſociarunt; Domini



Anno Christi 1439.

civitatis ad portam civitatis pedites advenere, eidemque per eorum cancellarium Leonardum Aretinum multa dixere, quibus gratiſſimum ejus adventum recipere commemorarunt: pluvia hac impediente, nullum habitum eſt ex novitate ſpectaculum.

Ordinatum eſt, ut diſputationes progreſſum acciperent: Græcis tamen volentibus particularem quamdam conventionem, facta eſt, antequam in publicum prodirent: de qua & mentionem non facerem, cum publica tantum geſta adſcribere diſpoſuerim. Sed quia præambulum extitit publicarum referendarum diſputationum, de ea verba faciam. Petiti ſunt 40. ex noſtris, & ex Græcis totidem, ut ad certam venirent colloquium: convenientibuſque cunctis in palatio apoſtolico ſecreto in conventu, ſummo pontifice, imperatore, octuaginta aliis, dominus ſanctæ Sabinæ, ſancti Angeli cognominatus, hæc in medium protulit.

Card. [a] Viri fratres, hactenus multa dicta ſunt: videtur admodum ſupervacuum in his inſiſtere, ſed veniendum ad proceſſionis Spiritus declarandam doctrinam. Imperator vero reſpondit, quod arbitratur aliquod medium eſſe inventum, ſed per deventum ad diſputationem proceſſionis Spiritus ſancti, non intendit a prima recedere. Cui per reverendiſſimum dominum reſponſum eſt, quod omni tempore, ſi de qua re in ea dubitaverint, eiſdem pleniſſime ſatisfiet: conveneruntque ut 2. Martii fieret conventio publica.

[a] Hanc allocutionem cardin. facit 1. ſeſſ. Florentiæ habitam Græcus ſcriptor ſeſſ. 17.

## NOTÆ HORATII JUSTINIANI

### AD DECIMAMQUARTAM COLLATIONEM.

1 *Concilii.*] Concilii Chalcedonenſis actione 5. alias 6. his verbis: *Diffinit ſancta ſynodus, alteram fidem nulli licere proferre, aut conſcribere vel componere, aut ſentire, aut alias docere: eos autem qui audent componere fidem alteram, aut proferre, aut docere, aut tradere alterum ſymbolum*, &c. Eadem ſunt verba ſextæ ſynodi actione 18. quæ & magis ponderat hic Epheſius, quæ ſic ſe habent: *Diffinimus aliam fidem nulli licere proferre aut conſcribere, componere aut ſapere, vel etiam aliter docere.*

2 *Prohibitionem.*] Nimirum ſymbolum Conſtantinopolitanum factum fuerat ante concilium Epheſinum, & ſic ante prohibitionem. Quæ reſponſio non ſolvit argumentum. Etenim ultra ea quæ dixit cardinalis, cum concilium Epheſinum prohibeat omne aliud ſymbolum præter Nicænum, ſi prohibitio tendit etiam ad verba addita, quamvis vera, ſequeretur quod prohiberet etiam Conſtantinopolitanum.

4 *Sexti concilii.*] Actione 18. Qui vero præſumpſerit fidem alteram componere, vel proferre, vel docere, vel tradere aliud ſymbolum volentibus converti; aut qui novitatem vocis vel ſermonis adinventionem, ad ſubverſionem eorum quæ nunc a nobis determinata ſunt, introducere, &c.

4 *Terminatorum.*] Id eſt, intelligitur prohibitio, & reſpicit non ſolum ipſam terminationem fidei, ſed etiam omnes terminos in ea prohibitione diſtinctos; nempe immutare, innovare voces, ſyllabas, &c. ut in præfatis conciliis & epiſtola ſancti Cyrilli ſupra ſæpe citatis.

5 *Fide.*] Id eſt, diffinitionem fecit eorum quæ ſunt fidei, ſed non diſtinxit in lege prohibitionis: quod ille ſolum tranſgredi intelligeretur, qui mutaret ſenſum, non autem verba.

6 *Conaretur.*] Deeſt aliquid, ſed ſenſus eſt: Qui conaretur non obſtante quocumque termino prohibitionis dictam additionem, ſeu dictionem, Filioque, trahere & accommodare, poſſet etiam dicere, quod liceret immutare ipſam diffinitionem in dogmatibus fidei ex vi ipſius prohibitionis, quæ æqualiter fertur ad ſyllabas & ſubſtantiam fidei.

7 *Septimi.*] Septima ſynodus actione 7. in diffinitione cujus hæc ſunt verba hic confuſe relata: *Igitur cum diligentia perſcrutantes & diſcutientes, & intentionem veritatis ſectantes, nihil detrahimus, nihil addimus.*

Collatio XIV.

8 *Legerentur.*] Argumentum Latinorum obſcure replicat hic Epheſinus: ſed ſenſus clare colligitur ex 1. actione concilii Chalcedonenſis IV. in ordine, in qua narratur, quod Eutyches hæreticus recitata fide & ſymbolo Nicæno, quia in eo non damnabatur expreſſe ejus hæreſis, dicebat ſe adhærere prohibitioni concilii Epheſini, & nolle aliquid credere ultra fidem Nicænam, ſed in ea velle vivere & mori. Contra Eutychem exclamavit Euſebius Dorylæi, mentitum eſſe affirmans, quia non extabat hic canon Epheſini concilii de non addendo fidei Nicænæ, ſi opus eſſet, ad hæreſum damnationem. Dioſcorus defenſor Eutychetis contradixit Euſebio, eumque una cum Flaviano depoſuit, tanquam tranſgreſſores concilii Epheſini. Dum hæc legerentur in generali concilio Chalcedonenſi, damnati fuere Dioſcorus & Eutyches, & laudati Euſebius & Flavianus. Hinc optime Latini in hoc Florentino concilio inferebant, poſſe addi ſymbolo urgente neceſſitate, nec ideo fieri contra prohibitionem Epheſini concilii. Hoc eſt argumentum, quod refert Epheſius, & cui nil apte reſpondit.

9 *Obſtat.*] Nil obſtat dictum Flaviani aſſerentis Chriſtum habuiſſe duas naturas ſecundum rectam fidem. Nam nec intentioni, nec dictionibus ſymboli Nicæni addidit: & qui eum condemnarunt, tanquam addidiſſet, erratunt ab æquivoco: nam ipſe non addidit ſymbolo, ſed extra ſymbolum explicabat fidem catholicam.

10 *Non ſemper.*] Non ſunt verba Vigilii, ſed Eutychis in ſua profeſſione fidei quam miſit Vigilio, & quam ipſe Vigilius in epiſtola ſua refert & approbat: propterea ut verba Vigilii afferuntur ab Epheſio. Extat autem hæc epiſtola in actis quintæ ſynodi collatione 1. in fine.

11 *Dixiſſet.*] Id eſt, Quomodo Vigilius in epiſtola citata dixiſſet, non aliud ſymbolum præter iſtud, ſi voluiſſet dicere contrarium? Latius enim patent verba, præter iſtud, quam contrarium. Etenim mutans ſyllabas in ſymbolo, dicitur facere præter iſtud ſymbolum, quamvis non faciat contrarium in ſenſu.

12 *Diſpenſationem.*] Sic apud Græcum ſcriptorem ſeſſ. 15. *Prudenti diſpenſatione additum eſt, eadem pariter tollatur, ut recipiatis fratres dolore excruciatos, & caritatem tanti facientes.*

13 *Sapientibus.*) Legendum non ſolum de ſapientibus, ſed & de loquentibus. Nimirum invehitur in Græcos contendentes, verba diffinitionis extendi non ſolum ad mutationem ſenſus, ſed & verborum.

14 *Chalcedonenſe.*] Actione 15. canone 28. qui eſt apocryphus, ut probat Baronius annalium tom. 6. anno Chriſti 451. num. 136. ſed argumentum Juliani cardinalis habet robur ad hominem, nimirum contra Græcos, qui canonem illum recipiunt: & tandem prævaluit in eccleſia præcedentia ſedis Conſtantinopolitanæ, ut infra dicetur nota 21. collationis 22.

## COLLATIO DECIMAQUINTA.

### QUÆ EST PRIMA FLORENTIÆ

habita die 2. menſis Martii.

*Auctoritatibus ſanctorum patrum Epiphanii & Baſilii probatur, Spiritum ſanctum procedere a Patre & Filio.*

And. Primo [b] in conventu Florentiæ convenientibus cunctis ordine & modo, quo Ferrariæ relatum eſt, in quo nec imperator, nec patriarcha interfuit, incepit provincialis Lombardiæ hoc modo.

[b] Hanc Græcus ſcriptor facit ſecundam ſeſſionem Florentiæ habitam, quæ apud eum eſt ſeſſ. 18. in ordine.

Provinc. Cum benedictione ſanctiſſimi domini noſtri, injunctum ſatisfaciendi & diſputandi officium de ea quæ in nobis eſt fide proceſſionis Spiritus ſancti ſuſcipiens, ubi juxta ſententiam beati Auguſtini in primo de Trinitate, cum modeſtia & timore agendum eſt, & attentiſſimis auribus & devotis audiendum. In primis ſi aliquid minus perite & parum caute a me dictum vel expoſitum fuerit, emendari cupio ab eadem ſanctitate, quæ Petri & fidem & ſedem tenet, & etiam a reverendiſſimis patribus & dominis meis aſſiſtentibus. Conſequenter vero cum

COLLATIO XV.

ro cum inter nos divina tractari cœperint, nec debeat verborum eſſe litigium, ſed exquiſita verborum veritas, ſpem in illum concipiendam cenſemus, qui mentem illuminat & inducit in omnem, ſicut Dei Filius promiſit, veritatem. Sic enim ſperamus in Dei benignitate, quoniam qui voluit hujuſmodi cauſam de proceſſione Spiritus ſancti in præſenti ſacra & œcumenica ſynodo moveri, per eumdem Spiritum concedere habet, ut cum omni manſuetudine & modeſtia ipſius veritas clareat, & inſtruantur omnes ſine ſchiſmate & contentione veritatis, ut tandem uno ore, uno corde idipſum juxta ſententiam apoſtoli omnes dicamus, & ſicut unus eſt Chriſtus & una fides, ita ſimus in una fide, idem in Chriſto corpus. Nunc, his præmiſſis, ad rem ipſam venio; & in primis tria notificanda ſunt. Primum, cum ſereniſſimus imperator primum in una congregatione coram omnibus deputatis dixerit, quod ſi veniebamus ad iſtum articulum proceſſionis, non tamen habeat primam materiam additionis pro derelicta, cum adhuc aliqua haberent producenda in illa materia. Nos, quemadmodum reverendiſſimus dominus ſanctæ Sabinæ dixit, & nunc ſecundo dicimus, quod ſemper ſumus parati ad audiendum in eadem materia quæ voluerint allegare, ſperantes in Domino ita eis ſatisfacere, prout in aliis ſatiſfactum eſt; & ſic de hujuſmodi oblatione & nunc & ſemper proteſtamur. Verum quia pro faciliori expeditione, tam ſanctiſſimo domino noſtro, quam & ſuæ ſerenitati placuit, ut illa omiſſa, tranſiremus ad hanc: notificamus ſecundum, videlicet quod quia ſereniſſimus imperator ſæpius Ferrariæ in hujuſmodi collationibus dixit, quod ſibi videbatur pro faciliori expeditione, ut non faceremus prolixos ſermones, ſed de argumento in argumentum, de teſtimonio in teſtimonium, ſeu de capitulo in capitulum procederemus, quemadmodum & vos, reverendi patres, quandoque idem dixiſtis: volens ſanctiſſimus dominus noſter morem gerere ſuæ ſerenitati & iſtis patribus, etiam conſiderans quod materiæ per hunc modum facilius expediuntur, contentatur ut in ſequentibus & in præſenti diſputatione hunc teneamus modum. Tertio videtur inter nos hoc eſſe firmandum, ut habeamus in præſentibus diſcuſſionibus teſtimonia ſcripturarum & ſanctorum patrum, qui ab eccleſia admittuntur, poſt rationes quæ adjicientur, ut terminos noſtræ diſputationis, quos non liceat præterire, nec arguenti, nec reſpondenti. Et hoc edocemur a ſanctis patribus, maxime a beatiſſimo Agathone papa in epiſtola ad Conſtantinum imperatorem in ſexta œcumenica ſynodo [a], in qua de ſuis apocriſariis loquens, ſic dixit: Quibus apocriſariis & teſtimonia aliquorum ſanctorum patrum, quos apoſtolica ſedes ſuſcipit, cum eorum libris tradidimus, ut facultatem ſuggerendi a Chriſtianiſſimo imperio tuo conſecuti, ex his dumtaxat ſatisfacere ſtudeant. Idem ajunt ſancti patres concilii Chalcedonenſis in allocutione habita ad Marcianum [b], quæ incipit: Et hoc profecto veſtrum decebat imperium: ubi de epiſtola Leonis ad Flavianum ſic loquuntur: Non igitur admirandi Romanæ urbis præſulis epiſtolam velut innovationis offendiculum criminentur, ſed ſi non eſt divinis ſcripturis coaptata, redarguant; ſi non præcedentium patrum ſententiis combinata: & infra: Atque ut nulla his qui apoſtolicum virum lacerant, in civitate relinquatur occaſio, conſonantia epiſtolæ ejus ſanctorum patrum teſtimonia adcertiorem notitiam veſtræ pietatis ex multis pauca mittimus. His præmiſſis ad rem propriam deſcendens, cum in qualibet *diſputat: quid ſemper præponatur, cum de proceſſione Spiritus ſancti ſermo inter nos eſſe debeat. Inquirimus primo a vobis, quid per nomen proceſſionis intelligatur aut in humanis, aut in divinis. Et cauſa inquiſitionis eſt hæc, quia juxta ſententiam beati Dionyſii in libro de divinis nominibus [c], ex creaturis Deum ipſum nominamus: & in ſcriptura ſacra hoc nomen, proceſſio, nedum Spiritui ſancto, ſed & Filio tribuitur. Dicitur Joannis 8. *Ego ex Deo proceſſi, & veni*: & de Spiritu ſancto dicitur, quod ex Patre procedit. Et hoc pro tanto dictum eſt, quod credimus, quod inter omnes alias materias hanc primam, videlicet, potiſſimam habere debeatis. Dicatis, ſi quid vultis.

a Actione 4.

b Part. 3. initio.

Anno Christi 1439.

* legendum diſputatione.

c Cap. 2.

ANDREAS. Collocuti ſunt parum adinvicem Græci, demum unus illorum locutus eſt.

EPHES. Reverendi patres & domini, ad prima quidem quæ dicta ſunt per reverendum patrem, cum extra materiam rei propoſitæ ſint, & etiam utriſque nobis eadem videantur, per hoc non eſt opportunum reſpondere ad omnia impræſentiarum particulariter. Verum ad inquiſitionem illam nobis propoſitam per vos, reſpondemus hoc, quod nomen proceſſionis diverſe & in humanis & in divinis dicitur. Nam convenit hoc in divinis duabus proceſſionibus divinarum perſonarum, maxime autem & proprie ſecundum theologiæ rationem, de proceſſione Spiritus ſancti a Patre dicitur, & in ſacra ſcriptura & apud omnes ſanctos eccleſiæ etiam hoc nomine diſtinguitur & diſcernitur proceſſus eſſentialis Spiritus ſancti a Patre a proceſſu Filii a Patre. Nam quidem alia harum proceſſionum dicitur nativitas, alia proceſſio. Multa denique iſtorum nominum & proprie & communiter de aliquibus prædicantur, propterea non eſt mirandum, ſi hoc verbum proceſſionis aliquando, ſed raro, de proceſſu Filii a Patre dicitur. Deinde vox [d] illa, *Exivi a Patre*, aliud quidem ſignificat, quam, Ego proceſſi de Patre: nihilo minus modus proceſſionis Spiritus a Patre ineffabilis & incomprehenſibilis apud theologos nuncupatur, cum modus nativitatis apud nos notiſſimus ſit. Propterea de proceſſu hoc Damaſcenus dicit: Alius modus exiſtentiæ hic incomprehenſibilis, alius quam nativitas Filii. Hæc ſunt, quæ volui reſpondere.

d Joan. 16. *Exivi a Deo, & veni*: & Joan. 8. *ex Deo proceſſi*.

PROVINC. Intelleximus proceſſum in divinis ex reſponſo, ex qua reſponſione tria eliciuntur. Primum, quod nomen proceſſionis in divinis eſt commune Filio & Spiritui ſancto. Secundum, quod magis proprium eſt Spiritus ſancti quam Filii. Et cauſa eſt, quia proceſſio per modum verbi eſt magis nota nobis, quam ex parte voluntatis: ideo nomen proceſſionis tribuitur Spiritui ſancto. Tertium eſt, quod proceſſio dicitur eſſentialis. Modo quæro de iſto tertio, cum in perſonis divinis non reperiatur niſi eſſentia & proprietas, ſeu relatio: quid eſt hoc dictu, quod proceſſio eſt eſſentialis in perſona divina? Eſtne accipere eſſentiam, eſſe, ſeu ſubſtantiam ab alia? Quia proceſſio videtur eſſe egreſſus. Si autem eſt proceſſus eſſentialis, tunc Spiritus capit eſſentiam a Patre: & cum eſſe ſit idem quod eſſentia, idem igitur ſunt penitus altero ſumpto. Quæro, ſi ſic intelligitis illam proceſſionem eſſentialem, dicatis, ut concludamus.

EPHES.



ANNO CHRISTI 1439.

EPHES. Talem intelligo proceſſionem Spiritus a Patre, per quam Spiritus accipit eſſe a Patre, & omne [a] quod eſt, proprie dicitur Spiritus ſanctus.

a Forte, quod eſt, & proprie dicitur. Id.

PROVINC. Placet, habemus hanc concluſionem, quod accipere Spiritum ſanctum procedere a Patre, eſt eſſe reale. Tunc dico ſic. A quo Spiritus ſanctus in divinis accipit eſſe, ab illo dicitur procedere: ſed dicitur, quod Spiritus ſanctus accipit eſſe a Filio: ergo Spiritus ſanctus procedit a Filio in propria ſignificatione proceſſionis, ut dixiſtis. Quod autem Spiritus accipiat eſſe a Filio, hoc poteſt oſtendi multis teſtimoniis. Dicatis.

EPHES. Nos primum jam concedimus, ſed ultimum negamus; & adeo petimus ut oſtendatis, quod Spiritus ſanctus accipit eſſe a Filio.

PROV. Placet quod dictum eſt, quia jam concludemus, quod Spiritus ſanctus accipiat eſſe a Filio. Primo oſtenditur ex auctoritate ſancti Epiphanii, qui in quodam opere vocato Anchorato, quam auctoritatem tranſcripſit generalis Camaldulenſis ex libro Græco. Primo dicit [b] ſic: Pater Filium vocat eum qui ex ipſo eſt, Spiritum vero ſanctum, qui ſolus ab utroque eſt: modo ſi Spiritus eſt ab utroque, ergo accipit eſſe. Item in eo opere hoc dicit: Quemadmodum nemo novit Patrem niſi Filius, nec Filium niſi Pater; ſic [c] audeo dicere: nec Spiritum ſanctum quis novit niſi Pater, & Filius a quo recipit, & a quo procedit: nec Filium, nec Patrem, niſi Spiritus ſanctus, qui glorificat veraciter, qui docet omnia, qui a Patre & Filio eſt. Ex hac auctoritate ſanctus Epiphanius pro eodem accipit procedere a Patre, procedere a Filio, & eſſe ab utroque. Ergo ex hoc teſtimonio habeo, quod Spiritus capit eſſe a Filio. Dicatis ad hanc auctoritatem.

b In Anchorato num. 71. initio.

c Num. 73. ex Græco textu, quamvis ibi tranſlatio Latina in editione Pariſ. e regione poſita non ad verbum transferat.

EPHES. Cum pollicitus fueris probare Spiritum accipere eſſe a Filio, nullatenus facere potuiſti, nec produxiſti aliquid jacens apud aliquem doctorem eccleſiæ; nec ab aliquo colligitur. Nam ſi Spiritus ſanctus eſt a Filio, non propter hoc procedit a Filio. Nam eſſe multipliciter dicitur, nec eſt neceſſarium, quod omne quod eſt ab aliquo, ab ipſo habeat eſſe, ut concludis. Quod dixiſti, auctoritas ultima beati Epiphanii nedum non opitulatur, ſed facit contra vos. Non enim ſanctus Epiphanius dixit Spiritum accipere eſſe a Filio, ſed accipere a Filio. Hoc autem ipſe dixit, habita occaſione evangelii, in quo Dominus dixit: *A me recipit, & annunciat vobis*. Unde manifeſtum videtur, ſanctum Epiphanium non habuiſſe intentionem ut dicitis. Nam ſi ille habuiſſet intentionem veſtram, dixiſſet ſic, quod nemo noſcit Patrem & Filium, niſi Spiritus ſanctus, a quibus procedit & accipit: hoc modo monſtraſſet eſſe idem, accipere & eſſe. Cum autem diſtinguit per pronomen, & inducit, videlicet a quo procedit, & a quo accipit; ſignificat diverſum eſſe, procedere & accipere; & quod procedere ſignificat ſubſiſtentiam ſibi a Patre, accipere autem conſonantiam & æqualitatem & conglorificationem ad Patrem & Filium, ſecundum quam ipſe Spiritus annunciat diſcipulis quæ ſunt enuncianda, habita occaſione a Filio. Ergo nihil facit hæc auctoritas ad propoſitum, a neutro horum concluditur Spiritum accipere eſſe a Patre & Filio. Hoc conteſtantur mihi beatus Cyrillus & Chryſoſtomus, quorum beatus Joannes Chryſoſtomus [d] exponens auctoritatem evangelicam, Spiritum accipere a Filio dicit: *Accipiet a me*; hoc eſt, a quibus ego dixi, id eſt mea ſcientia; videlicet, conſona ei dicet. Beatus autem Cyrillus in Theſauris [e] camdem annotationem exponens, dicit: Non enim naturæ ſignificabat differentiam ſui & Spiritus, dicens Filius, quod a me accipiet, & annunciabit vobis: ſed quod uteretur verbis illius propter ſubſtantiæ identitatem, & omnino ejuſdem naturæ æqualitatem, & ejuſdem honoris. Cum autem patres [f] intellexerint, quod de verbis dicitur, Spiritum accipere a Filio, & annunciare apoſtolis; non utique ab hac voce poſſumus capere, Spiritum accipere eſſe a Filio.

Joan. 16.

COLLATIO XV.

d Homil. 78. in Joan.

e Cap. 14.

f Ita intellexerint illa verba.

PROV. Audivimus quæ dixiſti, volens tollere ſenſum illius ſancti viri Epiphanii. Sed nunc volo inſtare, quod illa ſit intentio Epiphanii, quam dixit: unam rem eſſe ab alia, non alio modo poteſt intelligi, niſi ut capit eſſe ſuum, quod eſt ab illa. Nos dicimus, & beatus Dionyſius in capite 2. de divinis nominibus, quod creaturæ ſunt a Deo. Modo quæro a vobis, ſi per hoc quod creaturæ ſunt a Deo, intelligitur quod capiant eſſe a Deo.

EPHES. Hoc ita ſeſe habere dicitur: ſed propter hoc non ſequitur, quod omne quod eſt ab alio, ergo accipit eſſe ab illo.

PROV. Confitemini, creatura eſt a Deo, ergo accipit eſſe a Deo?

EPHES. Confitemur de creaturis, quia per eum modum dicuntur eſſe, quo modo capiunt eſſe.

PROV. Datis rationem in creaturis, nunc in dicto Epiphanii, cum dicit, Spiritus eſt a Filio, verbum iſtud, eſt, importat eſſe: aut importat illud eſſe quod accipit a Filio, aut aliud: non eſt dicendum, quod importat eſſe extraneum a Patre. Ergo neceſſe videtur concludendum, quod accipiat illud eſſe, quod habet Pater, quia unum eſſe eſt in divinis nominibus: & iſtud eſſe capitur, cum dicitur, eſt a Filio. Secundo Epiphanius in hoc dicto præmittit duo dicta evangelii.

EPHES. Diſcutiamus hanc primam auctoritatem.

PROV. Volo hanc auctoritatem dicere, quia dictum eſt in eodem contextu.

EPHES. Legatur auctoritas.

PROV. Eam dixi ad literam.

EPHES. Legatur, quia ille liber apud nos habetur ſuſpectus.

PROV. Volo inſtare, quod ubicumque reperitur, eſt Spiritus, ſequitur, ergo capit eſſe a Filio.

EPHES. Legatur.

PROV. Præſupponatis, quod ita ſit, & liber venieț [g]: & vos conceſſiſtis, quod eſt a Filio, ſed non capit eſſe. Nos mittimus pro libro: medio tempore præſupponamus hanc auctoritatem. Nemo novit Spiritum, niſi Pater & Filius, a quo procedit & a quo accipit. Sic ergo modo continuando dicit ſic: Nec Filium, nec Patrem quis novit, niſi Spiritus, qui veraciter glorificat, qui docet omnia, qui a Patre & Filio eſt; etiam quod primo dixerat, accipit, nunc dicit eſt: & cum in divinis ſit unum eſſe, & hoc verbum, eſt, deſignet eſſe: ergo id capit a Filio, [h] & neceſſe oporteret dicere; ſi hoc non eſſet, quod eſſet a Filio, prout creaturæ a Deo,

g Prout allatus fuit, ut infra hac eadem collatione.

h Id eſt, & neceſſe eſt ita dicere: alias eſſet ſenſus, quod eſſet a Filio, ut creatura.

quod

Collatio XV.

quod hæc ſit ſententia Epiphanii, quod per verbum, eſt, intelligat accipere eſſentiam; ita dicit in eodem Anchorato parum ſupra. Spiritus ſanctus ſemper non natus, non factus, non confrater, non avus, ſed de ſubſtantia eſt Patris & Filii: ergo per verbum, eſt, non poteſt intelligi, niſi quod accipit eſſe.

Ephes. Dicitis, reverende pater, quod quia Spiritus ſanctus dicitur eſſe a Patre & Filio, ergo habet eſſe a Patre & Filio: intelligitiſne per hunc modum, ut quando dicitur Spiritum eſſe a Patre, intelligatur a perſona Patris: quando a Filio, a perſona Filii: quando ab utroque, a perſona utriuſque?

Prov. Dico, quod cum dicimus eſſe a Patre, intelligo, ut a perſona Patris: idem cum dicitur a Filio, & a perſona Filii, quando dicitur ab utroque, in quantum ſunt unum principium, quia principium Patris communicatur a Patre in Filium, & eſt unum & idem.

Ephes. Dum intelligitis, Spiritum eſſe a Patre, id eſt a perſona Patris; & cum a Filio, & a perſona Filii; cum dicitis Spiritum ab utroque, quid poteſt intelligi, niſi a duabus perſonis? Maneat hoc pro nunc. Cum audivimus Spiritum a Patre, & habeat eſſentiam ab eodem, hoc inquirendum eſt in perſona Filii, tum confiteamini pari modo Spiritum procedere a Filio & a Patre, nunquid audiendo Spiritum eſſe a Filio, intelligitis quod capiat eſſe?

Prov. Nos cum intelligimus, quod eſt a Patre, intelligimus, capit eſſe a Patre. Et cum dicimus ſimili modo, quod eſt a Filio, capit eſſe a Filio, qui habet unam ſubſtantiam cum Patre: & bonum eſt, ut non recedamus a primo argumento, videlicet quod accipere eſſe, ſit habere eſſe, ne recedamus a materia ſpitationis.

Ephes. Nunc nos non inquirimus de auctoritate, an Spiritus accipiat a Patre vel a Filio, ſed de eo quod dicitis, quod procedit de utroque.

Prov. Videamus, cum dicitur, eſt ab utroque, utrum per hoc debeamus dicere, quod accipiat eſſe; ſeu dicatur a Patre vel Filio, vel ab utroque: quod eſt clavis intelligentiæ.

Ephes. De hoc inquirendo nos ante petivimus, & conceſſiſtis, quod cum dicitur, Spiritus eſt a Patre, capit eſſe a perſona Patris. Videamus quid ſequitur ab hac conceſſione. Magnus Baſilius in ſermonibus quos fecit contra Eunomium [a], cum haberet rationem loquendi de proceſſione, hæc dicit: Generat Deus, non ut homo, ſed veraciter generat; & id quod generatur ab eodem, eſt verbum non humanum; & emittit Spiritum per os, non ut eſt humanum, cum nec os corporaliter ſit apud Deum: ab eodem autem Spiritus, non aliunde. Si autem cum audivimus ab ipſo eſſe Spiritum, neceſſario intelligimus eſſe ab eadem perſona, jam clare Baſilius declaravit, a perſona Patris tantum eſſe, non a Filio.

a Contra Eunomium lib. 5. §. Nec enim.

Prov. Quod dicitis, non videtur ex illis verbis inferri: imo dicit ſic Baſilius in 3. libro contra Eunomium [b], quod Spiritus ſanctus accipit eſſe a Filio: & eſt hic liber antiquiſſimus. Præterea in eo quod nunc dixiſti ex Baſilio, quod generat Pater, non ut homo, & quod mittitur Spiritus a Patre, ut a Dei ore; confitemur quod Deus non habeat os, niſi per ſimilitudinem, & metaphorice eſt locutus, quia in divinis ſcripturis Spiritus oris eſt idem quod procedens a verbo: & ſic intelligendo, cum dicitur Spiritus oris ejus, verba hæc ad noſtrum faciunt propoſitum. Sed id etiam quod dicit Baſilius in loco allegato per me, bene facit ad propoſitum.

b Lib. 3. initio.

Anno Christi 1439.

Ephes. Inquiramus primo de his quæ dicta ſunt, poſtea procedemus ad aliam auctoritatem.

Prov. Iſta eſt confirmatio primæ auctoritatis, & legatur, contra Eunomium [c]: Quæ neceſſitas eſt, quod Spiritus cum ſit tertius in perſona, ſit tertius in eſſentia: dignitate quidem ſecundus eſt a Filio, ab ipſo habens eſſe, & ab ipſo accipiens, & annuncians nobis. Hæc auctoritas eſt confirmatio primæ.

c Lib. 5. initio, & [illegible] apud Græcos ſcriptores [illegible].

Ephes. Ad hanc poſtea reſpondebimus, nunc inquirendum eſt de illo quod primo propoſuiſtis. Quærimus a paternitate veſtra, ſi beatus Baſilius cum dicit, Generat Deus Filium, & ab ipſo generatur verbum, & emittit Spiritum per os, quid vult ſignificare cum dicit, quod Pater generat a ſe: ſignificat, an ab eſſentia ſua, vel a perſona ſua? & cum dicit, Emittit Spiritum per os ejus, ſignificat ab eſſentia ſua, vel a perſona ſua? quid ſignet hoc verbum a ſe; explana nobis.

Prov. Si reſponderetis ad argumentum, quod eſſe & eſt ſint idem, poſſem vobis reſpondere. Reſpondeatis ad quæſitum, quod emanat ex auctoritate Epiphanii. Id quod dico, an impertinens eſt? reſpondete ad id quod vultis; reſpondeatis, quomodo intelligitis illud Baſilii, capit eſſe a Filio?

Ephes. Si vos oſtendiſſetis per auctoritatem Epiphanii, Spiritum habere eſſe a Filio, nos abſolviſſemus veſtram propoſitionem, cum propoſueritis hoc, & nondum oſtenderitis. Non hoc dicit magnus Epiphanius, quod Spiritus habeat eſſe a Filio, ſed quod eſt a Patre & Filio. Poſito quod ita dicat; ad hoc quæſivimus, ut diceretis nobis, cum auditis Spiritum eſſe a Patre vel Filio, ſi intelligitis a perſonis: & dixiſtis, quod ſic: nam per hoc allegaſtis auctoritatem Epiphanii. Cum autem nos mutavimus materiam ad auctoritatem beati Baſilii, quæſivimus etiam, nunquid ita intelligitis? Reſpondeatis ad hoc quid ſentitis, ut poſſint omnia dilucidari: ſi habetis aliquam auctoritatem in contrarium, dicatis: poſtea de ea inquiretur. Iterum quærimus, & non deficiemus quærendo, nunquid intelligitis, cum auditis, Spiritum procedere a Patre, id eſt, a perſona, & ſic a Filio, & ſic ab utroque?

Prov. Clare reſpondi, quod intelligitur de perſonis: ſed ad meam non reſpondetis.

Ephes. Secundum confeſſionem quam habuimus a vobis, cum Baſilius dicat, quod habet a Patre, ex ipſo, non aliunde; ipſe ſatis explanavit, quod eſt a Patre, & non aliunde: hoc tamen eſt ac ſi diceret, procedere a Patre tantum.

Prov. Ibidem diſputat Baſilius contra Eunomium, qui tenebat, quod erat Spiritus creatura; & ideo dixit, a Patre, non aliunde: aliunde deſignat ſubſtantiam, id eſt, non de alia ſubſtantia. Et propterea, ut non conculcemus materiam, dico, quod Spiritus habet eſſe a Patre & a Filio. An eſſe quod habet a Patre, eſt diverſum ab eſſe quod habet a Filio? Neceſſario apparet, quod Spiritus ſit a Patre in unitate eſſentiæ: ergo Spiritus eſt a Patre in unitate eſſentiæ Patris, & eſt



Anno Christi 1439.

& eſt a Filio in unitate eſſentiæ Filii; ut verificetur verbum, eſt, poſitum in auctoritate Epiphanii [a], qui dicit in eodem Anchorato: Spiritus ſemper eſt, non natus, non factus, non confrater, non nepos; ſed eſt de ſubſtantia Patris & Filii. Ergo eſſe a Patre & a Filio, eſt accipere illam eſſentiam, ſecundum teſtimonium Baſilii qui dicit: Accipit eſſe a Filio, & non eſt diverſum eſſe.

a Ubi ſupra.

Ephes. Iterum ut conceſſum ſuppoſuiſtis, Spiritum accipere eſſe a Filio, quod nec magnus Epiphanius dicit, nec nos concedimus, nec ab eiſdem verbis potuiſtis clare oſtendere: imo econtra auctoritate magni Baſilii contrarium dicitur. Iterum revertamur ad Baſilium: nam viſi eſtis dicere contrarium vobis & his quæ primo dicta fuerunt; quia cum Baſilius impugnaret Eunomium dicentem creaturam Spiritum, ab ipſo Patre dixit eſſe Spiritum, videlicet ab eſſentia Patris, & non ſicut una de creaturis, videlicet ab alia eſſentia. Ita vos dixiſtis.

Prov. Vellem ut reſponderetis ad quæſitum.

Ephes. Vos videmini dicere contrarium; cum ſecundum ſanctum Baſilium dicitis, non aliunde quam a Patre: & primo dixiſtis, quod a Patre & Filio; & ſic contrarium.

Prov. Vos introduxiſtis illum terminum aliunde [b], ego dixi, quod eſt a Patre de eſſentia, quæ eſt conſubſtantialis Patri & Filio, Spiritus eſt ab alio. Nonne expreſſe declarat Baſilius, quod capit eſſe a Filio? Et ita dicit Epiphanius, de ſubſtantia Patris & Filii: ergo habet illud eſſe a Patre & Filio: ſi habet, ergo recipit: & hoc fundaverunt doctores ex auctoritate ſcripturæ.

b Id eſt; auctoritatem illam Baſilii, quod Spiritus eſt a Patre, non aliunde; & ego dixi quod ly Aliunde intelligitur, non de alia ſubſtantia, quia eſt conſubſtantialis Patri, & ceterum Spiritum eſſe ab alio, declarat Baſilius eſſe a Filio.

Ephes. Hoc quidem diligentius poſthac examinabimus: ſed ut magis declaretur auctoritas Baſilii, quærimus, an intelligatur in divinis idem eſſentia & perſona, ſecundum doctores eccleſiæ.

Prov. Reſpondebo faciliter. Dicimus, quod eſſentia & perſona ſunt unum & idem ſecundum rem, & differunt ſecundum modum intelligendi noſtrum; ita quod perſona intelligitur conſtituta ex eſſentia & proprietate. Nam quia diſtinguuntur ſecundum rationem, ipſa eſſentia communicatur perſonis, ſed proprietates nullo modo communicantur: & hoc eſt ex vi ipſius relationis. Hoc vos habetis per veſtrum Gregorium theologum [c] in libro de myſteriis epiphaniæ: Proprietas autem unicuique incommunicabilis, alioquin non eſſet proprietas, ſi transformaretur in alterum. Ad hoc ut remaneat diſtinctio perſonarum, oportet ut proprietates conſtitutivæ ſint incommunicabiles: & ideo dicunt doctores, quod non eſt niſi originis in divinis; & propter iſtam originis relationem faciunt ſeparationem. Nam ſolum iſta duo remanent diſtincta, Pater eſt Pater, Filius eſt Filius: omnia alia communicantur [d]: & ita vult intelligere Epiphanius. Ipſe volebat intelligere de correlativis originis, quæ conſtituunt perſonam: & hæc ſunt duo, quo aliquis, & quo ab alio. Cum ergo omnia communicentur præter proprietates, ſequitur quod cum dicitur, quod una eſt ab alia, quod recipiat ab alia eſſe. Modo declaravi id quod dixeram: dicatis modo ad quæſitum meum, quomodo intelligitis dictum Baſilii?

c Sermone in ſancta lumina epiphaniæ.

d Modo non ſecit vim de perſona Spiritus ſancti, ſed de diſtinctione perſonarum inter ſe.

Ephes. Quomodo diſtinguantur adinvicem in divinis perſona ab eſſentia, non eſt præſentis temporis conſiderare. Nam forte in hac parte non differimus, ſcilicet quod diſtinguatur perſona ab eſſentia, ut differt proprium a communi, ut dicit magnus Baſilius [e] ſcribens fratri Gregorio, quemadmodum eſſentia hominis communi ratione [f], & perſona alicujus. Hoc videtur, quod & vobis una nobiſcum videatur. Nunc venio ad primum quæſitum; quia dicit Baſilius, quod generat Pater a ſe, & mittit Spiritum per os ejus, quid vult ſignificare per illud, a ſe, a perſona, vel ab alio?

Collatio XV.

e Epiſt. 43. de differentia ſubſtantiæ & hypoſtaſis.

f Id eſt, communi ratione ſumpta differt a perſona particulari, quod ſtatim declarat Provinc.

Prov. Dixi, quod cum dicitur, quod Filius generatur a Patre, idem eſt ac ſi dicatur, quod Filius generatur a ſubſtantia Patris; ita quod perſona eſt principium quod generat, & eſſentia communicatur, ita quod eſſentia non generatur. Dico, quod Pater eſt principium quod generat, quia Pater importat ſuppoſitum, eſſentia divina non eſt illa quæ generat, quia non ſignificatur ut ſuppoſitum: actiones ſunt ſuppoſitorum, eſſentia eſt principium quo generat. Propter quod dicimus in humanis, ille qui generat, eſt hic homo, & hoc ſuppoſitum, & hæc eſt perſona quæ ſuſcipit, & quæ eſt. Cauſa hæc eſt, quia actiones dicuntur eſſe ſuppoſitorum. In iſto homine eſt humanitas: iſta humanitas dicitur principium, quo homo generat: & propter hoc iſte homo non communicatur iſti filio, ſed natura communicatur, quia filius generatur in eadem ſpecie. Id quod communicatur in inferioribus, eſt natura: id quod agit, eſt ſuppoſitum, & eſt perſona. Nunc in divinis dicimus pariformiter, dicimus quod perſona Patris ſignificatur ut ſuppoſitum: ergo perſona Patris eſt illa quæ generat, & eſſentia principium quo generat. Natura divina eſt principium, quo iſte Pater generat Filium: & ideo Pater non communicatur, ſed eſſentia: & quia eſt eadem numero, propter hoc non poteſt dici quid commune, ut humanitas in inferioribus, ſed ſolum habet rationem communis, in quantum eſt communicabilis. Hæc eſt cauſa, quare Filius dicitur generatus a Patre, ut a principio. Eſt autem ab eſſentia divina, ut a principio, ſtante identitate reali cum qualibet perſona: & ſecundum omnes doctores Græcos & Latinos, ſola relatio eſt illa quæ multiplicat perſonas in divinis, quæ dicitur relatio originis, ad quam duo pertinent, a quo alius eſt, & qui ab alio eſt. Modo Spiritus eſt ab alio, nihil aliud eſt, quam capit eſſe ab alio. Nunc ſequitur, quod cum relationes originis, a quo eſt alius, & qui eſt ab alio, & nulla alia eſt diſtinctio in divinis, niſi per iſta duo: ergo ſequitur, quod ſi quæ perſona eſt ab alio, dicatur accipere eſſe & eſſentiam ab illo. Et iſta eſt intelligentia magni Epiphanii & Baſilii, cum dicunt, quod Spiritus habet eſſe a Filio: modo ſtat iſta ratio, eſſe ab alio in divinis, idem eſt quod procedere. Sed oſtenſum eſt, quod Spiritus eſt a Filio per auctoritates alias: ergo ſequitur, quod procedat. Credo, quod hæc ſit vera & clara veritas, nec auderem dicere contra.

And. Hic venit liber, & fuit lecta auctoritas Epiphanii, in Græco primo.

Ephes. Hic dicit [g], quod Spiritus procedit a Patre, & accipit a Filio: modo in eodem ſermone, cum dicat a Patre & Filio, debet intelligi ſecundum expoſitionem ſuæ fidei, qui eſt a Patre, & accipit a Filio. Sequitur auctoritas: *Ipſe me glorificabit, quoniam ex meo accipiet, & annunciabit vobis omnia.* Si a Patre procedit, & a me accipiet, ſicut nemo cognovit Patrem niſi Filius, & econtra, audeo ſic dicere, quod nemo novit Spiritum niſi Pater & Filius, a quo procedit,

g Epiph. in Anchorato in fine num. 72. & initio num. 73. edit. Pariſ. de qua auctoritate ſupra dictum eſt, & latius infra collatione 18.

Joan. 16.

Collatio XV.

dit, & a quo accipit; nec Filium, nec Patrem, niſi Spiritus, qui glorificat & teſtificatur, qui a Patre & Filio. Videtis patres, quod verbum, eſt, non jacet [a], quod accipiebat pater iſte, & per hoc volebat arguere, & eſſe, arguendo ex illo verbo: hic non adjacet illud verbum, eſt, ſed dicit a Patre & Filio, poſſumus intelligere ſecundum theologiam [b] & doctores, ut taliter ſit Spiritus a Patre & Filio, ut habeat ſubſiſtentiam a Patre, & a Filio dari, & accipi ab his qui in ipſum credunt. Et ſic non nobis obſtat hæc auctoritas, nec colligitur quod propoſuiſtis.

Prov. Quod hoc verbum, eſt, non ſit, cum dicitur a Patre & Filio, neceſſario intelligitur verbum principale, & doctores hoc faciunt in correlativis originis, cum dicunt a quo alius, & qui ab alio: & præterea in iſtomet Ancorato paulo ante eſt hoc verbum [2], eſt. Dicimus Filium, qui ex ipſo eſt; Spiritum, qui ex utroque. In ſecunda auctoritate dicit Spiritum, qui ex Patre & Filio. Modo probo, quod ex neceſſitate intelligatur [c], quia in iſta propoſitione importat intentionem propoſitionis a quo; modo non eſt proceſſio in reſpectu termini a quo, niſi in ordine ad terminum ad quem. Ita hic cum importetur hæc relatio ad terminum a quo, de neceſſitate oportet intelligere terminum ad quem. Modo terminus ad quem proceſſionis Spiritus, eſt ipſum ſuppoſitum Spiritus, accipiens eſſe, quia per proceſſum communicatur eſſe: ergo de neceſſitate intelligitur, eſt.

Ephes. Etiamſi conſideremus, quod in iſtis auctoritatibus intelligatur eſt, licet hoc poſſet aliter intelligi, ut diximus, nihilo minus audientes a Patre, vel a Patre & Filio, non de neceſſitate debemus intelligere de ſubſtantia Patris, vel perſona Patris, ſed poſſumus intelligere non diſcretionem, per quam Filius a Patre, ſed unitatem potius, ſecundum quam ita ſe habet, ut ejuſdem naturæ ſit Filius Patri [d]; ita Spiritum ſe habere ad Patrem & Filium. Et hoc nos reperiemus in auctoritatibus ſanctorum doctorum eccleſiæ; beati Cyrilli colligentis ab auctoritatibus ſcripturæ, ubi concluſit Spiritum eſſe ab [e] eſſentia Patris & Filii, pro quo certamen illud contra hæreticos ſuſcepit, dicentes alienum eſſe Spiritum a ſubſtantia Patris & Filii. Sed ut revertamur ad auctoritatem propoſitam, ne infecta relinquatur, dicimus de auctoritate Baſilii, cum nondum manifeſte reſponderitis, quod ſi de perſona dicit [f], & illud, aliunde, ad aliam hypoſtaſim refertur; manifeſtum eſt illum dixiſſe a perſona Patris ſola. Si autem auctoritas ipſius ſancti reſpicit eſſentiam Patris, quæ eſt communis ambobus, & ab ipſo dicit, non aliunde, id eſt creatum [g]: nam procedere Spiritum a Patre manifeſtum erat, nec erat neceſſe oſtendi. Ergo Epiphanius dicens a Patre & Filio, non ex neceſſitate vult oſtendere ab eiſdem perſonis, ſed a ſubſtantia earum, ut ſit eiſdem conſubſtantialis. Ergo non in divinis ſequitur ex neceſſitate illud, quod dicitur ab alio, quod habeat eſſe ab eo, a quo dicitur eſſe: ſcilicet Spiritus poteſt dici eſſe a Patre & Filio, id eſt a ſubſtantia utriuſque, quia conſubſtantialis.

Prov. Ego habeo duo dicta ex hac reſponſione. Primo, quod capiendo verbum, eſt, in auctoritatibus, non ſequitur [h] quod licet eſt a Filio capiat eſſe: quod videtur contra illud quod dicebatis primo, cum ponebamus, eſt; & quod facitis magnum fundamentum in auctoritate Baſilii dicentis, quod eſt ex perſona Patris, & non aliunde; ergo non eſt ex alia perſona. Dicimus quod non credimus, Baſilium exponere illud verbum, non aliunde, id eſt non ex alia perſona: quia Baſilius contradiceret ſibi in eodem libro, ſi dicat non aliunde, id eſt non ex alia perſona; & alibi dicat, habet eſſe a Filio: & ideo oportet quod vos oſtendatis, ſi aliunde habet ſenſum quem dicitis. Hic eſt Baſilius, quem legamus.

Card. Hora tarda eſt, ſurgamus, & in die Mercurii conveniamus.

And. Spirituali ſermone refectus cœtus ſacer, pro die illa ſolutus eſt, hora jam tarda.

a Vim facit Epheſ. ex textu Græco, in quo ad verbum ſic legitur: *Qui a Patre & Filio.* Græca tamẽ phraſi neceſſario ſubintelligitur verbum ſubſtantiale, ut ſtatim infra docet Provinc.

b Græcus ſcriptor ſeſſ. 18. *Poſſumus ergo intelligere Spiritum quidem ex Patre procedere, id eſt ſuã ſubſiſtentiam habere, a Filio autẽ dari, & accedentibus in ipſum accipi.*

c Verbum eſt.

d Græcus ſeſſ. 18. ſic: *ſed potius conjunctionem ſecundum quam Filius eſt Patri connaturalis, & Spiritus Patri & Filio.*

e Græcus ſeſſ. 18. ſic: *Conſtat hoc ex S. Cyrillo, veluti concluſionem deducente, quod Spiritus eſſentia ſit de eſſentia Patris & Filii.*

f Baſilius contra Eunomium lib. 3. §. *Nec enim*, ſupra relatus, cujus hæc ſunt verba: *Ab eodem autem Spiritus (ſcilicet Patre) & non aliunde.*

g Non aliunde creatum, ſed conſubſtantialem.

h *Forte, quod licet eſt a Filio, a Filio capiat eſſe. H.*

Anno Christi 1439.

## NOTÆ HORATII JUSTINIANI

### AD DECIMAMQUINTAM COLLATIONEM.

1 *Reſpondere.*] Clarius ex Græco ſcriptore ſeſſione 18. ſic: *Reverentia tua non reſpondet ad propoſitum Epiphanii locum. Itaque reſponde, tuncque reſpondebimus & nos ad ea quæ vos propoſuiſtis. Præterea magnus Baſilius hoc idem teſtatur, dicens: Spiritus ex Filio habet & accipit. Quomodo intelligatis quod allatum eſt, dicito, tuncque ulterius procedemus.*

2 *Verbum, eſt.*] Græcus ſcriptor ſeſſione decimaoctava prope finem in dictis Joannis ſic ait: *Non eſt appoſitum, eſt, cum dicitur a Patre & Filio: factum eſt ex uſu multorum doctorum, qui nominibus poſitis, omittunt verbum, quod neceſſario intelligendum eſt: quemadmodum doctores de diſcretione & diſtinctione loquentes, utuntur his verbis, a quo aliquid, & ad quod aliquid. Adhuc paulo ſupra: Filium, inquit, voco, qui ex ipſo eſt: Spiritum vero, qui ab utriſque: ſubintelligitur eſt. In ſecundo etiam dicto: Spiritus autem, inquit, ex Patre & Filio: in his duabus propoſitionibus continetur verbum eſt.* Sic Græcus.

## COLLATIO DECIMASEXTA.

DIE V. MARTII.

*Auctoritatibus ſanctorum patrum Epiphanii & Baſilii probatur, Spiritum ſanctum procedere a Patre & Filio.*

And. Ordine, modoque, prout ſuperius dictum eſt, cœpit Provincialis hoc modo.

Prov. Cum benedictione ſanctitatis veſtræ dimiſimus in præcedenti actu auctoritatem Baſilii [i] adductam per vos, pater reverendiſſime, in qua auctoritate dixiſtis, Spiritum, juxta intentionem Baſilii, eſſe ex ore Patris, & non aliunde, id eſt a nulla alia perſona, prout expoſuiſtis. Ego reſpondebam, quod ly, aliunde, ſic intelligebatur, id eſt ex nulla alia ſubſtantia quam Dei. Ratio eſt, quia Baſilius tenet in libro [k] contra Eunomium, quod Spiritus ſanctus habet eſſe a Filio. Non poterat ergo dicere, quod a nulla alia perſona eſſet ſine contradictione. Et ſuper hoc quæſivi, ut videretur originale ipſius Baſilii, ut veritas innoteſceret omnibus de intentione Baſilii, quia tales doctores ſunt noſtræ fidei fundamenta. Nos vidimus totum capitulum Baſilii, & cum duobus interpretibus conati ſumus, ut illa verba, nullo addito vel dimiſſo, transferrentur fideliter. Hic habemus Baſilium antiquiſſimum & tranſlatum: & ideo primo Latine, propter reverentiam Latinorum, legam, & inde in Græco, vel econtra.

And. Fuit lectum in Latino, deinde Græce, volens proferre, hæc retulit.

Prov. Quia auctoritas iſta allegata per vos videbatur facere vim, neceſſe fuit, ut ex antecedentibus & ſequentibus appareret intentio Baſilii.

i Lib. 3. contra Eunomium, §. Nec enim.

k Lib. 5 initio.





Anno Christi 1439.

Baſilii. Modo dicemus Latinè ſecundum ſententiam hujus capituli, ita dicit [a]. In iſto capitulo apparet manifeſte, quod beatus Baſilius intelligit, non aliunde quam a ſubſtantia Patris & Filii; dicit ſic modicum ante contra Eunomium: Tu ſimiliter ut infidelis divinæ ſcripturæ adverſarius ad blaſphemiam properas: & quia proceſſio Spiritus ex Deo, nativitas vocata non eſt, idcirco neque oris Dei Spiritum eſſe credis, ſed opus manuum Dei: & exempla humana contemnens, evertis quæ ex eis conſtant divina dogmata, cum debueris divina verba audire cum timore, & omne quod dicitur ſuſcipere, & non ſtolidiſſime contra pietatem argumentari. Gignit Deus, non ut homo: gignit autem vere, & ex ipſo germen (advertite quia non eſt hic, eſt, cum tamen intelligatur: quare non debetis arguere defectum hujus verbi) enunciat verbum non humanum, enunciat verbum vere, & ex ipſo emittit Spiritum per os, non humanitus, quia nec os Dei corporale eſt: ex ipſo Spiritus, non aliunde. Modo videtis, quod arguit contra illos qui volebant dicere, quod erat opus manus Dei; & ſuadet, quod non eſt niſi de ſubſtantia Dei. Sequitur; Operatur Deus manibus non humanis, operatur non ex ipſo producens creaturas, ſed operando ſubſiſtere faciens; ſicut quæ manibus operatur homo, non ex ſeipſo producit. Filius eſt Filius, Spiritus eſt Spiritus, non creatura. Nec de Filio quæras, quare Spiritus non ſit vocatus: nec de Spiritu, quare non ſit Filius: nec creaturam Filium aut Spiritum eſſe blaſphemes. Filius Dei, fructus ſanctus ex ſancto, ſempiternus ex ſempiterno, Spiritus ſancti largitor ad ſubſiſtentiam formationemque creaturæ. Hucuſque apparet, quod ly, Non aliunde, intelligitur, id eſt, non ex alia ſubſtantia. Secundo, quod eſt Filius ſanctus ex ſancto, ſempiternus ex ſempiterno, Spiritus ſancti largitor: ſequitur, quod ſi Spiritus ſancti largitor, quod Spiritus ſanctus accipiat ab eo eſſe. Dicit enim Athanaſius contra Arianos in tertio libro: Ipſe Spiritum dat, (de Filio loquens) & quæcumque habet Spiritus, a Verbo habet. Modo clarum eſt, quod Spiritus ſanctus habet eſſe: ergo ſi quæcumque habet Spiritus, habet a Verbo, ergo habet eſſe a Filio. Et hoc concludit Athanaſius ſolum ex hoc, quia dat Spiritum. Ergo ex iſto capite Baſilius vult, quod Spiritus ſanctus accipiat eſſe a Filio. Modo Baſilius in eodem capitulo dicit, quod eſt notabile capitulum faciens ad propoſitum. Sed ipſi vidiſtis auctoritatem Baſilii, & ideo audiatis iſtam, quia eſt ad idem, in capitulo quod inſcribitur: Quod [b] niſi quis ex Deo Spiritum dicat, nec Verbum quidem.

Ephes. Auctoritas iſta eſt ex alia parte.

Prov. Placet.

Ephes. Quia colligitis diverſas auctoritates, quaſi eſſent in eodem capitulo, ſic feciſtis de auctoritate Epiphanii, quæ viſæ ſunt una, & erant quinque. Hoc non permittit intentio diſputantis, ſed inducit confuſionem: ideo ſunt inquirenda iſta primo.

Provinc. Dicatis ad iſtam quam vos induxiſtis.

Ephes. Hoc colligitur ex interpretatione auctoritatis per vos pridie productæ, & ex omnibus per vos dictis, quod cum beatus Baſilius dicit Spiritum eſſe ex Patre, non aliunde, non debet intelligi proprie de perſona ipſa Patris, ne intelligatur Spiritum non habere eſſe niſi a perſona Patris; ſed ſimpliciter ex Patre, videlicet ex natura Patris, ut ſic intelligatur illud, aliunde, non ab extrinſeco, neque ab alia natura videlicet tanquam unum de creaturis, ut Eunomius dicebat. Hanc igitur tuam expoſitionem & nos ſuſcipimus, & conſequenter dicimus, quod quandocumque audimus Spiritum eſſe a Patre, ſeu a Filio, non cogimur intelligere propter hoc, quod ſit a perſona Patris, ſeu Filii, aut ab utraque perſona: ſed poſſumus ſimpliciter intelligere audientes a Patre & Filio, quod ex ſubſtantia eorum, id eſt conſubſtantialis, & non ab alia quadam ſubſtantia, tanquam unum de creaturis: hoc enim & ſancti patres in multis locis ſyllogizando dixerunt. Si autem cum dicitur, Spiritum ſanctum a Patre & Filio, ſtatim neceſſe erat intelligere a perſonis, non utique ſancti ita ſyllogizaſſent, & iſta oſtendiſſent.

Provinc. Ex verbis tuis duo collegi. Primum, quod ſi non dicatur in verbis Baſilii, quod Spiritus procedat a Filio, non cogamur hoc dicere. Secundum, quod intentio Baſilii fuit iſta, quod Spiritus non eſſet alienæ naturæ, quam naturæ ipſius Patris, & quod non intelligitur ex Patre, ſed eſſentiæ Patris & Filii conſubſtantialis, ita quod ſecundum verba veſtra, eſſentia eſt illa producens Spiritum. Dicitis ſic?

Ephes. Intentio magni Baſilii, cum certaret contra hæreticos, qui dicebant Spiritum alienum a perſona Patris & Filii, non erat oſtendere unde procederet; non erat intentio Baſilii oſtendere unde Spiritus haberet eſſentiam: hoc namque & ipſi hæretici concedebant, Spiritum habere [1] cauſam a Deo. Nec etiam erat opus oſtendere ex qua perſona habet eſſe: nam hoc certum erat per evangelium, cum dicitur, Spiritus qui a Patre procedit: ſed intentio Baſilii erat, ut oſtenderet, quod Spiritus ſanctus eſt ex Deo, non ut aliæ creaturæ, ſed ut productus ex ſubſtantia, ut Filius. Propterea cum dicit, Ex ipſo Spiritus, intelligit ex ſubſtantia ejus, non ab extrinſeco.

Prov. Dicitis, quod intentio Baſilii eſt, oſtendere, quod Spiritus ſit ejuſdem naturæ ut Pater & Filius, & non alterius, ut hæretici dicebant: ſecundum quod non intendebat Baſilius tractare de cauſa Spiritus, an eſſet Pater vel Filius. Tertium eſt, quod intentio Baſilii eſt, ut Spiritus eſſet de ſubſtantia Patris, & non de alia ſubſtantia extrinſecus. Hæc ſunt quæ dixiſtis. Quoad primum ſumus conformes, quod Baſilius conatur oſtendere, quod Spiritus non ſit alterius naturæ a Patre & Filio, ut hæretici dicebant, & hoc concedimus. Quoad ſecundum quod dicitis, quod non fuit intentio Baſilii dicere de cauſa, an ſcilicet Spiritus ſancti cauſa ſit Pater & Filius; ad hoc dico, quod ſecundum hoc ſequitur contrarium ejus quod dixiſtis. Nam dixiſtis, non aliunde, id eſt, non ex alia perſona. Modo dicere quod iſta perſona non eſt ab alia, eſt tractare cauſalitatem. Secundo, quia dicitur in textu, quod Spiritus eſt ex ore Dei, tunc inquiro, an intelligat ex ore Dei, id eſt Patris; an ex ore Dei, id eſt Filii. Quocumque modo reſpondeatis, oportet dicere, quod loquatur de cauſa Spiritus ſancti, id eſt de principio. Quoad tertium concedimus, quod Spiritus ſit de ſubſtantia Patris: & quia eſt eadem numero ſubſtantia Patris & Filii, non eſt poſſibile

a Volens proferre verba capituli, præmiſit de ſenſu verborum, & ſtatim ea retulit.

b Hic eſt titulus, §. Verum, lib. 5. adverſ. Eunomium.

Collatio XVI.

COLLATIO XVI.

aut imaginabile, quod ſit de ſubſtantia Patris, quin ſit de ſubſtantia Filii: & ſecundum quod accipit Spiritus de ſubſtantia a Patre, ita neceſſarium eſt ut accipiat de eo quod eſt Filii, a Filii ſubſtantia. Dicatis ad ſecundam & tertiam, quia in prima convenimus.

EPHES. Cum ego non ſuſcepiſſem expoſitionem veſtram, non dixi contrarium mihi, ſed ego dixi contra te, quia ita manifeſte cadis, & [a] implicaris in contradictionem præſentibus iſtis ſpectabilibus viris. Nam cum pridie interrogatus fueris, an ſi cum audivimus Spiritum eſſe a Patre, neceſſario intelligere debeamus eſſe ex perſona Patris: dixiſti, quod ſic. Ad hoc de Baſilii auctoritate, cum autem ipſe dicat, ex ipſo Patre, non aliunde, ego coegi te juxta tuam conceſſionem, concedere, Spiritum eſſe de perſona Patris nude, & non de alia: quæ autem pridie dixi, conſequentia erant conſeſſionibus tuis. Poſtea ingreſſus es expoſitionem alteram auctoritatis, quod illud ex ipſo Patre, non cogat nos intelligere ex perſona Patris, ſed quod poſſumus intelligere, ex Patre, id eſt ex ſubſtantia Patris, & non aliena ſubſtantia: adducti ad ſuſcipiendam hanc tuam expoſitionem, ſequentes nos intentionem & ſenſum tuum, utrumque diximus, & ex dictis per vos colligimus quæ neceſſe ſequuntur. Sed nos non contrarii fuimus, prout dicis hac tua expoſitione: ſed dicimus, cum audimus Spiritum a Patre eſſe & a Filio, & ab utroque eſſe, non cogimur intelligere a perſonis, ſed intelligimus a ſubſtantia eorum, ut conſubſtantialem: per quem modum poſſumus dicere ab utroque eſſe, & ab utriuſque ſubſtantia propter identitatem ſubſtantiæ, ſed non ab utriſque perſonis. Etiam apud ſacram ſcripturam [b] dicitur de Eſau ad Jacob, Frater tuus eſt, & ex natura tua eſt: manifeſtum eſt, quod frater non eſt de fratris perſona, ſed ſimpliciter ex natura fratris, ut ejuſdem naturæ & conſubſtantialis. Et modo paternitati veſtræ dicam ad ſecundum caput, prout dixit paternitas veſtra.

a Verba S. Baſilii, ex Patre, & non aliunde, expoſuerat Epheſ. collat. antecedente ex Patre, & non ex Filio, & modo aliter exponit, nec valet ejus excuſatio quam ſubjungit, ut patet legenti.

b Videtur potius innuere verba Laban Geneſ. 29. Os meum, caro mea (& ſubdit) frater meus.

PROV. Ea quæ dixi in alia congregatione declarando, qualiter Spiritus eſt ex perſona & ſubſtantia perſonæ, totus cœtus reverendiſſimorum patrum ſatis aperte intellexit; & an potuerit inferri ex illa [c], quod Spiritus non eſſet ex alia perſona, etiam omnibus notuit: & ideo ne conſumamus tempus in ſuperfluis, ſolum ad punctum principale, dico, quod forte Spiritus ſanctus dabit concordiam inter nos: utrum dixerim ex verbis meis, an ex verbis Baſilii, dimittamus. Nobis ſatis placet (quia etiam veriſſimum eſt quod dixiſtis) quod in iſto capitulo dixit Baſilius, non aliunde, id eſt, non de alia ſubſtantia. Et ſi hæc eſt intentio Baſilii, in nullo hæc auctoritas faciebat contra dicta mea; & ideo placet ut veniatis ad tertium. Nam dando intellectum ad verbum, aliunde, dixiſtis, quam de ſubſtantia Patris: eſtne hoc?

c Baſilii ſcilicet auctoritate adducta.

EPHES. Ita.

PROV. Et propter hoc dico, quod ſecundum hoc non faciebat contra me illa auctoritas. Dicatis ad tertium, ubi dicebam, quod non potuit dici de ſubſtantia Patris, quin diceretur de ſubſtantia Filii, inferendo ſic: Sicut accipit de eo quod eſt Patris a Patre, ita de eo quod eſt Filii a Filio, cum ſit eadem ſubſtantia Patris & Filii.

EPHES. Dixiſtis, quod quia Spiritus ſanctus ex ſubſtantia Patris dicitur, quod cogimur intelligere eumdem Spiritum eſſe ex ſubſtantia Filii, cum eadem ſubſtantia numero ſit Patris & Filii: hanc dicis cauſam eſſe Spiritus.

ANNO CHRISTI 1439.

PROV. Non bene [1] replicas.

EPHES. Quando audimus Spiritum eſſe ex ſubſtantia Patris & Filii, intelligere debemus Patrem & Filium habere [d] cauſam?

d Habere ſcilicet ſe ut cauſam Spiritus ſancti.

PROV. De neceſſitate cogimur dicere, quod habeat eſſentiam a Patre & Filio. Vos ſi utimini hoc verbo, cauſam, pro [e] principio, faciatis ut vultis; noſtri theologi non utuntur. Quia tamen hic Baſilius dicit, Ex ore Dei, quæro, an intelligimus ex ore Dei Patris, an ex ore Dei Filii: quia quocumque modo dicatis, idem ſequitur. Jam dictum eſt quod evangelium dicit, quod Spiritus ſanctus ex Patre eſt, accipiens eſſe: per prædicta modo ſtat argumentum. Nam ſicut accipit de eo quod eſt Patris a Patre, ergo de eo quod eſt Filii a Filio, cum ſit eadem ſubſtantia Patris & Filii. Exemplum quod adducitis [f], nihil facit ad propoſitum: poſtquam dixeritis, oſtendam.

e Ita & apud Græcos [illegible] & [illegible] differentiam [illegible] proferunt, ſic [illegible] tur [illegible] nus, [illegible] apud Græcos.

f De Jacob & Eſau.

EPHES. Ea quæ ſunt per beatum Baſilium, & jacent in evangelio, dimittenda ſunt nunc: tu autem ita mihi reſponde clare & aperte. Cum audimus, Spiritum eſſe de ſubſtantia Patris & Filii, nunquid intelligere debemus de neceſſitate, quod Spiritus habeat cauſam eſſe ſui a ſubſtantia Patris & Filii?

PROV. Actiones in humanis ſunt ſuppoſitorum: quæro, ſi hoc eſt verum.

EPHES. Vos debetis reſpondere primo, & ego reſpondebo. Dico quod eſt ſuppoſitorum.

PROV. Declaravi pridem, quod non eſt poſſibile in divinis, quod eſſentia generet, quia actus ſunt ſuppoſitorum: ergo ſequitur, quod cauſa eſſe ipſius Spiritus, eſt perſona, non eſſentia. Et quia perſona Patris generando Filium, communicat totam eſſentiam ſuam Filio; iſta eſt cauſa, quare doctores dicunt, quod Filius eſt de ſubſtantia Patris, & Spiritus de ſubſtantia Patris & Filii, ad ſalvandam unitatem eſſentiæ, & diſtinctionem perſonarum, quia perſonæ ſunt unum, ubi non eſt oppoſitio relativa: & ſic habetis intellectum propoſitionis. Stemus in dicto Baſilii. Cum dicit, quod ex ore Dei, an eſt ex ore Dei Patris, an ex ore Dei Filii?

EPHES. Ego non poſſum concludere quæ dicta ſunt per vos, quia videntur invicem contraria. Nam aliquando dicitis, de ſubſtantia Patris & Filii, quæ eſt una numero, Spiritum habere eſſe: nunc autem mutatis dicta, ſequimini dicta doctorum, & dicitis, quod ſubſtantia per ſe non generat, ſed mediante perſona.

PROV. Nunquam dixi mediante perſona: dicas interpres, ut dico.

AND. Quia interpres non bene exponebat, Coloſſenſis dixit in Græco: poſtea dixit Coloſſenſis.

COLOSS. Propter æquivocationem vos duo non poteſtis convenire. In theologia communi Latinorum & Græcorum, differt dicere divinam ſubſtantiam, & ſubſtantiam Patris & Filii: nec intelligatis differentiam realem, ſed ſolam differentiam rationis. Cum [g] itaque audimus doctores dicentes, divina ſubſtantia, intelligimus quid commune Patri & Filio & Spiritui ſancto: cum dicunt ſubſtantiam primam, intelligimus perſonam.

g Hanc Coloſſenſis ſive Rhodienſis ſententiam refert etiam Græcus ſcriptor ſeſſ. 19. & paulo infra idem replicat, & explicat Provinc. [illegible] incipit, Attende.

EPHES. Interdum, non ſemper.





ANNO CHRISTI 1439.

COLOSS. Nos habemus doctores, qui dicunt, quod ſubſtantia Patris intelligitur Patris perſona.

IMPER. Non videtur poſſe reſponderi duobus, maxime adinvicem differentibus.

CARD. Hi duo patres locuti ſunt, ut declarentur verba: ſed nulla erat differentia.

PROV. Nos dicimus, quod Iſaac, ut ſuppoſitum, genuit Jacob de perſona ſua: modo natura Iſaac non eſt illa quæ genuit Jacob, ſed natura ipſius Iſaac eſt principium quo produxit illum filium, & eſt idem quod communicatur. Modo dico, quod Jacob ſit de natura Iſaac, non poteſt niſi hoc modo intelligi de Iſaac, id eſt, de ſuppoſito agentis, quia actiones ſunt ſuppoſitorum; & de natura Iſaac, tanquam de principio, quod eſt communicatum, modo ſi poſſibile eſſet, quod natura Iſaac & Jacob eſſent idem: cum tamen ſint duo numero, exemplum eſſet bonum. Modo quia generatio in divinis eſt infinitæ perfectionis, ita dicimus, quia pater quod eſt hypoſtaſis & ſubſiſtentiæ, iſtud ſuppoſitum eſt quod generat, quia generare eſt actio notionalis, & ſolum competit ſuppoſito. Modo ſubſtantia Patris eſt principium quo Pater generat, & eſt id quod datur Filio, & quod communicatur Filio per generationem; & eſt id quod accipitur a Filio, & quod communicatur Filio, ſicut in humanis natura Iſaac eſt illa quæ accipitur a Jacob ſuppoſito generato, & communicatur eidem. Sed differentia eſt propter excellentiam, quia in Patre & Filio & Spiritu ſancto una eſt numero; & ſic in nullo diſtinguuntur, niſi quia Pater eſt Pater, Filius eſt Filius: & dicimus, quod ſapientia, bonitas, & inde omnia communicantur cum hac ſubſtantia. Modo quia eſſentia eſt nomen abſtractum ſignificans eſſentiam, non ſuppoſitum, non poteſt illi competere actus generationis: & quia eſt una numero, ſi generaret, oporteret quod eſſet diſtinctio eſſentiæ & naturæ in divinis, quia idem non generat ſeipſum, ſed oportet quod alium generet: ergo concluditur, quod in divinis eſſentia nec generat, nec generatur. Cum quæritur, quomodo eſt de ſubſtantia Patris & Filii, dico quod eſt de ſubſtantia Patris, quæ communicatur. Modo pro veritate habenda, quia nulla mihi eſt ſententia, niſi ut veritas habeatur, dicatis ad illud verbum, Ex ore, de quo quæſivi.

EPHES. Collegi ex dictis tuis, quod eſſentia Patris & Filii, cum ſit una numero, eſt principium Spiritus ſancti: nam hoc [a] potius gaudere ſoles. Cum autem Pater & Filius producant Spiritum ſanctum, per communem eſſentiam illum producunt. Quoniam vero cum auditis, ex Patre & Filio Spiritum, neceſſe intelligitis cauſam Spiritus eſſe; numquid non eſt verum, ut dicamus eſſentiam & perſonam cauſam Spiritus?

a Termino ſcilicet potius principii quam cauſæ, ſecundum Græcos, ut dictum eſt.

PROV. Eſt principium quo, & quod.

EPHES. Utcumque ſit, eſſentiam Patris & Filii eſſe principium Spiritus, ut principium quo: reſtat igitur, ut ſubſtantia Spiritus ſit principiata.

PROV. Non ſequitur: nam intelligitur ex principio communicante rem unam, & idem.

AND. Fuit invicem locutio facta per deputatos hinc inde.

EPHES. Dico, ſi eſſentia Patris & Filii communis, quæ eſt una & eadem numero, producit Spiritum?

PROV. Non dicitis bene.

COLLATIO XVI.

EPHES. Dico, ſi eſſentia, quæ eſt communis Patri & Filio, & una, producit, quid tollit quo minus proceſſio Spiritus ſit cauſata?

PROV. Non [1] ſequitur, quia res producta etiam in humanis non producitur niſi ex ſuppoſito agentis. Suppoſitum humanum productum non dicitur, quod ſit productum a natura noſtra: non valet conſequentia, quia humanitas eſt nomen abſtractum ſecundum theologos, & in ſuo ſignificatu non ſignificat ſuppoſitum. Modo dico ſic. Hoc nomen, homo, ſignificat id quod ſubſiſtit, hoc ſuppoſitum producit aliud humanitate: ergo hoc ſuppoſitum eſt productum ab humanitate, non valet conſequentia.

EPHES. Sequitur quod homo productus ſit ab iſto homine humanitate, ut principio quo; & ſic in divinis.

PROV. Et ſic non ſequitur, quod Spiritus non ſit ſpiratus ab eſſentia [b] Patris, nec ſpirata, nec genita. Ego dico, quod pro finali habenda veritate, reſolutio patrum qui fuerunt in aliis conciliis, fuit ſemper ad teſtimonia ſanctorum patrum; ita quod in omni diffinitione fidei cum voluerunt ponere terminum, adducebant teſtimonia ſanctorum patrum, & acquieſcebant: & ita ego volebam facere, & ideo induxi auctoritatem, & non rationes. Vos adduxiſtis auctoritatem Baſilii. Satis dictum ſit pro intelligentia auctoritatis per vos introductæ, quia omnes intelligunt, quod Spiritus ſit ex ore Dei, & quod non eſt aliunde: ita dicit textus. Poſtquam ego geſſi tibi morem ad auctoritatem tuam, veniatis ad auctoritatem Baſilii ſecundam, quam induxi, & diſcutiamus teſtimonium: iſtud videtur rationabile.

b Ut principio quo. Vide ſtatim infra eumdem Provinc. ubi incipit, Attende.

EPHES. Auctoritas illa Baſilii ſuſcipiet poſtea inquiſitionem. Videamus dicta veſtra. Ergo dixiſti, quod in humanis ſuppoſitum producit ſecundum humanitatem, ſed non dicitur homo ex humanitate, ſed ex hoc homine ſecundum communem naturam humanitatis. Numquid ita dicendum eſt in divinis, quod hoc ſuppoſitum non producatur ab eſſentia deitatis, ſed ab hoc ſuppoſito? Si debet dici in divinis, ut in humanis non debet dici, quod ex communi divina eſſentia producatur aliqua divinarum perſonarum, cum divina eſſentia non ſit in ſe, ut quod producere poſſit. Cum audimus de ſubſtantia Patris & Filii eſſe Spiritum, non debemus intelligere ſubſtantiam velut cauſam: non eſt de natura eſſentiæ generare nec in humanis.

PROV. Volo oſtendere, quod hoc eſſe ex alio, intelligatur de perſona: & hoc oſtendo ex auctoritate Baſilii allegata in præcedenti congregatione. Dicit ſic in tertio contra Eunomium [c]: Quæ enim neceſſitas, ſi dignitate atque ordine tertius eſt Spiritus, tertium quoque eſſe natura? Namque ſecundum eſſe a Filio, ab eo eſſe habens, & ab eo accipiens & annuntians nobis, atque omnino ex ea cauſa pendentem, pietatis tradidit ſermo: natura vero uti tertia, nec ex ſanctis ſcripturis edocti ſumus, nec ex his quæ dicta ſunt [illegible] conſequenter colligere poſſumus. Dicit Baſilius, quod ex ipſo Filio habet eſſe, & ut ex cauſa: non dicit aliud. Dicatis quid vultis modo ex prima propoſitione heſterna, quia procedere eſt habere eſſe ab alio, prout omnes doctores tenent. Si ſecundum Baſilium hic Spiritus habet eſſe, & accipit eſſe a Filio, & pendet ex illo ut cauſa, neceſſario ſequitur, niſi negemus Baſilium, quod Spiritus procedat a Filio.

c Vide infra collat. 17. & 18. plura de hac auctoritate.

COLLATIO XVI.

Quantæ auctoritatis ſit Baſilius in materia Spiritus ſancti, omnes patres Chalcedonenſis concilii [a] in allocutione facta ad Marcianum ita dicunt de Baſilio: Sic magnus Baſilius miniſter gratiæ ſubſiſtentiarum evidentiam declaravit, & ſancti Spiritus doctrinam diligentius tradidit, conſacerdotum ſuorum eliciens ſubſcriptionem. Modo ſi omnes patres Chalcedonenſis concilii dederunt Baſilio tanta teſtimonia in materia Spiritus ſancti, & ipſe ita clarè dicat in hoc loco, videtur neceſſario, quod & veſtri & noſtri debent ſequi ſuam doctrinam in re fidei. Hic eſt textus in Græco antiquiſſimus: ſi vultis audire, poteſtis modo: habet quod eſt ex Filio, & non fit mentio de eſſentia.

Ephes. Inquirenda eſt auctoritas Baſilii ex quæſitis propoſitis.

Prov. Dicatis, quia hæc enucleat omnem noſtram diſputationem.

Ephes. Reputemus dicta, quod ſubſtantiam Patris & Filii, quæ eſt una numero, datis principium eſſe & cauſam Spiritus, quia videtur ex hoc, eſſentiam Spiritus factam eſſe. Deinde duæ ſubſtantiæ in divina Trinitate colliguntur, quæ ſunt ſibi invicem oppoſitæ ſecundum cauſam & cauſatum: hoc autem longe eſt a theologia Chriſtiana, & penitus alienum, neque ab ullo doctorum dictum. Nam dicunt: Eſſentia neque generat, neque producit, neque ſecundum eſſentiam Pater generat aut producit, neque Filius, ut vos dicitis, ſed ſecundum ſuam ſubſtantiam, hoc eſt ſecundum ſuam naturalem proprietatem. Ergo communis ſubſtantia Patris & Filii non eſt a ſe cauſa, nec aut quo, aut quod: nam neque ipſa, neque per ipſam Spiritus generatur vel producitur, ſed ſecundum ſuam perſonalem & ſuſceptivam proprietatem. Hæc denique collecta ſunt ex dictis tuis, neque poteris emendare quæ dicta ſunt in præſenti, neque alio tempore. Nunc ingrediamur ad auctoritatem Baſilii.

Prov. Dicitis, quod videtur ſequi ex meis dictis, quod eſſentia divina ſit cauſata: ſed ego pono, quod eſſentia. [b]

Ephes. Non tantum dico, quod ſubſtantia divina ſit cauſata, ſed quod ſit diviſa.

Prov. Attende ad interpretationem. Subſtantia quandoque capitur pro eo quod exprimitur per diffinitionem rei; ut dicimus: Diffinitio indicat quod eſt eſſe rei: & iſta eſt quidditas, eſſentia, vel natura; & in ſuo ſignificatu non connotat ſuppoſitum, ſed ſemper ſignificat illam formam, ſive eſſentiam, ſive naturam. Alio modo (& hoc habetis 5. metaphyſicæ in capite de ſubſtantia, & noſtri doctores ita diſtinguunt) capitur ſubſtantia pro ſuppoſito quod ſubſtat ſpeciebus ſuperioribus: ſicut dicimus, quod in linea ſubſtantiæ, ſive prædicamentali, ut ponit Porphyrius, ponitur hic homo, velut Socrates, Plato: & hæc ſunt ſuppoſita, & vocantur ſubſtantia. Iſta ſubſtantia quæ eſt ſuppoſitum, quandoque vocatur hypoſtaſis, quandoque ſubſiſtentia, quandoque res naturæ: & in natura humana vocatur perſona, qui eſt intellectualis naturæ incommunicabilis ſubſiſtentia. Itaque in ſpecie intellectuali id quod in aliis ſpeciebus vocatur ſuppoſitum, & ſubſtantia, & ſubſiſtentia, vel res naturæ, in intellectualibus vocatur perſona. Hoc poſito, quia doctores ſancti volentes inſtare contra Arium & contra Macedonium (quorum primus dixit, Filium eſſe creaturam, & non de ſubſtantia Patris: ſecundus dixit, Spiritum eſſe creaturam) uſi ſunt hoc modo loquendi, quod Filius eſſet de eſſentia Patris, & quod Spiritus eſſet de eſſentia & ſubſtantia Patris & Filii. Si capiamus ſubſtantiam pro ſubſiſtentia, cum Pater ſit in intellectuali natura, & cum ſit perſona, ita poteſt dici ſubſiſtentia & ſubſtantia, res naturæ, & ſuppoſitum. Si ſumatur ſic, idem eſt dicere, quod generare competat perſonæ Patris, ac ſi diceretur, quod competit huic ſubſtantiæ, quia hæc ſubſtantia, quæ eſt idem quod pater & paternitas, illa eſt quæ generat, & nullo modo communicatur; quia proprietates non ſunt communicabiles. Doctores noſtri Latini omnes non utuntur hoc termino, ſubſtantia, pro perſona Patris, nec perſona Spiritus ſancti; ſed retinuerunt nomen ſubſtantiæ, ſecundum quod in humanis exprimitur, quod dicitur eſſentia, vel natura. Cum dicimus ſecundum Latinos noſtros, quod Spiritus eſt de ſubſtantia Patris, capimus ſubſtantiam pro eſſentia, quæ eſt in Patre. Modo ego diſtinxi ſubſtantiam duobus modis. Subſtantia quandoque ſumitur pro ſuppoſito, & tunc eſt idem quod perſona in divinis, & eſt idem quod ſubſiſtentia & hypoſtaſis. Alio modo ſumitur, & hoc ſecundum philoſophos & theologos, prout dicimus, quod diffinitio indicat ſubſtantiam rei: & hæc eſt quidditas, vocata natura & eſſentia. Quando igitur doctores noſtri dicunt, quod Spiritus eſt de ſubſtantia Patris, vel de ſubſtantia Filii, non capiunt ſubſtantiam pro ſubſtantia Patris, ſed capiunt pro natura. Illa ergo eſſentia eſt in Patre, & idem eſt realiter quod Pater. Et nomen Patris dicit eſſentiam, & dicit relationem, ſecundum quam hoc ſuppoſitum diſtinguitur ab alio. Hæc eſſentia communis eſt in Patre. Illa eſt quæ communicatur Filio per generationem, & hoc eſt principium quo Pater generat & producit Filium. Sed hæc eſſentia non communicatur Filio ſecundum eſſe quod habet in Patre. Et in hoc eſt deceptio tua, quia non intelligis, quod cum dicimus, quod eſſentia Patris communicatur Filio, non dicimus ſecundum eſſe quod habet in Patre, quia ſequeretur, quod generaret, quod eſt impoſſibile: iſta eſſentia ſic abſolute, prout potentia generandi, illa eſt principium quo, & eſt id quod communicatur & datur a Patre ipſi Filio: modo in generatione Patris reſpectu Filii omnia communicantur cum eſſentia, excepto eſſe paternitatis, ſeu proprietatis, quia hoc non communicatur. Sed eſſe principium Spiritus non repugnat filiationi: ergo communicando habet, ut eſſentiam, ita & eſſe principium Spiritus ſancti: quia eſſe principium Spiritus in Patre, non repugnat filiationi, ſeu proprietati Filii. Neque ſic conſequitur, quod aliquo modo ſit cauſata, vel cauſet. Hoc modo omnes doctores Latini dant hunc intellectum, & declarant in illis diſputationibus, in quibus dicitur, quod Filius eſt de ſubſtantia Patris, & Spiritus de ſubſtantia Patris & Filii. Sic teneatis intellectum de ſubſtantia cum diſtinctione, & non eritis in æquivocis.

And. Hic fuit lecta auctoritas Baſilii in Græco.

Cardin. Poſtquam provincialis quæſito tuo reſpondit, reſpondeas auctoritati Baſilii.

Ephes. Nos cum audimus patres primæ ſynodi dicentes in primo ſymbolo, in theologia quæ eſt de Filio, & Filium genitum ex Patre, id eſt de ſubſtantia Patris, nihil aliud intelligimus

[a] a Parte 3. ejuſdem concilii.

[b] b Non eſt finita propoſitio, interrupta ab Epheſino, quam ſtatim reaſſumit provincialis.



ANNO CHRISTI 1439.

niſi de perſona ejus, hoc eſt ſubſtantia cum proprietatibus. Placetne vobis hoc, quod ſubſtantia dicatur perſona, an datur vobis alia ſubſtantia?

Prov. Ego pluries dixi, non capitis? Audiſtis, quod nos intelligimus ſecundum duos modos nomen ſubſtantiæ. Secundum unum modum, cum volumus communem ſubſtantiam trium perſonarum oſtendere. Secundum alium vero, quando ſubſtantiam cum proprietatibus quæ in ea ſunt, id eſt perſonam. Quando autem in ſymbolo concilii primi dicitur, Genitum ex Patre, hoc eſt de ſubſtantia Patris, ex omni neceſſitate intelligere debemus, id eſt ex [a] perſona Patris, non ex alia ſpecie ſubſtantiæ: dico, quod in divinis doctores non utuntur niſi iſtis duobus modis. Sed iſte ſecundus modus apud Latinos nunquam fuit admiſſus niſi ſub nomine ſubſiſtentiæ, vel hypoſtaſis, vel perſonæ, ne quis poſſet calumniari, quod poneremus tres ſubſtantias. Sed prout fuit concluſum in illo Nicæno concilio, cum fuit diffinitum, quod Filius eſſet *ὁμοούσιος* cum Patre, quod dicimus, conſubſtantialis, illa conſubſtantialitas illa eſt, quæ ſecundum primum modum eſt communis tribus perſonis: & de iſta omnes propoſitiones intelligendæ ſunt de ſubſtantia Patris, ut de principio quo.

Ephes. Dixiſtis, quod ſubſtantia ſecundum quam eſt unum Pater & Filius, eadem eſt, quæ eſt communis tribus perſonis.

Prov. Ita.

Ephes. Vide ſi verum eſt dicere, quod ex communi tribus perſonis ſubſtantia procedat perſonaliter Spiritus. Nam dixiſtis antea, quod ex communi Patris & Filii procedat Spiritus.

Prov. Vellem ut melius intelligeretur hæc propoſitio de proprietate & eſſentia. Facitis aliquam diſtinctionem inter proprietatem & eſſentiam?

Ephes. Maximam.

Prov. Quæ eſt? realis, vel ſecundum rationem?

Ephes. Secundum rationem noſtram.

Prov. Proprietates iſtæ ſunt idem cum perſona, ſcilicet paternitas & Pater?

Ephes. Secundum rem vel ſuppoſitum idem ſunt; ſed diſtinguuntur ratione.

Prov. Modo in perſona Patris eſt paternitas & eſſentia, quæ eſt communis tribus. Perſona ergo Patris non diſtinguitur a paternitate & eſſentia, niſi ſecundum rationem. Eſt ſic?

Ephes. Sic.

Prov. Benedicitis. Cum ergo in Patre non ſit niſi paternitas, quomodo Pater generat? quid eſt quod communicat Filio? an paternitas, vel eſſentia vel utraque?

Ephes. Id quod communicatur Filio, eſt ſubſtantia vel eſſentia: ſed ſecundum proprietatem ejus paternam eſt principium eſſe Filii, non ipſa ſubſtantia, quæ eſt communis tribus.

Prov. Id quod communicatur Filio, eſt ſubſtantia, & illa quæ eſt communis tribus: quia in perſona Patris non eſt niſi iſta eſſentia & paternitas, nil plus. Si ergo non communicatur proprietas, non ſuppoſitum, non ſubſtantia ſecundo [a] modo, de neceſſitate ſequitur, quod ſi Pater communicat quid Filio, communicet communem eſſentiam.

[a] a Quæ eſt idem quod ſuppoſitum, ut paulo ſupra declaravit idem Provinc.

Ephes. Ita, hoc nos diximus, quod communis tribus ſubſtantia eſt, quam Filio communicat; quæ cum ſit una numero, dividitur.

Prov. Verbum, dividitur, non eſt in divinis: dicas.

Ephes. Quæ cum ſit una numero, dividitur ſecundum rationem noſtram in Patre & Filio & Spiritu ſancto: & propterea dicitur a nobis ſubſtantia Patris, & ſubſtantia Filii, & ſubſtantia Spiritus ſancti; intelligentibus nobis per diſtinctionem horum nominum uniuſcujuſque perſonam. Quid eſt, quod vos colligitis?

Prov. Id quod ego colligo ex iſtis, colligo unum, quod eſt contrarium ejus quod dixiſtis: quia ſi iſta eſſentia dividitur in tribus perſonis (quod eſt falſum) ſequeretur, quod eſſentia Patris quæ communicatur Filio & Spiritui, communicaretur ſecundum rationem, & non ſecundum rem. Hoc eſt falſum, & contra doctores, qui dicunt, quod realiter communicatur: & ſi quælibet perſona non habeat rem niſi per rationem, ſequeretur quod eſſent ſecundum rationem diſtinctæ.

Ephes. Ego non dixi, quod perſonæ ſint diſtinctæ ſecundum rationem: ſed cum nos intelligimus proprietatem ſimul cum ſubſtantia, diſtinguimus unamquamque perſonam, & dicimus ſubſtantiam Filii ex ſubſtantia Patris, propter quæ volumus oſtendere perſonam Filii eſſe ex ſubſtantia Patris: & ſic conſtituimus divinas perſonas habentes proprietates ſuas, non quod ipſæ perſonæ ſecundum rationem adinvicem diſtinguantur.

Prov. Vos dicitis, quod communicatio eſſentiæ eſt ſecundum rationem.

Ephes. Non dixi, ſed ratione diſtinguuntur in tribus perſonis. Quærimus a vobis, quomodo intelligatis, Subſtantia Patris, ſubſtantia Filii, & ſubſtantia Spiritus ſancti. Intelligitis diſtinctam?

Prov. Dixi, quod doctores noſtri Latini ſumunt in divinis ſubſtantiam pro eſſentia, non pro ſubſiſtentia: & ideo nunquam dicimus, quod ſunt tres ſubſtantiæ, licet dicamus, quod ſunt tres ſubſiſtentiæ & tres hypoſtaſes & perſonæ realiter diſtinctæ, ſed in eſſentia eſt unum, & unus Deus. Perſonæ conſtituuntur ex eſſentia & ex proprietate: & ideo nil plus eſt in perſona, niſi eſſentia & proprietas: & iſta duo proprietas & eſſentia ſunt unum ſecundum rem, & ſecundum proprietatem perſonæ diſtinguuntur realiter, quia ſunt ad aliquid; & ſecundum eſſentiam ſunt unum, & eſt unus Deus; & hæc eſſentia communicatur.

And. Ad alium diem, adſtrictis rerum anguſtia audientium ſenſibus, negotium eſt dilatum, Græcis volentibus.

## NOTÆ HORATII JUSTINIANI

### AD DECIMAMSEXTAM COLLATIONEM.

1 *Cauſa*. ] Græci pro principio dicunt cauſam, ut habetur in diffinitione hujus concilii. Vide opuſcul. Beſſarionis ad Alexium, in fine hujus operis cap. 1.

2. *Replicas*. ] Vim faciebat Provincialis, ut Epheſius concederet, Spiritum procedere etiam a Filio, & non tantum eſſe conſubſtantialem Patri & Filio, vel procedere a Patre, cui eſt conſubſtantialis Filius, & non a Filio, ut infra.

3. Se-

COLLATIO XVII.

3. *Sequitur.*] Jam dixerat non eſſe principiatam, quia intelligitur ex principio communicante unum & idem. Modo ulterius reſpondet, non eſſe principium & cauſam ipſam eſſentiam, niſi ut in ſuppoſito.

4. *Perſona Patris.*] Senſus Provincialis eſt, quod cum dicit concilium Nicænum, *Genitum ex Patre, hoc eſt de ſubſtantia Patris*; intelligendum eſt de perſona Patris ut quod, & de eſſentia ut quo, non autem quaſi ex aliqua tertia ſpecie ſubſtantiæ. Ideo ſubdit concilium ibidem, *Conſubſtantialem Patri*: tunc enim agebatur de hoc articulo conſubſtantialitatis contra Arium.

## COLLATIO DECIMASEPTIMA.

### DIE VIII. MARTII.

*Examinatur auctoritas Baſilii de proceſſione Spiritus ſancti a Filio, variis allatis codicibus tam integris, quam corruptis.*

AND. Die octava Martii in conventu Florentiæ tertio Epheſinus hoc modo colluctationi principium dedit.

EPHES. Pridie, reverendiſſime pater, dimiſimus ſecundam auctoritatem Baſilii per vos allatam: quare videtur, ut legatur auctoritas, ſi placet, ut ambo illam conſideremus.

Vide ſupra Collat. 15. & in Græco Seſſ. 10.

AND. Fuit lecta auctoritas in Græco, demum in ¹ Latino. Quæ autem neceſſitas, ſi dignitate aut ordine tertius eſt Spiritus, tertium eſſe natura? Dignitate namque aut ordine ſecundum eſſe a Filio, cum ab ipſo habeat eſſe, & ab eo accipiat & annunciet nobis, & omnino ab illa [a] dependeat cauſa, pietatis tradit ſermo: natura uti tertia, nec a ſanctis ſcripturis edocti ſumus, neque ex ſanctorum dictis colligere poſſumus.

EPHES. Liber iſte reperitur apud nos ita corruptus, ita adulteratus circa iſtam auctoritatem, ut per vos dicta eſt. Nam ſunt in Conſtantinopoli quatuor vel quinque libri, qui ita etiam ſe habent. Libri enim qui ſanam & incorruptam habent ſententiam, ſunt prope mille, vel plures, qui quidem digni ſunt & propter multitudinem & antiquitatem, & qui etiam ſervant conſequentiam ſecundum intentionem doctoris. Videtur, quod id quod paſſum eſt ſanctum ſymbolum [a], manifeſte hoc idem paſſus ſit liber per manus eorum qui alias ſentiunt, & ſuſcepit additionem, quæ multam contrarietatem habet, & quæ multam incongruentiam, & inconſequenter & auctoritati & intentioni doctoris. Primo itaque aſpicite librum iſtum antiquiſſimum apud nos, ubi nulla eſt additio: deinde inquiramus conſequentiam auctoritatis ad ea quæ dicta ſunt, & quæ ſequuntur intentionem doctoris.

a Intelligit de addit. proceſſ. a Filio, quam Julianus card. ſupra ex vetuſtis codicibus probavit legi in ſymbolo ſeptimæ ſynodi.

PROV. Audiatis, & poſtea legetis. Audivimus duo a veſtra paternitate. Primo, quod libenter voluiſſetis proſequi materiam, de qua in præcedenti congregatione feceratis mentionem. Et quia propter meam requiſitionem deſcenditis ad auctoritatem Baſilii, reſervantes illa ad ſequentia, & ſuper hoc multum mihi placet ut ſemper incipiamus a teſtimoniis ſanctorum patrum; quia ſemper teſtimonia termini ſunt, ad quos vos & nos debemus intendere: poſt teſtimonia ero paratiſſimus reſpondere ad quæſita tua. Secundum dixiſtis, quod liber noſter fortaſſe patitur calumniam per additionem, ut etiam alias dicebatis de additione in ſymbolo. Ad hanc particulam de ſymbolo ſic dicimus, quod ita clare per reverendiſſimum dominum cardinalem dictum eſt, ut nil lucidius dici poſſit. Ad A primum, ſicut alias dictum eſt in loco iſto, ſi aliquid dubitationis apud vos remanet, expleta iſta materia, ſemper erimus parati reſpondere. Ad factum libri ita dicimus, quod iſte liber de anno præterito de Conſtantinopoli adductus eſt, & dominus Nicolaus de Cuſa portavit: & eſt liber in membranis, non in papyro, & antiquiſſimus, ita ut ſecundum judicium plurimorum qui viderunt, viſa antiquitate, videtur ſcriptus ultra 600. annos, & ſic ante ſeparationem hanc: & eſt ita correctus, & appuntatus, & ordinatus, ut nil deficiat. Dico igitur, quod falſitas non poteſt attribui huic libro de additione. Primo, quia nunquam fuit apud Latinos, niſi modo: videatis omnes vos ſi eſt poſita raſura vel additio. B Secundo, quia ratio iſtius additionis, de qua dicitis, non videtur poſſe attribui Latinis. Ratio eſt, quia uſque ad horam præſentem, (ut cum venia ſemper dicam) ex veſtriſmet libris, & ex ſynodis antiquiſſimis apparet manifeſte, quod vitium corrumpendi libros, & auferendi quæ quandoque faciebant contra impugnantes fidem, fuit deprehenſum in partibus veſtris. Legatis in epiſtola per Cyrillum ad Joannem Antiochenum ſcripta, cujus initium eſt; Exultent cœli: in fine illius, quæ etiam ſubſcripta fuit a tota Chalcedonenſi ſynodo, ita ſcribit [b]: Nam ſi quidam eorum qui recta pervertere ſolent, meas voces immutant ad placitum, non admiretur hoc tua ſanctitas, ſciens, quoniam etiam omnes hæretici de ſcripturis divinitus inſpiratis C ſuorum colligunt errorum occaſionem, ea, quæ dicta recte ſunt, ſua malitia corrumpentes. Et ponit exemplum, ultra ſuam, de Athanaſii epiſtola, oſtendens quod epiſtola Athanaſii ad Epictetum fuit corrupta. Idem beatus Cyrillus ſcribens ad Acacium in epiſtola cujus initium eſt, [c] Mutua re vera locutio; in fine ita loquitur: Si autem quaſi a me ſcripta, a quibuſdam proferatur epiſtola, quod pœnitentiam egerim de his quæ apud Epheſum geſſimus, derideatur: nam ſumus per Dei gratiam in bono ſenſu, nec extra rationem rectum ferimur. Ex quibus verbis habetur manifeſte, quod ſemper Cyrillus fuit illius ſententiæ, qua fuerat in tertia ſynodo: & in illamet D epiſtola introducit Emiſenum epiſcopum, qui detulerat Cyrillo illam epiſtolam Athanaſii ad Epictetum corruptam, & interrogabat Cyrillum, ſi erat ejuſdem fidei, prout Athanaſius: & beatus Cyrillus ita reſpondit: Si habes epiſtolam Athanaſii ad Epictetum integram, & non corruptam, ejuſdem fidei ſum cum Athanaſio. Viderunt hanc epiſtolam cum illa quam habebat apud ſe, & apparuit, quod erat difformis: & in toto oriente non fuit reperta epiſtola integra Athanaſii, niſi apud Cyrillum; unde ille Emiſenus correxit ſuam ad exemplum illius quæ erat apud Cyrillum, & miſit correctam Joanni Antiocheno. Modo non videtur irrationabile, quod ſtante iſto diſſidio noſtro, illi primi, quibus magis E imputandum eſt quam poſterioribus, aſſumentes occaſionem diviſionum ex hac parte proceſſionis Spiritus ſancti a Patre & Filio, quæ ſemper fuerat a principio fidei noſtræ uſque ad illam horam clara, ad removendum hoc quod Baſilius ponit, quod corruperint libros, de quibus dicis: unde veriſimiliter creditur, quod Spiritus ſanctus reſervaverit hunc librum in urbe Conſtantinopolitana, ut non invenirentur ab illis. Quare ex dictis nulla ſequitur ratio, quod hic ſit fallacia additionis. Ulterius, quia nos & vos convenimus ad videndum veritatem, ex mutua

ANNO CHRISTI 1439.

Vide S. Antonin. tit. 22. cap. 13.

b In actis concil. Epheſ. part. 3. cap. 14.

c Aliàs [illegible] in act. concil. Epheſ. part. 3. cap. 35. in fine.



ANNO CHRISTI 1439.

tua caritate in ſancta intentione debemus invicem libros communicare. Et quia res hæc eſt magni ponderis: ſi aliquis apud vos habet librum Baſilii antiquiſſimum, producantur omnes veſtri, & conferantur cum iſto. Secundo videantur ſequentia, ut ex præcedentibus & ſequentibus de neceſſitate concludatur, quod ita voluerit. Hæc ſunt quæ pro nunc habemus.

CARD. Legatur particula, prout in libro veſtro: & oſtendatur liber noſter: & veſter eſt in papyro?

EPHES. Ita.

AND. Hoc medio invicem oſtenſi ſunt libri imperatori.

EPHES. Quod liber iſte ſimilis apud nos inveniatur habens additionem, prout & vos produxiſtis, nos etiam profeſſi ſumus: propterea non eſt mirandum, ſi liber iſte de libris illis qui inveniebantur in Conſtantinopoli, habitus ſit. Videtur itaque potius non feciſſe nos talem additionem. Nam ſi nos feciſſemus, de facili potuiſſemus nos delere omnes libros qui in Conſtantinopoli inveniebantur, cum ſint pauci libri, qui hanc additionem habeant. Sed cum uſi fuerimus ſimplicitate, nos permiſimus ut ſtarent libri, in quibus erat contraria opinio, de quibus poteſt dici hunc inde tranſductum. Veriſimile etiam eſt librum hunc fuiſſe ſcriptum ab aliquo, qui apud illas partes fuit illius opinionis: & hoc modo non eſt mirandum, cum veriſimile ſit, etiam in iſtis partibus fuiſſe aliquos, qui fuerunt noſtræ opinionis. Quod autem multoties corruptio facta fuerit in illis partibus a nonnullis hæreticis, qui novas quaſdam opiniones inducebant in eccleſiam, aſſentimur, & habemus auctoritates quas produxiſtis, quæ dicunt quod dicitis. Sed apud vos bene ſcitis fuiſſe tempore papæ Zoſimi producta geſta Nicæni concilii ad concilium [a] Carthaginenſe. Nam ſcripſit ille papa Zoſimus illi concilio, quod Nicænum concilium in canonibus ſuis dedit auctoritatem apoſtolorum & primatum totius orbis ſummo pontifici Romano [b], allegatis canonibus quibuſdam concilii Nicæni: quem canonem cum non cognoverint, qui erant in concilio Carthaginenſi, non ſuſceperunt ita de facili, ſed dixerunt: Nos nil tale habemus in canonibus Nicænis, & propterea quæremus authentica Nicæna a pontificibus orientalibus, hoc eſt patriarcha Alexandrino beato Cyrillo Conſtantinopolitano beato [c] Sophronio. Hæc authentica Nicæna fuerunt requiſita a dictis epiſcopis per epiſtolas concilii, & miſſa fuerunt eis, & inventa ſunt nullatenus habere canonem illum, quem papa produxit: propterea ſcripſerunt ipſi, quod non quæreret amplius auctoritatem apoſtolorum, cum non fuerit ei tradita per canones conciliorum. Vides quomodo papa ille adulterinum canonem produxerit, præſertim cum ſcripſerit ad tale magnum concilium, & de tam maxima re. Non eſt itaque mirandum, ſi apud nos aliqui libros corruperint, volentes innovare dogmata, & inniti voluntatibus propriis. Et in hac auctoritate Baſilii eſt multitudo & antiquitas librorum, quæ libro noſtro victoriam dant: & hoc ipſum, quod fuerint libri pauci, & quod non fuerunt deleti, licet fuerit poſſibile propter paucitatem, videtur quod confiſi nos veritate & aliis vocibus Baſilii patris noſtri, hanc additionem A permiſimus ſtare in hujuſmodi libris, prout ſtat.

a Carthaginenſe VI.

b Et in ſpecie de appellat. ad ſedem apoſtol. ut ſtatim infra in reſponſione Provinc. ubi incipit, *Multa diſſa*: hac eadem collat.

c Proclo. ¹ legendum Attico.

COLLATIO XVII.

PROV. Legatis, prout habetis: legatis illa verba, ubi incipit [d], Quæ eſt neceſſitas, ad verba Eunomii, illa videlicet: Cum vero ſufficiant tanta de unigenito, juſtum eſt de Paracleto dicere, neque ſequentes aliorum opiniones non exquiſitas, ſed cuſtodientes in omnibus ſanctorum doctrinam, a quibus cum tertium ipſum dignitate & ordine didicerimus, tertium, & natura credimus.

EPHES. Eunomius ſic dicit.

PROV. Nos ſcimus.

EPHES. Eunomius ſic dicit, quod cum voluerit dicere de Paracleto, non ſequeretur opinionem B multorum, ſed cuſtodiret ſanctorum doctrinam, a quibus dicit Spiritum eſſe tertium in dignitate & ordine, & propter hoc tertium eſſe natura. Videamus quid ad hoc dicat Baſilius.

AND. Surrexit legens hæc verba Baſilii. Quod autem ipſe non putet oportere in ſimplici & rudi fide multorum manere, ſed artificioſis quibuſdam & ſophiſticis ſermonibus iterum ad id quod ſibi videtur, decipiat veritatem, ſatis ex his quæ dixit, oſtendit. Nam cum ipſe contemnat multorum opiniones, qui ſentiunt Spiritum ſanctum noſci ex ſanctorum doctrina, hos qui eam tradiderunt, tacet: nunc etiam illa faciens, quæ in ſermonibus qui ſunt de uni- C genito, feciſſe oſtenditur, dicit a ſanctis didiciſſe tertium eſſe dignitate & ordine, a ſeipſo crediſiſſe tertium eſſe natura. Qui autem ſint ſancti, & quibus ſermonibus dixerint, dicere non poteſt. Nunquid fuit unquam homo ſic audax qui divinorum dogmatum innovationes induceret? Itane ſe habet liber veſter?

PROV. Ita: hic dicit Baſilius occurrens Eunomio, quod ab his quæ dixit, manifeſtavit ſatis, quod ipſe non vult perſeverare in ſimplici & rudi fide & multorum, ſed decipit veritatem, ut ſibi videtur, & contemnit multorum opiniones, qui ſanctificant Spiritum. Fingit ſe cuſtodire doctrinam ſanctorum: qui autem ſunt ſancti, & quibus ſermonibus dixerint, D tacet: ipſum inculpat ut audacem, & innovationem dogmatum producentem. Habeſne quæ dicta ſunt?

EPHES. Videtur ex his beatum Baſilium non ſuſcepiſſe, quod ſanctorum hæc fuerit doctrina, tertium eſſe dignitate & ordine Spiritum. Imo ipſe accuſat Eunomium, ut audacem & fallacem. Nonne de neceſſitate quæ dicta ſunt, inferuntur? Videamus quæ ſequuntur, & addiſcamus, ſi potius quæ ſunt in veſtro libro, faciant pro nobis.

PROV. Vos videmini inferre, quod nos non inferimus.

AND. Continuavit legens. Quæ ergo neceſſitas eſt, ſi dignitate & ordine tertius eſt E Spiritus, tertium etiam eſſe natura? Nam dignitate quidem ſecundum eſſe a Filio tradit forte pietatis ſermo: natura autem tertia uti, nec a ſanctis doctrinis docti ſumus, neque ex his quæ prædicta ſunt, conſequenter poſſibile eſt ſyllogizare vel colligere. Nam ſicut Filius ordine ſecundus a Patre, quia ab ipſo eſt, quia principium & cauſa ipſius eſt Pater, & quoniam per ipſum acceſſus eſt ad Deum Patrem; natura non ſecundus, quia deitas in utroque una eſt: manifeſtum quod Spiritus ſanctus etſi ſuccedit Filio dignitate, & ordine, non inde ſequi veriſi-

d Incipiunt examinare antecedentia & conſequentia S. Baſilii lib. contra Eunomii initio, ut appareat ſenſus ejuſdem ad confirmationem præcedentis auctoritatis adductæ ex eodem; & pro clariori intelligentia videndus eſt textus S. Baſilii.

COLLATIO XVII.

veriſimiliter, ut concedamus ipſum eſſe alienæ naturæ.

EPHES. In hac parte cum primo inculpaverit Eunomium Baſilius, ut innovatorem & audacem, quia ſanctis apponebat quæ per ipſos non ſunt dicta: poſtea concedit per ſuppoſitionem tertium eſſe dignitate & ordine Spiritum ſanctum, ſed non ex hoc, ut ex neceſſitate, inferri tertium natura. Eunomium improbat dicentem ſe cuſtodire doctrinam ſanctorum: Contemnens, inquit, opinionem multorum, qui Spiritum ſanctum glorificant, dicit ſe cuſtodiſe doctrinam ſanctorum: ſed qui ſunt ſancti, & quibus ſermonibus hoc dixerunt, nunquam auſus eſt oſtendere audax homo, qui innovator eſt dogmatum divinorum. In his Baſilius videtur clare nullo modo ſuſcipere nec putare eſſe doctrinam ſanctorum, tertium eſſe dignitate & ordine Spiritum. Poſtea cum hoc conceſſerit per ſuppoſitionem, infert ſic: Quæ neceſſitas, ſi dignitate & ordine tertius eſt Spiritus, tertium eſſe natura? Nam eſſe a Filio dignitate ſecundum, tradidit forte pietatis ſermo. Ita liber noſter habet; cum liber iſte ſit antiquiſſimus, ut videtur, & conſona ſint dictis. Qui enim omnino noluit ſuſcipere, tertium eſſe ordine & dignitate Spiritum, nec putare doctrinam ſanctorum, ſed dedit per ſuppoſitionem, quomodo ipſe poterat reddere rationem, quod propter hoc ſecundus eſt a Filio Spiritus, quia ab ipſo habet eſſe, & accipit, & annunciat nobis? Id quod non ſuſcepit prius, quomodo de eo debeat reddere rationem? & impertinens eſt additio intentioni beati Baſilii: hoc magis eſt conveniens, quod in noſtro jacet libro, quod per ſuppoſitionem det hoc: & inferius dicit amplius, cum dixiſſet exempla angelorum, ſic in libro noſtro dicit, neſcio ſi taliter & in veſtro jacet: legantur exempla.

PROV. Scio exempla de angelis, & de ſanctis, & de ſtellis.

EPHES. Volo quod legantur.

AND. Legit lector his verbis ſic, videlicet & Spiritum ſanctum, licet dignitate & ordine ſuccedat, ut dicunt: accepimus namque tertium a Patre & Filio numerari, ipſo domino in introductione ſalutaris baptiſmatis tradente ordinem: cum dicit: *Ite, baptizate in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti*, ſed ad naturam tertiam a natura Patris & Filii dejectum nuſquam recepimus.

Matth. 28.

EPHES. Sic poſitis exemplis, cum dubitatione dicimus dediſſe ſermonem, quod etſi tertius eſt dignitate, ut dicunt, (ſic in libro noſtro jacet) quonam modo Baſilius dixiſſet hoc, & dediſſet pro conceſſo, Spiritum eſſe tertium, & ſecundum a Filio, ſi ex ſeipſo penitus hoc negavit, & alienum a doctrina ſanctorum putavit? Quod autem hanc opinionem nullo modo habuerit Baſilius, nec ſenſerit Spiritum a Filio procedere, & ab ipſo accipere eſſe, teſtis eſt nobis non alius, ſed ipſemet ſcribens in epiſtola quam ſcribit fratri Gregorio de differentia eſſentiæ & perſonæ, ut ab auctoritate quæ legenda eſt, manifeſte cernetur intentio Baſilii, & qualem opinionem habuerit de proceſſione Spiritus. Nam dicit ſic in 4 epiſtola: Quoniam Spiritus ſanctus, a quo omnis creatorum bonorum largitio manat, a Filio pendet, cum quo indiſtanter conſideratur, a cauſa autem Patris pendens, habet eſſe, unde & procedit: hoc notionale ſecundum proprietatem perſonæ habet, quod poſt Filium & cum ipſo agnoſcitur, & quod a Patre ſubſiſtat: Filius autem, qui Spiritum qui a Patre procedit, per ſe & cum ſe oſtendit, ſolus unigenitus a non genito, lumen ſplendens, nullam ſecundum proprietatem notionum habet communicationem a Patre ad Spiritum, ſed quod tantummodo his ſignis indicatur.

ANNO CHRISTI 1439.

In hac auctoritate plane Baſilius a Patre ſolum habere eſſe dicit: nam dicit ſic: Spiritus ſanctus a Filio quidem pendet, hoc eſt, poſt Filium ordinatus eſt. Poſtea reddens rationem, non dicit, quod ab ipſo procedat, aut ab ipſo habeat eſſe, ut auctoritas quæ a vobis producta eſt, dicit: ſed cum ipſo indiſtanter comprehenditur, cum a Patre procedat: & infert partiali figura dividens ſermonem, A paterna cauſa pendens habet eſſe, unde & procedit. Videſne quomodo ſoli Patri dat cauſam Spiritus? quod pendens habeat eſſe Spiritus [a]. Nunquam in hac auctoritate contraria ſibi ſanctus dixiſſet. Nam ratio non permittit hoc Filio dari: datum eſt ſibi notionale ſignum, quod cum ipſo indiſtanter comprehendatur, & ſubdit: Filius, qui per ſe & ſecum notificat Spiritum. Non dicit, quod ipſe producat, ſed quod a Patre procedentem notificat. Deinde dicit: Non genitus ex non genito [b] Patre ſplendet: dixit Filium nullam habere communionem juxta proprietatem hujuſmodi, a Patre aut a Spiritu. Non ergo aliquam communicationem habet in productione Spiritus, quæ perſonæ Patris attribuitur: ſed dicit, Cum Filio agnoſcitur & Spiritus ſanctus, his, & non [c] aliis, ſolus genitus a Patre, quia per ſe & cum ſeipſo notificat Spiritum. Ergo his ſolis oſtenditur & cognoſcitur, & non aliis. Quomodo communicat productioni Spiritus, quæ Patri attribuitur ſoli?

a A ſolo ſcilicet Patre; ſecundum Epheſinum.

b Patre, ſcilicet Filius.

c Scilicet ſignis.

PROV. Multa dicta ſunt per reverendum patrem, quæ forte potuiſſent paucioribus exprimi, ſi volumus venire ad rei veritatem, cum veritas paucis ſit contenta. Sic ergo reſpondeo breviter ad dicta duo, quæ permiſiſtis ad dejiciendam auctoritatem: ſic dico. Cum ipſe dixiſti, quod liber productus in medium potuit corrumpi per aliquem ibi exiſtentem, qui teneret noſtram opinionem: hoc ſic rejicitur, quod a tempore quo liber ſcriptus eſt, ut manifeſte apparet ejus inſpectu, eo tempore nulla erat diviſio inter Latinos & Græcos: & hæc videtur ſatis evidens conjectura. Secundo, quia non eſt dictum per me, quod patres qui ſunt in præſenti tempore, vel qui paulo ante nos fuerunt, debuerunt libros corrupiſſe: ſed dicimus de auctoribus hujus diviſionis, qui cum viderunt, quod doctores Græci & Latini hanc opinionem tenerent (ut manifeſte oſtendetur cum veſtris libris) non invenerunt meliorem viam coloris ſui, quam ad falſificandum libros, quos potuerunt habere. Quoad ſecundum ſic dico. Allegaviſti Zoſimum papam, & dixiſti, quod miſit certos canones Nicænos ad concilium Carthaginenſe; volens inferre, Zoſimum miſiſſe canonem corruptum, & quod Zoſimus fecerit hanc falſitatem: non allegaſti aliquem doctorem qui hoc dicat, aut hæreticum. Ego allegavi vobis duo magna teſtimonia in duabus epiſtolis beati Cyrilli, quarum una fuit acceptata per totum concilium Chalcedo-



ANNO CHRISTI 1439.

cedonenſe. Quare qui talia vult impugnare, oportet ut non loquatur ex ſe, ſed magni doctoris introducat auctoritatem. Debes bene recordari, quod reverendus dominus cardinalis produxit teſtes authenticos & antiquiſſimos; epiſtolam ſancti Julii [a] papæ, & epiſtolam Liberii [b] papæ; & qualiter beatus Athanaſius in illa perſecutione quam habuit a concilio Antiocheno, ubi fuit damnatus, ſcribens ad ſanctum Marcum [c] & Felicem papam, ac Julium, ac Liberium, qui omnes fuerunt ſuo tempore, ſupplicavit iſtis pontificibus, ut cum haberent geſta Nicæni concilii in ſede Romana, quia per totum orientem ab illis Arianis fuerant corrupta [d]: ibi reſcribunt illi pontifices S. Athanaſio, qualiter habebant in patriarchio Romano integra in Græco & Latino cum ſigillis & ſubſcriptione patrum, qui Nicææ fuerunt, & quod illa reſervabant pro maxima veneratione, & quod nolebant mittere originalia, & quod mitterent certa capitula, eo quod ipſe appellaverat a concilio illo ad ſedem Romanam; & inſurgebant contra eum illi Ariani, quod non poterat appellare a ſententia Antiocheni concilii ad papam: & ut ipſe poſſet oſtendere canones Nicænos, quorum vigore bene & optime appellaverat, miſit Liberius multos canones Athanaſio, qui fuerunt vobis nunciati in Ferraria, in epiſtola, inter quos eſt ſpeciale, quod ad ſedem Romanam eſt appellandum a toto Mundo: & ita fuit defenſus Athanaſius. Et ideo ſanctus Julius papa reſpondens illi de Antiochia qui fecerant concilium, multum acerrime eos reprehendit de præſumptione, quia fecerunt concilium ſine conſenſu ſedis apoſtolicæ; oſtendens ex concilio Niceno, quod nullum ratum eſt aut erit unquam concilium, quod Romanæ ſedis non fuerit auctoritate firmatum. Quomodo poſſunt dicere, quod Zoſimus falſificaverit in re quæ clara eſt? Dico quod illi Carthaginenſes, quia ſciebant canones corruptos in toto oriente, & ſic [e] fuerant miſſi. Hæc ſunt teſtimonia ſanctorum, & poſſumus etiam oſtendere libros antiquiſſimos. Eadem facilitate refellitur quod dixiſtis, prout dixiſtis, ſtare [f] autem, quia in tali caſu magis ſine teſtimoniis eſt loquendum. Nunc ad aliam partem dico ſic, quod ex verbis quæ protuliſtis exponendo dicta Baſilii, non eſt mirum, ſi multa videantur inconvenientia, & cum quæ dixiſtis, quia fundaviſtis expoſitionem ſuper textu corrupto: & dicitur per proverbium, quod parvus error in principio, eſt magnus in fine: nil mirum ſi multa dicta ſunt inconvenientia; & ideo pro intellectu veritatis bonum eſt ut reſtringamus nos ad duo. Primo dixiſti: Spiritus pendet a Filio, ſed tamen Filius non eſt cauſa Spiritus, ſed Pater. Secundo niſus es dicere quod Spiritus non habet talem ordinem & naturam a Filio, ut Filius a Patre: ideo hic dicam certa. Et primo inquiro a te, quid intelligas per pendere & eſſe, quia dicis differre, eſſe cauſam, & pendere ab eo: nam apud nos ſemper eſſe dependet a cauſa, ſed in divinis non ponitur effectus, non principiatum: Hoc non dicimus nos Latini. Dicimus in divinis, quod Filius eſt principium de principio, ſicut Deus de Deo, quia Pater eſt principium: & ſecundum modum loquendi ſancti Baſilii non ſolum in hoc loco allegato, ſed in multis aliis (ut oſtendemus) oſtendit, quod eo modo ſe habet Spiritus ad Filium, ſecundum quod pendet ab eo, ut Filius a Patre, declaret differentiam in divinis inter pendere & eſſe cauſam.

a Epiſt. quæ incipit: *Decuerat vos* tom. 1. concil. edit. Binii Colon. in Julio, relata c. omnes epiſcopi 2. q. 6.

b Epiſt. 13. tom. 1. concil.

c Epiſt. quæ incipit, *domino ſancto*, tom. 1. concil ſub Marco.

d Subintelligendum, quod ſibi tranſmitterent: inde enim volebat probare, licere ſibi appellare ad ſedem apoſt. ut ex ſequentibus colligitur.

e Corrupti, ſcilicet, fuerant illis miſſi ab oriente, & ideo quærebant eos ab apoſtolica ſede.

f Deeſt aliquid: ſenſus autem eſt, quod non ſint depravandæ ſententiæ ſanctorum patrum, ſed magis ſine teſtimoniis loquendum.

COLLATIO XVII.

AND. Hic voluit reſpondere ad omnia, & Provincialis dixit: Dabitur facultas replicandi.

IMPER. Epheſinus vult dicere circa certa prima: nam ultimo quæſita non ſunt pertinentia.

CARD. Convenimus, ut reſpondeatur quæſito tantum.

IMPER. Quia per hunc patrem dixiſtis, nos ſine auctoritate dixiſſe, volo dare teſtimonium [g].

PROV. Detur teſtimonium.

EPHES. Nos teſtimonium non adduximus, non quod non potuerimus: nam tenemus illud teſtimonium ex libris qui apud nos ſunt. Nam paucos nos portavimus, ſed liber ille invenitur apud vos, & credidimus quod eſſent nota apud vos.

PROV. Quomodo vocatur ille liber?

EPHES. Liber canonum [h].

PROV. Nunquam reperietur, quod Zoſimus fecerit fallaciam.

PAPA. Reſpondeatis ad quæſitum, & liber producetur in alio conventu.

EPHES. Ut intelligatis primo in quo differt eſſe cauſa alicujus, & ab eo aliquod pendens, nos ad hoc dicimus, quod beatus Baſilius volens exponere, quid ſibi velit illud, Dependens, dicit pendet, id eſt, cum ipſo ordinatur, & cum ipſo comprehenditur.

CARD. Dicit poſt, vel cum ipſo?

EPHES. Ea quæ connumerantur, non poſſunt una voce proferri, ſed eſt neceſſe quod perſonæ ordinentur, & una præordinetur. Spiritus poſt Filium ordinatur; hoc aliter ſe habere impoſſibile eſt: non quod ab eo habeat cauſam; non hoc dixit Baſilius: ſed pendet, ſcilicet ordinatur cum ipſo, ſimiliter cum ipſo percipitur: hoc dicit Baſilius. Vos autem ubi inveniſtis iſtam veſtram expoſitionem, ut omne quod ab alio dependet, ab eo habeat eſſe?

PROV. In divinis.

EPHES. Ad hanc auctoritatem non egemus interprete, præter ipſum qui dixit, qui intulit cauſam pendentiæ hoc modo: Quia cum ipſo indiſtanter comprehenditur.

PROV. Ergo pendere ſecundum Baſilium, ſecundum tuam expoſitionem, nihil aliud eſt, quam Spiritum ordinari ad Filium. Quid eſt iſte ordo Spiritus ſancti ad Filium? Eſtne ordo originis, aut ſecundum cauſam & cauſatum? aut ordo. Dicatis, ſi eſt originis.

EPHES. Non dico, quod Spiritus ordinetur ad Filium, ſed poſt Filium, ut in connumeratione ſalvo ordine, & cum neceſſitas ſit poſt Patrem Filium, poſt Filium Spiritum.

PROV. Nil aliud eſt, niſi ordo ſecundum connumerationem vocis, ita quod ſecluſo nomine, non eſt aliquis ordo Spiritus ad Filium. Eſt ſic?

EPHES. Eſt quidem neceſſitas etiam ſecundum vocem veſtram, ordinare perſonas divinas: nam nullo modo poſſent numerari, niſi ſervato ordine. Eſt ſecundum rei naturam ordo, ut dicit Baſilius, quod Filius ſolus unigenitus ex ingenito Patre effulgens, poſt ipſum debet numerari, ut unigenitus a Patre: & ſecundum hanc rationem tertius debet dici Spiritus, ne Spiritus præordinetur Filio, & proxime referatur ad Patrem, & videatur eſſe alius Filius: propterea cum Filius numeretur proximus poſt Patrem, tertius eſt Spiritus

g De his; ſcilicet, quæ dixerat Epheſius contra Zoſimū papam.

h Intelligit de concilio Carthaginenſi ſexto, de quo vide loca ſupra adducta.

tus connumeratus. Hic eſt ordo in divinis, A alium ordinem a theologis non habemus.

PROV. Dicitis, quod ex intentione Baſilii ille eſt ordo naturæ Spiritus ad Filium. Oportet ergo intelligere ordinem naturæ inter Patrem & Filium. Eſtne ordo alius, quam ordo naturæ inter Spiritum ſanctum & Filium? Quia ordo naturæ Spiritus ad Filium ſecundum vos, eſt ordinatio, non tamen importat cauſam. Cum autem ordo inter Filium & Patrem non ſignificet niſi pendentiam, cum dicendo, inter Filium & Patrem eſt ordo naturæ, intelligatur Filium pendere a Patre, & Patrem eſſe cauſam: ita non habendo plus ad ordinem Filii ad Spiritum, ſolum dicendo, quod eſt ordo naturæ, neceſſe ſequitur, quod Spiritus pendeat a Filio, & ſit B cauſa [a]. Et hoc probo ex intentione ipſius ſancti Baſilii. Dicit enim poſt illa verba quæ fuerunt allegata in hoc libro [b] noſtro, continuando intentionem per totum capitulum incipit dicere, aſſignans cauſam, quare Spiritus exiſtens tertius in Trinitatis ordine & dignitate, ſit ſecundus a Filio, & tamen habeat unam naturam cum eo: ita demonſtrat aſſignans cauſam, ſicut Filius ordine quidem ſecundus a Patre, quia ab ipſo & per ipſum habemus acceſſum & adductionem ad Patrem & Deum; natura vero non ſecundus, quia deitas in utroque una: ita Spiritus quamvis dignitate & ordine ſecundus ordinetur a Filio; non tamen ſequitur quod alienæ naturæ exiſtat. Modo in hoc textu vo- C lens oſtendere quod primo dixit, demonſtrat, quod qualis eſt ordo Filii ad Patrem per hoc, quod Pater eſt ante & cauſa Filii, & tamen una natura; eumdem ordinem habet Spiritus ad Filium. Hæc clara ſunt ex Baſilio, & deducit per exempla inconvincibiliter contra Eunomium: & hæc eſt ſententia totius capituli Baſilii dicentis, quod omnes angeli ſunt unius naturæ, in eadem ſcilicet natura intellectuali: & tamen ponit ordinem inter eos & dignitatem, allegans multos textus ſcripturæ, per quos oſtendit gradus angelorum & dignitatum, & concludit, quod omnes angeli habent ordinem inter ſe: [c] non ſequitur, quod aliquis angelus ſit alterius naturæ [d], quia ſicut ordinantur, ſemper rema- D nent in eadem natura.

EPHES. Eſt quidem naturalis ordo inter Patrem & Filium, ſecundum quem Filius habet a Patre eſſe, & proxime ad ipſum refertur: & hic ſolus ordo tertium cogit numerare Spiritum. Propter hoc magnus Baſilius in Patre & Filio illud pendere nullatenus ponit, nec dicit quod Filius ſit ſecundus, quia ab ipſo habeat eſſe: a Filio dicit Spiritum pendere, hoc eſt continuum eſſe & ordinatum cum ipſo, [e] ut quia comprehenditur indiſtanter cum ipſo. Et hanc reddit cauſam, propter quam Spiritus pendeat a Filio, quia de neceſſitate Filius prius Spiritu intelligitur, quia Filius refertur continuus Patri. Verum ſi Baſilius cognoviſſet ordinem in- E ter Filium & Spiritum, ut inter Patrem & Filium, atque ita dixiſſet Spiritum ſecundum a Filio, ut Filius ſecundus a Patre, non ſugillaſſet Eunomium, & non vocaſſet innovatorem ſcripturæ, eo quod diceret tertium ordine & dignitate eſſe Spiritum. Ex hoc conſtat, Baſilium non recepiſſe, ſed per ſuppoſitionem hoc ponere.

PROV. Loquimini contra textum: vos dixiſtis, quod inter Spiritum & Filium eſt ordo naturæ, & quod illa pendentia eſt ordo naturæ. Nos inſtamus ſic; & ſuper hoc cogita cum hinc recedis, quia oſtendimus ex hoc libro, quod eumdem ordinem quem Filius habet ad Patrem, ita Spiritus habet ad Filium: & unum volo dicere imperatori, ut me percipiat.

AND. Volvit verba ad imperatorem, qui doctiſſimos, ac prudentia & ſolertia cunctos ex ſuis prævenire, notiſſime in pluribus oſtendit; & ei protulit.

PROV. Doctores noſtri theologi ſemper conantur non mutare terminos a propria ſignificatione, & ubi philoſophi uſi ſunt terminis propria ipſorum terminatione, ita doctores theologi utuntur terminis, prout ſunt firmi in eorum ſignificatione: alias periret omnis ſcientia Mundi, quia ſemper eſſemus in æquivoco terminorum. Modo Ariſtoteles in quinto libro metaphyſicæ in capite quod incipit, Natura, ibi primum modum ponit, quod ſit generatio naſcentium, ita quod nativitas vocatur natura. Secundus modus eſt illud principium, ex quo ſunt illa naſcentia. Et hoc modo ſumendo naturam, habet importare ordinem originis, prout naſcentia ſunt de ſubſtantia ejus ex quo naſcuntur. Et hoc ſignificatu tam doctores Græci quam Latini, ut Athanaſius, & Baſilius, & beatus Auguſtinus, nec non & ſequentes dicunt, quod ordo originis unius perſonæ ad aliam eſt ordo naturæ: & ad hunc ſenſum loquitur Baſilius & omnes, alias æquivocarent. Ita quod ordo originis nil aliud eſt niſi capere eſſe ab aliquo, & naturam ejus a quo eſt, ſicut ſumitur in illo ſecundo modo: & ita omnes doctores Mundi tenent. Si ergo eſt ordo naturæ Spiritus a Filio, ergo neceſſario ſequitur, quod Spiritus habeat eſſe a Filio, & accipiat eamdem naturam quam habet Filius. Hoc dicit Baſilius in auctoritate adducta: hic eſt punctus rei noſtræ.

EPHES. Antequam diligentius conſideremus de ordine naturæ, inquiramus primo quid velit Baſilius per hanc auctoritatem. Dicatis mihi; dicitis opinionem Baſilii eſſe, Spiritum ordine & dignitate tertium?

PROV. Ita, & ita loquitur textus.

EPHES. Dicebatne idem & Eunomius ſe accepiſſe a ſanctorum patrum doctrina?

PROV. Ita dicebat Eunomius, quod acceperat a ſcripturis, quod Spiritus ſit tertius ordine & dignitate: imo in hoc conveniebant. Sed Baſilius dicit, quod non ſequitur ex hoc, quod ſit tertius natura: & in hoc currit tota ſententia capituli, ut demonſtrabitur.

EPHES. Veritatem ergo dixiſſet Eunomius, Spiritum ordine & dignitate tertium, & accepiſſe a ſanctis, & conveniſſet cum ſanctis.

PROV. Ita, & cum Baſilio.

EPHES. Videamus ſi magnus Baſilius ita vult.

PROV. Ita.

EPHES. Similiter dicit Eunomius ſanctorum cuſtodire doctrinam.

PROV. Liber noſter dicit, quod habuit a ſanctis, quod Spiritus eſt tertius ordine & dignitate.

EPHES. Non dicit liber veſter, quod ſimulat Eunomius habere doctrinam ſanctorum?

PROV. Infert Baſilius: Quæ neceſſitas eſt, ſi ordine & dignitate eſt tertius, ergo eſt tertius natura?

EPHES. Non dicit liber veſter, ſimulat?



a Principii ſcilicet Spiritus ſancti.
b Loco ſupra citato, ſcilicet lib. 3. adverſus Eunomium initio.
c Subintelligendum, & tamen.
d Scilicet, quæ intellectualis, ut ſupra dixerat.
e Forte; ut qui.





PROV. Ita quia ſimulabat illam illationem, A quod eſſet tertius natura.

EPHES. Baſilius non dicit ex his quæ colligebat Eunomius, ſed dicit, quod ſimulat ſe cuſtodire doctrinam ſanctorum, quod ſancti dicant, Spiritum eſſe tertium dignitate & ordine.

PROV. Illa ſimulatio refertur ad illationem, quia ſancti dicentes tertium dignitate & ordine, non faciebant illam illationem: & ideo textus pridie allegatus, poſt dictum Eunomii ſingulariter iſtam illationem dicebat: Sic natura uti tertia, nec ex ſanctis ſcripturis docti ſumus, neque ex iis quæ dicta ſunt juxta conſequentiam colligere poſſumus. Et ſic contra hanc illationem dicebat [6] Baſilius; etſi non eſſet tertius di- B gnitate & ordine, ita dixiſſet, [a] ut de natura: & quod hoc ſit veriſſimum, per exempla & per deductiones evidentiſſime colligitur.

EPHES. Si opinio ſanctorum & ipſius Baſilii fuiſſet, Spiritum tertium ordine & dignitate, non diceret contra Eunomium, quod ſimulabat ſe cuſtodire doctrinam ſanctorum: imo dixiſſet, quod cuſtodiret doctrinam ſanctorum, nec aliud quid eum colligere præter poſita. Illi dixerunt tertium ordine & dignitate: hic colligit, quod ſit tertius natura. Nunc Baſilius non atteſtatur, ut veritatem dicenti; ſed dicit: Simulat cuſtodire ſanctorum doctrinam. Nam conſequenter infert inſtans contra opinionem, quod illos qui ſibi tradiderunt hunc ordinem, tacet, qui autem C ſunt ſancti, & quibus ſermonibus [b]. Vides quomodo negat Baſilius hanc eſſe opinionem ſanctorum & ſuam. Poſtea dicit, quod audax eſt homo, divinorum dogmatum innovator. Inſinuat innovatorem, & audacem appellat, quia dicebat a ſanctis accepiſſe quæ non dixerant: nullus ſanctorum dixit tertium dignitate. Et hoc modo dicit Baſilius inſtans contra rationem Eunomii: alioquin oſtendatis ex opinionibus ſanctorum hæc eſſe: nam oſtendimus, Baſilium non conveniſſe cum ea, imo extitiſſe contrarium illius opinionis & doctoris. Nonne habet [c] liber? videatur.

PROV. Hoc de libro conſiſtit in facto. Baſilius non dicit, quod habuerit a ſanctis? Ego ad- D duco teſtimonium ſingulariſſimum, videlicet magni Athanaſii, cujus eamdem ſententiam dicit Cyrillus ſe tenere. Iſte beatiſſimus Athanaſius in [d] dialogo diſputans in concilio ſic contra Arium, dicit iſtis verbis: Spiritus igitur ex Patris & Filii ſubſtantia eſt, cujus ſcilicet gratia Filius Dei nominat eum in ſanctificato [e] ſymbolo tertium, ubi habet: *Euntes baptizate eos in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti*. Ex hoc Athanaſius, quod Spiritus ponitur in ſymbolo ſanctificato tertia perſona, concludit, quod ſit de ſubſtantia Patris & Filii, & ſic quod neceſſario habeat ſubſtantiam a Patre & Filio. De ordine in [f] epiſtola ad Serapionem ſic dicit, & fundat ſententiam ſuper auctoritatibus E ſcripturæ, ita dicens: Spiritus a Filio accipit, juxta illud quod dominus dicit: *De meo accipiet, & annunciabit vobis*; de Filio dicitur: *In nomine Patris venit*; de Spiritu ſancto inquit: *Quem mittit Pater in nomine meo*. [g] Dicit, ſi talem ordinem & naturam habet Spiritus ad Filium, qualem Filius ad Patrem; quomodo igitur, qui creaturam dicit, non etiam de Filio neceſſario dicet? Nunc invincibiliter dicitur teſtimonio fundato a ſanctis doctoribus, quod talem ordinem & naturam habeat Spiritus ad Filium, qualem Filius ad Patrem. Modo ex iſtis habetur, quod eſt tertia perſona, & quod talis eſt ordo: ex hac auctoritate colligitur, quod Spiritus accipit eſſe a Filio. Declarate quomodo eſſe Spiritus accipit a Filio. Non eſt credendum, quod Baſilius contradicat Athanaſio; & in ſequenti congregatione, ſi Deo placebit, oſtendetur ex Baſilio met, qui idem dicit cum beato Athanaſio.



a Id eſt, quod ſi non eſſet tertius dignitate & ordine, contra hoc etiā dixiſſet, ut dixit contra naturam tertiam.
b Id, ſcilicet, dixerint, tacet.
c Scilicet, liber veſter.
d Cujus titulus eſt, De incarnatione, vel de humana natura Chriſti, in edit. Pariſ. anno 1572. tom. 3. Vide quæ notavi circa hanc auctoritatem infra collat. 22. ubi denuo eam ponderat Provinc.
e Sanctificatum ſymbolum vocat verba formæ baptiſmatis. Matth. 28.
f Quæ incipit, Literæ ſacræ dilectionis ſuæ: alias, Literæ tuæ ſanctiſſimi affectus in edit. Pariſ. 1572. tom. 3. Joan. 16. Joan. 5. Joan. 14.
g Forte, dicite.



## NOTÆ HORATII JUSTINIANI
### AD DECIMAMSEPTIMAM COLLATIONEM.

1 *Latino.* ] Verba ſancti Baſilii libro tertio contra Eunomium in principio. Hanc eamdem auctoritatem refert ſupra Andreas collatione 15. & iiſdem verbis Græcus ſcriptor seſſione 20. initio. Ceterum hæc verba, *Cum ab ipſo habeat eſſe, & ab ipſo accipiat, & annunciet nobis, atque omnino ab illa dependeat cauſa*, etiam hodie deſunt in editionibus impreſſis, quæ tamen eſſent omnino addenda, ut ex vetuſtis exemplaribus & ipſo contextu probatur hic. Vide de hac eadem auctoritate infra collation. 18. circa finem. Verba autem S. Baſilii ex Græco textu, ut refert Græcus ſcriptor ubi ſupra, ſunt hæc: *ἀξιώματι μὲν γὰρ δευτερεύειν τοῦ υἱοῦ, παρ' αὐτοῦ τὸ εἶναι ἔχον, καὶ παρ' αὐτοῦ λαμβάνον, καὶ ἀναγγέλλον ἡμῖν, καὶ ὅλως τῆς αἰτίας ἐκείνης ἐξημμένον παραδίδωσιν ὁ τῆς εὐσεβείας λόγος.*

2 *Dependeat.* ] Expoſitionem horum verborum ſancti Baſilii, nimirum, quid ſit apud Græcos habere cauſam, & dependere, vide etiam apud Beſſarionem in opuſculo de ſucceſſu ſynodi Florentinæ in fine hujus operis ex manuſcripto codice Vaticano exhibito, capite primo.

3 *Non in papyro.* ] Sanctus Antoninus qui concilio præſens fuit, titulo 22. cap. 13. hæc ait: *Inductæ ſunt auctoritates multorum doctorum, & præſertim Baſilii, qui in libro ad Eunomium de Spiritu ſancto expreſſe aſſerit, Spiritum ſanctum procedere non ſolum a Patre, ſed a Filio: & cum reſponſalis jam non haberet quid diceret, ſubterfugium quæſivit, negans hoc Baſilium in eo libro ſcripſiſſe, ſed mendoſe interpretatum, cum in codicibus ſuis Græce ſcriptis ſecum delatis hoc minime reperiretur. Adducti ſunt plures codices Baſilii ad Eunomium Græce exarati, quorum aliqui erant apud Græcos, alii penes Latinos noſtros Græci ſermonis peritos: & cum in noſtris & aliquibus Græcorum de Conſtantinopoli adductis liquide haberetur, Spiritum ſanctum ex Patre & Filio procedere; deprehenſa eſt malitia Græcorum, quod ſcilicet corruperant ſcripta Baſilii, Filium ſubtrahendo in ipſa proceſſione. Et cum imperator Græcorum diceret, in partibus ſuis plurimos habere tales libros Baſilii Græce ſic continentes, & illis paucis tunc in medium adductis non ſtandum, reſpondit dominus cardinalis diſputationi præpoſitus: Domine imperator, cum decreveritis ad certamen venire, oportuit magnificentiam veſtram arma veſtra vobiſcum adducere, non in certamine ipſo expectare. Sicque Græci confutati fuere & devicti. Huic diſputationi præſens fui.* Hæc ſanctus Antoninus.

Hanc reſponſionem cardinalis, de qua ſanctus Antoninus, vide infra collatione ſequenti. De hac corruptione libri ſancti Baſilii a Græcis facta, vide Beſſarionem in opuſculo de ſucceſſu ſynodi, & proceſſione Spiritus ſancti, capite primo in fine hujus operis exhibito. Ubi adducit Beſſarion ita, ut ſupra dictum eſt a Latinis, locum ſancti Baſilii ex Hugone Eteriano de proceſſione Spiritus ſancti, libro tertio, cap. 13. Floruit autem Hugo, ut dicit Beſſarion ibidem, ante ſua tempora trecentis annis, nimirum ut ait etiam Poſſevinus in apparatu, circa annum domini 1160.

4 *Epiſtola.* ] Epiſtola 43. quæ ibi ſic ſe habet: *Quoniam igitur Spiritus, a quo omnis velut e fonte ad creaturas promanat bonorum ſuppeditatio, a Filio quidem dependet, quo cum una ſine ulla diſtantia concipitur mente, cauſa vero Patris inſertam habet eſſentiam, unde & progreditur, hanc notionem, & cognoſcibile ſignum ejus, quæ ſecundum hypoſtaſim eſt, proprietatis, habet, quo cum Filio ſimul & ipſo ſe facit internoſci, ex quo & Patre ſubſiſtit; Filius vero, qui ex Patre progredientem Spiritum per ſeipſum & cum ſeipſa notum facit, ſolus unigenitus ex ingenito lumine reluxit, nullamque prorſus notionum communicationem ſecundum proprietatem ſuam, tam cum Patre, quam cum Spiritu ſancto habet, ſed dictis jam ſignis ſolus cognoſcitur.*

5 *Athanaſio.* ] Marcus papa in epiſtola quæ incipit, Doleo fratres, tomo primo conciliorum editionis Colonienſis, ſub Marco, & in Nicæno concilio a Piſano collecto libro tertio: & quidquid ſit de reliquis in ea epiſtola contentis, de quibus Baronius tomo tertio, anno 336. numero 58. certe non jure Epheſius cum hæreticis

COLLATIO XVIII.

calumniatur Zoſimum papam, eo quod aſſeruerit appellationes ad ſedem apoſtolicam ex canone Nicæno. Aſſerit enim hoc etiam Theodoretus libro ſecundo, capite quarto, ex quo Baronius tomo tertio, anno 325. num. 159. & eodem tomo, anno 347. num. 99. & de Zoſimo papa tomo quinto anno 419. num. 70. & 82. Sed quamvis etiam de hujuſmodi appellationibus non fieret mentio in Nicæno concilio, certo canones Sardicenſis concilii, quod fuit declaratio & appendix concilii Nicæni, nomine etiam ipſius Nicæni appellatos fuiſſe, vide apud eumdem Baronium tomo 3. anno 347. num. 99. In canone autem 5. alias 7. concilii Sardicenſis aperte ſtatuitur de appellatione ad ſedem apoſtolicam. Vide & Binium tom. 1. in notis concilii Nicæni, Sardicenſis, & Carthaginenſis ſexti. Ceterum canones Nicænos paſſos eſſe naufragium, eoſque colligendos eſſe ex auctoritatibus ſanctorum patrum, quando pro data occaſione eos adducunt, teſtatur late Baronius tom. 3. anno 325. num. 157. & tomo 5. anno 419. num. 70. & 82.

[B] 6. *Baſilius.*] Baſilius non negabat, Spiritum eſſe tertium in ordine, ſed in natura: ſic enim ait loco ſæpe citato: *Dignitate namque ſecundum eſſe a Filio, &c. pietatis tradit ſermo: natura uti tertia, nec a ſanctis ſcripturis edocti ſumus, nec ex ſanctorum dictis colligere poſſumus.* Et certe unicuique textum ipſum legenti in fonte, etiam ſecundum lectionem ipſius Epheſii, nimirum non legendo illa verba, *Cum ab ipſo habeat eſſe, & ab illa dependeat cauſa*, nihilo minus evidenter apparet Baſilium ex doctrina ſanctorum admittere, Spiritum tertium eſſe ordine, non tamen inde inferri, & natura, ut clarius probat collatione ſequenti Provincialis. Quomodo autem Baſilius intelligat Filium eſſe ſecundum, & Spiritum ſanctum eſſe tertium ordine, optime declarat Provincialis infra, hac eadem collatione. Vide & ſanctum Thomam 1. parte, quæſt. 42. art. 3. & in ſpecie de hac auctoritate Baſilii Suarez de Trinitate lib. 4. cap. 15. num. 5. Vaſquez in primam partem diſp. 167. cap. 2.

## COLLATIO DECIMAOCTAVA.

### DIE X. MARTII.

*Auctoritatibus ſanctorum patrum diſputatur de Spiritus ſancti proceſſione a Patre & Filio.*

AND. DIe decima Martii Florentiæ in conventu, ut ſupra, cœpit cardinalis hoc modo.

CARD. Dominus imperator, alias fuit dictum, quod vobis indigentibus de libris noſtris, nos exhiberemus, & econtra ipſi facerent. Pridie venit in diſceptatione de verbis Baſilii, & dicebant, quod aliter ſtat in libris noſtris, & aliter in ſuis. Nos ſcimus, quod unus ex patribus Græcis habet Baſilium: nos petimus ut illum exhibeat, & eſt pater dominus Mitylenenſis.

IMPER. Præſentis temporis eſt diſputare, & poſtea id faciemus.

CARD. Dicit evangelium: Hoc fac, & illud non omittas: vadat interim. (Luc. 11.)

IMPER. Deliberabimus.

COLOSS. Vidi ego.

IMPER. Mittam.

AND. Cœpit Epheſinus.

EPHES. In præcedenti congregatione, pater reverendiſſime, cum propoſuerimus examinare auctoritatem magni Baſilii, & conficere differentiam quæ erat inter libros, quæſivimus caritatem veſtram, ſi putabatis ſententiam vel opinionem fuiſſe magni Baſilii, tertium eſſe Spiritum dignitate & ordine. Cum autem in hoc aſſenſiſtis, interrogavimus, ſi etiam ſanctorum fuerit hæc doctrina & opinio, ut dicebat Eunomius. Cum [A] autem vos ſumma promptitudine faſſetis confeſſi, produximus magnum Baſilium manifeſte dicentem contra, & ut in libro noſtro jacet. Nam, inquit, ſimulat cuſtodire ſanctorum doctrinam, ſed non conſervat, & eos qui hanc tradiderunt doctrinam, tacet: conſequenter reprehendens eum.[a] Qui fuerint ſancti, & quibus ſermonibus doctrinam fecerint, numquid dixit, aut faſſus eſt audax homo, qui inſinuat innovationes doctrinis ſanctorum? Si ergo Filius ſecundus a Patre dignitate & ordine, eo quod ex ipſo; Spiritum vero ſanctum nullo modo ſuſcipit Baſilius dicere ſecundum dignitate & ordine a Filio: non igitur Spiritus eſt a Filio ſecundum cauſam. Ita igitur videtis contradictionem in his quæ vos dicebatis. Deinde [B] vitiatam eſſe illam additionem colligitis: nam non reddidiſſet cauſam, Spiritum ſanctum eſſe a Filio, ille qui nullo modo ſuſcipiebat eſſe ſecundum. Hoc autem prætermiſiſtis, ſed propoſuiſtis oſtendere dictum a ſanctis tertium eſſe dignitate Spiritum. Unde duas auctoritates propoſuiſtis magni Athanaſii, quarum una ſimpliciter dicit, quod tertius eſt ordine Spiritus: altera vero dicit talem ordinem Spiritum habere ad Filium, ut Filius ad Patrem. Ex his tertium eſſe etiam dignitate probaviſſe putaſtis. Ad primam quidem auctoritatem hoc dicimus, quod tertium eſſe ſecundum ordinem in divina Trinitate Spiritum, ut in traditione baptiſmatis ſalvator dixit, etiam nos ſimiliter vobiſcum confitemur. Quod autem [C] dignitate ſit tertius, admirari nos contingit, quomodo vos capitis hoc dictum, quod nunquam eſt dictum. Hoc vero in aliis facitis, & dum auditis Spiritum a Patre & Filio, additis, eſt, & habet eſſe: dum autem quod a Filio accipit[b], eſſe dicitis. Hoc autem eſt accipere ea de quibus quæritur, pro certis; quod eſt peſſima ſpecies probationis. Hæc ſint dicta ad primam. Ad ſecundam[c] autem dicimus, quod ſpeculanda eſt intentio iſtius magni patris in his quæ dicit in hoc, & ad quos ſermonem facit. Nam oporteret hunc qui divinos ſermones aggreditur, ſicut dicit divus Cyrillus in actis tertii concilii, & perſonas diſtinguere & tempus, & cauſam propter quam unumquodque dictum [D] eſt, conſiderare. Nam iſto modo uniuſcujuſque auctoritatis ſententiam poterit cum gratia Spiritus ſancti intelligere. Dicit recolendiſſimus Athanaſius impugnans eos qui Spiritum ſanctum impugnabant, qui ordinabant Patrem cum Filio, & ejuſdem ſubſtantiæ & gloriæ eſſe profitebantur: Spiritum ſanctum autem diſtinguentes, non dicebant connumerari, ſed alienæ cujuſdam & creatæ naturæ. Ad hos cum inveheretur ille generoſus, & volens[d] conſubſtantialitatem Spiritus ſancti, & æquabilitatem naturæ ad Patrem & Filium, ab hoc in quo ordinabatur illis, & ejuſdem voluntatis & actionis; ab his enim ſemper doctores identitatem vere oſtendebant; talia dicit in epiſtola[e] ad Serapionem epiſco- [E] pum: Filius quidem a Patre mittitur; nam ita dicit: *Sic Deus dilexit mundum, ut Filium ſuum unigenitum mitteret.* (Joan. 3.) Filius vero Spiritum mittit. Nam inquit: *Si ego abiero, mittam Paracletum.* (Joan. 16.) Filius quidem glorificat Patrem, dicens: *Pater, ego glorificavi te.* (Joan. 17.) Spiritus autem glorificat Filium: nam ille, inquit, *glorificabit me.* (Joan. 16.) Filius dicit: *Ea quæ audivi a Patre, hæc loquor in mundo*; (Joan. 15.) de Spiritu autem dicit: *De meo accipiet, & annunciabit vobis.* (Joan. 16.) Filius in nomine Patris venit; de Spiritu inquit Filius: *Quem mittet Pater in nomine meo.* (Joan. 14.)

a Subdit Epheſius verba ſancti Baſilii, & ex illis infert.

b Negabat Epheſinus quod accipere a Filio eſſet idem quod eſſe a Filio.

c S. Athanaſii, quam in fine antecedentis collationis adduxerat Provinc.

d Subintellige, demonſtrare.

e Quam item adduxerat Provinc. in fine antecedi. collat.





ANNO CHRISTI 1439.

Talem autem naturam & ordinem habens Spiritus ad Filium, qualem & Filius ad Patrem, quonam modo, qui hunc creaturam dicit, non idem etiam de Filio ex neceſſitate ſentiet? In his vero non videtur doctor diſcretus voluiſſe oſtendere unde habeat cauſam ſui eſſe utraque perſonarum, imo potius unitatem & conſubſtantialitatem, ab identitate ſcilicet voluntatis, & proportione operationum oſtendit. Denique non dicit Filium habere eſſe a Patre, Spiritum a Filio; neque quod Pater Filium producat, & Filius producat Spiritum: nam hoc ipſe dixiſſet, ſi voluiſſet ſecundum veſtram opinionem[a]. Nunc autem, his omiſſis, dicit, bonam voluntatem Patris quam ſemper Filius facit, prout & Filii rurſus, quam ſemper facit Spiritus. [B] Filius quidem, inquit, a Patre mittitur, Filius vero Spiritum mittit. Bonam voluntatem miſſionem eſſe dicit magnus Gregorius. Igitur bonam voluntatem Filii, puta miſſionem Spiritus. Filius quidem glorificat Patrem, Spiritus glorificat Filium. In his analogia operum & identitas voluntatis videtur. Quoniam enim ante Filius apparuit Mundo, præcognito jam Patre, poſt hoc cognitus fuit Spiritus, ne viderentur anteferri, vel contrarii dii. Ideo Filius glorificat quidem Patrem, & perficit illius opus: & Spiritus glorificat Filium, & quæ dimiſit ille, revelat diſcipulis. Filius quidem inquit: *Quæ audivi a Patre, loquor in Mundo.* (Joan. 8.) Spiritus vero a Filio accipit, & annunciat. Nota pater, quos [C] ſermones accipit a Filio, annunciat diſcipulis: & Filius quæ audivit a Patre, illa loquitur in Mundo. Non ergo etiam eſſe accipit, ut dicebatis. Et Filius venit in nomine Patris: *Spiritus vero*, inquit Filius, *quem mittet Pater in nomine meo.* (Joan. 14.) Per omnia identitas voluntatis & analogia operum oſtenditur: ex ipſa autem & eſſentiæ identitas de neceſſitate colligitur. Nam talem ordinem Spiritus ad Filium habet, qualem & Filius habet ad Patrem: hoc eſt, ita coordinatus eſt, & ejuſdem naturæ Spiritus cum Filio, ut Filius cum Patre. Et quonam modo iſti dicunt creaturam Spiritum, non & de Filio idem ſentient? Nam ſic ordinatur Spiritus ad Filium, [D] ut Filius ad Patrem, & ejuſdem eſt naturæ, ſicut & identitate voluntatis, & analogia operum oſtenditur. Quonam modo eſt creatura Spiritus? Hæc eſt ſententia ſancti, & ad hanc intentionem dixit quod dixerat, volens oſtendere, non diſcretionem, imo potius unitatem eſſentiæ: & ſic non prodeſt auctoritas vobis, nec opitulatur opinioni veſtræ. Quod autem magnus pater Athanaſius non eamdem vobiſcum habuerit opinionem de proceſſione Spiritus, nec Filium ſenſerit cauſam Spiritus, nec propter hoc hunc ordinem dixerit, manifeſte colligitur ex his quæ in aliis dicit, tradens diſcretionem divinarum perſonarum, ſolum fontem deitatis dicens Patrem, ut ſolum non genitum. Hoc autem [E] idem eſt ac ſi dixiſſet, ſolum genitorem, & ſolum ſpiratorem. Non ergo etiam Filium ſenſiſſet cauſam Spiritus, qui dicebat Patrem ſolum fontem deitatis. Habet ſe auctoritas ſic, cujus ſermonis intitulatio eſt, De coæterna Filii & Spiritus ſubſiſtentia: Separamur ab his qui judaizant, & ab his qui corrumpunt Chriſtianiſmum, qui Deum de Deo negant, Deum unum ſimiliter ut Judæi dicunt: non quia ſolus[b] non genitus, & ſolus fons deitatis: propterea dicunt ſolum Deum; ſed tamen infecundum Filii, & infructuoſum viventis Verbi. [A] Si igitur ſolus fons deitatis Pater, ut non genitus, hoc eſt ſolus genitor Filii, & ſolus ſpirator Spiritus: non ergo magni Athanaſii opinio fuerat, cauſam eſſe Filium Spiritus, & a Filio Spiritum habere eſſe.

a Id eſt; ſi fuiſſet veſtra opinionis.

b Pater ſcilicet.

PROV. Iſte modus inveſtigandi veritatem, quam omnes optant intelligere, cum tam prolixis ſermonibus & allegationibus, magis impedit veritatem, quam declarat: nec hæc fuit intentio a principio noſtræ diſputationis, ſed ut de argumento in argumentum, dato reſponſo, procederemus. Omnes hi patres reverendi fatigati audientia unius horæ ſolum ad reſpondendum auctoritatibus ultimæ allegationis, credo quod parum intellexerunt de reſponſione ad il- [B] las duas, hoc excepto, quod impoſuiſtis mihi, quod ſolitus ſim inducere auctoritatem cum verbo, eſt, cum deſit verbum, eſt. Item quia ſecundum auctoritatem magni Athanaſii, in qua dicit, quod talem ordinem & naturam habet Spiritus ad Filium, qualem habet Filius ad Patrem: non ſignificat quod inferebam, & tamen nunquam replicaſtis hanc auctoritatem in propria forma: nunquam bene reſpondet, qui non bene replicat: ſed multas auctoritates introduxiſtis, nec introduxiſtis antedictas. Secundo intraviſtis materiam de productione divinarum perſonarum, & de miſſione. De qua miſſione temporali, neceſſario tempore ſuo concludetur, quod ſi Spiritus ſanctus mittitur temporaliter a Filio, [C] quod æternaliter procedit ab eo: & ſic non erat materia hæc introducenda, quia non faciebat ad propoſitum: tamen tempore ſuo reſpondebamus. Sed unum volo ſcire, ſi dixiſtis hoc modo, videlicet quod Filius audit a Patre, & ſic audiendo accipit ſermones a Patre; quia audientia eſt reſpectu Verbi, & hoc eſt notum in evangelio. Ita dixiſtis quod audit Spiritus a Filio, & ſic per illam audientiam accipit ſermones a Filio. Modo hoc bene conceditis; ſed dicitis, quod non ſequitur, quod accipit eſſe. Eſtne verum, quod hoc dixiſtis?

EPHES. Ita dixi, quia & ſcriptura hoc dicit.

PROV. Ex hac audientia concludam, quod accipit eſſe æternum, ex multis auctoritatibus doctorum [D] veſtrorum & noſtrorum. Modo reſpondeo ad duo dicta. Primo dixiſtis, quod in præcedenti congregatione cum interrogaviſti, an ſententia Baſilii, quod Spiritus eſſet tertius dignitate & ordine, quod ego reſpondi, hanc eſſe opinionem Baſilii. Et hoc iterum dico, & veriſſima eſt ſententia Baſilii, quod Spiritus eſt tertius dignitate & ordine, quia liber noſter hoc expreſſe & manifeſte dicit. Secundo interrogaviſti, an eſſet opinio ſanctorum: & ego dixi, quod ſic: & voluiſti inducere contrarium, ſicut & nunc replicaſti, dicens, quod Eunomius ſecundum verba Baſilii, contemnens opinionem multorum qui glorificabant Spiritum, ſimulabat ſe doctrinam ſanctorum ſervare, & eos qui hoc dicebant, reticebat. [E] Poſtea reaſſumpſiſtis verba ultima, ubi Baſilius dicit, quod ſanctos qui dixerunt dignitate & ordine tertium eſſe Spiritum, non potuit adducere; & concludit: Ergone tam audax homo, qui divinorum dogmatum introduceret novitates? Ex hoc volebatis inferre contra dicta mea, quia dicit Baſilius, quod non potuit adducere: ex quo ſequebatur ſecundum te, quod ſancti doctores non erant hujus opinionis, cujus contrarium ego dixi. Hæc volui dicere propter verba Baſilii, ut ſolutio melius intelligatur: & quia nos habemus Baſilium, quem putamus eſſe veriſſimum, & quia

COLLATIO XVIII.

COLLATIO XVIII.

hic alius qui adducetur, & qui eſt antiquiſſimus, idem dicit quod noſter, ut dicitur nobis ab his qui legerunt in illo libro.

AND. Hoc medio portatus eſt liber, qui erat archiepiſcopi Mitylenenſis, qui repertus eſt ad literam conformari noſtro, & erat antiquiſſimus liber: quo viſo, Epheſinus dixit.

EPHES. Iſte liber noſter eſt eadem manu ſcriptus, ut liber veſter.

AND. Inſpectis libris, viſa eſt maxima differentia.

IMPER. Diximus pridie, quod in Conſtantinopoli non ſunt ita.

CARD. Habetis hic alium Baſilium Florentiæ, niſi iſtos duos?

EPHES. Non.

CARD. Hic in civitate hac ſunt tres libri, & duo faciunt pro nobis.

IMPER. Non eſt mirum, quia non debemus reſpicere ad iſtos qui ſunt hic.

PROV. Iſta diceremus nos, quod alibi ſunt: quare portaſtis contrarium vobis? pro nunc ſtetur his tribus. Item habemus tranſlatam hanc auctoritatem tempore Alexandri tertii, qui ſunt ultra trecenti anni.

IMPER. Hæc eſt ſimilitudo, ut ſi aliquis haberet cauſam, & unus haberet centum teſtes, & contrarios tres, & cauſa decideretur, ubi eſſent illi tres?

CARD. [a] Vos vocati ad cauſam debuiſtis venire cum juribus, & vos contraria portaſtis, ſic ſtandum eſt his.

IMPER. Jus meum apparebit.

EPHES. Introduxi ſequentia & præcedentia.

PROVINC. Ex his me fundabo, quoad primum punctum tria volo facere. Primo, volo oſtendere per aliud teſtimonium Baſilii, quod in hoc loco contra Eunomium ipſe dicit, Spiritum accipere a Filio. Secundo, volo oſtendere, quod dicere prout ſtat in libro veſtro, eſſet magnam maculam imponere Baſilio, & quod pro honore & reverentia tanti doctoris in eccleſia Dei, qui habuit tam magnum teſtimonium in concilio Chalcedonenſi, non poteſt quis Chriſtianus ſuſcipere illum modum dicendi. Tertio, oſtendam ex antecedentibus & ſequentibus, quod hæc ſunt vera, quæ ſunt in libro noſtro: & non exibo hæc tria. Non dubito, quin Spiritus ſanctus mirabiliter operetur in hoc negotio, quia de ipſo agitur, & quod faciet gratiam nobis & vobis: quia idem Spiritus quo repletus fuit Baſilius, in hac tam grandi materia non fecit in uno loco ſcribere unum, & in alio aliud: quia ſancti doctores non ſunt contrarii in materia fidei. Cum pridem eſſem in domo domini ſanctæ Sabinæ, & eſſet nobiſcum frater Ambroſius, qui habet bonum donum interpretationis, quia ita de facili legit lingua Latina ex ſcripturis Græcis, ut ſi Latinæ forent; allatus fuit quidam liber Græcus valde antiquus & in membranis, ubi ſunt multa opera Baſilii, quem protulit quidam peritus interpres literarum Græcarum, nomine Leonardus Aretinus hujus civitatis cancellarius: dum frater Ambroſius haberet librum, & quæreremus de epiſtola Baſilii, occurrit una homilia ejuſdem de Spiritu ſancto [b]. Feci illam legi, ſperans quia ſi Baſilius alicubi dixit quid de Spiritu ſancto, in hac etiam dicet. Audivi eam totam, & cum fuit in hoc paſſu, gratias retuli Spiritui ſancto: dicit enim his verbis: Unum quidem Patrem, unum Filium, unum Spiritum ſanctum juxta divinam traditionem eſſe, confitendum eſt; & ſubdit: Non dicimus, non prædicamus nec duos Patres, nec duos Filios, quia Filius Spiritus non eſt, neque nominatur: neque a Spiritu aliqua accipimus, ut Spiritus a Filio [c]; ſed ipſum ad nos accedentem & nos ſanctificantem ſuſcipimus, divinitatis [d] communionem, filiationiſque conſortium, & æternæ hæreditatis arrhabonem, id eſt ſignum primitiaſque futurorum bonorum. Hæc auctoritas eſt ita clara, ut clarior eſſe non poſſit, quia beatus Baſilius dicit, quod non accipimus aliqua a Spiritu, ut Spiritus a Filio; & poſtea declarat quæ ſunt illa quæ accipimus a Spiritu: primo ſanctificationem, divinitatis communicationem, filiationiſque conſortium: quia vocamur filii Dei, & accipimus æternæ hæreditatis pignus, & primitias futurorum bonorum. Hæc ſunt quæ accipimus a Spiritu, & iſta ſunt illa quæ ſunt creata, & creantur in nobis a Spiritu. Modo dicit Baſilius, quod non ſecundum iſtum modum Spiritus accipit a Filio: neceſſario ſequitur quod accipiat eſſe divinum, quia omne eſſe aut eſt divinum, aut eſt creatum. Hoc eſſe creatum accipimus a Spiritu ſancto, & ipſe non hoc modo accipit, nec hæc creata accipit. Ergo ſequitur quod accipiat eſſe divinum. Et ſic facta hac comparatione, ipſe concludit, & confutat omnium malignantium opinionem, qui præſumerent dicere, quod acciperet illud eſſe, quod cauſat in creaturis. Legatur auctoritas.

AND. Lecta eſt auctoritas in Græco.

PROV. Nunc venio ad ſecundum, in quo dixi, quod ſi ponatur prout eſt in libro veſtro, inculpabimus & notabimus Baſilium: & oſtendo in communibus libris, & refero textum & veſtrum & noſtrum, ut omnes noſtri diligentius intelligant, & veſtri clare videant. Noſter ſic dicit [e]: Quæ enim neceſſitas, ſi dignitate & ordine tertius eſt Spiritus, natura quoque tertium eſſe? Modo veſter textus ſic dicit: Quæ enim neceſſitas, ſi dignitate & ordine ſecundus eſt Spiritus, ſecundum quoque natura eſſe? quaſi dicat, nulla eſt neceſſitas. Modo videatis differentiam. Noſter dicit, Tertius eſt Spiritus: & veſter dicit, Secundus eſt Spiritus.

EPHES. Non eſt ſic. Sed dic, quæ eſt neceſſitas, ſi tertius eſt Spiritus, tertium eſſe natura.

PROV. Placet quod in hoc conveniamus [f]. Sequitur in noſtro. Dignitate enim ſecundus a Filio, cum ab eo eſſe habeat, & ab eo accipiat, & annunciet nobis, & omnino ex ea cauſa pendeat, pietatis tradidit ſermo: natura uti tertia, neque a ſanctis ſcripturis docti ſumus, neque ex dictis ſanctorum colligere poſſumus. Veſter dicit ſic: Dignitate namque eſſe ſecundum a Filio, fortaſſis veritatis tradidit ſermo: ex quo apparet dubitatio Baſilii. Poſtea dimittit quod dictum eſt, & ſubdit: Natura uti tertia, neque a ſanctis ſcripturis docti ſumus, neque ex dictis ſanctorum colligere poſſumus. Nunc videamus, quia ſtatim ſubdit probationem, dicens. Sicut Filius ſecundus a Patre [g], quia ab ipſo; & dignitate, quia initium & cauſa eſſendi Pater ipſi eſt, & per ipſum acceſſus & adductio ad Deum Patrem: natura nullo modo ſecundus, quia deitas in utroque una eſt; & in hoc ſumus conformes: & in hoc eſt redditio cauſæ, quia vult Baſilius ſic inferre: Ita liquet [h] quod & Spiritus quamvis dignitate & ordine ſuccedat Filio, non jam merito

[a] De auctoritate S. Baſilii, & lib. advers. Eunom. & de hac reſponſione card. vide quæ ſupra retuli collat. anteced. ex S. Antonino, qui tūc præſens aderat, nota 3.

[b] Homil. 27. ſanctum baptiſma, in fine, de qua auctoritate iterum collatione ſequenti.

[c] Spiritus enim accipit a Filio divinum eſſe.

[d] Divinitatis cum illo communionem & filiationis, &c. ſic in textu Baſilii loco citato, de qua auctoritate plura ſeq. collatione.

[e] Lib. 3. adverſ. Eunomii, initio, de quo collat. antecedent. & ſeq.

[f] Idem eſt dicere ſecundum a Filio, vel tertium a Patre.

[g] Ordine ſcilicet, ut in textu Baſilii.

[h] Altet, videlicet & Spiritus, etſi dignitate & ordine, &c. ſic in verſione vulgata Baſilii loco ſæpe citato lib. 3. adverſ. Eunomium.



ANNO CHRISTI 1439.

merito ſequitur, quod alienæ naturæ exiſtat. Sic quoad illa quæ dicta ſunt de Filio, ſumus conformes; ſed ſumus difformes in illo, Ita liquet, quia veſter liber dicit: Ita liquet quod etſi ſubordinatus eſt Filio Spiritus, quod & nunc ita concedimus, non tamen ſequitur, quod alienæ naturæ exiſtat. Noſter autem dicit, quod ſuccedit, & removet [1] difficultatem. Noſter dicit: Dignitate & ordine ſuccedit Filio. Veſter dicit: Dignitate & ordine ſubordinatus eſt Filio.

EPHES. Dicit ſuccedit, & uterque idem dicit, quod ſuccedat Filio dignitate & ordine.

PROV. [2] Legatis ibi, ita [3] liquet, quod ſicut Filius ordine ſecundus a Patre, quia ab ipſo; & dignitate, quia principium & cauſa ipſius eſt, & quoniam per ipſum acceſſus ad Deum Patrem: natura non ſecundus, quia deitas in utroque una: ita Spiritus ſanctus licet ſuccedat Filio ordine & dignitate, [a] ut hoc etiam concedamus, non jam merito alienæ dicitur naturæ. Venio ad primum, cum dicit, Fortaſſis; & dico, quod hæc particula, Fortaſſis, pietatis tradit ſermo, magnam maculam inducit Baſilio, quia id quod ab aliquo probatur, debet eſſe notum apud probantem, quia per ignota nullus poſſet quid manifeſtare, ſed oportet per magis nota minus nota manifeſtare. Sapientes hoc dicunt, & ratio dictat. Modo hic intendit confutare illam conſequentiam, quam Eunomius inferebat, quod ſi dignitate & ordine eſſet tertius, ut habebat a doctoribus, credebat, quod eſſet tertius etiam natura. In toto proceſſu capituli vult [b] deducere ex ſcripturis, quod aliqui ſunt [c] primi, ſecundi & tertii ordine & dignitate, & tamen non ſequitur quod ſint tertii natura: & hoc capit pro magno fundamento ſuo. Si dixiſſet, Fortaſſis, videretur dubitare de eo quod expediebat eſſe certiſſimum ad confutandum Eunomium: quod abſurdiſſimum eſt dicere de tanto doctore, quia iſte doctor habuit commendationem in Chalcedonenſi concilio, dicentibus patribus [d] concilii, quod doctrinam ſancti Spiritus [e] diligentius tradidit. Modo ſi dubitaſſet, dicens, fortaſſis, quomodo potuit dubitans doctrinam Spiritus [f] diligentius tradere? Ex his duobus capitibus nullo modo poteſt poni illa particula ſine magna nota Baſilii: & ideo ut corruptiva veræ ſententiæ debet abradi de libris, ubi eſt ſcripta. Tertio, quia in homilia de Spiritu ſancto ipſe aperte dicit, quod Spiritus accipit a Filio, & hoc ſine ulla dubitatione & trepidatione: imo ex multis auctoritatibus præmiſſis videtur apertiſſime, quod Spiritus accipit a Filio, non aliquod creatum, ut nos, ſed divinum eſſe, ut dixi, quia nil aliud poteſt Spiritus a Filio capere in Trinitate ipſa perſonarum: quia quod Spiritus accipit, ab æterno accipit; quia quod Filius a Patre audit, eſt ſcientia: ſcientia autem in divinis idem eſt ac eſſe, juxta expoſitionem omnium Latinorum & Græcorum, ut ego allegabo in ſequentibus. Et ita Spiritus audiens a Filio, accipit a Filio: & illa audientia eſt eſſe, & eſſentia divina, quæ omnia accipit a Filio. Quomodo eſt imaginabile hoc, quod in hac homilia de Spiritu ſancto, quam fecit in die ſolemnitatis, dixerit accipere ſine dubitatione; & in alio loco ille Spiritus quo erat plenus, feciſſet ſibi ſcribere hanc maximam hæſitationem, Fortaſſis? Nam ratio veritatis eſt ratio diffuſa in ſcripturis ſanctis quas homines pleni Spiritu expoſuerunt. Et ex illis concludit contra Eunomium, modo ad particulam ultimam, ibi: Ita liquet, quamvis dignitate & ordine ſuccedat: & contradicit primæ poſitioni & ſibi, quia primo dicit, Fortaſſis: hic autem abſolute dicit, quamvis dignitate & ordine, &c. quod dicunt illi [4] falſarii Baſilium hoc concedere, non tamen, inquit, ſequitur, quod alienæ naturæ exiſtat. Sic ex duobus capitibus ex auctoritate allegata, cum dicit, quod accipit a Filio, & neceſſario dicit eſſe, & [5] divinam naturam: & ex alio capite, quia additio maculat famam Baſilii, aperte oſtenditur, quod ly accipere eſſe in divinis, eſt idem quod procedere: & his teſtimoniis Spiritus accipit eſſe a Filio, claret manifeſte quod procedat ab eo. In hoc claro teſtimonio Baſilii introduco præcedentia & ſequentia. Inchoat Baſilius capitulum: Vix ſaturatus blaſphemiis contra Unigenitum, ad Spiritum tranſit, de eo quoque ſuæ toti voluntati conſentanea diſſerens. Et notandum quomodo terribiliter invehitur, dicens, quod in hoc opere non dicit [g] niſi conſequentia ſecundum ſuam voluntatem: poſtea ponit verba Eunomii, ſcribit autem ſic: Cum ſufficiat nobis tam multa ſcripſiſſe de Filio, conſequens eſt de Paracleto dicere, nec ſequi indiſcuſſas multorum opiniones, ſed ſanctorum in omnibus ſervare doctrinam, a quibus cum tertium dignitate & ordine acceperimus, tertium natura credidimus. Hæc ſunt verba Eunomii. Et in fine volens incipere, Quæ ergo [6] neceſſitas; quia dixerat [7] contemnens opiniones multorum, quæ ſunt indiſcuſſæ, quia viri non multum literati [8] profitebantur Spiritum non multis rationibus, & iſte ſuperbus Eunomius videtur non velle ſequi iſtorum opinionem, ſed ſanctorum opinionem. Modo dicit Baſilius, quod hic Eunomius non exprimebat, qui erant illi ſancti: nec etiam ponebat eorum libros, ex quibus ponerentur auctoritates ſanctorum, qui dicerent, dignitate & ordine tertium eſſe Spiritum; & ex illis crederet per conſequentiam, quod eſſet tertius natura. Modo Baſilius vult dicere, quod tales auctoritates ſanctorum non contingit inveniri, qui dicant, quod ſit tertius dignitate & ordine, & quod ex his poſſit inferri, quod ſit tertius natura: & ex hoc arguit eum [9] de conſequentia ſumpta, quia ipſemet ponit multas auctoritates ſcripturæ, in quibus apparet de ordine & dignitate, non tamen quod ſit alterius naturæ. Et ideo concludit Baſilius poſt auctoritatem & exempla angelorum, ſtellarum & manſionum quæ ſunt in vita æterna; ita concludit: Ita profecto & Spiritus ſanctus dignitate & ordine ſuccedit Filio. Accepimus eum, inquit, tertium a Patre & Filio numerari, ipſo domino in traditione ſalutaris baptiſmatis docente ordinem, dum dixit: *Euntes baptizate in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti*. In aliquam vero tertiam naturam nunquam didicimus [h], &c. Et probat argumento maximo: Cum duæ res dicantur deitas & creatura, dominatio & ſervitus, ſanctificatio & qui ſanctificatur. Et infra dicit ſic: In quanam parte Spiritum ponimus? In iis qui ſanctificantur? abſit: ipſe enim ſanctificatio eſt. Neſas ergo eſt connumerare creaturis eum qui divinæ beatiſſimæque Trinitatis adſcribitur numero. Ex quo apparet, quod non accipit eſſe, quod connumeretur creaturæ, quia dicit, quod omnis res aut eſt deitas, aut creatura; & cum non ſit in numero creaturarum, ſed in deitate, in illa dicit tertium dignitate

[a] prout legebat Epheſinus.

[b] Baſilius ſcilicet.

[c] ut in angelis.

[d] Parte 3. in allocut. ad Marcianum imper.

[e] In ea allocut. dicitur exacte.

[f] exactam.

[g] Eunomius ſcilicet in hoc opere, quod impugnat Baſil. cujus & ſubdit verba.

Matth. 28.

[h] Dejectum ſcilicet, ut in textu Baſilii.

COLLATIO XVIII.

tate & ordine; & dignitas, ut conceſſum eſt, dicitur initium & relatio principii in origine divinarum perſonarum ad intra. Et hoc Baſilius oſtendit, dicens non in aliquam naturam tertiam ejici Spiritum, quod proprie [a] dicuntur homines, non de his qui habent rationem principii vel cauſæ ſuper eis. Si eſt tertius [b], hoc eſt ſecundus etiam a Filio: ergo ſequitur neceſſario ex antecedentibus & conſequentibus hujus capituli, quod Filius ſit initium & cauſa: & hoc non poteſt eſſe, niſi per communicationem divinæ naturæ; quia iſte eſt ordo, ut alias dixi, ex quo aliquis eſt ab aliquo in divinis, & ab eo accipit eſſe, quod dicitur ſubſtantia. Modo ſi accipit eſſe, quod probatum, conceſſum & veriſſimum eſt: ergo de neceſſitate procedit. Alia teſtimonia ſunt Baſilii, ex quibus oſtendetur, quod Spiritus accipit eſſe a Filio, & procedit ab eo: in quibus luce clarius videbitis, quod idem Spiritus ſanctus, qui fecit eum loqui in aliis teſtimoniis, in hac veritate nullatenus cum fecit loqui cum illa falſitate adjuncta. Hæc ſufficiant quoad Baſilium. Cum veniſtis ad primam auctoritatem Athanaſii, & ad illam dixiſtis, quod Athanaſius ſolum intendebat tradere ordinem poſitum in baptiſmate, & non replicaſti auctoritatem, quam ſi replicaſſes, melius reſpondiſſes. Dicit Athanaſius ſic (ut omnes intelligant reſponſionem, & novam confutationem quam feciſtis) in illo dialogo [c] contra Arium ita dixit, prout allegavi. Si ergo Spiritus non eſt de ſubſtantia Patris & Filii, cur connumeravit eum Dei Filius in ſanctificationis ſymbolo, dicens: *Euntes docete omnes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti?* Vult ergo dicere, ut clare omnes intelligant, quod Spiritus ſanctus ſi non eſt de ſubſtantia Patris & Filii, nullo modo eſſet connumeratus in hoc ſanctificationis ſymbolo. Noviſtis vos deinde Græci, quod ſymbolum Latine dicitur collatio ſeu indicium. Et hoc dicit beatus Clemens diſcipulus Petri, qui poſt mortem Petri ſcribens beato Jacobo [d], quomodo apoſtoli in unum convenientes fecerunt ſymbolum, ponit hanc interpretationem. Dicit, quod collatio dicitur, quia conferentes ſimul fecerunt ſententiam fidei. Dicitur & indicium, quia indicatur, quid recte creditur, & quia per hoc cognoſcitur Chriſtianus. Ideo Athanaſius vocat ſanctificationis ſymbolum, dicens: Si Spiritus non eſſet de ſubſtantia Patris & Filii, non poneretur & connumeraretur in hoc ſymbolo. Jam ſæpius dictum & declaratum eſt, quod eſſe de ſubſtantia Filii, eſt eſſe ex Filio, & habere eſſe ex Filio: ſicut eſſe ex ſubſtantia Patris, eſt eſſe ex Patre, & accipere a Patre eſſe, quia idem eſt. Modo dicit, quod ſi Spiritus non acciperet eſſe a Filio, non connumeraretur: non poteſt accipere eſſe a Filio, niſi ſit principium & cauſa ipſius [e]. Vos dicitis reſpondendo mihi, quod ego conſuevi colligere teſtimonia hinc inde, & quæ non ſunt ad propoſitum, ſicut pridie feci, quia ego adduxi aliqua teſtimonia Epiphanii, in quibus poſui, Eſt, & non ponebatur: & ego nolo retorquere hanc confutationem, & quia in hac præclara audientia ſunt periti ſſimi interpretes Græcarum literarum, & apud vos multi peritiſſimi in philoſophia, & maxime dominus imperator: & omnes voco in teſtes, ſi non intelligitur [f]. Et in auctoritatibus per me allatis, ego non poſui, ſed frater Ambroſius transferens, qui dixit, quod de neceſſitate intelligitur, Eſt. Ita dicit auctoritas [g], Filium vocat, qui ex ipſo: Spiritum autem, qui ſolus ab utroque, vel ex ambobus. Modo quero, ſi intelligitur, Eſt, apud me neceſſario intelligitur, & ut vidi ex multis translationibus, hic videtur communis modus doctorum Græcorum, qui in propoſitionibus, in quibus neceſſario comprehenditur verbum, non ponitur: ut cum dicitur ſecundus a Patre, quia ab ipſo neceſſario intelligitur, Eſt. Secundum teſtimonium fuit [h]: Neque Filium & Patrem quis novit niſi Spiritus, qui veraciter clarificat, qui docet omnia, quia a Patre & Filio. Non ponitur, Eſt, [i] neceſſario intelligitur. Ad hunc punctum precor ut deinceps utaris verbis moralibus, quia verba non faciunt teſtimonium validius eſſe; & deinceps conveniamus, ut cum tales auctoritates ponuntur, in quibus neceſſario intelligitur verbum, non notes me in illo [k]. Quoad ſecundam auctoritatem Athanaſii, breviter dico, quod de neceſſitate ex hac auctoritate Athanaſii ſequitur, quod Spiritus ſit ſecundus a Filio dignitate & ordine. Et nota bene verba Athanaſii, ut ponderes. Dicit expreſſe, quod talem ordinem & naturam Spiritus habet ad Filium, qualem habet Filius ad Patrem. Modo dicit, quod ſi quis dicat Spiritum eſſe creaturam, habebit neceſſario dicere de Filio propter ordinis conformitatem. Modo, ut alias allegavi, ordo naturæ eſt quo pullulans pullulat, & importat eſſe unius perſonæ ab alia. Et iſte eſt communis modus philoſophorum & theologorum ſumendi ordinem naturæ, ut ego alias declaravi: nec eſt in poteſtate tua violentare terminos, ſed debemus uti, ut doctores utuntur. Modo ſi ordo naturæ eſt ordo originis, quo una perſona capit ab alia, quia natura eſt principium quo, ſicut etiam veſter doctor Damaſcenus ponit, ſequitur, quod generatio eſt ordo naturæ, non ſicut generantis, ſed ſicut ejus quo generans generat: & illud principium eſt quod communicatur, modo ex hac auctoritate [l].

a *Hoſt*, dicitur de hominibus, non de his, &c.
b ſcilicet a Patre.
c Quem adduxerat Provinc. in fine collat. 17. & cui reſpondet Epheſius circa initium collat. 18. quam iterum ponderat Provincialis collat. 21. *Matth.* 28.
d Epiſt. 1.
e Ipſe ſcilicet Filius.
f Verbum, Eſt, quod ſcribens ſubintelligitur.
g S. Epiph. in Anchorato, num. 71. & 72. de qua ſupra collat. 15.
h Ejuſdem Epiphan. ubi ſupra.
i Supple, ſed.
k Si videlicet exprimam quod tacite & neceſſario inest.
l Interrumpit ſermonem Epheſino.

Ephes. Non dicit Athanaſius ordinem naturæ, ſed ordinem a natura.

Prov. Ego dico, quod quandocumque vultis, oſtendam, quod non poteſt habere aliam intelligentiam. Et dico, quod ſi eſt ordo ſecundum naturam, quod eſt ordo naturæ: modo talis ordo præſupponit a principio, hoc eſt a perſona, a qua eſt alia, relatione principii: & ſic ſi habet relationem principii, communicat ſibi hanc naturam, quia iſtæ productiones ſunt naturales: & ſic ordine & dignitate ſequitur quod Spiritus eſt ſecundus a Filio, & quod capiat eſſe, & ſic quod procedat. Ad auctoritatem de miſſione Spiritus ego reſpondebo ſuo tempore.

Imperat. Scitis quod convenimus, quod diſputantes reſponderent ad quæſita brevibus verbis. Hic dicta ſunt tot verba, quod neſcimus unde incipiamus, & dies non ſufficeret, & videtur ut in alia ſequamur brevius.

Prov. Sum longus, quia longa propoſitio.

And. His datus eſt finis concertationi illius diei.

NOTÆ



ANNO CHRISTI 1439.

## NOTÆ HORATII JUSTINIANI AD DECIMAMOCTAVAM COLLATIONEM.

1 *Difficultatem.*] Scilicet non adſunt illa verba, *quod & nunc ita concedamus*: nam, ut ſupra, prætendit Epheſinus, Baſilium hæc dicere ex ſuppoſitione.

2 *Legatis.*] Scilicet Provincialis non fecit vim in verbis: ſuccedit, vel ſubordinatus; ſed in locutione per ſuppoſitionem. Ideo voluit ponderari illa verba S. Baſilii, ita videlicet.

3 *Liquet.*] Dixit quod legeretur ibi, ita liquet: & ſtatim ipſe legit, paulo incipiendo, juxta textum Epheſini, in cujus lectione deſunt illa verba, *cum ab ipſo habeat eſſe, & omnino ab illa dependeat cauſa*: & ſunt addita adverbium *fortaſſis*, & illa, *ut hoc etiam concedamus*.

4 *Falſarii.*] Id eſt falſarii addiderunt illa verba, *ut hoc etiam concedamus*, de quibus ſupra & infra iterum. Hinc corrigenda translatio Latina in editione Pariſienſi, anno 1618. in qua legitur particula *fortaſſis*, & conditionalis, *ut hoc etiam concedamus*: quæ tamen non legitur in editione Pariſienſi anno 1547. ſine quibus additionibus probat etiam legendum hunc locum ſancti Baſilii Beſſarion in opuſculo ad Laſcarim in fine hujus operis exhibito cap. 1.

5 *Divinam.*] Græcus ſcriptor ſeſſione vigeſimaprima ſic refert: *Non aliud profecto, quam ſuum eſſe, & originem divinamque naturam.*

6 *Neceſſitas.*] Indicat verba Baſilii, ubi concludit non ſequi ex eo quod ſit tertius ordine, eſſe etiam tertium natura: & ſtatim reſumit propoſitiones pravas Eunomii.

7 *Contemnens.*] Eunomius ſcilicet, ut paulo ante verba, *quæ ergo neceſſitas*, dicit Baſilius loco ſæpius citato, ſcilicet libri tertii adverſus Eunomium initio.

8 *Profitebantur.*] Contemnebat indiſcuſſas opiniones ſanctorum, qui profitebantur Spiritum eſſe Deum, nullis rationibus fundati.

9 *Conſequentia.*] Si enim Eunomius produxiſſet auctoritates ſanctorum dicentium tertium eſſe Spiritum dignitate & ordine, ex illis recte conſideratis apparere, non poſſe inferri, tertium eſſe natura: arguitque eum de conſequentia quam ipſe infert, non quæ per ſe inferatur. Pro intelligentia videndus textus Baſilii loco ſupra citato.

## COLLATIO DECIMANONA.

### DIE XIV. MARTII.

*Sanctorum patrum, & præſertim Baſilii auctoritatibus, diſputatur de Spiritus ſancti proceſſione a Patre & Filio.*

And. Quartadecima Martii in conventu Florentino ordine & modo, hora qua ſolet conventus fieri, diſputationi principium Epheſini verbo Græci dedere.

Ephes. Si vellemus ad omnia quæ per vos dicta ſunt, pro continuatione ſermonis proferre reſponſa, ſermo noſter progrederetur, ut nobis non ſufficeret omne tempus diſputationis. Quoniam autem longiorum ſermonum uſus malus multoties finem non aperuit peroptatum, nobis capitulariter collectis, ex dictis quæ memoria potuit continere, breviter quæ poterimus adducemus reſponſa, interrogando & reſponſa accipiendo, & reſpondendo, ſi placuerit. Auctoritatem Athanaſii primo per vos allegatam, patres reverendiſſimi, nos non intellexiſſe dixiſtis, quia eam allatam non expoſui.

Prov. Ut ordo ſervetur, primo diximus auctoritatem Baſilii; auctoritas Athanaſii fuit poſtea introducta. Itaque primo introducatis auctoritatem Baſilii.

Ephes. In præcedenti congregatione noſtra primo fuit inquiſita auctoritas Athanaſii: & ideo inquiramus eamdem, ut habeamus & accipiamus declarationem ſuper his quæ dixiſtis: poſtea veniemus ad auctoritatem Baſilii.

COLLATIO XIX.

Prov. Si non eſt ordo, ſequitur confuſio, primum quod in alia congregatione dixiſtis: interrogaſtis, ſi ſanctus Baſilius dicat, quod ſancti doctores tenent, Spiritum ſanctum eſſe tertium dignitate & ordine. Conſequenter tranſiiſtis ad infraſcriptas auctoritates Athanaſii, quas ego in medium duxeram: & cum vellem cuilibet reſpondere ſecundum ordinem, initium feci ab auctoritate Baſilii, ordinem veſtrum ſequens, & ideo adduxi primo auctoritatem ex homilia. Secundo dixi, quod ſi ſtaret alia expoſitio veſtra, Baſilius dubitaret de eo, de quo deberet eſſe certus. Tertio oſtendi, quod ex antecedentibus & ſequentibus non poterat ſtare veſtra additio. Quarto veni ad auctoritatem Athanaſii, ordine veſtro ductus. Bonum eſt ut hic ordo ſervetur, alias confunderemus nos, maxime quia imperator requiſivit, quod de argumento in argumentum replicetur, & papa & nos acceptavimus. Sequimini ergo ordinem illum.

Ephes. Ego volebam ſecundum ordinem a me productum in præcedenti congregatione eodem modo hodie ſermonem facere; primo quidem commentari auctoritatem Athanaſii, quam primo vos produxiſtis.

Prov. Illud fuit ſecundum, ego non reſpondebo, niſi ſervetis ordinem.

Ephes. Volebam oſtendere auctoritatem illam potius facere ad ſenſum meum, quam ad veſtrum.

Prov. Hoc facietis poſtea.

Ephes. Quoniam inducitis nos, ut ſequamur ordinem per vos conſtitutum, implebimus voluntatem veſtram, & inquiremus dicta veſtra circa auctoritatem Baſilii. Dicimus itaque quod tria propoſuiſtis, commendationem libri veſtri ſani & incorrupti, quem librum corruptum eſſe, pluribus rationibus oſtenſum eſt, adjicientibus vobis, quod Baſilius in quadam alia homilia facta de Spiritu ſancto videtur hanc opinionem habere, quod Spiritus ſanctus recipiat eſſe a Filio. Secundo dixiſtis, quod dubitatio quæ emanat ex noſtro libro, eſt propter verbum, fortaſſis, quod videtur indignum intelligentiæ magni Baſilii, & maculam inferat doctori illi mirabili, quod de divinis dogmatibus dubitaret, & non conſtanter aſſereret. Tertio ex præcedentibus & ſequentibus auctoritatem ipſam ad veſtrum ſenſum & literam, Baſilii ſententiam eſſe, oſtendere conati eſtis. Ad hæc (lecta auctoritate in libro) ea quæ nobis videntur, dicemus.

And. Surrexit quidam Græcus, & legit homiliam [a] his verbis: Unum igitur Patrem, unum Filium, unum autem Spiritum ſanctum ſecundum divinam traditionem confitendum, & neque duos Patres, neque duos Filios: propter quod Spiritus non eſt nominatus Filius. Neque enim a Spiritu aliqua accipimus, ſicut a Filio Spiritum, ſed ipſum accedentem nobis & ſanctificantem ſuſcipimus, [b] deitatis communionem, & filiationis participationem, & ſempiternæ hæreditatis arrham, & futurorum bonorum primitias.

Ephes. In hac nullo modo jacet, Spiritum eſſe a Filio, [c] neque Filius atque Spiritus ſanctus accipienda neceſſario, ex eo quod accipit: & ſubdit, quod non aliqua a Spiritu accipimus, ſicut Spiritum a Filio. Hanc quidem ſenten-

a Homilia 27. in ſanctum baptiſma, in fine.
b *Divinitatiſque communionem, & filiationis*, &c. ſic in textu Baſilii loco ſup. cit. vide primam notam hujus collat.
c *Id eſt*, neque in hac auctoritate Filius & Spiritus ſanctus neceſſario accipiendi ſunt, quaſi unus accipiat, & procedat ab alio: ſed ſubdit quod nõ aliqua, &c.

COLLATIO XIX.

ſententiam conſonam eſſe eorum quæ dicta ſunt, & opinionis anterioris, nos oſtendemus. Nam hi qui impugnabant Spiritum ſanctum, tali utebantur diviſione: Siquidem a Patre natus eſt Spiritus, ecce duo Filii, hoc eſt Filius & Spiritus. Si vero a Filio natus eſt, duo ſunt Patres, videlicet Pater & Filius. Contra hos occurrit Baſilius: unum Patrem imperat confitendum, & unum Filium & Spiritum ſanctum, ſecundum divinam traditionem. Nam Spiritus licet a Patre procedat, non tamen ut Filius, neque ex ipſo natus: & propter hoc duos Filios non dicimus. Nam Spiritus, inquit, neque Filius eſt, neque nominatur, & liquet quod a Filio Spiritum ſanctum accipimus, hoc eſt adoptionis Spiritum; nam proprium eſt a Filio qui ſecundum naturam eſt, adoptionem ſuſcipere nos, per Spiritum ſanctum. Hæc cum voluit oſtendere beatus apoſtolus in epiſtola ad Galatas talia dicit: *Miſit Deus Spiritum Filii ſui in corda noſtra clamantem, Abba pater.* Si igitur a Filio accipientes adoptionis Spiritum, adoptamur Patri per eumdem Spiritum, non alia quædam accipimus præter Spiritum, ſicut a Filio Spiritum, qui alius eſt quam ipſe Filius. Non ergo Spiritus Filius eſt, ſicut atteſtatur ſcriptura. Ad hanc intentionem dicit ſcriptura Baſilii, quod Spiritus non eſt Filius, neque nominatur, quoniam non accipimus aliqua a Spiritu ſancto, alia videlicet, quam ſit ipſe Spiritus, & quæ per ſe conſiſtant, ſicut accipimus a Filio Spiritum, qui eſt alius ſecundum propriam perſonam: ſed ipſum Spiritum mittit accedentem ad nos, & ſanctificationem ſuſcipimus; & operantem in nobis ſua bonitate, ut dicit apoſtolus, quod omnia operatur unus & idem Spiritus. Tu autem unde accepiſti, quod Spiritus accipiat eſſe a Filio? hoc nullo modo eſt, præterquam a Patre.

Galat. 4.

PROV. Et feciſtis longam orationem exponendo auctoritatem, & punctum principalem non tetigiſtis, niſi nunc ultimo quærendo; & reſpondeo ex eadem auctoritate, ubi dicitur, unum Spiritum confitendum, unum Patrem, unum Filium, neque eſſe duos Patres, neque duos Filios, & quod Spiritus ſanctus non eſt Filius; & dicit: Non enim Spiritu aliqua ſuſcipimus, ſicut a Filio Spiritus.

EPHES. Nos dicimus Spiritum, quia Spiritus apud Græcos [a] neutri generis eſt; & ſicut poteſt eſſe πνεῦμα in accuſativo, ſic in nominativo.

PROV. Cum dicat, quemadmodum, non poteſt eſſe accuſativi caſus verbum πνεῦμα, non comparat acceptionem noſtram cum acceptione quam Spiritus facit a Filio, ſicut ſi diceremus: Non enim accipio aliqua ab imperatore, quemadmodum accipit unus prælatus a ſummo pontifice: impoſſibile eſt, quod prælatus eſſet accuſativi caſus: ergo neceſſario ſequitur, quod Spiritus eſt caſus nominativi.

EPHES. Hoc ita eſſet, ſi ibidem adduceret, quod Spiritus accipiat a Filio.

PROV. Hoc de neceſſitate intelligitur.

EPHES. Cum hoc non ſit in textu, non videtur conveniens comparatio, & inconſequens eſt velle comparare acceptionem quam a Filio facimus, acceptioni Spiritus a Filio.

PROV. Et ideo negatur, [a] & dicitur quod differentia eſt.

EPHES. Oſtendam hoc eſſe extra ſententiam Baſilii: nam intendit ibidem oſtendere Baſilius, quod Filius non eſt Spiritus, dicens quod propter hoc Spiritus non eſt nominatus Filius, quia accipimus eumdem a Filio, ab ipſo Spiritu non accipimus aliqua, quam ſit ipſe Spiritus.

a [illegible marginal note] ... tetis.

ANNO CHRISTI 1439.

PROV. Hoc hæreticum eſt.

EPHES. Non accipimus alia quam Spiritus, ſe ipſum Spiritum accedentem ad nos, & operantem in nos ſua bona, videlicet adoptionem. Iſtud eſt conſequens ſecundum intentionem doctorum, & ſecundum ſequelam eorum quæ præcedunt.

PROV. Dicitis quod non accipimus aliqua, quam ſit Spiritus ſanctus: quæro, an dona Spiritus ſancti ſint ipſe Spiritus. Reſpondeas ad quæſitum, cum plurima dicta ſint hic contra totam ſacram ſcripturam, & falſa.

EPHES. Non ſunt alia hoc modo, ſicut Spiritus eſt alius quam Filius, videlicet quod non alia bona, quæ per ſe conſiſtant.

PROV. Ego non quæro hoc: ſed dico, an dona Spiritus ſancti quæ dantur nobis, ſint idem quod Spiritus [b] ſanctus. Ad hoc formaliter reſpondeas, & non plus.

b Hic ſeſe magis ſe declarat [illegible] Provinc.

EPHES. Dico alia eſſe dona quam Spiritum ſanctum, non tamen quod per ſe conſiſtant.

PROV. Alia ſunt quam Spiritus ſanctus, & primo dicebatis contrarium, dicens a Spiritu nil accipi, niſi ipſum Spiritum.

EPHES. Ita per illum modum accipimus a Spiritu: licet accipiamus dona, non ſunt per ſe conſiſtentia, ſed alia ſunt quam Spiritus.

PROVINC. Quæro, anne dona a Spiritu ſancto dentur cum Spiritu ſancto? nunc concludo.

AND. Verbis his expoſitis imperator inquit.

IMPER. Quia iſta ſunt extra propoſitum; nolo quod his reſpondeant noſtri.

PROV. Imo ſunt in propoſito, ut ſtatim oſtendam.

IMPER. Dicimus extra propoſitam auctoritatem.

PROV. Nos debemus dare in auctoritate ſenſum eidem.

CARD. Ex his quæ dicta ſunt, Provincialis oſtendere vult, quod πνεῦμα ſit nominativi caſus: & ſic ſunt ad propoſitum neceſſaria.

PROV. Hæc dona quæ nos accipimus a Spiritu, non ſunt Spiritus, & ſunt creata in nobis.

AND. Impoſuit imperator ſilentium interpreti, meo judicio, [c] timens concluſionem; vocavitque ſuos ad diſputandum propoſitos, illiſque aliquantum allocutus, demum ad locum dicendi reverſus hæc inquit.

c Fatetur hoc [illegible] Græcus ſcriptor, ut [illegible] 4. nota [illegible] jus collat. dicitur.

IMPER. Difficultas noſtra non ſolum ſtat in hac auctoritate, habemus & alias plures.

PROV. Non permittimus quo minus hæc diſcutiatur auctoritas.

IMPER. Neceſſe eſt ut de una materia diſcutiatur, non de pluribus?

CARD. Nos nolumus intrare aliam materiam; ſed cum ad probationem unius adducitur alia auctoritas, & Epheſinus dicat uno modo intelligi, Provincialis alio, neceſſe eſt ut verus eluceſcat ſenſus. Confiteatur Epheſius auctoritatem ad ſenſum Provincialis, & cauſam dimittemus.

IMPER. Bene intelligimus quo tendunt verba Provincialis.

PROV. Si hic, dona non ſunt perſona Spiritus;

EPHES.



ANNO CHRISTI 1439.

EPHES. Auctoritas iſta prohibet examinationem [a] quoniam allegatio aliter intelligitur apud nos, aliter apud vos; & ſecundum nos nullum neceſſario ſequitur ex ea ad propoſitum, omiſſa impræſentiarum hac auctoritate, veniemus ad alia.

a Græcus ſcriptor ſeſſ. 22. ſic: Locus iſte ambiguus eſt, & ex ambiguis nihil concluditur.

PROV. Beatus Cyrillus in epiſtola, Salvator noſter, dat nobis doctrinam, quod non ſolum debemus reſpicere auctoritates, ſed intentiones quæ in eis ſunt, ſi nos debemus producere teſtimonium, & non inveſtigare teſtimoniorum ſenſum, faceremus contra regulam beati Cyrilli. Modo ſequendo illam regulam dico ſic, quod hæc auctoritas nullam habet apud nos dubitationem, & ex ſe habet claritudinem: ſed volendo dare ſenſum extortum, poſſet habere dubitationem. Vos dediſtis ſenſum extortum totaliter contra literam dicendo: Non aliqua accipimus a Spiritu, prout nos accipimus Spiritum a Filio. Hæc expoſitio implicat contradictionem, quia eodem modo accipimus aliqua a Spiritu, ut accipimus aliqua a Filio: quia accipiendo Spiritum a Filio, accipimus dona Spiritus ſancti una cum Spiritu; & accipiendo Spiritum, accipimus Spiritum cum donis; & hoc dicit apoſtolus: *Caritas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum qui datus eſt nobis.* Si ergo accipimus Spiritum a Filio, accipimus dona una cum Spiritu, ſive dona a Spiritu. Nos accipimus Spiritum cum donis. Modo Baſilius dicit: Non enim aliqua a Spiritu accipimus, ut Spiritus a Filio. Et ponit diverſitatem: ergo implicat, ſecundum expoſitionem veſtram: Ergo oportet quod πνεῦμα ſit nominativi caſus. Stat ergo expoſitio primo dicta clara, ubi dicit: Non enim aliqua a Spiritu accipimus, quemadmodum Spiritus a Filio, quia hæc dona ſunt diſtincta a Spiritu per conceſſum per vos, & id quod accipit Spiritus a Filio, eſt quid divinum, & idem quod Spiritus, ſcilicet, quid increatum: dona autem in nobis ſunt creata. Et hæc eſt vera ſententia auctoritatis illius, ad quam reſponde, quia non eximus textum.

Rom. 5.

EPHES. Nos dicimus, quod poſſemus ſalvare veſtram expoſitionem, & etiam prima verba quæ dixiſtis de donis: quia dicimus, quod ea non ſine eodem Spiritu accipimus, cum totus Spiritus in unoquoque ſuo dono accipiatur. Dicimus autem, quod his poſitis poteſt noſtra expoſitio ſalvari, quoniam non accipimus aliqua a Spiritu, quæ per ſe ſubſiſtant, ſicut a Filio Spiritum. Et ad hanc expoſitionem concordat, quod Spiritus non ſit Filius, & quod ipſum Spiritum accipimus. Et illa verba non ſunt, quod Spiritus accipiat eſſe a Filio, ut vos adjeciſtis: non autem a Spiritu accipimus [b] creaturas. Hæc nec ex conſequentia veniunt, neque omnino de neceſſitate colliguntur: & circa hanc partem eſt inter nos controverſia. Oſtende unde habes ab auctoritate collectum, quod Spiritus accipiat eſſe a Filio, nos autem a Spiritu.

b Id eſt, dona creata.

IMPER. Ad quæſitum veſtrum voluit reſpondere, ſed non reſpondebit [c] magis.

c Id eſt, ulterius, ut habet Græcus ſeſſ. 22.

PROV. Hæc non eſt reſponſio.

IMPER. Nos non venimus, ut multa audiamus, ſed ut unum diſcutiamus.

PROV. Ego non recedo ab auctoritate; ſed dico, quod Spiritus non poteſt eſſe accuſativi caſus, quia cum dicimus quod accipimus Spiritum a Filio, nil aliud eſt dicere, quam accipere Spiritum cum donis. Et hoc apparet per apoſtolum, qui dicit: *Caritas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum qui datus eſt nobis*; ſcilicet a Filio. Ergo recipiendo Spiritum a Filio, nil aliud eſt quam accipere Spiritum cum donis, cum recipimus dona a Spiritu, quæ numerantur in hacmet auctoritate, ſcilicet communicatio divinitatis, participatio filiationis, & æternitatis arrhabo: & hæc ſunt dona. Iſta accipimus a Spiritu, ut Baſilius dicit: ergo quæ accipimus a Filio, ſunt quæ accipimus per Spiritum, ſeu quod habemus per Spiritum a Filio. Modo auctoritas dicit contrarium [d]; ſic enim ait: Non enim aliqua accipimus a Filio, ut Spiritum a Filio. Si eſſet accuſativi caſus, eſſent eadem: ergo oportet quod ſit diſtinctio inter id quod accipit Spiritus a Filio, ab eo quod nos accipimus a Filio, vel a Spiritu. Modo cum hoc ſit unum principium notiſſimum, ut beatus Baſilius ponit in auctoritate, dicens: Duæ res cum dicantur, divinitas & creatura: & dicens omnem rem eſſe aut creatam, aut creatorem, hæc dona accepta a Spiritu ſunt dona creata & diſtincta a Spiritu, qui eſt creator: ergo ſi non accipimus aliqua a Spiritu, ut Spiritus a Filio, oportet neceſſario, quod id quod accipit Spiritus a Filio, ſit quid divinum: & hic eſt clariſſimus ſenſus Baſilii, & ſic nullo modo poteſt ſtare tua expoſitio.

Rom. 5.

COLLATIO XIX.

d Scilicet, ſecundum lectionem Epheſini.

IMPER. De expoſitione iſtius auctoritatis non eſt neceſſarium, quod noſtri ſentiant id quod vos exponitis, vel vos quod ipſi.

PROV. Ego reputo te imperatorem doctum virum & ſapientem, & credo quod intelligatis optime hanc auctoritatem: & ſi inquiratis cum omnibus philoſophis & doctoribus veſtris, videbitis manifeſte, quod non eſt poſſibile, hanc auctoritatem habere alium ſenſum. Si placet acquieſcere huic auctoritati, tranſeamus ad alia: quia ſi tranſimus ſic cum teſtimoniis, nunquam habebimus veritatem ad partem. Hæc eſt via veritatis, quia nos non intendimus vincere, nec vos, ſed volumus quod veritas habeat locum, & ei aſſentiatur.

IMPER. Propoſitum noſtrum & noſtrorum non eſt, ut utamur contentionibus, ſed cum diligenti inquiſitione videatur veritas: & propterea non in præſentia volunt permittere [e] reſponſiones; ſed quia hæc auctoritas videtur ambigua, non videtur inſtandum.

e Id eſt, ut reſpondeatur ab Epheſino. Græcus ſcriptor ſic habet ſeſſ. 22. propterea ſuo loco examinabitur.

PROV. Auditores audiunt, ſi eſt ambigua, vel non.

IMPER. Noſtri audiverunt ſi eſt clara.

CARD. Dominus Provincialis multum bene declaravit ſenſum hujus auctoritatis, & omnes bene intelligunt: unde ſi non vultis plus reſpondere, ſumus contenti quod procedatur ad alia, & habeatur pro declarata.

IMPER. Non habemus pro declarata.

CARD. Reſpondeatis.

IMPER. Reſpondebitur tempore ſuo.

CARD. Nunc eſt tempus.

AND. Imperator miſit unum ſuum ad papam ſecreto loquentem, qui demum reverſus eſt ad imperatorem, & ſecrete locutus. Demum imperator rogavit cardinalem ſancti Angeli, ut ad eum accederet; qui de loco ſurgens ad eum acceſſit: demum ſecum aliquantulum allocutus, rediit ad papam, & ſecum locutus eſt ſecrete. Et ſtante domino ſancti Angeli apud dominum noſtrum, archiepiſcopus Ruſſiæ ad imperatorem acceſſit, & plures alii ex Græcis, & collocutionem fecerunt maximam adinvicem. His ſtantibus, cardinalis, dixit ad Provincialem: Continuetis.

PROV.

COLLATIO XIX.

A PROV. Satis dictum eſt ad hanc auctoritatem, & ideo poſtquam papæ & imperatori placet, procedatis ad aliam auctoritatem Baſilii.

EPHES. Hæc auctoritas eſt dubia, tranſeamus ad alia.

PROV. Quoniam eſt clara & clariſſima, & ideo procedamus ad alia.

EPHES. Secundum quod dixiſtis, eſt ad commendationem magni Baſilii, qui ſic habet, ut in libro noſtro jacet ejus [a] auctoritas, quod erat indignum menti magni Baſilii dubitationem ponere in ſuis dictis, & dicere, Fortaſſis; & rurſus, Ut id concedamus. Ad hoc dicimus nos.

a Id eſt, auctoritas ſe habet, ut in lib. noſtro: vos autem dicitis, quod liber noſter eſt corruptus & habet addita illa verba, *Fortaſſis*, &, *Ut hoc etiam concedamus*. Vide ſupra dicta circa hanc auctoritatem Baſilii.

PROV. Habes menti rationem quam feci?

B EPHES. Quam?

PROV. Meam.

EPHES. In reſponſione videbitis, non eſſe quidem opinionem ſanctorum, ſicut dicebat Eunomius, tertium eſſe ordine & dignitate Spiritum; videtur omnino beatus Baſilius non admittere: nam dicit: Simulat ſe cuſtodire doctrinam ſanctorum, deinde conſequenter, qui fuerint ſancti, dicere non potuit. Fuitne unquam tam audax homo, qui innovationes dogmatum introducat? Et profecto non habebat dicere Eunomius aliquem ſanctorum hoc dixiſſe: nam ſi quos haberet, illum Athanaſium non putabat ſanctum: nec aliquis qui ante ipſum fuerat, dixerat quod opinio ſanctorum ſit, nec Eunomius dicere habebat, nec magnus Baſilius admiſit. C Quoniam autem veriſimile eſt, Eunomium dixiſſe, hoc eſſe apud divinam ſcripturam, ſalvatore noſtro in traditione ſalutaris baptiſmatis dicente: *Euntes baptizate eos in nomine Patris & Filii, & Spiritus ſancti*. Ex his videtur, [b] quod colligamus Spiritum tertium dignitate & ordine. Cum hoc admittat permiſſive [c] Baſilius, dicit, dignitate ſecundum eſſe Spiritum a Filio, forte tradidit pietatis ſermo: pietatis ſermonem dicens: quæ traduntur per ſancta evangelia. Dicit ſic, quod forſitan quiſpiam diceret ſermonem pietatis tradidiſſe, hoc eſt divinam ſcripturam & traditionem ex ipſa, eſſe tertium dignitate Spiritum; fortaſſe aliquis diceret hoc, ſi acciperet connumerationem loco dignitatis, quod D quia tertius fuit nominatus Spiritus, tertius eſſet etiam dignitate: ſed etſi hoc concederetur, non neceſſario apparet natura tertius. Et ita rationem dubitationis ponit, quia non de neceſſitate ſequitur a traditione divinæ ſcripturæ, Spiritum eſſe tertium dignitate. Hoc etiam poſtremo innuit, poſtquam poſuit exempla angelorum & ſtellarum, ut apud librum qui recte ſe habet, jacet, talem ſe habet Spiritus . . . . . . . . quia teſtimonia ſanctorum non habebant, ut dicit Baſilius, ab iſta auctoritate veriſimile eſt iſtos commendaſſe ſuam ſententiam; & ideo adjecit, Fortaſſe, reſpiciens ad illorum ſenſum, & ſentit quod non de neceſſitate tertius eſt natura propter hanc dubitationem. E Reſpiciens itaque ad illorum ſenſum, ponit illud, Fortaſſe; & illud, Ut ita concedamus: & ſic nullam maculam imponit magno Baſilio addere dubitationem hanc, quia per ſuppoſitionem dicta ſunt ab illo, & per iſta defendimus opinionem Baſilii & libros noſtros.

Matth. 28.

b Id eſt, quod colligi poſſit.

c Id eſt, ex ſuppoſit. ſic enim habet Græcus ſeſſ. 22. concedens hoc Baſil. ex ſuppoſitione, dignitate, inquit, &c.

Vide quæ hic deſunt, in Græco ſeſſ. 22.

PROV. Ut veritas librorum veſtrorum & libri noſtri magis eluceret, & ut appareret manifeſte, quod veritas ſe habet ut eſt in noſtris libris, & nullo modo ut in libris veſtris, ego volui habere copiam de verbo ad verbum, prout eſt in

A libro noſtro, & ut Ambroſius interpretatus eſt? conſideravi in quibus convenimus, & in quibus diſſerimus. Demum differentia eſt, quia ubi noſter dicit: Dignitate namque ſecundus a Filio, ab eo eſſe habens, & ab eo accipiens, & annuncians nobis, ac omnino ex ea cauſa pendens, pietatis tradidit ſermo: poſtea ſequitur: Natura uti tertia, &c. Modo veſter liber totum hoc abſtulit, & facit iſtum ſaltum, & dicit ſic: Dignitate ſecundum eſſe a Filio, fortaſſe pietatis tradidit ſermo: & poſtea tranſit dicens: Natura autem uti tertia, &c. Nunc apparet, quot verba abſtuliſtis. Secundo volens probare Baſilius, ut eſt in Filio reſpectu Patris, applicando ſimilitudinem de Spiritu B ſancto, ſimilitudo currit, quod ut Filius eſt dignitate & ordine a Patre ſecundus, natura non ſecundus; ita & Spiritus ſanctus dignitate & ordine ſecundus a Filio: quod ſine ulla dubitatione ponit noſter liber, oſtendens conſequentiam neceſſariam ex ſimilitudine Filii ad Patrem & Spiritus ad Filium. Veſter liber ponit reſponſum dubitationis, dicens: Si etiam omnino hoc concederemus, ita quod arguit ex ſuppoſito dubio. Tertia differentia eſt in fine, ubi poſitis exemplis angelorum, & ſtellarum, & manſionum in cœlo, Baſilius ex antecedenti abſoluto & vero infert conſequens abſolutum & verum abſque aliqua dubitatione, ita dicens in noſtro libro: Ita profecto Spiritum dignita- C te & ordine tertium ſuſcepimus, &c. Et probat hoc per ſermonem pietatis, ubi format hunc ordinem, aſſignans cauſam: Accepimus tertium a Patre numerari, ipſo domino in traditione baptiſmatis dicente: *Baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti*. Et hic eſt ſermo pietatis, in quo Baſilius fundat, quod dignitate & ordine tertius eſt Spiritus, ſecundum libros noſtros: & hoc valde bene convenit, quia antecedentia de angelis erant abſolute poſita, dicens ſic: Quemadmodum ſe habet in angelis, quod aliqui exiſtentes ſecundi vel tertii dignitate & ordine, non tamen ſunt extra naturam angelicam: (hoc eſt argumentum) ut ſe habet in illis, ita ſe habet in divinis perſonis reſpectu na- D turæ: ſed ita eſt ponendo omnia exempla angelorum, quod in angelis abſolute ſine conditione, qui ſunt ſecundi vel tertii ordine vel dignitate, non ſunt extra naturam angelicam; ita eſt in perſonis divinis: & ſicut unum eſt abſolute dictum, ita & aliud. Modo liber veſter in hac illatione ita dicit: Ita Spiritus ſanctus ſi dignitate & ordine ſuccedit, ut dicunt. Poſtea in redditione cauſæ, liber veſter dicit: Accepimus enim tertium ordine & dignitate: & ſic non eſt differentia inter vos & nos alia. Credo bene me replicaſſe librum veſtrum & noſtrum: modo cum in nullis aliis viderim differentiam, patienter ferendum eſt, ſi inſtamus pro intelligentia hujus capituli, quod eſt principium tertii libri contra E Eunomium. Nam ſi hæc fundamenta eſſent dubia, liber veſter parum probaret in toto libro. Modo quæro, utrum ex hoc textum, & ex principio libri credatur, quod Baſilius tenuerit, quod ſancti patres qui præceſſerunt, hoc tenuerunt. Hæc ſunt a me quæſita; quæro ab eo.

ANNO CHRISTI 1439.

Matth. 28.

EPHES. Dico beatum Baſilium hanc opinionem non habuiſſe, nec a ſanctis accepiſſe, [d] neque Eunomium hoc dixiſſe, quod acceperit a ſanctis: & hoc apparet ex verbis Baſilii.

d Id eſt, neque Eunomium vere dixiſſe, quod acceperit a ſanctis.

PROV.



ANNO CHRISTI 1439.

PROV. Bonum eſt, quod ſacrum auditorium A etiam intelligat præcedentia ad hæc verba: Quæ enim neceſſitas, &c. Quia tetigit duo puncta, & multa dimiſit, præcedentia videamus, & intelligentur ſequentia. B. Baſilius ſic inchoat librum: Vix ſaturatus blaſphemiis contra unigenitum, tranſiens ad Filium, ſuæ voluntati conſequentia diſſerens &c. Dicit, Eunomium nihil dixiſſe niſi ex ſua voluntate: poſtea ponit verba Eunomii ſic dicentis: Cum ſufficiat nobis hæc dixiſſe de Filio, conſequens eſt etiam de Paracleto dicere, nec ſequi indiſcuſſas opiniones multorum, ſed ſanctorum in omnibus ſervare doctrinam, a quibus tertium ordine & dignitate cum didicerimus Spiritum, tertium quoque natura eſſe credidimus. Hæc ſunt verba Eunomii, non B plus, in quibus tria tangit. Primo non vult ſequi indiſcuſſas opiniones multorum. Secundo dicit, quod vult ſervare in omnibus ſanctorum doctrinam. Tertio, quod cum didicerit ab eis, tertium eſſe ordine & dignitate, didicit tertium eſſe natura. Ad hoc ſecundum reſpondet Baſilius ita dicens, quod non arbitratur [a] ſimplici ac rudi [b] fidei multorum oportere inhærere: ſed artificioſis & ſophiſticis ſermonibus veritatem, prout ſibi videtur, invertit; quod & in ſermonibus de unigenito feciſſe monſtratum eſt. Modo quod dixit Eunomius, indiſcuſſas opiniones multorum ſe non velle ſequi, replicans Baſilius dicit: Non arbitratur ſimplici opinioni multorum debere inhærere, eorum contem- C nens opiniones. Patres ſanctos intelligit Baſilius, cum dicit, multorum contemnens opinionem; quia ſubdit, qui glorificant Spiritum ſanctum; & quod ipſe Eunomius ſciens quæ erat opinio quæ glorificabat Spiritum, illam opinionem contemnens, ſimulat ſe ſervare ſanctorum doctrinam, & eos qui hanc tradiderunt, reticet: nunc quoque & ipſa faciens, quæ fecit in aliis ſermonibus de unigenito, dicit ſe didiciſſe a ſanctis, tertium ipſum dignitate & ordine exiſtere; a ſe autem credidiſſe, natura quoque tertium eſſe: qui autem ſancti ſint qui hanc doctrinam fecerunt, edicere non poteſt. Fuitne unquam homo ſic audax, qui divinorum dogmatum introduxerit novitatem? & ſequitur: D Quæ enim neceſſitas, &c. Quæro, cum Baſilius dicit: Contemnens opinionem multorum qui glorificant Spiritum: utrum Baſilius ſciret illam opinionem multorum, qui glorificabant Spiritum. Dicendum eſt, quod ſic: alias non potuiſſet. Secundo inquit in præcedentibus, ſimplici ac rudi fidei multorum oportere inhærere, non artificioſis, &c. Qui erant illi ſermones artificioſi & ſophiſtici, & ſi ipſe poterat intelligere, qui erant artificioſi ſermones, ſatis intelligere poterat, qui erant ſancti qui tenebant hanc opinionem: dicat ad hæc duo.

a Eunomius, ſcilicet.

b Id eſt, non artificioſæ.

EPHES. Opinionem multorum qui glorificabant Spiritum, dico opinionem Chriſtianorum: quia Spiritus ordinatus eſt Patri & Filio in tradi- E tione ſalutaris baptiſmatis; & de neceſſitate, ſicut Spiritus ejuſdem eſt gloriæ, ita & ejuſdem naturæ eſt cum Filio.

PROV. Quæro, ſi ſanctus Baſilius cognoſcat hanc multitudinem.

EPHES. Novit multos qui glorificabant.

PROV. Et divus Athanaſius intelligitur in illis qui pro tunc erant?

EPHES. Ille etiam glorificat.

PROV. Qui ſunt artificioſi ſermones?

EPHES. Artificioſi ſermones & ſophiſtici erant

A ipſius Eunomii, quia ipſe contemnebat opinionem multorum. Secundo cum ſimularet ſervare ſanctorum doctrinam, & non erat qui hoc diceret, ſupponit tertium eſſe dignitate, & ordine Spiritum: & ſic artificioſe & ſophiſtice colligit, quod cum tertius ſit Spiritus dignitate & ordine, tertius natura eſſet. Hoc cum vellet Baſilius repellere, ſupponit in his quæ ſequuntur, quod etiamſi concederemus tertium eſſe dignitate & ordine prout colligebat Eunomius, quod non ſequitur, quod tertius eſſet natura. Hi erant artificioſi ſermones, quoniam ſimulabat habere a ſanctis quæ non habebat.

COLLATIO XIX.

PROV. Eunomius inferebat ſe accepiſſe a ſanctis, Spiritum tertium & ordine & dignita- B te: & hoc dicebat abſolute, & a ſe credere, ipſum eſſe tertium natura: oportebat eum habere ſophiſticam argumentationem & multum artificioſam ad probandum hoc quod ponit pro manifeſto, quia hæc eſt concluſio ſua, quia accepit a ſanctis [e]; ideo ſic colligit faciendo artificioſam: oportebat ut poneret aliquid manifeſtum, & inde artificioſe inferret. Modo Baſilius dicit, quod ſimulabat ſe ſervare doctrinam ſanctorum, ſed non ponit illud artificioſum & ſophiſticum. Satis ſit nobis, quod Eunomius ex aliquo antecedenti abſoluto & ſine conditione inferebat illud: cum adverteritis, videbitis hanc concluſionem ſic eſſe. Modo iſti ſancti qui habebant opinionem qua glorificabatur Spi- C ritus, erant illi quos Baſilius ſequebatur: & ex illa opinione qua glorificabant Spiritum, non poterat [d] facere Eunomius antecedens, & inferre ſubſequens quod credebat: & iſti erant ſancti manifeſte. Et quia eorum opinio non poterat ei ſuffragari, non nominabat eos, nec in duobus præcedentibus libris, neque in iſto, quia non poterant reperiri doctores qui dicerent, dignitate & ordine Spiritum eſſe tertium; ita ut ſequeretur, tertium eſſe natura: & ſi quos poſuiſſet, fuiſſent magis contra eum: alias ſancti qui dicebant tertium dignitate & ordine, erant manifeſti. Et non dicit Baſilius, quod ipſe non poterit reperire ſanctos: & ex hac radice ſumpſiſtis errorem ex verbis; quinam ſint ſancti, & D ubi hanc doctrinam fecerint, non poteſt dicere. Ex hoc crediditis, quod quia Baſilius dicit, quod Eunomius non poterat dicere, quod nec ipſe Baſilius haberet certitudinem ſanctorum qui hoc dixerunt: & hoc eſt falſum.

e Tertium eſſe ordine, & hinc artificioſe colligebat tertium eſſe natura.

d Quia ex illa doctrina ſanctorum, quod Spiritus eſſet tertius ordine, non poterat clare inferre quod eſſet tertius natura: ideo non adducebat auctoritates eorum ſanctorum hoc dicentium, ſed ſupponebat in genere dictum a ſanctis.

EPHES. Non dico, quod Baſilius non fuerit certus.

PROV. Dico quod verum eſt, quod Eunomius non poterat dicere.

EPHES. Eunomius non poterat dicere?

PROV. Quia non reperiebantur ſancti qui tenerent proceſſum in divinis ad extra, & Ariani tenebant, & Eunomius. Modo dico ad rationem (volui autem dicere textum, ut omnes illum intelligant) Baſilius capit aliqua ad impugnan- E dum Eunomium, arguens ſic: Quicumque procedit [e], ſicut ſe habet Filius ad Patrem, ita Spiritus ad Filium. Et poſt exempla poſita concludit illam propoſitionem abſolute, prout præmiſerat, quia illud eſt verum & abſolutum, quod procedit ex veris ad vera & abſoluta: quia regula eſt, quod nunquam ex vero ſequitur falſum, vel dubium, quia ſi præmiſſæ ſunt veræ & abſolutæ, ſemper ſequuntur vera & abſoluta, ſive ſint præmiſſæ per auctoritates, ſive per rationes, quia auctoritates ſunt loco rationum. Modo ex libro veſtro ſequeretur ex præmiſſis

e Solent diſputatores inter argumentandum incipere poſitionem aliquam, & ſtatim mutato conceptu, vel mutatis verbis reaſſumere aliâ, vel eamdem.

ſis[a] veris & abſolutis dubia concluſio. Secundo procederetur ex antecedenti dubio[b] ad probandum conſequens verum & neceſſarium. Illud eſt conſequens, quod non ſit tertius natura; & eſt neceſſarium, & antecedens eſſet dubium. Videatis qualis confuſio & nota[c] ſequeretur. Et ex iſtis duobus arguebam, quod non poteſt ſtare textus libri veſtri. Reſpondeatis ad has duas rationes.

a Exemplis ſcilicet, angelorum & ſtellarum, de quibus in eo textu Baſilius.
b Ut, utrum eſſet tertius ordine, de quo late ſupra.
c Scilicet, contra Baſil.

Ephes. Non neceſſario colligitis, dum dicis, quod neceſſario ab eo quod eſt abſolutum, verum & ſimplex ſequitur verum & abſolutum. Nam poteſt eſſe aliquid ex ſe abſolutum & verum, & id per quod oſtenditur, non ſit ſimpliciter verum, ſed per ſuppoſitionem[d]. Propter hæc magnus Baſilius in exemplo angelorum, & ſtellarum, & manſionum, dicit ſimpliciter verum, & oſtendit quod non neceſſario natura ſecundi & tertii ſunt, quia dignitate & ordine ſecundi & tertii ſunt. Ad concluſionem propter quam exempla accipit, non oſtendit id quod ſimpliciter & abſolutum eſt, ſed quod per ſuppoſitionem conceſſit, ſcilicet, quod etiamſi daretur, Spiritum eſſe tertium dignitate & ordine, ſicut dicunt, & ſicut auctoritatem evangelii accipiunt, ſed non ſequitur de neceſſitate, natura tertium eſſe Spiritum: ergo non eſt neceſſarium quod dicebatis, quod omne quod ſimpliciter & abſolute eſt verum, & per quod illud oſtenditur, ita ſe habere.

d Si quid videlicet accipiatur, ut datum & nõ conceſſum, ita Græcus ſcriptor ſeſſ. 23.

Prov. Pono, ſi homo currit, ergo homo movetur. Hæc propoſitio non dicit, quod homo currit, nec quod homo moveatur, ſed conditionaliter, quia ſolum eſt neceſſitas conſequentiæ.

Ephes. Hæc eſt ſuppoſitio propter verbum, ſi.

Prov. Nonne eſt bona conſequentia? certo ſic, & tamen nil ponitur, neque in antecedenti, neque in conſequenti. Sed ſi dico, Homo currit, ergo movetur, quia pono in eſſe, homo currit, ergo ſequitur quod homo moveatur; & hæc eſt neceſſitas ex conſequenti: ita fecit Baſilius hic, quod quemadmodum ſe habet res iſta in angelis, & in ſtellis, & manſionibus, ita in perſonis. Hoc ipſe præſupponit, ſed ita eſt in angelis, non ponens aliquam conditionem: ergo oportet neceſſario ſequi ſine ulla conditione[e], alias videretur imperitiſſimus in illo proceſſu.

e In perſonis ſcilicet divinis.

Ephes. In his quæ per ſuppoſitionem aſſumuntur, ſi inferatur, aſſumptio affirmat ſuppoſitionem. Dicimus, ſi homo currit, ergo movetur; ſi ſecundum ſuppoſitionem inferimus. Sed homo currit, conceſſa fuit ſuppoſitio, & id quod ex ipſa colligitur, neceſſario colligitur: ſi nullatenus inferatur aſſumptio, non neceſſario ſuppoſitio conceditur, ſed poteſt ſtare in ambiguo. Dubium eſt, ſi homo currit; dubia & illatio, ergo movetur. Sic in auctoritate Baſilii dicit, Spiritus tertius eſt dignitate & ordine: ergo tertius eſt natura, non neceſſario ſequitur.

Prov. Hæc eſt concluſio.

Ephes. Hoc ab exemplo angelorum oſtenditur, in hoc aſſumptionem non includit: non enim addit, ſed tertius eſt dignitate & ordine; ſed in dubio ponit: ſed etſi propoſuiſſet, certe non neceſſario hoc fuiſſet ſecutum, prout in angelis, quia per ſuppoſitionem ſunt hæc conceſſa.

Prov. Nihil reſpondetis, quia ſequitur de neceſſitate; ſi homo currit, ergo movetur. Ad poſitionem inferiorum ſequuntur ſuperiora; nam fit motus in curſu: ergo ſi homo currit, neceſſe eſt ut moveatur: & tamen non habetur, quod currat vel moveatur, niſi faciam propoſitionem in eſſe, in minori: videlicet, homo currit, & ideo ſequitur, & homo movetur: & ideo Baſilius dicit, quod ſic ſe habet in angelis.



Ephes. Vos nominatis exemplum pro ſuppoſitione.

Prov. Ipſe ponit exemplum abſolute.

Ephes. Beatus Baſilius exempla ſumit ad probationem ſuppoſitionis, nec ponit opinionem ſanctorum, ſed per ſuppoſitionem dat hoc.

Prov. Iſta exempla ſunt abſoluta. Ita profecto cum arguimus a creaturis ad creatorem; numquid non aſſumuntur creaturæ abſolute, ut antecedens, & ex illo inferimus de Deo? Cum Ariſtoteles voluit probare primam cauſam immobilem, incipit ſic: Quod movetur, ab aliquo movetur. Nec ponit per ſuppoſitionem, ſed abſolute. Si poſuiſſet per conditionem, non probaſſet primam cauſam immobilem, niſi per conditionem & per illationem conſequentiæ: & ſic nullam veritatem haberemus de prima cauſa. Ita Baſilius ex angelis, & id quod dicitur de creaturis in ſacra ſcriptura, ponit abſolute, volens ex his creaturis venire ad cognitionem veritatis deitatis, dicens: Licet ſit tertius dignitate, non ſequitur, ergo tertius natura. Si conditionaliter poſuiſſet hoc antecedens, non plus probaſſet, niſi quod, ſi homo currit, ergo movetur. Et neque in angelis, neque in Deo quid intuliſſet: & ſic, ſi cum Eunomio non diſputaſſet, niſi de illatione conditionali, quid valuiſſet hæc diſputatio? Unde neceſſario eſt, ut habeatur ſenſus noſter. Facias ut velis bene videre, & ſervare honorem beati Baſilii.

And. Et ſic finis pro illa die.

## NOTÆ HORATII JUSTINIANI

### AD DECIMAMNONAM COLLATIONEM.

1 *Spiritum.*] Sic ad verbum Græcus ſcriptor ſeſſione 22. in ea parte, ubi incipit Epheſius: Ego ſane. Itaque illa verba, *Sicut a Filio Spiritum*, ſunt verba textus Baſilii, quæ inter loquendum ponderat Epheſinus & explicat, *quod a Filio accipimus Spiritum, qui eſt alius quam ipſe Filius. & a Spiritu* (ut ipſe ait ibidem) *non alia quadam accipimus præter ipſum Spiritum*. Verba textus Baſilii in oratione 17. in ſanctum baptiſma in fine ſunt hæc, ut in editione Pariſienſi anno 1618. ἕνα μὲν οὖν πατέρα, ἕνα δὲ υἱόν, ἓν δὲ πνεῦμα κατὰ τὴν θείαν παράδοσιν ὁμολογητέον, καὶ οὐχὶ δύο πατέρας, οὐδὲ δύο υἱούς· διότι τὸ πνεῦμα υἱὸς οὐκ ἔστιν, οὐδὲ ὀνομάζεται. οὐ γὰρ παρὰ τοῦ πνεύματός τινα λαμβάνομεν, ὥσπερ παρὰ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα αὐτὸ ἡμῖν καὶ ἁγιάζον ἀποδεχόμεθα, θειότητος κοινωνίαν, καὶ υἱότητος μετουσίαν, καὶ αἰωνίας κληρονομίας ἀρραβῶνα, καὶ τῶν μελλόντων ἀγαθῶν ἀπαρχήν. Quæ in Latinum tranſlata ſic ſe habent: *Unum itaque Patrem, unum Filium, unum & Spiritum ſecundum divinam traditionem confiteri oportet, & non duos patres, non duos filios, quandoquidem Spiritus non eſt Filius, neque nominatur. Non enim a Spiritu aliqua accipimus, quemadmodum a Filio Spiritus, ſed ipſum ad nos accedentem & ſanctificantem ſuſcipimus, divinitatis communionem, & filiationis participationem, ſempiternæque hæreditatis arrhabonem, ac futurorum bonorum primitias.* Tota difficultas inter Provincialem & Epheſium eſt in verbo πνεῦμα, quod cum in Græco ſit neutri generis, poteſt eſſe caſus nominativi & accuſativi, ſed ex contextu & vi rationis probat Provincialis eſſe nominativi, ut etiam in ſecunda nota dicimus. Quo vero ad illa verba ſequentia, nimirum: *Sed ipſum Spiritum ad nos accedentem*, &c. ſenſus illorum eſt, quod non accipimus a Spiritu, ſicut accipit a Filio Spiritus, ipſam, ſcilicet, divinam eſſentiam, ita ut ſimus ab illo procedentes, & illi conſubſtantiales, ſed accipimus ipſum Spiritum ad nos accedentem, ejus gratiam, dona, &c. Quomodo autem non ſolum dona Spiritus, ejusque gratiam ſanctificantem, ſed ipſam etiam perſonam, imo & perſonas divinas ſpeciali modo amantis in amante recipiamus, vide ſanctum Thomam 1. part. quæſt. 43. art. 3. arg. 1. quem fuſe explicat Suarez de Trinitate lib. 12. cap. 5. num. 8. Sicut enim ad eſſe noſtrum naturale per creationem conſequitur ut ſit Deus in nobis per eſſentiam, præſentiam & potentiam, ut docet ſanctus Thomas 1. part. quæſt. 8. art. 3. ita & ad eſſe gratuitum per gratiam ſanctificantem conſequitur, ut perſonæ divinæ ſint in nobis ſpeciali modo amantis in amante, & dirigentis in directa ad ultimum finem & beatitudinem æternam, juxta ſalvatoris ſententiam Joan. 14. *Ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus*: Et quia infuſio gratiæ & donorum attribuitur tertiæ perſonæ & Spiritui ſancto, qui eſt primum donum; ideo de eo dicit apoſtolus Rom. 5. *Caritas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis.* Et hoc eſt quod docet ſanctus Baſilius in præfata auctoritate, nimirum nos recipere Spiritum ſanctum ſanctificantem nos per gratiam & dona quæ nobis largitur, ut late infra hac eadem collatione Provincialis.





2 *Neutri.*] Cum Spiritus in Græco ſit neutri generis, & ſit idem in nominativo ac in accuſativo, ad ineptum ſenſum detorquet verba Baſilii, *quod*, ſcilicet, *non accipimus aliqua a Filio, ſicut Spiritum a Filio*; & ſubintelligebat, *accipimus*: hunc ſenſum excludit Provincialis. Hinc corrigenda tranſlatio Latina in editione Pariſienſi, ubi legitur, *Spiritum*.

3 *Spiritu.*] Scilicet res creatas, nempe gratiam & dona Spiritus ſancti. Sic enim habet Græcus ſeſſione 22. *Quod vero Spiritus ſanctus accipiat ſuum eſſe a Filio, ut ipſe addidiſti, nos autem a Spiritu accipiamus res creatas, hoc neque ex dictorum ſerie ſequi videtur, neque omnino colligitur neceſſario. Oſtende igitur ipſe unde ſumas, Spiritum quidem accipere ſuum eſſe a Filio, nos vero accipere a Spiritu creaturas.* Hæc ille.

4 *Expoſitio.*] Græcus ſcriptor ſeſſione 22. referens hæc dicta Provincialis, hæc ait: *Epheſius autem non habens quid reſponderet, diu tacebat: & imperator veritus ne in aliquod dogma ſermo dilaberetur*, Et paulo infra: *At vero Epheſius tacebat, atque ad hæc non reſpondebat.*

5 *Se habet.*] Deeſt aliquid, quod ſupplendum eſt ex Græco ſcriptore 22. his verbis: *Ut in noſtro incorrupto codice legitur, dicis, & ſi ordine & dignitate Spiritus poſterior eſt (ut aſſerunt.)* Hæc ille. Vides tertiam additionem, & textus Baſilii corruptionem: prima eſt fortaſſe pietatis, &c. ſecunda, ut hoc etiam concedamus; tertia, ut aſſerunt. Quas hic immediate enumerat Provincialis. Primas duas corruptiones habet editio Pariſienſis anno 1618. tertiam non habet.

6 *Ad extra.*] Id eſt non reperiebantur ſancti, qui tenerent proceſſionem Filii eſſe ad extra. Græcus ſic habet ſeſſione 22. *Ceterum Eunomius ſanctos proferre non poterat: ſancti enim noſtri qui ante illum fuere, dicebant hoc, intelligentes proceſſionem ad intra: Eunomius autem, quippe ut Ariana opinione imbutus, juxta Arianos intelligendo ad extra, hæc nequaquam recipiebat. Nunc ad illud venio, quod præcedente ſeſſione dixi, ad quod etiam tu reſpondiſti: hoc poſito tantum volui tranſcurrere textum*, &c.

## COLLATIO VIGESIMA.

### DIE XVII. MARTII.

*Plures auctoritates adducit Epheſinus ad probandum, Spiritum ſanctum non procedere a Filio, quibus reſpondet Provincialis.*

And. Die decimaſeptima Martii inchoata eſt diſputatio.

Ephes. Fides noſtra non ex hominibus, aut per homines commendationem habuit, ſed per ipſum dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, qui perſonaliter locutus eſt diſcipulis: propterea omiſſis ambiguis auctoritatibus, licet & ipſæ auctoritates legitime perſpectæ potius videantur pro nobis feciſſe, quam contra nos, recurram ad illud quod debemus de fide tractare.





Non enim magnus Baſilius unquam tractaſſet, vel inſinuaſſet aliquid contra traditionem dominicam, vel apoſtolicam, vel eorum qui ſucceſſerunt eis, vel contraria ipſis, ut per alias auctoritates oſtenſum eſt, & amplius oſtendetur, concedente nobis ſermonem Deo in apertione oris. [a] Age igitur honoremus diſcipulum a magiſtro, & ſervum a domino, oſtendamuſque conſonum ſibi ipſi, & eorum quæ tractavit in omnibus. Primum igitur ipſe Deus verbum, & theologiæ præceptor in noviſſima ſua allocutione cum diſcipulis dicit: *Cum venerit paracletus, quem ego mittam a Patre Spiritum veritatis, qui a Patre procedit, ille teſtimonium perhibebit de me.* In his conſpiciuntur tres divinæ perſonæ, & ipſe dominus unicuique accommodat proprium: de Spiritu autem ſolo dicit: *Cum venerit*; de ſeipſo cum Patre dicit, *Quem mittam vobis a Patre*: rurſum de Patre ſolo, *Qui de Patre procedit*. Videas ergo diligentiam theologiæ. Nam per illud, *Cum venerit*, libertatem & dominationem oſtendit: per illud autem, *Quem mittam vobis a Patre*, ſuam & Patris voluntatem fuiſſe oſtendit miſſionem & apparitionem Spiritus; per illud denique, *Qui a Patre procedit*, cauſam oſtendit Spiritus unde habebat eſſe. De primis quidem duobus teſtis eſt theologus Gregorius in ſermone quem edidit in feſto pentecoſtes, de Spiritu dicens: Veniens quidem utpote liber, mittitur aut ut non contrarius Deus. Nam quia præcognito Patre, deinde cognito Filio, poſterius apparuit mundo Spiritus ſanctus, ne videretur contrarius eſſe & cujuſdam alterius naturæ aut voluntatis, propterea mitti a Patre & Filio dicitur, bonam voluntatem eorum (quod jam diximus) inſinuante verbo[b]. Iterum in ſermone de Spiritu ſancto dicit ipſe theologus: Mittitur quidem diſpenſative, venit autem ex propria ſua poteſtate. Dicens, diſpenſative, per hoc apparitionem Spiritus in mundo propter hominum utilitatem ſignificat, quemadmodum verbum miſſionis Patri & Filio attribuitur, adventus ſoli Spiritui: nam ſolus Spiritus venit, & nullam ſimul intelligere perſonam neceſſe eſt earum quæ mittunt. Ita in proceſſionis verbo, a Patre ſolo neceſſe eſt intelligere Spiritum procedere, & nullo modo a Filio. Nam cum ſui mentionem egerit diligenter dominus, & cum attribuerit ſibi & Patri miſſionem Spiritus, non etiam de proceſſione dicit, A nobis, aut qui a me & a Patre procedit: nam hoc certe dixiſſet, ſi cognoviſſet proceſſionem ſuam eſſe. Quod autem, Qui a Patre procedit, proprium ſit Spiritus, & propter hoc nullo modo ſequatur neceſſario, intelligere & a Filio, teſtis eſt nobis theologus Gregorius[c] tradens proprietatem divinarum perſonarum, in quibus dicit: Propterea ſtantes nos intra terminos noſtros, ingenitum introducimus & genitum, & qui a Patre procedit, ſicut dicit Deus verbum[d]. Sic ergo eſt proprium Spiritus ſancti, Qui a Patre procedit[e]: & non ſimpliciter, qui procedit: quod autem eſt proprium, neceſſe eſt convertatur ad id cujus eſt proprium, neque ſuperabundare, neque deficere poteſt. Neceſſe eſt ergo intelligere & dicere, ſi quis eſt Spiritus ſanctus, hic eſt qui a Patre procedit: & ſi quid eſt quod a Patre procedit, neceſſe eſt quod ſit Spiritus ſanctus: ſi autem ab aliquo alio procedit, non eſt Spiritus ſanctus: nam neceſſe eſt hoc intelligere ſecundum conſe-

a Ad omnes auctoritates, quas hic pro ſe adducit Epheſius, vide reſponſiones Provincial. infra hac eadem collatione & coll. 22. num. 1. Joan. 15.
b Dum ſcilicet dicit, mittam vobis a Patre.
c Orat. 1. de Filio.
d Joan. 15. *Spiritum veritatis, qui a Patre procedit.* Vide reſponſiones Provincialis ad hæc omnia infra coll. 21.
e Id eſt, proprium eſt Spiritus ſancti a Patre procedere, & non ſimpliciter procedere, ita ut poſſit intelligi ab utroque.

COLLATIO XX.

quentiam rationis, & converſionem. Non eſt A
neceſſarium, neque omnino poſſumus intellige-
re, cum audimus, Spiritum a Patre procedere,
quod etiam a Filio procedat. Et hæc quidem
ſalvator noſter & Deus, & theologiæ magi-
ſter; ſed & diſcipulus ejuſdem & ſecretorum
præceptor cœleſtis homo Paulus vas electionis,
videamus qualia & ipſe de hoc dicat ad Corin-
thios ſcribens. De Spiritu ſancto & de ſubſtan-
tia ejus, & unde eam habeat, oſtendere volens,
hæc ſcribit: *Nos non ſpiritum mundi accepimus*,
1. Cor. 2. *ſed Spiritum qui eſt a Deo*. Et ne aliquis diceret:
Poteſt etiam Filius intelligi, ut ab eo etiam pro-
cedat: iſtam ſpeculationem explicans beatus
Joannes theologus & evangeliſta, quando re- B
velavit magno & miraculoſo a Gregorius ſecre-
ta theologiæ, mediante ſancti Dei genitrice
Maria, talia dicit, (ut magnus Gregorius e-
piſcopus Nyſſenus, qui vitam ejus ſcripſit, re-
fert) Unus Spiritus ſanctus qui a Deo ſubſi-
ſtentiam habet, & quidem per Filium appa-
ruit hominibus. In his manifeſtum eſt, nos nul-
lo modo poſſe intelligere, qui a Deo habet
ſubſiſtentiam, a Filio eſſe: non enim ſubjunxiſ-
ſet poſtea; Et qui per Filium apparuit homi-
nibus. Nam impoſſibile eſt & inconſequens a Deo
& a Filio intelligere Spiritum habere ſubſiſten-
tiam, deinde inferre: Et per ipſum apparuit ho-
minibus: ſed ad diverſas figuras producens ſer-
monem, oſtendit illud ſolum Patri attinere,
quod ex ipſo ſubſiſtentiam habeat Spiritus: C
hoc autem ad Filium, quod per ipſum appa-
ruit hominibus. Ergo non eſt neceſſe ſimilia in-
telligere, cum audimus Spiritum a Deo, quod
& a Filio ſit: neque omnino poſſibile eſt, ut
oſtendimus, ſi quidem aliud ſignificat, per Fi-
lium apparuiſſe; & aliud, a Deo habere ſubſi-
ſtentiam: quorum unum attribuitur Filio, aliud
Patri. Hoc quidem de divinis ſcripturis dixi-
mus. Poſt vero divinum apoſtolum Paulum,
diſcipulus ejus & communicator divinorum ſe-
cretorum Dionyſius compareat, qui nobis ea-
a De divin. nom. c. 5. dem conteſtatur. Nam ipſe in capite a de uni-
ca & diſcreta theologia, tradens nobis divi-
narum perſonarum & omnimodæ diſtinctionis
rationem, talia ſcribit: Eſt autem & diſtinctio D
in ſupernaturalibus theologiis, non ea tantum
quam dixi, quod & ſecundum ipſam unionem
inconfundibiliter & immixte collocatur una-
quæque divinarum perſonarum, ſed quod e-
tiam ſupernaturalis divinæ fecunditatis non eſt
converſio adinvicem, ſolus quidem fons ſuper-
naturalis divinæ fecunditatis eſt Patris. Si er-
go ſolus fons divinæ fecunditatis eſt Pater, &
per hoc a Filio & a Spiritu diſtinguitur; (nam
de omnimoda diſtinctione perſonarum inten-
tio erat ſermonis) neque Filio commune eſt
cum Patre, neque Spiritui ſancto, eſſe fontem:
etiam tali modo confuſio eſſet circa divinas per-
ſonas, & diſtinctio tolleretur. Neque enim
ea quæ ſunt unita dividere, ut ipſemet dicit, E
fas eſt, neque quæ diſtincta ſunt confunde-
re: & propter hoc fontis ratio & nomen nul-
lo modo ad Filium pervenit. Cum autem Fi-
lius non ſit fons deitatis, manifeſtum eſt, quod
Spiritus cauſa non eſt Filius. Nam deitas ſu-
pernaturalis, quæ originatur, eſt Spiritus ſan-
ctus: & ſic cum Pater exiſtat ſolus fons deita-
tis, & per hoc a Filio & Spiritu diſtinguatur,
ſolus erit productor & ſpirator ut eſt ſolus Pater.
Et hæc noſtra eſt opinio, nec colligitur a do-
ctoribus veſtra, ſed noſtra, ſicut expreſſe & aper-

ANNO CHRISTI 1439.

te dictum eſt. Eadem dicit magnus Athanaſius
in ſermone, cujus titulus eſt: De æterna ſubſi-
ſtentia Filii & Spiritus. Nam dicit: Separamur
ab iis qui judaizant, & ab iis qui depravant
Chriſtianiſmum, qui Deum qui eſt de Deo, ne-
gantes, unum Deum ut Judæi dicunt, non ſo-
lum quia ſolus eſt non genitus & ſolus fons dei-
tatis Pater, propter hoc dicentes ſolum Deum,
ſed tanquam infecundum Filii, & infructuoſum
verbi viventis. Hic etiam magnus doctor ſo-
lum non genitum, & ſolum fontem deitatis
Patrem dicit: & quemadmodum eſſe non ge-
nitum non poteſt fieri commune utrique dua-
rum aliarum perſonarum, ſic fons deitatis ne-
quaquam communicari poteſt cum Filio: ergo
B Filius non eſt fons deitatis, & propter hoc ne-
que Spiritus ſancti cauſa. Videtiſne omnia con-
ſonantia veritati, & ſanctorum adinvicem con-
cordiam? Denique afferimus ſententias œcu-
menicorum conciliorum per epiſcopum Cæſa-
rienſem Leontium, qui talia 3 dixit ad quemdam
philoſophum Phædonem dubitantem: Accipe
unam deitatem Patris qui genuit Filium ineſ-
fabiliter, & Filii qui natus eſt ex ipſo, & Spi-
ritus ſancti ex eodem Patre procedentis, qui
& proprius eſt Filii, ſicut dicit divinus apoſto-
lus: *Si quis Spiritum Chriſti non habet, hic non* Rom. 8.
*eſt ejus*. Conſideranda eſt hæc intentio ſancto-
rum patrum, qui dum tractarent de Spiritu,
unde procedat & cauſam habeat, cum dixe-
C rint, deitatem Spiritus ſancti qui ab ipſo pro-
cedit, addiderunt ſtatim, Patre, ne quis putaret
ad Filium referri proceſſionem, quia de proxi-
mo de illo egerant memoriam. Inſuper b. b Sermo iſte interruptus a cardinali.

CARD. Tranſgreditur formam datam, in qua
fecimus, ut de auctoritate in auctoritatem pro-
cederemus.

EPHES. Magiſter iſte reſpondens ad unam
auctoritatem per nos adductam, tantum ſum-
pſit tempus, ut totum tempus ceperit; quod
& in præcedentibus fecit. Ideo nos videntes
hæc, putamus ita faciendum eſſe, ut unam
& ſimiles omnes rationes noſtras adduceremus,
ut ſaltem coactus ad unumquodque reſpondeat.
Inſuper infirmitate impediti non poſſumus ſingu-
D lis reſpondere.

PROV. In præcedenti noſtra diſputatione ex
mutua conventione inter dominum noſtrum
& imperatorem conventum eſt & concluſum,
quod de capitulo in capitulum, & de argu-
mento in argumentum procederemus: & ideo
primo inchoavimus ab auctoritate Baſilii poſita
in feſto pentecoſtes: & quamquam dicta ſint
circa illam auctoritatem, pro inveſtigatione in-
telligentiæ Baſilii, multa, numquam exivi-
mus propoſitam auctoritatem. Expedita illa,
venimus ad aliam auctoritatem Baſilii. In hac er-
go aliquantulum fui prolixus in expoſitione
ipſiuſmet textus, non excundo textum, quia
ſi volebam facere rationem ex ipſo textu, opor-
E tebat ut ſacer cœtus haberet notitiam textus:
nunquam introduxi aliam auctoritatem, niſi ver-
ba textus. Et quia argumenta ſumebantur ex
antecedentibus & ſequentibus, oportuit illa
dicere; & facta declaratione textus, forma-
vi duas rationes ad probandum de neceſſitate,
quod textus non poterat ſtare cum illo verbo
dubitativo; ita quod quantum natura rei re-
quirebat, non poteram eſſe brevior. Modo ad
rationes quæ fuerunt ultimæ in noſtro receſ-
ſu, ſi voluiſſet ſervare optimum ordinem, de-
bebat reſpondere. Unum ex duobus ſequitur ex
his,



ANNO CHRISTI 1439.

his, aut quod vidit rationes meas concludere, A
& quod non poteſt reſpondere; & hoc nobis
placet, ſi fateatur: aut quia voluit fugere,
intravit aliam materiam. Sed etiam pace e-
jus dixerim, ſi volebat evitare argumenta quæ
concludunt, debebat tranſire ad auctoritates
Athanaſii, quæ ſecundo fuerunt productæ,
quæ ita neceſſario concludunt, ut auctoritas
Baſilii. Modo vero non reſpondet argumen-
tis, nec tenet ordinem: de auctoritatibus
Athanaſii tranſit ad auctoritates evangelii, ac
ſi primæ auctoritates non fundarentur in textu
evangelico. Numquid auctoritas Baſilii non
Joan. 16. fundatur in verbis evangelii, *De meo accipiet*,
*& annunciabit*? Nonne verba pietatis & baptiſ-
Matth. 28. mi fundantur in verbo Dei, cum dicit: *Ba-* B
*ptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spi-*
*ritus ſancti*? modo verbum Chriſti quid dicit:
Qui a Patre procedit? ille idem in medio
capite 16. evangelii Joannis declarans quomo-
do debeat intelligi, Qui a Patre procedit,
Joan. 16. dicit: *Omnia quæ habet Pater, mea ſunt*: id-
eo dixi, Quia de meo accipiet. Ex quo er-
go auctoritas divinæ ſcripturæ Jeſu Chriſti,
eſt primo poſita in medio per ſanctos doctores,
& ducta in vim argumentationis, valde abſur-
dum eſt & indecens in tanto auditorio, quod
dimiſſa hac magna auctoritate indiſcuſſa, nul-
la facta reſponſione rationibus, quæ convin- C
cunt, tranſeamus ad alias. Modo dico ſic,
dicat prolixe, quia non habeo ſibi imponere le-
gem, ſed imperator: ego ſervabo honeſtatem
& ordinem diſputationis, nec unquam reſpon-
debo ſibi ad quæcumque dixerit, donec re-
ſponderit per ordinem, prout inchoavimus di-
ſputationem. Modo videatis ſi vultis conſu-
mere tempus in vanum: requiro eum ex de-
bito honeſtatis & diſputationis, ut reſpondeat
noſtris rationibus, quia ex illis habebimus cla-
ro intentionem Baſilii, niſi ſanctiſſimus domi-
nus noſter aliud mihi mandet. Dixi alias,
& dico, quod in tertia ſynodo hoc firmatum
a Epiſt. ad Neſtor. in actis concil. Epheſ. part. 1. cap. 26. quæ incipit: Cum ſalvator. eſt, ut dicit Cyrillus a; & hoc debet eſſe re-
gula tibi & mihi, dicens: Sequentes ſancto- D
rum patrum confeſſiones quas fecerunt, loquen-
te in eis Spiritu ſancto, & intelligentias in-
veſtigantes, veritatem dicimus, &c. ita debent
adduci teſtimonia, ut inveſtigemus intentiones
ſanctorum.

AND. Collocuti ſunt Græci adinvicem.

EPHES. Nos modum diſputationis, ſicut
adinvicem convenimus, nullo modo reliqui-
mus, ſed cognoſcit paternitas veſtra, quod
proponentibus vobis duas aut tres auctorita-
tes, conſumpſimus ſuper his omnes anteceden-
tes diſputationes. Ideo ne hoc ſemper fieret,
viſum eſt nobis probationes & omnes noſtras
rationes adducere, non de aliquibus libris la-
tentibus & non omnibus cognitis, neque ex E
dubiis & corruptis, ſed ex ipſis ſcripturis ſa-
cris, & ab iis ſententiis quæ ab omnibus pa-
tribus profitentur. Nam ſi ſemper circa eam-
dem auctoritatem conſumemus tempus, dum
vos quærendo per argumentationes & ratio-
nes, nos reſpondere velimus, eſſet ad infini-
tum proceſſus. Propterea quia reſponſum de-
dimus aperte & manifeſte de additione illa du-
bitationis quæ invenitur apud noſtros libros,
viſum fuit, illa auctoritate omiſſa, ne ſemper
in infinitum progrediamur, noſtras rationes
adducere; deinde voces Baſilii, quæ omnibus
his ſunt conſonæ; ut ex omnibus his appareat



librum veſtrum eſſe corruptum: poſtea poteritis
aſſumere unamquamque auctoritatem, &, ut vo-
lueritis, diſputative inquirere, ſi Deus conceſ-
ſerit, & tempus patiatur.

COLLATIO XX.

IMPER. Intentio noſtra non eſt, ut ordo
diſputationis mutetur, & ſi voluiſſetis expe-
ctare uſque ad finem ſermonum, ipſe veniſſet
ad propoſitum dimiſſæ auctoritatis, quia in-
tentio noſtra & noſtrorum non eſt, ut diver-
tamus a diſputationis modo, & quod vobis re-
ſpondeatur. Ego hoc ordinavi, quia vos di-
cebatis, & noſtri pauca reſpondebant, &
non poteramus dicere quæ volebamus: ideo
viſum eſt prætermittere has auctoritates, ut
ad concluſionem veniremus auctoritatis pro-
B poſitæ. Propterea ſi placet, permittatis do-
minum Epheſinum dicere, quia pauca ſuper-
ſunt.

PROV. Hic modus non eſt utilis, quia
ſi habet redire ad propoſitum & multa dice-
re, quibus non debet fieri reſponſio, iſta vi-
dentur ſuperflua ad dicendum, quia ſi vult
habere reſponſionem illis, melius eſt ut de-
ducantur de auctoritate in auctoritatem, quam
quod omnia ſimul adducantur, quia homi-
nes obliviſcuntur, & non poteſt fieri bo-
na reſponſio. Ipſe deberet primo reſponde-
re propoſitis per me, & poſtea ego dice-
C rem.

AND. Cardinalis ivit ad papam, & poſtea
rediit.

CARD. Licet urbanius eſſet & juſtius, ut
modus inceptus ſervaretur de auctoritate in au-
ctoritatem: tamen poſtquam Epheſinus vult
multas auctoritates cumulare, placet domino
noſtro cum hoc, ut noſtris quæſitis reſpon-
deatur.

IMPER. Placet.

EPHES. 4 Redeamus ad conſequentiam eo-
rum quæ dicebamus, quod ſanctum primum
concilium œcumenicum reſpondit ad philoſo-
phum dubitantem per epiſcopum Leontium,
hæc b: Suſcipe unam deitatem Patris qui ge- b Gelaſius Cyzicen. in actis Nicæni lib. 2. paulo ante ſeſ relata hæc eadem auctoritas ab eodem Eph. de qua in 3. nota hujus collationis.
D nuit Filium ineffabiliter, & Filii qui natus
eſt ab ipſo, & Spiritus ſancti qui procedit ex
ipſo Patre, proprii autem exiſtentis Filii, ſi-
cut dicit apoſtolus: *Si quis Spiritum Chriſti non* Rom. 8.
*habet, non eſt ejus*. Ita quidem ſe habet au-
ctoritas: ſed conſiderandum, quod timentes
iſti beati patres, quod ne dum quis audiret
de Spiritu qui procedit ex ipſo, putaret ip-
ſos dicere Filium, quia de proximo erat Fi-
lii memoria facta, adjecerunt, Ex ipſo Pa-
tre; quod eſt dicere, non ex Filio, ſed ex
Patre: ſtatim iterum proprii exiſtentis Filii,
quaſi dicant: Etſi non procedit ex Filio,
non tamen eſt alienus a Filio; proprius au-
tem ſubſtantiæ ejus, & conſubſtantialis ei. Et
E ad hanc intentionem inquit apoſtolus: *Si quis* Ibidem.
*Spiritum Chriſti non habet, ipſe non eſt ejus*. Hoc
ſentit Cyrillus c dicens: Etſi procedit Spiritus c Epiſt. ad Joan. Antiochenum in actis concil. Epheſ. part. 3. c. 34. in fine.
ex Deo Patre, ſed non alienus eſt a Filio.
Hoc ipſe inquit, cum reſponderet ad Theodo-
retum, (ſicut diligentius d dicemus, ſi tempus d Vide paulo infra.
permiſerit) qui eum criminabatur dicentem,
Spiritum procedere etiam a Filio. His patribus
magnus Baſilius conſona inquit (dico autem
patribus primi concilii) qui poſt ipſos ſtatim
fuit. Nam dicit in 18. cap. ad Amphilochium:
Spiritus Chriſti dicitur, tanquam accommodatus
ſecundum naturam ejus, hoc eſt, ut conſubſtan-
tialis. Si autem ſciviſſet ipſum accipere eſſe a

Collatio XX.

Filio ', ſicut in libro veſtro corrupto jacet , non dixiſſet , tanquam accommodatus ſibi ſecundum naturam , ſed ut ab ipſo procedens & eſſe accipiens ; modo fuiſſet conſequens , a cum non dixit ; ergo liber veſter non bene ſtat . Dicit ipſe in ſermone contra Sabellium b & Arium talia : Ego cum Patre quidem novi Spiritum , ſed non Patrem Spiritum .

Prov. Habetis librum ?

Ephes. Non hic.

Prov. Oportet adducere.

Ephes. Ego cum c Patre quidem ſcio Spiritum , non Patrem Spiritum ; & cum Filio accipi non Filium nominari , & familiaritatem d quæ eſt ad Patrem , intelligo , quia ex Patre procedit . Ad Filium autem , quia audio : *Si quis Spiritum Chriſti non habet , non eſt ejus* . Videtis etiam hic conſona ſibi ipſi & patribus illis ? non eamdem proprietatem familiaritatis dicit Spiritus ad Patrem & ad Filium , ſed ad Patrem , quia ab ipſo procedit ; ad Filium autem , quoniam apoſtoli dicit auctoritas , quod ſi quis Spiritum Chriſti non habet , non eſt ejus : videlicet quia ita ſimpliciter eſt ſibi familiaris Spiritus ſecundum naturam , ſicut in præallegata auctoritate dicitur ; non quod ab ipſo procedat . His quidnam clarius de intentione hujus ſancti patris ? Eratne veriſimile ipſum hoc ſcripſiſſe , ſi ſciret Spiritum a Filio procedere ? Judicate vos , patres , ut veritate utamur , hæc ſunt primi concilii dicta , quibus oſtenſus eſt conſonus magnus Baſilius . Ipſa denique prima ſynodus in ſymbolo ſic Spiritum ſanctum ordinavit cum Patre & Filio ſecundum traditionem illam baptiſmatis traditam per dominum , & poſt e homologiam Patris & Filii intulit : Et in Spiritum ſanctum . Secundum autem concilium quod poſt ipſum factum eſt , volens hanc vocem explicare , & quomodo coordinetur cum Patre & Filio Spiritus , clarius oſtendere ad everſionem illorum qui contra Spiritum pugnabant , talia dicit in ſymbolo : Credimus in Spiritum ſanctum dominum vivificantem , qui ex Patre procedit , qui cum Patre & Filio ſimul adoratur & conglorificatur . Hic ſpeculanda eſt intentio divinorum patrum , quia propoſitum fuit illis theologiam explicare , & modum unionis Spiritus ad Patrem & Filium . Concilium hoc clare voluit exhibere : & videte quomodo differenter & ipſum exhibet familiaritatem Spiritus ad Patrem & ad Filium . Nam dicit , quod coordinatus eſt Spiritus ſanctus cum Patre & Filio , ut ex Patre procedens , ſimul vero cum Patre & Filio adoratur & glorificatur , hoc eſt , eſt ejuſdem honoris & conſubſtantialitatis . Verum ſi ab utroque ſciviſſet procedere , cujus gratia dum memoriam fecit de utraque , illud non prius dixit , Qui ex Patre Filioque procedit ; & poſtea non intulit , Qui cum illis ſimul coadoratur & conglorificatur ? Hoc conſequens fuiſſet , ſi talem habuiſſet ſenſum : & hoc facere ſolemus , quando aliquid ad duo referimus , & maxime cum illud dicimus cauſam ab illis ipſis habere , prius exponentes ambas cauſas , tunc & poſtremo communem inſerimus , utputa , qui ſimul conglorificatur & adoratur . At vero patres prætermiſerunt in primo memoriam Filii , cum voluerunt addere cauſam Spiritus f ; in ſecundo autem intulerunt conſubſtantialitatem & honoris identitatem exhibere voluerunt . Non ergo Spiritum a Filio procedentem cognoverunt : nam hoc non prætermiſiſſent , maxime quando faciebant expo-

a Id eſt, Cum autem non ſic dixerit.
b Hom. 28. in editione Pariſ. 1547. ſi legitur: Ego vero cognoſco illum cum Patre, Patrem vero eſſe, non ita.
c Verba illa ſilii homilia citata.
d Alias, cognationem ; quod & in ſequentibus ubi replicatur , obſerva.
Ibidem.
e confeſſionem.
f Dicentes, ex Patre procedentem.

A ſitionem : quod expoſitio ſit perfecta , & non defectuoſa , ut dicitis , nec cauſarum alteram tacuerint , manifeſtum eſt , quia nullam poſt concilium illud alia concilia aliam expoſitionem ab illa fecerunt , nec addiderunt a Filio procedere : imo omnia concilia prohibuerunt hoc , & evitarunt per ſuas diffinitiones , ut præſciverint profecto quod per vos a factum erat . Hujus concilii propugnator & dux , & hujus ſymboli conſcriptor , ut dicitur , magnus Gregorius fuit , cujus agnomen proprie attribuitur a theologia . Dicit ipſe ſcribens conſona ſibi & ceteris patribus in ſermone , cujus eſt intitulatio , De navigatione epiſcoporum de Ægypto g : Omnia quæ ſunt Patris , ſunt e-
B tiam Filii , excepta cauſa . Inſpiciendum eſt hoc , quod & ipſe Filium a Patre diſtinguit ; & ſicut magnus Dionyſius fontem , ſic ipſe cauſam diſtinguit . Si ergo Filius cauſalitate diſtinguitur a Patre , & nullo modo eſt cauſa , liquet ipſum nec Patrem eſſe , nec productorem , & propter hoc nec cauſam Spiritus ; nam hoc aperte doctor edidit . His omnibus conſona & tertium concilium dixit . Nam cum primum advenit ſymbolum Neſtorii productum per quemdam presbyterum Chariſium , in quo continebatur , quod Spiritus ſanctus neque Filius eſt , neque per Filium ſubſiſtentiam habet , ita hujuſmodi theologiam laudat tanquam familiarem patribus , conſonam ſcripturæ , ut non
C eum accuſaverit , neque magnum , neque parvum , neque coarguens eſt Neſtorium de his ſermonibus in theologia h ; imo approbans talem ſymbolum , in ſuo ſymbolo talia dicit : Si deprehenderentur aliqui , aut ſcientes , aut docentes ea quæ continentur in expoſitione adducta per Chariſium de humanitate unigeniti Filii Dei , hoc eſt , ſcelerata dogmata Neſtorii , ſubjaceant ſententiæ hujus ſacri & ſancti œcumenici concilii . Videtiſne , patres , quæ dicit ſcelerata dogmata Neſtorii , ea quæ ſunt de humanitate unigeniti Filii ? Liquidum eſt ergo , quod ea quæ de Deo erant , veriſſima erant & ſancta , unde nec aliquam occaſionem tradentia querelæ : unde nec de illis conqueſti ſunt . Hoc autem non
D eſt parum quid ad probationem , quod communis ſenſus eccleſiæ eſt , nullo modo Spiritum a Filio procedere : nam liquet , quod patres acceperint & habuerint , & ut propriam eam opinionem agnoverint . Itaque etiam a tertio œcumenico concilio hoc approbatum eſt . Sed quoniam beatus Cyrillus opponens ſe Neſtorio de proceſſione Spiritus , occaſionem quamdam dedit , ut putaretur , hunc etiam a Filio ſubſiſtentiam habere , reprehendit ipſam Theodoretus , ut ex perſona orientalium , ita dicens i : Si proprium Filii Spiritum ſanctum , ſiquidem ut ejuſdem naturæ , & a Patre procedentem dixit , confitebimur , & ita ſuſcipiemus vocem : ſi vero tanquam a Filio aut per Filium
E ſubſiſtentiam habentem , ut blaſphemum excutiemus : credimus enim domino dicenti : *Spiritus veritatis qui a Patre procedit* : & apoſtolo : *Nos vero non Spiritum hujus mundi accepimus , ſed qui eſt a Deo* . Ad hanc querelam dicit Cyrillus k in his quæ ſcripſit ad quemdam Euoptium epiſcopum , calumniari & accuſari a Theodoreto , qui contra ipſum invehebatur propter inimicitiam cum ipſo , & amicitiam Neſtorii : dicit autem ſic ſcribens ad Euoptium : Accepi ad certificationem tuæ pietatis erga me tomum illum quem miſiſti , quem dicunt compoſuiſſe Theodore-

Anno Chriſti 1439.
a factum.
g Orat. 26. num. 15. edition. Pariſ.
h De ſermonibus ſcilicet quod procedentem Spiritus , quod approbat , ut vult Epheſ. & quod hic manifeſtatur tantum ſcilicet dicit concilii damnationem Neſtorii , ut ipſe ait.
i In actis concil. Epheſ. part. 3. contra 4. anathematiſmum.
Joan. 15.
1. Cor. 2.
k In actis concil. Epheſ. part. 3. in principio 9. anathematiſmi.



doretum Cyrenſem : nam ita dicunt vocari oppidum . Cum autem vidiſſem ea quæ inerant , reddidi Deo gratulationis cantus , nec defeci illud dicens : *Domine eripe animam meam a labiis iniquis , & a lingua doloſa* . Nam invenio me ubique calumniari , & in quolibet capitulorum hæc tolero . Si igitur in quolibet capitulorum dicit calumniari , liquet etiam in illo ipſum calumniari , cum blaſphemum illum & illius impiam opinionem Theodoretus dixit . Ergo tenebat illam ſecundum quod Theodoretus profitebatur a , & cum ipſo illam ſuſcipiebat vocem , hoc eſt , proprius illi Spiritus ſanctus , ut ejuſdem naturæ cum eo , tamen a Patre procedens . Hoc idem etiam in defenſionem querelæ ille adjecit : nam dicit ſic : b Etſi ex Patre procedit Spiritus , tamen non alie-
B nus a Filio : nam omnia habet cum Patre . Videſne quomodo in illa parte concordat , in qua dicebat Theodoretus ſuam ſuſcipere vocem ; Poſt hoc facta unione cum orientalibus , ſcribit ad Joannem c Antiochenum epiſcopum beatus Cyrillus eadem cauſa , dico de proceſſione Spiritus ſancti , ſimul & ut ſymbolum immutatum maneat , ſic dicens : Nullo modo moveri toleramus fidem eam quæ terminata eſt a patribus , hoc eſt fidei ſymbolum : neque permittimus nobiſipſis , vel aliis , aut dictionem mutare eorum quæ poſita ſunt , vel unam ſyllabam , memores dicentis : *Noli tranſgredi terminos æternos , quos patres tui poſuerunt* . Non enim erant ipſi qui loquebantur , ſed Spiritus Patris qui procedit ex ipſo ;
C non autem alienus eſt a Filio ſecundum rationem eſſentiæ . Videtiſne etiam hic in qua parte diviſionis Theodoreti beatus Cyrillus conſentiat ? Nam dicit ( proferens ſermonem per figuram diviſivam ) Procedit quidem ex Deo Patre , non alienus a Filio , hoc eſt ſecundum rationem eſſentiæ , ut conſubſtantialis . Hoc autem & ipſe Theodoretus ſic dicebat , quod ſi tanquam conſubſtantialem & a Patre procedentem dixit , ſuſcipimus vocem ut piam . Hanc epiſtolam cum accepiſſet Theodoretus cum aliis orientalibus , & inveniſſet theologiam ſibi & ſcripturæ conſonam , talia dicit etiam ipſo in epiſtola ad Joannem Antiochenum d : Ea quæ miſſa ſunt a Cyrillo , evangelica nobilitate adornantur . Nam in eis
D prædicatur Deus perfectus & homo perfectus dominus noſter Jeſus Chriſtus , Spiritus autem ſanctus non ex Filio , ſeu per Filium ſubſiſtentiam habens , ſed a Patre ; proprius autem Filii , ut conſubſtantialis , vocatur & nominatur . Hanc rectitudinem cum cognoverimus , laudavimus Deum linguas ſanantem , & abſonam reſonantiam in rectum ſonum tranſmutantem . Videtiſne in quibus Theodoretus cum aliis orientalibus convenerit cum Cyrillo ? quod Spiritus ſanctus non habet ſubſiſtentiam a Filio , neque per Filium , ſed a Patre procedit : Spiritus autem Filii ut conſubſtantialis nominatur . Quod autem ſuper his convenerint , & unio illa facta fuerit , teſtis eſt beatus Cyrillus ſic ſcribens ad Joannem Antioche-
E num epiſcopum e : Has veſtras cum inſpexerimus ſacras voces , ſic etiam invenientes vos ſentientes nobiſcum ( unus enim dominus , una fides , unum baptiſma ) glorificavimus ſalvatorem Deum , invicem gaudentes , quod ſcripturis a Deo inſpiratis & traditioni ſanctorum patrum convenientem habeant fidem noſtræ & veſtræ eccleſiæ . His conſona etiam in expoſitione evangelii ſecundum Lucam f beatus Cyrillus dicit : Ut digitus pendet a manu , qui non eſt alienus ab ipſa , ſed naturaliter in ipſa : ſic Spiritus conſub-

Anno Chriſti 1439.
Pſalm. 119.
a Alias ſcilicet non dixiſſet ſe calumniam paſſum ab eo.
b In defenſione 9. anathematiſmi.
c In actis concil. Epheſ. part. 3. num. 34.
Proverb. 22.
d Sic etiam hanc epiſtolam refert Græcus ſcriptor ſeſſ. 13.
e In actis concil. Epheſ. part. 3. num. 14.
f Locus cap. 11. cujus Cyrilli dictum refertur in Catena Græca SS. Patrum ſuper Lucam in cod. Vat. ex bibliotheca Palatina.

A ſtantialis ratione nectitur ad unionem cum Filio , licet a Deo Patre procedat . Hoc autem idem eſt ac dicere : Licet ab ipſo non procedat ; conjunctus enim illi , dicit , eſt ſecundum conſubſtantialitatem ; licet ex ipſo ſubſiſtentiam g non habeat , ſed a Deo Patre . Per hæc omnia noſmet oſtendimus conſona divinis ſcripturis ſentire , & divinis noſtris patribus & doctoribus , & nullum de divinis dogmatibus quæ tradita ſunt nobis a principio , mutare vel adulterare , nihil addere , nihil detrahere , nihil innovare . Obſecramus veſtram caritatem & reverentiam , velitis concordare nobiſcum & cum ſanctis patribus doctoribus , & nil in eccleſiis dicere h , & contentos his tantum eſſe , dicentes & ſentientes eadem , ut uno
B ore glorificemus Patrem & Filium & Spiritum ſanctum , cui debetur omnis gloria in ſæcula ſæculorum .

Card. Reſtat poſt ſermonem longum factum , ut reſpondeat argumentis , juxta promiſſa .

Ephes. Quoniam nos putamus oſtendiſſe ſatis additionem libri noſtri illam merito a magno Baſilio adjectam i , & ita pro nobis omnes præſentes ſentire , tanquam ſatis oſtenderimus , quia nullam impingit maculam magno Baſilio illa adjectio , ut nos aſſignavimus interpretantes auctoritatem , nullo modo vacabimus rationibus dictis per veſtram paternitatem ad commendationem libri veſtri , cum multæ fuerint , & cum
C videantur extra propoſitum facere : & reſpondendo procederemus in infinitum . Propterea illis omiſſis , & nulla ſuper his cogitatione habita k , hoc tantum habemus dicere : quod liber noſter verus ſit , atteſtamur , & a multitudine antiquitatis librorum , & a conſequentia eorum quæ dicta ſunt ; & plura his de illa auctoritate dicere nec habemus , nec volumus .

Prov. Quia dominus Epheſinus in fine dicit , quod non habet memoriæ rationes ultimo dictas , ego reducam ſibi de parte in partem ad memoriam , ut ipſe poſſit ſatisfacere voluntati imperatoris , qui dixit , quod debet reſpondere .

D Ephes. Dicatis breviter .

Prov. Omnibus dictis per eum de capitulo in capitulum ſatisfaciam , & ſi promittit acquieſcere veritati , cum majori alacritate accedam ad ea quæ dixit . Ipſe dixit in principio , quod cum reperimus varietatem in libris , debemus illos libros dimittere , & procedere ad argumenta ſolidiora . Hic eſſet malus & perverſus modus , quia ſi cum reperimus varietates in libris , debemus dimittere libros , hoc non fit per ſapientes viros , ſed quærunt ex antecedentibus & ſubſequentibus veritatem : ita eſt hic faciendum . Ego feci tibi iſtam rationem , quod ſi illa conditio dubitativa poneretur , ubi applicatur exemplum , duo inconvenientia ſequerentur . Primo , quod ex
E antecedentibus veris & neceſſariis , faciente neceſſitatem ſcriptura , ſequeretur conſequens dubium : quod eſt falſum . Ita arguebat Baſilius : Si ita eſt in angelis , quod qui ſecundus ordine & dignitate , non tamen eſt tertius natura ; ita profecto eſt in perſonis divinis , ſcilicet in Spiritu , quo loquebatur : ſed ita eſt in angelis , prout probat manifeſte ; ergo conſequens debet eſſe ſine dubitatione . Dedi exemplum de conſequentia : Si homo currit , ergo movetur : & de exemplum in materia propoſita per Auguſtinum , dicit in 15. de Trinitate : Si enim quidquid habet Filius , de

Collatio XX.
g Hanc negativam infert ipſe Epheſus.
h novi ſcilicet.
i De additionibus dubitativis. Forte ſic, & Ut concedamus, ſcilicet per ſuppoſitionem de quibus ſatis ſup.
k Græcus ſcriptor ſic: Cum nihil certum ad ea ſimus meditati, ſeſſ. 13.

COLLATIO XX.

A de Patre habet; de Patre utique habet, quod de ipſo quoque procedat Spiritus. Hæc eſt una conditionalis, quæ non ponit in eſſe, nec conſequens, nec antecedens, niſi fiat una minor, prout ipſe intelligit ex ſcriptura ſacra: & cum ſit argumentum conditionale, major eſt conditionalis, minor propoſitio ponit priorem partem antecedentis conditionalis: ideo ſequitur conſequens neceſſarium. Dicit Auguſtinus: Si quidquid habet Filius, de Patre habet; ergo de Patre habet, quod ex ipſo procedat Spiritus. Minor eſt: Sed omnia quæ habet Pater, habet Filius, ex ſacra ſcriptura evangelii, cum dicit: *Omnia quæ habet Pater, mea ſunt*. Ergo ſequitur neceſſario, quod Filius habeat a Patre, ut ab ipſo procedat Spiritus ſanctus ſine ulla conditione.

B Ita quoque dicit Baſilius: Si in angelis [a] ita eſt, ita profecto eſt in perſonis divinis. Modo minor eſt abſoluta; ſed in angelis ita eſt, igitur ſequitur abſolute concluſio. Num dubitatur, an eſſet ignarus Baſilius? reſpondeatis.

Joan. 16.

a Quod nimirum ſecundi & tertii dignitate & ordine non ſint tertii, id eſt alienæ naturæ ab intellectuali, ut ſæpius ſupra dictum eſt.

EPHES. Quod libri a nobis producti ambigui & varii ſint, non ut quid certum eſt dictum a me, nec opinio mea talis eſt, ſed per conceſſionem dictum eſt, quia volebamus tranſgredi ad alia, & non ſemper illis inſiſtere: nam ego exploratiſſimam certificationem habeo.

C PROV. Reſpondeatis ad argumenta.

EPHES. Præſertim de hoc certus ſum, cum ſint etiam in civitate Conſtantinopolitana ultra mille conformes noſtris.

PROV. Si unus eſt falſus, & centum millia ſunt falſi.

EPHES. Ex multitudine & antiquitate approbantur in conciliis.

PROV. Noſtri ſunt duo, & veſter unus: dicatis ad argumentum, ibi eſt veritas.

EPHES. Ad argumentum ita dico. Non eſt mirandum ſi conditionaliter quid magnus Baſilius voluit concedere ex his quæ erant confeſſa: nam & nos ea quæ per conceſſionem confeſſa ſunt, præſupponimus. Idem fecimus circa quæſtionem diſcuſſam in civita- D te Ferrarienſi, quia concedentibus nobis per ſuppoſitionem, veram eſſe opinionem veſtram de proceſſione Spiritus ſancti, ſuper hoc omnes ſermones contulimus. Quod ſi etiam eſſet vera opinio & certa, non debebatis in ſymbolo addere. Magnus Baſilius cum ſuppoſuerit verum eſſe, quod Spiritus ſit tertius dignitate, quod nequaquam prius ſuſcepit, imo reſtitit per multa, ut oſtendimus, intulit probationes ex hoc quod per conceſſionem datum erat, quod etſi verum eſſet, tertium eſſe dignitate Spiritum (color & figura ita dicendi apud rhetores [b] oppoſitio acceptionis dicitur) non neceſſario ſequebatur tertium natura eſſe. Nam etiam angeli cum differant ordine & dignitate, E non propterea alterius ſunt naturæ: ac ſtella differt a ſtella claritate, non tamen differens eſt ſtellarum natura; & multæ ſunt manſiones apud Patrem, ſed non natura diverſæ: ſic Spiritus, etiamſi daremus tertium dignitate (quod conceſſimus per ſuppoſitionem) non eſt neceſſe tertium natura. Quid autem facit ad hoc id quod vos dicitis, quod ex certis infertur ambiguum? Non affirmat dubium, ſed id quod per ſuppoſitionem conceſſum eſt; facta ſuppoſitione, neceſſe eſt conſequens ſe habere, ut prædictum eſt ſe habere, niſi hoc latet veſtram paternitatem, quod ea quæ ſemel conditionaliter conceſſa ſunt,

b ἀντιπαράστασις apud Græcum ſcriptorem ſeſſ. 23.

ut certa approbamus [c], imo de neceſſitate per eadem oſtendimus [d]: ergo non eſt mirandum, ſi per ea quæ dicta ſunt, oſtendimus.

ANNO CHRISTI 1439.

c Id eſt, ſupponimus. d ſcilicet argumentamur.

PROV. Vos præſupponitis unum quod eſt contra rationem, videlicet, quod unum ſit conditionale, & non conditionale. De natura conditionalis propoſitæ ſecundum omnes, ut teneo: & ſecundum rationem naturalem, ex modo dicendi nunquam ponit in eſſe nec antecedens, nec conſequens: ut ſi dicam, Si Joannes eſt homo, Joannes eſt animal; ex hoc modo loquendi nullo modo poſſum intelligere, quod Joannes ſit homo vel animal: ita in aliis non eſt poſſibile ſecundum intellectum. Quod ſi antecedens, Si homo currit, ponatur in eſſe, ſic bene ſequitur in conſequentia, quod conſequens ponatur in eſſe per antecedens, quod ſcilicet moveatur: & contrarium dicere eſt ignorare proprias naturas conditionalis. Quia allegaſtis etiam conditionale factum Ferrariæ, hoc non eſt ſolvere, ſed allegare inconveniens, quia noſtri inſtiterunt, ut primo videretur veritas proceſſionis, qua habita, ſequebatur aliud, ſcilicet, quod nos & Romana eccleſia poterat facere explicationem. Conſequentia, quod ſi daretur, quod non procederet a Filio, quod factum eſt Ferrariæ, nil valeret: eſt id apud vos, qui non concedebatis proceſſum niſi ſub conditione; ſed apud nos qui habemus hanc claram veritatem declaratam per omnes doctores Græcos & Latinos, hoc, quod factum eſt Ferrariæ, eſt probatio [e] neceſſitatis: unde allegare inconveniens, non eſt ſolvere. Dico ergo, quod poſtpoſita conditionali, Baſilius ponit antecedens ſine ulla conditionali abſolute, ſcilicet in materia de angelis, manſionum & ſtellarum. Ergo ſi non fuit ignorans Baſilius, qui fuit lumen orbis, oportet neceſſario ſecundum ſuum modum procedendi, quod quicumque liber habet illam conditionem appoſitam, ſit contra mentem Baſilii, & denigret famam ſuam, & quod tota probatio ſua de Spiritu omnino judicetur invalida.

e ſcilicet; quia eſt verum, ideo poteſt addi ab habente auctoritatem.

EPHES. Id quod a nobis dictum eſt, quod id quod conditionaliter dicitur, non neceſſario capi debet, ita debet haberi. Nam ut prius in præcedenti congregatione dixi, aſſumptio [f] eſt quæ affirmat conditionem: ſed manifeſtum eſt, quod data conditionali conſequentia neceſſario ſequitur, & ſi id quod per conditionem datum eſt, non eſt neceſſarium ad id quod ſequitur, illud ex ordine neceſſitatis habet ſe. Nam ſi homo currit, neceſſe eſt moveri, licet non ſit manifeſtum an homo currat: ſic hic per conditionem conceſſit Baſilius, tertium eſſe dignitate.

f ſcilicet abſoluta propoſitio ponit in eſſe conditionem.

PROV. Addas in argumento, cum dicis, Si homo currit, ergo movetur; & ſubjungas, Sed homo currit. Ita facit Baſilius, quia ponit illam ſecundam certam.

EPHES. Dico, quod neque in exemplo neceſſarium eſt. Nam non eſt neceſſarium hominem currere, ſed contingenter ſibi ineſt currere: ergo ſi datur hominem currere, neceſſitate datur illum moveri. Redeo ad propoſitum, quod ſi per conditionem daretur tertium dignitate, non eſt nec eſſe tertium natura.

PROV. Ad quid poſita ſunt exempla?

EPHES. Ideo data ſunt exempla per conditionem, quod licet differrent dignitate & ordine, non tamen differunt natura. Eſt autem



ANNO CHRISTI 1439.

tem in exemplis aſſumptum per conditionem datum.

PROV. Conſequens debet ſequi abſolute ex abſolutis exemplis.

EPHES. Conditionaliter datum eſt, tertium eſſe dignitate: ſcilicet ſi hoc daretur, non neceſſario ſequitur, quod ſit tertius natura. Ego credo hæc liquida eſſe omnibus.

PROV. Non reſpondetur objectis per verbum credo. Secundo facit argumentum Baſilius inconvincibile, quod tollitur, ſi apponitur conditio. Volens probare Spiritum ſecundum a Filio dignitate & ordine, facit ſimiliter Filii ad Patrem ibi, ubi incipit [a], Quemadmodum; dicens quod ſicut eſt in Filio reſpectu Patris, ita in Spiritu reſpectu Filii: & ponit cauſas ibidem, quæ quidem erant notæ & manifeſtæ ex duobus libris præcedentibus, in quibus oſtendit contra Eunomium, quod ſi Filius eſt ſecundus ordine & dignitate a Patre, non tamen eſt ſecundus natura, ut dicebat Eunomius & Ariani. Modo volens hoc de Spiritu procedere ex argumento a ſimili, ponit hoc quod probatum eſt de Filio. Modo regula eſt univerſalis, cum ſit argumentum a ſimili (& vocatur maxima) quod de ſimilibus idem eſt judicium: & in hac propoſitione dicit, quod ſicut Filius ſe habet ad Patrem: & ponitur abſolute ſine conditione, quod Filius eſt ſecundus ordine & dignitate. Ergo ſi debet eſſe bonum argumentum a ſimili, oportet ut conſequens ſine conditione ponatur, alias non argueretur a ſimili. Item ergo miror de eo, quod beatus Baſilius in [6] antirrheſis dicit, quod ut Filius ſe habet ad Patrem, ita Spiritus ad Filium: & probat, quod ut Filius eſt Verbum Patris, ita quod Pater eſt cauſa Filii, ita Spiritus eſt verbum Filii; ita quod pro manifeſto dicat, Filium eſſe cauſam Spiritus ſancti, fundans ex illa auctoritate: *Portans omnia verbo virtutis ſuæ*. Ergo apparet, ut habeat ſe ad Filium, ut cauſam a Filio: nec propter hoc ſequitur, quod Spiritus ſanctus ſit a Patre & Filio, ut a duabus cauſis vel duobus principiis; quia forte videtur mihi, quod timeas confiteri veritatem, prout eſt in libro antiquo iſto: quia ſi dicatur, quod Filius eſt cauſa Spiritus, ſequatur ex iſto, Spiritum habere duas cauſas: non oportet quod dubites in iſto, quia nec Baſilius hoc intendit, nec aliquis doctor Latinorum: imo eccleſia Romana quæ ſemper immaculata permanſit a talibus erroribus, domino operante, & beato Petro, profitetur, quod Spiritus æternaliter eſt a Patre & Filio, & procedit a Patre & Filio, non ut ex duobus principiis, ſed ex uno; non ex duabus cauſis, ſed ex una: imo anathematizat quoſcumque dicentes duas cauſas, quia hoc eſſet impoſſibile; & hæc eſt ratio evidentiſſima. Nam Pater eſt principium Filii & Spiritus ſancti, ſecundum eſſentiam divinam quæ eſt in Patre, uti communicabilis Filio & Spiritui ſancto. At communicando eſſentiam Filio, Filius accipit eſſentiam, non ut communicabilem, ſed ut acceptam, ſed bene ut communicabilem Spiritui, quia non repugnat filiationi eſſe principium quo producitur Spiritus, & quia eſt unum numero principium, ſicut eſt una eſſentia; & ab hoc principio provenit, ut Spiritus producatur, & hoc ſcriptura teſtante. nam dicit: *Omnia quæ habet Pater, mea ſunt. Propterea dixi, quia de meo accipiet*. Hoc unum principium numero facit non poſſe eſſe duo. Contradicens igitur Eunomio & Arianis qui ſequebantur duo principia, vult unum eſſe principium in duabus perſonis, & anathematizat contrarium dicentes. Et hoc ponit Baſilius, dicens [b]: Ut ſe habet Filius ad Patrem ordine & dignitate, nec ſequitur quod ſic ſit ſecundus natura, quia natura eadem eſt in utroque, nec Pater eſt cauſa Spiritus, niſi ratione eſſentiæ; nec Filius, niſi ratione eſſentiæ quæ eſt communicabilis, & illa eſt una numero, quod nullo modo ſint duo principia: & hoc volui dicere incidenter, ut confidentius confitearis veritatem libri noſtri. Beatus Gregorius Dialogus [c] dicit qualiter nos debemus habere, cum eſt diverſitas in libris. Quidam Narſes patricius Conſtantinopolitanus erat devotus Gregorii, & cum fuiſſet ipſe ibi legatus longo tempore, ſcripſit ſibi ſic: Quod in tertia ſynodo invenerat certos damnatos, & rogat, ut quid de eis ſentiat, reſpondeat. Beatus Gregorius reſpexit ad ſynodum quæ erat Romæ, & non reperit illa, & [7] dicit ſic: Dubito, quod factum ſit in hac tertia ſynodo, prout factum fuit in quarta ſynodo, quia poſt illam quidam Timotheus & Acarius reverſi ſunt ad opinionem cum hæreticis contra concilium Chalcedonenſe, & quod prius fecerant, raſerunt de Chalcedonenſi ſynodo, quod erat contra eos, & facta eſt diſſentio uſque ad [d] ..... papam, quo tempore fuit reperta corruptio. Sequitur autem ſanctus Gregorius: Conſideret caritas veſtra vetuſtos codices tertiæ ſynodi, & videatis, ſi quid tale reperitur: & ſi quid inveneritis, tranſmittatis, quia mox tranſmittam: novis codicibus paſſim non credatis. Modo in hac controverſia etiamſi eſſent mille volumina falſa, & eſſent aliqua pauca antiquiſſima, ut noſtri libri ſunt, debemus dare fidem huic antiquitati.

a Lib. 3. contra Eunomium ſupra ſæpe cit. circa princip. verſ. Quemadmodum, &c.

Heb. 1.

Joan. 16.

COLLATIO XX.

b Adverſus Eunom. lib. 3. initio.

c Nominat eum, ut ſolent Græci, qui S. Gregorium Dialogum appellant, eo quod dialogos compoſuerit.

d Vigilium papam: vide Baron. tom. 7. anno 553. a num. 211.

CARD. Quantum ad librum, ſi eſt corruptus, vel non, auditum eſt. Tres libri ſunt, duo antiquiſſimi pro nobis, unus pro vobis. Satis pro nunc, quia dominus Epheſinus fuit longus in reſponſione.

AND. His finis extitit hujus [8] concertationis.

## NOTÆ HORATII JUSTINIANI

### AD VIGESIMAM COLLATIONEM.

1 *Mittunt.* ] Refert hanc eamdem propoſitionem Epheſii Græcus ſcriptor ſeſſione 23. quæ non ſubſiſtit. Nam Pater quamvis non mittatur, dicitur tamen venire, juxta illud Joannis 14. *Ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus*. Vide Suarez de Trinitate lib. 12. cap. 2.

2 *Gregorio.* ] Narrat ſanctus Gregorius Nyſſenus ſanctum Gregorium cognomento Thaumaturgum, id eſt miraculorum patratorem, juſſu Dei genitricis a Joanne evangeliſta accepiſſe profeſſionem, in qua hæc ſunt verba: *Unus Spiritus ſanctus ex Deo exiſtentiam habens, qui per Filium apparuit hominibus*. Vide Baronium tom. 2. anno 233. num. 17.

3 *Dixit.* ] In actis concilii Nicæni per Gelaſium Cyzicenum lib. 2. cap. 20. [*] tom. 1. conciliorum, par. 2. in fine. quod idem habetur in actis ejuſdem Nicæni ab Alphonſo Piſano ſocietatis Jeſu coll. lib. 2. eodem tom. 1. conciliorum par. 1. acta enim a Piſano tranſlata ſunt, quæ Gelaſius Græce ſcripſerat; ut obſervat Poſſevinus in App. ver. Gelaſius. Vide reſponſionem Provincialis infra collatione 22. num. 1. ultra medium.

* Vide pag. 103. & ſeq. noſtri II. Tomi præcipue 107. B.

4 *Redeamus.* ] Ad has auctoritates ab Epheſio adductas, vide, ut dixi, reſponſiones Provincialis infra collatione 22. num. 2.

5 *A Deo.* ] Græcus ſcriptor ſeſſione 23. hanc auctoritatem ſancti Pauli ſic refert tanquam ex Theodoreto; *ſed qui ex Deo & Patre eſt*; quæ additio, *ex Patre*, habetur etiam in margine textus Græci Theodoreti in actis con-

COLLATIO XXI.

concilii Epheſini par. 3. cap. 5. contra 9. anathematiſmum: quæ marginalis additio ad textum Græcum non recte fuit in textu tranſlationis Latinæ, ibi e regione poſita. Ceterum vulgata bibliorum editio habet, *Sed Spiritus qui ex Deo eſt*.

6 *Antirrheſis*. ] Sic vocat Græco vocabulo reſponſiones ſancti Baſilii ad auctoritates quas Eunomiani adducebant contra divinitatem Filii, eſtque adverſus Eunomium lib. 5. capite quod incipit: *Nos igitur*: in cujus fine dicitur: *Quoniam nec ſine Filio Pater operatur, nec Filius ſine Spiritu, unius deitatis teſtimonium eſt*: & ſequitur in cap. ſequenti: *Propterea & Dei quidem verbum Filius eſt, Filii autem verbum Spiritus. Portans enim, inquit, omnia verbo virtutis ſuæ*. Hebr. 1.

7 *Dicit ſic*. ] Sanctus Gregorius lib. 5. epiſtolarum, Indict. 14. epiſtola 13. Narſi comiti, in editione Romana, cujus hæc ſunt verba: *Epheſinam autem ſynodum perſcrutatus, de Adelphio & Sava & ceteris aliis qui illic dicuntur eſſe damnati, omnino nihil invenimus, & exiſtimamus, quia ſicut Chalcedonenſis ſynodus in uno loco ab eccleſia Conſtantinopolitana falſata eſt, ſic aliquid in Epheſina ſynodo factum eſt. Caritas ergo veſtra vetuſtos omnino codices ejuſdem ſynodi requirat, & illic videat, ſi quid tale invenitur, mihique eumdem codicem quem inveneris, tranſmittat, quem mox ut legero, retranſmittam: novis enim codicibus paſſim non credas, ex qua re dubius factus ſum, & nihil aliud volui de hac cauſa prædicto fratri meo Joanni epiſcopo reſcribere. Romani autem codices multo veriores ſunt quam Græci, quia noſtri ſicut non acumina, ita nec impoſturas habent*. Hæc Gregorius.

8 *Concertationis*. ] Græcus ſcriptor in fine ſeſſionis 23. quæ correſpondet huic collationi, ait, Græcos inter ſe conveniſſe, & attuliſſe quamdam auctoritatem epiſtolæ S. Maximi de proceſſione Spiritus ſancti, de cujus epiſtolæ auctoritate & intelligentia videndus Beſſarion in oratione habita Florentiæ ad ipſos Græcos cap. 6. circa medium, quæ poſita eſt in fine hujus operis.

## COLLATIO VIGESIMAPRIMA.

DIE XXI. MARTII.

*Auctoritatibus ſacræ ſcripturæ & ſanctorum patrum Latinorum probatur, Spiritum ſanctum procedere a Patre & Filio.*

AND. DIE vigeſimaprima Martii cœpta eſt diſputatio, qua reſpondendum eſt dictis Grecorum: incepit imperator.

IMPER. Nos & noſtri non ſumus parati, & dominus Epheſinus ex ſuo caſu non potuit venire; nec potui loco illius deputare, quia non dictum fuit mihi. Feci ut venirent alii omnes, ne viderer fugere reſponſiones. Quidquid placuerit dicere, dicatis, quia noſtri non ſunt parati, & non reſpondebitur hodie.

CARD. Dominus Provincialis proſequetur.

IMPER. Placet.

INTERPR. Placeat plane dicere, ut ſcriptores poſſint ſcribere.

PROV. Optaſſem ſupra modum iſto die, ut dominus Epheſinus eſſet præſens, ut ſatisfaceret duabus auctoritatibus ſibi propoſitis, & ut audiret reſponſa propoſitis per eum, ſicut ſerenitas domini imperatoris promiſit; & ipſe ſequendo ordinem inter me & ipſum inchoatum, quia intraveram inducere teſtimonia ad probandum hanc veritatem, ita proceſſiſſem per omnia teſtimonia uſque ad finem: & quia intercepit viam meam, inducendo quæ habebat, placuit dominis meis, ut ego ſequerer primum ordinem, & poſtea venirem ad ſolutionem, ut primo inducantur teſtimonia ſingularia pro parte noſtra pro hac veritate, quibus ut veris fundamentis accederem ad confutationem dictorum per eum: & hic eſt debitus ordo proceſſus in hac materia. Primo ſecundum quod inchoavit, inchoabimus a fundamentis ſacræ ſcripturæ. Secundo inducentur quædam teſtimonia certorum noſtrorum Latinorum doctorum, qui fuerunt cum magna veneratione recepti in antiquis ſynodis. Tertio inducemus teſtimonia magnorum doctorum Græcorum, quorum auctoritas item fuit recepta in ſynodis. Quarto reſpondebo ad objecta, quæ per eum deducta ſunt. Quoad primum reperimus in ſacris ſcripturis, quod Spiritus dicitur Spiritus Filii, juxta illud: *Miſit Deus Spiritum Filii ſui in corda veſtra*: & alibi: *Si quis Spiritum Chriſti non habet, hic non eſt ejus*: & in actibus apoſtolorum: *Tentaverunt ire Bithyniam, & non permiſit Spiritus Jeſu*: & multa alia conſimilia in ſcripturis. Ex his arguitur ſic. Spiritus ſanctus dicitur Spiritus Filii Dei: hoc importat habitudinem & quemdam reſpectum; nec poteſt dici, quod ſit Spiritus Filii ſecundum humanitatem tantum, ſed prout Chriſtus eſt divina perſona. Ratio, quia ſi diceretur ſecundum humanitatem Spiritus Chriſti, non haberet in ſe Spiritum, niſi ut alii homines ſancti. Hoc autem falſum eſt, quia non ſolum fuit plenus Spiritu ſecundum humanitatem, imo ut dominus dedit Spiritum aliis. Et hoc apparet ex ſcripturis ſacris juxta illud Joannis: [a] *De ſpiritu ſuo dedit nobis*. Modo nullus unquam ſanctorum reperitur, qui dederit Spiritum ſanctum: ſed dicitur, quod illi imponebant manus, & alii accipiebant Spiritum. Dare igitur oportet, ut importet habitudinem & reſpectum ad perſonam divinam: non ergo potuit dare Spiritum, niſi ut Deus. Cum ergo dicitur Spiritus Filii, aut hic reſpectus eſt originis, aut dicitur abſolute Spiritus Filii ſine iſta habitudine. Iſtud ſecundum non poteſt dici, quia nihil dicitur eſſe alterius abſolute, niſi ut ejus poſſeſſio, quia ſcilicet habet dominium ſuper illam rem; ſicut dicitur de ſervo abſolute, quod eſt domini ſui. Secundum quid bene poteſt dici aliquid eſſe alterius, abſque hoc, quod ille habeat auctoritatem ſuper eum; ſicut dicimus: Iſte eſt amicus meus, iſte eſt frater meus. Sed quod dicatur abſolute, Iſte eſt meus, non dicitur, niſi de his quæ habentur ut poſſeſſa. Hoc autem non poteſt intelligi in divinis, quia nulla perſona eſt ſerva alterius, nec altera habet dominium ſuper alteram. Ergo ſi habitudo eſt originis, ita ut dicatur Spiritus Filii, quia eſt ſecundus a Filio ordine & dignitate: ergo Filius eſt principium, & ſecundus Spiritus. Et hæc eſt prima ratio ex ſcriptura, ſupra quam fondantur teſtimonia omnium ſanctorum doctorum tam Latinorum quam Græcorum, ut apparebit in teſtimoniis allegandis. Secunda ratio hæc eſt: Reperimus in ſacris ſcripturis, maxime in evangelio Ioannis, quod Spiritus mittitur a Patre, juxta illud: *Paracletus, quem mittet Pater in nomine meo*. Invenitur etiam quod mittitur a Filio, ibi: *Cum venerit paracletus, quem mittam vobis*. Ex his fundatur hæc ratio: Nullus poteſt mitti ab alio, niſi mittens habeat auctoritatem ſuper illum: diſcurrendo per omnia exempla, quia ſi dominus mittit unum famulum, apparet quod dominus habeat poteſtatem ſuper famulum. Item conſiliatores mittunt ad prælium dominum, & in hoc apparet auctoritas majoris ſapientiæ & majoris notitiæ, quia de conſilio illorum dirigitur. Invenimus arbores quæ emittunt flores & fructus, & in hoc apparet origo, quia arbor emittendo producit ſibi ſimile, quia ex illis ſeminibus generantur ſimiles arbores. Primi duo modi nullo modo reperiuntur in divinis, quia una perſona non eſt potentior alia, nec

ANNO CHRISTI 1439.

Galat. 4. Rom. 8. Act. 16.

[a] Joan. epiſt. 1. cap. 4. quem locum Cyrillus in Joannem lib. 2. cap. 74. intelligit de unigenito Dei Filio qui de Spiritu ſuo dedit nobis. Act. 8.

Joan. 14. Joan. 15.



ANNO CHRISTI 1439.

nec ſapientior altera; ſed bene una perſona originatur ab altera. Cum ergo dicatur, quod perſona Spiritus mittitur, oportet quod hæc temporalis miſſio de neceſſitate præſupponat originem ab illa perſona, a qua mittitur. Et hæc eſt ſecunda ratio fundata in hoc textu ſcripturæ, & ſuper hac ratione multa teſtimonia ſanctorum doctorum ponuntur Græcorum & Latinorum. Tertia ratio ſcripturæ eſt: nos reperimus, quod per Spiritum configuramur ipſi Filio Dei: iſta configuratio habetur in verbis apoſtoli in ſecunda epiſtola ad Corinthios: *Unxit nos & ſignavit nos, & dedit pignus Spiritus in cordibus noſtris*: hoc eſt, ſecundum quod facit nos Spiritus filios adoptivos. Modo ex hac auctoritate ſumitur talis ratio. Illud per quod aliquid alteri figuratur, oportet ut habeat eſſe ab eo cui figurat aliud. Et de hoc eſt exemplum in naturalibus, ut melius capiatis. Nos dicimus ſic, quod ſemen animalis eſt id per quod generatum configuratur & efficitur ſimile ipſi generanti. Modo illud ſemen de neceſſitate eſt, ut ſit deciſum ab illo cui aſſimilatur res producta: & propter hoc ſemen hominis non producit leonem, ſed ſolum hominem, a quo eſt deciſum. Hæc ſunt exempla, non tamen omnino ſimilia, ſed ſolum ut intelligamus, quod id per quod aſſimilatur, eſt deciſum ab eo cui aſſimilatur. Cum ergo Spiritus habeat hoc, quod per ipſum figuramur Filio, neceſſe eſt dicere, quod Spiritus habeat eſſe a Filio. Et ſuper hac ratione multum fundantur quidam doctores Græci, videlicet Baſilius & Athanaſius, dicentes, quod ſicut Filius eſt imago Patris, ut exiſtens naturaliter a ſuo exemplari, ita Spiritus dicitur imago Filii. Et hoc apparet in [a] antirrheſis ex Baſilio clare, & ex Athanaſio in prima epiſtola ad Serapionem. Quarta ratio quæ ſumitur ex ſcriptura, eſt ibi, cum dicit: *Ille me clarificabit, quia de meo accipiet*. Nam ſi Spiritus accipit a Filio, neceſſe eſt ut procedat ab eo. Non poteſt dici, quod Spiritus accipiat aliquid, quod prius non habuerit, quia eſſet indigentis & mutabilis naturæ, quod omnino abſurdiſſimum eſt dicere: Oportet ergo, ut quidquid Spiritus acceperit a Filio, ab æterno acceperit. Quod ſi ab æterno Spiritus accepit a Filio, tunc ſequitur, quod ab æterno proceſſit ab eo. Rationem hujus dicti aſſignat Chriſtus, dicens: *Omnia quæ habet Pater, mea ſunt. Propterea dixi, de meo accipiet*. Ex hoc dicto habemus, quod omnia quæ Filius habet, accepit ab æterno a Patre: ergo naturam divinam & virtutem ſpirativam, ſecundum quam ſpiratur Spiritus. Quia enim hæc virtus ſpirativa nullo modo repugnat filiationi, ſicut una eſt natura Patris & Filii, ita neceſſe eſt omnino dicere, quod virtus ſpirativa ſit de natura & ſubſtantia Filii; nec eſt intelligibile oppoſitum, quia dicit: *Omnia quæ habet Pater, mea ſunt*: id eſt omnia quæ non repugnant proprietati ſuæ, quia relationes ſolum multiplicant in divinis, & non aliter. Ex hoc verbo habetur, quod prima radix hujus proceſſus eſt Pater, & quod Filius non habet ex ſe, ut producat Spiritum, ſed a Patre. Propter hoc doctores dicunt, quod principaliter procedit a Patre, quia Filius ex ſe non habet, niſi a Patre: & hoc beatus Auguſtinus declarat in 4. de Trinitate cap. 20. *Cum venerit paracletus, quem ego mittam vobis a Patre*. Dicit Auguſtinus, quare dicit a Patre, & tamen ſupra dixit, *Paracletus quem mittet Pater in nomine meo*. Non dixit, a me: & dat Auguſtinus hanc cauſam, quia Pater eſt principium & fons totius deitatis, & propter hoc illa perſona quæ procedit a Patre & Filio, quandoque refertur ad Patrem, a quo eſt Filius, nulla facta mentione de Filio, quia ex hoc ſatis intelligitur, quod procedit a Filio: & cum Pater ſit primum principium & origo totius divinitatis, non habet ab alio, quod producat perſonam in divinis, ſed ex ſe habet, quia a nullo eſt; Filius autem ex ſe habet, quia eſt perſona quæ ab alio. Modo Pater in quantum eſt Pater, non dicitur principium Spiritus, ſed in quantum ineſt in eo natura divina & virtus ſpirativa: & ideo communicando naturam divinam & virtutem ſpirativam Filio, non communicat paternitatem, ſecundum quam diſtinguitur a Filio; ſed omnia illa ſecundum quæ eſt principium Spiritus, communicantur Filio, ſed non poteſt communicari Filio, ut ſit prima radix divinitatis, quia repugnat proprietati Filii. Et ſic eſt clarum, qualiter Spiritus dicatur principaliter a Patre, non quod ſit plenius aut perfectius a Patre quam a Filio, quia Filius habet eamdem naturam divinam & virtutem ſpirativam, ſecundum quam Pater & Filius ſunt unum principium. Nec alio modo intelligi poſſe, ut ſint unum principium, patet ex his, quia Spiritus accipit a Filio, ex hoc quod Filius accipit a Patre, quia unum & idem eſt numero, quod habet Pater & Filius, hoc uno excepto, quod Pater a nullo habet, & Filius a Patre, quod unum & idem principium ſit Spiritus: & tamen cum dicitur per Baſilium [a], quod Filius eſt ſecundus ordine & dignitate a Patre, & Spiritus ſecundus ordine & dignitate a Filio, non debetis intelligere, ut ſint duæ cauſæ aut duo principia, quia illamet dignitas qua Pater producit Spiritum ſanctum, eſt, qua Filius producit eumdem Spiritum. Et hoc ſufficit quoad hanc quartam rationem. Quinta ratio ex ſcriptura eſt hæc. Invenimus quod Filius operatur per Spiritum, juxta illud epiſtolæ ad Hebræos: *Per Spiritum ſemetipſum obtulit*: & ita invenietis in teſtimoniis adducendis, quod per Spiritum operatur Filius. Modo formatur hæc ratio ex auctoritate. Quandocumque aliquis per aliquem dicitur operari, oportet quod operans det virtutem operativam ei per quod operatur. Verbi gratia, rex operatur per balivum: clarum eſt, quod rex dat virtutem operativam balivo: vel econtra, quando dicitur, Baſilius operatur per regem: demonſtratur enim, quod id per quod balivus operatur, dat virtutem ipſi operanti, ſcilicet balivo: & hæc eſt una maxima in philoſophia naturali. Modo ex quo ſcriptura dicit, quod Filius operatur per Spiritum, quia multa miracula in virtute Spiritus faciebat Filius, oportet dicere, quod aut Spiritus dat virtutem operativam Filio, vel e contra: & cum virtus operativa non ſit aliud quam eſſentia divina, prout omnes doctores volunt, ratio hæc neceſſario concludit, idem eſſe dicere, dare virtutem operativam, & eſſentiam: nullus autem doctorum dicit, quod Filius accipit eſſentiam a Spiritu, ſed econtra. Sic ergo ex hac ratione, prout Chriſtus eſt perſona divina, neceſſe eſt dicere, quod ſi operatur per Spiritum, quod det virtutem operativam & eſſentiam divinam Spiritui: accipere autem eſſentiam & virtutem, eſt idem quod procedere. Ex hoc ſequitur ultima ratio, quod quando doctores ſancti & veſtri Græci dicunt, quod Spiritus eſt a Patre per Filium, vel quod Pater ſpirat Spiritum per Filium, neceſſe eſt dicere, quod Spiritus accipiat eſſe a Filio.

Ratio

COLLATIO XXI.

Cor. 1. Joan. 16. Ibidem. Joan. 15.

[a] Lib. 3. ad Eunom. in princ.

Hebr. 9.

Collatio XXI.

Ratio hæc eſt, quia ſemper id per quod operatur quis, eſt principium illius operationis: ut ſi rex per balivum operatur, balivus eſt principium & origo illius operationis, licet habeat virtutem operandi a rege. Et ſic idem erit dicere, quod Spiritus ſit a Patre per Filium, & quod ſit a Filio. Et ſi quis vellet dicere, quod Filius accipit a Patre, quod ſit principium Spiritus, & Pater accipit, ideoque non velit concedere, quod Spiritus ſit a Filio, ſed a Patre tantum, nihilo minus leviter movetur, quia ſi ego moveo lapidem per baculum medium, nullus dicet, quin lignum vel baculus moveat lapidem, licet baculus moveatur a manu: nec quis dicet, quod Jacob non venit ac ſit ab Iſaac, quia Iſaac venit ab Abraham. Si hæc ſunt in humanis, quanto magis in divinis, ubi eſt una & eadem natura, & virtus numero, ſecundum quam Pater & Filius producunt Spiritum? Sicut ergo veriſſime dicitur, quod creaturæ ſunt a Filio, non obſtante, quod Filius ſit a Patre, ita & Spiritus veriſſime & certiſſime a ſanctis doctoribus & ſancta ſcriptura dicitur accipere & procedere a Filio, non obſtante, quod Filius ſit a Patre: & dicentes eſſe a Patre per Filium, & negantes non eſſe a Filio, videntur negare propriam vocem. Hæ ſunt paucæ rationes pro nunc, quæ fundantur in ſacra ſcriptura, in quibus doctores Latini & Græci ſe fundant, ut apparebit in teſtimoniis, [a] ut dicit beatus Thomas in quæſtionibus de potentia Dei, volens declarare opiniones ſanctorum, ipſe format rationes fundatas in ſcripturis. Veniamus ad ſecundam partem, ad teſtimonia patrum: inchoabimus a doctoribus noſtris Latinis primo, quia alias inchoavimus a Græcis, & ideo a beatiſſimo Leone papa ratione quarti concilii Chalcedonenſis; & ut omnes intelligant ejus auctoritatem, advertite. Omnes patres Chalcedonenſis concilii [b], in illa allocutione habita ad Marcianum imperatorem, quæ incipit, Et hoc profecto veſtrum decebat imperium, ita dicunt de Leone: Deus nobis invulnerabilem errore propugnatorem providit, Romanæ eccleſiæ præſulem, & ad victoriam præparavit, doctrinis eum per omnia veritatis accingens, ut quemadmodum & Petrus affectu fervens, & is affectu ferventiore decertans, omnem ad Deum ſenſum intelligentiamque perducat. Et ſextum concilium [c] hoc dicit de Leone in ſermone ad Conſtantinum imperatorem: Leonis, inquit, tuba, ut rugitus leonis viriliter ex Roma rugiens, archimandritam beſtiam terruit, & a monaſtico grege dejecit, omnemque opinionem ſuam reprobavit. Hic ſanctus doctor epiſtolam fecit, quæ columna fidei eſt, contra omnes errores adverſus ſcripturas ſanctas, diſtinctam per 23. capitula. Quid dicat de proceſſu Spiritus, audite ejus textum antiquiſſimum ex originali.

a Id eſt, hoc ordine procedit beatus Thomas, qui ante opiniones ſanctorum producit rationes fundatas in ſcripturis.

b Part. 3. initio.

c Act. 18. in fine.

Andr. Lectum eſt.

Leo epiſcopus Turribio Aſturicenſi [d] epiſcopo Hiſpano. Demonſtratur quam impie ſentiant de Trinitate divina, qui Patris & Filii & Spiritus ſancti unam atque eamdem aſſerunt eſſe perſonam, tanquam idem Deus nunc Pater, nunc Filius, nunc Spiritus nominetur, neque alius ſit qui genuit, alius qui genitus eſt, alius qui ab utroque procedit: quod blaſphemiæ genus de Sabellii opinione ſumpſerunt.

d Epiſt. 93. cap. 1.

Prov. Hic dicit Leo, quod impie ſentiunt de Trinitate divina, qui dicunt, tanquam nec alius ſit qui genuit, & alius qui genitus eſt, &

Anno Christi 1439.

A alius qui ab utroque procedit. Idem Leo papa in ſermone de pentecoſte hæc ait [e]: Siquidem cum & de Patre ſit Filius unigenitus, & Spiritus ſanctus Patris Filiique ſit Spiritus, non ſicut quæcumque creatura, quæ & Patris & Filii eſt, ſed ſicut cum utroque vivens, & potens, & ſempiternus, & ex eo quod eſt Pater Filiuſque, ſubſiſtens. Ex hoc teſtimonio valde unum notandum eſt propter ſequentia, quia declarat manifeſte, quomodo debeant accipi auctoritates ſcripturæ, cum dicit, quod Spiritus eſt Spiritus Filii & Spiritus Patris, quia ponit ſimilitudinem, quia cum Filius ſit unigenitus, & Patris & Filii ſit Spiritus, non debet intelligi ut creatura a Deo, ſed ſicut cum utroque potens,
B & vivens, & ſempiternus, ex eo quod eſt Patris Filiique ſubſiſtens. Eſſe ergo Patris & Filii eſt, [f] ex eo quod eſt Pater Filiuſque ſubſiſtens, & hoc in divinis eſt natura divina: quaſi dicat, quod Spiritus ſanctus ſubſiſtit ex Patre Filioque. Secundum teſtimonium quod volumus adducere, ut ab antiquioribus inchoemus, eſt Damaſus papa, de quo ſic dicitur in Chalcedonenſi concilio.

e Serm. 2. de pent.

f Id eſt ex eo quod eſt Pater & Filius, Spiritus ſanctus eſt ſubſiſtens.

Græci. Nos admittimus; non commendetis.

Prov. Ego dico propter hunc librum Damaſi, qui literis ad Paulinum datis, hoc ſacramentum patefecit. Nos habemus illum librum, in quo Damaſus papa confeſſionem ſuæ fidei, &
C anathematis omnium hæreſum quæ præceſſerunt, ponit; audiatis ex originali antiquiſſimo.

*Confeſſio fidei catholicæ, quam papa [g] Damaſus miſit ad Paulinum Antiochenum epiſcopum.*

Credimus in unum Deum Patrem, Filium & Spiritum ſanctum, viſibilium & inviſibilium factorem, per quem creata ſunt omnia in cœlo & in terra: hunc benedictum, & hanc eſſe unam divini nominis Trinitatem: Patrem non Filium, ſed habere Filium qui Pater non
D ſit: Filium non eſſe Patrem, ſed Filium de Patris natura: Spiritum paraclitum qui nec Pater ſit ipſe, nec Filius, ſed a Patre procedat & Filio. Eſt ergo ingenitus Pater, genitus Filius, non genitus paracletus, ſed a Patre procedens & Filio. Item beatus Hilarius qui fuit tempore Athanaſii veſtri, & magnus propugnator pro fide una cum Athanaſio, qui paſſus eſt multa exilia ab Arianis, hic fecit librum de Trinitate tempore Athanaſii diſtinctum in libros: quid dicat in octavo libro, audite. Neque in hoc, inquit, calumnior libertati intelligentiæ, utrum ex Patre, an ex Filio Spiritum paracletum putent eſſe: non enim in incerto dominus reliquit. Nam iiſdem dictis ita locutus eſt. *Adhuc multa habeo vobis dicere, ſed modo non poteſtis* Joan. 16.
E *portare. Cum venerit Spiritus veritatis, diriget vos in omni veritate: non enim loquetur a ſemetipſo, ſed quæcumque audiet, loquetur, & futura annunciabit vobis. Ille me honorificabit, quia de meo accipiet, & enuntiabit vobis. Omnia quæ habet Pater, mea ſunt: propterea dixi, De meo accipiet & annunciabit vobis.* Et interrogo, an idem ſit a Filio accipere, quod a Patre procedere. Certe idipſum atque unum eſſe exiſtimabitur a Filio accipere, quod ſit a Patre procedere. Ipſe enim dominus ait: *Quod de meo accipiet.* Hoc quod accipis,

ſive



Anno Christi 1439.

ſive poteſtas, ſive virtus, ſive doctrina ſit, Filius a ſe accipiendum eſſe dixit. Et rurſus hoc ipſum ſignificat accipiendum eſſe a Patre. Non habet hæc unitas diverſitatem, nec differt a quo acceptum ſit, ut datum a Patre, datum referatur a Filio. In ſecundo libro dicit de Spiritu. Nec tacere oportet, neque loqui neceſſe eſt, qui a Patre & Filio auctoribus confitendus eſt, & quod ſpiratur a Patre & Filio, & ab utroque procedit. Et in fine libri orat [a]: Conſerva hanc, oro, fidei meæ incontaminatam religionem, & uſque ad exceſſum ſpiritus mei dona mihi hanc conſcientiæ meæ vocem, ut quod in regenerationis meæ ſymbolo baptizatus in Patre & Filio & Spiritu ſancto profeſſus ſum, ſemper obtineam, Patrem
B ſcilicet te noſtrum, Filium una tecum adorem, ſanctum Spiritum tuum, qui ex te per unigenitum tuum eſt, promerear, quia mihi idoneus ad fidem teſtis eſt, dicens: *Pater, omnia mea tua ſunt, & tua mea.* Item beatus Hieronymus qui fuit eo tempore, in tribus epiſtolis oſtendit, Spiritum procedere a Patre & Filio, in 1. epiſtola ad Damaſum: Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, & unum dominum noſtrum Jeſum Filium Dei, & in Spiritum ſanctum Deum: non tres Deos, ſed Patrem, Filium & Spiritum ſanctum Deum colimus & confitemur, non ut unum ſolitarium, non eumdem qui ſibi Pater ſit, ipſe & Filius, ſed Patrem qui genuit, & Filium qui genitus
C eſt; Spiritum vero non genitum, non creatum, non factum, ſed de Patre Filioque procedentem. Item Hieronymus ſcribens ad Auguſtinum & Alypium epiſcopos in expoſitione fidei ponit, quod procedit a Patre & Filio. Credamus, inquit, in Spiritum ſanctum Deum verum ex Patre Filioque procedentem, æqualem per omnia Patri & Filio voluntate, æternitate, ſubſtantia. In expoſitione Nicæni ſymboli ſic dicit Hieronymus. Primo ponit ſymbolum, poſtea cum dicitur de Spiritu, exponit & dicit: Et in Spiritum ſanctum qui de Patre & Filio procedit, qui eſt Deus verus, ſicut & Filius. Hic Hieronymus fuit
D diſcipulus Gregorii Nazianzeni veſtri, & ab eo habuit hanc doctrinam. Conſequenter ſuccedat Ambroſius archiepiſcopus Mediolanenſis, qui fuit tempore Baſilii, temporibus ſcilicet Valentis & Valentiniani & Gratiani imperatorum. Hic pater magnus doctor ad Gratianum tres libros ſcripſit. Primum contra Arianos de Trinitate. Secundum de Spiritu ſancto contra Macedonianos. Tertium de quæſtionibus Spiritus ad eumdem Gratianum imperatorem. Hic quantæ reputationis fuit in tertia ſynodo [b], geſta ſunt ampliſſima; & cum Theodoſius reverſus eſt de Italia ad Conſtantinopolim, dixit Nazianzeno [c]: Præter Ambroſium non novi epiſcopum. Quid dicat in libro de Spiritu, au-
E dite [d]: Non ergo quaſi ex loco mittitur Spiritus, aut quaſi ex loco procedit, cum procedit ex Filio, ſicut ipſe Filius, cum dicit; *A Patre proceſſi, & veni*: [e] & infra. [f] Spiritus quoque ſanctus cum procedit a Patre & a Filio, non ſeparatur a Patre, non ſeparatur a Filio. Quomodo enim ſeparari poteſt a Patre, qui Spiritus oris ejus eſt? Hoc eſt teſtimonium ſatis clarum, & accipit fundamentum ex ſcriptura, cum dicit: *Spiritu oris ſui*: ſicut & Baſilius, & alii ſancti ex hac auctoritate ſcripturæ: *Spiritu oris ſui omnis virtus eorum*:

a Lib. 12. in fine.

b In concil. Epheſ. part. 2. act. 1. ex ejus ſcriptis auctoritates adducuntur.

c Corrigendum eſſet Nazianzeno, ſed legendum eſt Nectario, ipſi enim ſic dixiſſe Theodoſium refert Theodoret. lib. 5. c. 17.

d Subdit S. Ambroſ. quod Chriſtus his verbis omnes intercidit opiniones, quæ ex loco ad locum poſſunt ſicut in corporalibus æſtimari.

e Eod. lib. & cap.

f Pſalm. 32. Cap. 11.

Collatio XXI.

A & aliis auctoritatibus concludunt, quod procedit a Filio. Item ſecundo libro ad Gratianum de Spiritu. Quid eſt ergo? Non enim a ſe loquetur, hoc eſt, non ſine me loquitur, qui loquitur veritatem, ſapientiam ſpirat: non ſine Patre loquitur, qui Dei Spiritus eſt: non a ſe audit, quia ex Deo omnia: omnia accepit a Patre Filius, quia ipſe dixit: *Omnia mihi tradita ſunt a Patre meo.* Omnia Patris habet Filius, quia dicit: *Omnia quæ habet Pater, mea ſunt.* Et quæ accepit ipſe per unitatem naturæ, ex ipſo Filio per eamdem unitatem naturæ accipit Spiritus ſanctus, ſicut dominus Jeſus declarat de Spiritu ſuo dicens: *Propterea dixi, quia de meo accipiet, & annunciabit vobis.* Hic advertite, quia dicit, Non a
B ſe audit, quia ab eo omnia accipit; ponit ordinem a Patre in Filium: & quæ Filius accepit per unitatem naturæ, per eamdem unitatem accepit & Spiritus: & ſicut Filius ſe habet ordine & dignitate, quia accepit, ita dicit hic magnus doctor, quod Spiritus accipit a Filio. Item dicit lib. 1. ad Gratianum de Spiritu ſancto: Accipe nunc, quia ſicut Pater fons vitæ eſt, ita Filius fons vitæ eſt, eo quod apud te, inquit, Deus omnipotens, Filius tuus fons vitæ eſt, hoc eſt fons Spiritus ſancti. Item hic clarus doctor in ſecundo opere de Spiritu ſancto, & in primo libro etiam oſtendit ſic dicens: Quoniam de interioribus Dei progreditur, non Dei creatura,
C ſed Dei probatur eſſe ſubſtantia. Legatis verba. Cur interrogas, quomodo ſit ſocius & æqualis regi, quem regii conſtat eſſe honoris & generis? Ergo, quia Spiritus ex utroque procedit, ideo dicit: Qui autem Spiritum Chriſti non habet, hic non eſt ejus. Ex hac auctoritate unum debetis accipere, quia aſſignando cauſam, quare ab utroque procedit, hoc ſolum dicit, quia ſcriptum eſt: *Si quis Spiritum Chriſti non habet.* Et hæc habitudo Spiritus, quia dicitur Spiritus Filii, dicit ex hoc, quia ab utroque procedit. Et hæc dixeram in prima ratione. Item eodem libro, ultimo capite: Quid eſt autem, quod ex Deo Filius naſci dicitur, & Spiritus procedere ſignificatur? Si quæras quid inter naſcentem & procedentem differat, eviden-
D ter hoc intereſt, quia iſte ex uno naſcitur, ille ex utroque progreditur. Et in eodem capite, mitti a Patre & Filio dicitur, ut de ipſorum ſubſtantia procedere, & unum cum eis opus agere dignoſcatur. Ex his duobus eſt advertendum primo, quod volens ponere differentiam genituræ Filii & proceſſionis Spiritus ſancti, aſſignat hoc pro ratione, quia Filius ab uno naſcitur, & Spiritus ab utroque. In ſecundo dat nobis unum nobile documentum, quod omnis miſſio temporalis præſupponit proceſſionem æternam a perſona quæ mittit. Unde cum dicitur mitti a Patre & Filio, dicitur, ut de ipſorum ſubſtantia procedere, & unum opus cum eis agere dignoſcatur. Sequitur Auguſtinus regeneratus in Chriſto ab Ambroſio: quid dicat
E attendite: & primo ad Petrum [g] de fide ſic ait: Æternum quippe & ſine initio eſt, quod Filius de Patris natura exiſtat, extitit, ac ſine initio eſt, quod Spiritus de Patris natura Filiique procedat. Et in eodem capite, unus eſt Deus Pater, qui ſolus eſſentialiter de ſeipſo unum Filium genuit, & unus Spiritus, qui ſolus eſſentialiter de Patre Filioque procedit: & infra: Neque enim in illa Trinitate proprium eſſet ſolius Patris, quia non eſt generatus ipſe, ſed unum Filium genuit: neque proprium ſolius Filii, quia non genuit ipſe, ſed ſolus de Patris eſſentia natus eſt; neque pro-

Joan. 16.

Ibidem.

Cap. 19.

Pſalm. 35.

Rom. 8.

g Cap. 1. inter opera S. Auguſtini tom. 3. quem tractatum tribuunt S. Fulgentio Lovanienſes in edit. Pariſienſ. & Poſſevin. in apparat. Cap. 2.

Collatio XXI.

proprium Spiritus ſancti, quia nec natus eſt ipſe, A nec genuit, ſed ſolus de Patre Filioque procedit. Item eodem libro, regula [a] De fide firmiter tene, & nullatenus dubites, eumdem Spiritum, qui Patris & Filii unus Spiritus eſt, de Patre Filioque procedere. Dicit enim Filius: *Cum venerit Spiritus veritatis, qui a Patre procedit:* ubi ſuum eſſe Spiritum docuit, quia ipſe eſt veritas. De Filio quoque procedere Spiritum ſanctum, prophetia & apoſtolica doctrina commendat. Iſaias dicit de Filio: *Percutiet terram virga oris ſui, & ſpiritu labiorum interficiet impium.* De quo apoſtolus: *Quem interficiet dominus Jeſus ſpiritu oris ſui:* quem etiam Dei Filius Spiritum oris ſui eſſe ſignificans, poſt reſurrectionem inſufflans, ait: *Accipite Spiritum ſanctum.* De ore B vero ipſius domini Jeſu ait Joannes in apocalypſi, *Quia gladius utraque parte acutus procedebat.* Ipſe ergo Spiritus oris ejus, ipſe eſt gladius qui de ore ejus procedit. Idem Auguſtinus [b] libro contra Maximinum hæreticum ſic ait: Quæris ſi de ſubſtantia Patris eſt Filius, & de ſubſtantia Patris eſt etiam Spiritus ſanctus, cur unus Filius ſit, & alius non ſit Filius. Ecce reſpondeo, ſive capias, ſive non. De Patre eſt Filius, & de Patre eſt Spiritus ſanctus: ſed ille genitus, iſte procedens. Ideo ille Filius Patris eſt, de quo eſt genitus: iſte Spiritus utriuſque, quoniam de utroque procedit. Sed ideo cum de illo Filius loqueretur, dixit: *De Patre procedit:* quoniam Pater proceſſionis ejus eſt auctor, & genuit, & gignendo C dedit ut etiam ex ipſo procedat Spiritus ſanctus: & niſi procederet & de ipſo, non diceret diſcipulis, *Accipite Spiritum ſanctum,* eumque inſufflando daret, ut a ſe quoque procedere ſignificans. Et infra: Satis eſt nobis, quod non eſt a ſe Filius, ſed ab illo a quo natus eſt: non eſt a ſe Spiritus, ſed ab illo a quo procedit, & quia de utroque procedit, ſicut jam oſtendimus; unde & Spiritus Patris & Filii eſt dictus. Item idem in libros ſuper Joannem [c], ſuper illa verba, *Non enim loquetur a ſemetipſo,* quærit hoc modo: Hic forte aliquis quæret, utrum & a Filio procedat Spiritus ſanctus. Filius enim ſolius Patris eſt Filius, & Pater ſolius Filii eſt Pater, Spiritus ſanctus non eſt unius eorum Spiritus, D ſed amborum. Habes ipſum dominum dicentem: *Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed Spiritus Patris qui loquitur in vobis.* Habes & apoſtolum; *Miſit Deus,* inquit, *Spiritum Filii ſui in corda noſtra.* Cum ergo ſicut unus Pater & unus Filius, ita ſit & unus Spiritus ſanctus, profecto amborum eſt, ſicut ipſe dominus Jeſus dixit: *Spiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis:* & apoſtolus dicit: *Miſit Deus Spiritum Filii ſui in corda noſtra.* Cur non credamus, quod etiam de Filio procedat Spiritus ſanctus, cum Filii quoque ipſe ſit Spiritus? Si enim non ab eo procederet, non poſt reſurrectionem ſe repræſentans diſcipulis inſufflaſſet, dicens: *Accipite Spiritum ſanctum.* Quid illa inſufflatio ſignificat, niſi quod E procedat Spiritus de ipſo? Ad hoc etiam illud pertinet, quod de muliere quæ fluxum patiebatur, ait, *Tetigit me aliquis. Ego ſenſi virtutem ex me exiiſſe.* Nam virtutis nomine appellari etiam Spiritum ſanctum, ex eo clarum eſt, ubi angelus dicenti Mariæ, *Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco?* reſpondit: *Spiritus ſanctus ſuperveniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi:* (& infra) Si ergo de Patre & Filio procedit Spiritus, cur Filius dicit, A Patre procedit? Cur putas, niſi quemadmodum ſolet

a Undecimo.
Iſai. 11.
Joan. 20.
Apocal. 1.
b Lib. 3. cap. 14.
Joan. 15.
Joan. 20.
c Cap. 16. Homil. 99.
Matth. 10.
Galat. 4.
Ibidem.
Joan. 20.
Luc. 8.
Luc. 1.

A ad eum referre etiam quod ipſius eſt, de quo & ipſe eſt? Unde & illud eſt, quod ait: *Mea doctrina non eſt mea, ſed ejus qui miſit me.* Si ergo intelligitur ejus doctrina, quam dicit non ſuam, ſed Patris, quanto magis intelligendus eſt & de ipſo procedere Spiritus ſanctus, ubi ait, De Patre procedit, [d] ut non diceret, De me non procedit? A quo autem habet Filius ut ſit Deus, ab illo habet utique ut etiam de illo procedat Spiritus ſanctus: & per hoc Spiritus, ut etiam de Filio procedat, ſicut procedit a Patre, ab ipſo habet Patre. Item idem Auguſtinus de Trinitate [e]: Sicut enim natum eſſe, eſt Filio a Patre eſſe; ita mitti eſt Filio cognoſci, quod ab illo eſt: & ſicut Spiritui ſancto donum Dei eſſe a Patre procedere, B ita mitti eſt cognoſci quod ab illo procedat. Nec poſſumus dicere, quod Spiritus a Filio non procedat: neque enim fruſtra idem Spiritus, Patris & Filii Spiritus dicitur: nec video, quod aliud ſignificare voluerit, cum inſufflans ait: *Accipite Spiritum ſanctum.* Neque flatus ille corporeus cum ſenſu corporali tangendi procedens ex corpore Chriſti, ſubſtantia Spiritus ſancti, ſed demonſtratio per congruas ſignificationes, non tantum a Patre, ſed a Filio procedere Spiritum ſanctum: (& infra) Quod ergo ait dominus, *Quem mittam vobis a Patre,* oſtendit Spiritum & Patris & Filii: quia etiam cum dixiſſet, *Quem mittet Pater,* addit, *In nomine meo.* Non dixit, quem mittet Pater a me, quemadmodum C dixit, *Quem ego mittam a Patre:* videlicet oſtendens, quod totius divinitatis, vel ſi melius dicitur, deitatis principium Pater eſt. Qui ergo ex Patre procedit & Filio, ad eum refertur, a quo natus eſt Filius. Item idem Auguſtinus de Trinitate libro 15. Demum in illa ſumma divinitate quæ Deus eſt, intervalla temporum nulla ſunt, per quæ poſſit oſtendi, aut ſaltem requiri, utrum prius de Patre natus ſit Filius, & poſtea de ambobus proceſſerit Spiritus ſanctus, quoniam ſcriptura dicit ſanctum Spiritum amborum. Ipſe eſt enim de quo dicit apoſtolus: *Quoniam autem eſtis Filii Dei, miſit Deus Spiritum Filii ſui in corda veſtra.* Et in alio loco: *Quem mittet Pater in nomine meo.* De utroque D autem procedere ſic docetur, quia ipſe Filius ait, De Patre procedit. Et cum reſurrexiſſet a mortuis, & apparuiſſet diſcipulis ſuis, inſufflavit, & ait: *Accipite Spiritum ſanctum:* ut eum etiam de ſe procedere oſtenderet: & infra. Quapropter qui poteſt intelligere ſine tempore generationem Filii de Patre, intelligat & proceſſionem Spiritus de utroque: (& infra) Sicut habet Pater in ſemetipſo, ut de illo procedat Spiritus ſanctus; ſic dedit Filio, ut de illo procedat idem Spiritus ſanctus, & utrumque ſine tempore: atque ita dictum eſt Spiritum ſanctum de Patre procedere, ut intelligatur, quod etiam [f] procedit de Filio, de Patre eſſe & Filio. Si enim quidquid habet, de Patre habet Filius, de E Patre habet utique ut de illo procedat Spiritus ſanctus. Poſt beatum Auguſtinum ante tempora Gregorii Dialogi fuit Hormiſda papa, qui fuit tempore Juſtini imperatoris, qui præceſſit magnum Juſtinianum. Illo tempore erat turbata eccleſia Conſtantinopolitana propter Acacium patriarcham hæreticum, & nonnullos ſequaces Eutychis poſt concilium Chalcedonenſe: unde ſuccedens Joannes Conſtantinopolitanus dans operam concordiæ illius eccleſiæ cum eccleſia Romana, fecit tractatus magnos, quos habemus: & convenit Juſtinus cum Joanne, 

ut tota

Anno Christi 1439.
Joan. 7.
d Id eſt, non dicit.
e Lib. 4. cap. 20.
Joan. 20.
Joan. 15.
Cap. 26.
Galat. 4.
Joan. 20.
f procedere.



Anno Christi 1439.

ut tota illa eccleſia acciperet fidem quam Hormiſ- A da mitteret, ut ex conventione fidei fieret conventio obedientiæ. Fecit Hormiſda tomum fidei, mittens Joanni & Juſtino; & in epiſtola [a] ad Juſtinum imperatorem hæc verba ſunt: Magnum eſt incomprehenſibile myſterium Trinitatis, Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus, Trinitas indiviſa: & tamen notum eſt, quia proprium eſt Patris, ut generet Filium; proprium Filii Dei, ut ex Patre Patri naſceretur æqualis; proprium eſt Spiritus ſancti, ut de Patre Filioque procederet ſub una ſubſtantia deitatis. Nunc ſequuntur auctoritates Gregorii Dialogi, qui fuit poſt quintam ſynodum tempore Mauritii imperatoris; quid dicat [b] in ſymbolo, audite: Credo in Deum unum, oro Patrem, & Filium, B & Spiritum ſanctum, tres perſonas, unam ſubſtantiam, Patrem ingenitum, Filium genitum, Spiritum ſanctum nec genitum, nec ingenitum, ſed coæternum, de Patre & Filio procedentem. Item in libro dialogorum [c]: Ipſa veritas ut fidem augeret diſcipulis dixit, *Si non abiero, paracletus non veniet ad vos.* Cum enim conſtet paracletum ex Patre & Filio procedere, cur ſe Filius receſſurum dicit, ut ille veniat, qui a Filio nunquam recedit? Item lib. 1. Moralium: Paratiſque conviviis, holocauſtum Job pro filiis exhibuit, qua pro apoſtolis de prædicatione redeuntibus redemptor oravit. Bene autem mittendo ſanctificare dicitur, quia dum Spiritum qui ex ſe procedit, diſcipulorum cordibus tribuit, quidquid C culpæ ineſſe potuit, emundavit. Item idem ſecundo Moralium libro: In cunctis fidelibus Spiritus venit, ſed in ſolo mediatore ſemper ſingulariter permanet: illum in humanitate non deſeruit, ex cujus divinitate procedit. Item tertio libro Moralium: Venit hora cum jam in proverbiis non loquar, ſed palam de Patre nunciabo. Palam de Patre annunciare aſſerit, quia per Patrem patefaciet tunc ſuæ majeſtatis ſpeciem, a quo gignente ipſe non impar oritur: & quomodo ab utroque Spiritus utrique coæternus procedat, oſtendit. Temporibus Juſtini imperatoris floruit quidam doctor Boetius, qui ſcripſit librum in theologia de Trinitate contra Arium, alium de duabus naturis in Chriſto, contra Neſtorium & D Eutychen, & unum de fide catholica, & multa alia in philoſophia & theologia; dicit ſic in libro de fide & Trinitate: Hæc autem religio una, quæ vocatur Chriſtiana & catholica, his fundamentis nititur, aſſerens ab æterno, id eſt, ante Mundi conſtitutionem, ante eſſe, videlicet quod temporis poteſt retinere vocabulum, divinam Patris ac Filii & Spiritus ſancti extitiſſe ſubſtantiam, ut Deum dicat Patrem & Filium & Spiritum ſanctum, non tamen tres Deos, ſed unum: Patrem habere Filium ex ſua ſubſtantia genitum, nota ſibi ratione coæternum: (& infra) Spiritum ſanctum neque Patrem, neque Filium, ac ideo in illa natura neque genitum, neque generantem, ſed a Patre & Filio proce- E dentem. Item in libro de Trinitate in fine: Ac ſi meminimus omnium in prioribus de Deo ſententiarum, ita cogitemus proceſſiſſe quidem ex Deo Patre Filium, & ex utroque Spiritum. Etiam de tempore beati Gregorii Dialogi floruit Iſidorus nomine in Hiſpania: unum ejus teſtimonium dicam. Fecit librum etymologiarum diviſum in 20. libros, in 12. lib. cap. 3. ſic ait: Hoc autem intereſt inter naſcentem Filium & procedentem Spiritum, quia Filius ab uno naſcitur, & Spiritus ab utroque procedit; ideo di-

a Epiſt. 79. inter concilia generalia Coloniæ impreſſa to. 3. part. 1.
b In ſymbolo quod recitatur in ejus vita lib. 3. cap. 2.
c Lib. 1. cap. ultimo.



A citur: *Si quis Spiritum Chriſti non habet, hic non eſt ejus.* Ex hoc dicto & omnibus præmiſſis teſtimoniis poteſtis concludere, quod omnia quæ dicunt Spiritum procedere a Filio, faciunt fundamentum in auctoritatibus ſcripturæ dicentis, quod eſt Filii, intelligentes per illud, eſt, proceſſionem Spiritus. Et quia poſt iſtum doctorem tota patria Hiſpanorum cum rege Reccaredo [d], qui fuerat Arianus cum prædeceſſoribus ſuis, confutata hæreſi Arianorum, & ea anathematizata, receperunt fidem, & fuit neceſſe plura concilia in ſuo loco fieri, ut illa gens ex frequenti celebratione conciliorum imbueretur in fide: & hæc concilia fuerunt magnæ auctoritatis, in quibus aliqua de fide dicta ſunt contra hæreticos: & B eccleſia univerſa Græca & Latina cum magna veneratione receperunt illa concilia, & ibi fuit facta regula fidei hoc modo. * Regula fidei " catholicæ, quam epiſcopi Tarraconenſes, Carthaginenſes, & Luſitani, & Bætici fecerunt, & cum præcepto papæ Leonis urbis Romæ ad Balconium epiſcopum Gallæciæ miſerunt. Credimus in unum verum Deum Patrem omnipotentem, & Filium, & Spiritum ſanctum, viſibilium & inviſibilium factorem, per quem creata ſunt omnia in cœlo & in terra: Patrem autem non eſſe Filium, ſed habere Filium qui Pater non ſit: Filium non eſſe Patrem, ſed Filium de Patre natum: Spiritum, qui nec Pater ſit, nec Filius, ſed a Patre Filioque procedens. Item in tertio conci- C lio [e] ſic dicitur: Spiritus ſanctus confitendus eſt a Patre & Filio procedere, & cum Patre & Filio unius eſſe ſubſtantiæ. Item in alio concilio ubi anathematizantur hæretici, dicunt: Quicumque Spiritum non credit a Patre & Filio procedere, eumque non dixerit unum eſſe Patri & Filio, & conſubſtantialem, anathematizetur. Item in alia ſynodo: Credimus Spiritum ſanctum vivificatorem ex Patre Filioque procedentem, & conſubſtantialiter unum, qui ab utroque procedit: Patrem a nullo factum, Filium a Patre non factum, ſed genitum: Spiritum nec creatum, nec genitum, ſed procedentem ex Patre Filioque profitemur. Item in ſequenti ſynodo: Spiritum ſanctum neque genitum, neque creatum, ſed a Pa- D tre Filioque procedentem. In alia ſynodo: Credimus Spiritum ſanctum vivificatorem, a Patre & Filio procedentem, cum Patre & Filio adorandum & glorificandum. Item in duodecima ſynodo Toletana: Fons eſt Pater totius divinitatis: ipſe quoque Pater; qui ineffabili ſubſtantia ſua Filium ineffabiliter genuit, nec aliud quam ipſe eſt, genuit: Spiritum quoque ſanctum qui eſt tertia in Trinitate perſona, non tamen genitus vel creatus, ſed ab utroque procedens. Item in decimatertia ſynodo: Credimus Spiritum ſanctum vivificatorem, a Patre & Filio procedentem, cum Patre & Filio conglorificandum. Omnes iſtæ ſynodi ante ſextam ſynodum fuerunt cum magna veneratione ſuſceptæ, & ſi eccleſia E in his quæ fidei ſunt, dat auctoritatem doctoribus particularibus, ut apparet in multis collocutionibus quartæ ſynodi, a fortiori dedit talibus ſynodis auctoritate ſedis apoſtolicæ congregatis, & per eamdem ſedem firmatis, in quibus magni doctores fuerunt. Multi ſunt in eccleſia noſtra doctores, qui clare hanc materiam declararunt, quos pro nunc omittimus, ut omnes conveniamus in illis notoriis tam Græcis quam Latinis, qui fuerunt ante ſeptimam ſynodum. Sic ſecunda pars eſt expedita, in qua dixeram, quod aliqua teſtimonia Latinorum doctorum adducerem

Collatio XXI. Rem. 8.
d Alias Teoſmundo. Vide Baron. tom. 6. anno 447. num. 17.
* Hæc præcedunt Reccaredi tempora, quo Gothi deſierunt eſſe Ariani.
e Scilicet, Toletano.

COLLATIO XXI.

rem pro veritate. Dixeram in tertio loco inˆtrare doctores Græcos, etiam eorum qui ſunt in magna veneratione, qui ut fulmina hanc veritatem declarant; & ideo intrabimus hanc tertiam.

## NOTÆ HORATII JUSTINIANI

### AD VIGESIMAMPRIMAM COLLATIONEM.

1 *Venire.*] Græcus ſcriptor in fine ſeſſionis 23. ſic ait: *Convenimus rurſus ad locum conſuetum, domino Marco Epheſio & domino Antonio Heracleenſi abſentibus. Præceperat enim imperator, ne convenirent: namque modum unionis reperire volebat ad abeundum, non ſermones contentioſos.*

2 *Antirrheſis.*] Sic vocat Græco vocabulo reſponſiones ſancti Baſilii contra Eunomium. Eſtque lib. 5. adverſus Eunomium in capite cujus titulus eſt, *Quod participans de creatore*, &c.

3 *Damaſus.*] In epiſtola Damaſi ad Paulinum Antiochenum, quam refert Baronius tom. 4. anno 373. num. 19. inter alia fidei dogmata hæc non leguntur, ſed nec hodie extant alia fidei dogmata, & damnationes hæreſum ab eodem Damaſo factæ, de quibus Juſtinianus imperator in epiſtola ad Joannem papam mentionem facit, de qua Baronius ubi ſupra num. 13. In altera igitur harum epiſtolarum Damaſi olim extitiſſe hanc regulam fidei, quam refert hic Provincialis, dicendum eſt, ex qua deſumpſiſſe videtur Leo papa, ex cujus præſcripto in concilio Toletano I. ejus tempore celebrato, ut tom. 3. conciliorum, hæc eadem regula fidei fere ad verbum ſtatuitur. Vide Baron. tom. 6. anno 447. num. 18. & ſequentibus. Quam regulam fidei ex prædicto concilio Toletano iterum infra hac eadem collatione refert Provincialis.

4 *Regula.*] Habetur in concilio Toletano I. tom. 3. conciliorum. Vide Baronium tom. 6. annal. anno 447. num. 18. & ſequentibus. Hanc eamdem regulam tanquam ex Damaſo attulit ſupra Provincialis, de qua in antecedenti nota diximus.

## COLLATIO VIGESIMASECUNDA.

### DIE XXIV. MARTII.

*Probatur auctoritatibus ſanctorum patrum Græcorum, Spiritum ſanctum procedere a Patre & Filio: & reſpondetur in contrarium allatis.*

Num. I.

AND. Die vigeſimaquarta Martii facta eſt conventio alia publica, inchoavit Provincialis.

PROV. Sequentes ordinem primo inſtitutum, tranſimus ad auctoritates ſanctorum Græcorum, ut ex illis teſtimoniis innoteſcat concordia ſanctorum Latinorum & Græcorum. Poſt auctoritates allegatas magni Baſilii ſunt & aliæ ejuſdem magni Baſilii, quibus oſtendit, quod idem eſt ordo Spiritus ad Filium, qui eſt Filii ad Patrem: nam in libro dicto de [2] anthirreſis: Quod participant de creatore, dicit, quod imago Dei eſt Filius, & quod imago Filii eſt Spiritus, & qui participes illius ſunt, Filii conformes fiunt, juxta illud apoſtoli: *Quos prædeſtinavit fieri conformes imaginis Filii Dei.* Ex hoc habetur, quod ſicut Filius dicitur imago Patris, ita Spiritus Filii. Imago autem juxta doctrinam omnium ſanctorum patrum, importat proceſſionem in ſimilitudinem alterius. Et hoc conſtat ex textu divinæ ſcripturæ, ubi ſapientia, vel ſcriptura loquens de ſapientia divina, ita dicit: *Emanatio quædam eſt claritatis omnipotentis Dei, & imago bonitatis illius.* Emanatio importat proceſſionem: ergo impoſſibile eſt aliquid eſſe ad imaginem; quin procedat ad ejus ſimilitudinem. Id a quo procedit imago, vocatur exemplar. Non poteſt eſſe Filii imago in divinis niſi naturalis: ergo accipit per hoc naturam a Patre: ergo quia accipit naturam, dicitur imago ejus. Cum ergo Spiritus etiam naturaliter procedat, quia natura divina ſibi communicatur & datur, & dicitur imago Filii: ergo oportet, quod accipiat naturam & eſſe a Filio. Et cum Baſilius hic nullam ponat conditionem, ſequitur manifeſte, quod nec in primo libro debuit poni [3] conditio. Item Baſilius in iiſdem anthirreſis ſic dicit [a]. Sed legatur in Græco auctoritas prima.

Rom. 8. — Sap. 7.

ANNO CHRISTI 1439.

a Lib. 5. ad Eunomium cap. quod incipit, Propterea.

b Antecedenti coll.

AND. Lecta fuit in Græco.

PROV. Capitulum eſt, de quo proxime [b] dicebam, quod ut Filius ſe habet ad Patrem, ita Spiritus ad Filium: idcirco ſequitur ſtatim, & Filius dicitur verbum Patris, & Spiritus verbum Filii, juxta illud apoſtoli: *Portans omnia verbo virtutis ſuæ.* Cum autem verbum Patris procedat ab ipſo, & accipiat eſſe ab eo, ut a cauſa & principio ſuo: eodem modo verbum Filii ab ipſo Filio, ſcilicet Spiritus, qui eſt verbum Filii, ut ipſe probat, nec ponit hic aliquam ſuppoſitionem. Si hoc [3] concedamus, ergo concedit, quod Spiritus ſanctus a Filio procedat, & quod Filius ſit cauſa.

Hebr. 1.

AND. Fuit lecta auctoritas hæc in Græco.

PROV. Multa alia eſſent teſtimonia Baſilii magni, ſed quia alii multi ſunt, ſufficiant hæc de Baſilio. Et quia in principio nos fecimus mentionem de illo ſancto patre Epiphanio, & duo adduximus teſtimonia, reſtat ut adducamus duo alia ejuſdem teſtimonia in opere anchorato, quod alias allegavimus. Poſt illa teſtimonia hæc infert: Itaque & Pater erat ſemper, & Filius erat ſemper, & Spiritus ſanctus ex Patre & Filio ſpiratus. Modo cum ſpiratio Spiritus in divinis non ſit aliud quam proceſſio Spiritus, imo eſt actus notionalis reſpectu Spiritus, & hic dicat, quod ſpiratur a Patre & Filio, ſequitur, quod procedat ex Patre & Filio.

AND. Fuit lecta in Græco hæc auctoritas.

PROV. Item iſte pater Epiphanius in quodam libro qui intitulatur contra hæreticos [c], ita inquit: Si autem Chriſtus ex Patre creditur Deus ex Deo, & Spiritus ex Chriſto, ſive ab utroque, quia Chriſtus ait: *De meo accipiet*: ex hoc apparet clara ſimilitudo ad dicta Baſilii ſine ulla conditione penitus, ut nil clarius eſſe poſſit; dicit: Quod ſicut Chriſtus dicitur ex Patre Deus ex Deo, ita dicit: Oportet ut credamus Spiritum ex ipſo, ita ut Deus ex Deo ſive ab utroque, quia idem eſt dicere apud eum, quod Spiritus ſit ex ipſo Filio, & quod ſit ab utroque. Et quod Deus ex Deo, hoc ſit, probat duabus auctoritatibus ſacræ ſcripturæ. Prima, quod ſit ex Patre Deus ex Deo, per illud, *Qui ex Patre procedit.* Secundo quod ſit Spiritus ex ipſo Chriſto Deus ex Deo, probat ex illo, *De meo accipiet*; & ponit ſine conditione. Et hic ſanctus pater bene debuiſſet vidiſſe magnum Baſilium, aut ſi præceſſit Baſilium, Baſilius debuit eum vidiſſe. Ergo de neceſſitate oportet dicere, quod illa conditio non poteſt ſtare in libro illo.

c Adverſus hæreſes lib. 3. hæreſi 54. alias 74. num. 7. 8. 9. & 10.

AND. Fuit lecta in Græco.

PROV. Ut nos procedamus ſecundum ordinem temporum, cum multæ aliæ poſſent adduci auctoritates ex ſancto Epiphanio, credimus hæc ſufficere de eo, & tranſeamus ad alios. Habemus apud Latinos tranſlatum per beatum Hieronymum librum magni Didymi de Spiritu ſancto.



ANNO CHRISTI 1439.

a Epiſt. 64. ad Pachomium & Oceanum.

cto. Hic Didymus fuit præceptor Hieronymi, & ipſemet Hieronymus de ſe dicit in epiſtola [a], quod jam canis ejus ſpargebatur caput, & magiſtrum magis decebat eſſe, quam diſcipulum; tamen perrexit Alexandriam, ut Didymum audiret: & veſtri hiſtorici, videlicet Theodoretus & Socrates immenſam laudem de ſcientia ſua dicunt. Iſte ſic dicit: Spiritus quoque ſanctus cum ſit Spiritus veritatis, Spirituſque ſapientiæ, non poteſt Filio loquente audire quæ neſcit, cum hoc ſit quod profertur a Filio: & modicum infra dicit ita: Neque aliud quid eſt Filius, exceptis his quæ ei dantur a Patre: neque alia ſubſtantia eſt Spiritus ſanctus, præter id quod ei datur a Filio. Ex hac auctoritate primo apparet, quod talis eſt habitudo Spiritus ad Filium, qualis Filii ad Patrem, quia dicit, quod Filius nil aliud, exceptis his quæ dantur ſibi a Patre: nil modo datur Filio a Patre, niſi æternum; quia alias daretur ex tempore, & eſſet mutabile. Et hoc habetur in ſancto Joanne evangeliſta, declarans quid eſt, quod datur Filio, a Patre, dicit in capite 10. *Oves meæ vocem meam audiunt, & ſequuntur me, & ego vitam æternam do eis, & non rapiet eas quiſquam de manu mea. Pater meus quod dedit mihi, majus omnibus eſt, & nemo poteſt rapere de manu Patris mei. Ego & Pater unum ſumus.* Id autem quod majus omnibus, ratione cujus nullus poteſt rapere oves ſuas, neque a ſe, neque a Patre, & ſecundum quod unum ſunt Pater & Filius, non eſt aliud quam ſubſtantia & eſſentia divina, ut omnes ſancti doctores exponunt. Dicit hic Didymus, quod Filius non eſt aliud quam quod datur ſibi a Patre, & Spiritus non eſt alia ſubſtantia præter id quod datur ſibi a Filio. Hic ergo nulla eſt conditio; & credendum eſt Baſilium etiam vidiſſe hoc opus de Spiritu ſancto: ergo non debuit poni illa conditio dubitativa [b]. In prima auctoritate dicit, quod non poteſt audire Filio loquente quæ neſcit, cum ex hoc ſubſiſtat Spiritus, quod profertur a Filio. Ex quo apparet quod audientia Spiritus abintra nil aliud eſt, quam acceptio ſcientiæ: & cum ſcientia in Deo & eſſentia ſint unum, hæc audientia & eſſentia erunt unum. Et ideo Chriſtus dicebat in evangelio: *Non enim loquetur a ſe*: quia ſcilicet non eſt a ſe. Ergo oportet, ut capiat eſſe ab illo, a quo audit: ab illo audit, a quo procedit, ſecundum Auguſtinum qui dicit: Audire illius eſt ſcire, & ſcire idem eſt quod eſſe. Ex quo ſequitur, quod ab illo, a quo audit, ab illo habeat eſſe: ſed a Filio audit, ut conceſſum fuit per vos: ergo a Filio accipit eſſe. Quia tempore Didymi floruit Athanaſius, ideo veniam ad teſtimonia magni & beatiſſimi Athanaſii. Dicit in 3. libro contra Arianos [c] de Filio loquens: Ipſe, ut dictum eſt, Spiritum dat, & quæcumque habet Spiritus, hoc a Verbo habet. Et cum non habeat niſi æternum, & iſtud habet Spiritus a Filio: ergo ſequitur neceſſario, quod procedit a Filio.

Joan. 10.

b In dictis Baſilii, de qua ſatis ſupra.

Joan. 16.

c Contra Arianos orat. 2. ante med. in edit. Pariſ. anno 1572.

AND. Fuit lecta auctoritas Athanaſii.

PROV. Hic doctor Athanaſius in 2. libro contra Arianos ita dicit: Nam alia quidem omnia Spiritus participantia ſunt, ipſe autem Filius, ſecundum vos, cujus erit particeps? (loquitur Arianis) Spirituſne? Sed Spiritus a Filio potius accipit, & irrationabile eſt dicere, hunc ab illo ſanctificari. Hæc Athanaſius. Ergo apparet, quod Spiritus a Filio, & quod nullo modo Filius poteſt ſanctificari a Spiritu, quia ipſe Filius eſt Deus, & producit Spiritum ſanctum: & quidquid Spiritus ſanctus operatur, operatur ut productus a Filio: & hoc eſt quod dicit. Legatis.

COLLATIO XXII.

AND. Fuit lecta hæc auctoritas in Græco.

PROV. Item hic doctor Athanaſius in quadam epiſtola [d], in qua exponit illa verba: Quicumque dixerit verbum contra Spiritum ſanctum, ita dicit: Docuit enim, quod omnia quæ habet Pater, Filii ſunt, & quod non Spiritus daret Filium, ſed Filius Spiritum diſcipulis præberet. Ex hac auctoritate colligitur, quomodo debet intelligi, Ex Filio accipiet. Legatis.

d ad Serapionem to. 3. in edit. Pariſienſ. anno 1572.

AND. Fuit in Græco lectum.

PROV. Item iſte doctor in epiſtola ad Serapionem, cujus initium eſt [e]. Verſatus ſum, ita dicit: Filii eſt Spiritus, & a Filio accipit omnia, ut ipſe ait; & inſufflans dedit eum diſcipulis. Dicit primo, quod eſt Spiritus Filii, & ex illa habitudine dicit, quod accipit omnia a Filio per proceſſionem æternam, quia alio modo nil poteſt accipere. Secundo dicit, quod temporaliter dat eum diſcipulis: ergo omnis proceſſio temporalis præſupponit proceſſionem æternam. Legatis.

e Ead. edit. tom. 4.

AND. Lecta fuit in Græco.

PROV. Item in epiſtola ad Serapionem circa principium, cujus initium eſt: Miraberis fortaſſe: ita dicit: *Quia*, ut dicit dominus, *non loquetur a ſe paracletus, ſed quæcumque audierit loquetur; quia de meo accipiet & annunciabit vobis*: & inſufflans dedit eum diſcipulis. Sic illum effudit Pater ſuper omnem carnem juxta ſcripturam: & idcirco igitur prius de ipſo Filio Dei merito mihi tum dictum, tum ſcriptum eſt, ut ex cognitione Filii agnitionem quoque ipſius Spiritus recte habere poſſimus. In hoc videtis qualiter Baſilius imitatur formam Athanaſii, quia Athanaſius dicit his verbis, quod prius tractandum erat de Filio propter cauſas dictas, ut ex veritate eorum quæ de Filio eſſent dicta, clareſcerent quæ dicenda eſſent de Spiritu. Ita fecit Baſilius contra Eunomium, & ponit comparationem valde nobilem. Quantam enim novimus habitudinem Filii ad Patrem, hanc habere Spiritum ad Filium inveniemus. Et declarat quomodo debent intelligi hæ habitudines, dicens: Quemadmodum Filius dicit, *Omnia quæ habet Pater, mea ſunt*: ita inveniemus hæc omnia eſſe per Filium. Ecce comparationem acceptionis, oſtendens, Filium omnia capere a Patre, quia ſecundus eſt ordine & dignitate. Hæc omnia non poſſunt eſſe in Spiritu, niſi per Filium, quia apud eum ex Filio vel per Filium accipere idem eſt, licet ſit varius modus loquendi. Ponit aliam comparationem, ſicut Pater oſtendit Filium, dicens: *Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* Ita Spiritus Filii eſt, ut ait apoſtolus: *Miſit Deus Spiritum Filii ſui in corda noſtra clamantem, Abba Pater.* Unde omnes doctores Latini, ut audiſtis, dicunt, quod ex quo dicitur Spiritus Filii, habetur habitudo Spiritus naturalis, ſicut per hoc quod dicitur Filius Patris, importatur habitudo originis naturalis a Patre; & hoc idem dicit hic Athanaſius.

Joel. 2. — Joan. 16. — Matth. 3. — Galat. 4.

AND. Lecta eſt in Græco auctoritas.

PROV. Hic beatus Athanaſius in alia epiſtola ad Serapionem, cujus initium eſt; [f] Literæ ſacræ dilectionis tuæ; ita dicit: Spiritus autem a Filio accipit: ait enim; *De meo accipiet*: & Filius inno-

f Alias; Literæ tui ſanctiſſimi affectus, ead. edit. tom. 3. Joan. 16.

Joan. 14.

in nomine Patris venit. De Spiritu vero ſancto inquit: *Quem mittet Pater in nomine meo*. In his auctoritatibus fundat ordinem ſequentem, & ſubdit ibi tria. Primum eſt, quod accipit Spiritus a Filio: poſtea dicit, quod Filius non venit in nomine ſuo. Hoc eſt verum, quia Filius dicit in ſcriptura, *Non enim a me ipſo veni*. Deinde dicit: Spiritus Dei in nomine Filii mittitur. Hæc eſt modo ſimilitudo in hoc, venire, quia ſicut Filius venit in nomine Patris, ita Spiritus in nomine Filii: & ſicut Filius veniendo in nomine Patris, accipit a Patre, ita Spiritus veniendo in nomine Filii accipit a Filio. Modo ex hoc ordine ſcripturæ infert Athanaſius, & dicit: Cum igitur talem ordinem & naturam B habeat Filius ad Patrem, qualem Spiritus ad Filium, quomodo qui hunc creaturam dicat, non idem de Filio neceſſario ſentiat? Ergo tota ratio ordinis & naturæ pendet ex illis auctoritatibus ſcripturæ, & ita debent intelligi, & non aliter, cum dicitur, talem ordinem habet & naturam, quia Spiritus venit in nomine Filii, & accipit a Filio, qualem habet Filius ad Patrem, qui etiam Filius venit in nomine Patris, & accipit a Patre. Modo unam perſonam accipere ab illa nil aliud eſt, quam unam perſonam habere ordinem originis naturalis ab alia, quia per hoc quod originatur ab alia, datur ſibi natura divina, & communicatur, & illa accipit: nec poſſumus dicere aliter in divinis, C quia ponendo originem ſecundum relationes, habemus dicere his terminis, dare & recipere; quia Chriſtus in evangelio dedit nobis formam, quia non communicatur, vel datur, niſi eadem natura: ideo oportet ut accipiatur & detur. Ergo ex hoc videtur, quod talis eſt ordo Spiritus ad Filium, qualis Filii ad Patrem. Legatis.

And. Fuit lecta in Græco.

Prov. Athanaſius paulo ante hanc auctoritatem in eadem epiſtola dicit: Unum enim cum ſit Filius vivens verbum, unam eſſe oportet perfectam & plenam ſanctificativam illuminativamque vitam, quæ eſt operatio ipſius & donum quod etiam procedere a Patre dicitur, quoniam D a Verbo, quod ex Patre fatemur, fulget, mittitur & datur. Ecce ex hac auctoritate dicit nobis aperte, quod ex Filio eſt ipſa operatio & donum; ex hoc capite & ratione, quia effulget & mittitur ab illo Verbo quod habet eſſe a Patre. Ergo apparet, quod non poteſt eſſe a Patre, niſi a Verbo. Legatis.

And. Fuit lecta auctoritas in Græco.

Prov. Item Athanaſius in eadem epiſtola ſic ait: Cum dicit Paulus, *Teſtificor coram Deo in Chriſto Jeſu*, ſentiebat, non eſſe diviſum a Filio Spiritum, ſed in Chriſto erat ipſe, ut Filius in Patre: ſic Athanaſius. Modo Filius eſt in Patre ut in principio & cauſa ſui: ergo Spiritus eſt in Chriſto, ut in principio & cauſa ſui. Legatis. E

2. Timot. 4.

And. Lecta fuit in Græco.

Prov. Item iſte doctor in libro de incarnatione [a] Verbi ita dicit: Idcirco David pſallens canebat: *Quoniam apud te eſt fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen*. Sciebat apud Patrem eſſe Filium Spiritus ſancti fontem. Itaque vult Athanaſius, quod ſicut fluvius procedit a fonte, ita Spiritus ſanctus a Filio. Legatur primo auctoritas in Græco.

a De incarnatione, ſeu humana natura Chriſti, in edit. Pariſ. 1572. tom. 1. initio.

And. Lecta fuit in Græco.

Prov. Item dicit in dialogo habito in Nicæa A contra [a] Arium: Si enim non eſt de ſubſtantia Patris & Filii Spiritus, cujus gratia connumeravit eum Filius in ſymbolo ſanctificationis, dicens: *Euntes baptizate in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti*? Ergo ex hac auctoritate habetur manifeſte, & ex his quæ diffuſe ſequuntur, quod Spiritus eſt de ſubſtantia Patris & Filii. Et pridem dominus Epheſinus ita reſpondebat [b], Eſt de ſubſtantia Patris & Filii, id eſt unius ſubſtantiæ cum Patre & Filio: & ſic volebat excludere ordinem originis naturalis, & ſolum in verbis ponere ordinem. Hæc expoſitio nullo modo poteſt ſtare, quia ſi dicimus quod Spiritus ſanctus eſt de ſubſtantia Patris & Filii, quia eſt unus in ſubſtantia, pariformiter poſſumus dicere, B quod Filius eſt de ſubſtantia Spiritus ſancti, quia eſt unius ſubſtantiæ cum Spiritu. Modo hoc eſſet abſurdiſſimum, & omnes doctores abhorrerent, nec unquam fuit repertum, quod quis diceret, Patrem eſſe de ſubſtantia Spiritus, aut Filium. Hæc propoſitio, de, importat principium & conſubſtantialitatem, & tantum eſt dicere de ſubſtantia Filii, quantum eſt de Filio ſubſtantialiter, vel quod Filius ſubſtantialiter producit eum. Legatis auctoritatem.



Matth. 28.

b Supra coll. 18. non longe ab initio.

And. Fuit in Græco lecta.

Prov. Multa alia teſtimonia poſſent induci de beato Athanaſio, & ex his libris antiquiſſimis & vetuſtis. Sed ut alii doctores locum habeant, C ſuccedat beatus Cyrillus, qui, meo judicio, fuit valde elevatus in Græco: & inchoemus a ſua epiſtola, quam fecit in ſynodo Alexandrina, & poſtea in ſynodo Epheſina fuit approbata. Ita etiam in Chalcedonenſi fuit recepta, cujus initium eſt [c]: Cum ſalvator noſter. Hæc epiſtola tota eſt contra Neſtorium, qui in duobus maxime peccabat. Primo circa incarnationem Filii, qui non dicebat unam perſonam divinam in duabus naturis. Secundo in Spiritum peccabat, quia, ut apparet in ſymbolo transformato, dicebat, quod Spiritus non eſſet Filii, nec acciperet eſſentiam a Filio: & cogebatur ad ſic dicendum, quia id per quod apparet in mundo, quod Chriſtus eſſet Deus, fuerunt magna D miracula ſupra omnem potentiam naturalem: & ideo iſti Neſtoriani, qui dicebant purum hominem, dicebant, quod faciebat aliena virtute, & per conſequens, quod Spiritus non caperet eſſentiam a Filio, quia ſi cepiſſet eſſentiam a Filio, tunc Filius non fuiſſet operatus per virtutem alienam, ſed per ſuammet, quæ ex ipſo procedebat, juxta quod dicit evangelium: *Virtus ex illo exibat, & ſanabat omnes*. Hic Cyrillus nedum fecit unum capitulum ex illis duodecim contra opinionem Neſtorii de Spiritu, ut apparebit in ſolutionibus ultimæ rationis Epheſini: ſed in epiſtola, Cum ſalvator noſter, multum fortiter arguit contra Neſtorium, & inchoat de Spiritu, & dicit, quod recte intelligentes non debemus in- E telligere glorificatum a Spiritu, ut aliena virtute, quia nec Spiritus potior Filio eſt, nec ultra quam erat eſſentia ſua. Poſtea declarat, quomodo debeat intelligi, confutans opinionem Neſtorii, dicens, quod ad demonſtrationem ſuæ divinitatis utebatur ſuo Spiritu in magnis, ut ſi quis noſtrum de ſua fortitudine, aut cujuſvis rei ſcientia dicat: Mea me virtus, aut ſcientia glorificabit. Ita debemus intelligere, quod Spiritus erat virtus inſita naturaliter ipſi Filio, & ab eo naturaliter exiens, ſecundum quam glorificabatur Chriſtus faciendo miracula:

c In act. concil. Epheſ. part. 1. cap. 26. num. 10.

Luc. 6.

& dicit





& dicit, quod quamvis in ſua ſubſiſtentia ſit A Spiritus, & intelligatur prout Spiritus, non Filius; non tamen eſt alienus ab eo. Et notandum eſt, quod in alia epiſtola quam ſcripſit Joanni Antiocheno, cujus initium eſt, Exultent cœli, ita dicit [a]: Eſt a Filio non alienus ſecundum unius eſſentiæ rationem. Modo beatus Cyrillus non intendit ſolum hoc dicere, quod non ſit alienus, per hoc quod eſt unius eſſentiæ cum eo, prout Epheſinus viſus eſt exponere, ſed annectit ſtatim, quo modo eſt principium Spiritus, aſſignans cauſam quare non eſt alienus ab eo, dicens ex apoſtolo Paulo, Spiritum ſanctum eſſe Spiritum Chriſti. Et clarius in epiſtola [b] ad Neſtorium dicit, quod Spiritus ſanctus Spiritus veritatis nominatur, & B Chriſtus eſt veritas, & quod ex hoc dicitur non alienus, quia dicitur Spiritus veritatis; & intelligit habitudinem genitivi caſus pro origine naturali a Patre, & ſtatim ſubdit: Et profluit ab eo, prout ex Deo Patre, quia non alia cauſa eſt Spiritus veritatis, niſi quia ab eo profluit ut a Patre. Et hoc eſt ita clarum teſtimonium, ſicut poſſet eſſe in mundo, quia profluit a Chriſto, ut a Patre. Et ſic quemadmodum procedit a Patre naturaliter, imo mittitur temporaliter: ita a Filio mittitur temporaliter, & illo modo neceſſario procedit ab eo Spiritus æternaliter. Et ſi quis dicat, quod [c] profluere non eſt idem quod procedere, non debetis ulli magis credere quam Cyrillo, quia C ipſemet declarat, quod profluere idem eſt quod procedere. Et hoc ipſe oſtendit in quodam [d] opere ſuper ſymbolo concilii Nicæni, ubi in verbo, Et in Spiritum, ſic dicit: Peracto de Chriſto ſermone, beatiſſimi patres de Spiritu meminerunt, credere in ipſum dixerunt, ut in Patrem & in Filium: conſubſtantialis eſt enim, & profluit quidem [e], videlicet procedit veluti ex fonte Deo & Patre. Declarat ergo procedere & profluere idem eſſe. Et cum dicat in hac epiſtola, Cum ſalvator noſter, profluere a Filio, neceſſario oportet dicere, ſecundum ejus opinionem (quæ fuit in tertia ſynodo recepta, & in Chalcedonenſi) quod Spiritus ita procedat a Filio, ſicut a Patre. Legatis.

a In act. conc. Epheſ. part. 3. cap. 34. in fine. Incipit ibi, Lætentur cœli, & exultet terra.

b Quæ incipit, Cum ſalvator, in act. concil. Epheſ. part. 1. cap. 26. num. 10. ubi ſic ait: Non eſt tamen alienus a Filio; nam Spiritus veritatis nominatur, & Chriſtus eſt veritas, & perinde quoque ab illo atque a Deo Patre profluit.

c Græce enim in ea epiſt. legitur προχεῖται, & Latinus interpres vertit, Procedit: quam verſionem probat hic Provinc.

d In actis conc. Epheſ. part. 3. cap. 41. circa finem.

e Græce ib. προχεῖται μὲν, ἤγουν ἐκπορεύεται.

D And. Fuit lecta in Græco.

Prov. Modo facio hanc concluſionem. Patres ita concluſerunt contra hæreſim Neſtorii, qui dicebat, quod Spiritus non capiebat eſſentiam a Filio. Modo in Chalcedonenſi concilio [f] habetis teſtimonium patrum illorum, quod magnus Leo papa per omnia fuit inſtructus doctrinis veritatis, & illa columna fidei contra Priſcillianiſtas dicit: Alius qui genuit, alius qui generatus, alius qui ab utroque procedit: & totum concilium Chalcedonenſe approbavit doctrinam Leonis; approbavit & hanc epiſtolam Cyrilli, Cum ſalvator noſter, &c. contra errorem Neſtorii. Ergo poſſumus concludere, E ut verum, per duas ſynodos œcumenicas fuiſſe ſtabilitum & firmatum, quod Spiritus accipiat eſſentiam a Filio, & quod procedat ab utroque, quia idem eſt procedere & capere eſſentiam a Filio, ut dixi ſæpius. Item Cyrillus in opere ad Hermiam [g], ubi oſtendit proceſſionem divinarum perſonarum ad intra, ſic dicit: Supremam denique radicem, ultra quam nemo, Patrem intelligas: eum vero qui ex ſuprema radice procedit, Filium accipies, qui in omnibus pari menſura præpolleat, præter gignere: ſolum enim hoc eſt proprium & A particulare ipſius Dei Patris. Spiritum ſanctum dices eum qui ex Patre per Filium naturaliter profluit, ac velut in figura ſpirationis ex ore, propriam ſubſiſtentiam nobis inſinuat. Legatis.

f Concil. Chalced. act. 5.

g Lib. 1. ante med.





And. Lectum eſt in Græco.

Prov. Modo in hac nobili auctoritate cum ponit productionem Filii, dicit, quod in omnibus quibuſcumque pari menſura præpolleat, præter gignere ſolummodo: in Patre vero ſunt duo. Eſt ſpiratio quæ ſpirat Spiritum, & eſt generatio. Modo dicit Cyrillus, quod in omnibus eſt æqualis Patri, & in eadem menſura reſpectu cujuſcumque, excepto hoc, quod eſt generare. Cum ergo ſit aliud relatio proceſſus B & generationis, ergo neceſſario tenet, quod ſpiratio communicatur Filio, & quod ſit omnino æqualis Patri in ſpiratione Spiritus. Item ſecundo dicit, quod hic Spiritus ſanctus profluit naturaliter a Patre per Filium, & jam dudum monſtratum eſt, quod impoſſibile ſit procedere per Filium, quin procedat ex Filio. Imo omnes noſtri doctores rariſſime, vel nunquam dicunt per Filium, ſed ſemper ex Filio: & eſt ratio, quia licet ſit idem in ſignificatione, eſt differentia in modo ſignificandi, & ne aliquis unquam poſſet ex hoc credere, quod Filius eſt organum, per quod Pater produceret Spiritum, ut Ariani dicebant. Ideo cavent doctores, ne occurrat aliqua declarationis neceſſitas, ut tunc C temporis contra Arianos erat neceſſe. Modo profluxus hic eſt naturalis, ſed ſecundum viam omnium ſapientum & theologorum, id quod procedit naturaliter ab aliquo, procedit in ſimilitudinem naturæ ab eo, & accipit ab eo naturam: & ſic hic terminus, Profluit, ſumitur pro æterna proceſſione, ſecundum quam Spiritus accipit naturam a Filio & a Patre. Et Cyrillus ad Hermiam [h] volens oſtendere, quod opera divinitatis ad extra ſunt indiviſa, & quod opera Spiritus in creatura operantur & Filius & Pater, inducens auctoritatem: *Omne datum optimum*: & aliam Chriſti, cum dixit diſcipulis: *Sanate infirmos, mortuos reſuſcitate*: ita inquit: Confeſſus eſt Joannes: *De plenitudine ejus nos omnes accepimus*. D Subdit interrogans Hermiam: Datum optimum, & donum perfectum erit aliud quidquam, juxta quod tibi videtur, quam participatio Spiritus? Reſpondit Hermias: Nequaquam. Cyrillus ſubdit: Inſpice amice Filium ex plenitudine ſua producentem proprium ipſius, & immobiliter inſitum Spiritum ſanctum, per quem omne datum optimum. Legatis.

h Lib. 1. ultra med.

Jacob. 1.

Matth. 10.

Joan. 1.

And. Lecta eſt in Græco per generalem Camaldulenſem, qui has omnes auctoritates hodie in Græco legit.

Prov. Modo ſi producit Filius Spiritum, neſcio quæ auctoritas poſſit eſſe magis, quod Spiritus procedat ab eo. Item Cyrillus in theſauris ſuis per multa teſtimonia approbat hanc E rem, ex quibus pauca dicam propter temporis brevitatem. Dicit quodam loco [i] ſic: Dixit Spiritus ſanctus: *Segregate mihi Paulum & Barnabam ad opus, ad quod aſſumpſi eos*. Si ergo a Spiritu ſancto ad apoſtolatum vocatus, a Jeſu Chriſto vocatus dicitur, hic aperte docetur, Spiritum non eſſe alienum a ſubſtantia Filii, ſed eſſe in ipſo Filio, & ex ipſo, ſicut operatio quædam naturalis in propria hypoſtaſi, omnia implere valens quæ ipſe vult, ſicut & Filius. Ex hac auctoritate habetis unum ſingulare

i Theſ. lib. 1. cap. 2. in fine.

Act. 13.

COLLATIO XXII.

gulare contra expoſitionem domini Epheſini, quia Cyrillus dicit: Spiritus non eſt alienus a ſubſtantia Filii: & infert, quod Filius eſt principium, cum dicit: Et in ipſo, & ex ipſo manifeſtum eſt ipſum eſſe. Et ſic cum Cyrillus ponit, quod Spiritus non eſt alienus a Filio in ſubſtantia, ſemper intelligit ſic, quia eſt ex ipſo Filio ſubſtantialiter: & hoc dictum eſt in multis ſupra, & hoc apparet. Legatis.

AND. Legit in Græco.

PROV. Idem ſanctus dicit in eodem opere in theſauris[a]: Quoniam igitur vita ſecundum naturam eſt Filius & Spiritus etiam ſanctus, quam ipſe largitur, vivificat; neceſſe eſt fateri ipſum de ſubſtantia Patris & Filii eſſe, ac omnem ipſius virtutem & operationem habere, ſicut cum ex aqua vapor aſcendit. Legatis.

AND. Fuit lecta in Græco.

PROV. Ex hac auctoritate duo ſunt ſingulariter notanda, quod per hoc, quod Spiritus largitur a Filio, neceſſe eſt fateri, ipſum eſſe de ſubſtantia Filii, eo modo, quo declaratum eſt ſupra: & ponit unum notabile exemplum, quod in ſcriptura ponitur. Nam divina ſcriptura volens oſtendere proceſſionem æternam ſapientiæ divinæ æternaliter a Patre, utitur hoc verbo, *vapor*, dicens: *Vapor eſt enim virtutis Dei, & emanatio quædam claritatis.* Dicit quod eſt vapor, ad oſtendendum eſſe naturaliter, quia vapor qui aſcendit, eſt ejuſdem naturæ aquæ, a qua procedit: & ideo hic magnus doctor notabiliter facit hanc comparationem, quod ut Filius eſt vapor virtutis Dei, ita ſit Spiritus vapor Filii, & ex ipſo procedat. Item idem doctor in eiſdem theſauris[b] volens oſtendere, quod genitivus Filii importat habitudinem originis naturalis, ita dicit: Bene in evangelio ſalvator dicit de ſe: *Ego ſum veritas.* Deinde docens, ex Patris & ex Filii ſubſtantia Spiritum eſſe, *Spiritum*, inquit, *veritatis, qui a Patre procedit.* In epiſtola vero Joannes ait: *Spiritus ipſe eſt veritas.* Itaque dicit Spiritum eſſe de ſubſtantia Patris, & quia Chariſius dicit Spiritum veritatis, colligit Spiritum de ſubſtantia Filii. Legatis.

AND. Lecta eſt in Græco.

PROV. In eiſdem theſauris dicit ſic[c]: Quod Spiritus ſanctus Deus ſit, oſtendit apoſtolus dicens: *Lex ſpiritus vitæ*: & quod hæc vita non eſt niſi Chriſtus, qui ait: *Ego ſum veritas & vita.* Chriſto igitur legem ponente, Spiritus ipſius, ut in ipſo, & ex ipſo naturaliter exiſtens, legem ponit. Legatis.

AND. Lecta eſt in Græco.

PROV. Hæc auctoritas eſt multum clara de illa habitudine, quia ex eo quod dicitur Spiritus vitæ & Spiritus veritatis, concludit neceſſario habitudinem originis naturalis. Ideo ſubdit; Spiritus ipſius ut in ipſo & ex ipſo. Et hoc eſt veriſſimum, quod id quod eſt naturaliter ab aliquo, neceſſario accipit naturam & eſſe ab illo. Item in theſauris[d] dicit ſic: Filium quidem Dei ex ipſo & in ipſo Patre naturaliter eſſe intelligimus, ex Filio autem naturaliter Spiritum ſanctum, ſicut ex Patre, prodire credimus, per quem Filius omnia ſanctificat. Legatis.

AND. Lecta eſt in Græco.

PROV. Modo quod prodire ſit idem, quod procedere, probatur ex divina ſcriptura de ſapientia æterna quæ procedit a Patre, & dicit: *Ego ex ore altiſſimi prodivi primogenita.* Ultimo dicit Cyrillus in iis theſauris: Quoniam igitur renovare Spiritus dicitur, dicitur juxta illud quod in pſalmis tangitur; *Emitte Spiritum tuum & creabuntur, & renovabis faciem terræ.* Neceſſe eſt fateri, ipſum eſſe de ſubſtantia Filii, & ex ipſo naturaliter exiſtere, & quod ab ipſo ad creaturam miſſus, renovationem operatur, complementum ſanctæ Trinitatis exiſtens. Legatis.

AND. Legit in Græco.

PROV. Ex hac auctoritate ſunt aliqua multum notanda. Primo quod cum dicit, quod Spiritus mittitur ad renovationem creaturæ, infert neceſſe eſſe fateri, ipſum eſſe de ſubſtantia Filii, quaſi velit dicere, quod non mitteretur ad renovationem creaturæ, niſi haberet procedere. Et hoc declarat de proceſſione a Filio, quia mittitur, ait, ex ipſo naturaliter exiſtens; & ſubdit: Oportet intelligere, quod naturaliter exiſtat a Filio miſſione temporali, quia mittitur ad renovationem a Filio: & in hoc exiſtere naturaliter a Filio, dicit quod eſt complementum ſanctæ Trinitatis. Ergo apparet, quod ſubſiſtentiam habet a Filio. Expletis teſtimoniis Latinis & Græcis, & omiſſis multis rationibus, quæ poſſent neceſſario induci, concludentibus hoc quod ſancti patres dixere, veniam ad ſolutionem domini Epheſini[f]. Tria dixit. Nam primo videbatur dubitare ex propoſitione, Qui a Patre procedit; & dicebat ſe habere a beato Gregorio theologo in ſermone de pentecoſte, quod hæc proceſſio erat ſibi propria, quod nullo modo poterat competere niſi Patri: & ſi fuiſſet communis Filio, non tacuiſſet. Ad id quod dicit, Filius non fecit mentionem de ſe, ita reſpondemus, quod propter unitatem naturæ in tribus perſonis juxta regulam omnium theologorum, quidquid de una perſona dicitur, neceſſario habet intelligi de alia, ubi non obviat oppoſitio relativi, quia noſtri & veſtri doctores dicunt, quod ſubſtantia continet unitatem, & relatio multiplicat, etiamſi ponatur ad unam perſonam dictio excluſiva, ut apparet in ſcriptura, ubi dicitur: *Nemo novit Patrem, niſi Filius*: ſequitur quod Spiritus non noſcat Patrem, nec Pater ſeipſum? certe non. Et cum dicit, *Nemo novit Filium, niſi Pater*, numquid Spiritus non novit Filium, aut Filius non novit ſe? certe novit. Ita de Spiritu ſancto in prima ad Corinthios, capite 2. cum dicitur: *Nemo novit quæ ſunt Dei, niſi Spiritus Dei.* Et patet quod loquitur de Spiritu ſancto, ut ſtatim dicit, Spiritus qui ex Deo eſt. Ergo concludit, quod nemo novit niſi Spiritus? Volumus dicere, quod Pater & Filius non cognoſcant quæ Dei ſunt? Ita cum dicit, *A patre procedit*, & non ponitur dictio excluſiva (quod eſt magis) non poteſt inferri: Igitur non procedit a Filio: & multa alia exempla ſunt. Dicit Chriſtus Patri ſuo: *Hæc eſt vita æterna, ut cognoſcant te ſolum Deum.* Numquid Filius & Spiritus non eſt verus Deus? certe ſic. Hæc eſt regula, quod propter unitatem ſubſtantiæ, quidquid dicitur de una perſona etiam cum dictione excluſiva, oportet quod non excluſæ videantur aliæ perſonæ, niſi ſit oppoſitio relativa: ſicut dicimus, quod Pater generat, hoc non poteſt communicari Filio, quia ſolus generans Pater eſt, & Filius generatus. Modo activa ſpiratio nullo modo repugnat Filio, quia Pater & Filius ſunt unum principium. Sic non ſequitur, quod hæc ſpiratio non communicetur Filio, ut textus

...decla-

a Lib. 11. 1. in fine.
Sapi. 7.
b Lib. 13. c. 1. circa med.
Joan. 14.
Joan. 15.
1. Joan. 5.
c Lib. 14. c. 1.
Rom. 8.
Joan. 14.
d Lib. 11. c. 1.
Eccli. 24.
Pſal. 103.
f Hic reſpondet Provincialis rationibus ab Epheſino ſupra coll. 20.
Matth. 11.
Joan. 17.



ANNO CHRISTI 1439.

declarat; cum dicit: *Cum venerit paracletus, quem mittam vobis a Patre, Spiritum veritatis, qui a Patre procedit*: dixit ſe principium, cum dixit Spiritum veritatis[a]: & cum dixit, *mittam*, expreſſit proceſſionem a Patre, ut etiam oſtenderet, ſe habere a Patre eſſe principium Spiritus ſancti. Dicit, *quem mittam vobis a Patre*, ſicut ſemper conſuevit Patri referre omnia, quia omnia habet a Patre, ut ibi: *Doctrina mea non eſt mea*: ut dicit ibi Auguſtinus. Si ergo in his verbis, licet dicat doctrinam non ſuam, ſua intelligitur, quanto magis per illa verba, *procedit a Patre*, intelligetur procedere a Filio, cum non dicat, Non procedit a Filio? Ad id quod dicebat de proprietate, neſcio ubi ipſe invenerit in ſermone Gregorii, quia ſemper facit conſequentiam quandocumque reperit, *procedit a Patre*: ipſe infert: Ergo non procedit a Filio. Quantum valeat iſta conſequentia, quilibet patrum poteſt judicare: quinimo nullus nec Græcus, nec Latinus auſus eſt dicere, quod non a Filio, & tamen Epheſinus ſemper intulit: Ergo non a Filio. Cum beatus Gregorius tradit notitiam proprietatum, ita dicit in dicto ſermone pentecoſtes: Omnia quæcumque Pater habet, ſunt Filii: omnia quæcumque Filii, Spiritus ſancti ſunt, ſi generationem exceperis. Nonne videtis quomodo bene ordinat has proprietates? Si Spiritus non haberet ordinem ad Filium, poſtquam dixit; Omnia quæ Pater eſt, hoc eſt Filius; ſtatim dixiſſet: Omnia quæ Pater eſt, hoc eſt Spiritus tanquam accipiens a Patre, & non a Filio. Modo quia abhorruit hunc ordinem, poſuit ordinem conformem aliis doctoribus, & eo modo comparavit Spiritum ad Filium; ut Filium ad Patrem, ſine ulla ambiguitate. Modo de proprietate nonquam dixit, quod eſſet ita proprium Spiritus ſancti, quod non procederet niſi a Patre: imo apparet quod proprium eſt Spiritus procedere a Patre & Filio, & hoc proprium proprie eſt Spiritus ſancti, quod procedat a Patre & Filio: ſed illa proprietas quæ eſt in Patre & Filio reſpectu Spiritus, quæ dicitur ſpiratio, vel virtus ſpirativa, illa non eſt ita proprie proprium Patris, quin conveniat Filio: & ſi bene ſtuduiſſet in theologia, dixiſſet ſic, quod eſt[b] differentia inter proprietates perſonales, & proprietates perſonarum, quia proprietates perſonales ſunt, quibus conſtituuntur perſonæ; non eſt autem proprietas qua conſtituatur Pater, vis ſpirativa: tamen dicitur proprium largo modo, & hoc oportet ponere in divinis, quia omnes doctores dicunt, quod eſſe ab alio competit Filio & Spiritui ſancto, & nullo modo competit Patri. Ita dicimus, quod vis ſpirativa competit Patri & Filio, & non Spiritui ſancto, & eſt proprietas quædam. Introducit ſecundo Epheſinus aliam auctoritatem, ubi adducit, quod Spiritus dicitur ex Deo, juxta Paulum, & quod nullo modo eſt a Filio, cum dicit: *Nos accepimus Spiritum, non qui ex mundo, ſed qui ex Deo eſt.* Et ad probandum hoc induxit auctoritatem Dionyſii & Athanaſii, quod Pater eſt fons deitatis. Sed ſi bene conſideraſſet intentionem auctoritatis apoſtoli, inveniſſet ſolutionem. Nam primo dicit apoſtolus, quod eſt Spiritus Dei: & volens hoc oſtendere, dixit, quod ex Deo eſt. Ita omnes doctores per hoc, quod dicitur Spiritus Filii, ſemper concludunt ſecundum modum apoſtoli, quod eſt ex Filio. Certe non ſequitur, quod non ſit a Filio, per rationes jam dictas, nec ſecundum Athanaſium & Gregorium tenendo Patrem fontem deitatis, ſequitur quod dicit Epheſinus. Et quidem prima radix, nempe Pater, non eſt ab alio, & eſt principium, ſed non producit Spiritum in quantum eſt Pater, ſed in quantum habet vim ſpirativam, & hanc communicat Filio: & ſecundum hoc ita eſt fons Spiritus ſancti Filius, ſicut Pater: nec ſunt duo fontes, ſed unus, quia fons ſecundum quod eſt fons Spiritus ſancti, communicatur Filio: & hoc dicit Athanaſius, quod Filius eſt fons Spiritus, ſed ideo dicitur prima radix Pater, quia hoc, quod Filius ſit fons Spiritus, habet a Patre. Poſtea intravit materiam concilii Nicæni, & dicit, quod ibi fuit quidam epiſcopus, qui reſpondit cuidam philoſopho, quod Spiritus procedit a Patre, & eſt proprius Filii. Quid ſequitur ex iſto? Concedimus, quod procedit a Patre, & eſt proprius Filii: & omnes doctores concludunt, quod procedat a Filio, quia eſt Spiritus Filii: & ſi produxiſſent librum originalem, diffuſius fuiſſet reſponſum. Quidquid ſit in facto, ego relinquo, quia non vidi originalia. Legatis in Græco.

AND. Legit in Græco.

PROV. Deinde adducit auctoritatem Cyrilli in epiſtola quæ incipit,[c] Exultent; ad oſtendendum, quod non ſit ex Filio, cum dicit, Meminimus dicentis: *Noli tranſgredi terminos*, &c. Poſtea dicit, quod illi patres, ſcilicet Nicæni, loquebantur de Spiritu ſancto qui ex Patre procedit, & non eſt alienus a Filio ſecundum unius eſſentiæ rationem. Et per hoc volebat dicere, quod Cyrillus intendebat hoc, quod eſſet ſolum unius eſſentiæ cum Filio, & quod nullo modo eſſet ab eo. Sed patenter ſupra oſtendi, quod ubicumque dicitur, Non eſt alienus ſecundum unius eſſentiæ rationem, ſemper ſubdit, quod Filius eſt principium Spiritus ſancti: & patet, quia ſubdit duas auctoritates Pauli apoſtoli[d]. Poſtea adducit Epheſinus auctoritatem Baſilii dicentis, Spiritum accommodatum Filio ſecundum naturam. De hac accommodatione non potui reperire[e], quia idem eſt dicere, eſſe accommodatum, quod datum Filio, quia Pater producendo naturaliter Filium, dedit ei ut ex eo procederet Spiritus ſanctus. Poſtea adducit auctoritatem Baſilii contra Sabellianos, ubi dicebat, Proprietatem familiaritatis Spiritus ad Patrem intelligo, cum ait, *Ex Patre procedit*: proprietatem Spiritus ad Filium, cum audio, *Si quis Spiritum Chriſti non habet, hic non eſt ejus.* Hæc auctoritas de qua fecit feſtum, clariſſimum eſt fundamentum opinionis noſtræ. Hæc enim eſt proprietas una, per quam Filius eſt ſecundus a Patre: & quoniam voluit intelligere proprietatem Spiritus ad Filium, ſecundum quam originatur, fundavit ſe in iſto, in quo omnes ſancti doctores fundant, quia dicitur Spiritus Chriſti. Ita dicunt omnes doctores veſtri, ita quod hæc auctoritas facit pro nobis: & do illi gratias, quia ex ore ſuo protulit veritatem hujus rei. Poſtea introducit concilium Conſtantinopolitanum, dicens ibi dictum[f], quod ex Patre procedit, & quod Gregorius ſanctus Theologus ibi fuit, & quod dixerunt proceſſionem a Patre, & non a Filio: & non adducit aliquam probationem, & ea facilitate qua dixit, eadem facilitate contemnitur, quia non valet conſequentia[g], ut probavi multis auctoritatibus. Adducit demum tertium

Joan. 15.
a Supra enim ex auctoritate Cyrilli probavit illud, veritatis, intelligi, id eſt Chriſti.
Joan. 7.
b De qua S. Thomas 1. part. q. 32. art. 3.
1. Cor. 2.
c Alias, Lætentur cœli, & exultet terra, in act. concil. Epheſ. parte 3. cap. 34. in fine.
d Vocantis Spiritum ſanctum Spiritum Jeſu, & Spiritum Chriſti. Sed auctoritatem aliam evidentem ſancti Cyrilli de proceſſione a Filio, vide ſupra ex ejuſdem epiſt. Cum ſalvator noſter: hac eadem collat.
e Quid ſcilicet voluerit ut videos inferre Epheſinus, qui hanc auctoritatem ſupra collatione 20. retulerat.
f In ſymbolo concilii.
g Scilicet, dicitur eſſe a Patre, ergo non eſt a Filio.

COLLATIO XXII.

tium concilium, & dicit; quod patres hujus A concilii poſtquam fecerunt diffinitionem, nulli alii licere aliam fidem proferre, & dixerunt etiam in fine [a] ſymboli hoc modo: Si qui deprehenſi fuerint aut epiſcopi, aut clerici, aut laici credentes, vel dicentes quæ ſcripta ſunt in expoſitione quam protulit Chariſius [b] presbyter de incarnatione filii Dei, [c] ſive ſcelerata & perverſa Neſtorii dogmata quæ ſubſcripta ſunt, ſententiæ hujus ſanctæ ſynodi ſubjaceat. Modo ipſe fecit mirabilem intelligentiam, & dixit, quod hic non fit mentio niſi de iis quæ ibi ſcripta ſunt in ſymbolo transformato de incarnatione Filii Dei, & non fit mentio de illa particula, quæ erat in eodem ſymbolo, quæ dicit [d], quod Spiritus non eſt Filius, neque a Filio eſſentiam B habens. Inde intulit, quod propter hoc illi patres non reprobaverunt illam particulam. Si bene legiſſet epiſtolam illam, Cum ſalvator noſter, quam ego allegavi [e], bene intellexiſſet, quomodo illa particula fuit reprobata. Item ſi intellexiſſet nonum capitulum de duodecim [f], quod eſt contra illam particulam, cum dixit: Si quis autem Chriſtum, quaſi ex aliena virtute glorificatum a Spiritu, & ab ipſo accipere, poſſe operari contra immundos ſpiritus, & adimplere in homines miracula, & non magis proprium ejus Spiritum dicit, per quem operatus eſt, anathema ſit. Hoc dicebat Cyrillus contra illud ſymboli Neſtoriani, quod Spiritus ſanctus non habebat eſſentiam a Filio; quia di- C cebat, quod aliena virtute operabatur: & hoc ponitur in decimatertia blaſphemia & decimaſexta, & propter hoc ſic apertiſſime damnatur talis opinio. Et hoc declarat ipſemet Cyrillus in apologia contra Theodoretum & contra orientales, qui impugnabant ſua capitula, & in ipſamet ſynodo Epheſina, ubi fuit dictum, ut declaret quomodo intelligebat, ita dixit [g], in brevi exponens nonum caput: Homo factus unigenitus Dei Filius permanſit & Deus; & ſubdit: Omnia exiſtens quæ & Pater, præter ſolum Patrem eſſe, & proprium habens Spiritum qui ex ipſo eſt, & ſubſtantialiter ſibi innatus operabatur divina miracula. Declaratque omnia quæ Patris ſunt, in Filio eſſe, & quod ha- D bet proprium Spiritum qui ex ipſo eſt, & ſubſtantialiter ſibi innatus; & ſubdit: Qui autem dicunt illum tanquam unum hominem Spiritus operatione clarificatum, eaque non ut divina & propria, ſed tanquam aliena utentem, nec non quaſi Spiritus gratia in cœlum eſſe aſſumptum, anathemati ſubjaceant. Legatis.

AND. Fuit lecta auctoritas in Græco.

PROV. Modo quia hic pater Epheſinus allegavit, quod ſanctus Cyrillus fecerat quamdam revocationem, allegans epiſtolam Theodoreti: dico, quod magis debemus credere Cyrillo, qui dicit, quod hoc illi opponebatur, in epiſtola quam ſcribit ad Acacium [h] in fine, ubi ſic ait: Si qua vero epiſtola a quibuſdam circumferatur, E tanquam a me de iis quæ Epheſi acta ſunt, jam dolente & pœnitentiam agente præſcripta, id quoque contemnatur: nam per gratiam ſalvatoris noſtri ſana mente ſumus, neque uſu rationis excidimus. Et ſic remanſit pura veritas Cyrilli, prout ipſe expoſuerat, & prout illa ſancta œcumenica ſynodus [i] approbaverat. Modo nil plus pridie produxit Epheſinus, & ſic non habeo aliis ſatisfacere, ex quo [illegible] aperte & manifeſte ex teſtimoniis ſcripturæ primo, deinde ex teſtimoniis tantorum patrum Latinorum & Græcorum qui fuerunt eodem tempore, & uno & eodem Spiritu illuminati; & quod mirandum eſt in hoc negotio, quod illamet fundamenta quæ habuerunt doctores Latini, illamet patres Græci acceperunt, ad probandum quod Spiritus eſſet a Filio, ut a Patre, & quod ſunt unum principium: alias poneretur diſtinctio in natura inter Patrem & Filium, ut Ariani volebant. Et quia quantum Spiritus ſanctus conceſſit, & ut ab hominibus quales ſumus, apertiſſime declarata ſunt omnia, in quibus Epheſinus dubitabat, non reſtat aliud, niſi quod dixit Marcianus imperator in Chalcedonenſi concilio, ubi viſa & declarata veritate per Leonem papam & totum concilium Chalcedonenſe, quod eam ſuſceperat, ita dixit: [k] Extremæ dementiæ eſt, in medio & perſpicuo die commentitium lumen quærere. Quiſquis poſt veritatem repertam aliquid ulterius diſcutit, mendacium quærit. Nobis videtur, quod hæc teſtimonia rem claram faciant, & ſi vellemus cum facibus diem clarificare, eſſet ridiculoſum. Ita videtur, ultra hanc tantam lucem & tam clarum ſenſum doctorum allegatorum, nil aliud ſit quam mendacium quærere. Quidquid tamen ſit, pro mea ſatisfactione functus officio meo in hac reſponſione, ſi quid reſtat apud aliquem ex vobis, quod ſit dubitativum, & velitis declarari, offero me & omnes patres meos paratos ad ſatisfaciendum de ea veritate quam tenemus.

ANNO CHRISTI 1438.

a Conc. Epheſ. part. 1. act. 6.

b Scilicet Chariſius expoſuerat, & denunciaverat ſynodo hæreſes Neſtorii, eumque accuſaverat.

c pro id eſt.

d In actis ejuſdem concil. Epheſ. part. 1 act. 6. in ſymbolo depravato.

e Supra hac eadem collat. Cyrilli ſcilicet, in actis conc. Epheſ. part. 1. cap. 26.

f Quæ ſcilicet ſunt in eadem Cyrilli epiſt.

g In actis conc. Epheſ. part. 3. cap. 1. anathematiſmo 9. in ejus declaratione.

h In act. conc. Epheſ. part. 3. cap. 31.

i In ſupracitata declaratione in actis concil. Epheſ. part. 3. [illegible] anathematiſmo 9.

k In [illegible] conc. [illegible] part. 2. cap. 1.

AND. His expoſitis, ſilentium maximum perceptum eſt locutione finita: fuerat namque, loquente magiſtro, ad ejus verba quiſque intentus. Deinde his verbis expoſitis, metropolitanus Ruſſiæ hæc inquit.

RUSS. Quoniam reverendus pater in his duabus congregationibus multa dixit & diverſa, & a diverſis patribus orientalibus Græcis & Latinis, ac amplificando potius: nam veſtra paternitas vere locuta eſt in iis congregationibus per octo horas, & plus, ex quibus omnibus partim erant auctoritates ſanctorum, quæ pro nobis faciebant, partim occidentalium communium: quoniam anima noſtra accipit per ſenſus, præſertim ea quæ dicuntur, per auditum; ea autem quæ prolixe dicuntur, adducunt ſatietatem ad aures, quia infeſta eſt auribus ſatietas verborum, quia ſenſus auditus læditur, nec poteſt omnia tranſmittere ad animum, quæ prolixe dicuntur. Propterea volumus, quæ per veſtram paternitatem dicta ſunt, ut in ſcriptis etiam detis nobis eas auctoritates allegatas in iis libris qui fuerunt Latinorum, ut partim nos poſſimus conferre cum auctoritatibus quæ apud nos reperiuntur, partim ut legamus in iis libris, ut melius intelligamus. Poſtea circa iſta omnia diligenter conſiderabimus.

CARD. [l] Non currit ſolus in ſtadio, tanquam velit currere ſine diſputante: ideo deſideravissemus, ut Epheſinus principaliter adfuiſſet, & neſcimus qua de cauſa abfuerit. Juſtum fuiſſet, ſicut Provincialis eum audivit, ita ipſe audiſſet: & licet dominus Epheſinus non fuerit, fuerunt alii ſocii, & dominus Provincialis dixit ſe paratum ſatisfacere, & rogavit imperatorem, ut venire faceret Epheſinum. Quantum ad exhibitionem ſcripturarum, veſtri ſcriptores ſcripſerunt, & noſtri: cum dominus Epheſinus dixit, Provincialis non diſtulit reſponſionem propter habendas copias. Ita rogamus, ut reſponſio non differatur: & ſi ſcriptores non plene



ANNO CHRISTI 1439.

recollegerunt omnia quæ nolumus occultare, ſed A dicere ſuper tecta, ſumus contenti, ut noſtri ſcriptores & veſtri conveniant in S. Franciſco, & portabimus libros, & faciemus fieri copiam de libris noſtris: & rogamus ut ipſi veniant, & die Jovis vos expectamus.

*Omiſſis diſputationibus, exhortante ſummo pontifice, dogma proceſſionis Spiritus ſancti a Patre & Filio deſcribitur in cedula. Interim patriarcha Græcorum moritur. Et cum ſint potius tractatus de modo terminandi & perficiendi unionem, quam diſputationes publicæ, ideo non amplius in collationes dividuntur.*

Num. II.

ANDREAS. His diſſoluta eſt dici illius con- B ventio. Supervenerunt feſta paſchalia, viſumque eſt ſancto illo tempore diſciplinis ſolemnitatibuſve vacandum. In octavis paſchalibus cum per Latinos fieret inſtantia, ut ad propoſita reſponderent, inſtatum eſt per Græcos, ut media tractarentur concordiæ: ſi hoc reſponſionum defectu actum ſit, cogitet qui intelligit. Cœpit imperator ſingulis quaſi diebus cum papa & certis aliis convenire, multaque adinvicem tractata ſunt, quæ quia publice geſta non fuerunt, non aliter ? referenda duxi. Audio ab his qui interfuere, multa quæſiſſe media, ut abſque eorum robore componeretur concluſio proceſſus Spiritus ſancti, ut non viderentur a veritate abſque colore alieni foiſſe. Sic per C totum Aprilis & Maii menſem decurſum eſt. Spe igitur concludendæ rei diffidentibus Latinis patribus, ſummus pontifex ut Latinorum honori conſuleret, ut cunctis innoteſceret, Græcorum cauſa a veritatis cognitione diſceſſum, ſeparatim ab imperatore, metropolitas aliosve Græcorum patres convocavit prima Julii, patribuſve Latinis & Græcis præſentibus, his verbis allocutus eſt.

PAPA. Venerabiles fratres, & dilecti filii, tot animi corporiſve anguſtiis, terræ mariſve per veſtrum quemlibet laboribus ſuperatis, non conſideratis ſumptibus, pro veritatis indagine, dimiſſa civitate noſtra Bononienſi, ad Ferrarienſe concilium perſonaliter me contuli, ne quid D deficeret; ſolemnibuſque ibidem diſputationibus habitis, neceſſitate ſuadente, tranſalpinas ad has Tuſciæ partes media hieme, ut ſanctum hoc unionis opus complementum ſuſciperet, venimus, ætatis, temporis, intemperiei, [a] viarum diſcrimini minime parcentes, hoc demum in loco de proceſſione Spiritus ſancti gravibus pluſve diſputationibus auditis, miramur, quod res hæc concluſionem non capiat. Adducta eſt ſtatera de ſcripturis ſanctis, ut juſto libramine, privatis ſecluſis affectibus, veritatem indagaremus, & ſanctis auctoritatibus auditis, nulla per vos orientales patres reſpondebantur; nec veritatem Sole clarius apparentem profitemini? Oro per miſericordiam Dei noſtri, ut veritatem amplectamini, & ſi facere deſiſtitis, ut cauſa detis, quare hoc E non intenditis facere. Requiro vos præſentibus & ſpecialiter requiſitis notariis noſtris, offerentes nos, ut ſi quid reſponſionum offertis, illas beniguiſſime audire, & eiſdem clariſſima per nos dare reſponſa.

AND. Aderant ſpecialiter accerſiti die illa protonotariorum plurimi, tantaque verbis iis Græcorum aſtantium mentibus reverentia allata extitit, ut ad lacrymas plurimos devotione veniſſe conſpectum ſit: Ruſſiæque metropolita reſpondit vice orientalium patrum hoc modo.

COLLATIO XXII.

RUSS. Beatiſſime pater, audivimus quæ ſanctitas veſtra protulit: cogitabimus, ut veritati locus ſit, & ſanctitati veſtræ reſponſum dabimus.

ANDR. De proximo irrepſit fama, quod plurimi ex Græcorum patribus, qui hactenus nil expreſſerant, ad imperatorem Græcorum & patriarcham acceſſerunt, aſſerentes quod poſtquam Deus veritatem eiſdem patefecerat, illam ſequi intendebant, & quod patriarcha gratantiſſime eiſdem hoc optaſſe profeſſus eſt. Erat namque pater venerabilis ad hanc ſanctam unionem ſumme intentus. Dietim in publicum prodibant patrum ſententiæ, ſicque imperatore id pariter aſſerente, omnium orientalium conſenſu (Epheſino quodam, quem diſputantem adduximus, excepto) accerſitis Latinorum patribus in hanc cedulam pariter convenere.

QUONIAM in hoc ſacro œcumenico concilio, omnipotentis Dei gratia, nos Latini Græcique convenimus pro ſancta unione inter nos aſſumenda, & ſtudioſe invicem curavimus, ut articulus ille de proceſſione Spiritus ſancti magna cum diligentia & aſſidua inquiſitione diſcuteretur; prolatis vero teſtimoniis de divinis ſcripturis, plurimiſque auctoritatibus ſanctorum doctorum orientalium & occidentalium, aliquibus quidem ex Patre & Filio, quibuſdam vero ex Patre per Filium procedere dicentibus Spiritum ſanctum, & eamdem intelligentiam aſpicientibus omnibus ſub vocabulis variis: Nos Græci affirmavimus, hoc quod dicimus, Spiritum ſanctum ex Patre procedere, non hac mente dicere, ut excludamus Filium; ſed quoniam opinati ſumus Latinos dicere Spiritum ſanctum ex Patre & Filio, tanquam a duobus principiis & duabus ſpirationibus, abſtinuimus a dicendo, quod Spiritus ſanctus procedat ex Patre & Filio. Nos autem Latini aſſerimus, quod id quod dicimus, Spiritum ſanctum ex Patre Filioque procedere, non hac mente dicimus, ut excludamus Patrem, ut non ſit principium totius deitatis, Filii ſcilicet, & Spiritus ſancti; aut quod id quod Spiritus ſanctus procedit a Filio, Filius a Patre non habeat; ſive quod duo aſſeramus eſſe principia, ſive duas ſpirationes, ſed quod unum tantum aſſerimus eſſe principium, unicamque ſpirationem Spiritus ſancti, prout hactenus aſſeruimus.

IN nomine igitur ſanctæ Trinitatis Patris & Filii & Spiritus ſancti, in hac demum ſancta ac Deo cara unione eodem ſenſu, eadem anima; eademque mente nos Latini & Græci conſentimus & concordamus, ut ab omnibus Chriſtianis hæc fidei veritas credatur & ſuſcipiatur: & ita profitemur, quod Spiritus ſanctus ex Patre & Filio æternaliter eſt, & ex utroque æternaliter tanquam ab uno principio, & unica ſpiratione procedit. Declarantes, quod id quod ſacri doctores & patres dicunt, ex Patre per Filium procedere Spiritum ſanctum, ad hanc intelligentiam tendit, ut per hoc ſignificetur, Filium quoque eſſe ſecundum Græcos quidem cauſam, ſecundum Latinos vero principium ſubſiſtentiæ Spiritus ſancti, ſicut & Patrem; & quoniam

COLLATIO XXII.

quoniam omnia quæ Patris ſunt, Pater ipſe unigenito Filio ſuo gignendo dedit, præter eſſe Patrem: hoc ipſum quod Spiritus ſanctus procedit ex Filio, ipſe Filius a Patre æternaliter habet, a quo etiam æternaliter genitus eſt. Lætatæ ſunt illico omnium mentes, rem jam deſperatam & naufragam ad ſalutarem veritatis portum deductam, de miraculo perveniſſe prædicantes. Et vere non hominis opus extitit, ſed veritatis ipſius. Anhelabat pater ille antiquus aſpectu venerabilis, infirmitate gravatus, Conſtantinopolitanus patriarcha, ut ſeſſio fieret; ſed aderant ex noſtris plures, qui aſſerebant, & primatus papæ, & conſecrationis, & purgatorii dogmata eſſe primitus profitenda per orientales patres, antequam ad eccleſiæ Romanæ unionem accederent. Sicque hac difficultate ſtante, decima Junii poſt Solis occaſum dolor maximus patriarcham invaſit, quo demum ea nocte deceſſit: ſed ante obitum cedulæ præmiſſæ proceſſionis Spiritus ſancti propria manu ſubſcripſit, ac regulæ ſanctæ matris eccleſiæ ſe humiliter ſubmittens, interiit. Tot tantaque viſa ſunt totalis reductionis ſigna, quod ſummus pontifex, ſacro Latinorum approbante cœtu, ad eccleſiæ communionem admiſſum [a] injunxerit, magnoque cum prælatorum comitatu, aſtantibus ſingulis reverendiſſimis cardinalibus, Græcis eorum more ſacris indutis veſtibus funeralibus, decantantibus in eccleſia ſanctæ Mariæ Novellæ, ubi palatium apoſtolicum eſt, ſepultura conditus eſt, ubi & hi verſus tumulo adſcripti ſunt.

a Lege, innuxerit. H.

*Eccleſiæ antiſtes fueram qui magnus Eoæ,*
*Hic jaceo magnus religione Joſeph.*
*Hoc unum optaram, miro inflammatus amore,*
*Unus ut Europæ cultus & una fides.*
*Italiam petii, fœdus percuſſimus unum;*
*Junctaque Romanæ eſt me duce Graia fides.*
*Nec mora; decubui, nunc me Florentia ſervat,*
*Qua nunc concilium floruit urbe ſacrum.*
*Felix, qui tanto donarer munere vivens,*
*Qui morerer voti compos & ipſe mei.*

*Dogma de purgatorio, quod etiam auctoritatibus ſanctorum patrum comprobatur, deſcribitur in cedula.*

Num. III.

Mors hæc rem longius protulit, volentibus Latinis patribus dubia cuncta diſcuti, utque purgatorii doctrinam reciperent, repetierunt eiſdem cedulam quamdam Ferrariæ eiſdem deductam, purgatorii normas continentem.

LUD. Quis erat tenor cedulæ?

AND. Continebat ſanctorum dicta, quibus purgatorium eſſe probabatur. Cedulæ continentia hæc extitit.

b In hanc cedulam, ut dicit Andreas, convenerant Ferrariæ, poſtmodum fuit firmata Florentiæ, ut ſtatim hic ſubdit, & tandem in ſupra diffinitionem [illegible]

*Deputatorum cedula de purgatorio.*

Quia circa purgatorii veritatem Romanæ eccleſiæ fidem exprimi poſtulaſtis, in his ſcriptis breviter reſpondemus, quod ſi vere pœnitentes [b] in caritate deceſſerint antequam dignis pœnitentiæ fructibus de commiſſis ſatisfecerint & omiſſis, eorum animæ poſt mortem purgantur, & ad pœnas hujuſmodi relevandas proſunt eis fidelium vivorum ſuffragia, miſſarum ſcilicet ſacrificia, orationes, eleemoſynæ, & alia pietatis officia. Illorum autem animæ, quæ poſt ſacrum baptiſma ſuſceptum nullam omnino peccati maculam incurrerunt; illæ etiam quæ poſt contractam peccati maculam, vel in ſuis manentes corporibus, vel eiſdem exutæ, prout ſuperius dictum eſt, ſunt purgatæ, in cœlum mox recipiuntur. Illorum autem animæ, qui in mortali actuali peccato, vel cum ſolo originali decedunt, mox in infernum deſcendunt, pœnis tamen diſparibus puniendæ: & nihilo minus in die judicii omnes homines ante tribunal Chriſti cum ſuis corporibus comparebunt, reddituri de factis propriis rationem.

ANNO CHRISTI 1439.

Digentibus autem illis nobis hoc non eſſe dogma orientalis eccleſiæ, & audire cupientibus, quibus auctoritatibus ſacræ ſcripturæ ac ſanctorum patrum, quave ratione hoc eſſet fundatum; nos deputati [c] juxta doctrinam beati Petri, parati reddere rationem omni petenti de ea quæ in nobis eſt fide, veſtræ poſtulationi quæ principaliter de purgatorio eſſe videtur, hac ſatisfactionis reſponſione pro nunc ſatisfaciendum duximus: ſi autem de reliquis per nos modo dictis rationem popoſceritis, illis etiam, Spiritu ſancto nos inſtruente, cum caritate fraterna ſatisfacere curabimus. Declaratur primo ex veteri teſtamento in libro Macchabæorum, ubi dicitur: *Sancta & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, ut a peccatis ſolvantur.* Sed pro defunctis qui ſunt in paradiſo, non opus eſt orare, quia nullo indigent; nec pro illis qui ſunt in inferno, quia a peccatis ſolvi aut purgari non poſſunt. Sunt igitur aliqui, qui poſt hanc vitam mundanam a peccatis ſolvi aut purgari poſſunt. Declaratur per id quod in novo teſtamento ſalvator inquit Marci tertio: Si quis blaſphemaverit in Spiritum ſanctum, non remittetur ei nec in hoc ſæculo, neque in futuro. Et per apoſtolum Paulum in prima epiſtola ad Corinthios capite 3. ubi tractat de ædificante ſupra fundamentum, quod eſt Chriſtus, aurum & argentum, lapides pretioſos, lignum, fenum, ſtipulam; & tunc ſubdit: *Dies enim domini declarabit, quia in igne revelabitur; & uniuſcujuſque opus quale fuerit, ignis probabit. Si cujus opus manſerit, quod ſuperædificavit, mercedem accipiet. Si cujus opus arſerit, detrimentum patietur; ipſe autem ſalvus erit, ſic tamen quaſi per ignem.* Hæc verba de igne purgante in futuro ſæculo intelligi, ſeipſa declarant. Nam verbum illud, *ſalvus erit, ſic tamen quaſi per ignem*, de damnatis intelligi non poteſt, quia ſalvi non erunt, ſed in æternum peribunt. Neque de illis intelligitur, qui ſine peccato decedunt, quia de his proxime dixerat, *Si cujus opus manſerit*: qui autem ſine peccato moriuntur, nihil eſt, propter quod eos igne purgari oporteat. Reſtat, ut de aliis purgandis in alia vita, qui tamen ſalvabuntur, intelligatur. Declaratur etiam conſuetudine univerſalis eccleſiæ, tam Latinæ quam Græcæ, quæ pro defunctis orat, & orare ſemper conſuevit: cujus oratio profecto inutilis eſt, ſi purgatorium poſt mortem non ponatur: fruſtra enim oraret pro his qui jam ſunt in gloria cœleſti, vel in inferno. Auctoritate [d] ſacræ Romanæ eccleſiæ doctæ & inſtructæ a beatis apoſtolis Petro & Paulo,

c Dicit relat. 1. Andreas [illegible] deputatos ſexdecim ex Latinis, & alios ex Græcis, qui de his dogmatibus diſputarent, in quibus igitur convenerant, tunc ſunt deſcripta in cedula, modo ſcripſit Andreas.

3. Machab. 12.

1. Cor. 3.

d Scilicet declaratur auctoritate



ANNO CHRISTI 1439.

& ab aliis ſanctis pontificibus, qui innumeris fulſerunt miraculis, quoſque tam Græci quam Latini ut ſanctos venerantur: ipſa ſic ſemper tenuit, ſic ſemper prædicavit, etiam tempore unionis, & continue ante præſens exortum diſſidium. Declaratur hujus fidei noſtræ veritas auctoritate ſanctorum patrum Græcorum & Latinorum, & præſertim illorum, quos tam Latini quam Græci in univerſali concilio [a] receperunt, cujus verba ſunt hæc: Sequimur per omnia ſanctos patres & doctores eccleſiæ Athanaſium, Hilarium, Baſilium, Gregorium Nyſſenum, Ambroſium, Auguſtinum, Theophilum, Joannem Conſtantinopolitanum, Cyrillum, Leonem, Proculum; & ſuſcipimus quæ de recta fide & condemnatione hæreticorum expoſuerunt. Ex aliquibus ipſorum doctorum, & quibuſdam aliis pauca quidem brevitatis cauſa referimus. In primis beatus Auguſtinus in homilia de igne purgatorio exponens verba illa apoſtoli; *Fundamentum nemo aliud poteſt ponere, quam id quod poſitum eſt; quod eſt Chriſtus Jeſus*, ita ait: Multi ſunt qui lectionem iſtam male intelligentes, falſa ſecuritate ſe decipiunt, dum credunt, quod etſi ſuper fundamentum Chriſti crimina capitalia ædificant, peccata ipſa per ignem tranſitorium poſſint purgari, & ipſi poſtea ad perpetuam gloriam pervenire. Intellectus iſte, fratres cariſſimi, corrigendus eſt, quia ipſi ſe ſeducunt, qui ſic de talibus blandiuntur. Illo enim tranſitorio igne, de quo dicit apoſtolus; *Ipſe autem ſalvus erit; ſic tamen quaſi per ignem*; non capitalia, ſed minuta peccata purgantur. Idem Auguſtinus in vigeſimoprimo libro de civitate Dei, capite decimotertio; Temporarias pœnas alii in hac vita tantum, alii poſt mortem, alii & nunc, & tunc, verumtamen ante judicium illud ſeveriſſimum noviſſimumque patiuntur. Et in vigeſimo capite inquit: Non enim de quibuſdam veraciter diceretur, quod non eis remittetur neque in hoc ſæculo, neque in futuro, niſi eſſent, quibus etſi non in iſto, tamen remittetur in futuro. Idem Auguſtinus in libro de cura pro mortuis gerenda: In Macchabæorum libris legimus oblatum pro mortuis ſacrificium: ſed etſi nuſquam in ſcripturis veteribus omnino legeretur, non parva eſt univerſæ eccleſiæ, quæ in hac conſuetudine claret, auctoritas, ubi in precibus ſacerdotum, quæ domino Deo ad ejus altare funduntur, locum ſuum habet commendatio mortuorum. Idem Auguſtinus in eodem libro: Non ſunt prætermittendæ ſupplicationes pro ſpiritibus mortuorum, quas faciendas pro omnibus in Chriſtiana & catholica ſocietate defunctis, etiam tacitis nominibus eorum ſub generali commemoratione ſuſcepit eccleſia: ut quibus ad iſta deſunt parentes aut filii, aut quicumque cognati vel amici, ab una his exhibeantur pia matre communi. Idem Auguſtinus in libro de pœnitentia dicit: Purgandus eſt igne purgatorio ille, qui in aliud ſæculum diſtulit fructum converſionis: his autem ignis etſi æternus non ſit, miro tamen modo eſt gravis. Idem Auguſtinus in quodam ſermone de mortuis, qui incipit, Omnium Chriſtianorum ſpes: Itaque, inquit, orationibus eccleſiæ, & ſacrificio ſalutari, & eleemoſynis quæ pro eorum ſpiritibus erogantur, non eſt dubitandum mortuos adjuvari, ut cum eis miſericorditer agatur a domino. Hoc enim a patribus traditum univerſa obſervat eccleſia, ut pro eis qui in corporis & ſanguinis Chriſti communione defuncti ſunt, cum ad ipſum ſacrificium loco ſuo commemorantur, oretur. (Et infra) Non enim ambigendum eſt iſta prodeſſe defunctis, qui ita vixerint ante mortem, ut poſſint hæc eis eſſe utilia poſt mortem. Sanctus quoque Ambroſius exponens verbum illud, *Ipſe autem erit ſalvus*: per hoc enim dicit illum ſalvum futurum, ſed pœnas ignis paſſurum, ut per ignem purgatus fiat ſalvus. Beatus Gregorius ſummus pontifex in quarto libro dialogi ſui plurima exempla ac revelationes adducit, probans eſſe purgatorium, & inter alia inquit: Qualis hic quiſque egreditur, talis in judicio præſentatur; ſed tamen de quibuſdam culpis eſſe ante judicium purgationis ignem, credendum eſt, pro eo quod veritas dicit: *Quia ſi quis in Spiritum ſanctum blaſphemias dixerit, neque in hoc ſæculo, neque in futuro remittetur ei.* In qua ſententia datur intelligi, quaſdam culpas in futuro poſſe relaxari. Quod enim de uno negatur, continenter intellectu patet, quia de quibuſdam conceditur. Magnus etiam ſanctus Baſilius in orationibus, quæ in vigilia pentecoſtes genu flexo dici ſolent, in una earum, cujus principium eſt, Æternaliter fluens, &c. ſic pro mortuis orat: Exaudi nos deprecantes, & da requiem animabus ſervorum tuorum prædormientium patrum noſtrorum ac fratrum, ceterorumque cognatorum, omniumque in fide nobis conjunctorum. In ſequenti vero oratione, cujus principium illud eſt, Domine omnipotens Deus pater miſericordiæ, ſic ait: Exaudi nos humiles ſupplicantes, & ſupplices tuos deprecantes, & da requiem animabus ſervorum tuorum prædormientium in loco lucido, in loco viventi, in loco refectionis, unde dolor, gemitus & mœſtitia longe depulſa ſunt, & ſtatue ſpiritus eorum in tabernaculis juſtorum pacis atque remiſſionis. In exequiis vero mortuorum [b] ſic vice defuncti ſalvatorem alloquitur: Imago ſum tuæ ineffabilis gloriæ, quamvis feram ſtigmata peccatorum figmenti tui, domine miſerere, & pietate tua me purga, patriamque deſideratam largire, & iterum paradiſi curiæ reſtitue. Gregorius Nyſſenus in dialogo [c] de conſolatione & ſtatu animarum poſt mortem, introducit loquentem & dicentem Macrinam ſororem B. Baſilii & ſuam, poſt ipſius Baſilii mortem. Neque enim odio aut vindictæ ſtudio dolores infert Deus his qui male vivendo peccaverunt, (& infra) Et quemadmodum immixtam auro materiam expurgantes per ignem, non ſolum quod adulterinum eſt, igne liquefaciunt, ſed purum quoque aurum neceſſario una cum mixto liquatur, & remanet quod purum eſt, adulterino conſumpto: ita cum vitioſitas purgatorio igne aſſumitur, neceſſe eſt ut anima quæ cum vitioſitate eſt unita, in igne ſit, donec inſita omnis adulterina materia atque commixtio auferatur igne conſumpta. Idem Gregorius in libro, quem de his qui dormiunt, ſcripſit, ſic inquit: " Donec igitur poteſtas manet in natura, ut evitetur malum, hoc adinvenit divina ſapientia conſilium, ut hominem ſineret in his quæ vellet, ut guſtatis quæ concupierat malis, expertuſque ex quibus commutaſſet, ſponte ad priorem beatitudinem ac deſideranter accurreret, vitioſum atque omne irrationabile veluti grave pondus excutiens, ſive in vita præſenti ſumma intentione ac ſapientia expurgatus, ſive poſt hujus vitæ per ignis purgatorii expiationem. Hujus etiam purgatorii, de quo nunc nobis eſt ſermo, teſtis eſt etiam beatus Dionyſius in capite

a In concil. Lateran. ſub Martino papa I. conſultatione 5. concil. Tom. II part. 2. edit. Colonienſ. & in 5. ſynod. act. 3. eodem tomo.

* Vide ſupra ſuis locis.

1. Cor. 3.

Ibidem.

Cap. 1.

COLLATIO XXII.

1. Cor. cap. 3.

Matth. 12.

b Habentur in Euchol.

c Alias, de anima & reſurrectione, ultra medium

COLLATIO XXII.

pite 7. eccleſiaſticæ hierarchiæ, ubi de oratione loquens, quam hierarcha ſuper eo qui dormit, facit, ita dicit: Poſtea procedens divinus hierarcha orationem ſanctam facit ſuper eo qui dormit. (& infra) Oratione quidem precatur hierarcha divinam bonitatem, ut dimittat ei qui dormit, omnia quæ per humanam fragilitatem peccavit, & deducat ipſum in lucem & regionem viventium, in ſinus Abrahæ, Iſaac & Jacob, unde aufugit dolor, triſtitia & gemitus. Accedat & ſanctus Epiphanius. Contra * Arium blaſphemantem [a], ac inter cetera dicentem, non prodeſſe defunctis viventium preces, ita inquit: Denique quod defunctorum recitamus nomina, quid eo utilius potuit fieri, quid eo opportunius & mirabilius, quam ſi credamus, B qui hic ſtamus, eos qui hinc defuncti ſunt, vivere, neque eorum interiiſſe ſubſtantiam, ſed eſſe eos & apud dominum vivere, ut religioſum dogma prædicetur, quo qui pro fratribus precantur, bene de illis ſperare conſtat, quaſi peregre profectis. Nam & juſtorum memoriam facimus, & peccatorum: peccatorum quidem, ut iis a domino miſericordiam imploremus. Conſonat prædictis Damaſcenus in quodam ſermone de ſuffragiis mortuorum dicens: Myſteriorum conſcii diſcipuli ſalvatoris & ſacri apoſtoli, in tremendis & vivificis myſteriis memoriam fieri eorum qui fideliter dormierunt, ſanxerunt. Quem refert beatus Thomas in 4. ſentent. diſtinct. 45. [b] in primo art. ſeptimo declaratur præfata veritas C ratione divinæ juſtitiæ, quæ nihil inordinate factum impunitum relinquit, & quæ juxta menſuram delicti, ut inquit ſcriptura, [c] conſtituit plagarum modum. Cum ergo pro quolibet peccato homo certam mereatur pœnam, ſi hanc in iſto ſæculo non ſolvit, exigit divinæ juſtitiæ ordo, ut in futuro ſatisfaciat, alioquin impunitus remaneret: ſed ſi quis contritus decedat, hujuſmodi pœnam non ſatisfaciet in inferno, juxta illud [d]: *Peccator in quacumque hora ingemuerit, vita vivet, & non morietur*: quod de vita æternali intelligere oportet. In cœlo autem pœnam peccatorum non ſolvet, quia repugnat munditiæ cœleſti: domus enim eſt gaudii, non luctus. Reſtat igitur, ut præter paradiſum & infernum D aliquis alius aſſignetur locus, in quo hujuſmodi exerceatur purgatio: qua facta cum deſinit eſſe pollutus & inquinatus, mundusque efficiatur, ad Deum videndum & fruendum confeſtim evolat.

* Arium ſcribi debuit.
[a] Adverſus hæreſ. 57. alias 75. num. 7.
[b] Quæſt. 2.
[c] Deut. 25.
[d] Ezech. 33. Sic a doctoribus paſſim citatur hic locus & intelligitur de genuine contritionis. Ceterum juxta vulgatam & LXX. legitur, *In quacumque die converſus fuerit ab impietate ſua*.

AND. Hæc fuere quæ de purgatorio prodita ſunt, diebus certis adinvicem diſcuſſa, & Græci cum Latinis patribus in hanc cedulam convenere.

SI vere pœnitentes in Dei caritate deceſſerint, antequam dignis pœnitentiæ fructibus de commiſſis ſatisfecerint & de omiſſis, eorum animas pœnis purgatoriis poſt mortem purgari, & E ad pœnas hujuſmodi relevandas prodeſſe eis fidelium vivorum ſuffragia, miſſarum ſcilicet ſacrificia, orationes & eleemoſynas, & alia pietatis officia, quæ a fidelibus fieri conſueverunt, ſecundum eccleſiæ inſtituta; illorumque animas, qui poſt ſacrum baptiſma ſuſceptum nullam omnino peccati maculam incurrerunt, illas etiam quæ poſt contractam peccati maculam, vel in ſuis corporibus, vel eiſdem exutæ, prout ſuperius dictum eſt, ſunt purgatæ, in cœlum mox recipi, & intueri clare ipſum Deum tri- A num & unum, ſicuti eſt, licet alius alio perfectius: illorum autem animas, qui in mortali actuali peccato, vel ſolo originali decedunt, mox in infernum deſcendere; pœnis tamen diſparibus puniendas.

ANNO CHRISTI 1439.

*Deſcribitur in cedulis, licitam fuiſſe additionem; Filioque; & corpus Chriſti ſive in azymo, ſive in fermentato pane triticeo veraciter confici. Item ſummum pontificem eſſe totius eccleſiæ caput, & de ordine patriarcharum.*

AND. ET quia circa primatum & conſecrationem ſanctiſſimi corporis domini noſtri Jeſu Chriſti ſupererant dubia; & quia quæſtio, an licuerit Romanæ eccleſiæ addere ſymbolo, in ſuſpenſo remanſerat, Latini patres cedulas has Græcis exhibuere. Prima hujus continentiæ fuerat. Nov. 1D

Diffinimus inſuper, explanationem verborum illorum, Filioque, veritatis declarandæ gratia, imminente tunc temporis neceſſitate, licito & rationabiliter ſymbolo fuiſſe appoſitam. Alia vero hoc modo erat.

Item in azymo, ſive fermentato pane triticeo corpus domini veraciter confici; ſacerdotes quoque in altero ipſum domini corpus conficere debere, juxta ſuæ Latinæ vel orientalis eccleſiæ conſuetudinem.

Item diffinimus, ſanctam apoſtolicam ſedem, & Romanum pontificem ſucceſſorem eſſe beati Petri verticis apoſtolorum, & verum Chriſti vicarium, & totius eccleſiæ caput, & omnium Chriſtianorum patrem & doctorem exiſtere, & in univerſum orbem tenere primatum, & ipſi in beato Petro paſcendi, regendi & gubernandi univerſalem eccleſiam a domino noſtro Jeſu Chriſto plenam poteſtatem traditam eſſe, quemadmodum etiam in geſtis œcumenicorum conciliorum, & in ſacris canonibus continetur.

Renovando inſuper etiam ordinem traditum a canonibus ceterorum venerabilium patriarcharum [e], ut patriarcha Conſtantinopolitanus ſecundus ſit poſt ſummum papam Romanum; tertius vero Alexandrinus, quartus vero Antiochenus, & quintus Hieroſolymitanus, ſalvis videlicet privilegiis & juribus eorum.

[e] Hæc & alia omnia contenta in cedula probantur infra.

Quibus exhibitis, quia Græci nondum aliqua ſuper his ultimis concluſionibus a noſtris ſenſerant, petiere, ut aliqua ſuper his audirent: deputataque extitit dies, quo die ſummo pontifice, imperatore Græcorum, ceteriſque orientalis occidentaliſve eccleſiæ patribus præſentibus, deputati fuere duo, qui ſuper his Romanæ eccleſiæ præcepta brevi ſermone differerent, Provincialis videlicet, & dominus de Turrecremata, ambo prædicatores fratres.

ANDREAS. Venit Provincialis, & dominus de Turrecremata; & incepit Provincialis hoc modo.

PROV. De mandato ſanctitatis veſtræ, pater beatiſſime, & benedictione, quia jubet ſanctitas veſtra circa materiam articuli primatus ut dicam aliqua propter terminos & verba propoſita in cedula noſtra, ut veritas domino imperatori pateat, & alii patres eccleſiæ orientalis manifeſte intelligant, quod omnia illa verba ſunt



ANNO CHRISTI 1439.

bene fundata in ſanctis doctoribus ab eccleſia approbatis, ſecundum ordinem illorum verborum, brevibus pertranſibo. Sic in fine cedulæ dicebatur: Item ſimiliter diffinimus ſanctam ſedem apoſtolicam, & Romanum pontificem ſucceſſorem Petri. Iſta eſt prima conditio quæ attribuitur Romano pontifici, quia eſt ſucceſſor Petri: & quod ſibi ſuccedat eadem auctoritate & poteſtate, ſic oſtendimus. Nam in ſeptima ſynodo œcumenica, prout recitatur in ſecunda actione illius ſynodi, ſanctiſſimus Hadrianus papa ſcribens Conſtantino & Irenæ, & toti concilio [a], in ea decretali epiſtola, ubi inducit plures auctoritates pro veneratione imaginum, inter cetera de beato Petro ſic ait: Nam ipſe B princeps apoſtolorum beatus Petrus, qui primitus apoſtolicæ ſedi præſedit, ſui apoſtolatus principatum, ac paſtoralis curæ, ſucceſſoribus ſuis qui in ſua ſanctiſſima ſede perenniter ſeſſuri ſunt, dereliquit, quibus auctoritatis poteſtatem, quemadmodum a ſalvatore noſtro domino Deo ei conceſſa eſt, ipſe quoque contulit, ac tradidit divino juſſu ſucceſſoribus ſuis. Ex quibus verbis evidentiſſime conſtat Romanum pontificem in eadem poteſtate Petro ſuccedere, quam & Petrus a ſalvatore noſtro habuit: & quia multæ alienæ auctoritates circa hoc poſſent adduci, & in probandis reliquis particulis adducentur, venio ad aliam partem. Sequitur in C cedula, Et vicarium Jeſu Chriſti. Hæc particula in ſe non habet difficultatem, quia clarum eſt, quod ille dicitur vicarius, qui ſuper aliqua recipit vices ejus. Quod Petrus remanſerit vice Chriſti in terris, patet ex evangeliis. Nam Chriſtus fundavit eccleſiam ſuper Petrum, quæ ſuper ſe fundata erat, eique contulit claves univerſaliter & generaliter, cum dixit: *Tibi dabo claves regni cælorum*: neminem excepit de toto Mundo. Ex quo ſequitur, quod ipſe poteſt omnes ligare, & a nemine ligari. Cum ergo vices Chriſti habeat in terris, ſequitur quod eſt vicarius: & cum Romanus pontifex ſuccedat in eadem poteſtate, ut probatum eſt, ſequitur quod eſt vicarius Chriſti. Ideo dicunt D ſancti doctores, quod Chriſtus Petrum principem apoſtolorum conſtituit, ut eccleſia ipſa unum principalem Chriſti haberet vicarium, ad quem univerſa membra recurrerent, ſi forte inter ſe diſſentirent. Quod ſi diverſa capita eſſent, unitatis vinculum rumperetur. Sequitur in cedula, totius eccleſiæ caput, omnium Chriſtianorum patrem & magiſtrum exiſtere. Quod ſit caput, ita oſtenditur, & primo ex ipſa VII. ſynodo, [b] ubi dicitur in epiſtola Hadriani ad ipſum Taraſium, quod ipſe omnium eccleſiarum caput exiſtit. Et probatur ex quarta ſynodo Chalcedonenſi in principio ſynodi, cum Paſchaſius [c] & Lucentius E aperirent mandatum eorum, dixerunt: Leo epiſcopus omnium eccleſiarum. Item in epiſtola orbiculari, quam totum concilium Chalcedonenſe miſit ad papam Leonem, in qua petebant confirmationem eorum quæ facta fuerant in concilio Chalcedonenſi, inter cetera de beato Leone ita [d] dicunt: Dominicam agnitionem, quam nobis dominus ſalvator contulit ad ſalutem, ut catenam auream venientem uſque ad nos conſervaſti, vocis beati Petri omnibus interpres conſtitutus, quibus tu ut caput mem- A bris præpoſitus præeras, per eos qui tuam continebant vicem, rectum ei conſilium demonſtrans. Item circa finem ipſius epiſtolæ ita dicunt: Rogamus igitur, & tuis decretis honora noſtrum judicium, & ut nos conſenſum bonum capiti contulimus, ita & caput filiis, quod decet, adimpleat. Multæ ſunt aliæ auctoritates & plura teſtimonia ſanctorum, quibus hoc idem probari poteſt: ſed brevitatis cauſa, cum hæc probatio concludat, ad alia venio: ex qua auctoritate etiam probatum conſtat manifeſte, quod univerſalis eccleſia quomodocumque conſideretur, ſive ſit congregata, vel non, habet rationem membrorum reſpectu Romani pontificis, & ſemper Romanus pontifex præponitur ut caput membris. B Quod ſit omnium Chriſtianorum pater, patet ex Chalcedonenſi concilio. Nam circa finem quinti actus, cum debebat diffinitio concludi, cum magnificentiſſimi judices inſtarent pro parte Marciani imperatoris, ut additio [e] fieret ſecundum ſententiam Leonis papæ, omnes epiſcopi ſynodi clamarunt, acceptare quod dixerant judices [f], & quod juxta omnium noſtrum patris Leonis ſententiam terminatam hoc tenemus, & credimus, quod patris omnium Leonis confeſſio habet. Et ſic habetur, quod ſi erat pater omnium exiſtentium in Chalcedonenſi concilio, quod ſit pater omnium, quia ibidem omnes Chriſtiani repræſentabantur. Sequitur in cedula, Atque eidem [g].

[a] In quo fuit lecta & approbata, ut infra dicit etiã cardinalis.
[b] Act. 2.
[c] Alias, Paſchaſinus.
[d] Concil. Chalced. par. 3. c. 3.



C AND. Interpoſuit cardinalis ſancti Angeli, quod Chryſoſtomus ſuper Joannem vigeſimonono capite, ſuper verbo, *Sequere me*, dicit ſic: Si autem quis dicat, quomodo Jacobus accepit ſolus Hieroſolymam, dicam quod iſtum Petrum orbis ordinavit doctorem. Et in epiſtola Agathonis ſynodica recitata in ſexto concilio [h] dicitur, quod præcepto Dei habet papa imbuere & inſtruere populum Chriſtianum: & in eadem auctoritate Joannis Chryſoſtomi ſequitur, quod magna prædixit dominus, & orbem Petro commiſit, & martyrium prædixit.

PROV. Quod ipſe ſit doctor totius fidei Chriſtianæ, oſtenditur ex epiſtola beatiſſimi A- D thanaſii ſynodica, quam ſcripſit beatiſſimo Felici papæ, dicens ſic inter cetera: Tu profanarum hæreſum atque omnium imperitorum depoſitor, ut princeps & doctor & caput omnis orthodoxæ doctrinæ & immaculatæ fidei exiſtis. Cum omnes Chriſtiani in fide conveniant & convenire debeant, ipſe ponitur doctor immaculatæ fidei propter privilegium conceſſum Petro. Sequitur in cedula: Atque ipſi in beato Petro principe apoſtolorum.

CARD. Omiſiſtis, in orbemque omnem tenere primatum.

PROV. Verum eſt, & hoc oſtenditur. Nam in epiſtola Hadriani ad Taraſium patriarcham Conſtantinopolitanum inter cetera, ut patet in E ſeptimæ ſynodi actione ſecunda, ſic dicitur: Sedes beati Petri in omnem terrarum orbem primatum tenens refulget, & caput omnium eccleſiarum Chriſti exiſtit. Item ſanctus Anacletus papa ordinatus presbyter a ſancto Petro, in tertia ſua decretali epiſtola, quam omnibus epiſcopis ſcripſit, inter cetera ſic dicit: Sacroſancta Romana eccleſia non ab apoſtolis, ſed ab ipſo domino ſalvatore noſtro primatum obtinuit, ſicut ipſe Petro dixit: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram*, &c. Matth. 16. Ex quo patet, quod ſedes Petri & Romana eccleſia dicitur habere primatum ratione Petri, quia

COLLATIO XXII.

[e] Duas ſcilicet naturas eſſe in Chriſto inconfuſe & inſeparabiliter.
[f] Judicum verba hæc fuere: Ergo addite diffinitioni ſecundum judicium patris noſtri Leonis.
[g] Provinc. tranſibat ad probationẽ verborũ cedulæ, *& ipſi in beato Petro paſcendi*, &c. & omittebat probationem verborum *Chriſtianorum dominorum* &c. Ideo cardin. ſupplet.
[h] Act. 4.

COLLATIO XXII.

quia per hoc quod dixit, *Tu es Petrus*, &c. om-
nis poteſtas derivatur in ſedem apoſtolicam per
ſucceſſionem ſedentium in ea. Hoc idem ſan-
ctus Julius papa ſcribens omnibus orientalibus
epiſcopis, ita inter cetera dicit ᵃ: Dudum a
ſanctis apoſtolis ſucceſſoribuſque eorum in an-
tiquis decretis ſtatutum eſt, & ſancta apoſto-
lica eccleſia tenet (& loquitur de ſynodo Ni-
cæna, cum ipſe fuerit ſecundus a Silveſtro ᵇ
papa) non deberi concilia celebrari abſque
ſententia Romani pontificis, neque epiſcopos
damnari, quoniam ſanctam Romanam eccleſiam
omnium eccleſiarum primatum habere volue-
runt, ut dominus ait; unde omnibus eccleſiis
prælata eſt. Multæ aliæ ſunt auctoritates, ſed
cauſa brevitatis hæ ſufficiant. Sequitur in ce-
dula (atque eidem ſedi, & Romano pontifici
in beato principe apoſtolorum, paſcendi, re-
gendi & gubernandi univerſalem eccleſiam, ple-
nariam traditam eſſe poteſtatem.) Et quia
primus punctus eſt, paſcendi, hoc probatur
verbis evangelii ita clare, ut non egeat pro-
batione. Nam cum actus paſcendi ſit actus pa-
ſtoris, cum Petro fuit dictum, *Paſce oves meas*,
abſolute factus eſt paſtor omnium ovium: &
non diſtinguens has oves & alias, intelligitur
univerſas ei eſſe commiſſas. Cum ergo & apo-
ſtoli ſint oves Chriſti, nullus eſt, qui inſigni-
tus nomine Chriſtiano poſſit dicere, quod non
ſit conſtitutus ſub prælatura Romani pontificis:
& ut ſequamur formam, volo probare duobus
teſtimoniis. Beatus Hadrianus in epiſtola ᶜ ad
Taraſium ſic ait: Unde & idem beatus Pe-
trus voce domini paſcens eccleſiam, nil diſſo-
lutum reliquit, ſed tenuit ſemper & retinet
principatum. Cum dicat, Nil diſſolutum ᵈ
reliquit, ſequitur, quod ſub ejus cura omnes
includere voluit. Item in ſexta ſynodo in e-
piſtola Agathonis papæ, quam Conſtantinopo-
lim deſtinavit ᵉ, in qua tomum fidei ſcripſit
contra errorem eorum, qui dicebant unam vo-
luntatem & operationem in Chriſto, in eapo-
nit multa dicta ſanctorum, quæ extenſis mani-
bus a tota ſynodo cum multa veneratione ſu-
ſcepta eſt; inter cetera ſic dicit: Adnitente
præſidio beati Petri apoſtoli, qui ſpirituales
oves eccleſiæ ab ipſo redemptore omnium æ-
terna diſpoſitione paſcendas ſuſcepit, hæc apo-
ſtolica ejus eccleſia nunquam ad aliquam er-
roris partem deviavit, cujus auctoritatis ſan-
ctionem, utpote apoſtolorum omnium princi-
pis, ſemper catholica Chriſti eccleſia ᶻ & om-
nes univerſales ſynodi amplexæ ſunt, omneſque
venerabiles patres apoſtolicam ejus doctrinam
amplexi: (& infra.) Hæc eſt ſpiritualis ma-
ter veſtri imperii apoſtolica eccleſia, quæ per
Dei omnipotentis gratiam a tramite apoſtolicæ
veritatis nunquam errabunda ſuccubuit, ſed ut
a principio Chriſtianæ fidei percepit ab apo-
ſtolorum Chriſti principibus, illibata fine te-
nus manet, ſecundum ipſius ſalvatoris pollici-
tationem, quam ſuorum apoſtolorum principi
in ſacris evangeliis faſſus eſt, dicens: *Petre,*
*Petre, ecce ſatanas expetivit vos, ut cribraret ſi-*
*cut triticum: ego autem rogavi pro te, ut non*
*deficiat fides tua; & tu converſus confirma fratres*
*tuos.* Conſideret tua clementia, quod ipſe do-
minus, cujus fides eſt, qui fidem Petri non de-
fecturam promiſit, confirmare eum fratres ſuos
admonuit: quod apoſtolicos pontifices meæ
exiguitatis prædeceſſores confidenter feciſſe ſem-
per, cunctis eſt cognitum. Et in hac auctori-

ᵃ Epiſt. 1. tom. 1. concil. Colonienſ. impreſſ. in Julio, quam iterum refert infra Provinc.
ᵇ Cujus tempore celebrata fuit ſynod. Nic. & ſic Julius habebat plenam notitiam canonum ſynod. Nic. de quibus ſupra diximus.
Joan. 21.
ᶜ Paulo ſupra citata.
ᵈ Id eſt nullam ovem liberam abire permiſit, ſed omnes ſub ejus cura incluſit.
ᵉ Sexta ſynodus act. 4. Conſtant. Heracl. & Tiberio Auguſtis incipit, Conſiderant.
Luc. 22.

ANNO CHRISTI 1439.

tate tria manifeſte aſſeruntur. Primo, quod
paſcere omnes oves ſit commiſſum Petro & ſuc-
ceſſoribus ſuis. Secundo, quod ſedes apoſtoli-
ca nunquam in aliqua erroris parte depreſſa eſt,
ſed ſemper manſit immaculata in fide. Tertio,
quod tanta eſt ejus auctoritas, quod univerſa-
lis eccleſia & univerſæ ſynodi ſemper fideliter
ſecutæ ſunt, & patres catholici ſemper ſuſcepe-
runt ejus apoſtolicam doctrinam, & quod illa
verba (ut non deficiat fides tua) intelliguntur
de ſede apoſtolica, & quod ſit immunis ab
hæreſi, atque confirmationem omnium fratrum
titubantium in fide ad ipſam ſedem & Roma-
num pontificem pertinere. Sequitur in parti-
cula, paſcendi, & convocandi. Quod actus
hic ſpectet ad Romanum pontificem, probatur
etiam ex illa epiſtola orbiculari, quam patres
Chalcedonenſis ᶠ concilii ſcripſerunt ad Leo-
nem papam, in qua ſic dicunt, loquentes de Dio-
ſcoro & de malis per eum factis: Super hæc
omnia, & furorem ſuum contra eum qui cuſto-
diam vineæ ſuſcepit, dicimus de ſanctitate ve-
ſtra, excommunicationem excogitavit, qui cor-
pus eccleſiæ adunare feſtinavit. Si ergo Leo,
qui erat ſucceſſor Petri, habebat adunare cor-
pus eccleſiæ, ergo convenienter ponitur convo-
candi. Sequitur verbum, regendi. Iſta par-
ticula ſatis conſtat ex dictis, quia ſi eſt prin-
ceps, ſi eſt caput, ſi eſt rector; ergo habet re-
gere, quia ad paſtorem ſpectat regere oves.
Et brevitatis cauſa unum teſtimonium deduco
Anacleti papæ, qui ᵍ in epiſtola ſic dicit:
apoſtolica ſedes caput eccleſiæ, ut prælatum
eſt, a domino & non ab alio inſtituta: & ſi-
cut cardine oſtium regitur, ſic hujus ſanctæ
ſedis apoſtolicæ auctoritate omnes eccleſiæ,
domino diſponente, reguntur. Et Leo papa
in ſermone ſuæ conſecrationis ʰ ſic dicit de hoc
regimine: De toto Mundo unus Petrus eligi-
tur, qui & univerſarum gentium vocationi,
& omnibus apoſtolis, cunctiſque eccleſiæ patri-
bus præponatur, ut quamvis in Chriſti eccleſia
multi ſacerdotes ſint, multique paſtores, om-
nes tamen Petrus regat, quos principaliter re-
git Chriſtus. Magnum & mirabile, dilectiſſi-
mi, huic viro conſortium potentiæ ſuæ tribuit
divina dignatio, & ſi quid cum eo commune
ceteris voluit eſſe principibus, nunquam niſi
per ipſum dedit, quidquid aliis non negavit.
Sequitur particula, gubernandi. Quod hoc ſpe-
ctet ad Romanum pontificem, probo teſtimo-
nio Leonis in alio ſermone ᵃ ⁱ, ubi ſic dicit:
Soliditas illius fidei, quæ in apoſtolorum prin-
cipe eſt laudata, perpetua eſt: & ſicut perma-
net quod in Chriſto Petrus credidit, ita ma-
net quod in Petro Chriſtus inſtituit. Et infra.
Manet ergo diſpoſitio veritatis, & beatus Pe-
trus in accepta fortitudine perſeverans, ſuſce-
pta eccleſiæ gubernacula non reliquit. Et ſic
accepto gubernaculo per Petrum, & Romano
pontifici ejus ſucceſſori actus gubernationis ve-
riſſime competit. Sequitur (plenam poteſtatem
traditam) quod hoc ſit, apparet verbo ſalvato-
ris Matth. 16. quoad omnes caſus indiſtincte &
univerſaliter, cum dixit: *Tibi dabo claves;* &
*quodcumque ligaveris.* Quod etiam ſit plena
quoad territoria & omnia ſuppoſita, apparet
ex illo: *Paſce oves meas.* Ex quo nullum ſup-
poſitum excipitur, & uno teſtimonio deduco.
Nam beatiſſimus Leo in ſermone allegato ita ſe-
quitur ᵏ: Sic enim præ ceteris Petrus ordinatus eſt,
ut dum petra dicitur, dum fundamentum pro-
nuncia-

ᶠ In act. concil. Chalced. part. 3. cap. 2. de hoc iterum ſalutem, P.
ᵍ Epiſt. 3.
ʰ Serm. 4.
ⁱ Serm. 2.
Joan. 21.
ᵏ Serm. 3.



ANNO CHRISTI 1439.

nunciatur; dum regni cœlorum janitor conſtitui-
tur, dum ligandorum ſolvendorumque arbiter,
manſura etiam in cœlis judiciorum ſuorum de-
finitione præficitur, qualis ipſi cum Chriſto
eſſet ſocietas per ipſa appellationum ejus myſte-
ria noſceremus, qui nunc plenius & potentius ea
quæ ſibi commiſſa ſunt, peragit, & omnes partes
officiorum atque curarum in ipſo, per quem eſt
glorificatus, exequitur. Si quid ergo a nobis re-
cte agitur recteque diſcernitur, illius eſt operum
atque meritorum, cujus in ſede ſua vivit pote-
ſtas, & excellit auctoritas. Si ergo in ſede apo-
ſtolica ſedet poteſtas, apparet quod eſt ſuper om-
nes eccleſias. Et hæc ſufficiant quoad declaratio-
nem verborum.

CARD. Lectis epiſtolis Hadriani, legati ſedis
apoſtolicæ in ſynodo ᵃ dixerunt: Dicat ſynodus,
ſi admittit epiſtolas patris ſenioris Romani pon-
tificis. Reſponderunt: Sequimur, & admittimus
literas. Deinde nominati 330. epiſcopi, qui in
ſynodo erant, approbant dictas epiſtolas Hadria-
ni papæ, quæ non fuerunt ſolum Hadriani, ſed
ſynodicæ orientalium, quoniam in illis eſt dif-
finitio univerſalis concilii: & ita de epiſtolis
Agathonis, quæ fuerunt approbatæ in ſexta ſy-
nodo.

PAPA. Dicatis.

AND. Incepit dominus de Turrecremata,
qui ſecundus erat diſpoſitus ad loquendum,
hoc modo.

ᵃ Scilicet in 7. ſynodo act. 2. ex verſione Anaſtaſii. Nam in hoc card. eſt oſtendere quod epiſtolæ Hadriani papæ & Agathonis, e quibus ſupra deſumpſerat auctoritates Provinc. fuerant approbatæ in ſynodis orientalibus.

*Joannes de Turrecremata demonſtrat confici euchariſtiæ ſacramentum, ſive in azymo, ſive in fermentato; affirmans verius eſſe Chriſtum dominum conſecraſſe in azymo. Item verbis ſalvatoris tanquam forma, & non aliis fieri tranſubſtantiationem.*

Num. V.

TURRECR. JUſſu & ordinatione ſancti-
tatis veſtræ, pater beatiſſime,
dicam aliqua cum benedictione ſanctitatis ve-
ſtræ. De duabus particulis locuturus, quæ re-
ſpiciunt ſacramentum ſacratiſſimæ euchariſtiæ,
pauciſſimis agam, quia omnia quæ dicturus ſum,
ita puto clariſſima omnibus catholicis Chriſtia-
nis, ut non expediat abundare ſermone. Pri-
ma particula eſt, quod in azymo conficitur
ſacramentum, & in fermentato. In euchariſtia
duo ſunt conſideranda. Primum eſt materia,
ſecundum eſt forma conſecrationis: & de iſtis
duobus duæ ſunt particulæ ſituatæ in præſenti
cedula. Prima particula reſpicit materiam,
cum dicit in azymo pane, ſive in fermentato.
In hac particula duo ſunt conſideranda. Pri-
mum id quod eſt neceſſarium. Secundum quod
eſt conveniens, ſive rationabile: quoniam eſt
neceſſarium in materia hujus ſacramenti, quod
panis ſit de frumento. Quod autem ſit azy-
mus vel fermentatus, non eſt de neceſſitate ſa-
cramenti, ſed in utroque poteſt conſecrari:
& ideo dicitur in cedula, ſive in azymo, ſive
in fermentato. Ideo beatus Gregorius loqui-
tur in regeſto, quod Romana eccleſia offert azy-
mos, quia corpus ſumpſit puriſſimum ex virgi-
ne: aliquæ autem eccleſiæ offerunt fermenta-
tum, quia verbum carne indutum ſicut fermen-
tum unitur farinæ. Et circa primum conſideran-
dum, quod de neceſſitate ſacramenti non eſt,
quod ſit in azymo, vel in fermentato. Secun-
do conſideranda eſt convenientia, ſive rationa-

COLLATIO XXII.

bilitas: & ſecundum hoc dicimus, quod majo-
ri convenientia, ſive rationabilitate conficitur
in azymo, quam in fermentato: & ideo hanc
conſuetudinem tenuit & obſervavit ſancta Ro-
mana eccleſia. Hæc convenientia colligitur ex
tribus. Primo ex inſtitutione vel practica Chri-
ſti, quia Chriſtus legitur in azymo confeciſſe:
quod ex quatuor oſtendam. Iſta quatuor ſunt
quatuor auctoritates ſacri evangelii. Prima eſt,
quam habet Matthæus 16. capite, ubi dicitur.
*Prima die azymorum acceſſerunt diſcipuli ad Je-*
*ſum dicentes: Ubi vis paremus tibi paſcha?* Sed
in die azymorum non fiebat fermentum in do-
mibus Hebræorum. Ita habet lex Exodi 12. ca-
pite, ubi dicitur, quod in die azymorum non
ſit fermentum in domibus. Secunda auctoritas
eſt Marci evangeliſtæ capite 14. ubi dicitur ſic:
*Prima autem die azymorum, cum Judæi paſcha*
*immolabant, dicunt diſcipuli ad Jeſum: Ubi vis*
*paremus tibi, ut manduces paſcha?* Ex hac infer-
tur prout ex prima. Tertia auctoritas eſt Lucæ
22. ubi pariter loquitur: *Venit autem dies azymo-*
*rum, in quo neceſſe erat occidi paſcha: & miſit*
*duos, ſcilicet Petrum & Joannem, dicens: Eun-*
*tes parate, ut manducemus paſcha.* Sed dies in
qua erat neceſſe occidi paſcha, erat luna 14. in
qua cum azymis panibus agnus erat manducan-
dus. Ergo manifeſte ſequitur, quod Chriſtus
in ſua cœna pane azymo uſus eſt, & in eodem
confecit quem comedit. Ergo ſequitur, quod
in pane azymo confecit hoc ſanctiſſimum ſa-
cramentum. Quarta auctoritas eſt Matthæi 5.
*Non veni ſolvere legem, ſed adimplere.* Sed lex ſin-
gulariſſima veteris legis fuit, quod agnus paſcha-
lis comederetur cum pane azymo, ut clare appa-
ret capite 12. libri Exodi. Ergo ſequitur, quod
Chriſtus qui legem implevit uſque ad mortem,
in azymis confecerit. Nec dicendum, nec a
quocumque fideli credendum, quod beatus evan-
geliſta Joannes ſit ¹⁵ contrarius tribus evangeli-
ſtis, abſit hoc ab omni corde Chriſtiano, quod
in ſacra ſcriptura ponatur falſum: & inconve-
nientiſſimum eſſet dicere, quod diſcipuli Chriſti,
quibus ait: *Non vos eſtis qui loquimini, ſed Spi-*
*ritus ſanctus qui loquitur in vobis*, inveniantur
contraria dixiſſe in materia ſalvatoris. Eſt ergo
dicendum, quod in eodem ſenſu & ſententia e-
vangeliſtæ loquuntur, & ſolum ad aliquam vocis
differentiam referendum ſit, ſi aliqua videatur
differentia, quæ tamen nulla eſt, cum ex intelli-
gentia dicentis ſumenda ſit virtus ſermonis. Eſt
ergo ſciendum pro concordia evangeliſtarum,
quod dies feſtus, quem beatus Joannes dixit,
erat luna 15. & eſt notandum, quod conſuetu-
do erat legis antiquæ, quod in ſolemnitatibus
computabatur a veſpera ad veſperas dies feſti.
Igitur veſpera decimæquartæ lunæ, in qua Chri-
ſtus comedit agnum & confecit ſacramentum,
computabatur cum die feſto. Quando ergo di-
cit, *Ante diem feſtum*, hoc modo intelligenda
eſt intelligentia Joannis cum aliis; quod beatus
Joannes veſperam, in qua fiebat cœna, dixit
quod erat ante diem feſtum, propter diſtinctio-
nem dierum naturalium. Alii vero evangeliſtæ
eamdem veſperam vocant primam diem azymo-
rum, propter ritum Judaicæ ſolemnitatis, qui
diem feſtum a veſperis ſumunt: & ita patet,
quod nulla eſt diverſitas, nulla contrarietas in-
ter hos doctores eccleſiæ & organa Spiritus ſan-
cti. Hæc videntur mihi ſufficere, niſi quis aliqua
diceret contraria, quibus paratus ſum reſpon-
dere: ego enim, ut dixi, paucis contentus ſum;

Matth. 10.

COLLATIO XXII.

Conſequenter venio ad particulam, ubi tangitur forma conſecrationis, ubi dicitur ſic in cedula, quod verba ſalvatoris in confectione prolata, &c. Pauca dicam, quia neminem credo virum ſapientem, qui non debeat ſuſcipere hæc verba plena fide. Tangam auctoritatem ad probandum, quod per ſola verba ſalvatoris conficiatur corpus Chriſti. Prima auctoritas eſt beatiſſimi Chryſoſtomi in ſermone de proditione, poſt multa verba ſic dicit [a]: Non eſt homo, qui propoſita munera facit corpus, ſed qui pro nobis crucifixus eſt Chriſtus, figuram adimplens: adſtat ſacerdos verba proferens, ſed virtus & gratia eſt Chriſtus, *Hoc eſt corpus meum*, inquit. Hoc verbum propoſita munera tranſmutat; & ſicut vox illa quæ dixit, *Creſcite & multiplicamini, & replete terram*, &c. ſemel quidem dicta per omne tempus fit, opere noſtram naturam corroborans ad procreationem filiorum: ita & vox, *Hoc eſt corpus meum*: gratia vero & potentia Dei eſt, quæ omnia operatur. Secunda eſt auctoritas Damaſceni Græci ſapientis viri, qui in quarto ſententiarum ſuarum dicit, quod ſola operatione Spiritus ſancti ex pane fit caro Chriſti. Si ergo ſola operatione Spiritus formæ ſacramentales ſunt operativæ, ergo ſolius Dei verbum poteſt hoc facere. Item ad hoc videtur facere, quod Dionyſius Græcus ponit in fine eccleſiaſticæ hierarchiæ, qui dicit, in conſummativis formis ſacramentorum virtutes operativas eſſe ex Deo. Quarta eſt auctoritas beatiſſimi Ambroſii in utraque eccleſia clariſſimi, qui in libro de ſacramentis [b] ita loquitur: Panis in altari uſitatus eſt ante verba ſacramentorum; ubi accedit conſecratio, ex pane fit caro Chriſti. Et infra quærens cujus verbis & ſermonibus fit conſecratio, reſpondet, quod domini noſtri Jeſu Chriſti. Nam, inquit, per reliqua verba quæ dicuntur, laus Deo offertur. Oratione petitur pro populo, pro regibus, pro ceteris: ubi autem ſacramentum conficitur, non ſermonibus ſuis utitur ſacerdos, ſed ſermonibus Jeſu Chriſti. Hæc Ambroſius. Item beatiſſimus Auguſtinus in libro de Trinitate ſic inquit: Non omnis panis, ſed qui accipit benedictionem Chriſti, corpus Chriſti efficitur. Nunc venio ad aliquas rationes, quæ videntur dare convenientiam cedulæ noſtræ. Illius verbis ſacramentum conficitur, cujus virtute panis tranſubſtantiatur in corpus Chriſti. Iſta propoſitio eſt manifeſta verbis beatiſſimi Dionyſii, qui, ut ſupra jam tetigi, dicit quod in verbis ſacramentorum ſunt virtutes operativæ: ſed impoſſibile eſt, quod virtute cujuſcumque creaturæ fiat tranſubſtantiatio de pane in corpus Chriſti: igitur impoſſibile eſt, quod ex aliis verbis, quam ſalvatoris, fiat tranſubſtantiatio. Secundo arguo ſic. Chriſtus inſtituit hoc ſacramentum aut perfectum, aut imperfectum: non eſt autem dicendum, quod imperfectum fecerit. Deuteronomii 32. *Dei perfecta ſunt opera*: perfectio autem conſiſtit in materia & forma: ergo Chriſtus conficiendo ſacramentum dedit perfectam materiam & perfectam formam. Ulterius forma verborum perficit ſacramentum, ſicut dicimus in naturalibus, quod forma perficit materiam: ita forma ſacramentalis cadens ſuper debita materia, perficit ſacramentum. Unde beatus Auguſtinus dicit, quod forma verborum accedit ad elementum, & perficitur ſacramentum; ſed verba nullius ſancti poſſunt hoc facere, ſed Chriſti ſolum: ergo ſequitur de neceſſitate, quod in ſolius verbis ſalvatoris perficiatur ſacramentum. Quarto ita arguo. Chriſtus & apoſtoli qua forma uſi ſunt in hoc ſacramento? Clarum eſt quod non verbis in orationibus Baſilii, ſed verbis Chriſti, qui hanc imitationem & exemplum reliquit. Ergo ſolius ſalvatoris verbis nos debemus uti. Item quinto ſic arguo. Unitas eccleſiæ neceſſario fundatur in unitate fidei & unitate ſacramentorum, in iis quæ ſunt de ſubſtantia ſacramenti. Hanc non poteſt mutare eccleſia, nec totus mundus, niſi dominus mandaret: ergo neceſſe eſt, ut omnes fideles conveniant in hoc ſacramento, quod eſt conſummativum omnium ſacramentorum, ut dicit Dionyſius. Ergo neceſſarium eſt, quod eadem verba ſubſtantialia ſint apud omnes, quoniam addens aliqua ad verba Chriſti tanquam de ſubſtantia conſecrationis, jam mutat ſpeciem formæ eccleſiæ: & ſicut unitas addita numero mutat ſpeciem numeri, ita quælibet additio, ſi dicatur quod eſt de ſubſtantia formæ, facit mutationem formæ, & ſic non erit unitas in ſacramento. Notanter dico de ſubſtantia, quia varietas in aliquibus verbis, quæ non creduntur de ſubſtantia, non diceretur ſcindere unitatem ſacramentorum. Sic eſt de forma baptiſmi inter nos & vos, quia quidquid eſt de ſubſtantia baptiſmi, vos & nos habemus. Ita neceſſe eſt, ut in noſtra cedula, ſi debeat dari doctrina omnibus fidelibus, & maxime ſimplicibus qui poſſent dubitare, an alia verba ſanctorum quæ apponuntur, ſint verba de ſubſtantia conſecrationis, vel non, quod ponatur hoc, quod verbis ſalvatoris fit conſecratio: nec aliquis debet moveri per hoc, quod quis dicit, quod miſſale eſt ſcriptum manu magni ſancti. Aliud eſt dicere, hoc miſſale eſt unius ſancti; & aliud, quod ſanctus dicit, quod omnibus contentis in hoc miſſali conficiatur corpus Chriſti. Non eſt credendum beatum Baſilium, nec alium doctorem dixiſſe, quod aliis verbis quam Chriſti conficiatur corpus, quantumcumque ſunt multæ orationes & preces ibi. Hoc pro nunc ſufficiat.

[a] Homil. de proditione Judæ, quem locum vide etiam apud Arcadium in concordia eccleſiæ orientalis & occidentalis lib. 3. cap. 31. Luc. 22. Gen. 1.

[b] Lib. 4. de ſacram. cap. 4. Tom. I V.

AND. His dictis, papa his verbis uſus eſt.

*Summus pontifex hortatur Græcos ad unionem.*

PAPA. AUDIVISTIS quæ dicta ſunt ad complacentiam veſtram, vobis morem gerendo, non autem ut credamus, vos omnes non ea tenere, ut nos, ſpecialiter in conſecratione corporis domini noſtri Jeſu Chriſti, quod perficitur verbis Chriſti. Nec eſt credendum, quod aliquis doctor poſſit dare formam ex verbis ſuis confectioni corporis Chriſti. Viri ſanctiſſimi [c] non aliter crediderunt quam alii, qui omnes tenuerunt, quod ſolis verbis domini conficeretur: nec propter hoc ponitur in illa cedula, ut credamus, id vos non credere, ſed propter ruſticos. Materiam azymorum audiſtis, ſicut dictum eſt: non negamus etiam in fermentato poſſe confici; & quamvis multi orientales faciant in fermentato, & aliqui in azymis, eccleſia Romana facit in azymis: nec dubitamus, quod dominus noſter Jeſus Chriſtus ſicut nos concordavit in materia proceſſionis, quod convenimus etiam in iſta. Ad perfectionem igitur hujus operis videtur neceſſarium, ut ſuper illis quatuor articulis fiat diffinitio, ſcilicet (Num. VI.)

[c] Qui ſcilicet compoſuerit orationes præcedentes & ſubſequentes conſecrationis verba.



ANNO CHRISTI 1439.

ſcilicet de proceſſione Spiritus ſancti, de azymo & fermentato, de primatu Romani pontificis, de materia purgatorii: & quia inducta eſt materia additionis, licet ſuffeciſſet ſolum diſcuti veritatem, & diu in Ferraria de hoc diſputatum eſt, an illa verba, Filioque, eſſent [a] addita, & ſi licuerit. In omnibus diſputationibus introduxiſtis excommunicationem ſuper eccleſiam Romanam propter additionem: & licet multa fuerunt clare reſponſa, & ultimo per cardinalem ſanctæ Sabinæ; viſum eſt, quod illa verba fuerint per viam declarationis adjecta, & juſtum propter hoc ad perfectionem ſanctæ unionis videtur, ut fiat diffinitio, quod licite fuerit factum, & ſervatur honor per hoc Romanæ eccleſiæ, & ſervatur honor veſter. Et ideo rogamus caritates veſtras, ut hanc cedulam cum omni caritate factam placeat acceptare, quia in his non debet attendi niſi honor Chriſti; & cauſabit gratiam & concordiam & ſalutem omnium animarum Chriſtianorum, & ſperamus per iſta, quod dominus noſter Jeſus Chriſtus dabit voluntatem Chriſtianis, ut relevent illos Chriſtianos qui diu ab infidelibus fuerunt oppreſſi. Ex hac cedula fiet ſeſſio, & poſtea cum Dei gratia poſſumus ſuam excellentiam [b] expedire. Dedimus cedulam Ruſſiæ, Nicæno & Mitylenenſi, qui eam retinuerunt: ſi eſt publicata omnibus, placet: ſi non, faciemus omnibus publicari: & ea viſa, ſperamus quod omnes erunt contentiſſimi & in eadem opinione nobiſcum; & intendimus in omnibus conſervare honorem veſtrum, ſicut noſtrum.

[a] Id eſt, An eſſent additio, vel ſolum declaratio ejus quod implicite continebatur, & utrum hoc fuerit licitum Romanæ eccleſiæ.

[b] Alloquitur imperatorem.

AND. Imperator annuit prælatis & nobilibus, ut ad eum accederent, & adinvicem collocuti ſunt diu: deinde imperator.

IMPER. Beatiſſime pater, audivimus quæ dicta ſunt ab illis patribus, quæ ipſi nimis prolixe dixerunt, quibus reſpondere neceſſarium non videtur, nec in præſenti, nec in futurum.

PAPA. Nec fuit dictum, ut reſponderetur.

IMPER. Quia ſi vellemus particulariter reſpondere, egeremus tanto tempore, ſicut in præterito: & tempus non permittit mihi ſtare hic, quia ſtatui recedere cum iſtis galeis, quia videtur tempus meæ abſentiæ ſatis ſufficiens, etiam cum credam, quod Deus dederit mihi gratiam feciſſe id propter quod veni. Ideo patres ſciunt, quomodo reverendiſſimus dominus cardinalis una cum certis ad me venerunt, ſatiſque convenienter reſpondi: nihilo minus hoc quod requiſitum eſt a ſanctitate veſtra, potero cum meis conſulere; licet non videatur aliter poſſe deliberari, quam quod dixerim. Hæc pro nunc videntur ſufficere; conſiderabimus deinde cum noſtris. Quod autem tradatur illa cedula mihi, non videtur mihi neceſſe tradi aliam cedulam, quia ſum bene de illa informatus, de quibus contentis in illa cedula locuti ſumus cum cardinalibus, & habuimus informationem a noſtris metropolitanis.

PAPA. Illa dicta ſunt, non ut fiat reſponſio, & placet mihi ut non reſpondeatur. Quod feſtinetis ad receſſum cum galeis, etiam placet mihi, expedita materia unionis eccleſiæ: & ipſe [c] bene dicit, quod multum ſteterit, imo nimis. Et ſciatis, & omnes ſciunt, quod ita voluiſtis. Ante receſſum galearum eſt menſis cum dimidio, & ſunt treſdecim menſes, quod potuiſſent ſe expediviſſe ut nunc; & nos deſideramus ut revertatur cum pace & gloria: & placet ut conſideret cum ſuis ſuper illa cedula, & ſi quid voluerint dicere, reſpondebitur, & compatior ſibi & aliis antiquis [d].

[c] Convertit ſermonem modo ad imperatorem, modo ad alios præſentes.

COLLATIO XXII.

[d] Id eſt, ſenioribus.

IMPER. Video quædam mutata a dictis nunc, & per reverendiſſimos dominos cardinales: & miror, quod credatis nos velle ſuſcipere illam cedulam ſine diſcuſſione: & quoniam ſanctitas veſtra dixit, quod uſque ad receſſum galearum eſt terminus unius menſis cum dimidio, ſi videtur quod fieret aliqua proviſio mei receſſus ad Venetias, ſatis eſſet: ſed ſi non fiat hæc proviſio, omnino videtur aliter providendum.

PAPA. Etiam non facta unione, miſi nobilem de domo mea ad parandas galeas: & dixit metropolitis, ſperans omnia parata, & cum gloria & honore poſſe redire. Poteſtis dare operam ad cedulam, exinde nil deficiet.

IMPER. Tempus eſt nimium breve, cum proviſio facta per ſanctitatem veſtram non videatur ſufficiens, quia forte ille nobilis non ivit plene munitus: tamen hæc ſufficiant.

*Provincialis primatum & poteſtatem papæ doctiſſime demonſtrat: agitur de convocandis conciliis, & de privilegio Conſtantinopolitanæ eccleſiæ poſt Romanam.*

AND. DIE vigeſima Junii facta eſt præcedenti more conventio, ubi cunctis conventis, imperatore dempto, cœpit dominus cardinalis. (Num. VII.)

CARD. Sanctiſſimus dominus noſter dixit, ut exponerem cauſam hujus congregationis. Pridie, reverendiſſimi domini mei, dominus Firmanus & Venetiarum, & alii patres fuerunt ad dominum imperatorem, & inter alia ſua ſerenitas dixit, & per ſe, & verbo domini Nicæni, quod volebat informari de quibuſdam facientibus ad poteſtatem Romani pontificis: quia hora erat tarda, & oportebat habere conſilium ſanctiſſimi domini noſtri; ideo reſpondebimus, quod oportebat papæ referri. Sanctiſſimus dominus noſter habito conſilio cardinalium & concilii, deliberavit, ut hoc mane imperator & alii audirent; & ideo Provincialis incipiet dicere.

PROV. Multum carum haberet ſanctiſſimus dominus noſter, ut imperator adeſſet: ex quo non eſt, rogamus ut patienter audiatis, & audita referatis eidem, quia re vera omnia dicuntur cum magna caritate & ad optimum finem. De mandato & benedictione ſanctiſſimi domini noſtri, quia pridem cum reverendiſſimi domini cardinales & alii deputati coram domino imperatore eſſent, ſuper terminis poſitis in materia primatus ſedis apoſtolicæ, petiit ſerenitas ſua habere declarationem: & ut declaratio poſſit eſſe amplior, commiſit domino Nicæno, ut quædam moveret in contrarium, quibus reſponderemus. Et quia more diſputantium res hæc eſt introducta, juxta propoſitionem, reſpondebo ad motiva paternitatis ſuæ, ex quibus apparebit declaratio eorum quæ imperator petebat: & poſt mea verba paternitas ſua quid voluerit replicare, ſemper noſtra eccleſia & ego paratus ero declarare. Sed antequam incipiam reſponſionem primi motivi, oportet in paternitatem ſuam & me unum firmare fundamentum, ex quo patebit ſolutio ad unum ſuum quæſitum: & quia hoc eſt principaliter ponendum, ideo primo pono. Pridie declarando

COLLATIO XXII.

clarando particulas poſitas in illo capitulo [a], ego A adduxi teſtimonia ex certis epiſtolis quæ fuerunt directæ a ſede apoſtolica, & fuerunt ſuſceptæ cum magna veneratione ab illis œcumenicis conciliis, inter quas tres ſingulariter epiſtolæ fuerunt adductæ, epiſtola Chalcedonenſis ſynodi ad papam Leonem, & epiſtola Hadriani papæ directa illis imperatoribus, quæ fuit recitata in concilio; & alia beatiſſimi Agathonis papæ: & quoad has epiſtolas ita dicebatur [b], quod illa quæ nos inducebamus ex his epiſtolis, videbantur verba per modum honoris poſita, & videbantur, ut non facerent auctoritatem quam voluiſſent; ſed voluiſſent videre canones aut capitula conciliorum, ex quibus ea poſſunt colligi quæ ponuntur in cedula & capitulo primatus. B Ad hanc objectionem ſic reſpondeo, quod epiſtolæ illæ decretales, cum omnes eſſent epiſtolæ ſynodicæ, non minorem habent auctoritatem quam ipſi canones: imo videntur habere majorem auctoritatem, quia bene novit paternitas tua, quod in omnibus œcumenicis ſynodis, in quibus factæ ſunt diffinitiones fidei, antequam diffinitiones promulgarentur, oportebat adducere teſtimonia & epiſtolas ſanctorum, ex quibus patres conciliorum promulgabant diffinitiones & canones; ita quod id diffinitionum ſumebatur ex virtute teſtimoniorum. Et ſcitis, quod in tertia ſynodo pro ſoliditate diffinitionis, in epiſtolis Cyrilli, & illorum duodecim capitulorum, C inter alios ſanctos ibi adductos, adducitur epiſtola beati Julii papæ miſſa orientalibus, & Felicis papæ epiſtola: & ſi non fuiſſent auctoritatis ut canones, non fuiſſent adductæ: & cum eſſent epiſtolæ ſynodicæ [c], erant majoris auctoritatis quam canones qui fiebant in ſynodis, quia Spiritus ſanctus operatur in eccleſia Romana, ut in aliis conciliis. Epiſtola Agathonis papæ fuit magnæ auctoritatis, & fuit neceſſe, ut ipſe declararet auctoritate ſedis apoſtolicæ, ut daret auctoritatem confirmationis fidei quam fecerant: imo tantæ fuit auctoritatis, quod ſynodus ſexta œcumenica non fuit auſa addere ad diffinitionem factam in ſynodo Romana. Et hoc apparet ex epiſtola [d], D quam vos Ferrariæ ſæpius allegaſtis, ubi dans poteſtatem ſuis apocriſiariis dicit: Licentiam dedimus & auctoritatem apud tranquilliſſimum veſtrum imperium, dum juſſerit tua clementia, ſimpliciter ſatisfaciendi in quantum dumtaxat eis injunctum eſt, ut nil præſumant augere, mutare, vel minuere; ſed traditionem apoſtolicæ ſedis, ut a prædeceſſoribus pontificibus inſtituta eſt, ſimpliciter enarrare. Modo hanc commiſſionem dedit: ergo apparet, quod diffinitio facta in ſexta ſynodo fuit primo diffinita in ſynodo Romana, ut habetis in epiſtola Agathonis, quæ nomine ſuo & totius ſynodi ſcribebatur. Apparet etiam quod Martinus papa [e] in ſua ſynodo præcedenti, quam inte- E gram ʺ habemus, primo damnaverat, qui tenerent unam voluntatem in Chriſto. Cum ergo hæc epiſtola ſint tantæ auctoritatis, quod habeat diffinitionem contentam, nullo modo dicendum eſt, quod ſit minoris auctoritatis quam canones: imo ex hac epiſtola multa colliguntur teſtimonia. Dicit tota ſynodus Conſtantinopolitana [f]: Summus concertabat nobiſcum apoſtolorum princeps; ipſius enim imitatorem & ſedis ſucceſſorem habuimus fautorem, & divini ſacramenti myſterium per literas illu-

a Scilicet cedulæ, de quibus epiſtolis etiam paulo ante dictum eſt.

b Scilicet a Græcis.

c Scilicet Romanæ ſynodi, ut ſtatim infra.

d Relata in 6. ſynodo act. 4.

e Conc. Lateran. ſub Martino I. conciliorum tom. 2. part. 2. editione Colonien.

ʺ Græcum habes ſupra.

f Sexta ſynodo act. 18. in ſermone acclamatorio ad Conſtantin. imper. poſt meditum.

ſtrantem. Confeſſionem tibi a Deo ſcriptam illa antiqua Romana civitas obtulit, & dogmatum diem a ʺ veſpertinis partibus extulit: charta & atramentum videbatur: & per Agathonem Petrus loquebatur. Ergo dicendum eſt, quod decretales epiſtolæ hæ quæ in tantis negotiis fidei miſſæ ſunt, veritatem contineant, & quod nil contineant falſitatis, & ſint magnæ auctoritatis. Et ut finem faciam, quia paternitas tua eſt mecum concors, ut quæ dicimus ex teſtimonio ſanctorum magnorum patrum confirmemus, duo teſtimonia magna adduco ad oſtendendum quod decretales epiſtolæ quæ a ſummis pontificibus diverſis temporibus ſcriptæ ſunt, venerabiliter ſuſceptæ ſunt, & quod a principio naſcentis eccleſiæ uſque ad Nicænum concilium, & Clementis & Anacleti, & uſque ad illa tempora fuerunt, quorum auctoritas tanta eſt, ut cujuſlibet ſancti doctoris; & ideo Auguſtinus in libro de doctrina Chriſtiana [g] ſic dicit: In canonicis ſcripturis, catholicarum eccleſiarum quampluримum divinarum ſcripturarum ſolertiſſimus indagator auctoritatem ſequatur, inter quas ſane illæ epiſtolæ ſunt, quas ſedes apoſtolica habere, & ab ea alii meruerunt accipere. Ita quod hæ epiſtolæ ſecundum Auguſtinum inter catholicas ponuntur ſcripturas. Imo plus dicitur, quod contra auctoritatem harum epiſtolarum nec Auguſtinus, nec Ambroſius, nec alius doctor ſuam ſententiam defendunt. Hæc volui dicere ut fundamenta dicendorum, ut cognoſcatis, quod eccleſia Romana fundata in Petro per Chriſtum, magna cum gravitate ſemper proceſſit, & ex ſolidis fundamentis ſuas declarationes firmavit. Hoc quoad illud objectum. Modo in tuo primo motivo ſic reſpondeo. Cum dicis quod ſedes apoſtolica, & Romanus pontifex dicitur ſucceſſor Petri, & vicarius Chriſti, & pater, & doctor, & magiſter Chriſtianorum, prout deductum eſt in præcedenti diſputatione, quod hæc verba reperiuntur in epiſtolis, & non expedit amplius declarare, ſed ſolum vim vocabulorum dicere, dicebat imperator verbo ʺ Nicæni: Dicitis quod eſt pater & doctor, & magiſter Chriſtianorum; vellemus intelligere, an per hæc verba denotetur quædam reverentia, quia ſit primus inter omnes patriarchas, ut nos uni magno domino exhibeamus honorem: vel inducatur aliqua poteſtas ultra reverentiam, quia dicitur in cedula, Caput eccleſiæ. Reſpondeo cum correctione ſanctiſſimi domini noſtri & aliorum, quod hæc præeminentia non ſolum denotat reverentiam, ſed poteſtatem quamdam cujuſdam obedientiæ: & demonſtratur per ſcripturam divinam, & per textus veſtros. Quicumque enim præficitur alicui multitudini, ſive vocetur caput, ſive magiſter, ſive doctor, dummodo prælatus multitudini fiat, ſemper datur poteſtas quædam: & quod Petrus fuerit poſitus ſuper omnes apoſtolos, clarum eſt. Primo auctoritate ipſius glorioſiſſimi viri [h], qui exponens auctoritatem Joannis; *Paſce oves meas* (& habemus originale Græcum) ita dicit: Præteriens alios, Petro de talibus loquebatur: eximius enim apoſtolorum erat Petrus, & os diſcipulorum, & vertex collegii: & negatione delata, committit ei prælationem fratrum, dicens: *Paſce oves meas*. Si ergo committit prælationem apoſtolorum, & facit eum præſidentem omnium; ex hoc fundamento ſequitur ut ſit obedientia ad eum, ut ad prælatum.

Item

ANNO CHRISTI 1439.

ʺ occidentalibus.

g Lib. 2. c. 8. relat. c. in canonicis, diſtinct. 19.

ʺ Beſſarionis archiepiſcopi.

h B. Chryſoſtomum intelligit.

Joan. 21.



ANNO CHRISTI 1439.

Item quantæ auctoritatis ſit beatiſſimus Leo A papa & apud eccleſiam orientalem & occidentalem, ſatis conſtat, de quo dicit concilium Chalcedonenſe [a]: Nobis enim impenetrabilem omnis erroris propugnatorem Deus providit Romanæ eccleſiæ præſulem, & ad victoriam præparavit doctrinis veritatis, ei per omnia aſſiſtens. Hic in primo ſermone aſcenſionis [b], cujus initium eſt. Poſt beatam reſurrectionem, dicit: Dies qui inter reſurrectionem aſcenſionemque fluxerunt, non otioſo tranſiere decurſu, ſed magna in eis confirmata ſunt ſacramenta: in omnibus apoſtolis per inſufflationem domini infunditur Spiritus ſanctus, & beato Petro apoſtolo ſuper ceteros, poſt regni claves, ovilis dominici cura mandatur. Ecce quomodo B Petrus factus eſt prælatus omnium apoſtolorum, & ſuper omnes, in illis verbis, *Tibi dabo claves*: & illis, *Paſce oves meas*. Ita dicunt hi doctores. Et quod per hoc quod dicitur caput, denotet ſuperioritatem reſpectu aliorum membrorum, volo deducere ex veſtris libris. Reperio in ſexta ſynodo, quod beatus Agatho papa in ſuggeſtione ſua [c] poſtquam adduxit teſtimonia multorum patrum, ultimum teſtimonium eſt Juſtiniani imperatoris, qui multas leges edidit in favorem fidei, & illas leges poſuit in voluminibus ſuis, & fecit aliquos titulos de eccleſia & contra hæreticos & Manichæos, qui ſunt poſiti in libris ſuis. Ex illis habetis, quod Juſtinianus intelligebat pontificem Romanum C caput omnium eccleſiarum. Nam in libro de ſumma Trinitate [d] ſic ait: Omnes ſacerdotes univerſi orientalis tractus ſubjicere & unire ſedi veſtræ ſanctitatis properavimus, & ſubdit: Veſtræ ſanctitati, quæ caput eſt omnium eccleſiarum. Si ergo Juſtinianus ita dicit; ergo hac ratione quia dicitur caput, denotatur prælatio in eo, & obedientia in aliis. Ideo in eodem titulo ſcribit Joannes Juſtiniano, dicens [e]: Inter claras ſapientiæ manſuetudinis veſtræ laudes, clariore luce tanquam aliquod ſidus irradiat, quod amore fidei, quod caritatis ſtudio, edocti eccleſiaſticis diſciplinis, Romanæ ſedis reverentiam conſervatis, & ei cuncta ſubjicitis, & ad ejus deducitis unitatem, ad cujus auctorem, hoc D eſt, apoſtolorum primum, domino loquente, præceptum eſt, *Paſce oves meas*: quem eſſe omnium eccleſiarum caput, & patrum regulæ & principum ſtatuta declarant, & veſtræ pietatis beatiſſimi teſtantur affatus. Diffinitum eſt itaque, quod eſt caput. Qualis autem ſit hæc poteſtas, Paulus dicit: *Obedite præpoſitis veſtris, & ſubjacete illis: ipſi enim pervigilant, tanquam rationem reddituri pro animabus veſtris*. Unde hæc poteſtas quæ eſt in Petro & ſucceſſoribus, vocatur poteſtas ſpiritualis juriſdictionis, quæ eſt ordinata in ſalutem animarum omnium Chriſtianorum. Et circa hanc poteſtatem & clerici & laici ſunt ſubjecti: laici in his quæ concernunt ſalutem animæ, puta, ſi peccave- E rint, ad paſtorem ſpiritualem maxime ſpectat eos corrigere & retrahere, ut patet. Et ſic ſi facerent contra fidem, & ſicut aliqui imperatores fuerunt, qui perſecuti ſunt metropolitas, & oportuit habere recurſum ad apoſtolicam ſedem; & in ſimilibus caſibus; cum finis apoſtolicæ ſedis ſit pax eccleſiaſtici ſtatus, ut per hanc pacem perveniatur ad ſupernam gloriam. Propter hoc dicit Chriſtus: *Tibi dabo claves*: & eum paſtorem fecit, ut ducat oves ad paſcua ſupernæ vitæ. Et hujuſmodi exemplis omnes ſynodi

a In allocutione ad imp. par. 3. cap. 1.

b Ser. 1. c. 2.

Matth. 16.

c Sexta Synodo act. 4.

d Eſt epiſt. Juſtiniani ad Joan. papam II. Nos reddentes, C. de ſum. Trinit.

e Joannes papa I. Inter claras, C. de ſum. Trinit.

Joan. 21.

Hebr. 13.

Matth. 16.

ſunt plenæ. Scitis quantas perſecutiones habuit Athanaſius cum ſuis a Conſtantio imperatore, qui fuit Arianus: habuit recurſum ad ſanctum Felicem & Julium papam, qui cum omni caritate & ſolicitudine, ut capita eccleſiæ, defenderunt eum. Item Joannes Chryſoſtomus perſecutionem habuit, & ſemper protectus fuit a ſede apoſtolica. Flavianus in ſecunda ſynodo Epheſina ¹⁷ appellavit. Et ſic apparet, quod hoc non præjudicat poteſtati imperatoris, quia illa eſt in civilibus & temporalibus, hæc eſt eccleſiaſtica & ſpiritualis: & propter hoc jura imperatoris vocantur civilia, & eccleſiaſticorum canonica: & hæ ſunt duæ poteſtates, quarum una juvat aliam, & ideo Leo ita dicit: Tutæ res eſſe non poſſunt, niſi ea quæ ad divinam cognitionem pertinent, & regia & ſacerdotalis defendat auctoritas: & ideo dicitur, quod Deus fecit duo luminaria magna, & quia poteſtas ſpiritualis eſt nobilior propter finem cœli: ideo hæc poteſtas aſſimilatur Soli, alia Lunæ, propter finem terrenum. Hæc pro nunc ſufficiant, quod propter illa verba, Pater, caput & doctor, intelligimus non tantum reverentiam, ſed & poteſtatem: & ſic dicitur, Paſcendi & regendi, propter hanc poteſtatem. Alia difficultas quam tangebat imperator, hæc erat: An ad hanc poteſtatem ſpectet convocare eccleſiam, vel ne. Et quia putabam hanc partem indubitabilem, ideo pauca circa hanc dixi. Solum deduxi teſtimonium patrum Chalcedonenſis concilii, ſcribentium epiſtolam [f] orbicularem, cui omnes ſubſcripſerunt: & narrantes Leoni papæ quæ Dioſcorus geſſerat, dixerunt, quod inter alia mala ad excommunicationem proceſſit contra eum qui corpus eccleſiæ adunare feſtinat. Si ergo dicunt, Leonem coadunaſſe, videtur hoc ſufficere. Sed duco aliud irrefutabile teſtimonium, & poſtea declarabo quid ſit coadunare. Beatus Julius papa, cujus auctoritas allegatur in tertia ſynodo œcumenica, ſcribens omnibus orientalibus [g] ita dicit: Ipſi primæ ſedi eccleſiæ convocandarum generalium ſynodorum jura & judicia epiſcoporum ſingulari privilegio evangelicis, apoſtolicis & canonicis conceſſa ſunt inſtitutis, & ſubdit: Ipſa prælata eſt omnibus eccleſiis, quæ non ſolum canonum & ſanctorum patrum decretis, ſed domini noſtri ſalvatoris voce ſingularem obtinuit principatum: *Tu es*, inquit, *Petrus, & ſuper hanc petram*, &c. hæc Julius. Certe ſi ſedes apoſtolica, & Romanus pontifex eſt paſtor, & debet paſcere univerſalem eccleſiam, oportet quod habeat poteſtatem convocandi, ſi expediat. Numquid paſtor materialis ſi vult oves ducere, nonne convocat in unum, & dirigit eas? Sic eſſe paſtorem ſpiritualem non poſſet competere ſummo pontifici, niſi poſſet, occurrente neceſſitate, de omnibus Mundi partibus convocare: & hæ convocationes non fiunt niſi in maximis neceſſitatibus totius eccleſiæ, puta quando magnæ hæreſes emergunt: cum ad papam ſpectet, qui habet auctoritatem ſuper terram & ſuper eccleſiam, & alii patriarchæ, nonniſi ſuper certa parte. Hinc eſt quod expedit, ut ſuo aſſenſu hæ convocationes fiant: & iſtud eſt paſcere & confirmare fratres, ne deficiant in fide. Igitur habet jus convocandi. Duo ſunt objecta, primum de imperatoribus, & aliud de aliis patriarchis: putantes, eccleſiam conſtitutam in quinque patriarchis. Ad primum reſpondeo, quod etſi imperatores

COLLATIO XXII.

f Supra citatam num. 4. hujus collat. ex actis Conc. Chalced. par. 3. cap. 1.

g Epiſt. 1. ad orient. Con. tomitt. ſu Julio, cujus meminerunt Sozomenus, Socrates, Nicephorus, quos citat Bellarm. de Concil. lib. 1. cap. 2. penes quem plura de hac materia. Vide & Canonem 3. Hadriani papæ I. cum notis Antonii Auguſtini tom. 17. Conciliorũ reg. pag. 171.

Matth. 16.

COLLATIO XXII.

tores congregarent concilia; cum haberent monarchiam Mundi, hoc dicimus factum; ſed exequentes, conſentiente & mandante papa. Hoc probo auctoritate Leonis papæ. Nam ipſe inſtitit, ut congregaretur Chalcedonenſis ſynodus, & multas epiſtolas ſcripſit imperatori Theodoſio, quod eccleſia erat vulnerata in ſecunda ſynodo Epheſina quam [a] improbavit, & fecit diffinitionem, quæ fuit obtenta in Chalcedonenſi ſynodo: & eo mortuo, & facti imperatores Valentinianus & Marcianus, ſtatim ſcripſerunt Leoni, [b] ſi erat de voluntate ſua, & dicunt: Sanctitatem tuam principatum in epiſcopatu divinæ fidei poſſidentem, juſtum credimus in principio ſacris literis alloquendam, invitantes atque rogantes, ut pro firmitate noſtri imperii æternam divinitatem tua ſanctitas deprecetur, ut tale propoſitum & deſiderium habeamus, quatenus omni impio errore depulſo, per celebrandam ſynodum, te auctore, maxima pax inter epiſcopos eccleſiæ fiat, ab omni ſcelere pura & intemerata conſiſtens. Sed & Leo papa poſt celebrationem concilii reſpondens [c] epiſtolæ, qua petebatur, ut confirmaret geſta concilii, dicit [d]: Univerſitas fraterna & omnium fidelium corda cognoſcant, me non ſolum per præſidentes qui vices meas executi ſunt, ſed etiam per approbationem geſtorum ſynodalium propriam vobiſcum habuiſſe ſententiam, in ſola videlicet fidei [18] cauſa (quod ſæpe dicendum eſt) propter quam ſolum generale concilium ex præcepto Chriſtianorum principum, & ex conſenſu apoſtolicæ ſedis placuit congregari. Hæc ſanctus Leo, Itaque prima cauſa agens provenit a ſede apoſtolica, ſed pro executione requiritur brachium ſæculare: & ſic ille imperator præcepit, petente Leone, & principalis cauſa convocationis in materia eccleſiaſtica attribuitur auctoritati ſedis apoſtolicæ. Et eodem modo nunc facit ſedes apoſtolica, & ſervat, quia facta convocatione, ſcribit regibus & principibus, ut illi mandent, ſeu hortentur, & veniant epiſcopi: & ipſi ſunt executores mandatorum ſedis apoſtolicæ, & ſic dicuntur executores poteſtatis eccleſiaſticæ: & ſuper hoc habet multum ſuperintendere ſedes apoſtolica, ne [19] temporalis poteſtas quomodolibet ſe immiſceat in ſpiritualibus. Quoad alios patriarchas nunquam legi nec in ſcriptis, nec in conciliis, quod regimen ſit ſuper tribus vel quinque patriarchis: hæc poteſtas non eſſet bene ordinata, quia Chriſtus bene ordinavit eccleſiam, & quia regimen monarchicum eſt melius: ex quo unum præfecit apoſtolis, non quatuor vel quinque, voluit ut per unum exerceretur. Et adduco teſtimonium beatiſſimi Anacleti [e] papæ, qui fuit ordinatus ſacerdos a ſancto Petro, qui fuit Græcus natione & ſucceſſor Clementis, ſcripſit ſic de ordinatione Chriſti, poſtquam dixit, ut pridie dixi, quod hæc eccleſia Romana non ab apoſtolis, ſed a Chriſto habuit primatum, dicit: Inter beatiſſimos apoſtolos quædam fuit poteſtatis diſcretio, licet omnes eſſent apoſtoli, Petro tamen fuit a domino conceſſum, ut omnibus præeſſet apoſtolis, & Cephas, id eſt, caput & principium teneret apoſtolatus: qui & eamdem formam ſuis ſucceſſoribus, & reliqui apoſtoli epiſcopis tenendam tradiderunt. Et ſic dicit, quod ratione poteſtatis conceſſæ Petro, Romana eccleſia eſt cardo & caput omnium eccleſiarum, & dicit ibi etiam: Secunda eccleſia eſt Alexandrina, quæ fuit a Petro conſtituta, quia diſcipulum ſuum Marcum miſit, qui Petri auctoritate illam fundavit. Ergo illa eſt prima filia eccleſiæ Romanæ, quia Petrus illam inſtituit. Et ſubdit: Tertia eſt Antiochena, ſolum propter Petri reverentiam, quia certo tempore ibi præſedit; poſtea inſtinctu Spiritus ſancti motus receſſit, & conſtituit ibi ſanctum Ignatium [20] epiſcopum. Iſtæ ſunt filiæ eccleſiæ Romanæ, & Petrus eſt tutor, caput & defenſor illarum eccleſiarum. In proceſſu temporis facta eſt patriarchalis Hieroſolymitana & Conſtantinopolitana, quia a principio hæ duæ non fuerunt, & in quarta ſynodo inceperunt tractare ut eſſet ſecunda, & abſtulerunt poteſtatem ab Alexandrina, quæ erat ſecunda: & allegabant, quod hæc materia fuerat mota in ſecunda ſynodo; & tamen multa tempora fluxerunt, quia Damaſus papa nunquam voluit confirmare, nec ſucceſſores, quia nolebant turbare canones Nicænos, quibus dicebatur, ut obſervarentur privilegia eccleſiarum: nec potuit dici patriarchalis, quia papa non conſentiebat, nec poſtea [21] Leo conſenſit: & Juſtinianus imperator fecit [22] legem, quod Conſtantinopolitana eſſet ſecunda. Ergo ſecundum jura antiqua etiam illa eccleſia eſt filia eccleſiæ Romanæ, & honorata multis privilegiis: nec eccleſia Romana vult turbare ejus privilegia, imo & ſibi & aliis eccleſiis vult ſervare privilegia. Unde idem Juſtinianus dicit [f]: Legum originem antiqua Roma ſortita eſt, & ſummi pontificatus apicem, & ſacerdotii fontem apud eam eſſe nemo dubitat. Si ergo eſt fons ſacerdotii, ergo ſicut ex fonte derivantur rivuli, ita aliæ eccleſiæ ut filiæ vocantur in partem ſolicitudinis ad conſervandam eccleſiæ unitatem, & ex ea habuerunt ſuam originem. Dicebatur deinde per dominum Nicænum: Hæc poteſtas quæ datur capiti, eſtne talis, ut ea quæ datur uni metropolitano in ſua metropoli, & uni patriarchæ in ſuo patriarchatu? Reſpondeo, quod non eſt talis, quia poteſtates metropolitarum & patriarcharum ſunt limitatæ in certis partibus, ita quod unus patriarcha non habet poteſtatem in territorio alterius patriarchæ, nec e contra; ſed ſucceſſor Petri habet immediatam poteſtatem ſuperioris in omnes: ſed ita habet, ut cum ordine hæc omnia fiant, & majores cauſæ & difficiliores, quæ non fiunt per metropolitas, & quomodocumque ſubjecti gravantur ultra rationem, eſt facta ordinatio ſecundum divinam inſtitutionem, ut ſemper poſſit haberi recurſus ad ſedem apoſtolicam, & capere doctrinam & declarationem & judicium, quia ordo poteſtatis habet reſpectum ad unum primum: & ſic regulantur poteſtates, & quia per ſe non poteſt ſupplere omnibus, diſpoſuit poteſtates ordinatas. Et ſic erat in veteri lege, quia Moyſes erat ſuper omnes Judæos: quia tamen non poterat omnibus ſupplere, conſtituit certos alios. Unde dicitur in quadam epiſtola, quam ſcribit Leo papa Theſſalonicenſi epiſcopo: Vices noſtras ita credimus tibi, ut in partem ſolicitudinis, non in plenitudinem poteſtatis. Anacletus etiam ait [g], quod per ſanctum Petrum ſedes patriarchales & metropolitanæ & epiſcopales fuerunt inſtitutæ, & in illis civitatibus ubi erant primi flamines, voluit eſſe patriarchas: & ubi erant archiflamines minores, voluit Petrus ut ibi eſſent metropolitæ; poſtea in ſingulis civitatibus voluit eſſe epiſcopos. Cum ergo Petrus ordinaverit has dignitates, bene merito

ſpectat

[a] Ipſe ſcilicet papa. Vide acta conciliabuli Epheſini.

[b] In actis concil. Chalced. part. 1. c. 23. & apud Bar. to. 6. an. 450. num. 22. Vide & initiū notarum Binii ad idem conc.

[c] In actis ejuſdem concil. parte 3. cap. 2.

[d] Ibid. cap. 16.

[e] Epiſt. 3. to. 1. concil. in Anacl. pag. 136.

ANNO CHRISTI 1439.

[f] Collat. 8. quæ incipit Ut legum & riglorum.

[g] Epiſt. 3.



ANNO CHRISTI 1439.

ſpectat ad ſolum papam, non ad alios patriarchas. Si habent aliquos textus ſanctorum & conciliorum, qui aliquid dicant de ſedibus patriarchalibus, adducant in medium, & reſpondebitur, quia omnes doctores noſtri ſancti hoc voluerunt, & per aliquam poteſtatem non poteſt minui auctoritas ſedis apoſtolicæ, ſed illa quæ in Petro fuit, illam ſemper habebit & tenebit, ſecundum ſententiam ſanctorum doctorum, uſque ad finem ſæculi; & ideo ſextus canon Nicæni concilii dicit, quod ſemper eccleſia Romana tenuit principatum. Hæc ſufficiant.

INTERPR. Et mihi ſufficiunt.

CARD. Pro intellectu, an verba illa dent juriſdictionem, vel reverentiam, audiatis beatum Chryſoſtomum.

AND. Fuit lectum in Græco.

ARATHEN. Nullus noſtrum negat, quod ſine poteſtate Romani pontificis non poteſt convocari concilium; ſed econtra papa ſine patriarchis.

CARD. Quid ſi contradicant alii in [23] canone illorum, an juſſu papæ congregabitur?

ARATHEN. Propter hoc non deſiſtet quo minus ſit concilium.

CARD. Et ſine papa non erit concilium.

PROV. Illi canones non ſunt niſi apocryphi.

ARATHEN. Nos conſiderabimus hæc, & referemus imperatori.

CARD. Non habetis privilegium Conſtantini, quod fecit Silveſtro?

ARATHEN. Ita.

CARD. Legatis.

AND. Legit archiepiſcopus Coloſſenſis privilegium in Græco, cujus privilegii hæc verba in Latinum fuerunt [a]......... His expoſitis cœpit dominius Joannes de Turrecremata hoc modo,

[a] Vide notam 23 hujus collationis.

*Turrecremata doctiſſime demonſtrat veritatem formæ tranſubſtantiationis.*

Num. VIII.

TURRECR. De mandato ſanctiſſimi domini noſtri ſermonem brevem facturus, pauciſſimis utar, & reſcindendo multa, breviter tangam quæ ad propoſitum faciunt. Imperator reſpondens ad propoſita per reverendiſſimum dominum cardinalem, dixit inter alia, quod illa particula, quod ſacramentum conficiebatur ex ſolis verbis ſalvatoris, non poterat ibi in cedula poni. Quæ reſponſio relata ſanctiſſimo domino noſtro & patribus ſacræ ſynodi, tam beatitudo ſua, quam patres non parum admirati ſunt, quod hoc dictum reputaretur impoſſibile, cum hæc additio contineat conditiones, quas ſancti patres conſtituerunt in rebus diffiniendis per ſynodum, quæ ſunt, primo veritas, ſecundo neceſſitas, tertio utilitas, quarto caritas: quia ſine offenſa cujuſcumque, quod hæc additio contineat veritatem, pridie oſtenſum eſt auctoritatibus multis ſanctorum Græcorum, beatiſſimi Chryſoſtomi, Dionyſii & Damaſceni, & inducta eſt auctoritas Ambroſii, qui manifeſte illud ponit, quia poſt multa ita dicit: Quod dum conficitur ſacramentum, non ſuis utitur ſacerdos, ſed ſermonibus Chriſti, dicens: *Hoc eſt corpus meum, & ſanguis meus*: concludens his verbis confici ſacramentum multis auctoritatibus. Et in libro de ſacramento dicit, quod ſermo Chriſti mutat creaturam in altari. Euſebius Emiſſenus dicit [b]: Inviſibilis ſacerdos viſibiles creaturas mutat. Item Auguſtinus in multis locis, in libro de verbis domini capite 28. ſic ait: Ante verba conſecrationis panis eſt; poſt Chriſti verba, non panis, ſed corpus Chriſti eſt. Item in ſermone de corpore Chriſti ſic dicit: Intra catholicam eccleſiam nil majus a bono ſacerdote, nil minus a malo ſacerdote conficitur: quia non in merito conſecrantis, ſed in verbo conficitur ſalvatoris. Superſedeo ab aliis auctoritatibus. Ecce, quod iſti clariſſimi & ſanctiſſimi doctores de iſto ſacramento tractantes, in ſolis verbis ſalvatoris dicunt confici ſacramentum, & una ratio vulgaris ponitur a ſancto Thoma [c]: Quia idem canon miſſæ non eſt idem apud omnes, nec ſecundum omnia tempora, ſed diverſa ſunt a diverſis appoſita. Unde miſſa noſtra dicitur habuiſſe principium a beato Petro, qui ſolum in canone dicitur poſuiſſe breviſſimam orationem: poſtea per ſanctos doctores factæ ſunt additiones orationum. Ex quibus manifeſte arguitur, quod conſecratio hujus digniſſimi ſacramenti non conficitur verbis ſanctorum, quæ varietatem receperunt, ſed verbis Chriſti, quæ ſemper uniformiter manſerunt. Aliæ rationes pridie dictæ ſunt, & non repeto, ſed ſolum reſpondeo aliquibus motivis contra factis, & ſunt tria. Primum, auctoritas Dionyſii, alia Damaſceni, tertia vero Baſilii. Per hoc quod in primis dicitur, quod Dionyſius dicit, quod ſacerdos ſacrificaturus excuſat ſe a dignitate myſterii, quod non eſt dignus, dicens: Domine tu juſſiſti: *Hoc facite in meam commemorationem*. Arguitur quod ex illis verbis, *Hoc facite*, ſequitur, quod alii ſacerdotes hoc facere poſſint. Dicitur quod hæc conſequentia non valet, alium ordinem tenent hæc verba, *Quotieſcumque*, &c. in [24] evangeliis, quam verba ſacerdotis in excuſando ſe: & ſic patet quod ex verbis, *Hoc facite*; non ſequitur, quod alii ſacerdotes hoc facere poſſint. Hæc conſequentia non valet: nam alium ordinem & finem tenent hæc verba, nimirum, *Hoc facite, quotieſcumque feceritis, in meam commemorationem*. Unde ex verbis Dionyſii nulla ſequitur conſequentia, quod aliis verbis quam Chriſti confici poſſit. Nec dictum Damaſceni procedit, quod per invocationem virtutis Spiritus ſancti conficiatur, quoniam per invocationem non intelligit Damaſcenus aliam orationem quæ ſequatur verba Chriſti in confectione, ſed invocationem intelligit ſecundum ſententiam Dionyſii formam ſacramenti, quæ conſiſtit in verbis Chriſti. Unde ultimo capite de eccleſiaſtica hierarchia, formam ſacramentorum vocat verba Chriſti, quæ conficiunt ſacramentum: & hanc putant formam invocationis. Volo oſtendere, quod verba Baſilii non poſſunt eſſe forma conſecrationis; nec aliquis debet moveri ex illis verbis ad credendum aliter. Primo ſic, licet Baſilius fecerit illam orationem, nunquam aſſeruit quod illis verbis fieret conſecratio: nec eſt credendum tam ſanctum virum credidiſſe, quod verbis ſuis fieret tam mirandum & incredibile ſacramentum. Secundo arguitur ex ordine verborum. Verba Baſilii ſequuntur verba [d] Chriſti: verba autem Chriſti ſunt verba completiva, vel non? Non eſt dicendum, quod non ſint perfecta, cum verbum Chriſti ſit perfectiſſimum, nec egeat additione verbi humani: imo tota ratio beati

Dama-

Matth. 26.

COLLATIO XXII.

[b] Refertur cap. Quia corpus, de conſecr. diſt. 2.

[c] 3. part. quæſt. 78. art. 1. ad quartum.

Luc. 22.

[d] In ſua liturgia.

COLLATIO XXII.

Damaſceni in tractatu de ſacramentis, ad probandum, quod verbis Chriſti conficiatur, dicit quod ſermo domini vivificax eſt, & ſicut dixit; *Fiat lux; & facta eſt lux*: ita cum dicit, *Hoc eſt corpus meum*, factum eſt ſacramentum. Tertio oſtendo ex forma verborum. Hæc ſunt verba [a] Baſilii: Rogamus & precamur te, & ſupplicamus, mitte Spiritum ſanctum ſuper nos, & hæc apposita munera, &c. Hæc verba ſunt ſupplicatoria, quod Deus quid faciat ſupernaturale. Clarum eſt, quod in illis verbis ſupplicationis non ſit forma factionis: & ut melius intelligatur, ſuſcipite exemplum ex ſcriptura. Mulier Chananæa ſupplicando ut filia ſua liberaretur, dixit: *Miſerere mei fili David*. Chriſtus reſpondit: *Fiat ſicut tu vis*. Peto, quibus verbis facta eſt ſanitas? Clarum eſt, quod verbis illis, *Fiat*, &c. Peto abſolutionem, pater: reſpondetur, Abſolvo te: non liberor verbis ſupplicatoriis. Oratio Baſilii eſt deprecatoria, ut Deus mittat Spiritum ſanctum ſuper nos & hæc apposita munera, & faciat panem venerabile corpus ſuum. Quis diceret, quod his verbis fiat confectio, maxime cum beatus Dionyſius dicat, quod verba conſecrationis habeant virtutes activas? verba autem deprecationis non poſſunt habere [25] operationes activas: nemo poteſt dicere, quod verbis Baſilii conficiatur, ſed verbis Chriſti. Reſtat ut ſciamus, quis fuit ſenſus Baſilii. Oratio illa non eſt, ut conficiatur quod confectum eſt, ſed ut conſequamur [26] effectum ſacramenti, ſcilicet uniri cum Chriſto, & incorporari, & dicamus cum apoſtolo: *Vivo ego jam non ego, vivit vero in me Chriſtus*. Dicit Baſilius: Rogamus & ſupplicamus, mitte Spiritum ſanctum ſuper nos & hæc appoſita munera, ut nobis ſint ſalutaria, & faciatis panem hunc, id eſt cœtum fidelium. Iſtum panem intelligimus corpus myſticum eccleſiæ (ſic coram imperatore dixit dominus cardinalis) Panis capitur duobus modis, panis verus materialis, & panis myſticus. De hoc myſtico dicit apoſtolus: *unum corpus ſumus omnes, qui de uno pane participamus*: & ut dicit Auguſtinus: Unum corpus & unus panis dicitur eccleſia: quia ſicut unus panis multis granis, & corpus multis membris; ita caritate operante componitur eccleſia ex multis fidelibus. Et ſciatis quod hic eſt intellectus, Facito iſtum panem, id eſt fideles Chriſtianos figuratos hoc pane, incorporari corpori ſancto tuo, & uniri, & ut tuo ſpiritu vivificentur: quia nullus vivit ſpiritu Chriſti, niſi ſit corpus Chriſti. Et ſequitur, quod [27] fiat communicantibus ex ipſis; & refertur ad hoc, quod fideles communicantes vero corpori Chriſti & ſanguini ejus, conſequamur remiſſionem peccatorum, & hæreditatem regni cœlorum.

Gen. 1.

a In ſua liturgia.

Matth. 15.

Galat. 2.

1. Cor. 10.

ARATHEN. Videamus verba, ut videamus ſi ſequitur bene iſta expoſitio ad verba, cum dicit, Et facito panem hunc, ſcilicet myſticum corpus Chriſti tui.

CARD. Eſſe venerabile corpus tuum.[b]

TURRECR. Panem ipſum corpus Chriſti myſticum intellectum per iſtum materialem.

NICÆN. Dicit, [...] Facito panem iſtum, id eſt, corpus eccleſiæ tuæ incorporari vero corpori tuo per dignitatem gratiæ?

b Per unionem, ſcilicet, & incorporationem, quæ fit manducando corpus Chriſti.

TURRECR. Ita.

ARAT. Quomodo aptamus ſequentia, ubi dicit, ut fiat ſumentibus; declara verba, ubi dicit, ut fiat ſumentibus, & quomodo ſit replicatio ejuſdem.

TURRECR. Hæc eſt oratio. Facito, ut corpus tuum myſticum, participatione corporis veri tui, conſequatur remiſſionem peccatorum, gratiam Spiritus ſancti, & æternam beatitudinem. Hæc eſt ſententia verborum Baſilii & Chryſoſtomi, & hoc ſenſu nulla eſt differentia inter vos & nos. Proſequor ſecundam partem, quod de neceſſitate illa particula ſit ponenda [c], & eſt conditio, quod eſt neceſſitas quæ arguitur ex duobus. Primo quia venit in controverſiam in tanto cœtu, & eſt neceſſe, ut nullus poſſit portare ſcrupulum, ut hæc concordia ſynodalis ſit clarificativa & unitiva inter nos. Secundo ex his quæ concurrunt ad perfectionem ſacramenti, & hæc ſunt quatuor. Primo materia, ſcilicet panis azymus, vel fermentatus. Secundo forma, ſcilicet verba. Tertio miniſter, ſcilicet ſacerdos. Quarto recta intentio, ut intendat conficere. Cum ergo ponantur in cedula tria, eſt opportunum ut quartum [d] ponatur, ne videatur defectiva proviſio, & minus ſapientium, maxime cum forma teneat principatum inter quatuor. Tertia eſt utilitas, quæ eſt eruditio omnium fidelium, & maxime ſimplicium ſacerdotum utriuſque eccleſiæ, ut omnes ſciant, quod hoc adorandum ſacramentum verbis ſalvatoris conficiatur. Ultimo caritas, quia hæc diffinitio neminem offendit, nec unam eccleſiam, nec aliam.

ANNO CHRISTI 1439.

c Scilicet in cedula & in diffinitione, etc.

d In [illegible] ad jam poſita in cedula, ſit ſecundum ordinem ad præſentem [illegible].

PAPA. Quia hora tarda eſt, iſta quæ dicta ſunt, ſunt dicta propter ea quæ imperator pridie dixit. Et quantum ad primatum ſedis apoſtolicæ, credo quod plene intellexerit per auctoritates antiquiſſimas ſynodales. Quantum ad ſecundam partem, quam ſecundus doctor dixit, non puto quod aliquis ſit, ita parum intelligens, quod credat, quod poſſit confici corpus Chriſti aliter quam verbis ſalvatoris noſtri, [e] non dico rationibus Ambroſii, & Hieronymi: videant conſequentiam: nam alias ante iſtos doctores [f] non fuiſſet confectum corpus Chriſti, & hoc nullus diceret. Nos credimus quod ſitis docti, & habetis reddere rationem animarum. Hortor caritates veſtras ut cogitetis, & videatis has rationes, & velitis conferre cum imperatore, & dare concluſionem huic ſanctæ unioni, ut gaudium commune plenum fiat, ut poſſimus vacare ad expeditionem imperatoris & rerum quæ ſequuntur: & quanto citius fiet, pariet bonum toti Chriſtianitati.

e Forte, [illegible] vero [illegible].

f Nempe Baſilium & Chryſoſtomum, quorum illa verba quiſnam [illegible] qui Græci contendebant [illegible] conſecrationis.

AND. Dominus archiepiſcopus Ruſſiæ dixit.

RUSS. Rogo dominationes veſtras, ut detur locus dicendi.

PAPA. Placet.

RUSS. Si putarem aliquam contrarietatem inter ea quæ dicta ſunt per magiſtrum [g], facerem longum ſermonem. Nam neceſſe eſt in contradictionibus aut confirmare, aut confutare: ſed quoniam puto, adjutorio Dei eſſe concordes, per tria quæ dicam, breviter me expedio. Et primo dico ex tempore. Hoc miſſale quo utimur, eſt traditum a Baſilio & beato Chryſoſtomo: utebamur autem ante tempus ſchiſmatis, nec

g Scilicet Turrecr.

aliqua



ANNO CHRISTI 1439.

aliqua facta eſt mutatio: tamen occidentalis eccleſia nunquam de hoc verbum fecit, videlicet cum fuerimus concordes, & ad eumdem finem tendentes, ſecundum rem dicimus idem, & dico quod credimus id quod conficit myſterium, eſſe ſermonem domini: & credimus dominicam vocem eſſe effectricem divinorum munerum, & illa vox ſemper replicatur a ſacerdote, & ſuſcipit [a] ſacerdos, quod vox illa replicata aptetur, & ſic eadem vox cum voce domini: & ut ita aptetur, invocatur Spiritus ſanctus, & ſupplicat ſacerdos, ut per virtutem Spiritus ſancti concedatur gratia, ut vox repetita efficiatur ita effectiva, ut verbum Dei fuit: & ita credimus conſummativam [b] fieri per illam orationem ſacerdotis: & probo, quod dominicæ voces habent operationem, ut ſemina, quia ſine ſemine non poteſt effici fructus; ita in hac dominica voce: tamen ubi cadit ſemen, eget aliis inſtrumentis, ut ſacerdotis, altaris & orationum: unde credimus per hoc vobiſcum eſſe concordes. Quod autem addatur in diffinitione, dixit paternitas veſtra, quod eſt neceſſe propter diſcordiam: & dico, quod eſſet, ſi hæc difficultas eſſet contraria, ſed non eſt mota, ut fuerint diſputationes; & ideo cum non fuerit controverſia, non debet deduci in dubium. De alia particula, in quibus conſiderantur quatuor ad confectionem ſacramenti, nos idem ſentimus quod vos, quod requiritur panis tritici, & vinum de vite, & ſacerdos, & principaliter per verba dominica. [c] Et quoniam in omnibus his ſumus concordes, vos dicitis, quod debet poni propter declarationem rudium. Rudes ita clare tenuerunt, & ita tenebunt, unde non eſt neceſſarium hoc poni in diffinitione. Nam multæ quæſtiones ſunt etiam de baptiſmate: ſi de omnibus vellemus providere, tempus non ſufficeret. Cum autem hæc dixerim ex me, ſupplico ſanctiſſimum dominum noſtrum & reverendos patres, ut non exigant aliam diffinitionem.

a In ſua ſcilicet ordinatione recipit poteſtatem, ut illa vox ſalvatoris cum intentione conſecrandi prolata ſit, eadem vox, & eamdem vim habeat tranſubſtantiandi.

b Vide quæ ſtatim hic replicat Turrecr.

c Et quartum, intentio.

TURRECR. Ego cum magno gaudio audivi ſapientiam tanti patris, quia audivi paternitatem ſuam confitentem, quod verbis ſalvatoris conficitur ſacramentum, & formam verborum ſalvatoris eſſe factricem & operatricem ſacramenti. Secundo videbatur dicere, quod verba Baſilii faciunt per modum virtutis activæ. Orat, inquit, ſacerdos, ut ſermo ille prolatus per me habeat virtutem illam tranſubſtantiandi panem in corpus Chriſti; & ut hoc ſacramentum conſummetur, dicuntur operari verba Baſilii. Poſuit exemplum de ſeminibus, quæ licet habeant virtutem activam, tamen egent aliis operationibus, ſicut orationis & altaris. Iſta quæ paternitas ſua dixit, non habent locum propter duo. Primo ratio dicta eſt ex me, quæ accipiebatur ex ordine verborum Baſilii, quia rem perfectam non ſupplico ut quis perficiat; etiam nos petimus: ſed poſtquam prolata ſunt verba Chriſti, non ſequuntur verba deprecatoria, ut fiat conſecratio, ſed ſequitur deprecatio in canone noſtro, ut corpus Chriſti conſecratum fiat nobis in vitam æternam. Cum ergo verba Baſilii ſequantur conſecrationem, non poſſunt habere verba deprecationis vim, ut fiat quod factum eſt. Secunda ratio eſt, quare argumentum non facit ad propoſitum, quia verba Chriſti non habent virtutem incompletam, ut ſemina, ſed eſt ſermo vivus; & ideo illud argumentum non videtur favere intentioni tuæ: & ſalva pace tuæ paternitatis, videtur neceſſarium, quia ut dictum eſt, inductum eſt in medium, & contradictum, ut non ponatur, cum tamen hoc ſit de principalioribus ſacramentis noſtræ fidei, & de profeſſione hujus fidei ſit orta tanta contentio, videtur neceſſe ut addantur illa quatuor quæ dixi, quod ſunt neceſſaria, miniſter, materia, verba, & intentio. Sed ſine altari & ſine veſtibus ſacris fit ſacramentum, licet peccaret, qui ſic conſecraret: ſed non poteſt eſſe perfecta confectio, niſi hæc quatuor concurrant.

COLLATIO XXII.

AND. Hora jam tarda, aſſurgente pontifice, aſſurreximus cuncti, ac cunctis Græcis ſurgentibus, papa hortatus eſt omnes, quod cum effectu convenirent.

*Deputantur ſex pro qualibet parte, ut tractent dogmatum diffiniendorum expreſſionem: brevi poſtmodum narratione omnia refert patribus Julianus cardinalis, & quoad formam tranſubſtantiationis Græci proteſtantur, nunquam diſſenſiſſe ab eccleſia Romana eccleſiam orientalem.*

AND. DIE vigeſimaſexta Junii reverendiſſimis dominis cardinalibus & prælatis conventis in unum locum palatii, & domino imperatore & Græcis in alia aula ejuſdem palatii, inter noſtros cœpit dominus cardinalis Placentinus hoc modo.

Num. IX.

CARD. PLACENT. Viſum eſt domino noſtro & imperatori, ad hoc ut negotium unionis Græcorum facilius expediatur, ſint ex qualibet parte ſex, qui una cum domino noſtro & imperatore tractent rerum harum concluſionem, & ſi quæ inſurgerent difficultates, ut publice paternitatibus veſtris referentur, ut omnium ſententia deleantur. Quare videtur, ut deputati ſex ſint, dominus ſanctæ Sabinæ, dominus Morinenſis, dominus Legionenſis, dominus Provincialis Lombardiæ, dominus Joannes de Turrecremata, & dominus Joannes de Ferraria.

AND. Quibus verbis expoſitis, ſurrexerunt ſex illi, & ad papam acceſſerunt; & dictum eſt aliis, ut expectarent cum caritate: miſſuſque eſt quidam, ut imperatori referret, ut ſuos mitteret: qui illico ſex ſuos deſtinavit, videlicet dominum Heracleenſem, dominum archiepiſcopum Ruſſiæ, dominum ............ dominum Nicænum, & duos presbyteros, qui & cameram papæ ad noſtros ibidem deputatos ingreſſi ſunt, expectatumque diu extitit: demum reverſis Græcis & noſtris, cœpit dominus ſanctæ Sabinæ ſic.

CARDIN. Reverendi patres, relatio longa eſt, videtur quia hora jam decima ſeptima eſt, ut cras de mane conveniamus, & fiat relatio concluſorum.

ANDREAS. Æſtus & calor erat maximus ultra meridiem; quare libentiſſime quiſque abiit: quinimo quia quilibet debilitatus quaſi deficiebat caloribus magnis, & hora jam 18. deputatus eſt ibidem Latinis & Græcis potus & collatio refectiva ſpiritus pro volentibus. Die igitur 27. cunctis convenientibus in palatio apoſtolico in capella majori, ſummo pontifice præſente, & noſtris omnibus, ſummus pontifex accerſito domino ſanctæ Sabinæ, inquit, ut

ſe ad

ſe ad exponendum cuncta diſponeret; Demum prædictus dominus noſter papa dixit.

PAPA. Sicut ſcitis, diu & multum laboratum eſt, ut veniremus ad finem hujus ſanctæ unionis cum iſtis orientalibus, & jam ſunt XV. menſes: tandem multis diſputationibus habitis, & tractatibus, & laboribus ſuſceptis per eos qui interfuerunt, miſericordia Dei res ad bonum finem deducta eſt, & non viſum eſt hactenus in omnibus omnes occupare: nunc, materia concluſa, deliberavimus, ut dominus ſanctæ Sabinæ referat, ut videatis quantum dominus noſter Jeſus Chriſtus operatus ſit; poſtea deliberabimus, quid agendum.

AND. Cœpit cardinalis ſanctæ Sabinæ hoc modo.

CARD. Beatiſſime pater, de mandato ſanctitatis veſtræ prout potero abſolvam, prout ſanctitas veſtra mandavit, licet cuperem ut alteri injunctum eſſet, qui copioſius referret. Sanctitas veſtra & reverendi patres ſciunt, quod jam ſunt quingenti anni, quod magnæ differentiæ fuere inter ſanctam Romanam eccleſiam & orientalem. Primum de proceſſione Spiritus ſancti: utrum Spiritus ſanctus procederet a Patre & Filio. Secundo de additione, an potuerint addi verba illa in ſymbolo, etſi vera. Tertia differentia, an corpus domini potuerit confici in pane azymo. Quarta de purgatorio, & hoc habet multas partes. Quinta differentia de primatu ſedis apoſtolicæ & Romani pontificis. Et ſuper his facti ſunt innumeri tractatus tam per Latinos contra Græcos, quam per Græcos contra Latinos: &, ut ſcitis, fuerunt acerrima odia inter occidentales & orientales eccleſias, & una hæreticabat aliam, & multæ cenſuræ factæ ſunt per ſanctam Romanam eccleſiam contra eoſdem Græcos & orientales a Romana eccleſia eorum omnium matre diſſidentes. Græcis venientibus ad hoc ſacrum concilium fuit diſputata materia purgatorii, & ut conſtat his qui interfuere, multæ fuere differentiæ. Primo dicentium, quod non erat locus purgatorii, ſed eſſent animæ in certis locis expectantes diem judicii, & dicentes, quod nec animæ beatorum videbant Deum, nec animæ damnatorum ibant ad infernum ante judicii diem: & ex his ortæ ſunt multæ diſputationes; imo dicebant, quod nec angeli viderent Deum. Poſtea fuit diſputata materia additionis, & quia hæc publica fuit, non refero. Tertio de proceſſione Spiritus ſancti; & illa publice, ut audiſtis. Sed demum viſum fuit domino imperatori & Græcis, ut ceſſaretur a diſputatione, & veniretur ad tractatus certos, ſperantes ex eo dare finem; & volebant, quod pauci eſſent, & ut obtemperaretur voluntati ſuæ, non potuerunt omnes paternitates veſtræ requiri, ſed certi deputati ſunt; & quia materia proceſſionis erat gravior, inceperunt plures tractatus, ſperantes ut illa concluſa, non multum remaneret differentiæ; & fuerunt auditæ multæ difficultates & multi modi. Primo dicebant Græci, ut diffiniretur, quod Spiritus ſanctus procederet a Patre per Filium. Poſtea per deputatos fuit rejecta illa via propter multas rationes. Fuit propoſita alia, quod illi confiterentur bene tenere, & nos, & quod ipſi bene tenerent ſecundum ſuum intellectum. Iſta via fuit rejecta per nos, quia veritas non capit diviſionem: Deinde data eſt alia, quod declaretur, quod Spiritus ſanctus profluit a Patre & Filio; abhorrentibus Græcis verbum, procedere: & per nos fuit rejecta hæc via, quia verba hæc haberent dubitationem, & ideo non eſſent ponenda in diffinitione. Deinde dicebatur, quod differentia non erat, an Spiritus ſanctus emanaret vel non emanaret, aut proflueret, ſed an procederet, & ideo non diffiniretur per hoc contentio quæ erat. Deinde fuit propoſitum, ut diffiniretur, quod procedit a Patre & a Filio, & a Patre per Filium; & hæc via non viſa eſt bona, quia poſſet fieri mala interpretatio, ut verbum, &, exponeretur in, per. Dicebatur quod hac via declararetur, quod Filius eſſet cauſa, & quod non erat bonus modus pronunciandi, quia eſſet dubia ſententia, quæ debet eſſe certa. Deputati ſanctiſſimi domini papæ ſemper ſteterunt conſtantes, ut diffiniretur difficultas ſecundum dogma ſanctæ Romanæ eccleſiæ: & poſt multos labores aliquando fuimus propinquiores deſperationi quam concluſioni: ſed quia Deus vult cognoſci, quod a ſe cuncta procedunt, cum magis eramus diſcordes, iſti domini Græci aſſenſerunt cedulæ noſtræ. Et licet in concilio Lugdunenſi [a] fuerit concluſum, quod procedit Spiritus ſanctus æternaliter ex Patre & Filio, hinc tamen dicitur in cedula noſtra, quod æternaliter eſt a Patre & Filio: & plura verba, prout continetur in ea, quæ plures difficultates tollunt. [b] Deinde ſopita hac materia, ventum eſt ad aliud, quia ex quo materia de additione fuerat mota, videbatur, ut ſynodaliter diffiniretur, quod additio fuit licita: & in hoc fuit magna difficultas, quam narrare vix quatuor horæ ſufficerent. Demum concluſum eſt, ut confiteantur, quod illa additio, ſeu declaratio juſte, ſeu bene facta eſt. Quantum ad materiam de purgatorio, non fuit publice diſputata, ſed inter aliquos deputatos, & bene ſolemniter: & quia multæ viſæ ſunt difficultates, ego quaſi deſperavi. Tandem Deo operante, Græci jam confitentur veritatem, videlicet, quod hi qui decedunt in caritate, & ſatisfecerunt pœnitentiis injunctis, ſeu in aliquo peccato veniali, quod vadunt ad purgatorium: ſed ſi in peccato mortali ſtatim ad infernum vadunt: ſi ſine peccato, & poſt ſuſceptum baptiſma, incontinenti migrant ad cœlum. Sed Græci tenebant, quod non viderent ipſum Deum, ſed certos fulgores: & in hoc fuit magna difficultas, & tanta, quod quaſi turbavit totum negotium. Demum cognoverunt rationibus, quod animæ beatorum videbant Deum trinum & unum, ſicuti eſt, & voluerunt in cedula apponi, quod aliquæ minus perfecte viderent, & aliæ magis: & hoc viſum fuit admitti, quia in domo patris noſtri manſiones multæ ſunt. Alia differentia fuit de azymo, quia etiam apud Græcos aliqui volebant, quod non conficeretur in azymo, dicentes, Chriſtum uſum pane fermentato: & tandem concluſum eſt, ut in pane & azymo & fermentato conficeretur: & rationibus auditis, aſſenſerunt, prout pleno in diſputatione de hoc conſtat. Et ut publice conſtent omnia, fuit exorta alia difficultas, quæ quaſi perturbavit totum opus, nec unquam hæc quæſtio fuit mota. Nam nunciato domino noſtro, quod Græci in confectione ſacramenti certis aliis orationibus uterentur, viſum eſt ſanctitati ſuæ, ut ſciretur eorum intentio, an tenerent, illas orationes eſſe de ſubſtantia conſecrationis: & confeſſi ſunt, auditis rationibus noſtris, quod ſemper tenuerunt, quod ſolis verbis dominicis conficeretur, & quod putarent anathema, qui aliud crederet. Fuit inſtitutum, ut hoc poneretur in diffinitione. Dixerunt, quod hoc non erat neceſſarium: imo ſi poneretur, eccleſia ipſorum reciperet ignominiam, ac ſi hactenus tenuiſſent aliud: Unde cum ſemper fuerimus concordes, in hoc diffinitio non debet fieri, niſi de dubiis. Tandem ſanctiſsimus dominus noſter dedit heri certos deputatos, & poſt multos tractatus dixerunt Græci: Ad hoc ut ſitis certi de credulitate noſtra, videatis Joannem Chryſoſtomum, qui hoc clare ponit; & ſumus parati publice confiteri, quod nos tenemus ſicut vos, quod in verbis ſolis dominicis conficitur. Unde ſanctiſsimus dominus noſter hoc audito obtemperavit, ut non deduceretur in dubium quod nunquam fuit, maxime quia alii pontifices tentantes reductionem Græcorum, nil aliud ab eis petierunt, niſi ut confiterentur, quod in azymo conficeretur. Ultima differentia fuit de primatu, & hæc viſa eſt quoad humanitatem [a] difficilior, quia libenter ſubditi a capite deviant: & in rei veritate uſque nunc non bene ſenſerunt de poteſtate Romani pontificis, dicentes, quod erat caput quoad unum totum, ut decanus. Et auditis ſacris ſcripturis & ſacris conciliis, viſa eſt veritas, quod ſedes apoſtolica, & Romanus pontifex eſt ſucceſſor Petri: deinde, diſponente divina pietate, factum eſt, ut aſſenſerint Græci ſecundum cedulam datam per Latinos. Dixerunt deinde, quod aliquid deliberaremus de ſedibus patriarchalibus, videlicet quod Conſtantinopolitana eſſet ſecunda, prout in conſtitutionibus eſt deciſum, & in concilio Lateranenſi, ubi præfuit Innocentius III. renovata ſunt privilegia ſedium patriarchalium. Hæc omnia retulimus ſanctiſsimo domino noſtro, ſine cujus licentia nil attentatum eſt. Sanctiſsimus dominus noſter nil vult deliberare in tam arduo negotio ſine ſcitu paternitatum veſtrarum; & propter hoc fecit congregare paternitates veſtras. Ego legam notulas cedularum, poſtea ſua ſanctitas & paternitates veſtræ deliberabunt. Ibi Græci multum inſtant pro receſſu, & quia tranſeunt prope Turcas, eſt opportunum tute accedere: & licet ſanctiſſimus dominus noſter det galeas, tamen ut tutius vadant, videtur eiſdem eundum cum galeis Venetorum, & ut imperator vadat ad ædificandum populum cito, cum ſi fama iret in populum ignarum, non auditis rationibus, periculoſum foret: unde videtur annuendum ſuæ voluntati. Legam cedulam, quæ non eſt in forma decreti, quia fiet in perſona ſanctiſſimi domini noſtri; poſtea decretum.

AND. His dictis, cardinalis legit primam cedulam: Quoniam in hoc ſacro [b] concilio, &c. prout ſuperius eſt deſcripta. Hac lecta, ſecuta eſt ſecunda cedula: Diffinimus [c], &c. Hac lecta, ſequitur alia hoc modo. Item [d] in azymo, &c.

CARD. Antequam fiat ſeſſio, venient in hunc locum Græci, & confitebuntur, quod ſolis verbis dominicis conficitur.

ANDREAS. His dictis, aliam legit hoc modo.

CARD. Item [e] ſi vere pœnitentes, &c.

AND. Hac lecta, alia lecta fuit hoc modo: Diffinimus [f], &c. Quas omnes ſupra annotatas adſcripſimus; ſicque non expedit iterum occupare membranas.

CARD. Sanctiſsime pater & reverendiſsimi patres, hæc facta ſunt per deputatos: nunc ſanctitas veſtra decernat, prout videbitur ſanctitati veſtræ cum conſilio horum patrum: & poteſt ſanctitas veſtra ſummas Deo gratias reddere, quod veſtro tempore factum ſit, quod a tempore apoſtolorum citra vix tale factum eſt: & reduxit aut totidem, aut plures quam nos Latini ſumus, ad fidem Romanæ eccleſiæ.

PAPA. Venerabiles fratres & filii, audiſtis quæ filius noſter cardinalis ſanctæ Sabinæ dixit, & tractatus, & labores, & concluſa, & qualiter hortatur, ut debeamus gratias agere domino noſtro, quia vidimus quod prædeceſſores noſtri voluiſſent videre, & non viderunt: poſt multos labores deſperantes, quaſi omnia venerunt ad votum eccleſiæ Romanæ, Deo ſolum operante, qui ubi vult, & quando vult, operatur. Græci accelerant expeditionem, & nos debemus & volumus id facere. Credo omnes vos pro prudentia veſtra debere concurrere nobiſcum, & gratias agere Deo: & videtur ut de omni ſtatu aliqui deputentur, qui conficiant decretum, ut fiat ſeſſio in die apoſtolorum Petri & Pauli. Si eſt aliquis qui velit quid dicere, dicat; & regratiandum eſt his qui laboraverunt. Hora 20. omnes conveniant.

AND. Promotor ita intimavit.

LUD. Quid hoc verbum, ſtatus, inſinuat?

AND. Ego, quæ in concilio geſta ſunt, ſeparatim tractatu alio [29] annotavi, ex quo concilii formam, ſicque quid hoc verbum velit, perciperes plenius. Sed ut breviter ſcias, in principio quo concilium Ferrariæ conventum eſt, diſceptantibus patribus in deliberandis negotiis, an per nationes, ſeu per deputationes procedendum eſſet, cum ſingulis in unum convenientibus nunquam concluſa fuiſſent tractanda; fuit viſum, ut concilium in tres ſtatus congregaretur, in cardinales, archiepiſcopos & epiſcopos; & alius eſſet abbatum, & aliorum regularium: tertius clericorum doctorum, & dignitates in cathedralibus eccleſiis habentium, & graduatorum in theologia, jure canonico & civili. Concluſumve extitit, ut [g] ſenſus ſtatus diceretur adeſſe, ſi ex tribus duæ partes convenirent cujuslibet ſtatus: ſicque ut concludi potuiſſet, neceſſe fuerat, ut conſtituta forma auctoritatem præberet.

Hora 20. quilibet in ſuo ſtatu convenit, ac quilibet quatuor deputavit, qui cedularum ſententias in unam bullam redigerent. Quibus electis, diſſolutæ ſunt pro die illo conventiones ſtatuum.

LUD. Cur non ſervatum eſt, ut tanta non fieret interpoſitio temporis ad quartam Julii, cum hæc concluſa primitus fuerint?

AND. Mens omnium fuerat, ut ſine difficultate cuncta tranſirent: ſed interceſſerunt dies octo, ſingulis diebus noſtris Græciſve deputatis bis convenientibus. Erant namque in verborum compoſitione differentiæ, ſicque lapſi ſunt tot dies. Demum convenerunt patres, præſente ſummo pontifice, & 4. Julii facta extitit generalis congregatio in palatio apoſtolico, ubi aſſiſtentibus cunctis, reverendiſsimus cardinalis ſanctæ Sabinæ his verbis cœpit patres alloqui.

CARD. Parvam orationem facere oportet, patres reverendi: A die qua omnes convenistis, hodie

[a] Relato in cap. unic. de ſumma Trinitate, & fide cathol. in 6.

[b] Subdit enim etiam quod ab utroque procedit: vide diffinitionem.

[a] Scilicet, fragilitatem.

[b] Supra hac eadem collat. num. 3. in princ.

[c] Supra num. 4.

[d] Supra eodem num. 4.

[e] Supra num. 3. in fine.

[f] Et ſupra num. 4.

[g] Quæ perſonæ in conciliis general. vel de jure divino vel de jure poſitivo votum habeſt deciſivum, quæ vero conſultivum tantum. Vide Turrecr. de eccleſia lib. 3. c. 12. 13. 14. & 15. Bellarm. de concil. lib. 1. c. 15. Azor. part. 2. lib. 5. cap. 21.

COLLATIO XXII.

hodie eſt octavus dies, quo fuerunt deputati quatuor pro quolibet ſtatu, qui deberent eſſe cum deputatis Græcorum pro formando decreto. Patres ſingulis diebus convenerunt de mane & de ſero. Tandem hoc mane fuit lectum decretum in ſancto Franciſco in Græco & in Latino, & omnes deputati remanſerunt contenti.

PAPA. Legatis.

AND. Per dominum Thomam ſubdiaconum lectum extitit decretum, prout infra ponitur: quo lecto, cœpit ſummus pontifex hoc modo.

PAPA. Audiſtis lectum decretum, & regratiandum eſt de tanta gratia ſummo Deo noſtro, quod tot millia populorum veritatem recognoſcant, a qua per 437. annos & ultra diverterunt: nunc Deo gratias referamus. Videtis labores deputatorum, & debent per vos omnes remunerari laudibus. Ego neſciſſem plura a Græcis petere, quia quæ quæſivimus & petivimus, habuimus. Poſt hanc materiam fidei alia venient agenda, & ſperandum eſt, quod in aliis Deus proſperabit, & unitos nos faciet, prout & in hac re nos omnes fecit. Die Lunæ, quæ erit octava apoſtolorum beatiſſimorum Petri & Pauli, in cathedrali eccleſia, ubi nos celebrabimus, ſeſſionem faciemus.

AND. Quibus expoſitis, cunctis licentia data eſt ad receſſum. Die ſequenti quinta Julii hora jam tarda, Græci ſpeciali mandato requiſiti advenere in palatio apoſtolico, ubi ſummo pontifice præſente, Nicænus metropolita his verbis eſt allocutus.

NICÆN. Beatiſſime & ſanctiſſime pater, & vos reverendiſſimi cardinales, & omnes alii præſentes reverendiſſimi domini & patres, quoniam in præcedentibus congregationibus noſtris, inter alias diſcuſſiones de differentiis inter nos, orta eſt dubitatio de conſecratione divini ſacramenti eucharistiæ, & aliqui ſuſpicati ſunt, nos & eccleſiam noſtram non credere illud ſacramentum pretioſiſſimum confici per verba domini noſtri, propter hanc cauſam, beatiſſime pater, nos adſumus coram veſtra ſanctitate, iſtis omnibus patribus adſtantibus, qui pro parte ſanctæ Romanæ eccleſiæ ſunt. Major pars omnium noſtrum perſonaliter adeſt coram ſanctitate veſtra, alii abſunt propter infirmitatem corporis & anguſtiam horæ. En jam, ſanctiſſime pater, adſumus ad certificandum primo ſanctitatem veſtram, deinde alios reverendiſſimos patres, de hac dubitatione, de qua ita breviter dicimus. Notiſſimum eſt, ſancte pater, beatitudini veſtræ, & aliis reverendiſſimis dominis, in diſcuſſione & inquiſitione differentiarum habitarum, nos uſos auctoritatibus ſanctæ ſcripturæ & ſanctorum patrum eccleſiæ. Nam cognoſcentes nos, & animadvertentes fragilitatem humanam, potius voluimus credere auctoritatibus ſanctorum patrum, quam rationibus humanis: ea regula, qua in aliis uſi ſumus, & in hac hæſitatione utimur. Et quoniam ab omnibus ſanctis doctoribus, maxime ab illo beato Joanne Chryſoſtomo [a], nos audivimus, verba dominica eſſe quæ mutant & tranſubſtantiant panem illum in corpus Chriſti, & vinum in ſanguinem; & quod divina verba illa ſalvatoris omnem virtutem tranſubſtantiationis habent; de neceſſitate ipſum doctorem & eamdem ſuam ſententiam ſequimur. Præterea, pater beatiſſime, [illegible] quatuor requiri in conſecratione pretioſiſſimi & venerabilis ſacramenti. Primo materiam, quæ debet eſſe panis triticeus, aut fermentatus, aut azymus; quia in utroque conficitur veraciter. Item quod miniſter ſit ſacerdos, qui habeat ſacerdotium ab eccleſia ſecundum canones. Item tertio formam, quæ eſt iſta, verba ſalvatoris ſecundum ſententiam ſancti Joannis præfati. Quarto, beatiſſime pater, intentio ſacerdotis, ut habeat intentionem conſecrandi panem ſibi propoſitum & vinum. Hæc breviter, pater beatiſſime, de hac quæſtione & ſufficienter ad certificationem ſanctitatis veſtræ & aliorum patrum diximus, & quod ſemper, pater ſancte, fuimus, & ſimus, & futuri ſimus in hac ſententia, ſanctitatem veſtram certiſſimam reddimus.

a Homil. 83. in Matthæum, & homil. 1. in 2. ad Tim. & hom. 60. ad populum Antioch. [illegible] lib. 3. c. 11.

ANNO CHRISTI 1439.

PAPA. Intelleximus, quæ per venerabilem fratrem noſtrum Nicænum dicta ſunt, & quamvis in mente noſtra non eſſet aliud, tamen gratum fuit audiſſe, quæ ore relata ſunt, quia iſta eſt doctrina & ſancti Joannis Chryſoſtomi, & aliorum ſanctorum qui præceſſerunt & qui ſecuti ſunt: & hanc doctrinam ſecuta eſt & ſemper ſequetur cum gratia Dei ſacra Romana eccleſia, & gratum fuit audire, ut qui aliud exiſtimaſſent, ſint certi de veſtra bona opinione.

AND. Placentinus, his dictis, qui ex cardinalibus tunc primus erat, dixit.

PLACEN. Omnes tenuimus & tenemus hoc cum gratia Dei, & ſicut in hoc ſumus concordes, erimus & in aliis cunctis.

AND. Quibus dictis, Nicænus hæc verba protulit.

NICÆN. Per beatitudinem veſtram, & ſollicitudinem ſanctitatis veſtræ, omnia feliciter proceſſerunt, & procedent cuncta in melius, & veſtra beatitudine præſidente cuncta feliciter procedere ſperandum eſt, prout Spiritus ſancti gratia in hoc ſancto opere viſum eſt.

AND. Quibus expoſitis, aſſurreximus cuncti hora XXIV.

*Unionis decretum ſeu diffinitio ſolemni in ſeſſione legitur.*

Num. X.

AND. DIE ſexta Julii in cathedrali eccleſia ſeſſio facta eſt, Latinis Græciſque præſentibus ordine modove, quo ſupra in concilii œcumenici pronunciatione & declaratione [b] expoſitum eſt, licet civitatis nobilitate celebrior pompa fuerit, & populi magnitudine, & dominorum præſentia. Erat namque eccleſia illa magnitudine non inter mediocres Italiæ, ſed de majoribus, tanta multitudine populi plena, ut extra eccleſiam maximum ſtare numerum oporteret, quorum eccleſia capax non fuerat; patrum vero caterva venerabilis, prout in ſubſcriptione conſpicies.

b Dum ſcilicet Ferrariæ celebrata eſt prima ſeſſio, ſupra.

LUD. Extititne aliquid novi ea in celebritate, aut memorabile, ultra decretum?

AND. Ultra novitatem, novorumque capitulorum fidei profeſſionem in decreto contentorum, nil novi conſpexi, niſi quod prout alii Latini patres ad ſummum pontificem accedunt, eidem oſculando fimbrias, reverentiam exhibendo, id pariter & Græci fecere, ac hymnum, Veni creator Spiritus, in Græco ſuaviſſimo cecinerunt cantu, ac miſſam cunctaſque eccleſiæ Latinæ ceremonias religioſiſſime ac reverenter perceperunt, adoraveruntque. Miſſa Romanæ eccleſiæ more, ſummo pontifice celebrante, finita; ac demum ſolitis orationibus ac ceremoniis, quæ fieri aſſolent in ſeſſionibus publicis, ad altare



ANNO CHRISTI 1439.

tare ſummi pontificis ſede poſita; prout moris eſt, ac cunctis præſentibus, imperatore Græcorum, ceteriſve Græcorum patribus, reverendiſſimus dominus cardinalis ſanctæ Sabinæ in Latino primo, deinde Nicænus archiepiſcopus in Græco, decretum legere, cujus decreti verba hæc fuere.

Extat Græce & Latine ſupra poſt ſeſſionem 25. pag. 322.

# DECRETUM, SEU DIFFINITIO.

*Eugenius epiſcopus ſervus ſervorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.*

*Conſentiente ad infra ſcripta cariſſimo in Chriſto filio noſtro Joanne Palæologo Romæorum imperatore illuſtri, & locatenentibus venerabilium fratrum noſtrorum patriarcharum, & ceteris orientalem eccleſiam repræſentantibus.*

LÆTENTUR cœli, & exultet terra; ſublatus eſt enim de medio paries, qui occidentalem orientalemque dividebat eccleſiam: & pax atque concordia rediit, illo angulari lapide Chriſto, qui fecit utraque unum, vinculo fortiſſimo caritatis & pacis utrumque jungente parietem, & perpetuæ unitatis fœdere copulante ac continente: poſtque longam mœroris nebulam, & diſſidii diuturni atram ingentemque caliginem, ſerenum omnibus unionis optatæ jubar illuxit. Gaudeat & mater eccleſia, quæ filios ſuos hactenus invicem diſſidentes, jam videt in unitatem pacemque rediiſſe: & quæ antea in eorum ſeparatione amariſſime flebat, ex ipſorum modo mira concordia cum ineffabili gaudio omnipotenti Deo gratias referat. Cuncti gratulentur fideles ubique per orbem, & qui Chriſtiano cenſentur nomine, matri catholicæ eccleſiæ collætentur. Ecce enim occidentales orientaleſque patres poſt longiſſimum diſſenſionis atque diſcordiæ tempus, ſe maris & terræ periculis exponentes, omnibuſque ſuperatis laboribus, ad hoc ſacrum œcumenicum concilium, deſiderio ſacratiſſimæ unionis, & antiquæ caritatis reintegrandæ gratia, læti alacreſque convenerunt, & intentione ſua nequaquam fruſtrati ſunt. Poſt longam enim laborioſamque indaginem, tandem Spiritus ſancti clementia ipſam optatiſſimam ſanctiſſimamque unionem conſecuti ſunt. Quis igitur dignas omnipotentis Dei beneficiis gratias referre ſufficiat? Quis tantæ divinæ miſerationis divitias non obſtupeſcat? Cujus vel ferreum pectus tanta ſupernæ pietatis magnitudo non molliat? Sunt iſta prorſus divina opera, non humanæ fragilitatis inventa, atque ideo eximia cum veneratione ſuſcipienda, & divinis laudibus proſequenda. Tibi laus, tibi gloria, tibi gratiarum actio Chriſte fons miſericordiarum, qui tantum boni ſponſæ tuæ catholicæ eccleſiæ contuliſti, atque in generatione noſtra tuæ pietatis miracula demonſtraſti, ut enarrent omnes mirabilia tua. Magnum ſiquidem divinumque munus nobis Deus largitus eſt: oculis videmus, quod ante nos multi cum valde cupierint, aſpicere nequiverunt.

COLLATIO XXII.

Convenientes etiam Latini & Græci in hac ſacroſancta œcumenica ſynodo, magno ſtudio invicem uſi ſunt, ut inter alia etiam articulus ille de divina Spiritus ſancti proceſſione ſumma cum diligentia & aſſidua inquiſitione diſcuteretur. Prolatis vero teſtimoniis ex divinis ſcripturis, plurimiſque auctoritatibus ſanctorum doctorum orientalium & occidentalium; aliquibus quidem ex Patre & Filio, quibuſdam vero ex Patre per Filium procedere dicentibus Spiritum ſanctum, & ad eamdem intelligentiam aſpicientibus omnibus ſub diverſis vocabulis; Græci quidem aſſeruerunt, quod id quod dicunt Spiritum ſanctum ex Patre procedere, non hac mente proferunt ut excludant Filium, ſed quia eis videbatur, ut ajunt, Latinos aſſerere Spiritum ſanctum ex Patre & Filio procedere tanquam ex duobus principiis & duabus ſpirationibus, ideo abſtinuerunt a dicendo, quod Spiritus ſanctus ex Patre procedat & Filio. Latini vero aſſeruerunt, non ſe hac mente dicere Spiritum ſanctum ex Patre Filioque procedere, ut excludant Patrem, quin ſit fons & principium totius deitatis, Filii ſcilicet & Spiritus ſancti; aut id, quod Spiritus ſanctus procedit ex Filio, Filius a Patre non habeat, ſive quod duo ponant eſſe principia, ſeu duas ſpirationes; ſed unum tantum aſſerant eſſe principium, unicamque ſpirationem Spiritus ſancti, prout hactenus aſſeruerunt. Et cum ex his omnibus unus & idem eliciatur veritatis ſenſus, tandem in infra ſcriptam ſanctam & Deo amabilem, eodem ſenſu, eademque mente unionem unanimiter concordarunt & conſenſerunt.

In nomine igitur ſanctæ Trinitatis Patris & Filii & Spiritus ſancti, hoc ſacro approbante univerſali Florentino concilio diffinimus, ut hæc fidei veritas ab omnibus Chriſtianis credatur & ſuſcipiatur, ſicque omnes profiteantur.

Quod Spiritus ſanctus ex Patre & Filio æternaliter eſt, & eſſentiam ſuam ſuumque eſſe ſubſiſtens habet ex Patre, ſimul & Filio, & ex utroque æternaliter tanquam ab uno principio & unica ſpiratione procedit. Declarantes, quod id quod ſancti doctores & patres dicunt, ex Patre per Filium procedere Spiritum ſanctum, ad hanc intelligentiam tendit, ut per hoc ſignificetur, Filium quoque eſſe ſecundum Græcos quidem cauſam, ſecundum Latinos

COLLATIO XXII.

A Latinos vero principium ſubſiſtentiæ Spiritus ſancti, ſicut & Patrem; & quoniam omnia quæ Patris ſunt, Pater ipſe unigenito Filio ſuo gignendo dedit, præter eſſe Patrem: hoc ipſum, quod Spiritus ſanctus procedit ex Filio, ipſe Filius a Patre æternaliter habet, a quo etiam æternaliter genitus eſt.

Diffinimus inſuper, explicationem verborum illorum, Filioque, veritatis declarandæ gratia, & imminente tunc neceſſitate, licite & rationabiliter ſymbolo fuiſſe appoſitam.

B Item in azymo, ſive fermentato pane triticeo corpus Chriſti veraciter confici, ſacerdoteſque in altero ipſum domini corpus conficere debere, unumquemque ſcilicet juxta ſuæ eccleſiæ, ſive occidentalis, ſive orientalis, conſuetudinem.

Item ſi vere pœnitentes in Dei caritate deceſſerint, antequam dignis pœnitentiæ fructibus de commiſſis ſatisfecerint, & omiſſis, eorum animas pœnis purgatoriis poſt mortem purgari; & ut a pœnis hujuſmodi releventur, prodeſſe eis fidelium vivorum ſuffragia, C miſſarum ſcilicet ſacrificia, orationes & eleemoſynas, ac alia pietatis officia, quæ a fidelibus pro aliis fidelibus fieri conſueverunt ſecundum eccleſiæ inſtituta. Illorumque animas, qui poſt baptiſma ſuſceptum nullam omnino peccati maculam incurrerunt, illas etiam quæ poſt contractam peccati maculam in ſuis corporibus, vel eiſdem exutæ corporibus (prout ſuperius dictum eſt) ſunt purgatæ, in cœlum mox recipi, & intueri clare ipſum Deum trinum & unum, ſicuti eſt, pro meritorum tamen diverſitate alium alio perfectius. D Illorum autem animas, qui in actuali mortali peccato, vel ſolo originali decedunt, mox in infernum deſcendere, pœnis tamen diſparibus puniendas.

Item diffinimus, ſanctam apoſtolicam ſedem & Romanum pontificem in univerſum orbem tenere primatum, & ipſum pontificem Romanum ſucceſſorem eſſe B. Petri principis apoſtolorum, & verum Chriſti vicarium, totiuſque eccleſiæ caput, & omnium Chriſtianorum patrem & doctorem exiſtere, & ipſi in beato Petro paſcendi, E regendi & gubernandi univerſalem eccleſiam a domino noſtro Jeſu Chriſto plenam poteſtatem traditam eſſe, quemadmodum etiam in geſtis œcumenicorum conciliorum, & in ſacris canonibus continetur.

Renovantes inſuper ordinem traditum in canonibus, cæterorum venerabilium patriarcharum, ut patriarcha Conſtantinopolitanus * ſecundus ſit poſt ſanctiſſimum Romanum pontificem, tertius vero Ale-

*a* Vide annotationes ad calcem.

A xandrinus, quartus autem Antiochenus, & quintus Hieroſolymitanus, ſalvis videlicet [11] privilegiis omnibus & juribus eorum.

ANNO CHRISTI 1439.

Datum Florentiæ in ſeſſione publica ſynodali, in eccleſia majori ſolemniter celebrata, anno incarnationis dominicæ milleſimo quadringenteſimo trigeſimo nono, pridie Nonas Julii, pontificatus noſtri anno nono.

## SUBSCRIPTIONES.

*Varietas lectionum harum ſubſcriptionum hic in margine poſitarum deſumpta eſt ex regeſto Eugenii IV. & ſumptos'Eti IV. & aliis Vaticanis codicibus.*

B Eugenius catholicæ eccleſiæ epiſcopus ita diffiniens ſubſcripſi.
Ego Antonius epiſcopus Oſtienſis cardinalis Bononienſis, ſupradictas diffinitiones veras & catholicas eſſe affirmo, & illis me ſubſcripſi.
Ego * Branda epiſcopus Portuenſis ſubſcripſi. (* *Alias* Baranda.)
Ego Nicolaus cardinalis ſanctæ Crucis ſubſc.
Ego Franciſcus tituli ſancti Clementis presbyter cardinalis ſubſcripſi.
Ego Angelottus tituli ſancti Marci presbyter cardinalis ſubſcripſi.
Ego Julianus tituli ſanctæ Sabinæ presbyter cardinalis ſubſcripſi.
Ego Proſper ſancti Georgii in Velabro diaconus cardinalis * ſubſcripſi. (* de Colonna.)
C Ego Dominicus ſanctæ Mariæ in Via lata diaconus cardinalis ſubſcripſi.
Ego * Blaſius patriarcha Hieroſolymitanus ſubſcripſi. (* Baſilius.)
Ego Marcus patriarcha Gradenſis ſubſcripſi.
Ego Joannes epiſcopus Morinenſis, illuſtriſſimi principis domini ducis Burgundiæ & Brabantiæ orator, ſubſcripſi.
Ego Joannes epiſcopus * Nivernienſis, ejuſdem dicti domini ducis orator, ſignavi & interfui. (* Nivernenſis.)
Ego Bartholomæus archiepiſcopus Spalatenſis ſubſcripſi.
Ego Fantinus archiepiſcopus Cretenſis ſubſcripſi.
D Ego Julianus archiepiſcopus Piſanus ſubſcripſi.
Ego Andreas archiepiſcopus Coloſſenſis ſubſcripſi.
Ego Nicolaus archiepiſcopus Capuanus ſubſcripſi.
Ego Ludovicus archiepiſcopus Florentinus ſubſcripſi.
Ego Latinus de Urſinis archiepiſcopus * Tranenſis ſubſcripſi. (* Tarentinus, alias Trojanus.)
Ego * Raimundus archiepiſcopus * Conſanus ſubſcripſi. (* *Alias* Benedictus. * *Alias* Compſanus.)
Ego Jacobus epiſcopus Adrienſis ſubſcripſi.
Ego Petrus epiſcopus Paduanus ſubſcripſi.
Ego Daniel epiſcopus Concordienſis ſubſcripſi.
E Ego Antonius epiſcopus Portugallenſis ſubſcripſi.
Ego Bartholomæus epiſcopus Valvenſis ſubſcripſi.
Ego Thomas epiſcopus * Fanenſis ſubſcripſi. (* *Alias* Trevenſis.)
Ego Chriſtophorus epiſcopus Ariminenſis ſubſcripſi.
Ego Amicus epiſcopus Aquilenſis ſubſcripſi.
Ego Petrus Dignenſis epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Joannes Ferrarienſis epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Valentinus epiſcopus Ortanus & Caſtellanus ſubſcripſi.
Ego Joannes epiſcopus Arbenſis ſubſcripſi.

Ego



ANNO CHRISTI 1439.

A Ego * Bornocius epiſcopus * Feſulanus ſubſcripſi. (* *Alias* Benotius. * Eſculanus.)
Ego Carolus epiſcopus Senenſis ſubſcripſi.
Ego Andreas Hiſpanus Portugallenſis epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Carolus epiſcopus olim Mutinenſis ſubſcripſi.
Ego Nicolaus epiſcopus Tiburtinus ſubſcripſi.
Ego Antonius epiſcopus * Groſſenſis ſubſcripſi. (* *Alias* Graſſenſis.)
Ego Laurentius * Archarenſis ſubſcripſi. (* *Alias* epiſcopus Achayenſis.)
Ego Zanonus epiſcopus Bajocenſis ſubſcripſi.
Ego Ludovicus epiſcopus * Treviſinus ſubſcr. (* *Alias* Treviſanus.)
Ego Joannes de Mella * confirmatus Legionenſis ſubſcripſi. (* Electus.)
Ego Gulielmus electus confirmatus Andegavenſis ſubſcripſi.
B Ego Angelus epiſcopus * Parentinus ſubſcripſi. (* Barenſis.)
Ego Damianus * Aſſiſinenſis ſubſcripſi. (* Aſſiſienſis.)
Ego Petrus epiſcopus Anſarenſis ſubſcripſi.
Ego Matthæus epiſcopus Zapathenſis ſubſcripſi.
Ego Angelus de Graſſis epiſcopus * Arianus ſubſcripſi. (* *Alias* Arnenſis.)
Ego Petrus epiſcopus * Meſſanus ſubſcripſi. (* *Alias* Maſſanus.)
Ego Bartholomæus epiſcopus Cavallicenſis ſubſcripſi.
Ego Robertus de * Florentia epiſcopus Vulterranus ſubſcripſi. (* *adde*, Idimare de)
Ego Antonius epiſcopus Cæſenæ ſubſcripſi.
Ego Donatus epiſcopus Piſtorienſis ſubſcripſi.
Ego Scipio epiſcopus Mutinenſis ſubſcripſi.
C Ego Chriſtophorus epiſcopus * Coronenſis ſubſcripſi. (* Sorronenſis.)
Ego Andreas epiſcopus * Converſanus ſubſcr. (* Concerſanai.)
Ego Alexius epiſcopus Cluſinus ſubſcripſi.
Ego Garzias epiſcopus Tudenſis ſubſcripſi.
Ego G. epiſcopus Granatenſis ſubſcripſi.
Ego Aimericus epiſcopus Montis regalis ſubſcripſi.
Ego Baptiſta electus * Theanus ſubſcripſi. (* *Alias* Theatinus.)
Ego Nicolaus epiſcopus Tricaricenſis ſubſcripſi.
Ego Joannes electus * Aganenſis ſubſcripſi. (* *Alias* Agenenſis.)
Ego Joannes electus Oliſienſis ſubſcripſi.
Ego Gulielmus electus Leonenſis ſubſcripſi.
D Ego Andreas epiſcopus * Roſſumenſis ſubſcripſi. (* *Alias* Roſſinenſis.)
Ego Matthæus epiſcopus * Tortonenſis ſubſc. (* *Alias* Cortonenſis.)
Ego Julianus electus * Citaridenſis ſubſcripſi. (* *Alias* Citarienſis.)
Ego Joannes epiſcopus * Canapenſis ſubſcripſi. (* *Alias* Cǒnopenſis.)
Ego Thaddæus * Aceſuatenſis ſubſcripſi. (* *Alias* Aceſtratenſis.)
Ego Petrus Clerici archidiaconus Trecenſis, ambaſiator domini ducis Burgundiæ & Brabantiæ, ſubſcripſi.
Ego Ambroſius generalis ordinis Camaldulenſis ſubſcripſi.
Ego Gomeſius abbas Florentinus ſubſcripſi.
Ego Joannes de Urſinis * Farfenſis ſubſcripſi. (* abbas Farfenſis.)
Ego Antonius abbas ſancti Capraſii ſubſcripſi.
Ego Franciſcus abbas ſancti Leonardi ſubſcripſi.
Ego Federicus abbas * de Berto ſubſcripſi. (* *Alias* de Boreto.)
Ego Georgius abbas * de Ferentillis ſubſcripſi. (* *Alias* de Seten.)
Ego Antonius abbas de Alfiolo ſubſcripſi.
E Ego Bartholomæus abbas de Campoſulonis ſubſcripſi.
Ego Sepulcrus abbas de * Urano ſubſcripſi. (* *Alias* Urino.)
Ego Angelus abbas de Sexto ſubſcripſi.
Ego Paſchaſius abbas ſancti Sepulcri ſubſcripſi.
Ego Benedictus abbas de * Ceneo ſubſcripſi. (* *Alias* Chunero.)
Ego Jacobus abbas ſancti * Salini ſubſcripſi. (* *Alias* Salvi.)
Ego Aloyſius abbas ſancti Pauli ad Ripam Arni Piſani ſubſcripſi.
Ego Joannes abbas de Thiro ſubſcripſi.
Ego Daniel abbas de Saviliano ſubſcripſi.
Ego Benedictus abbas ſancti Pancratii ſubſcripſi.



COLLATIO XXII.

A Ego Franciſcus abbas * de Pancriano ſubſcripſi. (* *Alias* ſanctæ Mariæ, Primano.)
Ego Joannes * Granant. abbas de Ripolis ſubſcr. (* *Alias* Grovannis abbas Daripoli.)
Ego Angelus abbas ſancti * Michaelis de Piſtorio ſubſcripſi. (* *Alias* ſanctæ Mariæ.)
Ego Nicolaus abbas monaſterii ſancti Modeſti * ſubſcripſi. (* Beneventan.)
Ego Jacobus abbas ſancti * Salvatoris de Fenzoe ſubſcripſi. (* *Alias* Salvatii de Frazie.)
Ego A. abbas Montis pian. Piſtorienſis diœceſis ſubſcripſi.
Ego Petrus abbas * S. Petri de Floren. ſubſcripſi. (* *Alias* ſancti Felicis.)
Ego M. abbas ſanctæ Mariæ de Diciano ſubſcr.
Ego * Santellemen. abbas de Bibona ſubſcripſi. (* *Alias* Bartholomæus.)
Ego Laurentius Dal abbas de * Culvos ſubſcr. (* *Alias* Culres.)
Ego Federicus abbas monaſterii ſancti Pantaleonis de Luca ſubſcripſi.
B Ego Lucas abbas * Stuant. in Alpibus ſubſcripſi. (* *Alias* Druytis.)
Ego Jacobus abbas S. Petri de Maſſa ſubſcripſi.
Ego frater Joannes abbas ſanctorum martyrum Cordubenſium ſubſcripſi.
Ego Gulielmus abbas ſancti Salvatoris Burdigalenſis ſubſcripſi.
Ego Tonus Lucas abbas Petrariat. ſubſcripſi.
Ego Georgius abbas ſancti Petri de Eugubio ſubſcripſi.
Ego Antonius abbas ſancti Salvatoris & Vigilii de * Sen' ſubſcripſi. (* Stum.)
Ego abbas ſanctæ Mariæ de * Morone ſubſcripſi. (* *Alias* de Mozone.)
Ego abbas * ſanctæ Gaudæ ſubſcripſi. (* *Alias* ſanctæ Gonuæ.)
Ego Gabriel abbas S. Jacobi de Pontida ſubſcr.
C Ego Dionyſius abbas ſanctæ Mariæ de * Sardin' Sagienſis ſubſcripſi. (* *Alias* Sandinſagienſis.)
Ego Timotheus abbas ſancti Andreæ de Mantua ſubſcripſi.
Ego frater Gulielmus generalis Minorum ſubſc.
Ego frater Gerardus generalis Auguſtinenſium ſubſcripſi.
Ego Placidus generalis Vallis umbroſæ ſubſcr.

*Blondus.*

### *Subſcriptiones Græcorum.*

Joannes Palæologus in Chriſto Deo fidelis rex & imperator Romæorum.
D Antonius humilis archiepiſcopus Heracleenſis, præſidens Edeſſenorum, & primas totius Macedoniæ, & locumtenens apoſtolicæ ſedis ſanctiſſimi Philothei patriarchæ Alexandrini, ſubſcripſi.
Gregorius ſacer monachus, magnus protoſyncellus, & * ſpiritualis, ac vicarius apoſtolicæ ſedis domini noſtri Philothei patriarchæ Alexandrini, ſubſcripſi. (* Græce πνευματικός, quo nomine appellatur qui eſt a confeſſionibus: erat autem Gregorius a confeſſionibus imperatoris, ut ait Georgius Franza in chronico lib. 2. cap. 17.)
Iſidorus archiepiſcopus Kiovienſis, ac totius Ruſſiæ, ac locumtenens apoſtolicæ ſedis ſanctiſſimi patriarchæ Antiocheni domini Dorothei, affirmans & ſatisfaciens, ſubſcripſi.
Doſitheus archiepiſcopus Monembaſienſis locumtenens apoſtolicæ ſedis ſanctiſſimi patriarchæ Hieroſolymitani Joachimi, ſequendo ſubſcripſi.
E Dorotheus archiepiſcopus Trapezuntius ſequendo ſubſcripſi.
Metrophanes archiepiſcopus Cyzici ſubſcripſi.
Beſſarion miſeratione divina archiepiſcopus Nicænus ſequendo ſubſcripſi.
Macarius archiepiſcopus Nicomediæ ſubſcripſi.
Methodius humilis archiepiſcopus Lacedæmonienſis ſubſcripſi.
Ignatius archiepiſcopus Tornovi ſequendo ſubſcripſi.



Dorotheus

COLLATIO XXII.

Dorotheus archiepiſcopus Mitylenenſis, locumtenens archiepiſcopi Sidenſis, ſequendo ſubſcripſi.

Damianus archiepiſcopus Moldoblachiæ, & locumtenens Sebaſtienſis archiepiſcopi, ſubſcripſi.

Joaſaph humilis archiepiſcopus Amaſienſis ſubſcripſi.

* Barkanoel archiepiſcopus Rhodi & Cycladum inſularum, ſubſcripſi.

* *Alias* Nathanael

Calliſtus archiepiſcopus Driſtæ ſequendo ſubſcripſi.

Matthæus archiepiſcopus Mellenici ſequendo ſubſcripſi.

Gennadius archiepiſcopus Savi ſequendo ſubſcripſi.

Doſitheus archiepiſcopus Dramæ ſequendo ſubſcripſi.

Beſſarion archiepiſcopus Nicænus per mandatum ſcriptum & ſubſcriptum a Manuele magno ſacellario * Chriſococo diacono, ejus depoſitionem hic ſubdeſignando, ipſum hic demonſtro eadem nobiſcum ſapere & conſentire, ac omnes qui hic ſunt, ſequi.

* Chryſococco.

Theodoricus magnus ſcevophylax * Xanthinopolus diaconus ſubſcripſi.

* Xanthopulus.

Michael Balſamon magnus chartophylax archidiaconus ſubſcripſi.

Silveſter * Siopolus magnus eccleſiarchus & dicæophylax, ſubſcripſi.

* An Silveſter iſte, qui dicitur Syropulus.

Georgius Cappadocius * protodicus diaconus ſubſcripſi.

* protecdicus.

*Hic debent eſſe epiſcopi Ruſſiæ.*

Conſtantinus primus presbyter, & vicarius Moldoblachiæ, ſubſcripſi.

Moyſes ſacer monachus, eccleſiarchus venerabilis ac ſacri regalis ſancti Montis magnæ Lauræ, & ipſius locumtenens, ſubſcripſi.

Dorotheus ſacer monachus, vicarius venerabilis & ſacri Montis ſancti magni monaſterii Vatopedi, ſubſcripſi.

Gerontius ſacer monachus, olim prior venerabilis ſacri regalis monaſterii Chriſti omnipotentis, ſubſcripſi.

Athanaſius abbas monaſterii Circumſpecti ſubſcripſi.

Germanus olim abbas ſancti Baſilii ſubſcripſi.

Pachomius ſacer monachus & abbas ſancti Pauli, ſubſcripſi.

*Lecto decreto ſolemniter, & ſubſcripto, Græci ad patriam reverſuri diſcedunt Florentia.*

Num. XI.

ANNO DOMINI. HIS omnibus expeditis, die XXVI. Auguſti ſolemniter per totum ſacrum cardinalium collegium ſociati imperator, Græcive, ex Florentia ad patriam * redeuntes exiverunt, aſſociantibus eumdem demum per territorium Florentinum cardinalibus tribus, ac multis aliis: hiſque ſanctiſſimæ unionis optatus finis impoſitus eſt: Capies hæc, frater optime, quæ quidem etſi facundius, non tamen recte proprieve referri potuiſſent: & retuli prout fuere, verbiſve propriis eorum qui ea protulere, ne verborum ornamento a geſtorum veritate divertere judicarer. Plurima quæ in ſecreto ſuo geſta [illegible] referenda dimi[illegible] qui his interfuere: hæc, quæ publice geſta ſunt, continent, nulla a re ipſa mutata ſententia. Vale.

* Venetiis ingreſſi ſunt, ut ſupra dixit imperator hac eadem collatione num. 6. & teſtatur Græcus ſcriptor in fine ſeſſionum.

LUDOV. Et tu vale.

*In ſupradictorum confirmationem opportune hæc ſubjicimus ex manuſcripto codice bibliothecæ Heidelbergæ Romam in Vaticanum advectæ fol. 272. tenoris ut ſequitur,*

Anno domini 1439. die Lunæ ſexta menſis Julii facta fuit ſeſſio ſolemnis in majori eccleſia Florentina, in qua Græci fuerunt reducti ad ſidem noſtram & obedientiam Romanæ eccleſiæ. Imperator, nobiles Græci, legati domini imperatoris Trapezuntii, legati regis Iberorum, Rutheni archiepiſcopi, & epiſcopi ipſorum, nec non omnes alii, qui erant in numero quingenti, genibus flexis ad papam acceſſerunt, & oſculati ſunt ſibi manus, prout moris eſt. Latini cantarunt hymnum, Veni creator Spiritus, &, Te Deum laudamus. Deinde Græci more ſuo cum maxima devotione in Græco ſimilia cantarunt, & fuit celebrata miſſa ſolemnis per papam. Poſt miſſam fuit lecta bulla decreti per cardinalem ſancti Angeli in Latino: in Græco autem fuit lecta bulla per unum archiepiſcopum Græcum, & bulla fuit ſcripta in Latino & in Græco, in una charta. In medio chartæ, videlicet per longitudinem chartæ, erat una linea, ſicut fit in quinternis, in quibus ſcribuntur jura: ab una parte fuit ſcripta bulla in Latino, & ſubſcripta per papam, cardinales, & alios prælatos: ab alia vero parte fuit ſcripta in Græco pulcherrime ſimili modo ſicut Latina, & ſubſcripta per imperatorem cum incauſto rubeo. Per quadragintaſex vero, patriarchas, & archiepiſcopos Græcos, Trapezuntios, Iberos & Ruthenos, fuit ſubſcripta cum incauſto nigro in ſimili forma in litera Græca, ſicut noſtra bulla Latina. *Hæc ibi.*

*Supradictum decretum pro Græcis extat etiam in bullario Romano ſub Eugenio, & unum ex originalibus in pergameno Latine & Græce ſcriptum, manu Eugenii papæ & cardinalium nigris, nec non imperatoris Græcorum rubris characteribus ſubſcriptum, vidi in archivo baſilicæ ſancti Petri, quod iterum refertur infra in decreto pro Jacobinis tranſumpto ex alio originali, ut ibi dicemus.*

*Legi in quodam veteri manuſcripto penes illuſtriſſimum dominum Carolum Strozzium, Julianum Cæſarinum cardinalem donaſſe reipublicæ Florentinorum originalia unionis Græcorum, Armenorum & Jacobinorum, cum eccleſia Romana, in quadam capſula argentea, quam capſulam & in ea ſervata originalia, in theſauro reliquiarum exiſtenti in ſacello ſancti Bernardi in veteri palatio magni ducis Etruriæ, retulit mihi ſe vidiſſe eruditiſſimus dominus Ferdinandus Ughellus abbas ſanctorum Vincentii & Anaſtaſii ad Aquas Salvias ordinis CiſterGienſis.*

*Extant in valvis æneis juſſu Eugenii papæ IV. in majori porta baſilicæ ſancti Petri collocatis, inſculpta nobiliora ejuſdem pontificis monumenta, inter quæ apparet publica ſeſſio præſentibus papa, imperatore, ejuſque fratre deſpoto, ac patrum ſenatu, Florentiæ habita, in qua a cardinali ſanctæ Sabinæ & archiepiſcopo Nicæno legitur decretum fidei. * Subinde inſculptus etiam cernitur diſceſſus imperatoris Venetias verſus, ubi triremim ingreditur Conſtantinopolim rediturus, ut hic in gratiam lectoris imprimi curavimus.* [illegible]

* ingreditur ſtantinopolim

Hoc



ANNO CHRISTI 1439.

*Hoc decreto fidei per orbem tranſmiſſo, & in ſpecie ad patriarcham Alexandrinum; ſic illum reſcripſiſſe habetur in Vaticano codice.*

*Literæ patriarchæ Alexandrini ad ſanctiſſimum dominum Eugenium papam IV.*

*Philotheus miſeratione divina * papa & patriarcha magnæ civitatis Alexandriæ ac totius Ægypti.*

a Nomen papæ una cum jure legationis ad concilium Epheſinum, a Cæleſtino papa conceſſum ſancto Cyrillo patriarchæ Alexandrino, & per ſucceſſores continuatum, aſſirmat Niceph. lib. 14. cap. 34. dubitat Baron. tom. 5. anno 430. num. 25. & in notis ad martyrol. ſub die 20. Januarii.

PATER ſanctiſſime, pater beatiſſime, religioſiſſime, juſtiſſime, terreſtris angele, & cœleſtis homo, qui cum gratia Dei indutus, cum ſacra veſte ornatus, boni gregis optime paſtor, qui doctrina tua irruentes lupos ab ovibus univerſalis ovilis depellis, Chriſti noſtri benefactoris patrocinio, deinde principis apoſtolorum Petri, petra fidei, caput omnium Chriſtianorum eccleſiarum, qui ex Chriſto Jeſu domino noſtro ſacram poteſtatem accipiens, papa magnæ urbis Romanorum, & protector ceterorum patriarcharum factus es, comminiſter & frater in Spiritu ſancto, domine ſancte papa Eugeni, ſit tibi gratia, magnificentia ſimul & gloria a Deo Patre omnipotente, & domino noſtro Jeſu Chriſto, qui tribuens ſuis diſcipulis pacem in ſancta Sion, *Pacem*, inquit, *meam do vobis, pacem relinquo vobis.* Non ſicut ad ceteras gentes, ſed per igneas linguas illis advenit [b], aperienſque corda eorum, adimplens eos quantum quiſque capere poterat, ac ſic inſtitutos in univerſum orbem ipſos dimiſit, quantum naturalis ac gentilis philoſophiæ indocti fuerant, tanto veræ ſcientiæ & juſtitiæ rudimenta ſuſceperunt. Hanc igitur gratiam, pacem ac benedictionem in maxima tua beatitudine primo, deinde in ſanctis fratribus meæ moderationis, pontificibus, ſacerdotibus, omnibuſque Chriſtiano nomine appellatis, idem ſpiritus multiplicare dignetur, intercedentibus ad hoc munus perfectiſſima regina ac Dei genitrice Maria, beato Marco apoſtolo & evangeliſta, ac demum omnibus ſanctis Dei. Amen.

*Joan. 14.*

b Per Spiritum ſanctum: nam ſtatim ſubdit idé Spiritus, &c.

[c] Mea humilitas, pater beatiſſime, audiens quæ tuæ magnæ ſanctitati a filio meo in Spiritu ſancto fratre Alberto monacho ordinis Minorum miſſo in Ægyptum, refero, ut ſcilicet huc ad nos veniens, detulerit ſanctiſſimas literas tuæ ſanctitatis, quas diligentiſſime legi juſſimus, & contenta in illis [d] mandata de ſacra & œcumenica ſynodo, cum omnibus patribus, locatenentibus ſanctorum patriarcharum, & potentiſſimo imperatore noſtro Joanne Palæologo, ac omnibus pontificibus ac doctoribus orientalibus ac occidentalibus ſanctis, intelleximus cognovimuſque, quo pacto unio & pax in tota catholica eccleſia celebrata eſt, caritate perfecta, anima una, fide una ac ſymbolo, abjectoque ſchiſmate & inimicitia, in latriam communem ac juſtitiam, Dei omnipotentis amor & pax invocata ſunt per gratiam, miſerationem, pietatemque domini noſtri Jeſu Chriſti, cui gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

c Id eſt, mea humilitas audivit & legit opera tuæ ſanctitatis, quæ refero, ut ſcilicet, &c.

d decreta.

Lectis igitur ſanctiſſimis literis tuis, perfectiſſime pater, omnes adorationis gratias egimus domino noſtro Jeſu Chriſto de tam excellentiſſimo dono eccleſiæ ſuæ catholicæ elargito: huic noſtræ alacritati aliud * quodque lætitiæ genus additum eſt. Siquidem eodem pene momento quo dominus frater Albertus huc acceſſerat, redditæ ſunt mihi literæ ex magna urbe Conſtantinopoli ſereniſſimi domini imperatoris, & locum noſtrum tenentium patrum, quorumdamque nobilium, perlatæ manibus perſacratiſſimi fratris meæ moderationis metropolitæ Rhodi domini Anathemetis: legimuſque utraſque, Græcas ſcilicet & Latinas, contulimuſque eas, orationem orationi, verſum quoque verſui; & ſimiles omnino illas reperimus, ſtipulatas ſubſcriptionibus ſanctorum patrum, ac fratrum, archiepiſcoporum & magiſtrorum orientalium & occidentalium, obſignatas ſigillis tuæ magnæ ſanctitatis, & potentiſſimi principis domini imperatoris. Unde cum noſtris Ægyptiis pontificibus & ceteris clericis noſtris ſtatuimus, ut ubique in omnibus Chriſti eccleſiis inter miſſarum ſolemnia præ ceteris patriarchis memoriam tuæ beatitudinis faciamus, ſicut in ſacris canonibus cautum eſt. Ego vero, pater beatiſſime, decretum ſacræ ſynodi ſumma veneratione ſuſcipiens, in pectore meo æterna inſpectione infixi, ſequi inſtituens tuæ ſanctitatis veſtigia ſacra, & ſynodos, & apoſtolicos canones. Agimus præterea gratias Deo piiſſimo cum iis populis Chriſtianis, quod nos tanto dono dignos efficere voluerit, conſtitueritque nos omnes, ut ſub auctoritate & potentia tuæ ſanctitatis regamur, atque ſub umbra alarum tuæ pietatis doceamur. Te autem, pater beatiſſime, felicem, ſummæque beatitudinis dignum eſſe omnes gentes exiſtimabunt. Nam fons vitæ in evangelio beatos dixit ac filios Dei, qui pacem hominibus comparant. Et certe beatus es, pater ſanctiſſime. Multi enim ſanctorum pontificum ac regum cupierunt videre hoc unionis munus, & non potuerunt. Tu vero non ſolum hoc præ ceteris aſſecutus meruiſti, ſed & ſummam mercedem habebis, coronaque veritatis cum omnibus juſtis coronaberis. Amen.

* ſ. quoque

COLLATIO XXII.

Scripſit mea humilitas literas ad potentiſſimum principem dominum imperatorem, & ad quoſdam pontifices Conſtantinopolim, ſignificans, ut ſi quis ea quæ in ſacra ſynodo decreta ac diffinita ſunt, non recipit, tanquam tyrannus & hæreticus habeatur, decidatque a communione ſanctæ catholicæ eccleſiæ. Inclino meipſum, pater beatiſſime, ſub ſcabello pedum ſanctitatis tuæ, cum qua ſit gratia, beatitudo & pax cum omnibus utriuſque ordinis viris ſub tua poteſtate conſtitutis, & benedictio tuæ beatitudinis ſit cum omnibus nobis. Amen.

*Inferius literis magnis ſcriptum [illegible]*

Philotheus miſeratione divina papa & patriarcha magnæ civitatis Alexandriæ & totius Ægypti.

## NOTÆ HORATII JUSTINIANI

### AD VIGESIMAMSECUNDAM COLLATIONEM.

1 *Antirrheſis.* ] Sic Græco vocabulo vocat reſponſiones ad auctoritates adductas ab Eunomio, qui eſt lib. 4. adverſus eumdem, capite cujus titulus eſt, *Quod [illegible] pans de creatore, quæ ad imaginem ejus facta ſunt*, [illegible]

2 *Conditio.* ] Scilicet adverſus Eunomium [illegible] auctoritate, quod Filius ſit ſecundus a Patre, & [illegible] ſecundus a Filio, de qua ſatis ſupra dictum eſt.

3 Conce-

A 3 *Concedamus*. ] Verba ſcilicet, *etſi hoc concedamus*, per ſuppoſitionem dicta in aliis auctoritatibus Baſilii, ut addebat Epheſinus, de quibus ſatis ſupra collationibus præcedentibus.

4 *Arium*. ] Cujus titulus eſt, *De incarnatione Chriſti, vel de humana natura Chriſti*, in editione Pariſienſi anno 1572. tomo tertio. In editione vero Commeliniana Græco-Latina anno 1600. tom. 1. in quarum editionum textu Latino non legitur, *& Filii*, cum tamen in textu Græco ibidem e regione poſito legatur, videlicet: *Si enim non eſt ſubſtantia Patris & Filii Spiritus ſanctus*: in qua etiam lectione deeſt illa præpoſitio, de videlicet, *de ſubſtantia Patris & Filii*, ut legit ex Græco hic Provincialis, ac etiam refert Græcus ſcriptor ſeſſione 20.

5 *Cyrilli*. ] Præſertim ex ejus epiſtola ad Theodoretum, quæ incipit, *Cum Salvator noſter*, & in declaratione noni anathematiſmi, de quibus ſupra: unde etiam apparet, in B quo ſenſu dicat Cyrillus, ſe calumniam paſſum, de quo ſupra Epheſius: nam Cyrillus ſemper perſtitit in ſententia proceſſionis a Filio.

6 *Cardinalis*. ] Hæc reſponſio cardinalis neceſſario præſupponit dixiſſe etiam Ruſſ. quod ponit Græcus ſcriptor ſeſſione 25. videlicet, *Qui ſolus certat in ſtadio, victoriam adeptus videtur*.

7 *Referenda*. ] Græcus ſcriptor ſeſſione 25. ante medium, quæ correſpondet huic collationi, ait, Beſſarionem habuiſſe orationem dogmaticam ſeorſum ad Græcos de unione. Hanc ipſemet Beſſarion ex Græca Latinam fecit, imo & auxit: ideo in editione actorum concilii Græce & Latine editorum poſita e regione textus Græci, in aliquibus ſibi invicem non correſpondent. Eam ex Vaticano codice manuſcripto Latino in fine hujus operis exhibemus.

8 *Piarum*. ] Sanctus Antoninus, qui concilio præſens interfuit, in ſua hiſtoria tit. 22. cap. 13. hæc ait: *Cum Eu-* C *genius Florentiam tenderet, inſidiæ ei in via paratæ ſunt ad capiendum eum: ſed detectis iis, declinavit a via recta, alteram inſuetam aſſumens, & periculum evadens*.

9 *Patriarcham*. ] Cujus, ut Græcus ſcriptor refert ſeſſione 25. hæc fuit poſtrema ſententia, mentiſque teſtatio: *Joſeph miſeratione divina archiepiſcopus Conſtantinopolis novæ Romæ, & œcumenicus patriarcha*.

*Quoniam ad finem vitæ meæ perveni, ſoluturus jam commune debitum, Dei gratia ſcribo & ſubſcribo ſententiam meam aperte, univerſitati meorum filiorum. Omnia igitur quæ ſentit & quæ dogmatizat catholica & apoſtolica eccleſia domini noſtri Jeſu Chriſti ſenioris Romæ, ipſe quoque ſentio, & iis me acquieſcentem do ac dico. Profiteor quoque beatiſſimum patrem patrum, & maximum pontificem & vicarium domini noſtri Jeſu Chriſti, antiquæ Romæ papam, nec non purgatorium animarum: in horum quippe fidem ſubſcriptum eſt die menſis Junii nono, 1439. indictione ſecunda*.

D Utinam hic ſubſcriptio religioſiſſimi viri legeretur: non enim in ea cerneretur ab apoſtolicæ ſedi obſequentiſſimo uſurpatum nomen œcumenici in titulo hujus ſententiæ a ſcriptore quopiam appoſitum, ut obſervat etiam Arcudius in notis ad epiſtolam generalem Beſſarionis, una cum aliis ejuſdem Beſſarionis opuſculis editam. Sed quamvis etiam daremus, hoc titulo ſe ſubſcripſiſſe patriarcham, non ideo infertur, quod nonnulli exaggerant, toleratum fuiſſe hunc titulum patriarchæ ab Eugenio papa in concilio Florentino. Quid enim commune habet papa & concilium cum ſubſcriptione privatim in cubiculo facta, quæ nec publice lecta dignoſcitur? Hunc titulum œcumenici, id eſt univerſalis, ſanctus Gregorius papa adverſus Joannem patriarcham, qui primus hunc ſibi titulum temere aſſumpſit, ita eſt interpretatus, ut ſibi ipſi etiam denegaverit. Interpretatus eſt enim privative quoad omnes alios, ita ut qui ſe inſcriberet œcumenicum, id eſt univerſalem, omnes alios patriarchas & E epiſcopos cenſeret eſſe privatos, & ſe ſolum paſtorem crederet habitabilis terræ. Sic enim ait epiſtola 38. libri 4. quam refert etiam Baronius tomo 8. anno 595. num. 32. *Nullus ſibi hoc temerarium nomen arripuit, ne cum ſibi in pontificatus gradu gloriam ſingularitatis arriperet, hanc omnibus fratribus denegaſſe videretur*: & epiſtola 32. *Nullus unquam hoc ſingularitatis vocabulum aſſumpſit, ne dum privatum aliquid datur uni, honore debito ſacerdotes privarentur univerſi*. Ceterum Innocentius III. papa aliam etiam intelligentiam tribuit huic titulo œcumenici, ſecundum quam reſpondendo Joanni patriarchæ Conſtantinopolitano, docet convenire ſoli Romano pontifici. Sic enim ait epiſtola [illegible] libri 2. quam refert idem Baronius tomo 9. anno [illegible] num. 8. *Dicitur univerſalis eccleſia illa una, quæ ex univerſis conſtat eccleſiis: quæ*

A *Græco vocabulo catholica nominatur: & ſecundum hanc acceptionem vocabuli, eccleſia Romana non eſt univerſalis eccleſia, ſed pars univerſalis eccleſiæ, prima videlicet & præcipua, velut caput in corpore, quoniam in ea plenitudo poteſtatis exiſtit; ad ceteras autem pars aliqua plenitudinis derivatur. Dicitur etiam univerſalis eccleſia illa una, quæ ſub ſe continet univerſas eccleſias: & ſecundum hanc nominis rationem Romana tantum eccleſia univerſalis nuncupatur, quoniam ipſa ſola ſingularis privilegio dignitatis ceteris eſt prælata. Sed & Deus univerſalis dominus appellatur, non quaſi diviſus in ſpecies, aut ſpecialiſſimas, aut ſubalternas, ſed quoniam univerſa ſub ejus dominio continentur*. Hæc Innocentius papa. Atque hoc ſecundo ſignificatu tituli univerſalis Romanam eccleſiam univerſalem appellavit Sixtus papa primus tomo 1. conciliorum, epiſtola 2. *Sixtus*, inquit, *univerſalis apoſtolicæ eccleſiæ epiſcopus, omnibus epiſcopis in domino ſalutem*. Qui titulus idem eſt ac ille Zephyrini papæ in edicto, quod carpit B Tertullianus libro de pudicitia, capite primo, de quo plura Baronius tomo ſecundo anno 216. num. 4. *Zephyrinus pontifex maximus epiſcopus epiſcoporum*. Eodemque ſignificatu nemini ab univerſali concilio reperitur attributus titulus univerſalis, niſi ſoli pontifici Romano Leoni magno a concilio Chalcedonenſi, non ſolum in epiſtolis eidem pontifici ab Alexandrinis directis, & in concilio publice lectis, ut in prima parte ejuſdem concilii; verum etiam in titulo epiſtolæ ab ipſo concilio pro confirmatione geſtorum eidem pontifici tranſmiſſæ, ut in tertia parte concilii numero ſecundo. Et quamvis hodie in ea epiſtola hic titulus alicujus dolo librarii non legatur, ut obſervat Baronius tomo 6. anno 451. num. 150. in ejus tamen inſcriptione, vel alibi, hunc titulum fuiſſe a ſacro concilio Leoni attributum, omni certitudine affirmandum eſt: ſic enim ait ſanctus Gregorius libro quarto, epiſtola 36. ad Eulogium: *Veſtra ſanctitas novit, quod mihi per ſanctam Chalcedonenſem ſynodum pontifici ſedis apoſtolicæ (cui Deo diſponente deſervio) hoc univerſitatis nomen* C *oblatum eſt*. Quod vero ſubdit: *ſed nullus unquam deceſſorum meorum hoc tam profano vocabulo uti conſenſit*: obſervat Baronius ubi ſupra, intelligendum ita, ut nemo Romanorum pontificum eo titulo ex ſolemni ritu ſemper & in omnibus inſcriptionibus vel ſubſcriptionibus uſus ſit: atque in eumdem ſenſum locutus videtur Leo IX. epiſtola ad Michaelem patriarcham, quam refert etiam Baronius tomo undecimo anno 1054. numero 12. cujus hæc ſunt verba: *Qualis vero & quam deteſtabilis atque lamentabilis eſt illa ſacrilega uſurpatio, qua te univerſalem patriarcham jactas ubique & ſcripto & verbo, cum omnis Dei amicus hujuſmodi hactenus horruerit honorari vocabulo? Et quis poſt Chriſtum convenientius poſſet inſigniri hoc vocabulo, quam cui dicitur divina voce*: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam? *Veruntamen, quia ille non invenitur univerſalis apoſtolus dictus, quamvis princeps apoſtolorum ſit conſtitutus, nullus ſucceſſor ejus tam prodigioſo prænomine conſenſit appellari, licet* D *magno Leoni prædeceſſori noſtro & ſucceſſoribus ejus hoc ſancta decreverit Chalcedonenſis ſynodus*. Et infra: *Ecce ille Joannes veſter, cujus veſanæ adinventionis adhuc hæredes permanetis* (de Joanne patriarcha loquitur, qui primus ſibi œcumenici prænomen indidit,) *qui ſecundum pſalmiſtam per vos adhuc vocat nomina ſua in terris ſuis, cum interiit, non ſumpſit omnia, neque deſcendit cum eo gloria ejus in infernum: ipſe a beatiſſimis pontificibus Pelagio & Gregorio ſucceſſoribuſque eorum pro hac inſolentia anathematizatus, in ſua pertinacia irrevocabilis periit, jamque per quadraginta & quadringentos annos ſua contumacia ſequaces præcipitare non ceſſat*. Hæc Leo IX. Sed & Hadrianus papa in epiſtola ad Conſtantinum & Irenem Auguſtos, quæ extat in actis ſeptimæ ſynodi actione 2. hæc ait: *Valde mirati ſumus, quod in veſtris imperialibus juſſis pro patriarcha regiæ urbis* (ſcilicet Taraſio, directis) *univerſalem ibidem eum reperimus exaratum; ſed utrum per imperitiam vel hæreſim iniquorum ſcriptum eſt, ignora-* E *mus: ſed deinceps ſuademus, veſtræ clementiſſimæ imperialique potentiæ, ut minime in ſuarum exarationum ſerie univerſalis deſcribatur, quia contra ſanctorum canonum inſtituta, ſeu ſanctorum patrum traditionum decreta eſſe videtur. In ſecundo enim ordine nonniſi per ſanctæ noſtræ catholicæ & apoſtolicæ eccleſiæ auctoritatem valuit nomen habere; quod nimirum ſi univerſalis ſuper prælatam ſibi ſanctam Romanam eccleſiam, quæ eſt caput omnium Dei eccleſiarum, deſcribatur, tanquam ſanctarum ſynodorum rebellem atque hæreticum manifeſtare ſe, certum eſt. Quod ſi univerſalis eſt, etiam eccleſiæ noſtræ ſedis primatum habere dignoſcitur, quod ridiculum omnibus fidelibus Chriſtianis apparet, quia in toto orbe terrarum ab ipſo redemptore mundi beato Petro apoſtolo principatus & poteſtas data eſt, &* per







A *per eumdem apoſtolum, cujus vel immeriti vices gerimus, ſancta catholica & apoſtolica Romana eccleſia hactenus & in ævum tenet principatum ac poteſtatis auctoritatem, quatenus (quod non credimus) ſi quiſpiam eum univerſalem nuncupaverit, vel aſſenſum tribuerit, ſciat ſe orthodoxæ fidei eſſe alienum, & noſtræ catholicæ & apoſtolicæ eccleſiæ rebellem*. Hæc Hadrianus. Certe ipſe ſanctus Taraſius, quem etiam Romana eccleſia inter ſanctos relatum veneratur in martyrologio die 25. Februarii, nuſquam hunc titulum reperitur uſurpaſſe: nec mirum ſi in actis præfatæ ſeptimæ ſynodi, præſertim actione ſecunda, ab aliquibus inter dicendum inveniatur ei attributus, etiam coram præſidentibus legatis apoſtolicis: nec enim ſingulorum vota poterant prævideri, nec ad vitanda ſcandala de ſingulis erat agendum, incumbentibus legatis apoſtolicis definitioni de ſacrarum imaginum veneratione, propter quam fuerat ſynodus convocata. Ideo forte Baronius tom. 9. anno 787. num. 8. in fine, dicit hunc titulum patriarchæ Con- B ſtantinopolitano, *licet nunquam approbatum, toleratum tamen a Latinis fuiſſe*. Indulgentius loquitur, & quidem nimis Azorius tom. 2. lib. 4. cap. 4. in fine, dum ait, *poſt Photium patriarcham Romanis pontificibus annuentibus hunc titulum uſurpari a Græcis cœptum eſſe*. Ceterum Anaſtaſius bibliothecarius in præfatione ſeptimæ ſynodi alloquens Joannem VIII. ſummum pontificem, ſic ait: *In eo ſane, quod frequenter univerſalem in hac ſynodo Græci patriarcham ſuum appellant, apoſtolatus veſter Græcorum adulationi veniam det, prælatis ſuis non ſine reprehenſione placere ſtudentium. Verum cum apud Conſtantinopolim poſitus frequenter Græcos ſuper hoc vocabulo reprehenderem, & faſtus arrogantiam redarguerem, aſſerebant quod non ideo œcumenicum dicerent patriarcham, quod univerſi orbis teneat præſulatum, ſed quod cuidam parti præſit orbis, quæ a Chriſtianis inhabitatur*. Hæc Anaſtaſius, *frigide admodum*, ut recte ait Baronius tom. 9. anno 787. num. 7. *excuſantes Græci errorem, atque abſurde nimis. Etenim hac ratione, quia œcumenicum dici poſſe ſuum ipſorum patriar-* C *cham profeſſi ſunt, quod etſi non orbi, loco tamen & habitationi ejuſdem præeſſet, ceteri omnes epiſcopi œcumenici pariter dici poſſent, quod quilibet eorum habitabili orbis loco præſit. Ceterum ſi ex divinis ſcripturis ejus nominis petatur interpretatio, quod apud ſeptuaginta, qui Græce eloquia divina ſcripſere, οἰκουμένη, ſæpe habetur, Latini interpretes, ut eſt videre frequenter in pſalmis, orbem terræ, ſive orbem terrarum tranſtulere, ex ejus vocis proprietate, quam Græci ſecundum Græcos interpretes quotidie pſallentes ignoraſſe minime potuerunt: qui tam inepte redargutionem Anaſtaſii eluſerunt*. Hæc Baronius.

10 *Repetierunt*. ] Id eſt, replicaverunt cedulam Ferrariæ deductam. In ea enim civitate privatas diſputationes nonnulli deputati hinc inde egerunt de purgatorio, ut ſupra dixit Andreas prima collatione: & primo, An purgatorium ſit: ſecundo, An pœna ignis corporei ibidem ſit. Et quidem quod purgatorium ſit, convenerunt Græci. De pœna autem ignis corporei nil in infra ſcripta ce- D dula dicitur, neque in diffinitione concilii. Quapropter hic articulus de igne corporeo in loco purgatorii quamvis veriſſimus ſit, ut communis opinio aſſirmat, adhuc tamen non eſt de fide, ut obſervant Bellarminus de purgatorio lib. 2. cap. 11. Suarez in 3. parte, tomo 4. diſput. 46. ſect. 2.

11 *Donec*. ] Moderna tranſlatio ſic habet: *Quamobrem ut ſimul & humanæ naturæ relinqueretur dignitas liberæ voluntatis, & ipſum auferretur malum, hanc divinæ ſapientiæ rationem excogitavit, ut in his hominem eſſe ſineret, quæ ſibi ipſe elegiſſet, quo guſtatis malis quæ concupierat, experiendoque diſcens, quæ quibus commutaſſet, rurſus incenderetur, ut vitiorum onere depoſito, vel poſt obitum expurgantis ignis fornace expiatus, ad priſtinam vellet redire felicitatem*.

12 *Hadrianus*. ] Habetur hæc epiſtola actione ſecunda ſeptimæ ſynodi ex verſione Anaſtaſii, & apud Baronium tomo 9. anno 785. numero decimoquarto. Poſt E dicta Provincialis ſubſumit cardinalis, epiſtolam Hadriani fuiſſe receptam in concilio, eadem ſcilicet actione ſecunda.

13 *Conſilium*. ] Inter varias lectiones in margine illius epiſtolæ adnotatas poſſet etiam hæc apponi. Nam ibi loco horum verborum, *rectum conſilium demonſtrans*, hæc leguntur, *benevolentiam præferens*: quæ nullum ſenſum ad rem continent.

14 *Convocandi*. ] Id eſt, ſequitur in particula *paſcendi* contineri etiam poteſtatem *convocandi*, ut ipſe Provincialis magis explicat infra hac eadem collatione num. 7. Nam verbum *convocandi* explicite non legitur neque in cedula, neque in diffinitione.

14 *Contrarius*. ] Cum dicit cap. 13. *ante diem feſtum* A *paſchæ*, quaſi inde colligatur, quod cum eſſet ante feſtum paſchæ, non erat neceſſe comedere in azymo.



16 *Prolata*. ] Scilicet, *Hoc eſt enim corpus meum*; &, *Hic eſt enim calix*, &c. ſint forma eſſentialis ſacramenti euchariſtiæ. Hinc apparet, quod alia etiam cedula circumferebatur propter hæreſim neotericorum Græcorum Cabaſilæ & Marci Epheſii, contendentium, verba illa liturgiæ Græcæ, *Fac panem hunc pretioſum corpus Chriſti tui; quod autem in poculo, pretioſum ſanguinem Chriſti tui tranſmutans Spiritu ſancto tuo*, eſſe de eſſentia formæ, de quibus vide Arcudium in concordia lib. 3. cap. 27. Cur autem hic error non ſit damnatus in diffinitione, infra eadem collatione num. 8. & 9.

17 *Appellavit*. ] Ad ſedem ſcilicet apoſtolicam ab injuſtitia ſecundæ ſynodi Epheſinæ damnatæ, in qua & fuit occiſus. Vide apud Binium in notis ejuſdem ſynodi, ſeu conciliabuli, tomo 1. conc. parte 2. editionis Colonienſis.

B 18 *Fidei*. ] Nam quæ ſtatuerant de primatu ſedis Conſtantinopolitanæ poſt Romanam, & ſupra Alexandrinam, noluit approbare, imo expreſſe reprobavit Leo. Vide Baronium tomo 6. an. 452. num. 9. & 453. num. 5. & tomo 12. anno 1191. num. 52.

19 *Temporalis*. ] Quod ſi tyrannice & de facto facta ſit aliqua convocatio concilii ſine auctoritate ſedis apoſtolicæ, ſemper ut conciliabulum fuit reputatum, donec aſſenſus & confirmatio ejuſdem apoſtolicæ ſedis acceſſerit. Vide Baronium tom. 7. anno 553. num. 223. & ſeq. & anno 554. num. 4. & 555. num. 11. & 556. num. 2. & 557. num. 2.

20 *Epiſcopum*. ] Petro ſucceſſit Evodius, Evodio Ignatius. Vide Baronium tom. 1. anno 39. num. 18. & anno 71. num. 13.

21 *Leo*. ] Canonem Chalcedonenſem de primatu Conſtantinopolitanæ eccleſiæ poſt Romanam a ſancto Leone papa fuiſſe reprobatum expreſſe, vide apud Baronium tom. 6. anno 452. num. 9. & 453. num. 5. & tom. 12. anno 1191. C num. 52. Imo nec Nicolaus papa I. illum canonem agnoſcit in epiſtola ad Michaelem imperatorem, quæ incipit, Propoſueramus: ſed patriarchæ Conſtantinopolitani imperatorum freti potentia, ſecundum poſt Romanum locum ſibi uſurpabant, qui tandem a Romanis pontificibus tranquillitatis cauſa fuit permiſſus, & primo ab Innocentio III. in concilio Lateranenſi approbatus, relato in cap. Antiqua de privileg. Vide etiam Binium in notis concilii Conſtantinopolitani 1. canone 5. alias 3. verbo Conſtantinopolit. & Bellarm. de Roman. pontif. lib. 1. cap. 24.

22 *Legem*. ] Novell. 131. in qua poſtquam dixiſſet de conciliis Nicæno, Epheſino, Conſtantinopolitano & Chalcedonenſi, in quibus præſupponebat inſertum & approbatum canonem de archiepiſcopo Conſtantinopolitano, ſubdit hæc verba: *Ideoque ſancimus ſecundum earum diffinitionem, ſanctiſſimum ſenioris Romæ papam primum eſſe omnium ſacerdotum, reverendiſſimum autem archiepiſcopum Conſtantinopoleos novæ Romæ ſecundum habere locum* D *poſt ſanctiſſimam apoſtolicam ſenioris Romæ ſedem*. Hæc ipſe: *Qui quod ſciret non eſſe imperatoriæ auctoritatis ordinem præſcribere ſedibus, earumdem ſynodorum diffinitionibus inhærendo, id ſe ſancire dicit, & perperam. Etenim cum tam ex concilio Conſtantinopolitano, quam Chalcedonenſi, id ſibi vindicare conati fuerint epiſcopi Conſtantinopolitani, adverſatus eſt Leo papa, ut ſuperius dictum eſt*. Vide Baronium tom. 7. anno 541. num. 21. Has autem leges ſæculares adducit Provincialis, argumento, ut ajunt, ad hominem, & ut ſaltem tanquam ex hiſtoria & facto ipſo Græcos convinceret.

23 *Canone*. ] Obvolutas ſententias ſic explico. Arathenſis dixit: *Nullus noſtrum negat, quod ſine poteſtate Romani pontificis non poteſt convocari concilium: ſed contra papa ſine patriarchis, poteſt ſcilicet convocare, id eſt non requiſito eorum conſenſu*. Quod hic ſit ſenſus Arathenſis, patet ex immediate ſequenti interrogatione. Nam ideo ſtatim cardinalis quæſivit, quid ſentiret Arathenſis in caſu, quo patriarchæ prætextu alicujus cano- E nis contradicerent convocationi papæ, non foret tunc legitimum concilium. Et reſpondit Arathenſis, quod ſuppoſita convocatione papæ, *propter contradictionem aliorum non deſiſtet, quo minus ſit concilium legitimum*. Tunc concludens ſubdidit cardinalis: *Igitur ſine papa non erit concilium*: cum tamen ſcilicet poſſit eſſe ſine patriarchis, ut dictum eſt. Et quia cardinalis interrogaverat, quid ſi prætextu alicujus canonis convocationi papæ reſiſterent; ſubſumpſit Provincialis, magis id declarando, quod ille canon non potuiſſet eſſe niſi apocryphus: ſubjunxitque cardinalis ad confirmationem dictorum privilegium Conſtantini, quod legi voluit, non illud approbando, ſed ad homines Græcos magis convincendos ex ipſis eorum juribus, licet invalidis. In eo enim privilegio, quod refert-

COLLATIO XXII.

refertur a Gratiano diſtinctione 96. cap. Conſtantinus, & latius a Theodoro Balſamone in Nomocanone titulo 8, cap. 1. Conſtantinus imperator voluit, ut *Romanus pontifex ſupra quam imperatoria majeſtas haberetur & coleretur, eſſetque caput ſeliorum patriarchalium, & omnium eccleſiarum*: addens, quod *ſi quid ad cultum Dei & Chriſtianam fidem ſtabiliendam pertineat, ab ipſo dijudicetur & diſponatur*. Hac igitur voluit auctoritate Græcos convincere cardinalis, quam ipſi admittebant. Verum cum in eo ſubjungantur privilegia eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, aperte colligitur confictum eſſe a Græcis, ut etiam privilegia eccleſiæ Romanæ, quæ ſunt a Deo, tanquam ab homine derivarent. Vide Baronium timentem Danaos & dona ferentes, tomo 3. anno 324. num. 117. & tomo 12. anno 1191. num. 52. Ceterum canon ille de conſenſu patriarcharum in convocatione generalis concilii, quem Provincialis ſupra dixit non potuiſſe eſſe niſi apocryphum, videtur eſſe qui ex quibuſdam ſynodicis ſcriptis enunciatur lectus in ſeptima ſynodo ex verſione Anaſtaſii ante 1. actionem, ſub titulo, *Conſcriptio brevis indicans quæ ſunt ante ſynodum*, his verbis: *Lectis quibuſdam ſynodicis ſcriptis, quæ perhibent, non oportere aliquando ſynodum univerſalem fieri præter conſenſum ceterorum ſanctiſſimorum patriarcharum*. Qui canon cum non ſit ſynodicus alicujus legitimæ œcumenicæ ſynodi, ſine dubio eſt apocryphus, ut optime dixit Provincialis: & propterea etiam dixit cardinalis, *in canone illorum*, id eſt in aliquo prætenſo canone, quatenus exhiberetur. Niſi malit quis dicere, Græcos in illis ſynodicis ſcriptis uſos eſſe vocabulo generalis, vel œcumenici, ut legitur ibi in textu Græco, in ſignificatu & ſenſu improprio, reſpectu convocationis faciendæ a patriarcha Conſtantinopolitano, de quo ibi agebatur, nimirum non œcumenici totius orbis, ſed œcumenici nationis & gentis vel ritus. Sicut enim in præfatione ipſius ſeptimæ ſynodi ad Joannem VIII. dicit idem Anaſtaſius, quod Greci dicebant ſe appellare patriarcham ſuum Conſtantinopolitanum œcumenicum, non quod univerſi orbis teneret præſulatum, ſed quod cuidam parti orbis præeſſet, ut in 9. nota hujus collationis diximus: ita idem vocabulum œcumenici & generalis poterant applicare concilio non univerſali totius orbis, ſed partis & nationis orbis.

24 *Evangelils.*] Scilicet in evangeliis habent ordinem & finem, ut hoc ſacrificium incruentum fiat in commemorationem paſſionis & cruenti ſacrificii domini noſtri Jeſu Chriſti. Dionyſius autem utitur etiam illis verbis, ut ſacerdos excuſet propriam indignitatem.

25 *Orationes.*] Loquitur ad hominem de verbis euchariſtiæ inſtitutis a ſanctis doctoribus, Baſilio, vel Chryſoſtomo. Ceterum forma extremæ unctionis eſt deprecatoria ex Chriſti inſtitutione. Vide ſanctum Thomam in 4. diſt. 23. & Suarez in 3. par. diſp. 40. ſeſſ. 3.

26 *Effectum.*] Hanc expoſitionem datam a Græcis, quæ & communior eſt apud omnes, refert etiam Græcus ſcriptor ſeſſ. 25. Vide etiam Arcud. in ſua concordia lib. 3. cap. 31.

27 *Fiat.*] Ponderat non ſolum verba liturgiæ Baſilii, ſed etiam Chryſoſtomi, ut dicit ſtatim infra. Hæc autem ſunt Chryſoſtomi. Verum in liturgia Baſilii intolerabilis eſt modernorum ſchiſmaticorum audacia, dum ſine, non dicam recto ſenſu, ſed etiam ſine ulla prorſus connexione & ſyntaxi verborum, addiderunt in noviſſimis euchologiis impreſſis Venetiis imperativum illud ποίησον, fac panem hunc, &c. quod imperativum nemo dubitat exiſtere in liturgia Chryſoſtomi, in qua tamen ſuam habet cum reliquis verbis connexionem & optimam explicationem ex ſubſequentibus in eadem liturgia verbis: ſed in liturgia Baſilii nullo modo coaptari poteſt, ut patet legenti. Hæc enim ſunt verba antecedentia: *Obſecramus & poſtulamus, ut veniat Spiritus ſanctus tuus* (vel ad verbum ex Græco) *venire Spiritum ſanctum tuum ſuper nos & ſuper propoſita munera iſta, & ea benedicere & ſanctificare, & oſtendere panem quidem hunc*, &c. in quibus verbis in primis notandum, quod verbum oſtendere, ἀναδεῖξαι, Beſſarion in opuſc. de euchariſtia interpretatur facere, ſic in conjunctivo legens, ut veniat Spiritus ſanctus tuus ſuper nos & ſuper propoſita munera iſta, eaque benedicat, ſanctificet, & efficiat panem quidem hunc ipſum pretioſum corpus, &c. quæ Beſſarionis interpretatio veriſſima eſt & ad ſenſum Baſilii. Oſtendere enim, ſicut & dicere Dei, eſt facere. His verbis antecedentibus in liturgia Baſilii ſine ullo ſenſu vel connexione addiderunt noviſſimi ſchiſmatici imperativum ποίησον, fac: quod ſic ineptiſſime annectunt in noviſſimis & corruptiſſimis euchologiis: *Obſecramus & poſtulamus, venire Spiritum ſanctum tuum ſuper nos & ſuper propoſita munera iſta, eaque benedicere & ſanctificare, & oſtendere: & fac panem quidem hunc*, &c. Sed quia poſt illa priora verba Baſilii *benedicere, ſanctificare, & oſtendere*, interpoſita eſt in euchologio rubrica de aliquibus ceremoniis cum aliis verbis & orationibus, ideo ſubſequendo poſtmodum illud imperativum, *fac*, non tam facile apparet ineptitudo connexionis: ex quo tamen imperativo moderniſſimi ſchiſmatici argumenta deſumunt. Non enim tam facilem ad ſenſum catholicum habet interpretationem iſtud imperativum *fac* in liturgia Baſilii, quam habet in liturgia Chryſoſtomi. Quod imperativum *fac* in præfata liturgia Baſilii non legit Beſſarion opuſc. de euchariſtia, ſed etiam ipſe Marcus Epheſinus in opuſc. ubi contendit probare ſuam hæreſim, quod his verbis Chryſoſtomi & Baſilii perficiatur conſecratio, adducens verba liturgiæ tam Chryſoſtomi, quam Baſilii, in verbis Baſilii non refert imperativum *fac*. Verum quia non eſt hic locus de his fuſe agendi, cum præſertim eſſet actum agere: optime enim hæc explicat Arcudius in ſua concordia lib. 3. cap. 27. ſolum hic in confirmationem ſupradictorum, & eorum quæ dicit Arcudius neceſſe exiſtimavi addere, quod præfatum imperativum ποίησον, fac, in liturgia Baſilii, non legitur in vetuſtiſſimis euchologiis, quæ extant in bibliotheca Vaticana ſub numeris 1215. 1554. 1811. 1872. & 1875. Imo nec legitur in impreſſis Venetiis anno 1526. in eadem bibliotheca num. 1225. nec in impreſſis anno 1616. num. 5961. nec in impreſſo anno 1570. quod eſt penes me, nec in liturgia Baſilii impreſſa ex vetuſtis codicibus a Claudio de Sainctes.

28 *Facit.*] Hanc expoſitionem proſecutus eſt poſtea Beſſarion in ſuo opuſculo de euchariſtiæ ſacramento, quem etiam refert Arcudius in ſua concordia lib. 3. cap. 33.

29 *Annotavi.*] Quod opus Andreæ hucuſque deſideratur: formam tamen & acta concilii aliunde recollecta hoc opere congeſſimus. Meminit hujus ſui operis idem Andreas ſupra collatione 1.

30 *Approbante.*] Vide quæ diximus in 5. nota circa medium ad primam collationem, de hoc modo loquendi & diffiniendi in conciliis, in quibus ipſe ſummus pontifex perſonaliter præſidet, in ſignum auctoritatis & poteſtatis.

31 *Privilegiis.*] In concilio Lateranenſi ſub Innocentio III. cap. 5. relato in cap. Antiqua, de privilegiis hæc leguntur: *Antiqua patriarchalium ſedium privilegia renovantes, ſacra univerſali ſynodo approbante ſancimus, ut poſt Romanam eccleſiam, quæ diſponente domino ſuper omnes alias ordinariæ poteſtatis obtinet principatum, utpote mater univerſorum Chriſti fidelium & magiſtra, Conſtantinopolitana primum, Alexandrina ſecundum, Antiochena tertium, Hieroſolymitana quartum locum obtineat, ſervata cuilibet propria dignitate, ita quod poſtquam eorum antiſtites a Romano pontifice receperint pallium: quod eſt plenitudinis officii pontificalis inſigne, præſtito ſibi fidelitatis & obedientiæ juramento, licenter & ipſi ſuis ſuffraganeis pallium largiantur, recipientes pro ſe profeſſionem canonicam, & pro Romana eccleſia ſponſionem obedientiæ ab eiſdem. Dominicæ vero crucis vexillum ante ſe faciant ubique deferri, niſi in urbe Romana, & ubicumque ſummus pontifex præſens extiterit, vel ejus legatus utens inſigniis apoſtolicæ dignitatis. In omnibus autem provinciis eorum juriſdictioni ſubjectis, ad eos, cum neceſſe fuerit, ſalvis appellationibus ad ſedem apoſtolicam interpoſitis, quibus eſt ab omnibus humiliter deferendum*. Hæc ibi. Interfuere autem in hoc concilio Lateranenſi patriarchæ Conſtantinopolitanus & Hieroſolymitanus perſonaliter, & per vicarios Alexandrinus & Antiochenus & plures metropolitæ.

Poſt diffinitionem publicatam, Græcus ſcriptor refert quaſdam interrogationes Latinorum & reſponſiones Græcorum, atque inter alias, cur poſt verba conſecrationis adderent, Et fac panem hunc pretioſum corpus Chriſti tui: & ſimiliter poſt verba conſecrationis ſanguinis. Mirum eſt certe & incredibile, poſt diffinitionem hoc interrogaſſe Latinos. Nam ipſo Græco ſcriptore teſte ſeſſ. 25. ante diffinitionem coram papa ea de re fuit diſputatum, optimeque reſponſum a Græcis: imo Græci, ut teſtatur Andreas collat. 22. expreſſe dogma fidei fuerant profeſſi, nimirum ſolis verbis Chriſti domini fieri conſecrationem corporis & ſanguinis.

Reſponſio etiam quam ipſe refert dediſſe Græcos aliquos præſules privatim, & non tanquam de omnium conſenſu, nempe ſe dirimere matrimonia juſtis cauſis, non ſubſiſtit. Nam eam idem Eugenius in decreto pro Armenis, & poſtea Tridentinum ſeſſ. 7. damnant & anathematizant.

Similiter inter ceteras Latinorum interrogationes quæſiſſe illos refert a Græcis, cur ſacerdotes eorum inungerent ſacro chriſmate, & non potius epiſcopi: additque Mitylenenſem omnia canonice diſſolviſſe. Certo Mitylenenſis non aliud potuit reſpondiſſe canonice, niſi quod in præfato decreto pro Armenis, & poſtea in Tridentino ſeſſione 7. diffinitur,



ANNO CHRISTI 1439.

ordinarium ſcilicet miniſtrum confirmationis eſſe epiſcopum, & aliquando per apoſtolicæ ſedis diſpenſationem ex rationabili & admodum urgenti cauſa ſimplicem ſacerdotem chriſmate per epiſcopum confecto hoc ſacramentum adminiſtraſſe.

Sed nec canonice potuit excuſaſſe Mitylenenſis epiſcopos & ſacerdotes Græcos peccatireos, ſacramentalem confeſſionem non præmittentes celebrationi ſacrificii, de qua idem auctor aſſerit, a Latinis pariter interrogatos fuiſſe Græcos, dicente apoſtolo 1. Corint. 11. *Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indigne, judicium ſibi manducat & bibit, non dijudicans corpus domini*. Quæ verba adducentes patres concilii Tridentini, hæc ſubdunt ſeſſ. 13. cap. 7. *Eccleſiaſtica autem conſuetudo declarat, eam probationem eſſe neceſſariam, ut nullus ſibi conſcius peccati mortalis, quamvis ſibi contritus eſſe videatur, abſque præmiſſa ſacramentali confeſſione ad ſacram euchariſtiam accedere debeat: quod a Chriſtianis omnibus, etiam ab iis ſacerdotibus, quibus ex officio incubuerit celebrare, hæc ſancta ſynodus perpetuo ſervandum eſſe decrevit, modo non deſit illis copia confeſſoris*. Hæc patres concilii, imo ſubdunt præceptum poſitivum his verbis: *Quod ſi neceſſitate urgente ſacerdos abſque prævia confeſſione celebraverit, quamprimum confiteatur*. Hæc ibi.

Verum epiſcopi & ſacerdotes Græci non præmittunt confeſſionem, imo fere nunquam confitentur duplici ex cauſa. Prima, quia canones pœnam ſuſpenſionis imponunt clericis fornicantibus, vel alia peccata committentibus. Cum igitur ſacerdotes qui peccant, ſe habeant pro ſuſpenſis, nec putent confeſſarium poſſe illos exercitio ſui ordinis reſtituere, aliunde vero celebrare velint vel debeant, omittunt confeſſionem, ita ut hoc ſacramento fere ſint privati.

Canon autem eſt 24. in conſtitutionibus apoſtolicis, nimirum: *Epiſcopus, vel presbyter, vel diaconus in fornicatione, vel perjurio, vel furto deprehenſus, deponatur*. Item Baſilii can. 3. *Diaconus poſt diaconatum fornicatus, a diaconatu rejiciatur*: & can. 32. *Qui peccatum ad mortem peccant clerici a gradu deponantur*: & ſimiles, quos coegerit Arcudius in concordia lib. 4. cap. 2. Qui canones vel ſunt ſententiæ ferendæ, non autem latæ; vel loquuntur de publicis & de foro externo, ut patet ex illo verbo, *deprehenſus*. Sed quamvis etiam daremus & canones eſſe validos, & non ferendæ, ſed latæ ſententiæ etiam in foro interno, potius deberent Græci ſibi de remedio abſolutionis & diſpenſationis providere, quam toto vitæ tempore prætextu juris eccleſiaſtici humani jus ipſum divinum peſſumdare, & ſacramento pœnitentiæ privari, ac ſecunda tabula poſt naufragium deperdita neceſſario demergi.

Secunda cauſa eſt etiam, quia presbyteri Græci ſæculares cum ſint uxorati, & ipſi cum ſua familia implicati negotiis, ut reliqui de populo, non de facili facultatem audiendi confeſſiones impetrant, aut curant, ſuntque curati cum dimidiata poteſtate, ac fere omnes confeſſarii Græci ſunt monachi, quorum cum non ubique ſit copia, ideo Græci paulatim notitiam ſacramenti pœnitentiæ perdidere. Sic abyſſus abyſſum invocat.

Caute etiam legendus idem Græcus ſcriptor ibidem, dum ait, Eugenium IV. ſummum pontificem exhibuiſſe Græcis præſulibus, ſi ipſi in locum defuncti alium patriarcham Conſtantinopolitanum ritus Græci Florentiæ eligerent, ſe remoturum patriarcham ejuſdem civitatis ritus Latini. Hanc exhibitionem non eſt facile credendum feciſſe Eugenium, prudentiſſimum pontificem: notum eſt enim quantam ſemper Romani pontifices diligentiam adhibuerint pro conſervatione ritus Latini in partibus orientis. Nam Innocentius III. in præfata civitate Conſtantinopolitana inſtituit primum patriarcham Latini ritus Thomam Maurocenum, ut fideles ritus Latini ſub imperatore Balduino Flandro proprium ſui ritus patriarcham haberent, ut conſtat ex ejus epiſtolis, præſertim 18. lib. 1. regeſt. 13. & alia adducta in notis ibidem per Boſquerum Narbonenſem editione Toloſana anni 1635. Vivebat autem tunc temporis Michael patriarcha ritus Græci, ut obſervat Genebrardus in chronico anno 1215. Docet enim experientia, nullum eſſe medium efficacius ad affectum & devotionem erga Romanam ſedem, atque ab ea dependentiam in illis partibus conſervandam, & ſchiſmata præcavenda, quam Latinum ritum, præſertim ia regnantibus, & ejuſdem ritus præſules fovere & conſervare.

# PARS TERTIA
## ACTORUM SACRI OECUMENICI CONCILII FLORENTINI
### POST DISCESSUM GRÆCORUM.

Num. I.

POST *Græcorum diſceſſum quæ Eugenius papa Chriſtianis principibus, imperatori, regibus, communitatibus ac univerſitatibus reſcripſerit, hic ſubjicimus ex manuſcripto codice bibliothecæ Heidelbergæ Romam in Vaticanum advecta fol. 273.*

*Eugenius epiſcopus ſervus ſervorum Dei N. N. ſalutem & apoſtolicam benedictionem.*

GLORIA in altiſſimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Juvat, cariſſime fili, in vocem exultationis erumpere, & geſtiente animo cum angelis miſcere lætitiam: quandoquidem ineffabile gaudium, quod erit omni Chriſtiano populo, nunciamus. Quanto quippe mens noſtra tanto divinæ conſolationis rore perfunditur, ita exhilaratur cor noſtrum, ut quod ſentimus explicare nequidquam valeamus, ſolaque in gratiarum actione & voce laudis requieſcit affectus noſter.

Ecce enim quod ardentiſſimo ſtudio & indefeſſa pietate olim & longe, antequam ad pontificatus apicem aſſumeremur, optavimus, orientalis & occidentalis eccleſiæ diuturnum pernicioſumque diſſidium poſt quadringentos quinquaginta annos divina tandem miſeratione ſublatum eſt: qua in re licet omnem pro viribus diligentiam adhibuerimus, quantum ille donare dignatus eſt, totum tamen infinitæ illius bonitatis attribuimus, ſine cujus ope totum eſt inane quod geritur.

Namque ab ipſis noſtri apoſtolatus initiis omni ſtudio elaboravimus, ut utriuſque eccleſiæ unio feliciſſime ſequeretur: & poſt multas hinc inde miſſas legationes, advenerunt ad nos anno præterito adducti, & hactenus ſuſtentati ſumptibus noſtris cariſſimus in Chriſto filius noſter Joannes Palæologus Romæorum imperator illuſtris, & bonæ memoriæ venerabilis frater noſter Joſeph patriarcha Conſtantinopolitanus, & locatenentes Alexandrini, Antiocheni & Hieroſolymitani patriarcharum, legatique Trapezuntii imperatoris, Iberorum, Ruthenorum & Valachorum, cum metropolitis & clericis ac nobilibus plurimis, & multitudine copioſa.

Avidi quippe hujus ſacratiſſimæ unionis, laboribus plurimis mariſque periculis ſeſe exponere nequaquam cunctati ſunt, ſacro œcumenico concilio, quod intra Italiam, & ubi nos commode intereſſe poſſemus, fieri magna cum inſtantia poſtularunt, adeſſe cupientes: advenerunt autem ad diſputandum, ſine contentionis tamen ſtudio, aut pertinaciæ ſtudio.

Nos

Anno Christi 1439.

Nos itaque divini humanique juris profeſſores A
omni ex parte congregare curavimus, qui cupien-
tibus veritatem aperirent: Deoque largiente,
poſtquam eis tam ex ſcripturis divinis, quam ex
ſanctis patribus Latinis pariter & Græcis veritas
per omnia eſt patefacta, libentiſsime conſenſerunt
inventæ veritati, Spiritumque ſanctum ex Patro
ſimul & Filio procedere profeſsi ſunt, ſummam-
que Romanæ eccleſiæ & ſanctæ ſedis apoſtolicæ
auctoritatem, quam improbe nimium quidam op-
primere nituntur, grate recognoverunt, atque in
reliquis conſenſerunt, prout ex decreto inde con-
fecto, quod his incluſum mittimus, tua celſitudo
apertius diſcet.

Audemus ſane in domino gloriari, atque confi-
dentiſsime dicere, id noſtra ætate patratum eſſe, B
quo nil majus, nihilque dignius ab ipſo apoſtoli-
cæ prædicationis tempore catholica vidit eccle-
ſia. Neque vero hic erit finis divinorum mirabi-
lium, ſed divinæ miſerationis latior campus ape-
ritur, ut ſol ille juſtitiæ, qui in oriente jam or-
tus eſt, ad ipſas quoque infidelium tenebras radios
ſuæ lucis extendat, fiatque ſalus domini uſque ad
extremum terræ, omneſque uno ore & uno ſpi-
ritu glorificent Deum & Patrem domini noſtri
Jeſu Chriſti.

Expectantur enim in dies cum noſtris nunciis ad
id miſsis, & jam fere præ foribus adeſſe nuncian-
tur Armeni, gens magna & celebris, parati ſe
per omnia Romanæ eccleſiæ & ſanctæ ſedi apo-
ſtolicæ ſubdere, ejuſque mandatis & doctrinis C
incunctanter obedire. Merito itaque, cariſsime
fili, cum in re jam tam multa, in ſpe etiam plura
teneamus, omnipotenti Deo hoſtiam obtulimus
jubilationis & laudis, tibique iſta inſinuanda pu-
tamus, ut noſtrorum in domino gaudiorum par-
ticeps factus, divinæ pietati nobiſcum gratias re-
feras: hortamurque in Chriſtianæ devotionis af-
fectu per tuum regnum litanias, proceſsiones ora-
tioneſque publicas fieri jubeas, partim referendo
gratias pro acceptis a Deo muneribus, partim
orando, ut complere dignetur omnipotens ſuum
opus, & barbaras nationes in ſua feritate glo-
riantes ſub ſanctiſsimæ Chriſtianæ fidei jugum
mittere.

Et quoniam ſpes adeo læta ſeſe undique aperit, D
pio monemus affectu, ut ad eripiendos ab infide-
libus, a quibus indigniſſime opprimuntur, illa-
rum partium Chriſtianos nobiſcum animum inten-
das. Jam enim, Deo inſpirante, claſſem terre-
ſtreſque copias proximo vere parare intendimus,
ſperantes, quod qui cœpit in nobis opus bonum,
ipſe perficiat, ac per hujuſmodi ſtudia noſtra a ju-
go miſerabilis ſervitutis catholicum gregem pro-
pitius ac benignus eripiat. Confidimus autem ne-
gotium faciliime feliciſſimeque ſucceſſurum, per
tuam maxime reliquorumque Chriſtianorum prin-
cipum opem atque operam. Accingimini itaque,
fili cariſſime, ardentique animo concurrite ad hæc
ſtudia pietatis, ex quibus & in hoc ſæculo glo-
riam conſequeris, & in futuro cum piis fidelibuſ- E
que principibus, qui ab initio Deo placuerunt,
conſcribi mereberis. Nos enim te per alias noſtras
literas & nuncios requiremus, non ambigentes ni-
hil te a tuis majorumque tuorum pietate & nobili-
tate degeneraturum.

Datum Florentiæ Nonis Julii, pontificatus no-
ſtri anno nono.

*Quæ vero hoc eodem tempore contra Baſileenſe conci-
liabulum in hoc ſacro Florentino concilio egerit Eugenius
ſummus pontifex, ſic narrat Auguſtinus Patricius ca-*
*nonicus Senenſis in compendio concilii Baſileenſis ſeſſione* A
*36. (ut ipſe ait) Franciſci cardinalis Picolominei com-
poſito anno ſalutis 1480. quod manuſcriptum extat in
bibliotheca Vaticana.*

Anno Christi 1439.

Eugenius ſummus pontifex Baſileenſium in
ſe geſta cognoſcens, re cum patribus commu-
nicata, ſeſsionem publicam Florentiæ celebrat,
in qua [a] veritates fidei a Baſileenſibus declara-
tas reprobat atque damnat, eaſque aſſerit præ-
ter mentem Conſtantienſis ſynodi eſſe interpre-
tatos Baſileenſes: tum affirmat totius orbis dæ-
monia ad latrocinium Baſileenſe confluxiſſe,
ut ad complendam iniquitatem, abominatio-
nem deſolationis in Dei eccleſia ponant: de-
cretum [b] contra illos Ferrariæ XV. Kalendas B
Martii editum innovat, declaratque, concilio
Florentino approbante, omnes cujuſcumque ſint
dignitatis, etiamſi cardinales, patriarchæ, ar-
chiepiſcopi, epiſcopi, aut cujuſvis ordinis in-
ferioris, qui Baſileæ poſt revocatum concilium
remanſerint, interfuerintque actionibus conci-
liaribus, excommunicatos eſſe & privatos omni
dignitate, honore ac beneficio, atque cum Co-
re, Dathan & Abiron, ut ſchiſmaticos & re-
belles, æterno judicio eſſe perdendos.

Et eorum omnia acta, geſta, ſtatuta & de-
creta, maxime in duabus ultimis ſeſsionibus
circa veritatum ſuarum approbationem & te-
merariam depoſitionem, caſſat, revocat & an-
nullat, ut pernicioſa & a nullam habentibus C
poteſtatem temere condita; illoſque omnes
hæreticos cenſendos eſſe atque ſchiſmaticos, pu-
niendos ultra ſtatutas pœnas cum omnibus ſuis
fautoribus & ſectatoribus æterno judicio, ut
qui confuſionem atque ſciſſuram in eccleſia Dei
& principatu eccleſiaſtici ordinis ponere cona-
rentur.

Hæc ubi Baſileæ nunciata ſunt, magna pa-
tres moleſtia affecere, videntes Eugenium,
quem ſuis edictis perterritum putabant, tam
acriter contra ſe inſurgere: unde adhibitis
doctioribus viris apologiam contra (ut ap-
pellabant) invectivam componunt, conan-
turque multis argumentis affirmare, verita-
tes a ſe profeſſas veras eſſe. Sed cum a multis D
deinde peterentur, ut Eugenii decretum quod,
Moyſes, incipiebat, ut libellus hæreticus pu-
blico conſenſu damnaretur, magnæ ſunt ha-
bitæ contentiones. Joannes Segobius vir acer
& doctus multis argumentis affirmabat, rem
eſſe maximi diſcriminis, ſi ſcriptura illa hære-
tica cenſeretur; maximam eſſe multitudinem
eorum qui Eugenium ut pontificem colerent,
neque aſſentirent ejus depoſitioni; tum in con-
gregatione illa Florentina adfuiſſe cardinales
omnes, magnamque prælatorum multitudinem,
cum fuit editum decretum. Omnes igitur
damnari, atque hæreticos cenſeri oportere, ſi
ejus ſeſsionis decreta hæretica cenſeantur; pe-
riculoſumque eſſe nimis, ſi duæ futuræ obe- E
dientiæ, Eugenii ſcilicet & novi pontificis,
hæreſim ſibi invicem objiciant. Tandem, quam-
vis Arelatenſi aliter videretur, res in aliud tem-
pus dilata eſt.

*Hæc Patricius in ſummario ſeſſionis 36. qui in
ſummario ſeſſ. 38. ſubdit Baſileenſes tandem in de-
terius prolapſos damnaſſe libellum Eugenii, qui in-
cipit, Moyſes, ejuſque doctrinam.*

*Quod re vera præſtitiſſe Baſileenſes apparet in-
ter acta ejuſque concilii ſeſſione 38. ab eodem Pa-
tricio citata, in qua dum plurima Baſileenſes ad-*
*verſus*

[a] Sub hiſ ſitiliere (?) ſpe... ut ſeſſ. 35. ejuſdem concilii.

[b] Relat. ſupra in ſua prima par. iii.



Anno Christi 1441.

ſed quamprimum commode fieri poteſt, debere A
conferri, ita tamen, quod mortis imminente pe-
riculo mox ſine ulla dilatione baptizentur, etiam
per laicum, vel mulierem, in forma eccleſiæ, ſi
deſit ſacerdos, quemadmodum in decreto Arme-
norum plenius continetur.

Firmiter credit, profitetur & prædicat omnem
creaturam Dei bonam, nihilque rejiciendum,
quod cum gratiarum actione percipitur; quia
juxta verbum domini, non quod intrat in
os, coinquinat hominem: illamque Moſaicæ
legis ciborum mundorum & immundorum dif-
ferentiam ad ceremonialia aſſerit pertinere,
quæ ſurgente evangelio tranſierunt, & effica-
cia eſſe deſierunt. Illa etiam apoſtolorum
prohibitionem ab immolatis ſimulacrorum, B
& ſanguine, & ſuffocato, dicit illi tempori
congruiſſe, quo ex Judæis atque gentilibus,
qui antea diverſis ceremoniis moribuſque vive-
bant, una ſurgebat eccleſia, ut cum Judæis
etiam gentiles aliquid communiter obſervarent,
& in unum Dei cultum fidemque convenien-
di præberetur occaſio, & diſſenſionis mate-
ria tolleretur, cum Judæis propter antiquam
conſuetudinem ſanguis & ſuffocatum abomina-
bilia viderentur, & eſu immolatitii poterant ar-
bitrari gentiles ad idololatriam redituros: ubi
autem eo uſque propagata eſt Chriſtiana reli-
gio, ut nullus in ea Judæus carnalis appareat,
ſed omnes ad eccleſiam tranſeuntes, in eoſdem
ritus evangelii ceremoniaſque conveniant, cre- C
dentes omnia munda mundis, illius apoſtoli-
cæ prohibitionis cauſa ceſſante, etiam ceſſavit
effectus. Nullam itaque cibi naturam condem-
nandam eſſe denunciat, quam ſocietas admit-
tit humana, nec inter animalia diſcernendum
per quemcumque, ſive virum, ſive mulierem,
& quocumque genere mortis intereant; quam-
vis pro ſalute corporis, pro virtutis exerci-
tio, pro regulari & eccleſiaſtica diſciplina poſ-
ſint & debeant multa non negata dimitti, quia
juxta apoſtolum, omnia licent, ſed non omnia
expediunt.

Firmiter credit, profitetur & prædicat, nul-
los intra catholicam eccleſiam non exiſtentes,
non ſolum paganos, ſed nec Judæos aut hæ- D
reticos; atque ſchiſmaticos, æternæ vitæ fieri
poſſe participes, ſed in ignem æternum ituros,
qui paratus eſt diabolo & angelis ejus, niſi an-
te finem vitæ eidem fuerint aggregati: tan-
tumque valere eccleſiaſtici corporis unitatem,
ut ſolum in ea manentibus ad ſalutem eccleſia-
ſtica ſacramenta proficiant, & jejunia, eleemo-
ſynæ ac cetera pietatis officia & exercitia mili-
tiæ Chriſtianæ præmia æterna parturiant. Ne-
minemque, quantaſcumque eleemoſynas fecerit,
etſi pro Chriſti nomine ſanguinem effuderit,
poſſe ſalvari, niſi in catholicæ eccleſiæ gremio
& unitate permanſerit.

Amplectitur autem, approbat & ſuſcipit ſan-
ctam Nicænam ſynodum trecentorum decem & E
octo patrum, temporibus beatiſſimi Silveſtri præ-
deceſſoris noſtri & magni Conſtantini piiſſimi
principis congregatam, in qua impia hæreſis A-
riana cum ſuo auctore damnata eſt, & diffinitum
eſt, Filium Dei Patri eſſe conſubſtantialem &
coæternum.

Amplectitur etiam, approbat & ſuſcipit ſan-
ctam Conſtantinopolitanam ſynodum quin-
quaginta patrum, beatiſſimi Damaſi prædeceſ-
ſoris noſtri & Theodoſii ſenioris tempore con-
vocatam, quæ ipſum Macedonii anathema-
tizavit errorem; qui Spiritum ſanctum non A
Deum, ſed creaturam aſſerebat. Quod dam-
nant, damnat; quod approbant, approbat, &
per omnia vult ibidem diffinita, illæſa & in-
violata ſubſiſtere.

Anno Christi 1441.

Amplectitur etiam, approbat & ſuſcipit ſan-
ctam primam Epheſinam ſynodum ducentorum
patrum, quæ tertia eſt in ordine univerſalium
ſynodorum, ſub beatiſſimo Cæleſtino præde-
ceſſore noſtro & Theodoſio juniore convocatam,
in qua impii Neſtorii eſt damnata blaſphemia,
diffinitumque eſt, domini noſtri Jeſu Chriſti ve-
ri Dei & veri hominis unam eſſe perſonam,
& beatam Mariam ſemper virginem non ſolum
Χριστοτόκον, ſed etiam Θεοτόκον; hoc eſt, non tan-
tum hominis, ſed Dei genitricem ab omni eccle- B
ſia prædicandam.

Damnat autem, anathematizat & reſpuit im-
piam ſecundam Epheſinam ſynodum ſub beatiſ-
ſimo Leone prædeceſſore noſtro & præfato prin-
cipe congregatam, in qua Dioſcorus Alexandri-
nus antiſtes, Eutychis hæreſiarchæ defenſor, &
ſancti Flaviani Conſtantinopolitani pontificis
impius perſecutor, execrandam illam ſynodum
ad approbationem Eutychianæ impietatis arte &
minis attraxit.

Amplectitur etiam, approbat, & ſuſcipit
ſanctam Chalcedonenſem ſynodum, quartam in
ordine univerſalium ſynodorum, ſexcentorum
& triginta patrum, temporibus præfati beatiſ-
ſimi Leonis prædeceſſoris noſtri & Marciani C
principis celebratam, in qua hæreſis Eutychia-
na cum ſuo auctore Eutyche & Dioſcoro de-
fenſore damnata eſt, & diffinitum eſt, do-
minum noſtrum Jeſum Chriſtum eſſe verum
Deum & verum hominem, & in una eadem-
que perſona divinam humanamque naturas
integras, inviolatas, incorruptas, inconfu-
ſas diſtinctaſque manſiſſe, humanitate agen-
te quæ hominis ſunt, & deitate quæ Dei: quos
damnat, damnatos habet; quos approbat, ap-
probatos.

Amplectitur etiam, approbat & ſuſcipit ſan-
ctam quintam ſynodum ſecundam Conſtantino-
politanam, tempore beatiſſimi Vigilii prædeceſ-
ſoris noſtri & Juſtiniani principis celebratam, D
in qua ſacri Chalcedonenſis concilii diffinitio
de duabus naturis & una perſona Chriſti reno-
vata eſt, multique Origenis errores, ſuorumque
ſequacium, præſertim de dæmonum aliorumque
damnatorum pœnitentia & liberatione; repro-
bati atque damnati ſunt.

Amplectitur etiam, approbat & ſuſcipit
ſanctam tertiam Conſtantinopolitanam ſyno-
dum, centum & quinquaginta patrum, quæ
ſexta eſt in ordine univerſalium ſynodorum,
temporibus beatiſſimi Agathonis prædeceſſo-
ris noſtri, & Conſtantini IV. hujus nomi-
nis principis congregatam, in qua Macarii
Antiocheni & ſectatorum hæreſis condemna- E
ta eſt, & diffinitum eſt, in domino noſtro Je-
ſu Chriſto duas eſſe perfectas integraſque na-
turas & duas operationes, duas etiam volun-
tates, licet eſſet una eademque perſona, cui
utriuſque naturæ competerent actiones, deita-
te agente quæ Dei ſunt, & humanitate quæ ho-
minis ſunt.

Amplectitur etiam, veneratur & ſuſcipit om-
nes alias univerſales ſynodos auctoritate Ro-
mani pontificis legitime congregatas ac celebra-
tas & confirmatas, & præſertim hanc ſanctam
Florentinam, in qua inter alia Græcorum & Ar-
*meno-*

Anno Christi 1441.

menorum ſanctiſſima unio conſummata eſt, & multæ circa utramque unionem ſaluberrimæ diffinitiones editæ ſunt, prout in decretis deſuper promulgatis plenius continetur, quorum tenor in hunc modum ſequitur.

## DECRETUM PRO GRÆCIS.

*Eugenius epiſcopus ſervus ſervorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.*

a Hoc decretum pro Græcis ſupra G. L. p. 521. & in fin. 2. part. relatum eſt, p. 1181.

*Conſentiente a ad infra ſcripta cariſſimo in Chriſto filio noſtro Joanne Palæologo Romæorum imperatore illuſtri, & locatenentibus venerabilium fratrum noſtrorum patriarcharum, & ceteris orientalem eccleſiam repræſentantibus.*

LÆTENTUR cœli, & exultet terra: ſublatus eſt enim de medio paries, &c.

## DECRETUM PRO ARMENIS.

a Extat hoc eodem tomo pag. 541.

*a Eugenius epiſcopus ſervus ſervorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.*

EXULTATE Deo ſalutari noſtro, jubilate Deo Jacob, &c.

Verum quia in ſupraſcripto decreto Armenorum non eſt explicata forma verborum, quibus in conſecratione corporis & ſanguinis domini ſacroſancta Romana eccleſia, apoſtolorum doctrina & auctoritate firmata, ſemper uti conſueverat, illam præſentibus duximus inſerendam. In conſecratione corporis hac utitur forma verborum: *Hoc eſt enim corpus meum.* Sanguinis vero: *Hic eſt enim calix ſanguinis mei, novi & æterni teſtamenti,* myſterium fidei, *qui pro vobis & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum.* (Matth. 26.) Panis vero triticeus, in quo ſacramentum conficitur, an eo die, an antea coctus ſit, nihil omnino refert; dummodo enim panis ſubſtantia maneat, nullatenus dubitandum eſt, quin poſt præfata verba conſecrationis corporis a ſacerdote cum intentione conficiendi prolata, mox in verum Chriſti corpus tranſubſtantietur.

Quoniam nonnullos aſſeritur quartas nuptias tanquam condemnatas reſpuere, ne peccatum, ubi non eſt, eſſe putetur, cum ſecundum apoſtolum, mortuo viro mulier ſit ab ejus lege ſoluta, & nubendi cui vult in domino habeat facultatem; nec diſtinguat, mortuo primo, vel ſecundo, vel tertio; declaramus non ſolum ſecundas, ſed tertias & quartas, atque ulteriores, ſi aliquod canonicum impedimentum non obſtat, licite contrahi poſſe. Commendatiores tamen dicimus, ſi ulterius a conjugio abſtinentes in caſtitate permanſerint; quia, ſicut viduitati virginitatem, ita nuptiis caſtam viduitatem laude ac merito præferendam eſſe cenſemus.

His omnibus explicatis, prædictus Andreas abbas nomine dicti patriarchæ, ac proprio, & omnium Jacobinorum, ſaluberrimum ſynodale decretum cum omnibus ſuis capitulis, declarationibus, diffinitionibus, traditionibus, præceptis & ſtatutis, omnemque doctrinam in ipſo deſcriptam, nec non quidquid tenet & docet ſancta ſedes apoſtolica & Romana eccleſia, cum omni devotione & reverentia ſuſcipit & acceptat. Illos quoque doctores & ſanctos patres, quos eccleſia Romana approbat, ipſe reverenter ſuſcipit: quaſcumque vero perſonas, & quidquid Romana eccleſia reprobat & damnat, ipſe pro reprobatis & damnatis habet, profitens tanquam verus obedientiæ filius, nomine quo ſupra; ſedis apoſtolicæ ordinationibus & juſſionibus fideliter ſemper obtemperare.

Lecto ſolemniter in præſenti ſynodo hoc decreto Latino ſermone, mox in Arabico, præfatus Andreas abbas ipſum Jacobinorum decretum publice ibidem perlegit, atque infra ſcripta verba in ſcriptis Arabice ſubjunxit, quæ in continenti Latine recitata ſunt: Beatiſſime pater domine Eugeni, ſanctæ Romanæ & univerſalis eccleſiæ ſumme pontifex, vereque Chriſti vicarie ac beati Petri ſucceſſor, & ſanctiſſima univerſalis Florentina ſynode, totum hoc ſanctum decretum cum inſertis, etiam ſanctis decretis unionis Græcorum & Armenorum, quod nunc in veſtra præſentia publice lectum eſt, ego Andreas humilis abbas ſancti Antonii, orator reverendi patris domini Joannis patriarchæ Jacobinorum, habens ipſius decreti per plures dies plenam notitiam & inſtructionem, cognoſco confiteorque, omnia in ipſo decreto contenta divinæ ac catholicæ veritati conſona exiſtere. Nomine igitur præfati domini patriarchæ, omniumque Jacobinorum, ac meo, quemadmodum veſtra ſanctitas atteſtatur, præfatum ſaluberrimum ſynodale decretum cum dictis inſertis decretis, omnibuſque ſuis capitulis, declarationibus, diffinitionibus, traditionibus, præceptis & ſtatutis, omnemque doctrinam in ipſo deſcriptam, nec non quidquid tenet & docet ſancta ſedes apoſtolica & Romana eccleſia, cum omni devotione & reverentia ſuſcipio & accepto. Illos quoque doctores & ſanctos patres quos eccleſia Romana approbat, reverenter ſuſcipio. Quaſcumque vero perſonas, & quidquid ipſa Romana eccleſia reprobat & damnat, pro reprobatis & damnatis habeo, pollicens nomine quo ſupra, ipſum patriarcham, Jacobinoſque, & meipſum, tanquam veræ obedientiæ filios, veſtris ac ſedis apoſtolicæ ordinationibus & juſſionibus fideliter & ſemper obtemperaturos.

Datum Florentiæ in publica ſeſſione ſynodali ſolemniter in eccleſia domus ſanctæ Mariæ Novellæ, apud quam nunc reſidemus, celebrata, anno incarnationis dominicæ 1441. pridie Nonas Februarii, pontificatus noſtri anno undecimo a.

a Hoc decretum pro Jacobinis [illegible] decreto pro Græcis & Armenis [illegible] Lupum [illegible] Græcia [illegible] domini 1514.

## SUBSCRIPTIONES.

Ego Eugenius catholicæ eccleſiæ epiſcopus.

*Adjutor meus & protector meus es tu domine. Ne derelinquas me Deus meus.*

Ego Antonius Oſtienſis epiſcopus, cardinalis Bononienſis, me propria manu ſubſcripſi.

Ego Branda epiſcopus Portuenſis, nominatus cardinalis Placentinus.

Ego Nicolaus tituli ſanctæ Crucis presbyter cardinalis manu propria me ſubſcripſi.

Ego Dominicus tituli SS. Joannis & Pauli presbyter cardinalis manu propria me ſubſcripſi.

Ego Franciſcus tituli ſancti Clementis cardinalis & presbyter, ſanctæ Romanæ eccleſiæ vicecancellarius.

Ego



Anno Christi 1441.

Ego Angelottus tituli S. Marci presbyter cardinalis manu propria me ſubſcripſi.

Ego Joannes tituli SS. Nerei & Achilei presbyter cardinalis me ſubſcripſi.

Ego Nicolaus tituli S. Marcelli presbyter cardinalis me ſubſcripſi.

Ego G. tituli ſanctæ Anaſtaſiæ presbyter cardinalis ſubſcripſi.

Ego B. tituli SS. duodecim apoſtolorum presbyter cardinalis ſubſcripſi.

Ego Joannes tituli ſanctæ Praxedis presbyter cardinalis manu propria ſubſcripſi.

Ego G. tituli S. Martini in montibus presbyter cardinalis ſubſcripſi.

*Quid autem hoc anno reſcripſerit Eugenius Conſtantino Palæologo deſpoto, ex regeſto Vaticano exhibemus.*

*Eugenius epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto filio & excellenti Conſtantino deſpoto Palæologo ſalutem, &c.*

Num. X.

QUANTO deſiderio & animi fervore ob Dei reverentiam, zeloque catholicæ fidei cupiat devotio tua, ut ſancta hæc occidentalis & orientalis eccleſiæ unio, domini & ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti gratia, nuper tam ſolemniter, rite & concorditer celebrata, debitum iſthic in Conſtantinopoli & in ceteris Græciæ partibus ſortiatur complementum, literæ venerabilis fratris Chriſtophori epiſcopi Coronenſis oratoris noſtri, & plurimorum orthodoxorum virorum relationis nobis & apoſtolicæ ſedi nunciaverunt. Nam in ea cauſa licet per cariſſimum in Chriſto filium noſtrum Palæologum Romæorum imperatorem hactenus ſatis tenue & tepide ſit proceſſum, tua tamen celſitudo rem ipſam locum & perfectionem ſuam, quantum in ſe fieri poteſt, habere vult & intendit. Idcirco in manus præfati epiſcopi oratoris, noſtro & apoſtolicæ ſedis nomine recipientis, ſupra pectus tuum pollicitus es, teipſum in futurum omnem operam daturum, quo prædicta unio ſic, ut præfertur, & omnia quæ illius perfectionem poſtulant, impleantur, completaque in ſui robore & firmitate permaneant. Quorum omnium gratia, dilecte fili, nos & apoſtolica ſedes primum bonitati divinæ, quæ illa pectori tuo inſinuavit, tum filiali tuæ devotioni, quæ inſinuata retinuit & retinet, plurimum congratulamur, ſimulque cupimus quaſque res devotioni tuæ gratas efficere & operari. Volumuſque propterea impræſentiarum aliquas facere ſaltem tibi pro gratitudinis memoria.

Igitur favente Deo, cujus cauſam in hac ſanctiſſima re proſequeris, & proſequi, ut præfertur, intendis, ſi te in futurum quandoque in Romæorum imperio hujuſmodi ſuccedere, aut quovis modo præſidere, & in imperatorem creari contigerit, & ſtabilimento præfatæ unionis cum publicatione & lectione decreti dederis debitum, ut præfertur, complementum a, devotioni tuæ per præſentes noſtro & apoſtolicæ ſedis nomine pollicemur auxilia illa, ſubventiones & ſubſidia, quæ cariſſimo in Chriſto filio imperatori præfato pro tuitione & defenſione civitatis Conſtantinopolis polliciti ſumus, quæque illius culpa & tepiditate impleri non potuerunt, in teipſum & perſonam tuam tunc in prædicto imperio præſidentem, & ut prædiximus, unionem hujuſmodi jam prius per te perfectam, & illic in ſua firmitate manutenere, ac debitis proviſionibus adimplere. Illud etiam addentes, ut nunquam Romanam eccleſiam & apoſtolicam ſedem tibi defuturam eſſe dubites, eidem debitam & devotam reverentiam exhibendo, dum etiam per ſemitam juſtitiæ inceſſeris, atque unionis hujuſmodi ſacroſanctæ neceſſarium complementum tam fideliter, quam potenter adhibueris.

a Defuncto Joanne ſucceſſit in imperio hic Conſtantinus, qui tamen non aliter quam frater fuit [illegible] in [illegible] decreto, [illegible]

Datum Florentiæ anno incarnationis, &c. 1441. XI. Kalendas Maii, pontificatus noſtri anno XI.

*Hoc eodem anno Nicodemus abbas Æthiopum Hieroſolymis degentium ad Eugenium ſummum pontificem oratorem miſit cum literis, quarum fragmentum refert Jacobus Navarchus, & ex eo Sanderus de viſibili monarchia eccleſiæ libro ſeptimo ſub Eugenio IV. quas integras ex Vaticano codice hic ſubjicimus.*

colai papæ V. ſemper excuſationes & dilationes prætexens, donec juſta Dei ultione, quod in oriente Conſtantinus magnus filius Helenæ fundaverat imperium, hic alter Conſtantinus filius alterius Helenæ, ut initium fini concordaret, occiſus ipſe a Turcis amiſit.

*Expoſitio oratoris reverendi patris domini Nicodemi abbatis pro sereniſſimo & potentiſſimo Æthiopum imperatore, ſuper Æthiopibus Hieroſolymis conſtitutis. Quæ quidem expoſitio facta fuit in publica congregatione œcumenici concilii Florentini die ſabbati 2. Septembris 1441.*

Num. XI.

OMNES homines ad tuam præſentiam pervenientes, pater beatiſſime, multas tenentur Deo gratias agere, qui eos fecerit dignos videre in te Chriſtum etiam in terris inter peccatores homines converſantem. Sed nos in Æthiopia nati, multis magniſque cogimur rationibus nulli alteri nationi communibus laudare & benedicere dominum, qui nobis dedit ſacram fidem tuam in præſenti tempore intueri. Primum, quod neminem credimus remotiorem ab orbis parte huc ſe conferre quam nos, qui non ad extremam modo omnibus partem, ſed pene extra ipſum orbem poſitam incolimus Æthiopiæ regionem.

Secundum quia, ſalva ceterarum pace, non credimus gentem eſſe aliam, quæ majori fide & devotione Romanum pontificem veneretur. Quod quidem ab experientia apud nos notorium eſſe dignoſcitur, ut reverſuri in patriam, applauſus exultationeſque noſtrorum hominum & populi obviam proceſſuri timere cogamur, quia ſemper hactenus obſervatum eſt, ut venientium a Romani pontificis conſpectu plebs & omnis ſexus, ætatis multitudo conferta pedes oſculari, & veſtis partem pro reliquiis ſervandam lacerare contendat: unde intelligi poteſt, quanta ſit noſtris hominibus Romani pontificis opinio ſanctitatis.

Tertio loco, majori excipiendum lætitia & jubilo gaudium noſtrum, quod majus imperium noſtrum quam aliud eſſe opinamur. Siquidem reges centum [illegible] imperio etiam præſenti tempore ſunt ſubjecti: & præter hoc gloriæ noſtræ pars non eſt minima, regina Saba, quæ excitata fama ſapientiæ Salomonis, ita ſe contulit in Jeruſalem, quemadmodum nos, qui licet multo minores ſimus regina Saba, ad te venimus, qui es etiam plus quam Salomon. Ex gente item noſtra fuerunt Candacis regina & eunuchus, quos Philippus domini noſtri apoſtolus baptizavit. Quarum rerum certe magnarum gratia, tu qui maximus es magnatum, nos licet parvulos, des libenter, prout confidimus, te intueri.

Poſtrema vero & rationum præſtantiſſima, quibus

Anno Christi 1441.

quibus adveniſſe lætamur, ea eſt, quæ ab ipſis effectibus innotuit, & mundo palam eſt factum, omnes qui a te & a Romana eccleſia diſceſſerunt, penitus corruiſſe. Noſtra tamen inter ceteras eccleſias, quæ a prædicta Romana videntur eccleſia receſſiſſe, fortis etiam & potens ac libera exiſtit. Cujus quidem rei nullam aliam dicent ſapientes cauſam exiſtere, quam quia aliarum eccleſiarum ſeceſſio atque rebellio fuit voluntaria, hincque eorum populi in ſervitutem exterminiumque ſunt dati: noſtra autem intermiſſio & elongatio a ſede tua, nequaquam a perfidia aut levitate alia, ſed potius proceſſit a provinciarum diſtantia, & a periculis quæ ſubeunt commeantes, atque etiam a prædeceſſorum tuorum Romanorum pontificum negligentia, cum nulla apud noſtros homines ſit memoria viſitationis aut curæ tot Chriſti ovium, quam paſtorum quiſpiam ante te voluerit ſuſcipere. Nam fert opinio noſtra, octingentos effluxiſſe annos, ex quo nullus ante pontifex Romanus nos vel levi aut unico verbo curaverit ſalutare. In hoc itaque ſumma laus tua & noſtri gaudii multitudo conſiſtit, quod tu ſolus ac primus imperatorem noſtrum ac noſtram gentem catholicæ fidei & tibi ipſi ſtudeas unire per veſtræ congregationis, & operam noſtri abbatis Nicodemi ſervi tui, in Hieroſolyma conſtituti, qui nos ad te mittit, quemadmodum in præſentibus literis continetur. Commendat autem abbas ipſe tum ſeipſum, tum & filios ſuos ſanctitati tuæ, ad cujus mandata labores quoſcumque ſuſcipere eſt paratus pro habenda concludendaque ſanctiſſima unione. Te autem in primis certum reddit, imperatorem Æthiopum nihil in rebus humanis ducere majus, nihil affectuoſius cupere, quam uniri Romanæ eccleſiæ, & tuis ſanctiſſimis ſubjici pedibus. Tantæ magnitudinis apud eum ſunt Romanum nomen & Latinorum fides, quam tecum Chriſtus augere & conſervare dignetur in ſæcula ſæculorum. Amen.

Num. XII. *Hæ ſunt literæ Hieroſolymitanæ, quas ſcribit ſancto & magno patri, papæ urbis Romæ, ſedenti ſuper ſedem apoſtolorum Petri & Pauli [a], abbas Hieroſolymitanus ſuper Æthiopibus Hieroſolymis commorantibus.*

[a] Paulo infra dicit: In magna ſede es Petri apoſtoli conſtitutus: hic autem nominat etiam Paulū, ejus fidem & zelum indicās tranſfuſum in Romanum pontificem.

IN nomine ſanctæ Trinitatis. Hæ literæ mittuntur ab Hieroſolymis per Nicodemum abbatem ſuper nationem Æthiopum, quæ dentur magno patri urbis Romæ, Eugenio capiti omnium ſedium. Pax tibi & omni ſedi, & pax magnitudini tuæ, qui ſedes in ſede apoſtolorum Petri & Pauli, cujus ſplendor illuminat Mundum. Ego vero ubicumque terrarum ſim, proſternor coram te: non autem ego ſolus, ſed omnes patriarchæ atque epiſcopi, reges atque imperatores inclinantur ante te.

Cum ad nos devenerunt nuncii tui ob cauſam fidei, magnam ex eis conſolationem accepimus, quam hactenus valde cupiebamus, ut tandem omnes unum ſimus, ſicut Paulus dicit: *Unus Deus, una fides, unum baptiſma*. (Epheſ. 4.) Hæc vero res cum ad regem noſtrum pervenerit, maxima illi lætitia futura eſt. Nam idem admodum cupit, ut omnes in unam fidem pariter uniantur. Ego autem ipſe pro re iſta ad te veniſſem, niſi me metus Sarracenorum præpediſſet, ne forte res iſta infidelibus palam fiat. Propterea mitto ad te filios meos præſentium literarum latores, qui die Octobris 14. a me recedentes, opto eos ad me redire celeriter, ut ad regem noſtrum Æthiopiæ ſe citius conferant, cui referant cuncta quæ juſſeris, quæ velis deinde perficere & quæ cœpiſti: quoniam ideo Deus Pater te omnibus præpoſuit patriarchis, & in magna ſede es Petri apoſtoli conſtitutus, quæ caput eſt omnium ſedium, ut omnes poſſes paſcere oves Chriſti. Hæc autem cogitatio tua a Deo eſt, & tu vere beatus es, qui ad apoſtolorum ſimilitudinem pro fide Chriſti talia tentaſti, nec tanta fecerunt prædeceſſores tui. Utinam cuncta ad finem uſque perducas. Etenim contaminatio infidelium in unum coacta eſt, Judæi Chriſti crucifixores pariter idem conſentiunt: Chriſtiani vero, relicta apoſtolorum ſapientia, unuſquiſque in viam ſui ſenſus, ut libuit, abierunt, & quilibet dicit, Mea fides verior eſt: quæ diſtinctio nequaquam eſt a Deo, ſed procedit a diabolo. Tu igitur cura, ut poſſint ad unam venire diſperſi, ut ſit omnium fides una: & ſicut ſub patribus trecentis decem & octo in Nicæna ſynodo facta eſt, ſic & tu robora fidem, ut illi fecerunt, ut congregemur in unum: quoniam cum in unam fidem pariter convenerimus, Chriſtus ex terra promiſſionis noſtros hoſtes abjiciet, & fient ut ſtipula ante faciem venti, non noſtra, ſed Chriſti noſtri potentia faciente.

Poſt hæc, o pater magne, ut de unione inter nos facienda aliquid tibi reſpondeam, eam quidem de certo & nos & rex noſter vehementiſſime cupimus, verumtamen ſine ipſo rege noſtro illam concludere non vellemus. Offerimus nos omnes ſanctitati tuæ omnes vires, curam & diligentiam noſtram, ut noſtro labore ac ſtudio unio ſancta tecum apud regem noſtrum veraciter, ut juſſeris, compleatur. Quoniam qui aditus vel acceſſus ad patriam noſtram terra marique Latinis hominibus pene mortalis & impoſſibilis eſt, a nobis Æthiopibus, quamvis inter ingentes labores, in dies ſæpius frequentatur, verentibus Sarracenis ob metum regis Æthiopum in aliquos nos offendere, quos infideles rex ipſe noſter parva opera penitus poſſet deſtruere. De noſtro vero ad tuam ſanctitatem adventu patriarcha Jacobitarum penitus nihil novit, ſed clam illo & Sarracenis ignorantibus ad te venimus; ne forte, ſicut ex varia ratione ambitionis atque perfidiæ utrique facere ſolent, negotium unionis præpediretur. Præſentes autem filii mei ad te veniunt, non tecum de fidei veritate diſputaturi, ſed tuam ſententiam audientes recepturi, veritatique fidei quam ſtatueris, conſenſuri. Quoniam tu Sol magnus & verus ſplendor creaturarum es, nec lux ulla valet a quoquam facile in ſæculo reperiri, quæ Soli ſit præferenda. Quis igitur tecum niſi ſtultus atque ignarus, valeat aut debeat diſputare, cum ſit tam ingens ac vetuſta ſapientia Latinorum nota jam orbi terrarum, ne ſit juxta evangelicam veritatem diſcipulus ſupra magiſtrum, aut ſervus ſupra dominum ſuum?

Poſtremo, beatiſſime pater, quidquid a nobis velis, mitte ad regem Æthiopiæ noſtrum, qui cum ea quæ cupias, audierit a nobis, iis in nullo penitus refragabitur, ſed quæcumque velis libentiſſime audiet atque aſſentiet, accepturus ingens de tua voluntate ſolatium, cum ſit



Anno Christi 1442.

fidei Chriſtianæ benevolus & obediens, & quæ ad favorem religionis pertinent, avidiſſime complectatur. Rogamus poſt hæc beatitudinem tuam, ut ii filii mei abs te cito expediantur, quatenus ſe in Æthiopiam transferentes, regi noſtro dicere valeant omne quod juſſeris. Dominus Deus longos faciat dies tuos, & repleat te omni bono, ac compleat omne deſiderium tuum, fidemque tuam confirmet ac roboret in ſæcula ſæculorum Amen.

Datum Hieroſolymis die 14. Octobris Amet anno, [a] Amoherech.

Hoc quid ſignificet, beatiſſime pater, nullo interpretante ſcire poſſumus. Ipſi enim Æthiopes, ut ajunt, annos per jubileos computare conſueverunt, quorum terminos, etiam ipſis conantibus, nequivimus intelligere.

[a] Hoc vocabulum ſignificare Æthiopice gratiam vel miſericordiam, indubitatum eſt apud Æthiopes: quare dubium abbatis Nicodemi non eſt de ſenſu vocabuli, ſed de ſenſu computi. Annorum enim juxta Æthiopes, terminos, ut ipſe ait, nequivit intelligere, utrū ſcilicet hoc tempus a miſericordia ſit computandum a creatione mundi, vel ab incarnatione Verbi, vel a miſericordia Dei erga martyres, ut de computo Ægyptiorū diximus ſupra num. 7. de computo autem Æthiopum vide Athanaſium Kircherium in ſuo Prodromo Copto, cap. 2.

*Quamvis autem inter Eugenium & præfatum Nicodemum abbatem Hieroſolymis degentem actum fuerit de unione regis Æthiopum cum eccleſia Romana, nihilo minus de hac eadem unione & obedientia, alia etiam via quam Hieroſolymitana, eumdem regem Æthiopum egiſſe cum Eugenio papa, eodemque tempore oratores ad Eugenium tranſmiſiſſe, apparet ex ſequentibus literis apoſtolicis ejuſdem Eugenii.*

Num. XIII.

*Eugenius epiſcopus ſervus ſervorum Dei, univerſis & ſingulis Chriſti fidelibus ſalutem, &c.*

CUM dilectus filius nobilis vir Angelus Maurocenus miles Scienſis, nonnullarum galearum & fuſtium, quas proprio ſumptu tenet, gubernator & dominus, proximis temporibus gratam nobis & plurimum acceptam, & nomini Chriſtiano glorioſiſſimam dederit operam, perductis ad noſtram præſentiam ex partibus inſulæ Rhodi, magni Æthiopum regis Conſtantini, ſive (ut dicitur) presbyteri Joannis oratoribus, unionem dicti regis & ſubjectorum ſibi populorum pene infinitorum cum occidentali eccleſia quærentibus.

Nos eumdem Angelum, qui cum ipſis galeis fuſtibus, aut earum parte ad orientis partes redire intendit, cupientes plena ubique inter Chriſtianos ſecuritate atque immunitate, & favorabili tractatione gaudere, univerſitatem veſtram in domino requirimus & hortamur, noſtris & Romanæ eccleſiæ ſubditis dantes ſtrictius in mandatis, quatenus eumdem Angelum cum præfatis galeis & fuſtibus ſimul & ſeparatim navigantem, cum quibus neminem extraneum lædere promiſit, in noſtris portibus & locis, aliterque ubicumque fuerit obvius, benigne & placide tanquam hominem nobis carum & Romanæ eccleſiæ fidelem excipientes, ac in dantis receptu & victualibus favorabiliterque tractantes, ire, redire & morari permittatis, prout fuerit neceſſarium, & ipſe a vobis duxerit requirendum. Nos enim favores & alia commoda eidem Angelo & ſuis fuſtibus & comitivæ exhibita, grata habebimus & accepta, ac ſedis apoſtolicæ gratiam conſequemini.

Datum Florentiæ 4. Nonas Octobris, anno XI.

Num. XIV. *Eugenius epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis canonicis & capitulo baſilicæ principis apoſtolorum de Urbe ſalutem, &c.*

CUM dilectos filios Andream abbatem ſancti Antonii de Ægypto, & Petrum diaconum, oratores magni principis Conſtantini imperatoris Æthiopum, ſive (ut dicitur presbyteri Joannis, qui devotionis cauſa ad almam Urbem præſentialiter ſe conferunt, cupiamus pro majori eorum ædificatione, atque ut prædictum imperatorem, aliosque ſibi ſubjectos reges & principes ac populos pene innumeros, ad unionem cum eccleſia occidentali, quam apud nos quærere advenerunt, facilius adducere & inclinare poſſint, ſanctam Dei & ſalvatoris noſtri imaginem, ſive (ut dicunt) ſanctam Veronicam videre: Et vos conſtitutionibus, ac aliis ordinibus illius eccleſiæ juramento firmatis, id extra debita & conſtituta tempora facere prohibeamini.

Devotioni veſtræ, ut ipſam ſanctam imaginem nunc, quando non ſunt tempora inſtituta, prædictis oratoribus cum debito & ſolito modo reverenter oſtendatis, prohibitionibus ſupradictis, juramento, a quo auctoritate apoſtolica, tenore præſentium, vos hac vice tantum reddimus abſolutos, & aliis in contrarium facientibus, non obſtantibus quibuſcumque, ſimilibus tenore & auctoritate præcipimus & mandamus.

Datum Florentiæ 4. Nonas Octobris anno XI.

*Interim Eugenius reditum ad urbem cogitans, ut conciliabulo obſiſteret Baſilienſi, generale concilium Romam ad Lateranum tranſtulit, ut teſtantur Platina, Ciaconius & Maſſonus in Eugenio, & omni exceptione major Auguſtinus Patricius in præfato compendio, ſeſſione 43. ſic ait.*

Num. XV. Florentiæ inter hæc Eugenius ſeſſionem celebrat 6. Lalendas Maii anni ſalutis 1442. in qua aſſerens legatos Zaræ Jacob magni regis Æthiopiæ, quem presbyterum Joannem vocant, ad concilium œcumenicum orthodoxæ fidei ſuſcipiendæ gratia properare, concilium ipſum, ut majorem auctoritatem etiam ſuſciperet, Romam approbante ipſo concilio tranſtulit, proſequendum in baſilica Lateranenſi, propria & prima ſede ſummi pontificis, decimoquinto die poſt ejus ad urbem reditum. Huic tranſlationi addidit & plures cauſas, loci reverentiam & commoditatem, rerum omnium copiam, tum occaſione componendarum provinciarum eccleſiæ, & pacis ac quietis Italiæ cæterarumque regionum procurandæ. *Hæc ille. Id autem cum effectu præſtitiſſe Eugenium apparet ex publicis ſeſſionibus Romæ in Laterano habitis, editiſque de fide conſtitutionibus pro Syris, Chaldæis & Maronitis, quas ex Vaticanis codicibus infra ſubjicimus.*

*Non mirandum autem, quod in præfatis literis Eugenii rex Æthiopiæ nominetur Conſtantinus, & ab Auguſtino Patritio Zara Jacob: nomen enim ejus proprium erat Conſtantinus, ut habetur in hiſtoria regum Æthiopiæ reverendi patris Paez ſocietatis Jeſu, quæ manuſcripta extat penes reverendum patrem Nugnium ejuſdem ſocietatis. Zara autem Jacob erat cognomen: etenim ſignificat filium, ſeu ſemen Jacob, quod erat cognomen zeli & fidei: præfati etenim reges ex Jacob per Salomonem & reginam Saba gloriantur originem ducere. Unde in catalogo dictorum regum, qui extat in ſecundo tomo Hiſpaniæ illuſtratæ, dicitur, Zara Jacob recta fidei homo ab Æthiopibus cognominatus. Et in literis David regis Æthiopiæ ad Clementem VII.*

ANNO CHRISTI 1444.

*VII. quas refert Damianus a Goes habetur, Eugenium pontificem tranſmiſiſſe legatos Theodorum, Petrum, Didymum & Georgium ad regem ex ſemine Jacob: quod idem eſt ac ſi diceret, ad Zara Jacob. Eſt igitur Zara Jacob cognomen laudis, Conſtantinus autem nomen proprium: quo etiam nomine in præfato catalogo alter rex nominatus legitur.*

*Ceterum unionis Æthiopum cum eccleſia Romana, aliarumque nationum, meminit idem Eugenius in ſequentibus apoſtolicis literis, univerſis & ſingulis Chriſtianis principibus & præſulibus pro temporali auxilio implorando directis.*

Num. XVI. *Eugenius epiſcopus ſervus ſervorum Dei, univerſis & ſingulis cariſſimis in Chriſto filiis quorumcumque regnorum regibus; venerabilibus quoque fratribus archiepiſcopis, epiſcopis, ac dilectis filiis electis, abbatibus, prioribus, præpoſitis, decanis, archidiaconis, plebanis, archipresbyteris, & aliis eccleſiarum prælatis, eorumque vicesgerentibus, ac capitulis & conventibus, & aliis perſonis eccleſiaſticis Ciſtercienſis, Cluniacenſis, Præmonſtratenſis, ſanctorum Benedicti & Auguſtini, ac aliorum quorumcumque ordinum, nec non magiſtris & præceptoribus ac fratribus beatæ Mariæ Teutonicorum & Calatravenſium, nec non marchionibus, comitibus & baronibus, ac aliis nobilibus potentibus, inſuper capitaneis, rectoribus, conſulibus, antianis, conſiliis, populis, communitatibus & univerſitatibus civitatum, caſtrorum & aliorum locorum, ac univerſis & ſingulis, ad quos præſentes literæ pervenerunt, ſalutem, &c.*

POST graves expenſas diutinoſque labores a nobis perpeſſos, in Græcorum unione primum, & poſtea in Armenorum, Jacobitarum, Maronitarum, Æthiopum, Boſnenſium, & aliorum diverſæ nationis populorum reductione ad ſincerum fidei catholicæ cultum, non parva nobis impenſa opus fuit, ut legatum apoſtolicæ ſedis anno nunc tertio mitteremus ad inducias in regno Hungariæ conſtituendas, quarum occaſione factum eſt, ut cariſſimus in Chriſto filius noſter Hungariæ & Poloniæ rex, poſt multas victorias de Turcis Chriſti hoſtibus habitas, illos jam, ut ſperamus, ex Europæ partibus expulerit. Quod quidem nulla ratione idem rex potuiſſet efficere, niſi claſſis noſtra, quam magna cum impenſa noſtra duxit ad ſtrictum Gallipolis dilectus filius cardinalis Venetiarum nepos noſter, prohibuiſſet alios Turcas opem illis ex Aſia allaturos. Nunc vero alia premimur expenſa noſtros humeros ſuperante, mittendi aliam claſſem ad defenſionem Rhodi, aliorumque locorum a Chriſtianis poſſeſſorum in mediterraneo mari, in perfidos Sarracenos, qui poſt binum inſultum in Rhodienſes factum, novam parant claſſem, cum qua minantur non ſolum Rhodi loca, ſed omnes alios Chriſtianos uſque in Italiam invaſuros: quamquam claſſis noſtra, quam prædicta ratione paramus, non ſolum Sarracenos a Rhodo & aliis Chriſtianorum locis repellere, ſed uno eodemque in negotio poſſet terræ ſanctæ ab illorum perfidia liberandæ principium modumque exhibere: cujus liberationis, dante domino, obtinendæ talem tantamque ſpem habemus, quam vos omnes honoris Dei noſtri & propagationis fidei & Chriſtianæ avidos, debemus lætos facere. Cupientes itaque quod veſtrum omnium devotio tanti magni participes efficiatur, committimus aliqua dilectis filiis fratribus Bartholomæo de Fulginio commiſſario dilecti filii fratris Joannis de Capeſtrano, Seraphino de Sicilia, & Laurentio de Panormo ordinis Minorum, qui dicuntur pauperes, ſive de obſervantia regulari, per ſeipſos aut alios vobis referenda, quibus velit unuſquiſque veſtrum fidem in dicendis per ſe aut nuncios plenariam præſtare, & favores pro facultatum opumque & potentiæ qualitate liberaliter exhibere. Inhibentes expreſſe ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna omnibus & ſingulis prælatis, ad quorum diœceſim, ſive præſentiam prædictos fratres Bartholomæum, Seraphinum & Laurentium, ſeu ab eis ſubſtituendos, contigerit declinare, ne ipſis aliqualiter contradicant, aut aliter ſint moleſti. Datum Romæ apud S. Petrum anno, &c. 1444. VIII. Kalendas Februarii, pontificatus noſtri anno 14.

*Extat etiam mentio de unione Æthiopum in verſibus inſculptis in valvis æneis baſilicæ ſancti Petri tempore ejuſdem Eugenii, nimirum:*

*Sunt hæc Eugenii monumenta illuſtria quarti,*
*Excelſa hæc animi ſunt monumenta ſui.*
*Ut Græci, Armeni, Æthiopes, hic aſpice, ut ipſam*
*Romanam amplexa eſt gens Jacobina fidem.*

*Blondus etiam, qui fuit ejuſdem papæ Eugenii ſecretarius, in primo libro Romæ inſtauratæ numero 58. hæc ait, alloquens Eugenium, qui portas ligneas æneas fecerat.* Tu æneas baſilicæ dediſti, tantiſque inſculptis hiſtoriis, unionis Græcorum, Armenorum, Æthiopum, Jacobinorum, & aliarum nationum, tua opera, tuaque impenſa eccleſiæ conciliatarum. *Sed & in ejuſdem Eugenii IV. ſepulcro marmoreo in eadem baſilica ſancti Petri hi verſus leguntur, quos refert Panvinius de elogiis & imaginibus pontificum.*

*Eugenius jacet hic quartus, cor nobile cujus*
*Teſtantur vitæ ſplendida facta ſuæ.*
*Iſtius ante ſacros ſe præbuit alter ab ortu,*
*Alter ab occaſu [a] Cæſar uterque pedes.*
*Alter, ut accipiat fidei documenta Latinæ;*
*Alter, ut aurato cingat honore caput.*
*Quo duce & Armeni Græcorum exempla ſecuti,*
*Romanam agnorunt Æthiopeſque fidem.*
*Inde Syri ac Arabes, mundique e finibus Indi;*
*Magna, ſed hæc animo cuncta minora ſuo.*
*Nam valida rurſum Teucros jam claſſe petebat;*
*Dum petit, aſt illum ſuſtulit atra dies.*
*Qui ſemper vanos tumuli contempſit honores,*
*Atque hac impreſſa condite, dixit, humo.*
*Sed non quem rubro decoravit ille galero,*
*Non hoc Franciſcus ſtirps ſua clara tulit;*
*Suſceptique memor meriti, tam nobile quod nunc*
*Cernis, tam præſtans ſurgere juſſit opus.*

[a] Sigiſmundum Romanorum imperatorem Romæ coronavit, prout etiam inſculptum cernitur in præfatis valvis æneis baſilicæ ſancti Petri.

*Decretum autem fidei, quod Eugenius tradidit Æthiopibus, non aliud fuiſſe exiſtimandum eſt, quam illud Jacobinorum, quorum implicantur erroribus.*

*Quomodo autem præfati imperatoris Æthiopum oratores Romam venerint, ſic narrat Ciaconius in vita Eugenii papæ:* Anno 1441. die 10. Octobris abbas ſancti Antonii in Ægypto vir inſignis apud imperatorem Æthiopiæ, vulgo presbyterum Joannem vocatum, duodecim ferme monachis comitatus Romam venit, & ad portam obviam illi factis gubernatore, ſenatore, regionariis urbis, præfecto arcis ſancti Angeli, & conſervatoribus, multiſque aliis civibus, deductus eſt in baſilicam ſancti Petri, ubi illi vultus ſanctus oſtenſus.



ANNO CHRISTI 1443.

Hoſpitatus eſt ad ſanctum Laurentium in Damaſo: & poſtea capita apoſtolorum, & ceteræ urbis reliquiæ monſtratæ fuerunt.

*Extant in valvis æneis tempore Eugenii papæ IV. in majori porta baſilicæ ſancti Petri, ut diximus, collocatis, nobiliora ejuſdem pontificis monumenta, inter quæ viſitur eorumdem oratorum in Urbem ingreſſus: ſubinde inſculptum etiam cernitur, quando Eugenius papa decretum fidei eiſdem oratoribus tradidit in baſilica ſancti Ioannis in Laterano, ut hic [a] imprimi curavimus.*

[a] Conſulas editionem Romanam aut Lupæream qui pictoris præſcitur.

*Idem etiam Eugenius, antequam Florentia Romam acceſſiſſet, dum Senis eſſet, in itinere Ioanni Palæologo imperatori Græcorum, qui oratorem ad eumdem ſummum pontificem pro auxilio contra Turcas obtinendo tranſmiſerat, hæc reſcripſit.*

*Eugenius epiſcopus ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio Ioanni Palæologo imperatori Romæorum illuſtri, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.*

Num. XVII. ACCESSIT ad præſentiam noſtram dilectus filius noſter orator celſitudinis tuæ, quem hilari vultu & libenti animo accepimus. Id autem ex iis quæ nobis retulit, præcipue gratum habuimus, quod pro tua ſolita corporis qualitate bene valere aſſeveravit. Quantum autem ad apparatum claſſis pro expeditione adverſus Turcas pertinet, de quo nos idem orator tui ex parte requiſivit, diligentem ei rei operam dedimus, continuoque damus, prout orator ipſe plene informatus a nobis, tuæ celſitudini latius reſerabit. Hodieque a nobis hinc receſſit dilectus filius noſter Franciſcus tituli ſancti Clementis presbyter cardinalis ſanctæ Romanæ eccleſiæ vicecancellarius, quem ob hanc dumtaxat cauſam ad partes Græciæ legatum noſtrum & apoſtolicæ ſedis tranſmittimus, a quo, cum eamdem ſerenitatem ipſum convenire continget, eris de occurrentibus ſingulis pleniſſime informatus. Reliquum eſt, ut Jeſum Chriſtum dominum noſtrum ſincero corde exoremus, ut opus iſtud pro ſui ſanctiſſimi nominis honore inceptum, proſpero eventu ſecundare dignetur. Quove vota noſtra magis æquis & propitiis auribus exaudiat omnipotens Deus, curare omni ope & diligentia velit eadem excellentia tua, quod negotium unionis, quam tantis laboribus & expenſis partam fuiſſe noſti, felicioribus in dies ſucceſſibus amplietur.

Datum Senis &c. 3. Idus Junii, anno XIII.

*Græcis autem nonnullis Romanam eccleſiam calumniantibus de proceſſione Spiritus ſancti, non obſtante diffinitione jam facta in concilio, hæc eorum præſulibus, ut populum docerent, Romam cum acceſſiſſet reſcripſit Eugenius.*

*Eugenius epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabilibus patriarchis, archiepiſcopis, abbatibus, doctoribus, magiſtris per orientem conſtitutis ſalutem & apoſtolicam benedictionem.*

Ne. XVIII. ETSI Chriſtus ſalvator noſter continuo immenſa ſuæ benignitatis & clementiæ dona erga populum Chriſtianum oſtenderit, in hac tamen ſacroſancta œcumenica & Deo amabili ſynodo Florentina præcipuæ pietatis & caritatis dudum lumen refulſit. Inter occidentalem enim & orientalem eccleſiam miro & ineffabili ipſius ſalvatoris noſtri munere unionem ſecutam fuiſſe conſpeximus. In qua ſynodo nobis, auctore domino, præſidentibus, cum ſæpius ex utraque parte doctiſſimorum & graviſſimorum tam venerabilium fratrum noſtrorum ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinalium, quam aliorum prælatorum ac magiſtrorum adeſſet multitudo copioſa adinvicem diſputantium, omnis tandem opinionum differentia, omniſque diſſenſio præcipue & ſingulariter de proceſſione Spiritus ſancti, quæ quadringentos circa annos, colluctatore generis humani procurante, permanſerat, ipſo Spiritu ſancto illuminatore ſublata atque ſopita extitit, prout in ſynodali decreto ſuperinde confecto clariſſime continetur. Et quamquam fides, quam Romana eccleſia de proceſſione Spiritus ſancti ſemper tenuit, ex eis quæ in prædicta ſynodo diffinita ſunt, luce meridiana clarior ſplendeat; tamen quia adhuc nonnullos eſſe in oriente intelleximus, qui ex hoc quod Romana eccleſia ex Patre Filioque procedere Spiritum ſanctum profitetur, eam tenere & credere opinantur, Patrem & Filium duo eſſe principia Spiritus ſancti. Quorum vanam & impiam opinionem tanto vehementius admirati ſumus, quanto lucidius, omnis Chriſti eccleſia cognoſcit, a præfata Romana eccleſia illud alienum ſemper fuiſſe, & tanquam erroneum ac impium, extitiſſe ſemper damnatum. Hanc pravam & impiam opinionem extinguere cupientes, univerſos vos exhortamur atque requirimus, ut veram eccleſiæ Romanæ doctrinam illis aperire & prædicare velitis.

Præfata namque Romana eccleſia omnium fidelium mater atque magiſtra, tam ex veritatis ſententia & auctoritatibus ſanctorum doctorum, quam ex canonibus per ipſam editis, tam in œcumenico Florentino, quam Lugdunenſi aliiſque pluribus conciliis promulgatis, fideli ac devota confeſſione ſemper prædicavit & docuit, docet & prædicat, quod Spiritus ſanctus æternaliter ex Patre & Filio, non tanquam ex duobus principiis, ſed tanquam ex uno principio; non duabus ſpirationibus, ſed unica ſpiratione procedit. Hæc eſt, venerabiles fratres, pura, ſimplex & catholica fides, quam prædicta ſacroſancta Romana eccleſia, quæ ſemper beatiſſimis apoſtolis Petro & Paulo protectoribus immaculata permanſit, continuo prædicavit & docuit. Contrarium hujus veritatis & fidei tenentes & aſſerentes damnavit, & nos de venerabilium fratrum noſtrorum ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinalium conſilio & aſſenſu, de novo apoſtolica auctoritate damnamus, reprobamus, excommunicamus & anathematizamus, ac pro damnatis, reprobatis, excommunicatis & anathematizatis habemus, tenemus & reputamus, ab omnibus teneri, haberi & reputari decernimus & declaramus, ac eos cum execrabilis memoriæ Ario, Manichæo & Marcione, ceteriſque aliis divinam virtutem minuere conantibus annumeramus.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, &c. anno 1443. quarto Nonas Martii, pontificatus noſtri anno 13.

*Proſequendo vero idem Eugenius pontifex œcumenicum concilium Romæ in Laterano ſequentia dogmata ſacro approbante concilio decrevit pro Syris.*

*Eugenius epiſcopus ſervus ſervorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.*

MULTA & admirabilia diebus noſtris, & longe majora, quam ante Chriſtianos expetere, Num. XIX

ANNO CHRISTI 1444.

petere, aut cogitare poſſemus, ineffabilis divinæ miſerationis clementia eccleſiæ ſuæ ſanctæ dona largitur. Unde & fidem orthodoxam dilatatam, & novos in dies ad obedientiam ſedis apoſtolicæ populos redire, ac nobis & omnibus Chriſti fidelibus lætitiæ & exultationis cauſas quotidie renovare ſentimus; ita ut merito cum propheta, in jubilatione, fidelibus populis ſæpenumero dicere provocemur: Venite & exultemus domino, jubilemus Deo ſalutari noſtro: quoniam magnus dominus & laudabilis nimis, in civitate Dei noſtri, in monte ſancto ejus. Verum cum in eccleſia catholica, quæ eſt Dei civitas, in monte ſancto apoſtolicæ ſedis & Petri auctoritate fundata, ſemper magna & inſcrutabilia operatus ſit Deus, cujus omnipotentiæ & ſapientiæ non eſt numerus: hoc tamen ſingulare & præcipuum illi præſtitit ineffabilis prudentia conditoris, ut orthodoxa fides, quæ humanum genus ſola vivificat, ſola ſanctificat, in monte illo ſancto, in una & immutabili ſemper maneat confeſſione veritatis, & diſſenſiones quæ adverſus eccleſiam de terrenarum opinionum varietate naſcuntur, & a petræ illius ſoliditate disjungunt ad montem illum redeuntes, exterminentur & eradicentur: quo fit, ut ad ejus gremium confluentes populi atque nationes, in unam cum ipſo conveniant fidei veritatem.

Hæc autem Dei munera tam magna, tam excelſa, tam inſolita, non meritis noſtris profecto conſpicere, ipſius bonitatis immenſitas, ſed ſua ſola benignitate & dignatione conceſſit, ut poſt unionem Græcorum in ſacro œcumenico concilio Florentino, qui cum Romana eccleſia in quibuſdam articulis diſcrepare videbantur, ac poſt reductionem Armenorum & Jacobitarum, qui variis opinionibus involuti, omni tandem diſſenſione relicta, in unam rectam veritatis ſemitam convenerunt. Ecce nunc iterum, ipſo cooperante domino, aliæ nationes de longinquis convenerunt, inter Tigrim & Euphratem Meſopotamiam habitantes, quæ de proceſſione Spiritus ſancti & aliis quibuſdam articulis non recte ſentiebant. Multa igitur nobis & omnibus Chriſti fidelibus eſt cauſa lætandi, quia jam annuente domino, Romanæ eccleſiæ ſplendidiſſima de fidei veritate aſſertio, quæ munda ſemper fuit ab omni macula falſitatis, etiam apud orientem ultra Euphratis terminos, novis coruſcationibus micat, adeo ut venerabilem fratrem noſtrum Abdalam archiepiſcopum Edeſſæ, venerabilis fratris noſtri Ignatii patriarchæ Syrorum, atque totius nationis ſuæ legatum ad hanc uſque almam urbem, ad præſentiam noſtram & ſacrum hoc Lateranenſe concilium traxerit & vocarit, humiliter & devote poſtulantem, ut eam fidei regulam, quam ſacroſancta Romana profitetur eccleſia, eiſdem traderemus.

Nos autem, qui inter cunctas ſanctæ ſedis apoſtolicæ ſolicitudines hanc primam & præcipuam curam gerimus, prout ſemper geſſimus, evangelii ſcilicet defendere veritatem, & orthodoxam fidem, exterminatis hæreſibus longe lateque diffundere & propagare, quoſdam ex venerabilibus fratribus noſtris ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinalibus delegimus, qui accerſitis ex hoc ſacro concilio aliquibus in ſacra pagina magiſtris, cum prædicto archiepiſcopo de difficultatibus, dubiis & erroribus illius nationis conferrent, illumque ipſum examinarent, ac ei catholicæ veritatis diſciplinam aperirent, & eandem de integritate fidei eccleſiæ Romanæ plene illum inſtruerent & docerent. Quem cum per omnia de fide & moribus recte ſentientem inveniſſent, tribus dumtaxat exceptis articulis, de proceſſione ſcilicet Spiritus ſancti, de duabus in Chriſto Jeſu ſalvatore noſtro naturis, ac totidem in voluntatibus & operationibus, veritatem illi fidei orthodoxæ patefecerunt, aperuerunt ſacrarum literarum intellectus, attulerunt ſanctorum doctorum teſtimonia, & quæ materiæ congruebant, rationes veriſſimas induxerunt. Quorum intellecta doctrina, archiepiſcopus ipſe dubitationibus ſuis omnibus plene ſatisfactum eſſe conteſtans, tam de Spiritus ſancti proceſſione, quam de duabus naturis & duabus voluntatibus & operationibus in Chriſto Jeſu domino noſtro talia ſentire profeſſus eſt, ut veritatem fidei plene intelligere videretur, profitereturque ſe nomine præfati patriarchæ, totiuſque nationis & ſuo, omnem fidem omnemque doctrinam ſuſcepturum, quam eidem hoc ſacro approbante concilio traderemus.

Propter quæ omni in Chriſto exultatione perfuſi, gratias immenſas Deo noſtro effudimus, quia votum noſtrum in ſalutem nationis illius videmus adimpletum. Diligenti itaque cum fratribus noſtris & ſancto concilio tractatu præhabito, fidem, & doctrinam, quam ſacroſancta Romana tenet mater eccleſia, eodem ſacro approbante concilio, eidem archiepiſcopo præfatis nominibus recipienti tradere & aſſignare decrevimus.

Hæc eſt igitur fides, quam ſemper ſacroſancta Romana tenuit, prædicavit & docuit mater eccleſia, quamque ad præſens tenet, prædicat, profitetur & docet. Hanc dictum Abdalam archiepiſcopum vice & nomine præfati patriarchæ Syrorum totius nationis illius, atque ſuo, in iis tribus articulis ſuſcipere, & perpetuis in futurum temporibus cuſtodire & obſervare decernimus.

In primis, quod Spiritus ſanctus ex Patre & Filio æternaliter eſt, & eſſentiam ſuam ſuumque eſſe ſubſiſtens habet ex Patre ſimul & Filio, & ex utroque æternaliter, tanquam ab uno principio & unica ſpiratione procedit. Tenet inſuper, profitetur & docet, unum eumdemque Dei & hominis filium dominum noſtrum Jeſum Chriſtum eſſe perfectum in deitate & perfectum in humanitate, Deum verum & hominem verum ex anima rationali & corpore, conſubſtantialem Patri ſecundum deitatem. In noviſſimis autem diebus eumdem propter nos & propter ſalutem noſtram ex Maria virgine Dei genitrice ſecundum humanitatem natum, unum eumdemque Chriſtum verum Dei Filium unigenitum, in duabus naturis inconfuſe, incommutabiliter, indiviſe, inſeparabiliter agnoſcendum, nuſquam ſublata differencia naturarum propter unitionem, magiſque ſalva proprietate utriuſque naturæ, & in unam perſonam atque ſubſiſtentiam concurrente, non in duas perſonas partitum, ſive diviſum, ſed unum & eumdem Dei & hominis Filium dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Credit inſuper, profitetur & docet in uno domino Jeſu Chriſto duas naturales operationes indiviſe, inconvertibiliter, inſeparabiliter, inconfuſe, ſecundum ſanctorum patrum doctrinam: duas etiam naturales voluntates, unam divinam, alteram humanam, non contrarias, ſed



ANNO CHRISTI 1444.

ſed humanam ejus voluntatem ſubjectam ejus divinæ atque omnipotenti voluntati. Et quemadmodum ejus caro animata ſanctiſſima deificata eſt, non perempta, ſed in proprio ſui ſtatu & ratione permanſit; ita humana ejus voluntas deificata eſt, non perempta, ſed ſalvata magis eſt atque perfecta. Hanc fidem eumdem Abdalam archiepiſcopum nominibus quibus ſupra ſuſcipere, corde tenere, & ore profiteri debere decernimus.

Ordinamus inſuper atque decernimus, ut eiſdem nominibus recipere & amplecti debeat quæcumque per ſacroſanctam Romanam eccleſiam diffinita & ſancita diverſis temporibus ſunt, præſertimque decreta Græcorum, Armenorum atque Jacobitarum in ſacro concilio œcumenico Florentino edita, quæ cum in Arabico traducta ipſe Abdala archiepiſcopus accurate legiſſet ac laudaſſet, ad uberiorem & pleniorem omnium eruditionem ſibi nominibus quibus ſupra recipienti conſignari fecimus: quoſcumque etiam doctores & ſanctos patres ſacroſancta approbat & ſuſcipit Romana eccleſia, nominibus quibus ſupra approbare & ſuſcipere debeat; & quaſcumque perſonas, ſeu quidquid aliud ipſa damnat & reprobat, pro damnatis & reprobatis, nominibus quibus ſupra, habere debeat. Promittens tanquam verus filius obedientiæ, nominibus quibus ſupra ipſius apoſtolicæ ſedis ordinationibus & juſſionibus, medio juramento, devote ſemper & fideliter obedire.

Nulli ergo, &c. noſtræ conſtitutionis & ordinationis infringere, &c. Si quis autem, &c.

Datum Laterani in publica ſeſſione ſynodali anno incarnationis dominicæ 1444. pridie Kalendas Octobris, pontificatus noſtri anno decimoquarto.

*Sequitur conſtitutio pro Chaldæis & Maronitis, eodem ſacro Lateranenſi approbante concilio.*

*Eugenius epiſcopus ſervus ſervorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.*

Num. XX. BENEDICTUS ſit Deus & Pater domini noſtri Jeſu Chriſti, pater miſericordiarum & Deus totius conſolationis, qui vota & pia deſideria noſtra, quibus pro debito noſtri paſtoralis officii ſalutem & unitatem Chriſtiani populi anhelamus, & continuis, quantum ex alto nobis permittitur, operibus confovemus, multis magniſque favoribus in dies proſequitur, & ultra quam mereamur, felicibus comitatur effectibus. Sane poſt celebratam in œcumenico concilio Florentino orientalis eccleſiæ cum occidentali unionem, poſt Armenorum, Jacobitarum & Meſopotamiæ populorum reductionem, venerabilem fratrem noſtrum Andream archiepiſcopum Coloſſenſem ad partes orientis & Cypri inſulam deſtinavimus, ut & Græcos & Armenos & Jacobitas ibidem degentes prædicationibus ſuis, & decretorum pro eorum unione & reductione editorum expoſitionibus & declarationibus, in ſuſcepta fide confirmaret, & quos ex aliis ſectis a vera doctrina alienos, tam Neſtorii, quam Macarii ſectatores inveniret, monitionibus & exhortationibus ad fidei veritatem reducere conaretur: quod pro ſua ſapientia, aliiſque virtutibus, quibus eum largitor gratiarum dominus inſignivit, diligentiſſime proſecutus, poſt diverſas multipliceſque diſputationes, poſt varios tractatus, eliminata tandem ex eorum cordibus primum omni Neſtorii impietate, qui purum hominem Chriſtum eſſe, & beatiſſimam virginem non Dei, ſed Chriſti genitricem aſſeverabat: deinde Macarii Antiocheni impiiſſimi, qui quamquam Chriſtum verum Deum & hominem eſſe profitebatur, divinam tamen ſolum in eo voluntatem & operationem, humanitati ejus parum tribuens, eſſe aſſerebat: venerabiles fratres noſtros Timotheum metropolitam Chaldæorum, quos ad hæc uſque tempora Neſtorianos, eo quod Neſtorium ſequebantur, in Cypro vocaverunt, & Eliam epiſcopum Maronitarum, qui cum ſua natione Macarii dogmatibus in eodem regno infectus, cum omni multitudine populorum & clericorum in inſula Cypri ei ſubjecta, ad veritatem fidei orthodoxæ, divino ſibi aſſiſtente numine, converti, fidemque & doctrinam, quam ſemper ſacroſancta coluit & obſervavit eccleſia, eiſdem præſulibus & omnibus ibidem eis ſubjectis tradidit, quamque præfati præſules in publica & magna congregatione diverſarum nationum in eodem regno exiſtentium in metropolitana eccleſia ſanctæ Sophiæ habita, ſumma cum veneratione ſuſceperunt. Quo facto, Chaldæi quidem præfatum Timotheum ſuum metropolitam, Elias vero Maronitarum epiſcopus nuncium, de fide Romanæ eccleſiæ, quæ domino providente, & beato Petro apoſtolo opem ferente, ſemper immaculata permanſit, ſolemnem profeſſionem emiſſuros ad nos uſque miſerunt, & coram nobis in hac ſacra œcumenici Lateranenſis concilii generali congregatione fidem ipſam atque doctrinam Timotheus ipſe metropolita primum in lingua ſua Chaldæa Græce interpretatam, & de Græco in Latinum traductam reverenter & devote, ut ſequitur profeſſus eſt.

ANNO CHRISTI 1445.

Ego Timotheus archiepiſcopus Tarſenſis, Chaldæorum qui in Cypro ſunt metropolita, pro me meiſque omnibus in Cypro exiſtentibus populis profiteor, voveo atque promitto immortali Deo Patri & Filio & Spiritui ſancto, demum tibi ſanctiſſimo ac beatiſſimo patri Eugenio papæ IV. & huic ſacroſanctæ apoſtolicæ ſedi, & ſanctæ huic & venerabili congregationi, quod de cetero ſemper manebo ſub obedientia tua & ſucceſſorum tuorum, ac ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ, tanquam ſub unica matre & capite omnium aliarum. Item, quod de cetero ſemper tenebo & profitebor, Spiritum ſanctum procedere ex Patre & Filio, ſicut docet & tenet ſancta Romana eccleſia. Item, quod de cetero ſemper tenebo & approbabo duas naturas, duas voluntates, unam hypoſtaſim, & duas operationes in Chriſto. Item quod de cetero ſemper confitebor & approbabo omnia ſeptem ſacramenta eccleſiæ Romanæ, prout ipſa tenet, docet & prædicat. Item, quod de cetero nunquam in ſacra euchariſtia oleum apponam. Item, quod de cetero ſemper tenebo, confitebor, prædicabo & docebo quidquid tenet, confitetur, docet & prædicat ſacroſancta Romana eccleſia, & quidquid ipſa reprobat, anathematizat & damnat, reprobo, anathematizo & damno, & in futurum ſemper reprobabo, anathematizabo & damnabo, ſpecialiter impietates & blaſphemias nequiſſimi hereſiarchæ Neſtorii, & omnem aliam hæreſim extollentem ſe adverſus hanc ſanctam catholicam & apoſtolicam eccleſiam.

Hæc eſt fides, pater ſancte, quam tenere & obſervare, ac teneri & obſervari facere ab omnibus

ANNO CHRISTI 1445. nibus ſuppoſitis meis voveo atque promitto, & unumquemque illam reſpuentem, & contra eam ſeſe erigentem privare omnibus bonis & beneficiis ſuis, eumdemque excommunicare, & hæreticum & damnatum denunciare; & ſi pertinax fuerit, degradatum curiæ tradere ſæculari ſpondeo, polliceor atque promitto.

Deinde ſimilem per omnia profeſſionem dilectus in Chriſto filius Iſaac nuncius venerabilis fratris noſtri Eliæ epiſcopi Maronitarum, ipſius vice & nomine, reprobando Macarii de unica voluntate in Chriſto hæreſim, cum multa veneratione emiſit.

Pro quarum quidem profeſſionum religione, & tantarum animarum ſalute, Deo & domino noſtro Jeſu Chriſto, qui temporibus noſtris tanta fidei incrementa largitur, tot Chriſtianis populis beneficia donat, gratias immenſas agentes, eaſdem profeſſiones recipimus & approbamus, ac eoſdem metropolitam & epiſcopum in Cypro, & ſubjectos, ad gremium ſanctæ matris eccleſiæ ſuſcipimus, ac ipſis manentibus in præfata fide, obedientia & devotione, his gratiis & privilegiis inſignimus.

In primis, quod nemo prædictos Chaldæorum metropolitam & Maronitarum epiſcopum, eorumdemque clericos & populos, neque ex populo & clero quempiam de cetero audeat hæreticos appellare, aut Chaldæos de cetero Neſtorianos nominare præſumat. Quod ſi quiſpiam mandati hujus contemptor extiterit, jubemus ab ejus ordinario excommunicari tamdiu, quamdiu diſtulerit condigne ſatisfacere, aut ordinarii arbitrio aliqua alia temporali pœna mulctari.

Item, quod præfati metropolita & epiſcopus, eorumque ſucceſſores in omnibus & quibuſcumque honoribus, epiſcopis a communione ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ ſeparatis continuo præferantur.

Item, quod poſſint de cetero cenſuras in ſuos ſubditos exercere, & quos de cetero rite excommunicaverint, pro excommunicatis; & quos abſolverint, pro abſolutis ab omnibus habeantur.

Item, quod præfati præſules & ſacerdotes, & clerici eorum, libere poſſint in eccleſiis catholicorum divina celebrare, & catholici in eccleſiis eorumdem.

Item, quod de cetero præfati præſules & clerici, & laici eorum utriuſque ſexus, qui unionem & fidem hanc ſuſceperint, poſſint in eccleſiis catholicorum ſepulturas eligere, & cum catholicis matrimonia more Latinorum catholicorum contrahere, & omnibus beneficiis, immunitatibus & libertatibus gaudere & frui, quibus ceteri homines catholici tam laici, quam clerici, in dicto regno potiuntur & gaudent.

Nulli ergo, &c. noſtræ receptionis, approbationis, ſuſceptionis, inſignitionis & juſſionis infringere, &c. Si quis, &c.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum anno, &c. 1445. VII. Nonas Auguſti, pontificatus noſtri anno 15.

Num. XXI. Hæc omnia Baſileenſes in pejorem partem ſumentes, *inquit Auguſtinus Patritius in præfato compendio ſeſſionis 42.* prædicabant, Eugenium concilium Romam tranſtuliſſe, ne compelleretur ad aliud concilium in Germania pro voluntate principum celebrandum, quoniam nullo pacto vellet concilium extra Italiam: tum etiam, ut oſtenderet ſe ſummum imperium habere ſupra concilium, quod de loco ad locum pro ſuo arbitrio transferret, ut fecerat ex Baſilea Ferrariam, ex Ferraria Florentiam, & inde demum Romam: quæ omnia tenderent ad enervationem auctoritatis eccleſiæ & conciliorum. *Hæc Patricius de Baſileenſibus.*

*At vero Eugenius ſummus pontifex univerſali concilio præſidens, nationes & regna ad apoſtolicæ ſedis obedientiam redaxit; atque ad ipſum in vertice montium, & epiſcopum epiſcoporum conſtitutum, juxta prophetæ vaticinium, fluebant omnes gentes; tabeſcentibus interim Baſileenſis conciliabuli ſub prætextu reformationis ſchiſmaticis, ut juxta ejuſdem prophetæ oraculum viderent & confunderentur zelantes populi.*

## OBSERVATIO HORATII JUSTINIANI, AD LECTOREM.

*QUia ſæpe in notis ad concilium Florentinum plura adduximus teſtimonia ex opuſculis Beſſarionis, & præſertim ex epiſtola ad Alexium Laſcarim de ſucceſſu ejuſdem Florentini concilii, & proceſſione Spiritus ſancti, & ex oratione de unione ad ſuos Græcos Florentiæ habita, eaque hic in fine operis edere promiſimus, bona fide exhibemus, cum Vaticanis manuſcriptis codicibus collationata & emendata: in quibus habetur, fuiſſe non ſolum a Beſſarione Græce conſcripta, ſed & ab eodem Latinitate donata, imo & aucta, Vale.*

---

# BESSARION SANCTÆ ROMANÆ ECCLESIÆ cardinalis magno & clementiſſimo viro Alexio Laſcari Philanthropino.

## CAPUT I.

*De ſucceſſu ſynodi Florentiæ, & de proceſſione Spiritus ſancti.*

TU quidem non humanis ſolum rebus, verum etiam divinis ſummopere ſtudens, meditationeque ſcripturarum teipſum oblectans, non ceſſas & ipſe per te fidei veritatem inquirere, & nos adhortari, ut pro poſſe opem tibi feramus ad eam inveſtigandam atque inveniendam. Ego vero cum pigritia quadam, tum vel maxime quia libenter ſimiles labores depoſui, propterea quod ſæpius de hac re ſermonem habui cum noſtris hominibus, qui pluris ſuam ſuperſtitionem & ignorantiam faciunt, quam veritatem, invitus hoc rurſus ſubeo certamen, quamquam ad te ſcripturus, qui ſapientia & humilitate ornatus, non magis tentandi, quam veri inveſtigandi gratia, hæc a me petis. Ipſam item auctoritatem ſacri concilii ſimpliciter ſatis eſſe puto ad perſuadendum quemquam, & inducendum ad ejus concluſionem humili corde capeſſendam atque credendam ſine quacumque contradictione vel ambiguitate: cum tot hominum conventum, qui ſapientia, ſcientia & omni virtute præditi fuerunt, quorum in medio adfuiſſe Spiritum ſanctum ut credamus neceſſe eſt, veritatem latuiſſe minime credendum ſit. Præterea memini longam ad te alias dediſſe epiſtolam, omniaque ſatis tetigiſſe quæ nunc quæris. Et ipſam etenim quæſtionem per ſeipſam probavi, quod ſcilicet Spiritus ſanctus a



Patre Filioque procedit; & quæ videbantur ſequi inconvenientia ſolvi, & de aliis omnibus quæ tunc etiam petiiſti, reddidi rationem: ita ut non ſit opus pluribus verbis, præſertim tibi, qui tantam in hujuſcemodi habes experientiam, ut parvis etiam principiis habitis, multa magnaque poſſis ex teipſo percipere. Cum vero aliquid plus a nobis expoſtules, non propter teipſum fortaſſis, cum ipſe idem nobiſcum ſapias, ſed propter contentioſos & veritatis adverſarios, nos, tum quia parati ad ſatisfactionem eſſe debemus omni poſcenti nos rationem de ea quæ in nobis eſt fide, ſecundum apoſtolum; tum ut amicitiæ noſtræ ſatisfaciamus; ſpe etiam ducti aliquorum utilitatis, qui hæc legent, morem tibi gerere propoſuimus. In primis itaque auctoritates ſanctorum patrum & doctorum occidentalium tibi mittimus, quibus apertiſſime ex Patre & Filio Spiritum ſanctum procedere affirmant, & ambos unum ejus eſſe principium: quæ cum plurimæ ſint, & cunctis eorum in libris ſparſæ, paucas nos tibi modo mittimus, quibus tamen ſimiles alias etiam omnes eſſe ſcias. Deinde quemdam noſtrum ſermonem, cui dogmaticum, aut de unione titulum impoſuimus, tibi mittendum judicavimus, quem paulo ante factam unionem, tanquam ultimam meæ opinionis atque ſententiæ declarationem edidimus, quemque mitiſſimo noſtro imperatori & patriarchæ reverendiſſimo omnibus noſtris præſentibus legendum dedi, cum inter nos ultimatim conſideraremus quid fiendum eſſet, & ſententias aliorum de re unionis ſcrutaremur. In quo ex ipſiſmet orientalibus patribus & doctoribus noſtris, omiſſis omnino occidentalibus, pro poſſe quæſtionem propoſitam declaravi atque probavi: quem tanquam & tibi potiſſimum, & ſi quis alius ſine contentione audiet & perleget, maxime profuturum tuæ nobilitati mitto, clementiſſime ac ſplendidiſſime vir. Cum vero in iis nihil laboris ad præſens adhibuerimus (jam enim erant edita) tuo autem amore nunc quoque aliquid lucubrationis propoſuerimus ſuſcipere, ultra hæc etiam aliquid plus tui gratia tibi ſcribemus. Quare quam breviter omnem ſacri concilii proceſſum unioniſque ſacræ modum tibi narrabo, ac aliquas rationes, quibus dogma propoſitum probabitur, afferam, & ſic finem imponam. Sed antequam de iis dicam, parvum quiddam, non tamen parvi, imo vero maximi exiſtimandum in prooemiis addam, ſupplebo quod prædicto ſermoni dogmatico deeſt, verborum multitudinem futura utilitate compenſans. In illo itaque dogmatico ſermone ex orientalibus dumtaxat doctoribus volens hujus quæſtionis veritatem probare, unam quamdam auctoritatem beati Baſilii, quæ ſola omnibus aliis, quoad propoſitum oſtendendum, antecellit, omiſi, propterea quod ab aliquibus dubitabatur, an eſſet beati Baſilii: non quia ego quoque aliquid dubii de ea habuerim, (minime) ſed quia apud alios dubitabatur, nolui dubio uti. Hæc autem eſt, qua in tertio contra Eunomium ſuorum librorum beatus ille uſus eſt. Cur enim neceſſe eſt (inquit) ſi ordine ac dignitate tertius eſt Spiritus, natura quoque ipſum tertium eſſe? Dignitate namque ipſum ſecundum eſſe a Filio, cum ab ipſo eſſe habeat, & ab ipſo accipiat, & annunciet nobis, & omnino ab illa cauſa dependeat, pietatis ratio tradit.

*Capitur cauſa pro principio, cauſatum vero pro eo quod a principio eſt, & non ut cauſa & cauſatum limitationem important, prout Latini accipiunt, cum talia removent a divinis, veluti imperfectionem ſonantia. Dependere quoque ſumitur pro accipiendo eſſe, & non ut notat eſſentialem diſtinctionem, prout Latini accipiunt, cum ajunt nullam in Deo dependentiam ponendam propter divinæ eſſentiæ unitatem ſummam.*

Hoc igitur omiſimus in dogmatico noſtro ſermone ponere. Ita vero ego certe teneo, ſancti Baſilii hanc eſſe auctoritatem, quemadmodum & alios ejus contra Eunomium libros: quibus autem rationibus, tu quoque audias. Cum in hac ſynodo noſtra ſex inter nos volumina hujus operis contra Eunomium haberemus, quatuor in membranis antiquiſſima, quorum tria quidem Mitylenenſis archiepiſcopi erant, quartum Latinorum: duo vero in papyro, quorum unum ſereniſſimi erat imperatoris, aliud reverendiſſimi patriarchæ, quod a monaſterio Xanthopulorum commodo accipiens, ſecum portaverat. Quorum, inquam, ſex voluminum quinque ita habebant hanc auctoritatem, uti ego nunc allegavi: Videlicet, qui ab ipſo, hoc eſt, filio habeat eſſe Spiritus, & ab eo tanquam a cauſa dependeat. Unum vero dumtaxat, quod videlicet apud patriarcham erat, hac auctoritate carebat, in quibuſdam partibus ejus diminutum, in quibuſdam ſuperabundans, prout corruptoris, quicumque ille fuerit, mens & manus voluit. Demum poſt celebratum ſacrum concilium, & noſtrum ad urbem Conſtantinopolitanam reditum, cum propoſuiſſemus omnes illorum ſacrorum locorum bibliothecas, tum hujus libri ſancti Baſilii, tum aliorum gratia inquirere, quæcumque nova volumina reperi poſt hanc contentionem ſcripta, omnia manca prædicta auctoritate reperi. Quæcumque vero antiquiora erant, & antequam hoc bellum oriretur ſcripta, hæc vero ſana & integra cum auctoritate prædicta manent, quæ non pauciora ſunt quam illa quæ paſſa fuerant corruptionem. In quibus etiam aliquid reperi, quod & plangendum ſimul & mirandum eſt. Mirandum quidem, ſi quis volens adhæret falſo, ipſe illud fingens, & præſertim veritatem celando, cum intellectus naturaliter veritatem habeat pro objecto: plangendum vero, quod aliqui ſint ita fidei veritatem parvi facientes, ſine qua eſt impoſſibile hominem ſalvum fieri, ut non ſolum ejus inveſtigationem contemnant, verum etiam cum clare appareat, eam celare, opprimere atque pervertere conentur. Hoc autem tale quid erat. Una cum aliis duos etiam quoſdam libros ſancti Baſilii offendi apud monaſterium Chriſti ſalvatoris Pantepopti, unum in pergameno antiquiſſimum, ut videbatur; quanti vero temporis [illegible] non enim erat annus inſcriptus: [illegible] in papyro ante trecentos annos ſcriptum: erat enim in fine tempus notatum, ex quo certe habetur tantum temporis præteriiſſe ab ejus initio: & libri adhuc extant, niſi poſtquam eos publicaverim, e medio ſublati fuerunt ab illis, qui omnia contra ſuam ipſorum ſalutem machinantur. Hæc ambo, uti nos allegavimus, habebant ſancti doctoris auctoritatem inſcriptam. Quidam autem animi audacis, audacioris etiam manus, a membranis quidem ferro veritatem delevit: quamquam nihil ei temeritas profuit, cum & locus vac[illegible]nens, & ſyllabarum medietates ad[illegible]entes, & illius audaciam accuſent, [illegible] veritatem nihilo

*commodato.

nihilominus oſtendant. In papyreo vero volumine atramento perfuſo totam illam partem operuit, qua dicitur ab eo tanquam a cauſa dependere. At poſt aliquot annos, cum hic liber in manus incidiſſet illius ſapientiſſimi viri Demetrii Cydonii, auctoritas prædicta reintegrata eſt. Ille enim eam propria manu in margine illius libri adſcripſit, audaciam corruptoris digne reprehendit: in tantam inſaniam, tenebras & ignorantiam noſtros homines pepulit eorum contentio. Deinde dicere audent, quod Latini, noſtrorumque Veccus, & alii qui Latinos ſecuti fuerunt, libros corruperint, præſertim cum auctoritas hæc tantum ornatum, tantam gratiam & eloquentiam Atticam præ ſe ferat, ut non modo Latinos aliquid ſimile cum tanta gratia in lingua peregrina & Græca non poſſe componere, ſed neque Græcos quidem præter ipſum Baſilium. Latinis etenim lingua propria, generaque dicendi a noſtris diverſa impedimento ſunt, ne aliquid ita ornate in noſtra lingua conſcribant. Quemadmodum etiam noſtris impoſſibile eſt aliquid æquali gratia & ornatu, atque Latini in lingua Latina ſcribere, quantumcumque vel Græci in Latina, vel Latini in Græca lingua profecerint. Cujus rei tum ego, tum a ii de noſtris digni ſumus teſtes, qui Latinam utcumque mediocriter intelligimus linguam, nil tamen quod ornatum, Latineque compoſitum ſit, ſcribere poſſum. Clare itaque patet, qui modos dicendi, ſtylum, eloquentiam, & alia judicare ſciunt ipſius Baſilii & ejus limatæ linguæ, hanc auctoritatem, & nullius alterius eſſe. Præterea cum Veccus paucis ante annis fuerit, libri vero multo eo antiquiores ſint, falſam hanc accuſationem & vanum refugium probant. Item hoc idem aliunde probatur. Vir quidam apud Latinos maximæ reputationis Hugon nomine, antiquus, & longe ante tempora noſtra (præteriti ſunt namque fere CCC. anni, ex quo fuit) cum de proceſſione Spiritus ſancti ſcriberet, hanc etiam auctoritatem ſancti Baſilii ad hanc concluſionem probandam inducit. Hoc autem non Latine ſcriptum videns dico, verum Græce apud Conſtantinopolim in quodam libro Græco, non ipſius Hugonis, ſed cujuſdam Nicetæ archiepiſcopi Theſſalonicenſis, qui ipſi Hugoni contradicit, quamquam ipſe Theſſalonicenſis idem cum Latinis ſapiebat. Quod enim Spiritus ſanctus ex Patre Filioque procederet, credebat: contendebat vero, ut vulgo dicitur, de umbra aſini, neque ipſum verum aſſerens, licere ſymbolo addi, rem magnæ profecto devotionis & ſapientiæ, ac ſi diceret, non oportere veritatem publice prædicare. Hæc autem longius narravi, volens probare, fuiſſe quidem corruptionem in libris, verum non a Latinis & illorum ſequacibus, ſed econtra a contendentibus cum Latinis; corruptionemque non per additionem ſolum, ſed interdum per minutionem factam fuiſſe. Ita ut nullus amplius poſſit Veccum & ſimiles cauſare, cum libri multo ante quam fuerit Veccus, veritatem clare probarent. Et hæc quidem a tempore ita indubia & vera ſunt ſigna: ab ipſo etiam genere dicendi ſuaviſſimo & ornatiſſimo ſtylo patet, nullius alterius quam Baſilii debere credi, iſtam auctoritatem eſſe. Attamen ab ipſa etiam ſententia, & ſequentibus ad præcedentia connexu id ipſum clare patebit, ſi quis attente conſideret. Cum Eunomius ex eo, quod Spiritus ſanctus tertius ordine dignitateque diceretur a quibuſdam doctoribus, tertium etiam eum natura colligeret, ſanctus Baſilius concluſionem hanc ægre ferens, media tamen non negat, quod ſcilicet Spiritus ſanctus tertius eſſet dignitate & ordine. Nam etſi contra Eunomium clamans, ait: Qui vero ii ſancti fuerint, & in quibus eorum ſermonibus hoc docuerint, dicere non audet: non ideo hoc dicit, quia negat Spiritum ſanctum tertium ordine eſſe, vel dici a ſanctis, quemadmodum noſtri non recte putant. Sic enim ſibi ipſi etiam & veritati contraria diceret: ſed illius temeritatem ægre ferens, & concluſionem hanc repellens, quod ſcilicet Spiritus ſanctus tertius etiam eſſet natura, exclamavit dicens: Qui vero ii ſancti fuerint, & in quibus eorum ſermonibus hoc docuerint, dicere non audet. Non quia non fuerint qui hoc dixerunt, ſed quia ſi eorum auctoritatem expreſſe allegaſſet, manifeſte apparuiſſet, non potuiſſe hanc abſurdam ſequi concluſionem ex dictis eorum. Scimus etenim quod ex uno etiam vocabulo, vel dictione ablata, ſuperaddita, vel poſtpoſita, tota intentio atque ſententia ſcriptoris mutatur, & e converſo cum fideliter allegatur, clare mens ejus probatur, ita ut non liceat malignantibus concluſionem inferre, quæ præcedentibus non conveniat. Quare ſi Eunomius etiam allegaſſet auctoritatem ſanctorum, non licuiſſet ei concludere quod concluſerat. Nam etſi tertium eſſe Spiritum ſanctum doctores concedunt, tertium tamen eum eſſe natura negant expreſſe. Quare malignitatem ejus deteſtans, infert: Fuitne unquam ita temerarius aliquis, qui divina dogmata perverteret, atque innovaret? Et patet, quod novitatem hic nominat, tertium eſſe natura Spiritum ſanctum, non autem ordine & dignitate: nempe enim ſeipſum appellaſſet novarum rerum auctorem, & ſibi ipſi contraria diceret. Ipſe enim eſt, qui præcipue nobis credere tradidit, Spiritum ſanctum tertium eſſe ordine & dignitate, & hanc auream catenam ordinis non docuit. In iis enim contra Eunomium ſermonibus ſuis, dignitate namque, ait, ſecundum eſſe a Filio, videlicet Spiritum ſanctum, cum ab ipſo eſſe habeat, & ab ipſo accipiat, & annunciet nobis, & omnino ab illa cauſa dependeat, pietatis ratio tradit. Hujus enim auctoritatis, etſi non totam, partem tamen admittunt noſtri, cetera abſcindentes, ac ita eam allegantes: Dignitate etenim ſecundum eſſe a Filio tradit fortaſſe ratio pietatis: addentes, fortaſſis, ut orationem dubiam reddant; quæ dubietas omnino aliena a mente ſancti Baſilii per nos probabitur. Hæc enim non per impoſſibile ſanctus ille doctor infert, quemadmodum aliquibus ignoranter viſum eſt, ſcilicet ut veram ſanctæ ſcripturæ, ſuamque opinionem exponens, conſiderat quod ſequens eſt, tertium ordine clare ponens Spiritum eſſe, tertium vero natura tanquam impium repellens: Audi etenim quæ ad ejuſdem probationem dicit. Quemadmodum enim, inquit, Filius ordine quidem a Patre ſecundus eſt, quoniam ab illo; & dignitate, quoniam origo & cauſa eſſendi ei, cum ejus Pater ſit; natura vero nullo modo ſecundus, quoniam in utroque una eſt deitas: ita videlicet etſi dignitate & ordine ſecundus a Filio eſt, non tamen alienæ ipſum naturæ eſſe inde conſequetur. His etiam verbis aliqui addiderunt, quamquam concedendum non ſit: quo nihil magis contrarium eſt intentioni beati Baſilii, qui

in



Anno Christi 1439.

*verſus Chriſti vicarium effutiunt; conſtitutionis ejuſdem ſummi pontificis, quæ incipit, Moyſes, breve compendium memoriæ prodiderunt his verbis.*

Veritatis fortitudinem dum impugnare conatur Gabriel quondam dictus Eugenius papa IV. juſto judicio a papatu depoſitus, ſeipſum magis dejicit & proſternit, qui nuper apud Florentiam libellum quemdam qui incipit, Moyſes, promulgavit, in quo prætenſam tranſlationem hujus ſacri concili Ferrariam majori ſemper cum pertinacia defendere, & approbare conatur, adjiciens, quod a recta linea per anfractus erroris exorbitavimus, quodque concilium Conſtantienſe in malignum ſenſum & a ſana doctrina penitus alienum petraximus in hoc, quod declaravimus per ſeſſionem noſtram 17. Kalendas Junii proxime præteriti celebratam, tres veritates, quarum tenor ſequitur.

Veritas de poteſtate concilii generalis, univerſalem eccleſiam repræſentantis, ſuper papam & quemlibet alium, declarata per Conſtantienſe & hoc Baſileenſe generalia concilia eſt veritas fidei catholicæ.

Veritas hæc, quod papa concilium generale univerſalem eccleſiam repræſentans, actu legitime congregatum, ſuper declaratis in præfata veritate, aut aliquo eorum, ſine ejus conſenſu nullatenus auctoritative poteſt diſſolvere, aut aliquid tempus prorogare, aut de loco ad locum transferre, eſt veritas fidei catholicæ.

Veritatibus duabus prædictis pertinaciter repugnans, eſt cenſendus hæreticus.

Conatur quoque ipſe Gabriel poſt prædicta per eum ſic aſſerta, ſub obſcuritatibus verborum Mundum involvere, dicens ſe damnare & reprobare veritates prædictas ad ſenſum Baſileenſium. (*& infra*) Verum in hac reprobatione dictarum veritatum, quam idem Gabriel facit in præfato ſuo libello, intelligere poſſunt omnes fideles, quomodo jam id verificatur. (*& infra*) Et poſtquam per eccleſiam hæreticus judicatus eſt, veros catholicos doctrinam ipſius eccleſiæ invariabiliter tenentes, hæreticos appellare præſumit. *Et in reſponſione ſynodali quæ incipit, B. Hieronymus, eadem replicant his verbis:*

Enervare quidem conatur veritatem in Conſtantienſi concilio declaratam, dicens eam declarationem ab una tantum obedientia Joannis XXIII. fuiſſe factam. (*& infra*) Quomodo audet hæreticos vocare exiſtentes in hac ſacra ſynodo, qui in eadem veritate, in eadem doctrina eccleſiæ auctoritate conciliorum generalium fideliter & conſtanter perſeverant?

*Sequuntur ibi ſua deliramenta Baſileenſes. Hæc autem retuliſſe viſum eſt, ut non ſolum ex Auguſtino Patricio, ſed ex ipſis Baſileenſibus, ſummaria & ſufficiens habeatur notitia conſtitutionis Eugenii incipientis,* Moyſes, *in qua damnantur propoſitiones eorumdem Baſileenſium de poteſtate concilii ſupra papam. Quam conſtitutionem refert etiam Joannes Cochlæus in hyſtoria Huſſitarum libro nono, omiſſis tamen duobus in locis aliquibus verbis cum illa clauſula (& infra) in jure canonico uſitata; & ex Cochlæo deſumptam eam inſeruit in ſuis annalibus Bzovius tomo decimoſexto, anno 1439. numero trigeſimoquinto. Eamdem igitur conſtitutionem, ſupradicta omnia, ſanamque & catholicam doctrinam continentem, ſacro approbante Florentino concilio promulgatam, integram & extenſam ex Vaticano codice hic ſubjicimus.*

Anno Christi 1439.

*Eugenius epiſcopus ſervus ſervorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.*

MOYSES vir Dei, populi ſibi commiſſi ſalutem zelans, timenſque ne ob ſeditioſorum ſchiſma Core, Dathan, & Abiron, ira Dei in ipſum populum, ſi illos conſequeretur, inſurgeret, juſſu domini dixit ad plebem univerſam: *Recedite a tabernaculis impiorum hominum, & nolite tangere quæ ad eos pertinent, ne involvamini in peccatis eorum.* (Num. 16.) Senſerat enim ipſo domino inſpirante, ſeditioſos & ſchiſmaticos illos ultionem graviſſimam excepturos, ſicut poſtmodum rei monſtravit eventus, dum nec ipſa terra eos potuit ſuſtinere, ſed juſto Dei judicio illos abſorbuit, ut deſcenderent in infernum viventes. Sic & nos, quibus licet immeritis dominus Jeſus Chriſtus populum ſuum committere dignatus eſt, audientes illud execrabile ſcelus, quod quidam perditi homines Baſileæ commorantes ad ſcindendam ſanctæ eccleſiæ unitatem proximis diebus machinati ſunt, metuenteſque ne quos incautos ſeducant fraudibus & venenis inficiant, ad ipſum domini noſtri Jeſu Chriſti populum nobis creditum clamare pari voce compellimur: Recedite a tabernaculis hominum impiorum, cum longe amplior ſit plebs Chriſtiana quam illa tunc Judæorum: eccleſia ſanctior quam ſynagoga; & Chriſti vicarius ipſo Moyſe auctoritate & dignitate ſuperior.

Quam Baſileenſem impietatem dudum prævidere cœpimus, quandoquidem illud tunc Baſileenſem concilium intuebamur jam in tyrannidem prolabi, dum multi etiam inferioris gradus ad illud veniendum, ſtandumque pro libitu factionis auctorum cogerentur, dum nonnullorum vota & judicia diverſis artibus extorquerentur, dum conſpirationibus, conjurationibus, monopoliis & conventiculis pene omnia cederent, & pro ambitione papatus diuturna protractio ipſius concilii quærebatur. Ubi denique innumeræ novitates, inordinationes, deformitates, & quaſi infinita patrabantur mala, ad quod etiam laici & clerici infra ſacros ordines conſtituti; ignorantes, inexperti, vagi, dyſcoli, profugi, apoſtatæ, de criminibus condemnati, & de carceribus fugientes, nobis & ſuis ſuperioribus rebelles, & reliqua iſtiuſmodi hominum monſtra concurrerent, qui & in ipſis ſcelerum magiſtris in omnem corruptionis labem facile trahebantur.

Advertimus etiam ad illud ſanctiſſimum opus unionis orientalis eccleſiæ, quod per quorumdam ſeditioſorum Baſileenſium fraudes omnino periclitari videbamus; & idcirco tantis malis, quantum in nobis erat, providere cupientes ex prædictis & aliis rationabilibus & neceſſariis cauſis, de quibus in decreto tranſlationis plenius continetur, præfatum tunc Baſileenſe concilium, de venerabilium fratrum noſtrorum ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinalium conſilio, plurimis venerabilibus patribus & dilectis filiis archiepiſcopis, epiſcopis, electis, abbatibus & aliis eccleſiarum prælatis & ma-

Anno Christi 1439.

& magiſtris ac doctoribus id laudantibus, ad civitatem Ferrarienſem tranſtulimus, ubi etiam cum occidentali & orientali eccleſia concilium œcumenicum, domino diſponente, fundavimus: deinde morbo peſtis ſuperveniente & continuante, ad hanc civitatem Florentinam, ejus gratia annuente, eodem approbante concilio tranſtulimus, in qua ipſe piiſſimus & clementiſſimus Deus oſtendit mirabilia ſua, ut ſcilicet ſchiſma illud perniciosiſſimum, quod in Dei eccleſia per quingentos fere annos cum maximo totius Chriſtianitatis detrimento duraverat, & ad illud extirpandum plurimi ſancti Romani pontifices prædeceſſores noſtri, multique reges & principes & alii Chriſtiani magnis olim laboribus & expenſis diutiſſime inſudarant, poſt multas tandem in utroque loco diſputationes publicas & privatas, diverſos tractatus ac labores multiplices, ſublatum fuerit, & ſanctiſſimâ Latinorum & Græcorum unio feliciter conſummata, prout in decreto ſuperinde confecto & ſolemniter promulgato plenius continetur.

Ex qua re ipſi æterno Deo inexhauſtas gratias referentes, omnique fideli populo congratulantes, obtulimus illi hoſtiam jubilationis & laudis. Vidimus enim non gentem unam, velut Hebræorum populum ad terram repromiſſionis revocari, ſed multarum gentium populos, nationes & linguas ad unum divinæ veritatis eloquium meritumque concurrere, per quod etiam jam magna ſpes redditur, ut ipſe ſol juſtitiæ in oriente oriens ad aliarum multarum gentium etiam infidelium tenebras radios ſuæ lucis extendat, fiatque ſalus domini uſque ad extremum terræ.

Cujus quidem rei jam optimas arrhas, Deo diſponente, tenemus, dum ipſe omnipotens Deus per operam noſtram Armenorum oratores ex longiſſimis orientis partibus ad nos & ſanctam apoſtolicam ſedem, & ſacrum hoc concilium iis in diebus cum pleno mandato pervenire conceſſit, qui nos non aliter quam beatum Petrum apoſtolorum principem intuentes ac venerantes, ipſamque ſanctam ſedem veluti matrem omnium fidelium & magiſtram recognoſcentes, ad eam & præfatum concilium pro ſpirituali cibo & ſanæ doctrinæ veritate ſe veniſſe profeſſi ſunt: ob quam rem ipſi Deo noſtro iterum gratias multas retulimus. Sed quas in præfato divino opere moleſtias, quas impugnationes, quas denique perſecutiones, non quidem a Turcis & Sarracenis, ſed a vocatis Chriſtianis hucuſque paſſi fuerimus, horret animus commemorare. Refert beatus Hieronymus, quod ab Hadriani temporibus uſque ad imperium Conſtantini in loco reſurrectionis dominicæ ſimulacrum Jovis, & in crucis rupe ſtatua Veneris ex marmore a gentibus poſita colebantur, exiſtimantibus perſecutionis auctoribus tollere nobis fidem reſurrectionis & crucis, ſi ſancta loca per idola polluiſſent.

Non diſſimile a Baſileenſibus illis hominibus perditiſſimis nobis & eccleſiæ Dei his diebus fieri contigit, niſi quod illud a paganis & verum Deum ignorantibus factum eſt, hoc ab his qui cognoverunt & oderunt. Et idcirco ſuperbia eorum, juxta prophetam, aſcendit ſemper, non [illegible], quo ſub reformationis ſpecie, [illegible] ſemper [illegible] diffundunt. Primum [illegible]

hi qui omnis ſcandali patratores Baſileæ fuerunt, Græcis in promiſſione defecerant, cum per ipſorum Græcorum & eccleſiæ orientalis oratores plane intelligerent, cariſſimum in Chriſto filium noſtrum Joannem Palæologum Romæorum imperatorem illuſtrem, & bonæ memoriæ Joſephum patriarcham Conſtantinopolitanum, reliquoſque tam prælatos, quam alios orientalis eccleſiæ, ad locum illum pro œcumenico concilio celebrando per noſtros legatos & præſidentes, alioſque ex præſtantioribus ibidem exiſtentibus, ad quos jus eligendi locum, juxta conventionem communi omnium ejuſdem concilii conſenſu firmatam, poſt graves ſuppoſitorum ejus diſſenſiones devolutum erat, legitime accedere velle; cumque etiam nos hanc ipſam loci electionem, ad ſupplicationem & inſtantiam maximam dictorum oratorum, in generali conſiſtorio Bononiæ confirmaſſe, & galeas & alia neceſſaria pro executione ipſius decreti conventionalis, & hujus ſanctiſſimæ unionis opere, multis laboribus & impenſis verſus Conſtantinopolim deſtinare percepiſſent, quoddam deteſtabile monitorium, ſeu citatorium, quo ſanctum hoc opus interciperent, contra nos & præfatos cardinales decernere auſi ſunt, illudque ad præfatos imperatorem & patriarcham Conſtantinopolitanum mittere, ut ipſos & omnes alios omnino a veniendo diverterent. Sciebant enim illos ad alium locum quam electum, ut præmittitur, nullo pacto venturos. Deinde cum prædictos imperatorem & patriarcham, ac reliquos pro ipſo ſanctiſſimæ unionis opere ad nos jam venire percepiſſent, alium impietatis laqueum huic tam divinæ rei injicere ſunt conati, dum quamdam ſacrilegam ſuſpenſionis ab adminiſtratione papatus aſſertam ſententiam contra nos protulerunt.

Poſtremo memorati ſcandalorum duces, numero quidem pauciſſimi, quorum plerique conditionis infimæ & nominis, veræ pacis odioſiſſimis, iniquitatem ſuper iniquitatem apponentes, ut non intrarent in juſtitiam domini, dum Spiritus ſancti gratiam ipſorum Græcorum unione jam in nobis operari conſpicerent, a recta linea per anfractus erroris exorbitantes, prætenſam quamdam XVII. Kalendas Junii proxime præteriti ſeſſionem fecerunt, [a] in qua quibuſdam decretis, licet per [1] unam tantum ex tribus obedientiis poſt receſſum Joannis XXIII. ſic in eadem obedientia nuncupati, Conſtantiæ ſchiſmate tunc vigente editis, inhærere ſe dicentes, tres propoſitiones, quas fidei veritates vocant, quaſi nos & omnes principes & prælatos, & alios fideles & devotos apoſtolicæ ſedis hæreticos, facerent, protulerunt: quarum tenor ſequitur in hæc verba.

a Concil. Baſil. ſeſſ. 33.

Veritas de poteſtate concilii generalis univerſalem eccleſiam repræſentantis ſupra papam, & quemlibet alterum, declarata per Conſtantienſe & hoc Baſileenſe generalia concilia, eſt veritas fidei catholicæ.

Veritas hæc, quod papa concilium generale univerſalem eccleſiam repræſentans, actu legitime congregatum, ſuper declaratis in præfata veritate, aut aliquo eorum, ſine ejus conſenſu nullatenus auctoritative poteſt diſſolvere, aut ad aliud tempus prorogare, aut de loco ad locum transferre, eſt veritas fidei catholicæ.

Veritati-



Anno Christi 1439.

Veritatibus duabus prædictis pertinaciter repugnans, eſt cenſendus hæreticus.

In hoc perniciosiſſimi dum ſuam malignitatem ſub veritatis fidei fuco colorant, Conſtantienſe concilium in [a] malum ac reprobum ſenſum, & a ſana doctrina penitus alienum pertrahunt, ceterorum ſchiſmaticorum & hæreticorum falſam doctrinam ſequentes, qui confictos errores & impia dogmata ex divinis ſcripturis & ſanctis patribus perverſe intellectis ſemper ſibi adſtruere moliuntur. Deinde avertentes penitus ſenſum ſuum, & declinantes oculos ſuos, ne viderent cœlum, neque recordarentur judiciorum juſtorum, more Dioſcori & damnatæ Epheſinæ [a] ſynodi ad quamdam venenatam execrabilemque aſſertæ declarationis ſeu privationis ſententiam a dignitate & officio ſummi apoſtolatus inexpiabili quodam ſcelere proceſſerunt [b], cujus tenorem omni piæ menti horribilem habere hic volumus pro ſufficienter expreſſo: nihil omittentes, quantum in eis fuit, quin hoc incomparabile unionis bonum in totum everterent. O miſeros & degeneres filios! O pravam & adulteram generationem! Quid hac impietate ac iniquitate crudelius, quid deteſtabilius, horribilius atque inſanius excogitari poterat? Dixerant olim, nihil melius, glorioſius atque fructuoſius hac ſanctiſſima unione ab exordio naſcentis eccleſiæ in populo Chriſtiano viſum vel auditum fuiſſe, neque expedire in re illa de loco contendendum fore, ſed pro ea conſequenda nedum hujus mundi ſubſtantiam, ſed & corpus atque animam exponi debere, pro hac toto orbe clamantes, & ad id commoventes populum Chriſtianum, veluti in ſuis decretis & epiſtolis plene continetur. Nunc vero tam furioſe, tam impie, quantum in eis eſt, id idem perſequuntur, ut ad illud Baſileenſe latrocinium totius orbis dæmonia confluxiſſe videantur. Et licet illorum iniquitatem, ſibi ſemper mentitam, omnipotens Deus hucuſque prævalere non permiſerit, cum tamen ad eam complendam uſque ad abominationem deſolationis in Dei eccleſia viribus omnibus ſtudeant, nos qui ſine graviſſima Dei offenſa ac imminenti periculo confuſionis & abominationis in Dei eccleſia talia diſſimulare nullo modo valemus, juxta paſtoralis officii noſtri debitum, multis etiam zelo Dei ſuccenſis nos ad hoc ipſum impellentibus, tantis malis obviare volentes, ac quantum in nobis eſt, optime & ſalubriter providere, execrabilemque impietatem ac peſtem perniciosiſſimam a Dei eccleſia eliminare, prædeceſſorum noſtrorum ſequentes veſtigia, qui, ut ſcribit ſanctæ memoriæ Nicolaus papa, ſoliti ſunt concilia etiam [c] univerſorum pontificum nequiter celebrata caſſare, ſicut in univerſali contigit ſynodo Epheſina ſecunda, quam beatiſſimus Leo papa ſubmovit, & Chalcedonenſem inſtituit, ſolemne & ſalubre declarationis decretum contra ſacrilegos ipſos auctoritate apoſtolica in ſacro Ferrarienſe [d] generali concilio XV. Kalendas Martii per nos editum, hoc ſacro approbante concilio, innovamus. Per quod quidem inter alia omnes & ſingulos Baſileæ ſub prætenſi concilii nomine, quod verius conventiculum eſſe diximus, contra tranſlationem & declarationem noſtras contravenientes, & illa ſcandaloſa & nefaria præſumentes, etiamſi cardinalatus, patriarchali, archiepiſcopali, epiſcopali, abbatiali, aut alia quavis dignitate eccleſiaſtica vel ſæculari præfulgerent, excommunicationis, privationis dignitatum, be-

a Conciliabulum ſecundum Epheſinum, in quo ſanctus Leo papa fuit damnatus a Dioſcoro.]

b Concil. Baſil. ſeſſ. 34.

c Omnium ſcilicet aliorum epiſcoporum ſine ſummi pontificis congregatorum auctoritate & communione, epiſt. 8. ad Michaelem imp. §. Quod autem in Ene. & §. Quomodo, tom. 3. part. 1. ſect. 2. conc. general. edition. Colonienſ.

d Refertur ſupra part. 1. num. 30.

neficiorum & officiorum, ac inhabilitationis ad futura, pœnas in dictis noſtris literis tranſlationis contentas, ipſo ſacro Ferrarienſi approbante concilio, incidiſſe declaravimus.

Decernentes etiam nunc & declarantes, quæcumque per dictos impios homines Baſileæ exiſtentes facta & attentata, de quibus in præfato noſtro Ferrarienſi decreto fit mentio, ſimiliter omnia & ſingula per prædictos eſt poſt facta, geſta & attentata ſpecialiter in duabus prætenſis ſeſſionibus, ſeu verius conſpirationibus ultimo nominatis, ac quidquid ex eis, vel ex ea forſitan ſecutum ſit, & in futurum ſequi poſſet, tanquam ab impiis hominibus & nullam poteſtatem habentibus, ſed a Deo abjectis & reprobatis, fuiſſe & eſſe nulla, caſſa & irrita, & de facto præſumpta, ac nullius penitus effectus, roboris vel momenti.

Ipſaſque propoſitiones ſuperius deſcriptas, juxta pravum ipſorum Baſileenſium intellectum, quem facta demonſtrant, veluti ſacroſanctæ ſcripturæ & ſanctorum patrum, & ipſius Conſtantienſis concilii ſenſui contrarium, nec non præfatam aſſertam declarationis ſeu privationis ſententiam, cum omnibus inde ſecutis, & quæ in futurum ſequi poſſent, tanquam impias & ſcandaloſas, nec non in manifeſtam eccleſiæ Dei ſciſſuram, ac omnis eccleſiaſtici ordinis & Chriſtiani principatus confuſionem tendentes, ipſo ſacro approbante concilio damnamus & reprobamus, ac damnatas & reprobatas nunciamus.

*Damnat propoſitiones de poteſtate concilii ſupra papam.*

Decernimus etiam & declaramus; omnes & ſingulos prædictos fuiſſe & eſſe ſchiſmaticos & hæreticos, & una pœnas in præfato Ferrarienſi concilio declaratas, tanquam tales cum omnibus eorum fautoribus & defenſoribus, cujuſcumque ſtatus, conditionis & gradus eccleſiaſtici vel ſæcularis extiterint, etiamſi cardinalatus, patriarchali, archiepiſcopali, epiſcopali, abbatiali, aut alia quavis dignitate præfulgeant, ut cum prædictis Core, Dathan & Abiron meritam accipiant portionem, pœnis condignis omnino puniendos.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ innovationis, declarationis, damnationis & reprobationis, nunciationis, conſtitutionis & diſpoſitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Florentiæ in ſeſſione publica ſynodali ſolemniter in eccleſia ſanctæ Mariæ Novellæ celebrata, anno incarnationis dominicæ milleſimo quadringenteſimo trigeſimonono, pridie Nonas Septembris, pontificatus noſtri anno nono.

## NOTÆ HORATII JUSTINIANI

### AD CONSTITUTIONEM EUGENII IV.

*Quæ incipit, Moyſes, approbante concilio Florentino editam, in qua damnantur propoſitiones Baſileenſium de poteſtate concilii ſupra papam.*

1 *Per unam.*] Exiſtentes in Baſileenſi concilio prætendebant, ut ſeſſ. 2. & 33. legitur, quod concilium eſſet ſupra papam.

Hujus prætenſionis fundamentum erat decretum concilii Conſtantien. ſeſſ. 4. & 5. cujus hæc ſunt verba.



Hæc

*Hæc ſancta ſynodus generale concilium faciens pro extirpatione præſentis ſchiſmatis & unione & reformatione eccleſiæ Dei in capite & in membris, ordinat, diffinit, decernit & declarat, ut ſequitur.*

*Et primo declarat, quod ipſa poteſtatem a Chriſto habet immediate, cui quilibet cujuſcumque ſtatus vel dignitatis, etiam papalis exiſtat, obedire tenetur in his quæ pertinent ad fidem & extirpationem dicti ſchiſmatis, & reformationem dictæ eccleſiæ in capite & in membris.*

*Item declarat, quod quicumque cujuſcumque ſtatus & dignitatis etiamſi papalis, qui mandatis, ſtatutis, ordinationibus aut præceptis hujus ſanctæ ſynodi & cujuſcumque alterius concilii generalis legitime congregati ſuper præmiſſis, ſeu ad ea pertinentibus, factis vel faciendis obedire contumaciter contempſerit, niſi reſipuerit, condignæ pœnitentiæ ſubjiciatur, & debite puniatur, etiam ad alia juris ſubſidia, ſi opus fuerit, recurrendo.* Hæc ibi.

In hac autem conſtitutione Eugenius papa dicit I. hoc decretum concilii Conſtantienſis de poteſtate concilii ſupra papam fuiſſe conditum a ſola obedientia Joannis XXIII. poſt ejus receſſum a concilio.

Secundo docet, in malum ac reprobum ſenſum a Baſileenſibus pertrahi.

Quæ duo clariſſima ſunt, & ex actis concilii Conſtantienſis apparent, ac teſtatur hic ipſe Eugenius, qui in minoribus conſtitutus Conſtantiæ in concilio præſens aderat, ut in ſuis conſtitutionibus ſupra relatis part. 1. num. 4. & 13. & qui pariter eidem concilio interfuit Turrect. de eccleſia lib. 20. cap. 99.

Quoad primum enim ſciendum eſt, quod concilium Conſtantienſe in teterrimo illo trium pontificum ſchiſmate, videlicet Joannis XXIII. Gregorii XII. & Benedicti XIII. tria tempora habuit. Primum fuit, in quo ſola obedientia Joannis XXIII. Conſtantiæ convenit, & tredecim priores ſeſſiones ejuſdem concilii habuit. Secundum in quo Gregorius XII. cum ſua & ipſe obedientia eidem concilio ſe adjunxit: ſed non quaſi a Joanne XXIII. prius, ſed tanquam a ſe noviter convocato, ut in ſeſſ. 14. & ejus Bulla initio ſeſſionis poſita apparet. Tertium tempus fuit, quando obedientia Benedicti XIII. eidem concilio etiam ipſa ſe adjunxit, ut in ſeſſ. 20. 22. & 35. apparet, relicto obſtinato Benedicto, contra quem poſt cōcilium tulit ſententiam ſeſſ. 37.

Igitur decretum præfatum de poteſtate concilii ſupra papam conditum fuit a ſola obedientia Joannis XXIII. nimirum in ſeſſ. 4. & 5. quando, ut dictum eſt, Gregorius XII. & reliquæ obedientiæ non adhuc ſe junxerant concilio, imo nec ipſe Joannes XXIII. aderat: jam enim Conſtantia aufugerat, ut ex ipſis actis & ſeſſionibus apparet, ac teſtatur Turrecremata, & dicit hic Eugenius. Unde doctiſſime concludit idem Turrecremata ubi ſupra his verbis: *Decreta de poteſtate concilii ſupra papam, quæ inducuntur, nullius ſunt roboris vel momenti, quoniam in illorum determinatione non modo non intervenit univerſalis eccleſia, ſed una obedientia tantum Joannis XXIII. ſed etiam nec integre tota illa obedientia, quoniam plures patres doctiſſimi illius obedientiæ illis non præſtiterunt conſenſum, imo nec ipſe Joannes XXIII.* Turrecremata, qui ſubdit, Ioannem aufugiſſe Conſtantia, & tempore conditi decreti commoratum fuiſſe Schafhuſæ: ex quibus infert, temerarium eſſe & ſcandaloſum dicere, quod concilium ſolius obedientiæ Ioannis XXIII. eſſet generale: cujus dictum eo vel maxime verum eſt, quia potiora jura papatus (ut notum eſt) erant penes Gregorium XII. qui eidem concilio adhuc non conſenſerat, ut dictum eſt. Eadem dicit Rodericus de Azevalo, alias Calaguritanus, in dial. de ſchiſmate, qui manuſcriptus extat in bibliotheca Vaticana num. 4002. fol. 35. Eamdem doctrinam optimis rationibus confirmat Andreas Duvallius doctor Sorbonicus ſuper 2. 2. ſancti Thomæ tract. de comparat. papæ & concilii, quæſt. 7. ubi pio zelo commotus ſuos hortatur Gallos, *Ne diffinitionem hanc concilii Conſtantienſis, tanquam vere & proprie œcumenici, adeo pugnaciter urgeant.*

Statim vero occurrit prima objectio facta huic conſtitutioni Eugenii a Baſileenſibus in quadam eorum reſponſione ſynodali, quæ incipit, *Beatus Hieronymus*, quia damnationes hæreſum Ioannis Vvicleff factæ fuerunt ſeſſ. 8 a ſola obedientia Ioannis XXIII. ſed & contra ipſum Ioannem XXIII. ab ejus ſola obedientia lata fuit ſententia privationis ſeſſ. 12. Unde ſi verum eſt quod diximus, ſequeretur quod nec iſta ſententia privationis, nec damnationes hæreſum eſſent ullius roboris.

Reſpondetur, quod Ioannes XXIII. ſub juramento promiſerat concilio Conſtantienſi a ſe convocato ſeſſ. 2. ſe renunciaturum papatui, pro pace eccleſiæ ad tollendum ſchiſma, ſi etiam alii renunciarent: cui promiſſioni declaravit ipſa ejus obedientia ſeſſ. 3. eum non ſtetiſſe aufugiendo, & alia faciendo, quæ huic renunciationi & eccleſiæ utilitati erant impedimento: deinde ut habetur ſeſſ. 11. ipſe Ioannes XXIII. promiſit ſe velle ſtare ſententiæ concilii ab eo congregati, quam poſtmodum latam ſeſſ. 12. acceptavit, & ſuæ privationi acquievit & conſenſit, eamque tandem tres obedientiæ ſimul junctæ in concilio facto ipſo approbarunt, ad novam electionem Martini V. deveniendo, qui propterea ſeſſ. 42. eamdem depoſitionem Ioannis XXIII. canonice factam dixit.



Quo vero ad damnationes hæreſum Joannis Vvicleff, reſpondetur, quod robur fidei accipiunt a confirmatione ſummi pontificis Martini V. facta eodem ſacro approbante concilio, ut in bulla, ſeu literis apoſtolicis quæ extant inter acta ultimæ ſeſſ. ejuſdem concilii Conſtantienſis, in quibus literis omnes hæreſes hæreticorum, ut jam fuerant in ſeſſionibus concilii recenſitæ, denuo recenſentur & damnantur eodem approbante concilio.

Secunda objectio eorumdem Baſileenſium ibidem eſt, quia Martinus papa V. in præfatis literis apoſtolicis inter fidei interrogatoria & propoſitiones credendas ponit, ut credatur, *quod condemnationes errorum & hæreſum Joannis Vvicleff, & Joannis Hus, & Hieronymi de Praga, factæ de perſonis & libris eorum per ſacrum generale Conſtantienſe concilium, fuerint juſte & rite factæ.* Ergo ſummus pontifex agnoſcit illud concilium, ut generale etiam in una ſola obedientia Ioannis XXIII. nimirum in illa ſeſſ. 8. in qua fuerunt damnati errores Ioannis Vvicleff, antequam concilio conſentirent Gregorius XII. & Benedictus XIII. Item in alio interrogatorio ibidem dicit Martinus V. *Credendum eſſe & approbandum, quod in favorem fidei & ſalutem animarum, concilium Conſtantienſe univerſalem eccleſiam repræſentans approbavit & approbat, condemnavit & condemnat:* ergo infertur iterum idem quod ſupra.

Reſpondetur ex Cajetano opuſculo de poteſtate papæ & concilii cap. 8. *quod congregatio Conſtantienſis inchoavit primo in obedientia Joannis XXIII. & deinde iterum in conjunctione obedientiæ Gregorii XII. & tertio in conjunctione obedientiæ Benedicti XIII. conſummata eſt, & poſt electionem Martini V. in eodem concilio præſidentis auctorizata: & ab hoc nobiliori & certiori ſtatu nuncupative in quolibet ſtatu concilium generale vocatur a papa nominibus utendo ut plures abſque veritatis offenſa: imo ut inſinuaret pontifex, quod ab hoc ultimo ſtatu concilium appellabat generale, præfato interrogatorio fidei præterito conjunxit præſens, quod concilium approbavit & approbat, condemnavit & condemnat.*

Tertia objectio eorumdem Baſileenſium, ubi ſupra, & in eorum epiſtola ſynodali quæ incipit, Grande periculum, eſt, quia in iiſdem literis approbationis Martini V. dicit, *eſſe credendum, quod generale concilium Conſtantienſe approbavit & approbat in favorem fidei & ſalutem animarum, & condemnandum quod condemnavit & condemnat, ut fidei & bonis moribus contrarium.* Loquens etiam (inquiunt Baſileenſes) *de illis quæ circa principium ipſius concilii Conſtantienſis diffinita & approbata ſunt, ſicut præfatæ literæ indicant, quæ expreſſam mentionem faciunt de declaratione facta circa principium ipſius concilii ſuper communione ſub utraque ſpecie, & de condemnatione errorum & perſonarum eorumdem Joannis Vvicleffi & Hus.* Hæc Baſileenſes.

Reſpondetur, quod approbatio pontificia refertur quidem ad ea quæ etiam initio concilii a ſola obedientia Ioannis XXIII. geſta ſunt, ſed reſpectu hæreticorum & hæreſum Ioannis Vicleffi & aliorum, nimirum poſt ſeſſion. 4. & 5. quibus continetur decretum poteſtatis concilii de quo agimus, & incipiendo a ſeſſ. 8. in qua primo fuerunt damnati articuli Ioannis Vvicleffi, & de communione ſub utraque ſpecie ſeſſ. 13. & reliqui deinceps.

Confirmatur primo hæc reſponſio ex verbis Martini V. in præfatis literis prope initium, ſcilicet: *Proinde ſynodus præfata ad Dei gloriam, ipſiuſque catholicæ fidei ac Chriſtianæ religionis conſervationem, & animarum ſalutem & præſervationem, eoſdem Joannem Vvicleff, & Joannem Hus, & Hieronymum de Praga, qui inter cetera de ſacro euchariſtiæ ſacramento aliter quam ſancta Romana eccleſia credit & prædicat*, &c. Et paulo infra, nec non poſtea in interrogatoriis fidei, ſemper ſe reſtringit ad hæreſes & hæreticos damnatos in concilio, quorum articulos eodem prorſus modo quo fuerant inſerti & damnati in ſeſſionibus concilii, inſerit & damnat.

Confirmatur ſecundo ex eo, quod illis interrogatoriis dicit pontifex eſſe interrogandos eos qui erant ſuſpecti de profeſſione articulorum & hæreſum præfatorum hæreticorum: ergo ad illos articulos refertur ejuſdem pontificis approbatio vel damnatio.

Confirmatur tertio, quia in præfatis literis apoſtolicis Martinus V. nullam approbationem, nec mentionem facit de præfato decreto poteſtatis concilii ſupra papam, imo





imo potius decretum penitus contrarium firmatum eſt eodem approbante concilio ab eodem pontifice. Etenim inter alia interrogatoria fidei hæc ibi leguntur: *Quod beatus Petrus fuerit vicarius Chriſti, habens poteſtatem ligandi & ſolvendi ſuper terram.* Item, *quod papa canonice electus qui pro tempore fuerit, ejus nomine expreſſo, ſit ſucceſſor beati Petri, habens ſupremam poteſtatem in eccleſia Dei.* Hæc ibi. Certiſſimum eſt autem, ut optime infert Turrecremata ubi ſupra, *quod hi duo articuli, de poteſtate papæ non poſſunt ſimul ſtare cum illo decreto de ſuperioritate concilii, quoniam ut habetur c. Inferior diſt. 21. non poteſt quiſquam, qui inferioris auctoritatis eſt, eum qui majoris eſt, propriis ſubjicere diffinitionibus.*

Quarta objectio eorumdem Baſileenſium in præfata reſponſione ſynodali & in alia epiſtola ſynodali, quæ incipit, *Grande periculum*, his verbis ab eis concipitur: *Martinus papa V. approbante concilio Conſtantienſi, univerſis epiſcopis & inquiſitoribus mandavit per literas ſuas continentes, quod eſt de neceſſitate ſalutis credere generale concilium habere ſupremam auctoritatem in eccleſia.* Ergo inferunt ipſi Baſileenſes: concilium eſt ſupra papam.

Reſpondetur, quod hæc verba formalia quæ adducunt Baſileenſes, non leguntur in præfatis literis apoſtolicis Martini V. in fine concilii Conſtantienſis, ſed articulus 41. Joannis Wicleffi ſic ibi legitur: *Non eſt de neceſſitate ſalutis, credere Romanam eccleſiam eſſe ſupremam inter alias eccleſias.* Hanc propoſitionem & articulum his verbis damnavit concilium Conſtantienſe ſeſſ. 8. inſertis in præfatis literis apoſtolicis: *Error, ſi per Romanam eccleſiam intelligat univerſalem eccleſiam, aut concilium generale, aut pro quanto negaret primatum ſummi pontificis ſuper alias eccleſias particulares.* Hæc ibi. In quibus verbis non accipitur eccleſia univerſalis, aut generale concilium ſeorſim a papa, ut interpretantur Baſileenſes. Quomodo enim poſſet intelligi nomine Romanæ eccleſiæ, ſi ejus capiti non jungeretur? Et ſecundum hunc ſenſum, nulla poteſtas concilii ſupra papam, ſed corporis ſubjectio ad caput demonſtratur. Et hic eſt verus & germanus ſenſus concilii Conſtantienſis, nimirum contra dictum articulum & errorem Joannis Wicleffi & Joannis Hus ibidem, negantium caput viſibile in eccleſia Dei: & ſic uterque eorum conſtituebat eccleſiam acephalam. Quod ſi Baſileenſes contendant comparationem eſſe inter generale concilium & eccleſiam Romanam ſecluſo capite Romano pontifice, nihil ex eâ comparatione concluditur contra papæ poteſtatem.

Ceterum ipſum concilium Conſtantienſe in præfatis verbis ſubinfert primatum papæ ſuper omnes alias eccleſias particulares, quod *dictum concilii* approbavit quidem Martinus V. ibidem. *Sed cum ſit ſermo* affirmativus de primatu ſuper particulares eccleſias, & non negativus de primatu ſuper univerſalem eccleſiam, ideo hunc ſenſum non excludit, ut inquit Cajetanus: imo eum explicans & amplians ſummus pontifex, ſacro eodem approbante concilio, ibidem in interrogatoriis declaravit. *Quod beatus Petrus fuit vicarius Chriſti, habens poteſtatem ligandi & ſolvendi ſuper terram, & quod papa canonice electus qui pro tempore fuerit, ejus proprio nomine expreſſo, ſit ſucceſſor beati Petri, habens ſupremam poteſtatem in eccleſia Dei.* Quæ declarationes & interrogatoria tendunt in deſtructionem prædictorum articulorum & hæreſum, ac etiam alterius articuli ſeptimi Joannis Hus negantis, Petrum eſſe vel fuiſſe caput eccleſiæ catholicæ. Itaque verbum, *primatus*, appoſitum ubi ſupra a concilio, explicavit & ampliavit papa, eodem approbante concilio, per verbum *poteſtatem*: & verba, *ſuper alias eccleſias particulares*, explicavit & ampliavit per verba, *ſuper eccleſiam Dei*. Concilium enim expreſſerat ſolum de eccleſiis particularibus, ut per eadem verba damnaret hæreſim & articulum undecimum Joannis Hus dicentis, non oportere credere, *quod Romanus pontifex ſit caput cujuſcumque particularis eccleſiæ*. Vide Cajetanum in cit. opuſc. cap. 9. & Gravinam de catholic. præſcript. tom. 4 part. 2 diſput. 1. art. ultimo, dub. 1. ad argumenta tertiæ claſſis fol. mihi 293.

Quinta objectio nullibi fit a Baſileenſibus, ſed eam faciunt catholici, ut nil intactum relinquant, atque optime diſſolvunt, ut dicemus. Objiciunt itaque, quod Martinus V. ſeſſ. 45. & ultima, omnia & ſingula determinata, concluſa & decreta in materiis fidei, conciliariter per concilium Conſtantienſe approbavit. Ergo intelligitur etiam approbatum decretum de poteſtate concilii ſupra papam; præſertim quia in ſeſſ. 5. ante lectionem & publicationem dicti decreti hæc leguntur: *Capitula per modum conſtitutionum ſynodalium, prius per ſingulas quatuor nationes concluſa & deliberata.* Hæc ibi.

Ut igitur reſpondeamus, obſervanda eſt occaſio, qua Martinus V. protulit illam approbationem generalem. Itaque in præfata ſeſſ. 45. & ultima, hæc leguntur: *Ambaſſiatores ſereniſſimi principis Uladiſlai Poloniæ regis, & illuſtriſſimi principis domini Alexandrini, alias Vvitoldi magni ducis Lituaniæ, petierunt nomine dictorum dominorum quemdam libellum cujuſdam fratris Joannis Falkemberg, notorie crudeliſſimos errores & hæreſes, ut dixerunt, continentem, rite damnatum tanquam hæreticum per deputatos in cauſa fidei, ac etiam per omnes nationes concilii, ac per collegium cardinalium, prout dixerunt conſtare publicis inſtrumentis in ſeſſione publica per ſacrum concilium damnari ſeu publice damnatum pronunciari, antequam præſens concilium diſſolveretur, ſanctiſſimo domino noſtro papæ humiliter ſupplicarunt: alioquin nomine quo ſupra proteſtabantur de gravamine & de appellando ad futurum concilium: quibus ſic factis, ſanctiſſimus dominus noſter papa dixit reſpondendo ad prædicta: Quod omnia & ſingula determinata, concluſa & decreta in materiis fidei per præſens concilium conciliariter, tenere & inviolabiliter obſervare volebat, & nunquam contraire quoquo modo. Ipſaque ſic conciliariter facta approbat & ratificat, & non aliter, nec alio modo.* Hæc ibi. Ex quibus apparet, ut etiam colligitur ex his quæ refert Joannes le Jau de pontificis auctoritate libro tertio, folio mihi 412. pontificem noluiſſe approbare vel damnare approbata vel damnata privatim per nationes concilii, ſed ea tantum quæ conciliariter in publicis ſeſſionibus fuerant approbata vel damnata. Itaque reſponſio ſummi pontificis, quamvis generalis (ut in alio ſenſu obſervat Cajetanus citato opuſculo de poteſtate papæ & concilii cap. 8.) referenda & reſtringenda eſt ad interrogationem & proteſtationem ambaſſiatorum, nimirum ad approbationem vel damnationem in materiis fidei contra hæreſes tunc inſurgentes & damnatas in concilio conciliariter, & non ad alias materias: & propterea ſubſecutæ ſunt illæ literæ apoſtolicæ de damnatione articulorum & hæreſum Joannis Vvicleffi, Joannis Hus & Hieronymi de Praga, de quibus ſupra diximus, ut notat Cajetanus ubi ſupra.

Confirmatur primo hæc reſponſio, quia in actis concilii Conſtantienſis prima mentio de materiis fidei & deputationes commiſſariorum contra hæreſes fit in ſeſſ. ſexta: & in ſeſſ. octava damnantur hæreſes Joannis Vvicleffi: unde ab his ſeſſionibus ſumendum eſt initium decretorum fidei, quæ in hac generali approbatione approbavit Martinus V. & ſic poſt decretum illud poteſtatis concilii ſupra papam factum in ſeſſionibus 4. & 5.

Confirmatur ſecundo, quia ideo Martinus papa (ut obſervant Cajetanus ubi ſupra, Bellarm. de concil. lib. 2. cap. 19. & alii fere omnes infra citandi) addit in approbatione verba illa, *conciliariter, & non aliter, nec alio modo*: nimirum quia ea tantum voluit approbare, quæ in concilio conciliariter, prævio ſcilicet diligenti examine & inquiſitione more conciliorum, fuerant approbata vel damnata, nimirum a ſeſſ. 8. & deinceps, ut dictum eſt.

Confirmatur tertio, quia ut obſervat Turrecremata de eccleſia lib. 2. cap. 99. ipſum concilium Conſtantienſe poſt unionem trium obedientiarum, nempe in ſeſſ. 40. ab eo decreto receſſiſſe, vel certe nec in mente illud habuiſſe exiſtimandum eſt. Etenim in dicta ſeſſ. 40. decernit, quod futurus pontifex cum hoc ſacro concilio, vel deputandis ab eo, debeat reformare eccleſiam in capite & in membris: ex quibus apparet, quod non ſibi hæc munia arrogabat concilium per illud decretum quintæ ſeſſionis de poteſtate concilii ſupra papam.

Confirmatur quarto, quia nec ipſi Baſileenſes in ulla ſeſſione, ſeu reſponſione vel epiſtola ſynodali, fecerunt unquam mentionem aut vim in iſta generali approbatione Martini V. nimirum quia notiſſimum erat, illam reſponſionem factam ambaſſiatoribus, referri & reſtringi ad inſtantiam eorum de damnationibus hæreticorum & hæreſum in eodem concilio, ut dictum.

Confirmatur quinto, quia tantum abeſt ut hoc decretum confirmaverit Martinus quintus, ut potius in fine concilii & eodem approbante concilio in præfatis literis apoſtolicis infirmaverit & reprobaverit illis interrogatoriis fidei: *Quod beatus Petrus fuerit Chriſti vicarius, habens poteſtatem ligandi & ſolvendi ſuper terram.* Item: *quod papa canonice electus, qui pro tempore fuerit, ejus etiam proprio nomine expreſſo, ſit ſucceſſor beati Petri, habens ſupremam poteſtatem in eccleſia Dei:* de quibus ſupra diximus.

2. *Malum.*] Secundum quod docet in hac conſtitutione Eugenius, eſt, quod dato & non conceſſo, quod illud decretum Conſtantienſe & ab initio fuerit legitime conditum, & poſtea a Martino V. approbatum, adhuc tamen in malum ac reprobum ſenſum a Baſileenſibus

ANNO CHRISTI 1439.

ſibus pertrahitur. Etenim decretum illud in ſeſſ. 4. & 5. concilii Conſtantienſis ſupra relatum facit quidem pro Conſtantienſi & quocumque alio concilio generali legitime congregato, ſed limitative & reſtrictive, nam dicit: *In his quæ pertinent ad fidem & extirpationem ſchiſmatis*, & iterum replicat illa verba, *Super præmiſſis, ſeu ad ea pertinentibus*. Propterea illa etiam verba de reformatione eccleſiæ in capite & in membris, ut optime ait Gravina ubi ſupra fol. mihi 280. non intelliguntur de reformatione quacumque univerſali & indefinita, ſed de reſtrictiva tantum ad caſus illos contingentes ex hæreſis vel ſchiſmatis occaſione: *Concilium enim congregatum in caſu ſchiſmatis non habet immediate poteſtatem a Chriſto ad ordinandam univerſalem eccleſiam, ſed ad providendum illi caſui tunc occurrenti*, ut ait Cajetanus citato opuſc. cap. 16. Itaque ſecundum ſubjectam materiam ejus temporis & occaſionis loquitur & decernit concilium Conſtantienſe. *Quando*, ut ait Turrecremata ubi ſupra, *non eſt in eccleſia unus paſtor totius eccleſiæ indubitatus*, cap. *Si duo*, diſt. 79. Et Cajetanus opuſc. cit. cap. 8. ſic ait: *Qui neſcitur legitime electus papa, tanquam non papa obedire tenetur*. Et cap. 16. hæc repetit: *Quando papa unus vel plures incerta electione laborant, ut contigiſſe dicitur in magno ſchiſmate Urbani VI. & aliorum, tunc ne perplexa ſit eccleſia, illa membra eccleſiæ quæ inveniuntur, poteſtatem habent judicandi verum, ſi poteſt ſciri; & ſi ſciri nequit, providendi, quod electores in unum eorum vel alium conveniant: & ſi certi electores neſcirentur, cum electio ad eccleſiam devoluta ſit ex ipſo electorum defectu, concilium ſic imperfectum eliget, ut in concilio Conſtantienſi factum videtur in electione Martini V.* Hæc Cajetanus. Bellarminus etiam de concilio libro ſecundo capite 19. hæc habet: *Dubius papa habetur pro non papa, & proinde habere ſuper illum poteſtatem, non eſt habere poteſtatem in papam*. Eadem habet Andreas Duvallius Doctor Sorbonicus in 2. 2. ſancti Thomæ ſub titulo de comparatione ſummi pontificis & concilii, quæſtione 7. his verbis: *concilium certum incerto & dubio pontifice eſt ſuperius, eumque poteſt & debet deponere, ſi de alterius jure magis conſtet; aut ſaltem aliquem de novo eligere, ut in concilio Conſtantienſi factum eſt*. (& infra.) *Concilium Conſtantienſe diffinit, concilium eſſe ſuperius pontifice dubio & incerto, quod accidit, quando ſchiſmate laborat & vexatur eccleſia, & jura contendentium omni ex parte ſunt dubia: tunc enim nemo dubitat, quod in eccleſia ſit poteſtas ad dubios illos pontifices, vel alterum eorum deponendum, aut aliquem in eorum locum ſufficiendum*. Hæc Duvallius. Verba igitur decreti limitativa & reſtrictiva in his quæ pertinent ad extirpationem ſchiſmatis, ſunt clara.

Et eodem modo ſunt intelligenda eadem verba circa particulam illam, *In his quæ pertinent ad fidem*. Ad fidem enim reducitur declarare in ſchiſmate plurium pontificum, quis eorum ſit papa, & utrum hic vel alius, ſeu alii deponere & abdicare debeant vel teneantur. Etenim ad fidem pertinet, ut legitur in interrogatoriis fidei in præfatis literis apoſtolicis Martini papæ V. *Quod papa canonice electus, ejus etiam proprio nomine expreſſo, ſit ſucceſſor beati Petri, & habeat poteſtatem ſupremam in eccleſia Dei*. Propterea in præfato decreto Conſtantienſi dicitur. *Quod obedire tenetur in his, quæ pertinent ad fidem & extirpationem ſchiſmatis*. Non dicitur *credere*, ſed *obedire*. Quamvis enim hæc duo verba ad fidem pertineant, tamen verbum *obedire* magis explicat ſenſum concilii, in caſu ſcilicet ſchiſmatis, quod obedire teneatur in cauſa fidei, nimirum utrum ipſe, vel alius, vel de novo electus ſit legitimus papa.

Aliam etiam expoſitionem verborum illorum, *In his quæ pertinent ad fidem*, ſecutus eſt Gravina ubi ſupra fol. mihi 280. quam dederunt ipſi Baſileenſes in eorum reſponſione ſynodali quæ incipit, *Cogitanti*, his verbis: *Probat hoc etiam diffinitio univerſalis eccleſiæ, quæ non poteſt errare, ita diffinientis in concilio Conſtantienſi, quod peccata pontificum circa fidem & ſchiſmata*, &c. Hæc ibi Baſileenſes, quæ ſano modo intelligenda ſunt, de papa ſcilicet ut privata perſona: quamvis hunc etiam caſum nunquam contigiſſe ſaniores & pii, ex quibus Baronius in ſuis annalibus, & de poſterioribus temporibus, Bellarminus de Rom. pontif. lib. 4. cap. 6. & ſeqq. & alii defendunt.

[illegible] de convocatione concilii in his caſibus, quod [illegible] poteſtas in caſu hæreſis vel ſchiſmatis ſit mi[illegible]ativa, depoſitio autem ab ipſo Chriſto, [illegible] electio eſt ab hominibus, ſed juriſdictio papalis a [illegible], quia non eſt hic locus de his agendi, vide Cajetanum [illegible] opuſc. cap. [illegible] & 21. Suarez de fide diſp. 10. ſect. 6. Gravinam ubi ſupra fol. mihi 297.

[illegible] Baſileenſes ſentientes [illegible] contrarium Eugenium [illegible] pontificem, in [illegible] ſenſum, ut hic ait idem Eugenius, pertrahentes verba decreti Conſtantienſis, prætendebant auctoritatem ſuam ſupra Romanum pontificem, quamvis certum & indubitatum, extendere, eumque ſibi ſubjicere vigore decreti Conſtantienſis limitati & reſtricti ad caſus ſchiſmatis; & de tempore ſchiſmatis & incertorum pontificum, trahere ſenſum decreti ad tempus unius certi & indubitati univerſalis eccleſiæ paſtoris, quem, ut dicit Martinus quintus, eodem concilio Conſtantienſi approbante, in præfatis literis apoſtolicis, *Credere & venerari unuſquiſque Chriſtianus tenetur, ejus etiam proprio nomine expreſſo, ut verum ſucceſſorem beati Petri, & habentem ſupremam poteſtatem in eccleſia Dei*.

Imo non ſolum Baſileenſes in malum ac reprobum ſenſum pertraxerunt verba decreti, ſed etiam ſuperimpoſuerunt illum ſpecioſum titulum: Veritas fidei catholicæ: ut patet ſeſſione trigeſimatertia concilii Baſileenſis, & addiderunt: quod papa non poſſit concilium generale diſſolvere, prorogare, aut transferre, quæ & de pontifice certo, unico & indubitato intelligebant: agebant enim contra diſſolutionem & tranſlationem eorum concilii factam ab Eugenio. Propterea dicit Eugenius in hac conſtitutione, eos pertrahere verba decreti Conſtantienſis in pravum ſenſum, quem facta demonſtrant. Tertio denique addiderunt damnationem, declarando hæreticos contrarium ſentientes; unde merito contra eoſdem hanc conſtitutionem ſacro Florentino approbante concilio edidit Eugenius, damnans eos & ab eis aſſertas veritates, verius falſitates.

Nec eſt quod Baſileenſes ſeſſione 38. & in præfata eorum reſponſione ſynodali, quæ incipit: *Beatus Hieronymus*, mirentur & conquerantur, cur in hac ſua conſtitutione Eugenius non explicaverit, in quem malum ac reprobum ſenſum ipſi pertraherent verba decreti Conſtantienſis: manifeſte enim id apparebat tam ex fine & cauſa conditi decreti Conſtantienſis, quam ex verbis limitatis & reſtrictivis ejuſdem decreti, ut ſupra diximus, in caſu ſcilicet ſchiſmatis; ac etiam ex additionibus ab ipſis Baſileenſibus factis, ut dictum eſt. Propterea Eugenio ſatis fuit hæc innuere ſupradictis verbis, nimirum *juxta pravum ipſorum Baſileenſium ſenſum, quem facta demonſtrant*: dum ſcilicet rebellantes ab obedientia ſummi pontificis, judicant & damnant primam ſedem a nemine judicandam, ac certum & indubitatum pontificem, prætextu decreti Conſtantienſis concilii, quod apertis verbis ſolum loquitur in caſu dubii & incerti pontificis, quando ſcilicet plurium inter ſe pontificum ſchiſmate laborat eccleſia Dei, ut ſupra dictum eſt.

Verum nec erat ſummi pontificis officium commentaria edere, ſed legem pœnalem contra rebelles & inobedientes condere, ac ſententiam ferre.

Alias etiam explicationes ejuſdem decreti Conſtantienſis, & reſponſiones ad objectiones præfatas, optimas illas quidem videre eſt apud præfatos auctores, & quos ipſi adducunt.

Et juxta præfatas interpretationes Pius II. in ſua epiſtola retractationis ad ſcholam Colonienſem, vocat concilium Conſtantienſe generale concilium, ab ultimo ſcilicet ejus ſtatu, ut ſupra diximus; atque in ea pluribus ſacræ ſcripturæ locis & rationibus adductis ad probandam ſupremam papæ poteſtatem in eccleſia Dei, ejuſque auctoritatem congregandi & diſſolvendi generalia concilia: demum circa poteſtatem concilii ſubdit limitationem & reſtrictionem, de quibus ſupra, dicens: *Quod ſtante Romano indubitato præſule, ex quo tanquam ex capite omnis defluit in membra poteſtas, pro nullo habendum ſit concilium, quod abſque illius auctoritate convenerit*. Sed de his ſatis pro inſtituto.

Hoc ſolum addendum hic cenſeo, quod quamvis ſupradicta de poteſtate papæ ſint veriſſima, & quamvis in concilio Lateranenſi ſub Leone X. ſeſſione undecima, declaratum ſit, ſolum Romanum pontificem pro tempore exiſtentem, tanquam ſuper omnia concilia auctoritatem habentem, conciliorum indicendorum, transferendorum & diſſolvendorum plenum jus & poteſtatem habere: nihilo minus quia nonnulli ajunt, vel non diffiniri, ut de fide tenendum, vel tantum agi de poteſtate indicendi, transferendi & diſſolvendi, ideo his & aliis rationibus propoſitionem hanc, quod concilium ſit ſupra papam, non ut hæreticam, ſed ſolum ut temerariam damnandam dixerunt, inter alios Bellarminus de concil. libro ſecundo, capite decimo ſeptimo, Bannes 2. 2. quæſtione prima, articulo 10. dub. 2. Duvallius doctor Sorbonicus ubi ſupra de comparatione pontificis & concilii, ait: *Non eſſe temerariam in ratione opinionis, a temeritate tamen inobedientiæ vix poſſe ſalvari, quia fovet inobedientiam, & diſſidia multa magnoſque tumultus in ec-*



ANNO CHRISTI 1439.

*in eccleſia ſemper excitavit*. Hæc Duvallius vir doctiſſimus, qui pro Chriſtiana erga patriam pietate ibidem quæſtione 8. & 11. conſtantiſſime teſtatur, & orbem certiorem reddit doctor ipſe Sorbonicus, falſo divulgari, quod pro ſententia poteſtatis concilii ſupra papam, Sorbona Pariſienſis ſchola juramentum exigat a ſuis: ubi etiam demonſtrat non id inferri ex juramento ejuſdem ſcholæ in articulis contra Lutherum tempore Franciſci primi Galliæ regis editis, & ibidem in tractatu de ſuprema pontificis poteſtate part. 1. in anteloquio quæſt. 3. palam facit, male nonnullos hac noſtra ætate ſibi aliiſque perſuadere, *Quod Gallia quaſi Palladium veneretur Baſileenſe concilium, cum illud potius quaſi Trojanum equum aut Sejanum habeat*. Ubi & de pragmatica ſanctione Caroli VII. Francorum regis, deque conciliabulo Bituricenſi optime diſſerit.

Jam vero quam cenſuram mereatur opinio illa poteſtatis concilii ſupra papam, attenta conſtitutione Eugenii, approbante concilio Florentino condita, quam præfati doctores non adducunt, patet in ea.

Num. III. HOC *eodem anno 1439. quo perfecta fuit unio Græcorum cum apoſtolica ſede in hoc Florentino concilio, ac etiam in eodem condita præfata conſtitutio de poteſtate papæ, ſubſecuta eſt unio Armenorum cum eadem Romana eccleſia, de qua hæc ait Græcus ſcriptor in fine ſeſſionum*.

Poſt aliquot dies venerunt ex Armenia apocriſarii patriarchæ Armeniorum virtute præſtantes viri, quærentes & ipſi unionem fideique rectitudinem: qui etiam beatiſſimum papam venerati, viſerunt imperatorem, conſiliumque ſuum & animum de conficienda cum eccleſia catholica unione expoſuerunt, petentes, ut ferret auxilium, & prudentia ſua juvaret. Imperator autem reſpondit, multum ſibi placere eorum ſtudium, & gratum fore, ſi acceſſerint ad orthodoxam fidem & catholicam eccleſiam; & precari Deum pro dirigenda eorum unione, quæ ſi fieret, ſe quoque promiſit ad negotium quodlibet, & quidquid illis opus fuerit, adjutorem. His dictis, receſſerunt Armenii; nos vero Florentia exeuntes, Venetias petivimus, & inde rurſus domum rediimus.

*De hac eadem unione hæc narrat Patricius in præfato compendio ſeſſionis trigeſimæ ſeptimæ*.

Advenientibus Armenorum legatis, & illorum intellectis erroribus circa fidei noſtræ puritatem, per multos dies eorum ſententias diſcuti, & per viros ſacræ doctrinæ peritiſſimos confutari, aperirique veras & catholicas juſſit Eugenius pontifex: inde publica ſeſſione celebrata 10. Kalendas Decembris ſolemni more, quod ab eis profitendum eſſet, præſcripſit.

*Quid autem præſcripſerit, & quale fuerit Eugenii decretum, approbante ſynodo Armenis traditum, una cum eorumdem literis, ſic deſcribit Andreas de ſancta Cruce in fine collationum, de quibus ſupra*.

Mandatum oratorum Armeniæ, ac decreti formam huic operi Græcorum ſubjungere volui, ut liquide cunctis innoteſcant fructus hujus concilii. Ex quo enim præmiſſa cum Græcis terminata fuerunt uſque ad octavam Novembris, non minus religioſe atque quam cum Græcis relatum eſt, cum Armenis etiam de fidei ſacramentis certatum eſt: quales autem fuerint, ex decreti continentia quiſque qui ſapit, clare percipit. Eorum igitur poteſtas, qui legationis Armenorum fungebantur officio, hujus formæ extitit.

*Poteſtas [a] Armenorum oratorum ab eorum Patriarcha deputatorum.*

CONSTANTINUS ſervus ſervorum domini noſtri Jeſu Chriſti, cum gratia Dei conſtitutus patriarcha [b] Vagarſabath, ſcribo literam hanc magnificæ civitati Caffæ. Mitto meam benedictionem omni populo habitanti Caffæ. Filii mei fideles, quaſi glorians ſcribo vobis, ſcilicet filio meo [c] Vertebet [d] Sarchis, qui ſedet in ſede perſonæ meæ in Caffa, & archiepiſcopo filio meo primogenito, & omnibus ſacerdotibus ſanctis, Stephano, Moyſi, & omnibus aliis, & nobilibus civibus Caffæ, ſcilicet Amurbeth, Cevalcal Chici, Arnurbert Olbei, Aroniton Andreæ, & omnibus aliis burgenſibus cum virtute Spiritus ſancti, ſcribo literam hanc, dans vobis benedictionem & ſalutationem. Benedictio ſanctæ crucis & ſancti Gregorii ſit ſuper vos a ſede ſanctitatis noſtræ. Deus per ſuam miſericordiam liberet vos ab omnibus tentationibus diaboli, tam in ſpiritualibus & temporalibus, Deus augeat filios & filias & bona veſtra.

Sciatis vos, filii mei cariſſimi, ſcilicet filius meus Sarchis Vertebet, & vos ſacerdotes & burgenſes noveritis, quod epiſcopus Emaneſius venit ad nos, & portavit literas veſtras de Caffa, & etiam vicarii ſummi pontificis, & etiam literam domini conſulis legimus & læti fuimus, quia ſcripſeratis de unione eccleſiæ Romanæ, poſtquam audivi, regratiatus fui Deo: ex gratia Spiritus ſancti eſt, quod iſtud opus eſt inchoatum, convenit Chriſtianis habere unitatem & concordiam: ego cum plenaria poteſtate dedi auctoritatem Sarchis Vertebet, qui eſt loco perſonæ meæ, & Marco Vertebet, & Thomæ Vertebet, & Joachim epiſcopo Pere, ut eant ad ſynodum, & Spiritus ſanctus illuſtret eos, & per virtutem Spiritus ſancti, ſicut ſanctus Silveſter & ſanctus [e] Gregorius fuerunt concordes, ita Deus concordet nos in pace & amore & unione, & ſicut Conſtantinus imperator, & [f] Tartach imperator noſter inter ſe habuerunt concordiam & pacta, ita & vos etiam confirmate acta eorum ad unitatem, & ad facta iſtorum imperatorum nos inclinamus; modo etiam quidquid Spiritus ſanctus illuſtraverit ſanctam ſynodum, prompti ſumus ei obedire.

Scripta 25. menſis Julii, anno domini 1438.

Num. IV.
[a] De Armenorũ natione, regionibus & ritu, vide Thom. Carmelit. de procur. ſal. omn. gent. lib. 7. cap. 19.
[b] Id eſt civitatis hujus nominis Armeno vocabulo, in qua reſidet patriarcha.
[c] Doctori, quod & in ſequentibus obſerva.
[d] Sergio.
[e] Gregorius, quẽ Armeni illuminatorem vocant, ut in hiſtoria unionis Tyridatis regis Armenorum, ac in hiſt. ejuſdem S. Greg. archiep. illuminatoris Armeniæ in mſ. cod. Vat. de quo etiã fit mentio in martyrol. Rom. die 30. Septemb. floruit, ut ibi Baron. in notis tẽpore Conſtantini magni imp. & S. Silveſtri papæ.
[f] Tyridates, qui ad fidem converſus a Conſtantinum imp. de ſua converſione lætatũ adiit. Niceph. lib. 8. cap. 35. in fine.

*Literæ Pauli [g] Imperialis conſulis [illegible] civitatis Caffa & totius [illegible], imperii [illegible] ad ſummum pontificem.*

ETSI h[illegible] gentis Armenæ reductio multis ante temporibus tentata eſſet, ſanctiſſime & beatiſſime pater, verebar attamen tantam rem & tam arduam aggredi, in qua vires ingenii mei vix ſufficere poſſe arbitrabar: ſtatueramque potius ſubſiſtere, quam per vias incognitas ambulare: ſed tua ſanctitate confiſus, cujus merita expoſcunt, ut ſub ejus vexillo ſingulare & perſpicuum ſidus eluceat, gaudet [illegible] ſancta mater eccleſia, ut in hoc [illegible] unionis & ſanctitatis novis fulgori[illegible] illuſt[illegible]tur:

Num. V.
[g] Nobilis familia Januenſis reip. pro qua cõſulatu & regimine fungebatur Paulus imperialis in Caffa, olim Theodoſia, & in Gazariæ imperio, olim Taurica Cherſoneſo. Erant ſub ejuſdẽ reipublicæ dominio aliæ etiam regiones & orientis inſulæ, inter quas & Chios, quam a præfata repub. [illegible] ab [illegible], Juſtiniana nobilis Januẽſis familia, pleno ac perpetuo jure obtinuit, in qua & ego ejuſdem familiæ natus ſum. Jam vero occulto Dei judicio Turcæ ſubjacent.

ANNO CHRISTI 1439.

tur: ſuſcepi vires & animum, adhortatus meipſum, & rem ipſam amplecti inſtitui maxima cum ſolicitudine & opera, in qua diabolico inſtinctu & variis tentationibus præcedentibus multiplices ſtimulos perpeſſi ſumus; ita ut cuncta quaſi noſtro voto adverſantia fuerint, & de tentata opera plerumque deſperavimus: tamen cooperante illo ſummo rerum opifice, ac tuam ſanctitatem propitius reſpiciente, ſub qua datum eſt unitatem fidei ſigillari, bonum & perfectum exitum ſortiti ſumus, & cum ſudore ac maximis vigiliis hoc tantum opus per cuncta ſæcula ex hominum memoria non delendum tuæ ſanctitati dedicavimus.

Gaudeo, pater beatiſſime, hanc unitatem temporibus tuæ ſanctitatis ſuſcitatam, quæ tuorum prædeceſſorum tempore obdormierat. Quid enim potuit beatius accidere, ac Deo & toti populo Chriſtiano acceptius, quam hæc ſingularis reductio Armenorum? Sed advertendum eſt, propter tuam ſanctimoniam ſummis laboribus & incommodis, quibus circumventus fuiſti, eſſe conceſſum, ut videant qui eccleſiam perſequuntur, non eſſe humana iſta opera tua, ſed divina magis, atque ex Deo manantia. Ego enim dum ſummum rerum auctorem ad te oculos direxiſſe cognovi, teque in reſervatam beatitudinem & gloriam conſtituiſſe, auſus ſum tuorum ſervitiorum cupere fieri particeps, & tuæ ſanctitatis fiducia confiſus, apud eamdem non dubito illam tuam Romanam ſenatoriam dignitatem impetrare, quam impræſentiarum humiliter poſco & requiro, non tantum pro meritis meis, pro quibus & majoribus ſummo Deo & ſanctitati tuæ, quæ vices ejus in terris gerit, obnoxius ſum; ſed ut aperte intueantur qui cultum veræ religionis colunt, præmia bonos & Chriſticolas fideles manere, & tali ac ſimili ſpe ceteri provocentur ad ſanctæ Romanæ eccleſiæ augmentum ac favorem. Accipe igitur, ſanctiſſime pater, Armenorum, quos ad pedes tuæ ſanctitatis mittimus cum amplo ſui patriarchæ & univerſalis eorumdem nationis mandato ac bailia, ita ut majorem concedi nullo pacto poſſe intelligamus: quam regratiari fecimus, & tuæ ſanctitati tranſmittere opportunum eſſe arbitrati ſumus. Hos enim conducit vicarius frater Jacobus, qui ſicut hujus tanti luminis & reductionis fuit principalis coadjutor, opportunum fuit, ut ſit & ipſe conductor. Nam corda ipſorum Armenorum ita in manibus habet, quod nuſquam abſque ipſo accedere poſſent. Hic enim vir devotus explicabit cetera latius ſanctitati tuæ, quæ ego, in incepta oratione ſanctiſſimas aures tuas offenderem, prætermittam.

In reliquis epiſcopatum hujus civitatis tangentibus, quæ ſanctitas tua literis mandavit, executioni tradidi; & ſi prædictus vicarius tuus & ego in aliquibus ſubſiſtere decrevimus, bona cauſa moti id egimus, expectantes deinceps in ipſo negotio, quod tua ſanctitas juſſerit faciendum. Valeat tua ſanctitas felix, ad cujus pedes humillime me commendo.

Ex Caffa die 1. Decembris, anno domini 1438. Ejuſdem ſanctitatis ad genua provolutus Paulus Imperialis conſul Caffæ, & totius maris Majoris imperii Gazariæ.

*Quia vero Paulus Imperialis in gratiam religioſi obſequii & reductionis Armenorum, ea reductione peracta, ab apoſtolica ſede obtinuerit, habetur in ſequentibus literis Eugenii ad eumdem Paulum.*

*Eugenius, &c. Dilecto filio nobili viro Paulo Imperiali civi Janyenſi ſcutifero noſtro honoris & comiti palatino ſalutem, &c.*

ANNO CHRISTI 1439.

Laudata nobis a fide dignis virtus tua, & exhibitæ tum alias, tum proximis temporibus in maximo Chriſtianæ fidei negotio, & unionis Græcorum & Armenorum faciendæ atque conſervandæ, operationes tuæ nos inducunt, ut te ac per te deſcendentes ac poſteros tuos ſpecialibus gratiis & favoribus proſequamur. Volentes itaque te, qui præter ſupradicta devotionis & magnæ pietatis opera, etiam majora in dies exhibere diſpoſitus es & paratus, favore proſequi gratiæ ſpecialis, ut & ardentiori fidelitate & devotione erga nos & Romanam eccleſiam animeris, quo te majorum honorum prærogativa ſublatum eſſe cognoveris, te noſtrum honoris ſcutiferum [a], & te pariter ac natos tuos maſculos dumtaxat ex tuo corpore legitime natos & naſcituros, comites palatinos auctoritate apoſtolica tenore præſentium facimus & creamus, & ſic deinceps perpetuo & omnibus cenſeri pariter & nominari volumus, ac gaudere poſſe & debere omnibus & ſingulis emolumentis, commodis, honoribus, immunitatibus, privilegiis & exemptionibus, quæ Lateranenſibus palatinis comitibus a ſede apoſtolica concedi conſueverunt. Volumus autem, quod tuo & natorum tuorum nominibus, in manibus venerabilis fratris noſtri Angeli epiſcopi Tragurienſis in officio camerariatus noſtri locumtenentis, ſolitum fidelitatis debitæ præſtes in forma conſueta juramentum. Datum Florentiæ anno, &c. 1440. 17. Kal. Septembris, pontificatus noſtri anno 10.

a De privileg. ... ſcutiferor. honoris, & comitum palatinorum ... Leo X. in conſtit. Romanus pontifex.

*Mandato itaque patriarchæ Armenorum & literis Pauli Imperialis regentis Caffæ exhibitis, Armenorum unio ſecuta eſt, & decretum conditum: ſic enim ait Andreas de ſancta Cruce.*

Num. VII.

Literis exhibitis ſacræ ſynodo, reverendiſſimis cardinalibus Oſtienſi, ſanctæ Crucis, & ſanctæ Sabinæ, ac doctoribus pluribus per ſummum pontificem, ſacra approbante ſynodo, deputatis, & inceſſanter quaſi diebus ſingulis in apoſtolico palatio cum Armenis præfatis convenientibus, inſtitutis ſacræ Romanæ eccleſiæ adeo inſtructi ſunt oratores prædicti, quod infra ſcripti decreti fidem recognoſcentes religioſiſſime ſuſcepere, quod in cathedrali eccleſia 22. Novembris publica in ſeſſione ſynodica firmatum extitit: cujus decreti per epiſcopi Paduani organum promulgati forma hæc eſt.

*Proſequitur Andreas hoc decretum pro Armenis; verum ſymbolum Conſtantinopolitanum & ſymbolum ſancti Athanaſii in eo contenta integra non refert, ſed tantum prima verba innuit: ſimiliter nec refert acceptationem decreti coram ſynodo factam per oratores Armenorum, quæ omnia, ſicut & ipſum decretum una cum decreto pro Græcis, inſeruntur integre in decreto pro Jacobinis infra recenſendo: ideo hoc etiam decretum pro Armenis ibi tanquam in proprio loco reliquimus, ibique appoſuimus quæ in eo duximus adnotanda.*

*Jam igitur res geſtas in hoc ſancto concilio pro Jacobinis ex Vaticano codice, ipſumque decretum pro Jacobinis cum inſertione decretorum pro Græcis & Armenis hic ſubjicimus.*

Litera



ANNO CHRISTI 1440.

Num. VII.

a De Jacobinorum, ſive Jacobitarum natione, regionibus, & ritu, vide Thomam Carmelitam de procur. ſalute omnium gentium lib. 7. cap. 14.

*Litera Joannis patriarchæ Jacobinorum [a] ad Eugenium IV. ſummum pontificem.*

*Joannes humilis ſervus ſervorum Chriſti, miniſter ſedis ſancti Marci, magnæ ſcilicet Alexandriæ & totius Ægypti, Libyæ, Æthiopiæ, Pentapoleos occidentalis, Africæ, totiuſque prædicationis apoſtoli Marci, humilis dico in ſuis peccatis, petita prius venia & abſolutione ab ipſo domino, uſque ad terræ pavimentum coram te, juſtiſſime ac ſanctiſſime pater, inclino, perfectio ſacerdotii, paſtor optime, honeſtatis ac ſanctitatis princeps, piiſſime ductor eorum qui in via hujus peregrinationis incedunt, qui ſtudio ac ſanctitate ceteris viam ſalutis oſtendis, domine Eugeni papa magnæ urbis Romæ, omnium eccleſiarum Chriſtianarum apoſtolice paſtor, principum Chriſti fidium unice, venerande, patrum ac ſacerdotum princeps [b], & medice languentium animarum.*

b Alludit ad loc. Iſaiæ 3. Nolite conſtituere me principem, quia ego ſum medicus: ſignificans venturum Chriſtum dominum principem populi, & medicum languentis.

CUSTODIAT Deus omne ſuum ovile tua oratione ac miniſterio, dirigatque illud lumine tuæ ſimilitudinis, quemadmodum & quondam magos ſtella direxit, nec recedat a diſciplina tua, imo ſervet tua præcepta omnia qui doctrinam tuam auditurus eſt. Confirmet præterea Deus ſedem tuam, multiplicetque honores ſacerdotum, optime pater. Poſt hæc refero tuæ magnæ ſanctitati, ſacratiſſimam ac honoratiſſimam ſcripturam tuam per benedictum filium tuum & honoratum ſacerdotem fratrem Albertum ad manus meas perveniſſe. Erant autem literæ illæ veneratione digniſſimæ in iis quæ continebant. Attulit quoque ſua lectio nobis cauſam cogitandi de rebus optimis atque maximis. Quanta autem earum ſanctitas fuerit, ex hoc facile percipi poteſt. Nam & apertæ mox mirum in modum ſuaviſſimum odorem effuderunt, oſtenderuntque profecto manum illam fuiſſe benedictam, cujus digiti tam venerandas figuras deſcripſerant. Verſas igitur per quoſdam ſpectatiſsimos Venetos tuas, quantum fieri poterat, ex Latino in linguam Syrorum, ego & reliqui fratres mei coepiſcopi, cum benedictis filiis ac fidelibus ſacerdotibus, honoratiſque diaconibus in eccleſia Dei genitricis Mariæ, vico cognominato Zoile, ac ſtante toto populo legi mandavimus, nec facile, decus omnium ſacerdotum & pater, tuæ ſanctitati ſignificare poſſumus, quanta ex lectione literarum lætitia animis omnium illorum acceſſerit: maximam autem illam fuiſſe, laudantium & exultantium populorum voces oſtenderunt. Fuit ille dies nobis permaximus, & is certe, de quo propheta prædixerat: *Hæc dies, quam fecit dominus: exultemus & lætemur in ea.* Nec illud certe efficere potuimus, quod illic lætitiæ lacrymæ quoque mixtæ non fuerint, precantibus omnibus, ut Deus propitiatus mentes noſtras & cogitationes emundet, educatque de tenebris in illud clariſsimum ac indeficiens lumen.

c De quo iterum infra fit mentio in his literis, & in expoſitione abbatis Andreæ ſequentium. &c.

Poſt itaque glorificationem divinam, quam ſacerdotes Chriſti ac totus ille Chriſtianorum cœtus omnipotenti Deo reddiderant, acceſſerunt ad laudes tuæ ſanctitatis & gratiarum actiones, effudimuſque preces ad dominum, ut te ſanctiſsimum patrem ac communem omnium Chriſtianorum ſalutem integram ſervet, quos ſic tuis ſanctiſsimis eruditionibus ipſe Deus inſtituit, ut ſint certiſsimæ fidei venerantes, fiantque parati ad unionem & pacem, & tandem ipſe filius virginis nos omnes curiæ cœleſti adſcribat, aggregetque numero beatorum. Huic etiam alacritati atque devotioni acceſsit aliud quoque gratiæ & benedictionis genus. Idem enim benedictus filius venerabilis Albertus reddidit mihi duas imagines & [d] ciambulottum nomine tuæ ſanctitatis, quæ non aliter quam e cœlo miſſa divina benedictione me ſuſcepiſſe putavi. Ceterum quædam eidem patri commiſimus, quæ literis mandare non poſſumus. Sufficiet itaque ipſe quidquid iis literis deeſt, cui referenti tua beatitudo plenam fidem dare dignetur.

ANNO CHRISTI 1440.

d Latina deſinentia expreſſit, quod vulgo dicitur ciambelotto, Latine capripilium, forte illud nobilius, quod ex textura varia vulgo a onde, Latine undulatum dicitur, & in Europa tantum texitur, atque ad veſtes eſt proſanas, quam ſacras aptiſſimum, ac præſertim coloratum.

Extremo, quoniam ego humilis & pauper greſſu corporis ad tuam ſanctitatem accedere minime poſſum, mitto venerabilem fratrem Andream abbatem ſancti Antonii, & religione & moribus non mediocriter inſtitutum. In ea conditione a me diſceſsit, ut privatim ac publice plurima habeat tuæ ſanctitati referre. Ambobus igitur iis benedictis filiis nunciantibus indubitatam fidem in omnibus tua beatitudo dare dignetur, quam ad tempora diuturna pro utilitate ac aggregatione Chriſtianorum conſervare dignetur Deus omnipotens. Datum Chayren. duodecima Septembris, ſexto millenario nongenteſimo quadrageſimo ſecundum Græcos, ſecundum vero Jacobitas, milleſimo centeſimo quinquageſimoſeptimo a tempore martyrum [e]; a computatione incarnationis domini 1440. *Hæc patriarcha.*

Num. VIII.

e Peculiaris hæc eſt & antiqua Alexandrinorum ... & totius Ægypti chronologia, ut a ſanctis martyribus numerent annos ... non horreſcentes nomen Diocletiani imperat. Chriſtianorum hoſtis in annorum numeratione quem ille ab exordio ſui imperii faciendi præſcripſerat, recenſere, ipſi ab eluſdem ... anno primo itidem numerum deducentes, loco nominis perſecutoris eccleſiæ Diocletiani, ſanctos martyres poſuerunt. Vide Baron. tom. 6. in fine, ubi de legatione Alexandrinorum ... f Itaque de idiomate Syro in Italicum per aliquem ejus idiomatis peritum, & de Italico in Latinum per Blondum.

Die Jovis 31. & ultima menſis Auguſti de mane hora 12. vel quaſi, qua hora, quæ pro generali congregatione adſcripta fuerat, ſanctiſsimo domino noſtro Eugenio præſidente, ac reverendiſſimis reverendiſque venerabilibus patribus & dominis ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinalibus, doctoribus & magiſtris, tam ſæcularibus quam regularibus, hoc ſacrum concilium repræſentantibus congregatis, comparuit præfatus dominus abbas Andreas: ac præmiſsis ſolemnitatibus, in idiomate Syrorum propoſuit in hac verborum forma, prout poſtmodum in ſermone Latino per venerabilem virum dominum Blondum præfati domini noſtri papæ ſecretarium interpretatum fuerat de idiomate Italico in [f] Latinum, ut ſequitur.

Cogitanti altam majeſtatem tuam & meam humilitatem, pater beatiſsime, tantus ſuboritur pavor, ut ſi aliqua erravero in dicendis paucis, primum id mihi indulgeas deprecor: nil enim aliud quam tremor apprehendere poteſt hominem me; pulvis ſum & cinis coram te Deo in terris verba faciens. Es namque Deus in terris, & Chriſtus, & ejus vicarius, et Petri ſucceſſor, & pater, caput & doctor eccleſiæ univerſalis, cui datæ ſunt claves claudendi, & paradiſum cuicumque volueris reſerandi. Tu princeps regum, & maximus es magiſtrorum. Quæ omnia, & ſimilia conſiderans, expaveſco tuam alloqui ſanctitatem, cum maxime ante oculos mente proponam non ſolum poteſtatem tuam, ſed ſapientiam Latinorum, qui in ſtudio ſapientiæ divinarum rerum & diſciplinæ Jeſu Chriſti, quod a principio ſalutis fidelium imbiberunt, continuo in hæc tempora exercitati, ea nunc tenent & ſentiunt, quæ beatiſsimi apoſtolorum principes Petrus & Paulus illis a principio tradiderunt.

Quæ

ANNO CHRISTI 1441.

Quæ autem eccleſiæ hujuſmodi ſapientia & diſciplina aliquando privatæ prima non tenuerunt fundamenta, & a Romana eccleſia matre & magiſtra ſeparatæ fuerunt, eas permiſit Deus gentibus in opprobrium, & infidelibus in rapinam, prout evidenter cernere datur in Græcis & Armenis, & pariter in nobis Æthiopibus Jacobitis, poſtquam anno nongenteſimo a vobis fuimus ſeparati. Conſolamur vero, & mœſtitiæ noſtræ ſpem ea ratione amplam aſſumimus, quod qui tibi conceſſit Græcos & Armenos in catholicæ fidei unionem latius unire, quique tibi inſpiravit, ut nos per dilectum filium tuum Albertum ordinis Minorum ad unionem quærendam invitares, idem piiſſimus Deus noſter ſuam nobis elargietur benedictionem, ut eadem tecum in catholica Dei eccleſia ſentiamus: quod quidem perficietur. Ego, & ut tu vides, ætate jam gravis, e domo ſum profectus ad tuæ ſanctitatis pedes præſentiamque ſuperatis terræ & maris periculis, perventurus, reverendiſſimi mei patriarchæ orator ac indigniſſimus locumtenens, quemadmodum conſtare videbis in mandatis [a], quæ tibi ab eodem patriarcha exhibeo, quemadmodum poterit enarrare idem frater Albertus, qui multa mecum pericula, multos ſubiit labores pro hac digniſſima unione fidei Chriſtianæ.

[a] Literis ſcilicet patriarchæ, de quibus ſupra.

*Hujus legationis occaſione Eugenius pontifex in publica ſeſſione conſtitutionem edidit, de qua occaſione diffiniendorum dogmatum facta eſt mentio inter patres concilii Tridentini, ut legitur tom. 1. actorum ejuſdem concilii ſub Paulo III. quæ in arce ſancti Angeli aſſervantur, his verbis,*

XXVI. Februarii 1547. cum epiſcopus Clodienſis in congregatione generali excitaſſet difficultatem de bulla unionis Jacobitarum, quaſi ea non pertineret ad concilium Florentinum, & probaret hoc ipſum ex data bullæ 1441. cum concilium terminatum ſit anno milleſimo quadringenteſimo trigeſimonono, quo anno conſignata eſt bulla unionis Græcorum.

Cardinalis a Monte dixit, hallucinari eos qui putant finem concilii Florentini fuiſſe unionem Græcorum, cum longe poſt, per tres ſcilicet fere annos perduraverit, uſque videlicet ad annum domini 1442. quo anno VI. Kalendas Maji celebrata ſeſſione, Romam tranſlatum fuit. Patere id ex diverſis conſtitutionibus medio illo tempore editis, quæ in actis concilii habentur, & annotantur [b] in ſummario concilii Baſileenſis per Auguſtinum Patricium canonicum Senenſem, bullam Jacobitarum manu Eugenii & cardinalium ſubſcriptam ſe propriis oculis vidiſſe, una cum aliis actis ejuſdem concilii, quæ in arce ſancti Angeli aſſervantur. Concilium Florentinum, quod habetur 2. tomo conciliorum, tranſlatum fuiſſe ex Græco; Græcos autem, cum facta unione e Florentia diſceſſiſſent, ſcriptum non retuliſſe, niſi quod ad illud uſque tempus geſtum fuerat. At Eugenium manſiſſe Florentiæ, & cum videret patres ægre ibi diutius commorari, tranſtuliſſe Romam concilium decimaquinta die poſt ejus reditum proſequendum in eccleſia Lateranenſi.

[b] Quod manuſcriptū extare in bibliotheca Vaticana ſupra diximus. * Et nos quoque idē habemus ex bibliotheca regia.

XXIII. Martii cum eamdem difficultatem attigiſſet epiſcopus Caſtelli maris, eadem dixit * cardinalis ſanctæ Crucis, & addidit, bullam Jacobitarum fuiſſe editam in publica ſeſſione, præſentibus in particulari cardinalibus Beſſarione & Rutheno. hæc ibi.

* Idem Cardinalis S. Crucis, H.

*Extat in eadem arce ſancti Angeli copia ejuſdem bullæ cum ſecretarii concilii Tridentini ſubſcriptione, his verbis.*

ANNO CHRISTI 1441.

Hoc præſens tranſumptum collationatum eſt fideliter, & concordat cum originali libello, ſeu bulla plumbata Eugenii papæ IV. cum ſigno & ſubſcriptionibus ſupradictis. Quæ bulla originalis eſt apud reverendiſſimos & illuſtriſſimos dominos legatos ſacroſancti œcumenici concilii Tridentini. Ideo ego Angelus Maſſarellus de ſancto Severino agri Piceni, ipſius ſacri concilii ſecretarius, hic manu propria ſubſcripſi in fidem & teſtimonium præmiſſorum.

Ita eſt: Angelus Maſſarellus ſacri concilii ſecretarius.

*Ceterum hæc bulla, ſeu decretum pro Jacobinis, cum inſertione decretorum pro Græcis & Armenis hic ſubjicitur ex manuſcriptis codicibus Vaticanis, bullario Romano, & ex ſupradicta copia, ac etiam ex copia tranſmiſſa ex conventu fratrum ordinis Minorum ſancti Franciſci Feſularum prope Florentiam, tranſumpta ex originali bulla, quæ cum ſubſcriptionibus manu Eugenii papæ & cardinalium ibi aſſervatur. Extat & in codice Vaticano copia ejuſdem bullæ pro Jacobinis, tranſumpta de mandato & auctoritate apoſtolica Leonis papæ X.*

## DECRETUM PRO JACOBINIS.

*Eugenius epiſcopus ſervus ſervorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.*

CANTATE domino, quoniam magnifice fecit: annunciate hæc in univerſa terra. Exulta & lauda habitatio Sion, quoniam magnus in medio tui ſanctus Iſrael. Cantare profecto & exultare in domino decet eccleſiam Dei pro hac grandi magnificentia & gloria nominis ſui, quam hodierna die clementiſſimus Deus operari dignatus eſt. Toto ſiquidem corde laudare & benedicere ſalvatorem noſtrum nos convenit, qui ſanctam eccleſiam ſuam novis quotidie accumulat incrementis. Quamquam autem in populum Chriſtianum ſua beneficia omni tempore multa & magna ſint, quæ luce clarius erga nos ſuam immenſam caritatem oſtendunt: ſi tamen accurate inſpicimus, quæ & quanta his diebus noviſſimis divina clementia facere dignata eſt, judicare certe poterimus, hoc noſtro tempore plura ac majora quam a multis retroactis temporibus ſuæ caritatis munera extitiſſe. Ecce enim nondum exacto triennio in hac ſancta œcumenica ſynodo ſaluberrimam trium magnarum nationum unionem dominus noſter Jeſus Chriſtus pro ſua infatigabili pietate ad commune perenneque totius Chriſtianitatis gaudium tam copioſe effecit; unde actum eſt, ut totus fere oriens, qui glorioſum Chriſti nomen adorat, ac non parva ſeptemtrionis portio poſt longa diſſidia cum ſancta Romana eccleſia in eodem fidei & caritatis vinculo jam convenerint. Primo etenim Græci, & ii qui ſubſunt quatuor patriarchalibus ſedibus multas gentes nationeſque & idiomata continentibus; deinde Armeni multorum populorum gens; hodie vero Jacobini magni etiam per Ægyptum populi, ſanctæ ſedi apoſtolicæ uniti ſunt. Num. IX.



ANNO CHRISTI 1439.

Et cum nihil ſalvatori noſtro domino noſtro Jeſu Chriſto gratius ſit, quam mutua inter homines caritas, nihilque nomini ſuo glorioſius atque eccleſiæ utilius eſſe poſſit, quam ut Chriſtiani, omni inter ſe ſublato diſſidio, in eadem ſimul fidei puritate conveniant, merito nos omnes & cantare præ gaudio, & jubilare in domino debemus, quos, ut tantam Chriſtianæ fidei magnificentiam diebus noſtris videremus, divina miſeratio dignos effecit. Summa igitur cum alacritate annunciamus magnalia hæc in univerſa Chriſtianorum terra, ut ſicut nos pro gloria Dei & exaltatione eccleſiæ gaudio inenarrabili repleti ſumus, ita & alios tantæ lætitiæ participes faciamus, ut omnes uno ore magnificemus & glorificemus Deum, & ſuæ majeſtati, prout dignum eſt, magnas quotidianaſque gratias agamus pro tot tantiſque mirabilibus beneficiis hac ætate eccleſiæ ſuæ ſanctæ collatis.

Et quoniam qui opus Dei diligenter exercet, non modo meritum ac retributionem in cœlis expectat, ſed & apud homines amplam gloriam laudemque meretur; venerabilem fratrem noſtrum Joannem Jacobinorum patriarcham, hujus ſanctæ unionis cupidiſſimum, a nobis & tota eccleſia merito laudandum & extollendum, ac communi omnium Chriſtianorum favore cum tota ſua gente dignum judicamus. Is enim a nobis per noſtrum oratorem ac literas excitatus, ut ad nos & hanc ſanctam ſynodum legationem mitteret, & ſe ac ſuam gentem in eadem cum eccleſia Romana fide uniret; dilectum filium Andream natione Ægyptium abbatem monaſterii ſancti Antonii apud Ægyptum, in quo & habitaſſe, & mortuus eſſe ſanctus ipſe Antonius perhibetur, religione & moribus non mediocriter inſtitutum, ad nos & ipſam ſynodum deſtinavit, cui devotionis zelo accenſus impoſuit atque commiſit, ut fidei doctrinam, quam ſancta Romana eccleſia tenet & prædicat, nomine ipſius patriarchæ & ſuorum Jacobinorum reverenter ſuſciperet, deferendam poſtea per eum ad ipſum patriarcham & Jacobinos, ut & ipſi eamdem agnoſcerent, ratamque haberent, & in ſuis regionibus prædicarent.

Nos igitur, quibus vice domini commiſſum eſt paſcere oves Chriſti, ipſum Andream abbatem per nonnullos hujus tam ſacri concilii inſignes viros, ſuper articulis fidei & ſacramentis eccleſiæ, & quibuſque ad ſalutem ſpectantibus, diligenter examinari fecimus; & tandem, quantum viſum eſt fore neceſſarium, expoſita eidem abbati ſanctæ Romanæ eccleſiæ fide catholica, & per ipſum humiliter acceptata, hanc quæ ſequitur, veram neceſſariamque doctrinam hodie in hac ſolemni ſeſſione, ſacro approbante [a] œcumenico concilio Florentino, in nomine domini tradidimus.

[a] De hoc modo loquendi, vide quæ diximus in ſ. notis circa finem, ad [illegible] collat. par. 2.

In primis igitur ſacroſancta Romana eccleſia, domini & ſalvatoris noſtri voce fundata, firmiter credit, profitetur & prædicat, unum verum Deum omnipotentem, incommutabilem & æternum, Patrem & Filium & Spiritum ſanctum, unum in eſſentia, trinum in perſonis. Patrem ingenitum, Filium ex Patre genitum, Spiritum ſanctum ex Patre & Filio procedentem. Patrem non eſſe Filium, aut Spiritum ſanctum; Filium non eſſe Patrem, aut Spiritum ſanctum; Spiritum ſanctum non eſſe Patrem, aut Filium: ſed Pater tantum Pater eſt, Filius tantum Filius eſt, Spiritus ſanctus tantum Spiritus ſanctus eſt.

ANNO CHRISTI 1439.

Solus Pater de ſubſtantia ſui genuit Filium, ſolus Filius de ſolo Patre eſt genitus, ſolus Spiritus ſanctus ſimul de Patre procedit & Filio. Hæ tres perſonæ ſunt unus Deus, & non tres Dii, quia trium eſt una ſubſtantia, una eſſentia, una natura, una divinitas, una immenſitas, una æternitas, omniaque ſunt unum, ubi non obviat relationis oppoſitio. Propter hanc unitatem Pater eſt totus in Filio, totus in Spiritu ſancto: Filius totus eſt in Patre, totus in Spiritu ſancto: Spiritus ſanctus totus eſt in Patre, totus in Filio. Nullus alium aut præcedit æternitate, aut excedit magnitudine, aut ſuperat poteſtate. Æternum quippe & ſine initio eſt, quod Filius de Patre extitit; & æternum ac ſine initio eſt, quod Spiritus ſanctus de Patre Filioque procedit. Pater quidquid eſt aut habet, non habet ab alio, ſed ex ſe, & eſt principium ſine principio. Filius quidquid eſt aut habet, habet a Patre, & eſt principium de principio. Spiritus ſanctus quidquid eſt aut habet, habet a Patre, ſimul & Filio. Sed Pater & Filius non duo principia Spiritus ſancti, ſed unum principium, ſicut Pater & Filius & Spiritus ſanctus non tria principia creaturæ, ſed unum principium.

Quoſcumque ergo adverſa & contraria ſentientes damnat, reprobat & anathematizat, & a Chriſti corpore, quod eſt eccleſia, alienos eſſe denunciat. Hinc damnat Sabellium perſonas confundentem, & ipſarum diſtinctionem realem penitus auferentem. Damnat Arianos, Eunomianos, Macedonianos, ſolum Patrem Deum verum eſſe dicentes, Filium autem & Spiritum ſanctum in creaturarum ordine collocantes. Damnat & quoſcumque alios, gradus ſeu inæqualitatem in Trinitate facientes.

Firmiſſime credit, profitetur & prædicat, unum verum Deum Patrem & Filium & Spiritum ſanctum eſſe omnium viſibilium & inviſibilium creatorem; qui quando voluit, bonitate ſua univerſas tam ſpirituales quam corporales condidit creaturas, bonas quidem, quia a ſummo bono factæ ſunt, ſed mutabiles, quia de nihilo factæ ſunt; nullamque mali aſſerit eſſe naturam, quia omnis natura, in quantum natura eſt, bona eſt. Unum atque eumdem Deum veteris & novi teſtamenti, hoc eſt legis & prophetarum atque evangelii profitetur auctorem, quoniam eodem Spiritu ſancto inſpirante, utriuſque teſtamenti ſancti locuti ſunt, quorum libros ſuſcipit, & veneratur, qui titulis ſequentibus continentur. Quinque Moyſis, id eſt, Geneſi, Exodo, Levitico, Numeris, Deuteronomio, Joſue, Judicum, Ruth, quatuor Regum, duobus Paralipomenon, Eſdra, Nehemia, Tobia, Judith, Heſter, Job, Pſalmis David, Parabolis, Eccleſiaſte, Canticis canticorum, Sapientia, Eccleſiaſtico, Iſaia, Jeremia, Baruch, Ezechiele, Daniele, duodecim prophetis minoribus, id eſt, Oſee, Joele, Amos, Abdia, Jona, Michæa, Nahum, Habacuc, Sophonia, Aggæo, Zacharia, Malachia; duobus Machabæorum; quatuor evangeliis, Matthæi, Marci, Lucæ, Joannis; quatuordecim epiſtolis Pauli, ad Romanos, duabus ad Corinthios, ad Galatas, ad Epheſios, ad Philippenſes, ad Coloſſenſes, duabus ad Theſſalonicenſes, duabus ad Timotheum, ad Titum, ad Philemonem, ad Hebræos; Petri duabus, tribus Joannis, una Jacobi, una Judæ, actibus apoſtolorum, & apocalypſi Joannis.

Præterea

Anno Christi 1441.

Præterea Manichæorum anathematizat inſaniam, qui duo prima principia poſuerunt, unum viſibilium, aliud inviſibilium; & alium novi teſtamenti Deum, alium veteris eſſe Deum dixerunt.

Firmiter credit, profitetur & prædicat, unam ex Trinitate perſonam, verum Deum, Dei Filium ex Patre genitum, Patri conſubſtantialem & coæternum in plenitudine temporis, quam divini conſilii inſcrutabilis altitudo diſpoſuit, propter ſalutem humani generis, veram hominis integramque naturam ex immaculato utero Mariæ virginis aſſumpſiſſe, & ſibi in unitatem perſonæ copulaſſe tanta unitate, ut quidquid ibi Dei eſt, non ſit ab homine ſeparatum; & quidquid eſt hominis, non ſit a deitate diviſum; ſitque unus & idem indiviſus, utraque natura in ſuis proprietatibus permanente, Deus & homo, Dei filius & hominis filius, æqualis Patri ſecundum divinitatem, minor Patre ſecundum humanitatem. Immortalis & æternus ex natura divinitatis, paſſibilis & temporalis ex conditione aſſumptæ humanitatis.

Firmiter credit, profitetur & prædicat, Dei Filium in aſſumpta humanitate ex virgine vere natum, vere paſſum, vere mortuum & ſepultum, vere ex mortuis reſurrexiſſe, in cœlum aſcendiſſe, ſedereque ad dexteram Patris, & venturum in fine ſæculorum ad vivos mortuoſque judicandos.

Anathematizat autem, execratur & damnat omnem hæreſim contraria ſapientem. Et primo damnat Ebionem, Cerinthum, Marcionem, Paulum Samoſatenum, Photinum, omneſque ſimiliter blaſphemantes, qui percipere non valentes unionem perſonalem humanitatis ad Verbum, Jeſum Chriſtum dominum noſtrum verum Deum eſſe negaverunt, ipſum purum hominem confitentes, qui divinæ gratiæ participatione majori, quam ſanctioris vitæ merito ſuſcepiſſet, divinus homo diceretur. Anathematizat etiam Manichæum cum ſectatoribus ſuis, qui Dei Filium non verum corpus, ſed phantaſticum ſumpſiſſe ſomniantes, humanitatis in Chriſto veritatem penitus ſuſtulerunt. Nec non Valentinum aſſerentem, Dei filium nihil de virgine matre cepiſſe, ſed corpus cœleſte ſumpſiſſe, atque ita tranſiſſe per uterum virginis, ſicut per aquæductum defluens aqua tranſcurrit. Arium etiam, qui aſſerens, corpus ex virgine aſſumptum anima caruiſſe, voluit loco animæ fuiſſe deitatem. Apollinarem quoque, qui intelligens, ſi anima corpus informans negetur in Chriſto, humanitatem veram ibidem non fuiſſe, ſolam poſuit animam ſenſitivam, ſed deitatem Verbi vicem rationalis animæ tenuiſſe. Anathematizat etiam Theodorum Mopſueſtenum atque Neſtorium aſſerentes, humanitatem Dei Filio unitam eſſe per gratiam, & ob id duas eſſe in Chriſto perſonas, ſicut duas fatentur eſſe naturas, cum intelligere non valerent, unionem humanitatis ad Verbum hypoſtaticam extitiſſe, & propterea negarent Verbi ſubſiſtentiam accepiſſe. Nam ſecundum hanc blaſphemiam, non Verbum caro factum eſt, ſed Verbum per gratiam habitavit in carne: hoc eſt, non Dei filius homo factus eſt, ſed magis Dei filius habitavit in homine. Anathematizat etiam, execratur & damnat Eutychem archimandritam, qui cum intelligeret juxta Neſtorii blaſphemiam, veritatem incarnationis [illegible], & propterea oportere, quod ita Dei Verbo unita eſſet humanitas, ut deitatis & humanitatis una eſſet eademque perſona, [illegible] etiam capere non poſſet, ſtante pluralitate naturarum, unitatem perſonæ, ſicut deitatis & humanitatis in Chriſto unam poſuit eſſe perſonam, ita unam aſſeruit eſſe naturam, volens ante unionem dualitatem fuiſſe naturarum, ſed in unam naturam in aſſumptione tranſiiſſe, maxima blaſphemia & impietate concedens, aut humanitatem in deitatem, aut deitatem in humanitatem eſſe converſam. Anathematizat etiam, execratur & damnat Macarium Antiochenum, omneſque ſimilia ſapientes, qui licet vere de naturarum dualitate & perſonæ unitate ſentiret: tamen circa Chriſti operationes enormiter oberravit, dicens in Chriſto utriuſque naturæ unam fuiſſe operationem, unamque voluntatem. Hos omnes cum hæreſibus ſuis anathematizat ſacroſancta Romana eccleſia, affirmans in Chriſto duas eſſe voluntates, duaſque operationes.

Firmiter credit, profitetur & docet, neminem unquam ex viro feminaque conceptum, a diaboli dominatione fuiſſe liberatum, niſi per [a] meritum mediatoris Dei & hominum Jeſu Chriſti domini noſtri, qui ſine peccato conceptus, natus & mortuus, humani generis hoſtem, peccata noſtra delendo, ſolus ſua morte proſtravit, & regni cœleſtis introitum, quem primus homo peccato proprio cum omni ſucceſſione perdiderat, reſeravit: quem aliquando venturum omnia veteris teſtamenti ſacra, ſacrificia, ſacramenta, ceremoniæ præſignarunt.

[a] Concord. concil. Trid. ſeſſ. 5. de peccato origin. [illegible]

Firmiter credit, profitetur & docet, legalia veteris teſtamenti, ſeu Moſaicæ legis, quæ dividuntur in ceremonias, ſacra, ſacrificia, ſacramenta, quia ſignificandi alicujus futuri gratia fuerant inſtituta, licet divino cultui illa ætate congruerent, ſignificato per illa domino noſtro Jeſu Chriſto adveniente ceſſaſſe, & novi teſtamenti ſacramenta cœpiſſe. Quemcumque etiam poſt paſſionem in legalibus ſpem ponentem, & illis velut ad ſalutem neceſſariis ſe ſubdentem, quaſi Chriſti fides ſine illis ſalvare non poſſet, peccaſſe mortaliter. Non tamen negat, a Chriſti paſſione uſque ad promulgatum evangelium illa potuiſſe ſervari, dum tamen minime ad ſalutem neceſſaria crederentur, ſed poſt promulgatum evangelium, ſine interitu ſalutis æternæ, aſſerit non poſſe ſervari.

Omnes ergo poſt illud tempus circumciſionis & ſabbati, reliquorumque legalium obſervatores, alienos a Chriſti fide denunciat, & ſalutis æternæ minime poſſe eſſe participes, niſi aliquando ab iis erroribus reſipiſcant. Omnibus igitur, qui Chriſtiano nomine gloriantur, præcipit omnino, quocumque tempore, vel ante, vel poſt baptiſmum, a circumciſione ceſſandum; quoniam ſive quis in ea ſpem ponat, ſive non, ſine interitu ſalutis æternæ obſervari omnino non poteſt. Circa pueros vero propter periculum mortis, quod poteſt ſæpe contingere, cum ipſis non poſſit alio remedio ſubveniri, niſi per ſacramentum baptiſmi, per quod eripiuntur a diaboli dominatu, & in Dei filios adoptantur, admonet non eſſe per quadraginta aut octuaginta dies, ſeu aliud tempus juxta quorumdam obſervantiam, ſacrum baptiſma differendum,

sed



in epiſtola ad canonicas clariſſime, Spiritus ſanctus, inquit, Patri quidem & Filio connumeratur, cum ſupra omnem creaturam ſit: ordine vero tertius eſt, ut evangelia nos docent, domino dicente: *Euntes in univerſum Mundum, baptizate in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti.* Qui autem eum præponit Filio, aut ſuperiorem Patre dicit, hic contradicit Dei traditioni: alienus vero a ſana fide eſt, quam accepit, laudationis formam non ſervans. Et poſt pauca: Quare ſi quis hunc ordinem pervertit, ipſam perſonarum exiſtentiam totamque fidem negat. Si igitur hæc verba hæſitantis & dubitantis circa ordinem ſint, & ejus qui ſuam ſententiam ſub dubiis, & cum fortaſſis, & quamquam concedendum non ſit, proferat, tuum ſit judicium, & aliorum qui recti judices ſunt, & aliquatenus intelligunt vim rationum & dogmatum veritatem. Deinde non pudet eos tantæ contrarietati ſanctum doctorem accuſare, imo vero ignorantiæ, ſi modo quidem tertium; ut non liceret abſque crimine impietatis & totius fidei perverſione hunc ordinem mutare; modo fortaſſis eum eſſe ſecundum a Filio dicat, & alia hujuſcemodi. Ego vero, teſte Deo, vicem eorum qui hæc autumant doleo, & pro eis me pudet. Si vero ipſi non ſentiunt, mirum eſt profecto. Quod autem omnem eorum impudentiam enervat, hoc eſt, quod in his contra Eunomium rationibus ſuis poſt multa concludentes hic doctor infert: Ita & Spiritus ſanctus dignitate quidem & ordine ſecundus poſt Filium eſt: accepimus enim eum tertium a Patre & Filio numeratum, ipſo domino in traditione baptiſmatis ſalutaris hunc ordinem docente, cum dixit: *Euntes baptizate*, &c. Animadverte igitur quod omnibus argumentis in epiſtola ad canonicas ordinem in Trinitate probat, ſalutaris ſcilicet baptiſmatis traditione, eiſdem etiam hic eumdem ordinem demonſtrat. At in epiſtola ad canonicas tanta cum certitudine hunc aſſerit ordinem, ut eum qui aliter diceret, impium aſſereret. Quo igitur modo hic, ubi eiſdem argumentis utitur, cum hæſitatione & dubitatione loqueretur? Verum hæc pravorum hominum & impiorum, non illius ſanctiſſimi viri ſunt. Nulli itaque dubitandum eſt, ſancti patris noſtri Baſilii hanc eſſe auctoritatem, Spiritum ſcilicet ſanctum ordine & dignitate ſecundum a Filio eſſe, ipſumque eſſe habere ab eo, & ab eo tanquam a cauſa dependere. Quod cum ita ſit, quis amplius aliquid aliud quærit? Nonne ſolus Baſilius ſufficiens eſt omnem nos docere veritatem? Nonne tantum & humanæ & divinæ ſapientiæ participavit, ut etiam ſolus ſufficiens ſit toti cauſæ doctor ac magiſter? Et quamquam hæc veritas, quod Spiritus ſanctus videlicet etiam ex Filio procedit, ex iis etiam nudis hujus doctoris verbis manifeſte appareat; non tamen ab re eſſe judicavi, ipſius ejus verbis præſuppoſitis ſyllogiſmum quemdam ad eam veritatem probandam inferre. Dicit igitur Filium ſecundum a Patre ordine & dignitate; hoc autem noſtri etiam concedunt: ſed animadverte quonam modo ſecundus a Patre ſit Filius ordine & dignitate: idem enim infert, propterea quod ab eo eſt, & quia principium & cauſa ejus eſt Pater. Quare quod in divinis perſonis ſecundum ordine & dignitate ab aliquo eſt, ideo ſecundum ab illo eſt, quia eſt ab illo. Hoc vero in naturalibus etiam rebus manifeſtum eſt: Omne enim quod ab aliquo natura ſecundum eſt, etiam ab eo eſt. Si quis dicat calorem produci a radio, quamquam ſit natura ſecundum poſt radium: Reſpondetur, in creaturis quidem quod natura ſecundum alteri eſt, ab eo eſſe, vel tanquam a cauſa effectiva, vel tanquam a cauſa ſine qua non, ut in exemplo producto. In Deo cum non prius tempore procedat a Patre Filius, quam Spiritus; ſi Spiritus eſt natura ſecundus Filio, oportet quod ab eo ſit tanquam a cauſa effectiva. Summus autem hic, & in toto hoc opere, cauſam pro producente more doctorum Græcorum. At Spiritum quoque ſanctum ordine & dignitate ſecundum a Filio idem ait: quod autem non quaſi dubitans, ut quidam ſomniant, imo vero certo tenens in epiſtola ad canonicas clare videtur. Ex iis igitur tale ſit argumentum: Omne quod in divinis perſonis alio ſecundum eſt, ab eo eſt: Spiritus vero ſanctus ſecundus a Filio eſt; igitur a Filio eſt. Quod ſi volueris magis generaliter argumentari, in hunc modum tibi dicendum eſt: Omne quod a natura ſecundum ab aliquo eſt, ab eo eſt: Spiritus vero natura ſecundus eſt a Filio dignitate & ordine; igitur Spiritus ex Filio eſt. Quod autem Spiritus natura eſt ordine ſecundus a Filio, patet; nihil enim eſt in ſancta Trinitate præter naturam, neque per accidens. Et cave ne te ſcandalizet hæc dictio, natura, cum Spiritum natura ſecundum a Filio audias. Non enim ſecundam naturam ſecundum illum dicimus, ut alterius naturæ illum eſſe oſtendamus, prout Eunomius faciebat: ſed natura dicimus, excludentes accidens & quod præter naturam eſt. Hoc autem ſanctus quoque Athanaſius teſtatur, qualem ordinem & naturam habet Filius ad Patrem, talem ordinem & naturam Spiritum quoque ſanctum ad Filium habere doceas. Duo enim hæc per hanc auctoritatem probantur, & quod tertius a Patre Spiritus ſanctus eſt ordine, & ſecundus a Filio, quodque natura eſt hic ordo. Sed hæc quidem ex auctoritatibus ſancti Baſilii luce clarius probata ſunt, quæ longo ſermone data opera expoſui; cum non parva nos inde ſequatur utilitas, imo vero totum hæc ſola verba poſſint. Siquidem ſolus Baſilius ſufficiens eſt ad docendum nos fidei veritatem. Jam vero ad promiſſa me transferam, & omnem tibi proceſſum ſacri concilii breviter narrabo; deinde aliquas demonſtrationes hujus veritatis in medium afferam, & ſic finem faciam.

Marc. 16. Matth. 28.

## CAPUT II.

*Narratio eorum quæ [illegible] concilio facta fuerunt.*

ILLA igitur, de quibus Ferrariæ, ut notum vobis eſt, primo appulimus, ante inchoationem concilii privatim diſputavimus, tanquam non neceſſaria omittam, cum etiam nobis illa terendi temporis gratia potius, & illos expectandi qui venturi erant ad concilium, propoſita fuerint, quam quod neceſſaria eſſent. Tempore vero adveniente viſum eſt noſtris in duas partes propoſitam quæſtionem dividere. Unam, quod nec etiam veritatem liceret addere ſymbolo patrum: alteram, quod



nec

A nec ſit verum, Spiritum ſanctum ex Patre Filioque procedere. Et cum hoc placuiſſet, demum quærebatur, a quonam incipiendum eſſet; & communi aliorum ſententia viſum fuit inde incipere: Quod nihil ſit addendum ſymbolo patrum: quamquam ipſe manifeſte contradicebam. Ajebam enim aut probabilius hoc altero eſſe, aut econtra: & ſiquidem minus probabile eſſet, non decere a debilioribus incipere, ita ut victos & profugatos nos in primo certamine deterritos, deinde ſecundum ſubire, ne fortaſſis iſthæc profligatio etiam, ut ſecundam partem perderemus, cauſa fieret. Quod ſi probabiliorem illam partem putaremus, oportere eam poſteriorem ſervare. Si enim in prima quæſtione B vinceremus, etiam ſecundam fortiori animo aggrederemur: quod ſi primam perderemus, illam videlicet, quæ Spiritum ſanctum etiam a Filio procedere ponit, tunc ſaltem in ſecunda vinceremus, neque ipſam veritatem licere addere oſtendentes. Præterea cum in natura etiam, quod fieri per pauciora poteſt, non fiat per plura; fruſtra enim eſſet: fruſtra vero nec Deus, nec natura facit: illud proponendum dicebam, & de illo primum diſputandum, poſt quod alteri non relinquitur locus. Si igitur ipſum dogma falſum eſſe probaremus: illud addere non licere, manifeſtum eſſet, nec probandum eſſet, non licere illud addere. Quare uno certamine totum perficiemus, ajebam, C ſi incipiemus a dogmate, & illud falſum eſſe probare poterimus. Quod autem nec ipſam veritatem liceret addere, probato, reſtabit adhuc ipſum dogma, verumne, an falſum ſit, probare. Hæc autem cum dicens perſuadere noſtris non potuiſſem, ſcilicet de illo primo vellent omnino diſputare, propterea quod putabant hanc probabiliorem partem, volens eos dehortari, dixi in contrarium quatuor rationes dumtaxat, præſente ſapientiſſimo imperatore noſtro, quas Latini etiam poſtea adduxerunt, quaſque inter rationes per Latinos inductas audies; quibus probabam & hujus rei falſitatem, & quod ridiculum ſit putare veritatem non licere addere: quas etſi nullus præſentium ſolvere D potuerit, quod tamen volebant, hoc ſtatuerunt, & ego ſequebar dicere quidem quæ expedirent nationi & honori ejus: putans me debere Deo & ipſi nationi, deinde vero majorem partem ſequi, & una cum eis certamen ſubire. Sequebatur etiam ſereniſſimus imperator, licet eis non placeret hoc conſilium, veritus tamen ne quis ignorantium eum putaret vim aliquam eis inferre. Incepimus igitur cum Latinis diſputare, probare volentes, nihil, nec ipſam veritatem, licere ſymbolo patrum addere. Tota vero vis noſtra in decretis ſanctorum & œcumenicorum conciliorum conſiſtebat, in quibus circa finem ajunt, non licere præter hæc aliam fidem conſcribere, aut ſape- E re, aut docere, & cetera hujuſcemodi. Quando ridiculoſum quid, & magni vituperii dignum paſſa fuiſſet tota natio & nos omnes per " prudentiam boni Epheſini, niſi ego ſentiens impedivissem. Una enim cum decretis patrum illud verbum apoſtoli ad Galatas allegare volebat, dicentis: *Si quis vobis aliud, præterquam id quod tradidi vobis, evangelizaverit, anathema ſit*. Item ſancti Dionyſii Areopagitæ de divinis nominibus auctoritatem, dicentis: Omnino itaque nihil eſt audendum vel dicere, vel cogitare præter illa quæ divinitus ex ſanctis oracu-

" *imprudenter: niſi forte per ironiam.*

*Galat. 1.*

A lis nobis tradita ſunt. Volebat itaque per iſta etiam probare, non licere nec ipſam etiam veritatem addere ſymbolo. Hoc autem quantam nobis deriſionem feciſſet, & quod in ipſo ingreſſu convicti & profligati fuiſſemus, hinc ſenties. Tota ratio noſtra, qua credebamus hanc rem poſſe probari, in dictis tertii œcumenici concilii Epheſini conſiſtebat; cum aſſeveraremus, illam primam in fine ſui decreti hanc inhibitionem, de quacumque videlicet additione, edidiſſe. Nam etſi non ſit verum talem inhibitionem illud concilium feciſſe, qui tamen contendere volunt, poſſunt aliquid adjumenti hinc habere propter æquivocationem & ambiguitatem verborum. Cauſa vero, cur tertium concilium B primum hanc inhibitionem feciſſe dicimus, eſt primo, quod acta primi concilii nuſquam reperiuntur. Secundo, cum ſciremus ſecundum œcumenicum concilium ſymbolum Nicænum in plurimis mutaſſe, partim auferendo, partim addendo, non licebat dicere ante ſecundum concilium hanc inhibitionem factam fuiſſe: ipſos etenim ſanctos patres ſecundi concilii anathematis reos feciſſemus, qui partim addiderunt, partim diminuerunt Nicæno ſymbolo. His igitur ita declaratis, conſidera quæ ex iis quæ Epheſinus propoſiturus erat, inconvenientia ſequebantur. Cum enim ſanctus Apoſtolus, beatus quoque Dionyſius, multo ante non ſolum ſecundam, ſed etiam primam ſy- C nodum fuerint; ſi eæ auctoritates ipſam etiam veritatem inhibent, ne quis eam vel doceat, vel addat ſymbolo, ſub anathemate; & ſecundi concilii patres eſſent, qui tot additionibus & minutionibus Nicæni concilii ſymbolum alterarunt; & ipſi Nicæni concilii patres, qui quo ante eos eccleſia utebatur, ſymbolum pleriſque in partibus ejus mutarunt. Si autem hæc opinio nec cogitanda quidem tanquam impia ſit, patet, quod illa inhibuit & apoſtolus & Dionyſius docere, ſapere, evangelizare & cogitare, quæ falſa, fideique catholicæ contraria ſunt. Quod ſi falſa inhibent, nos autem eorum auctoritates tanquam æquivalentes decretis conciliorum producebamus, pa- D tet, quod etiam decreta patrum falſa inhibent ne ſymbolo addantur, non autem quæ vera ſunt. Itaque in ipſo primo congreſſu, & primo die convicti & profligati fuiſſemus. Cum autem hæc ego ſenſiſſem rationibus prædictis, vix ei perſuaſi, ut illas auctoritates non proponeret. Ex iis itaque licet illius hominibus & ingenii ejus ſubtilitatem judicare, & quale ei judicium in ſublimioribus ſit, ſi hæc res cum tam manifeſta latebat. Hæc autem dico non ejus reprehendendi cauſa; longe enim ab hoc abſum; ſed ut auditores admoneam, ut ſibi ab ejus ſermonibus caveant. Diſcutientes igitur hanc quæſtionem, & de ea publice cum Latinis diſputantes, dum in principiis & cir- E ca procœmia eſſemus, nos videbamur ſuperare: nondum enim aliquid dignum, quod ad propoſitam rem faceret, dictum a Latinis fuit. Quando (etſi abſque arrogantia dictum) potiores ad hanc rem ex parte noſtra productæ rationes, a me & inventæ & dictæ fuerunt, teſtes ſunt qui adfuerunt. Cum autem ſucceſſerit in ſermone optimus ille vir Julianus ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinalis ſancti Angeli digniſſimus, multa & quidem potiſſima in medium adduxit, quibus propoſitam quæſtionem ita clare & ſufficienter probavit, demonſtrando licere veritatem

ſemper



A ſemper addere fidei ſymbolo, præſertim cum neceſſitas cogat, & auctoritas ſummi pontificis accedat, ut nihil nos, quamquam diu multumque cogitaverimus, contradicere potuerimus. Quæ cum multa fuerint, illa tamen quæ memoria teneo, hic exponam, ut etiam hujus rei veritatem intelligas. Sed ante hæc ſummam noſtrarum rationum & potiſſimam audi. In fine decretorum cujuslibet ſacri œcumenici concilii, a tertio inchoando, de verbo ad verbum ſic habetur: His lectis determinat ſancta ſynodus, nulli licere aliam fidem proferre, aut componere, aut ſapere, aut docere aliter: qui vero hoc audeant facere, clerici priventur, laici anathematizentur. Hujus ſententiæ & horum fere verborum B omnes aliæ inhibitiones ſunt. His nos auctoritatibus tanquam irrefragabilibus nitebamur, dicentes nec ipſam veritatem licere addere; cum ex dictis ſanctorum prædictis inhibitum ſit, ne liceat. Contra noſtram poſitionem inter multas rationes ex parte Latinorum introductas, hæ quoque fuerunt.

## CAPUT III.

*Rationes Latinorum, quibus probatur, quod licet veritatem addere ſymbolo.*

C QUODLIBET concilium non ſolum proferre aliam fidem inhibet, ſed & componere. Si igitur per hoc, quod dicit, aliam fidem, intelligit aliis verbis, eidem tamen ſententiæ compoſitam fidem, ſeu ſymbolum, accidet quod omnes qui idem ſymbolum diverſis quidem verbis, ſententia tamen eadem compoſuerunt (quod quaſi omnes doctores ſancti cum fidem catholicam profitentur, fecerunt) ſub anathemate erunt. At hoc non ſolum falſum, ſed etiam blaſphemia eſt dicere. Igitur non prohibetur aliis verbis conſonis veritati eamdem exponere fidem, ſed contrariam & diverſam componere, hoc prohibitum eſt. D Item quartum concilium ipſum etiam ſapere & docere aliter anathemati ſubjicit. Si igitur ſapere vel docere, vocabulis quidem diverſis, conſonis tamen veritati, prohibet, ſub anathemate ſunt omnes, qui fidem orthodoxam, quibus potuit unuſquiſque verbis, docuerunt. Unuſquiſque enim ſanctorum diverſis vocabulis eam fidem prædicavit. At cum hoc inconveniens ſit dicere, non diverſitatem vocabulorum, ſed ſententiarum contrarietatem prohibet: præſertim cum ipſum ſapere ad ſententias, non ad vocabula referatur.

Præterea ſextum concilium eadem ipſa quæ & quartum dicit, & inſuper inhibet, ne quam vocem inanem, aut vanam alicujus di- E ctionis inventionem quis introducat ad pervertendum quæ a ſe determinata ſunt. Ex quibus manifeſte apparet illa vocabula inhibita eſſe, quæ ad pervertendum dogmata patrum introducuntur, non quæ ad corroborandum. Amplius tertium concilium ſtatuit, nec licere aliam fidem proferre, præter eam quæ in Nicæno concilio edita fuit, & eos qui hoc auderent, anathemati ſubjecit. De ſymbolo vero per ſecundum concilium edito, quo tota eccleſia utitur, nullam facit mentionem. Si igitur ideo non fecerant de eo mentionem, quia aliud &

A diverſum a fide Nicæni concilii illud putarunt; peccamus nos, & quidem mortaliter, qui omiſſo totaliter ſymbolo Nicæno, præter quod nullam aliam fidem proferre ſtatuerunt patres, ſecundi concilii utimur ſymbolo, illud legentes, illud docentes, illud & privatim & publice proferentes: & hac ratione ſub anathemate ſumus. Quod ſi ideo ſilentio illud prætererunt, quoniam idem eſt per omnia ſymbolo Nicæni concilii, eademque fides in utroque continetur, niſi quod manifeſte apparet verbis non eſſe idem: his enim maxime differt, plures additiones, plures etiam diminutiones habens. Eſt igitur idem ſententiis, qua de cauſa & primi & ſecundi concilii ſymbolum, tanquam unum putarunt tertii con- B cilii patres. Quare omne etiam ſymbolum quibuſcumque compoſitum verbis, eamdem ſententiam quam & Nicænum continens, idem eſt illi: nihilque contra hoc facit, cum dicitur, non audere tradere aliud ſymbolum: aliud enim intelligendum eſt, quod contrariam veritatis ſententiam continet. Siquidem ſecundi concilii ſymbolum tantum a Niceno differens quoad verba, idem tamen cum primo, non aliud judicatum eſt a patribus.

Item unumquodque concilium poſt lectionem totius ſui decreti, non ſymboli ſolius, ſed totius decreti, ait: His lectis determinavit ſancta ſynodus, nulli licere aliam fidem proferre. Patet autem, quod cum dicat, his lectis, totum de- C cretum intelligit. Igitur & quod ſequitur, aliam fidem non licere proferre, ad totum decretum ipſum quoque refertur, videlicet non licere proferre aliam fidem præter ea quæ in toto decreto, non ſolum in ſymbolo continetur. At quoad verba quartum concilium aliud quam tertium, quintum aliud quam quartum, & ita cetera conſcripſerunt. De tota igitur fide & ſententiis, non verbis, hic ratio eſt.

Item ſeptimum concilium non omnino facit aliquam ſymboli vel primi vel ſecundi mentionem, ſed ſimpliciter decreto ejus edito, in fine addit: His nihil eſt addendum, nihil ab eis auferendum. Quod ſi quis vel addat, vel auferat quidquid ab hac fide, anathema ſit. Manifeſtum igitur eſt, D quod de fide contraria & falſa inhibet: non enim prohibet, ne eccleſia decreta, cum res exigit, edere poſſit.

Præterea quæ corde credimus ad juſtitiam, eadem ore quoque confiteri ad ſalutem debemus: aliter imperfecta nobis fides eſſet. Confitenda enim eſt coram hominibus fides, ſi deſideramus promiſſa præmia. At verum neceſſe eſt ſapere: igitur & confiteri idem neceſſe eſt.

Amplius in actis quarti concilii in prima ſeſſione primo quidem legit Eutyches Nicænum ſymbolum, deinde idem hæreticus infert, quod de hac fide Nicæna videlicet decrevit Epheſina ſynodus, eum qui præter hanc quidquam addat, cogitet, aut doceat, reum eſſe pœnis E quæ ibidem continentur. At Euſebius epiſcopus Doryleníis, qui ſe zelo fidei accuſatorem hujus hæretici conſtituerat, cum hæc audiſſet, exclamavit dicens: Non eſt tale decretum, non eſt canon qui hoc jubeat; mentitus eſt. Patres vero concilii ſexcenti & triginta numero, his auditis, Eutychen condemnarunt, nolentem ſapere atque credere aliqua alia, quæ in Nicæno ſymbolo non contineantur explicite. Alia vero dico numero, non ut contradictoria, vel contraria: quo fit, ut illas additiones putaverint inhibendas eſſe, quæ contrariæ & oppo-





ſitæ

ſitæ veritati ſunt, non illas quæ ſunt conſentaneæ. Quod enim Chriſtus ex duabus & in duabus naturis abſque confuſione permanſerit poſt carnis aſſumptionem, quod Eutyches negabat, quamquam aliud eſſe a Nicæno ſymbolo, aliud vero non ſententia, ſed verbis; tamen cogebant Eutychen, ut hoc crederet. Igitur manifeſte apparet, non ſimpliciter aliud, ſed contrarium inhibuiſſe ſanctos doctores. Animadverte namque, quod ipſamet verba tertii concilii, quæ nos proferimus, nulli videlicet licere aliam fidem proferre, hæc eadem Eutyches pro ſe producebat: epiſcopus vero Dorylenſis & totum concilium, Non eſt talis canon, exclamarunt, qui hoc jubeat: & illum condemnarunt tanquam non recte intelligentem hunc canonem. Exponebat enim eum, quemadmodum & noſtri, omne aliud ſimpliciter, etiamſi eſſet differentia verbalis, putans inhibitum eſſe. Quam expoſitionem ſynodus refellit, non negans hæc verba in canone Epheſino contineri: aliam tamen fidem putans, quæ contraria veritati, non quæ verbis differens, ſententiis concors & conſentanea ſit.

Item in libro canonum conciliorum, quos noſter Zonaras exponit, in eo, inquam libro eſt hæc inhibitio tertii concilii: His videlicet lectis determinavit ſancta ſynodus; & eſt inter ejuſdem concilii canones ſeptimus numero: ante hunc eſt alius ejuſdem concilii canon numero ſextus, qui communione privat eos, qui auderent aliquid eorum permutare, quæ a ſynodo acta ſunt. In ſeptimo autem canone videlicet inhibitionis, anathematizantur qui transgrediuntur canonem, & aliam prædicant fidem. Quærit igitur Zonaras, quare ſancti patres in ſexto canone communione dumtaxat privant transgreſſores, in ſeptimo vero anathemati eos ſubjiciunt: hanc vero quæſtionem his verbis ſolvit. Multum intereſt, inquit, inter contradicere & dubitare de aliqua re. Ideo qui dubitat de his quæ jam recte a patribus ſtatuta ſunt, excommunicatione innodatur, & communione privatur: qui vero eis contradicit, tanquam contraria ſapiens, anathematizatur. Quare iſte etiam commentator aliam fidem hic contradictoriam contrariamque apertiſſime & manifeſte nominat.

Item concilium in Trullo celebratum in primo ſuo canone dicit: Statuimus immutabilem abſque aliqua novitate ſervare traditam nobis ab ipſis miniſtris Verbi, qui eum oculis viderunt, apoſtolis videlicet ſanctis, & CCCXVIII. ſanctis patribus in Nicæa congregatis. Et conſequenter enumerat omnia concilia, & jubet fidem ab omnibus illis traditam immutabilem ſervari. Deinde infert: Quod ſi quis prædicta pietatis dogmata non teneat, & eis aquieſcat, & ita ſapiat, & prædicet, ſed eis contraire conetur, anathema ſit ſecundum canones a prædictis ſanctis patribus jam editos, & a Chriſtiano conſortio tanquam alienus pellatur & projiciatur. Nos enim nec addere, neque auferre quidquam omnino vel cogitamus, vel poſſumus, canones prædictos ſequentes. Hic canon manifeſte declarat tertii concilii decretum, & aliorum, quæ inhibent, ne quis aliam præferat fidem, cum dicat: Quod ſi quis contraire patrum dogmatibus conetur, anathema ſit ſecundum canones jam ab eis editos, hos videlicet, qui inhibent aliam fidem. Hæc igitur de[illegible] contrariam fidem prohibentia, & quod inferunt: Nos enim nec addimus, nec auferimus aliquid: in fide videlicet intelligunt, non in ſymbolo. Symbolum enim hæc ſynodus non inſeruit in ſuo decreto, ſed fidem exponens & dogmata ſanctorum patrum & omnium conciliorum, infert, nec addere, nec auferre quidquam cogitamus; & ratio, quia canones prædictos ſequimur; ita ut clare pateat, cum dicat, nec addere, nec auferre licere, non verbales additiones & ablationes, ſed contrarium ſententiarum & falſi ſenſus inhibere. Per hunc igitur unum canonem ſolum, quem non ratio noſtra inducit, non aliquis privatus homo commentatur ſimpliciter, ſed quem una ſynodus tot patrum conventus compoſuit, & aliorum ſimilium patrum mentem exponunt. Apertiſſime & manifeſtiſſime ſolvitur quæſtio non contendere volentibus. Voluiſſem liceret longius evagari, vidiſſes profecto multas ſimiles rationes, & quidem potiſſimas. Cum vero & quæ dicta ſunt, ita clare hanc quæſtionem decidant, ut illi quidem qui veritatem diligat, & abſque contentione quæ dicta ſunt audiat, ſatis ſuperque ſint; contendere vero volenti nec multo plures ſatisfaciant: uno dumtaxat argumento Latinorum adhuc addito, ceſſabo de hac re plura dicere. Eſt autem hoc potiſſimum, & quod ſolum ſufficiat ad redarguendum errorem noſtrorum. Nos aſſerimus, quod primum tertium concilium hanc inhibitionem decrevit, ut paulo ante dixi, quando etiam cauſam, quare hoc diximus, manifeſtavi, quæ eſt, quod cum ſecunda ſynodus plura addiderit, pluraque abſtulerit a ſymbolo Nicæno, ſi aſſereremus ante ſecundum concilium hanc inhibitionem fuiſſe, ex duobus unum ſequeretur, neceſſe eſſet; aut transgreſſionis canonum ſanctos ſecundi concilii patres accuſare, & ſub anathemate fuiſſe; aut cum hoc non ſolum abſurdum, ſed etiam blaſphemia ſit dicere, non omnem verbalem additionem, ſed ſententias falſas atque contrarias, ne addantur, inhibuiſſe. Quare cogimur dicere poſt ſecundam ſynodum hanc inhibitionem factam fuiſſe, non antea. Igitur ſi quis e converſo oſtendat, quod ante ſecundam ſynodum hæc inhibitio fuerit; & iiſdem fere verbis, quibus tertium concilium uſum eſt, colligetur duorum ſupradictorum alterum, & cum ſecundi concilii patres transgreſſores canonum dicere blaſphemia ſit, reſtat ut ſecundum ſit verum, videlicet non id intelligere illam inhibitionem, quod noſtri putant, ſed contrariam fidem inhibere. Hoc igitur nobis oſtenderunt Latini. Probatum eſt etenim ab eis, primam Nicænam ſynodum hanc inhibitionem feciſſe, iiſdem ipſis verbis, quibus & tertium & alia concilia ſcripſerunt. Probarunt autem hoc modo: ita ſtudioſi & diligentes in omnibus actibus ſuis ſunt Latini, prout & tua nobilitas ſcit experta in multis eorum ſapientiæ, ut non ſolum in divinis, verum etiam in humanis & civilibus rebus nihil eos de priſcis geſtis vel ſcriptis latet. Quare in unaquaque etiam civitate reperies in eorum archivis multa * antiquiſſimis geſtis eorum conſcripta. Hoc etiam in catholica eccleſia, aliiſque piis locis ſervatur. Multa enim acta pontificum, multæque conciliorum epiſtolæ & canones extant. Produxerunt igitur nobis in antiquiſſimo libro membraneo epiſtolam Liberii papæ ad beatum Athanaſium Alexandrinum patriarcham, quæ incipit: Jam a principio tantam accepimus a beatiſſimo Petro principe apoſto-

* ſ. de antiquiſſ.



lorum: in qua poſt pauca dicit, accepiſſe epiſtolam ſancti Athanaſii, & eam legiſſe. Deinde addit: Cum autem fidem Nicæni concilii in ea rectam reperiſſemus, magnas gratias vobis retulimus, pro qua non ſolum compati vobiſcum, & perſecutionem pati parati ſumus, ſed cum neceſſitas exigat, etiam mori pro nomine Chriſti non poſtponemus, quantumcumque ſumus imbecilles. Prædicta namque, ut legimus, ſancta decrevit Nicæna ſynodus, aliam fidem nulli licere proferre, aut conſcribere, aut componere, aut ſapere, aut aliter docere, nec aliquid in fide vel intelligere, vel proferre, quod horum patrum decretis contrarium ſit. Qui vero audeat aliam fidem proferre, aut docere, aut aliud ſymbolum tradere illis qui ad viam veritatis ex quacumque hæreſi deſiderant converti, aut ex Judaiſmo, aut ex gentilitate, ſi epiſcopus vel clericus ſit, privetur epiſcopus epiſcopali dignitate, & clericus clero. Si vero monachus aut laicus, anathematizetur. Hæc nunc quidem actis primi concilii deperditis ignota nobis ſunt; tunc vero cum adhuc extarent, ſciebant & papa Liberius, & ſanctus Athanaſius. Hæc autem ſimilia ſunt omnino tertii concilii verbis. Quid igitur de ſecunda ſynodo & beato Gregorio Nazianzeno dicemus; qui cum huic concilio præſideret tanquam alios ſapientia excellens, hoc ſymbolum, quo nunc tota eccleſia utitur, conſcripſiſſe dicitur, in plurimis Nicænum mutans, ſi hæc inhibitio illam mentem quam noſtri dicunt, habet pro ſanctis patribus & doctoribus, heu ſeductores & deceptores facti ſunt & ſecundi concilii patres, & beatus Gregorius Nazianzenus, cui per excellentiam Theologus cognomen fuit. Sed abſit hanc blaſphemiam etiam cogitare. Non igitur nec prima, nec tertia, nec aliqua alia ſynodus hoc intelligit, cum hanc inhibitionem decernit, ſed manifeſte contrariam fidem inhibet.

## CAPUT IV.

*Concluſio, quod urgente neceſſitate, & judicio eccleſiæ, & auctoritate ſummi pontificis accedente, licet & neceſſarium eſt addere verbum ſymbolo.*

Per hæc itaque omnia, clementiſſime, luce clarius probatum eſt, non eſſe prohibitum veritatem addere fidei ſymbolo, imo vero declarare. Nullum enim veritatis dogma eſt, quod vel explicite non contineatur ſymbolo & ſimplici apoſtolorum traditioni. Declarare autem & replicare, ac ſymbolo addere, non ſemper videlicet, nec omnem volentem, ſed magna neceſſitate cogente, & cum eccleſiæ judicium & auctoritas ſummi pontificis acceſſerit, non modo non eſſe prohibitum, ſed etiam neceſſarium eſſe.

## CAPUT V.

*Continuatio narrationis eorum quæ in concilio facta fuerunt.*

His igitur, aliiſque ſimilibus per Latinos dictis, clementiſſime vir, nos cum nihil ad hæc reſpondere haberemus, (quid namque poterat aliquis contra talem veritatem impudenter dicere?) tacebamus. Latini vero probato, quod licet addere ſymbolo veritatem, conſequenter pollicebantur ſe probaturos, etiam dogma ſymbolo additum verum eſſe, videlicet, quod Spiritus ſanctus ex Patre Filioque procedit. At noſtri in primo convicti formidabant ſecundum certamen ſubire, illudque eis evenit, quod ego jam a principio prævidebam futurum, cum impediebam, ne ab hac quæſtione inciperemus. Timebant igitur, & nullo modo volebant amplius permanere: ſed quiſque deſiderabat diſcedere & reverti ad propria, nihilque aliud, niſi redeundum ad patriam, clamabant: & cum cauſam, curnam ita vellent, interrogarentur, reddere non valebant. Quid igitur dicemus Latinis interrogati, qua ratione in medio certamine, imo vero adhuc in principio: quæ enim huc uſque de non licere addere dicta ſunt, nihil ad rem ſunt. Qua igitur ratione nondum facto initio redeundum eſſet, dicere non habebant. Verum abſque ulla ratione vociferabantur, Redeamus, redeamus. Dicebant autem etiam inter ſe, quod ad eorum aures perveniſſet, Latinos poſſe in medium afferre plurimas multorum ſanctorum occidentalium auctoritates, quibus palam probatur Spiritum ſanctum ex Patre Filioque procedere. Quid igitur ad has reſpondebimus? diſcedamus, redeamus, abeamus. Audiſne patrum & doctorum ſententiam? Quoniam, inquiunt, multas auctoritates ſanctorum Latini afferre habent, ad quas nos reſpondere non habemus, diſcedamus ab eis. Vix tamen ſentientes abſurditatem ſententiæ ſuæ, & a ſereniſſimo imperatore perſuaſi ceſſerunt, & manere decreverunt. Interim res ipſæ de Ferraria in Florentiam acceſſum ſummi pontificis coegerunt, & inde illuc tranſlationem concilii. Abierunt igitur Latini, receſſimus etiam nos: & cum omnes jam appuliſſemus Florentiam, decreta fuit dies, in qua incipiendum atque continuandum erat concilium: & termino adveniente, rurſus nos accuſare Latinos incepimus. Quemadmodum enim in illa quæſtione, an liceat addere quidquam, nos accuſatorum, Latini vero reſpondentium tenuerunt locum, & ita reſponderunt, ut nil nos ad illa replicare potuerimus: ita etiam in ipſo dogmate nos quidem tanquam accuſantes propoſuimus, illi vero reſpondebant. In omnibus enim ad libitum noſtrum, & prout volebamus, ita facere nobis licebat: & tamen non pudet aliquos dicere, vim nobis illatam fuiſſe, quod nunquam fuit, teſte veritate, qui Deus eſt. Propoſuimus igitur ab ipſis apoſtolis & ſacris ſynodis incipientes, eorumque atque omnium orientalium doctorum auctoritatibus uſi, quibus probatur Spiritum ſanctum non quidem non procedere ex Filio: talem namque nullam auctoritatem habemus, quam tu etiam ſcis, præter illam Joannis Damaſceni, qui dicit, Spiritum Filii dicimus, ex Filio vero non dicimus. Aliæ vero auctoritates omnes hoc probant, dumtaxat quod Spiritus ſanctus ex Patre procedit. Has igitur nos afferentes in medium, putabamus probaſſe, falſum eſſe, quod ex Filio etiam procedat Spiritus ſanctus. Latini vero ad has quidem omnes auctoritates unam hanc reſponſionem communem dederunt, quod omnes videlicet veræ ſunt, & ita etiam eis videri: ſed etiam hoc idem credere, Spiritum ſanctum ſcilicet ex Patre procedere: hoc tamen non ut contrarium, nec ut contradictorium oppoſitioni auctoritatibus dicentibus eum etiam ex Filio proce-

cedere. Si enim altero illorum modorum illis opponeretur, tunc uno poſito, alterum perimeretur omnino: nunc vero nil prohibet utrumque verum eſſe; videlicet quod ex Patre procedat, & quod ex Filio. Quemadmodum ſi dicamus Spiritum ſanctum mitti ex Patre, alius vero dicat eum ex Patre & Filio mitti: utrumque verum dicetur, alterum non repugnat alteri. Si igitur ſancti patres dicerent, vel quod Spiritus ſanctus ex ſolo Patre procedit, vel quod ex Filio non procedit, tunc falſa noſtra eſſet fides. Cum autem neutrum horum nondum aliquis ſanctus dixerit, iſtud quod dicunt, ex Patre eum procedere, non perimit quod nos dicimus, ex Filio etiam eum procedere. Et hæc quidem ad noſtras reſponderunt auctoritates. Ad illam vero Joannis Damaſceni auctoritatem nihil reſponderunt, cum nec nos eam propoſuerimus. In fine tamen hujus operis, illius quoque ſolutionem tua gratia his apponam; deinde Latini tanquam a principio incipientes, plura ac varia pluribus in ſeſſionibus argumenta dixerunt a ſancta ſcriptura & eccleſiæ doctoribus, minores ut plurimum propoſitiones habentes, quibus probarunt, Spiritum ſanctum ex Patre Filioque procedere. Et tandem auctoritates patrum attulerunt, quibus clare & palam hujus dogmatis veritas apparet. Attulerunt vero non ſolum occidentalium patrum teſtimonia, quorum aliqua quæ mihi viſa fuerunt magis ad noſtrum propoſitum facere, tibi cum his ad præſens mitto, ut intelligas quid de hac re ipſi etiam occidentales doctores ſapiunt. Ad quæ nos nihil reſpondere habebamus, niſi quod corrupta ſint, & a Latinis corrupta fuerunt. Produxerunt noſtrum Epiphanium, multis in locis ex Patre & Filio clare dicentem eſſe Spiritum ſanctum: corruptum fuiſſe dicebamus. Allegarunt Cyrilli nonnulla, & aliorum: idem ajebamus. Adduxerunt occidentalium doctorum auctoritates: omnis noſtra reſponſio eadem, & nulla alia erat. Cum igitur multis diebus inter noſipſos conſideraremus, quidnam ad hæc reſpondendum eſſet, nullam aliam reperiebamus reſponſionem, præter prædictam: illam vero tanquam levem & a cunctis deridendam in medium afferre non videbatur. Primo, quia ex antecedentibus & ſequentibus hæc opinio videbatur de mente eſſe ſanctorum. Deinde plurimis libris & antiquiſſimis idem habentibus, non erat facile ea calumniari; præſertim cum nullum nos librum alium haberemus, non Latine, non Græce ſcriptum, qui aliter auctoritates prædictas ſcriptas haberet, quam Latini dicebant. Præterea nos alios doctores contrarium dicentes producere non habebamus; eoſdem occidentales aliter alibi dicentes probare minime poteramus: naturalibus rationibus eos oſtendere falſa dicere, minime erat poſſibile. Cum igitur nullam nobis reſponſionem, quæ digna eſſet, relictam videremus, tacuimus, per multoſque dies non convenimus cum Latinis. Verum fuerunt qui ſubtilitate ingenii aliam invenerunt reſponſionem; non eſſe mirum ſcilicet, ſi in aliquo ſancti tanquam homines erraſſent: & ideo occidentales etiam doctores in hoc articulo de proceſſione Spiritus ſancti erraſſe, mentitoſque fuiſſe. Hoc autem quod totam fidem noſtram evertat, clare patet. Si enim fides noſtra a dictis doctrinæ ſanctorum pendet, ii vero circa veritatem errant, tota noſtra fides evertitur. Propter hæc omnia merito [illegible] eſt unio, & omnes [illegible] violentia, ſponte & voluntarie huic rei conceſſerunt. Qui vero concedere noluerunt (fuerunt autem duo, & non plures) cum omni libertate ſine aliqua oppreſſione in ſuo arbitrio relicti, cum honore & caritate ſumptibus eccleſiæ Romanæ ad propria remearunt. Si vero juſte & recte ſecuta fuerit unio, cum videris & perlegeris auctoritates ſanctorum, quas tibi nunc mitto, ipſe judicabis. Quis namque Chriſtiano inſignitus nomine non ſequeretur eos, & dictis eorum, tanquam a Spiritu ſancto editis, non crederet? Dico tam occidentalium, quam orientalium patrum, quos conſona dicere, eamdemque veritatem exprimere verbis differentibus firmiter tenendum eſt, prout in dogmatico ſatis probavi. Ipſæ igitur auctoritates ſolæ per ſeipſas ſatis tibi & aliis erunt, clementiſſime vir, ad omnem ambiguitatem tollendam, & omne dubium auferendum a quacumque anima non contentioſa. Etenim me etiam non ſyllogiſmi, nec demonſtrationum neceſſitas, non argumentationum vis, ſed ipſæ nudæ auctoritates doctorum ad credendam hanc veritatem induxerunt. Cum enim vidiſſem & audiviſſem eas, ſubito omni contentione & contradictione poſtpoſita, acquievi auctoritati dicentium. Judicavi namque ſanctos patres Spiritu ſancto loquentes non potuiſſe a veritate diſceſſiſſe. Quare non ſolum acquievi, verum etiam gratias egi ſalvatori noſtro, qui mihi donavit & audiviſſe & intellexiſſe, quæ nunquam ante audivi. Nullus enim noſtrorum unquam credidit, tot auctoritatibus doctorum propoſitam quæſtionem poſſe probari. Et tibi igitur, cui cor humile & anima veri appetens eſt, aliis quoque Chriſtianis tibi ſimilibus, hæ ſolæ auctoritates, ut paulo ante dixi, ſatis erunt. Cum vero etiam aliquas rationes & probationes a me petieris, tua gratia hæc quoque quoad potero breviter faciam, a ſacra ſcriptura & doctorum auctoritatibus arguens, quod etſi in ſermone quem de unione edidimus, factum ſit, ſatis tamen hic etiam idem faciam, aliquaſque rationes in medium afferam. Sed antequam ad eas deſcendam, neceſſe eſſe puto aliqua præſupponere, ut ea quæ ſequentur, clarius intelligantur.

## CAPUT VI.

*Præſuppoſita ad argumenta probantia, Spiritum ſanctum etiam ex Filio procedere. Et primo, quid ſit paternæ perſonæ conſtitutivum.*

Cum unicuique enti ſit quædam forma communis, ſit item alia propria qua conſtituimur, & eſt hoc aliud: quemadmodum hujus hominis, utputa Petri, una cum forma communi, quæ eſt humanitas, ſecundum quam dicitur homo, eſt etiam alia propria forma, per quam dicitur hic homo, Petrus videlicet, vel Paulus, quod & incommunicabile alteri eſt (propter varias opiniones de principiis individuationis, etiam hic varia ponuntur; & cum dicimus, aut corpus eſſe propriam alicujus formam, hoc non intelligimus ſimpliciter, ſed ſolum ſecundum quamdam ſimilitudinem.) Hæc autem eſt anima ejus, vel corpus, aut aliquid aliud, quod eſt ei principium individuationis. Quemadmodum eſt etiam de Deo & Patre, quænam ſit propria ejus forma perſonam ejus conſtituens: eſt enim ei communis ad Filium & Spi-



Spiritum divina ac eſſentialis forma, quæ una & eadem numero in eis eſt, deitas videlicet, ſecundum quam unus eſt cum eis Deus: habet nihilominus aliam etiam propriam formam aliis perſonis incommunicabilem, ſecundum quam hoc aliquid, & perſona in ſancta Trinitate eſt. Quodnam igitur ſit, quærendum eſt. Et primo, an ſit ipſum ingenitum eſſe: at non videtur: hoc enim eſt negatio: nihil autem exiſtentium ſecundum negationem hoc aliquid eſt: ſed eſt ejus proprietas, quæ ſequitur jam conſtitutam ejus perſonam. Secundo, an ſit hoc, quod dicitur cauſa, ſive principium: nec tamen hoc verum eſt. Nam ſi hæc eſſet conſtitutiva ejus forma, cauſa ſive principium potius quam Pater diceretur. At ab omnibus doctoribus communiter Pater nominatur. Item cum cauſa, ſive principium univerſale quiddam ſit, hoc dictum eſt ſecundum illos philoſophos, qui tenent univerſalitatem fieri per intellectum. Si tamen diceretur univerſalia nullo modo ab intellectu dependere, adhuc non eſſet dicendum, quod illud commune principium eſſet alicujus perſonæ formaliter conſtitutivum, cum communicabile nulli det formaliter eſſe incommunicabile, quod facit erga perſonam formale ipſius conſtitutivum & tam de Patre, quam de ſpirante prædicetur, intentio quædam eſt, non res: quod autem eſt tale, eſt non ens: non ens autem non eſt conſtitutivum ejus qui ſuper omne ens. Reſtat igitur aut paternitatem ſolam, aut ſpirationem ſolam, aut ambas conſtitutivas eſſe perſonæ paternæ: at ambas impoſſibile eſt eſſe iis rationibus. Si enim ambæ conſtituerent Patris perſonam, aut ita ambæ ſimul; & ſi quidem utraque per ſe conſtitueret, duas formas Pater haberet, & conſequenter duæ perſonæ eſſent. Hoc quod diximus patet. Cum enim illæ ſint rationes diſtinctæ, ſi quælibet earum eſſet perſonæ conſtitutiva, cum conſtitutivæ formaliter diverſæ ſint reſpectu diverſorum conſtitutorum, ſequitur id quod diximus, tanquam duas perſonales formas habens, quemadmodum ſi quis homo duas haberet animas; quod abſurdum eſt. Quod ſi non utraque per ſe, ſed ambæ ſimul; neque qui diceret Patrem ſolum, ſignificaret perſonam paternam, neque qui diceret ſpirantem; hujus tamen totum contrarium eſt in uſu: omnes enim doctores & omnis ſcriptura cum dicunt Patrem, divinam ejus perſonam ſignificant: noſtri etiam cum dicunt ſpirantem, ipſum Patrem ſolum putant ſignificare. Igitur nec ita ambæ ſimul ſunt conſtitutivæ perſonæ, ut utraque nullo modo, ſed ambæ ſimul conſtituant; nec ut utraque per ſe conſtituat. Sed neceſſario alterum quidem ſolum conſtituit perſonam, alterum vero ſequitur jam conſtitutam perſonam. Reſtat igitur aut paternitatem eſſe conſtitutivam & propriam Patris formam, ſpirationem vero ſequi eum jam conſtitutum; aut e converſo ſpirationem eſſe conſtitutivam perſonæ paternæ, paternitatem ſequi perſonam jam conſtitutam. At ſi ſpirare quidem conſtituit, paternitas vero & ipſum generare ſequitur, abſurdum quid, & quod præter omnium doctorum traditionem eſt, ſequitur: quod tale quidem eſt. Prima & immediata cujuſque operatio ab ejus conſtitutiva forma prodit, omnes autem aliæ operationes per hanc primam videlicet operationem; ut puta ex anima, quæ eſt conſtitutiva Petri forma, prima & immediata operatio ejus prodit, quod eſt vivere? deinde per eam, ſcilicet tanquam per cauſam ſine qua non, omnes aliæ operationes prodeunt, ſpeculari videlicet, docere, texere, &c. Per vivere namque, quæ eſt prima & immediata ejus operatio, omnes aliæ efficiuntur. Si igitur & perſonæ paternæ ipſum ſpirare eſſet conſtitutiva forma, eſſet ſpiratio quidem prima ejus & immediata operatio: per hanc autem generaretur Filius, quo fieret ut non Spiritus per Filium procederet, ut theologi aſſerunt, ſed Filius per Spiritum generaretur. Quæ cuncta veritati contraria, & patrum traditionibus, & communi eorum uſui ſunt. Et cum hæc abſurda ſint, reſtat paternitatem conſtituere perſonam paternam, & hanc ejus eſſe incommunicabilem formam; ſpirationem ſequi jam conſtitutam ejus perſonam. Non quidem ut accidens quod realiter ab eo cui accidit, diſtinguitur ut accidens, cum nihil in Trinitate ſit accidens. Verum ſecundum naturam & eſſentialiter, id eſt neceſſario & per ſe, tanquam quoddam ſui naturam & eſſentiam in eo neceſſario conſequens, & ipſum quidem generare primam & immediatam operationem perſonæ paternæ eſſe, ipſum vero ſpirare fieri per generare, non tanquam per principium, ſed per aliquid neceſſarium, quod præexigitur. Et hæc quidem prædicta ſint, tanquam ad quæ ſequuntur neceſſaria.

Item hæc etiam tanquam communia præſupponantur. Eorum quæ in Deo dicuntur, quædam ſunt communia omnibus perſonis, ut bonus, ſapiens, & omnia abſoluta: ſimiliter omnes negationes quæ per excellentiam reſpectu ad creaturam de eo dicuntur, ut inviſibile, incomprehenſibile, & hujuſcemodi; item quæcumque relationem ad creaturam ſignificant, ut creator, judex, & ſimilia. Hæc itaque communia ſunt omnibus perſonis: quædam vero ſunt propria, & horum quædam ſunt propria duabus perſonis comparatione ad reliquam, quemadmodum Filio & Spiritui a principio eſſe, Patri & Filio mittere Spiritum: hic capitur mittere, ut importat relationem originis inter mittentem & miſſum, & per conſequens diſtinctionem realem: aut quod Spiritus dicatur Patris & Filii. Quædam propria unius perſonæ, & horum rurſus quædam ita propria perſonalia ſunt, ut etiam conſtitutivæ ſint, ut paternitas, filiatio, ſpiratio paſſiva. Quædam etſi uni ſoli inſunt, non tamen conſtitutiva perſonarum ſunt, ſed quædam notiones; quemadmodum Patri notionale ingenitum eſſe: ingenitum capitur hic pro improducto. Hæc igitur trium perſonarum communia perſonalia ſunt, nec illa, quæ duabus comparatione ad tertiam propria ſunt; nec illa, quæ uni quidem propria ſunt, ſed ita propria, ut notionalia, & ſequentia: illa vero ſola ſunt perſonarum conſtitutiva propria, paternitas ſcilicet, filiatio, & paſſiva ſpiratio: quæ vero duabus propria comparatione ad tertiam ſunt, hæc notionalia ſunt duarum perſonarum. His præſuppoſitis probabimus, Spiritum ſanctum ex Patre per Filium, ipſo juvante, & ex Patre Filioque procedere.

## CAPUT VII.

*Argumenta probantia, Spiritum ſanctum ex Patre per Filium, & ex Patre Filioque procedere.*

PER primam & immediatam uniuſcujuſque operationem omnes aliæ operationes ejus fiunt, prima vero & immediata Patris operatio eſt generare: per generare igitur ſpirandi actio fit, & ex Patre per Filium Spiritus ſanctus procedit. Quod autem velit hoc, quod dicimus per Filium, & quod ipſum per cauſam, ſive principium medians ſignificet, ex hoc non B intelligimus, quod Filius ſit principium medians quantum ad ſpirare, ita quod Pater non immediate ſpiret Spiritum ſanctum, ſed ſpiret eum mediante Filio, tanquam cauſa ſecundaria, ſicut Deus movet cœlum intelligentia mediante. Tenemus enim cum Auguſtino, quod Spiritus immediate ab utroque procedit: ſed intelligimus quod Filius, qui eſt Spiritus principium, eſt medians quantum ad eſſe inter Patrem & Spiritum ſanctum, cum prius naturaliter intelligatur a Patre productus, quam Spiritus ſanctus ab utroque, ut ſufficienter in ſermone de unione probavimus.

Item Spiritus ſanctus aut ex ſolo Patre procedit, aut non ex ſolo Patre: inter contradictoria namque nihil eſt medium. At non poteſt dici quod ex ſolo Patre procedat: igitur non ex ſolo Patre. Quod ſi non ex ſolo Patre, igitur etiam ex Filio: Quod autem non ex ſolo Patre procedat, probatur. Primo quidem nuſquam reperitur hoc dictum, neque apud ſcripturam canonicam, neque apud doctores. Quod vero non fuit ab aliquo iſtorum dictum, non eſt audendum dicere. Deinde cum ſpirare non prima, nec immediata ſit eſſentialis actio Patris; fit per primam, ut dictum eſt. Accipitur hic (per) prout importat habitudinem cauſæ ſine qua non: quia ſpirare neceſſario præſupponit generare, non prout importat habitudinem principii; quia generatio non eſt principium ſpirationis, cum ſpiratio Filio conveniat, cui non convenit activa generatio, quæ eſt ipſum generare & generatio: quare neceſſe eſt, ut Filius etiam hac operatione participet, & per eum Spiritus ſanctus procedat. Cum enim omnia ſint communia Patri & Filio præter conſtitutivas perſonarum proprietates, communis ei erit vis etiam ſpirandi, quæ naturalis quidem Patri, non tamen conſtitutiva perſonæ ejus eſt, ut dictum eſt. Quare Spiritus ex Patre & Filio, vel ex Patre per Filium procedit. In theologia namque, per, ab, ex, nihil differunt. Quod ſi quis dicat, communem ergo licet Spiritui etiam ſancto hanc vim ſpirandi eſſe; vim ſpirandi, id eſt activam ſpirationem, ſive divinam naturam conjunctam activæ ſpirationi tanquam eſſentialem & naturalem: omnia enim eſſentialia ipſi quoque communia ſunt. Diſcat is, hoc impoſſibile eſſe, eo quod opponitur ejus proprietati: non enim poteſt idem ſui ipſius eſſe principium. Unaquæque enim divinarum perſonarum manens in eodem quod eſt, & ſuam proprietatem perſonalem ſervans, communia etiam invicem habet omnia eſſentialia. Manens enim Filius in eo quod Filius eſt, ut beatus Baſilius ait, habet omnia quæcumque & Pater. Similiter Spiritus etiam manens in eo quod Spiritus eſt, habet omnia quæcumque & Pater & Filius. Proprietati itaque ejus oppugnat ſui ipſius principium eſſe; & ideo ſpirationem activam habere non poteſt. Sed dicet aliquis fortaſſe, quod ſi non ſit ei communis ſpirandi vis, erit ei ſaltem communis generativa potentia; quemadmodum Filio ſpirativa. At non lateat cum hoc etiam impoſſibile eſſe: primo quod cum generandi potentia, id eſt actualis generatio conſtitutiva ſit perſonæ paternæ, & incommunicabilis alteri, ut probatum eſt, impoſſibile eſt alteri perſonæ eam eſſe communem, quemadmodum eſt Filio ſpirativa. Deinde quia implicat contradictionem. Si enim idem generaret Filium, & procederet ex eo, eſſet ad idem & B principium, & quod eſt a principio; quod eſt contradictio. At ideo, dicet quiſpiam, hoc inconveniens ſequetur; quia præſupponitur Filium ſpirare Spiritum. Quod ſi non præſupponeretur, licet ſolum quod Spiritus cum Patre generet Filium, non relinquetur huic inconvenienti locus. Cur enim non potius Spiritus cum Patre generet Filium, quam Filius cum Patre ſpiret Spiritum? Si quis hæc dicit, primo quidem ſe ſciat quærere, quæ nemo unquam nec cogitare quidem auſus eſt. Deinde potentia, id eſt actualis generatio quidem generativa præcedit ſpirandi potentiam tanquam prima & immediata patris operatio, ut probatum eſt; & ideo non poteſt eſſe communis Spiritui: ſpirandi vero potentia C cum ſequatur Filii generationem, & per ejus generationem, ut probatum eſt, fiat, non impoſſibile, imo neceſſarium eſt, ut ſit ei communis cum Patre. Quod ſi quis rurſus propter hæc dicat: Igitur minor eſt Spiritus ſanctus & Patre & Filio, ſi quidem Pater generat Filium, & ſpirat Spiritum: Filius & ipſe cum Patre ſpirat Spiritum, Spiritus vero nec Filium generat, nec ſeipſum, nec alium Spiritum ſpirat. Vana ratio ejus eſt, & contra ſeipſum, qui hæc dicit, concludit. Si enim nullius perſonæ principium eſſe, imperfectionis & minutionis ſignum in Trinitate putandum eſſet, pauciorum quoque perſonarum cauſam eſſe, imperfectionis eſſet. Filius igitur cum unius perſonæ dumtaxat, videlicet D Spiritus principium ſit, minor eſſet hac ratione Patre, qui ambarum perſonarum eſt principium. At hoc inconveniens eſt etiam ſolum cogitare. Igitur illud quoque ſimiliter abſurdum eſt. Principium enim prout eſt actui conjunctum, vel a principio eſſe, cum de perſonalibus proprietatibus ſit, neque majus, neque minus alterum altero vel eſſe, vel dici facit.

Item ſi vis, id eſt actualis generatio generandi atque ſpirandi, id eſt actualis ſpiratio ita eſſet propria perſonæ paternæ, ut utraque per ſe conſtitueret ejus perſonam, uniuſcujuſque vero operationis principium eſt forma; duæ formæ (per formas intelligimus principia harum duarum operationum) eſſent principia. Sed unaquæque E forma, id eſt unumquodque principium operationis conſtitutivæ cum illa operatione aliquam perſonam conſtituit, ſicut eſſentia, quæ eſt principium generationis activæ cum ipſa generatione Patrem conſtituit, & ſic Pater eſſent duæ perſonæ. Hoc autem inconveniens eſt. Vis igitur ſpirandi, id eſt activa ſpiratio non conſtituit perſonam Patris. Quod ſi non conſtituit, communis igitur eſt etiam vel aliis perſonis, vel alicui earum: non utriſque ſimul, neque Spiritui ſoli, cum ipſe ſeipſum ſpirare non poſſit. Eſt igitur communis Filio. Spiritus igitur ex Patre Filioque procedit.

Item



Item communiter omnes doctores fatentur, A Spiritum ſanctum prodire ex Filio: hoc autem naturaliter intelligendum eſt; nihil enim in Deo eſt præter naturam, neque per accidens. Si igitur naturaliter & ſecundum naturam Spiritus ex Filio prodit, in divinis vero dupliciter poteſt aliquid ſecundum naturam prodire, aut per generationem, aut per ſpirationem: per generationem vero non prodit ex eo; eſſet enim Spiritus filius Filii: prodit igitur per ſpirationem, & ex eo procedit.

Quod ſi quis dicat: Dicere eum prodire a Filio, gratiam & operationem ejus in nos ſignificat: vanum hoc refugium eſt. Nam etſi gratia quadam nos participamus, & non ſubſtantia Spiritus (ſubſtantia namque Dei imparticipa- B bilis eſt) non tamen prodit ex Filio non ſubſiſtens gratia, ſed ipſa divina Spiritus perſona. Quod patet ex aliis clarioribus & apertioribus doctorum verbis, cum eum dicunt emanare, oriri, ſcaturire, eluceſcere a Filio. Quæ cuicumque non excæcato ipſam ſubſiſtentiam Spiritus, non participationem, nec temporalem dumtaxat emiſſionem ſignificant. Talis igitur perſonalis Spiritus ex Filio progreſſus, aut naturalis, aut ſervilis eſt; & cum non ſit ſervilis, neceſſario naturalis eſt. Naturalis vero ex Filio ſubſiſtentiæ Spiritus ſancti progreſſus quidnam aliud ſit præter ejus proceſſionem, neque fingere facile eſt.

Item Spiritum ſanctum ex ſubſtantia Patris C & Filii eſſe, & ex ſubſtantia eorum eſſe, communiter omnes orientales occidentaleſque patres clamant. At in ſancta Trinitate quod ex ſubſtantia alicujus eſt, ex perſona quoque ejus ſit neceſſe eſt. Igitur Spiritus cum ex ſubſtantia Filii eſſe dicatur ab omnibus doctoribus, ex ejus quoque perſona eſt: quod autem id quod eſt in Trinitate ex alicujus ſubſtantia, ſit etiam ex ejus hypoſtaſi ſive perſona, hinc patet. Subſtantia vel eſſentia, & hypoſtaſis, ſive perſona, in unaquaque divinarum perſonarum unum ſunt realiter, & ita unum, ut ratione tantum diſtinguantur. Si enim realiter ſubſtantia & perſonæ diſtinguerentur, eſſent profecto ſicuti tres perſonæ realiter, ita tres eſſentiæ vel ſubſtan- D tiæ; vel poneretur in Trinitate quaternitas rerum, tres videlicet perſonæ realiter diſtinctæ, & tres ideo res, & eſſentia, quæ quarta res eſſet a perſonis realiter diſtincta. Horum autem utrumque contra fidem eſt. Quare diſtinctio quidem hypoſtaſis & eſſentiæ, rationis eſt. Unitas vero realis, contra quam in nobis hominibus eſt: etenim in nobis unitas quidem naturæ, ſive humanitatis cum uniuſcujuſque perſona, rationis eſt. Diſtinctio vero realis eſt. Alia namque res eſt humanitas ipſa, alia hujus perſonæ individuatio. Quare quemadmodum ſumus multæ perſonæ, ita etiam multi homines. Quo fit, ut quod ſit ex natura ali- E cujus hominum, non neceſſario etiam ſit ex ejus perſona: in ſancta vero Trinitate e converſo eſt, ut dictum eſt. Unitas eſſentiæ & perſonæ eſt realis, diſtinctio vero rationis. Quare quod ex eſſentia alicujus perſonarum eſt, ex perſona quoque ejus neceſſe eſt eſſe. Si igitur Spiritus ex natura & eſſentia Filii eſt, ut in pleriſque locis tum alii doctores, tum vel maxime Cyrillus probat, ex perſona quoque ejus eſt. At noſtri ajunt, ideo hæc dicuntur a doctoribus, ut conſubſtantialitas eorum comprobetur, & ut oſtendatur Spiritus ejuſdem eſſe ſubſtantiæ cum Filio. Hoc autem quanto verius eſt, tanto magis pro Latinis facit. Tunc enim magis ejuſdem ſubſtantiæ Spiritus cum Patre & Filio eſt, cum ex eorum ſubſtantia perſoniſque eorum prodeat, hoc eſt, procedat. Dicatur enim clarius propter eos qui vim verborum ignorant. Nam ſi hoc ſolum conſubſtantialitatem ſignificaret, ut noſtri homines putant, diceretur etiam pater ex ſubſtantia Filii & Spiritus ſancti, vel Filius ex ſubſtantia Spiritus. Sed hoc nec auſus eſt, nec audebit aliquis dicere.

Præterea cum eſſentia nec generet, nec ſpiret ſecundum theologos, item etiam ſecundum philoſophos: & ipſi enim ubique dicunt operationes individuorum eſſe, non univerſa- B lium & generum. Me enim non homo ſimpliciter, ſed quidam homo genuit. Si igitur operationes individuorum, non univerſalium ſunt, nec ſubſtantiæ ſimpliciter, quid aliud intelligendum eſt, cum eſſentiam Filii audimus, & ex ea Spiritum prodire, niſi divinam ejus perſonam?

Amplius nec hoc nos lateat, quod qui hæc dicebant ſancti doctores, contra Arianos & Eunomianos ſe opponentes hæc dicebant. Qui Filium ex Patre, Spiritum ex Patre & Filio eſſe dicentes, ex ſubſtantia tamen eorum eſſe negabant; cum dicerent Filium etſi ex Patre, non tamen ex ejus eſſentia, ſive natura, ſed voluntate natum fuiſſe: Spiritum vero ipſum etiam ex C Filio, non tamen eſſentialiter, ſive naturaliter, ſed voluntarie. Quare Filium minorem Patre & alterius ſubſtantiæ, Spiritum minorem Filio & alterius eſſentiæ aſſerebant, treſque in divinitate ponebant eſſentias. Patres igitur & ſancti doctores opinionem eorum tanquam falſam refellentes, non ex Filio ſolum, ſed etiam ex ejus ſubſtantia conabantur Spiritum ſanctum eſſe probare. Similiter Filium non ex Patre ſolum, verum etiam ex ejus eſſentia. Conſidera ergo quomodo ad hoc, quod hæretici dicebant, ex voluntate, non eſſentia Filii Spiritum eſſe, ſe opponebant doctores, ex eſſentia Filii illum eſſe aſſeverantes: ad hoc autem, quod illi dicebant ex Filio eſſe, nullus contradixit, nec di- D xit non eſſe illum ex Filio, tanquam & ipſi hoc idem ſentientes, & dicentes eſſe ex eſſentia Filii: idem & ipſi intelligentes, ac ſi dicerent ex eſſentia & perſona ejus; & nos hoc idem dicentes. Item beatus quidem Baſilius in primo contra Eunomium, Filium ait ordinem habere naturalem ad Patrem, & qualem illud habet ad ignem, quod ex eo eſt, & cauſatum ad cauſam. Idem etiam Spiritum ſimilem ordinem ad Filium habere aſſeverat. Magnus vero Athanaſius & apertius ait, qualem ordinem & naturam habet Filius ad Patrem, talem ordinem & naturam habet Spiritus ad Filium. Et talis fit ſyllogiſmus: Talem ordinem & naturam habet Spiritus ad Filium, qualem Filius ad Patrem: ſed E Filius ad Patrem naturalem ordinem habet, qualem cauſatum ad cauſam; igitur & Spiritus ſanctus naturalem ordinem habet ad Filium, qualem cauſatum ad cauſam. Igitur Filius etiam cauſa, ſive principium eſt perſonæ Spiritus ſancti.

Item cum in naturalibus rebus omnis cauſa præcedat cauſatum tempore, cauſatum vero poſterius ſit ſua cauſa; ideo quidam admittentes cauſam & cauſatum in Trinitate, & præſertim Ariani & Eunomiani, ex humanis & naturalibus exemplis arguebant contra coæternitatem

Trinita-

Trinitatis; Filium poſteriorem Patre tanquam cauſatum ab eo, & Spiritum Filio poſteriorem tanquam cauſatum ab eo, probare volentes. Gregorius Nyſſenus eis contradicens, & coæternitatem trium perſonarum probare proponens, in primo ſuorum contra Eunomium librorum proportionem quamdam Filii ad Patrem, & Spiritus ad Filium facit; Patrem quidem dicens cauſalitatis ratione ſolum præintelligi ante Filium, non autem tempore; & ideo non poſſe ſequi, quod non ſint coæterni: Filium autem & ipſum præintelligi ante Spiritum ratione cauſalitatis, & non aliter. Ita ut clare pateat per hunc ſanctum doctorem, Filium cauſam eſſe Spiritus. Quemadmodum enim, inquit, conjungitur Patri Filius, ita & Spiritus conjungitur Filio: & rurſus, quemadmodum Pater præintelligitur ante Filium, non aliqua temporali diſtantia, nec realiter, ſed intentione, ratione cauſalitatis; ita & Filius præintelligitur ante Spiritum ſimiliter intentione, ratione cauſalitatis.

Item etſi in rebus humanis ſenſibilibus non omne exemplar alicujus cauſa etiam ejus eſt (in artificiatis enim exempla eorum non ſunt etiam effective cauſa eorum) attamen quod naturaliter eſt alicujus exemplar etiam in ipſis rebus humanis, cauſa eſt imaginis cujus exemplar eſt: multo igitur magis in divinis, ubi & omnia alia, & ipſum exemplar naturaliter accipitur (nihil enim ibi præter naturam eſt) hæc propoſitio verificatur, videlicet, quod in divinis perſonis alicujus exemplar eſt, & cauſa ejus eſt, cujus eſt exemplar: at ille magnus Gregorius miraculorum auctor, & inde nominatus, Filium exemplar Spiritus dicit. Patet igitur quod etiam cauſam ejus eum putabat. Hoc idem a ſimili etiam probari poteſt. Magnus enim Baſilius exemplar Filii Patrem ponit in quarto contra Eunomium, Gregorius vero prædictus in oratione quæ incipit, Hoſtes & alieni a catholica fide ſunt, qui Filium ex non ente dicunt; Filium exemplar Spiritus docet: at Baſilius Patrem tanquam cauſam Filii, ejus exemplar ponit: igitur Gregorius etiam Filium tanquam cauſam Spiritus, ejus exemplar aſſeverat.

Item ſanctus Baſilius, & plurimi alii doctores Filium imaginem Patris, Spiritum imaginem Filii dicunt: Filium item operationem Patris, Spiritum operationem Filii: Filium verbum Patris, Spiritum verbum Filii: Filium [a] flagrantiam Patris, Spiritum flagrantiam Filii: ſed ſecundum illa omnia dicitur Filius eſſe Patris tanquam ex Patre: igitur, & Spiritus ſanctus, ſecundum eadem dicitur eſſe Filii, tanquam ex Filio.

[a] Lege, fragrantiam. flatu.

Item ſi Spiritus non eſſet ex Filio, non diſtingueretur ab eo perſonaliter: quod cum falſum & abſurdum ſit, reſtat ut ex Filio ſit. Quod autem non diſtingueretur ab eo perſonaliter, ſi non eſſet ex eo, hinc patet. Unaquæque cauſa, vel principium alicujus rei dupliciter dicitur principium ejus & cauſa. Uno modo ut quod, alio ut quo: puta forma quæ eſt in anima facientis, qua ſimilem facit effectum id quod facit. Quare omne agens ſimile ſibi agit ſecundum formam qua agit. Verbi gratia, hujus imaginis cauſa eſt & ipſe pictor, tanquam quod, & forma in anima pictoris, tanquam quo, cui ſimilem pictor facit imaginem.

Simili modo etiam in divinis perſonis Pater quidem, hoc eſt ejus divina perſona, eſt cauſa tanquam quod; divina vero ejus eſſentia tanquam quo: hæc enim eſt forma, cui ſimilia fiunt quæ ex eo prodeunt. Quare Filius quoque & Spiritus ſanctus conſubſtantiales ei ſunt, eo quod omne quidem producens ſimile producit formæ qua producit. Deus vero & Pater producit Filium & Spiritum divina eſſentia: & ideo conſubſtantialia ſibi producit. Si igitur Pater ſolus produceret Spiritum ſecundum eos qui ita aſſerunt, tunc nulla diſtinctio eſſet Filii a Spiritu ſancto, cum nulla ſit differentia nec in producente (idem enim eſt Pater) nec in forma qua producit (eſt enim eadem divina eſſentia) nec in ipſis productis: ſunt enim ejuſdem formæ, unius videlicet & communis divinitatis; præſertim cum illic materia ſit, ex qua diſtinctio fieret. Ex quibus ſequeretur, nullam eſſe eorum diſtinctionem adinvicem. Reſtat igitur aut Spiritum eſſe Filii cauſam, aut Filium Spiritus, ad hoc ut ſit diſtinctio. At primum non eſt: igitur ſecundum eſt verum.

Item mitti in divinis a cauſa eſſe ſignificat: cujus teſtis eſt beatus Joannes Chryſoſtomus ad Arianos quærentes, quomodo ejuſdem eſſet eſſentiæ qui mittit & qui mittitur, in trigeſimanona homilia ſuper Joannem hoc modo reſpondens: Rurſus ad res humanas ſermones tuos adaptas, nec conſideras, quod hæc ideo dicta ſunt, ut & cauſam ſciamus, & non incidamus in Sabellii hæreſim: ſed Spiritus mittitur ex Filio, igitur ex eo eſt.

Item iſta mittendi potentia cum ſit & in Patre & in Filio, ſecundum quam ambo mittunt Spiritum ſanctum, quam etiam noſtri concedunt, aut eadem eſt in Patre & Filio, aut alia & alia: ſed ſi alia & alia, erit & major & minor, & conſequenter miſſiones diverſæ: quare nec una potentia, nec una eorum operatio erit. Et cum quorum potentiæ diverſæ, eſſentiæ quoque eorum diverſæ ſint, alterius & alterius eſſentiæ erunt Pater & Filius. Sed hæc omnia abſurda, & contra catholicam fidem ſunt: non igitur eſt alia & alia; igitur eadem: ſed in Patre potentia mittendi Spiritum ſanctum eſt eadem cum potentia ſpirandi illum: ſemper enim ſpirat Pater Spiritum ſanctum, & ſpirans illum mittit. Igitur etiam Filius ſimul cum potentia ſpirandi, & ſpirans illum mittit: ergo & Filius ſancti Spiritus eſt productivus. Illa vero, quam quidam ajunt ſecundam & temporalem miſſionem, tum nihil eſt, tum etiam per prædictam ſolvitur rationem. Quamquam etenim nuſquam hæc duplicitas proceſſionum reperiatur, tamen dato etiam, quod ſit aliqua ſecunda miſſio quæ communis ſit Patri & Filio, ſecundum Patrem eam & ſimilem ei habebit: nihil enim eorum quæ communia ſunt Patri & Filio, diſſimile in altero eorum eſt. Sed Pater mittendi potentiam habet una cum potentia ſpirandi: igitur & Filius cum ſpirandi potentia habebit potentiam mittendi.

Item quod natura alicujus eſt, etiam ex eo eſt ſecundum quod dicitur eſſe illius: Spiritus vero ſanctus eſt Filii, & patet quod natura: non enim præter naturam, nec ut ſervus. Eſt igitur Spiritus ſanctus, ut Spiritus ſanctus, videlicet ut divina perſona in Trinitate, ex Filio.

Item Spiritus ſanctus eſt nomen relativum. Dicitur enim ſpiritus Patris, ſpiritus Filii: ſi enim eſſet abſolutum, non diceretur alicujus. Nullum enim



enim abſolutum; ſecundum quod ſignificatur a nomine, dicitur alterius, ſed ſecundum aliquem alium reſpectum: quemadmodum homo, cum ſit abſolutum, non dicitur alicujus homo ſecundum quod homo, ſed ſervus, vel filius: ſed Spiritus, ſecundum ſignificatum hujus nominis Spiritus, dicitur Spiritus Filii, quemadmodum & Patris. Eſt igitur relativum, & conſequenter refertur ad ſpirantem. Eſt igitur Spiritus Patris & Filii tanquam a ſpirantibus & producentibus illum. Quod ſi quis dicat; Ideo dicitur Spiritus Filii, quia ex eo mittitur; falſa ratio eſt: e converſo namque quia ejus eſt, mittitur ex eo: priora enim ſunt cauſa poſteriorum. Prius autem eſt quod Spiritus ſit Spiritus Filii, poſterius vero quod mittatur ab eo. Sive enim iſtam temporaneam miſſionem dicas, poſterior eſt abſque dubio quam quod ſit ejus Spiritus, ſiquidem hoc æternum eſt. Sive æternam miſſionem intelligas, hoc etiam modo mente præintelligitur, quod Spiritus ſit Spiritus Filii: quia eſſe quidem Spiritum Filii Spiritum, intelligitur ut habere; mittere vero ut dare: habere autem præintelligitur prius quam dare. Quare pro nobis hæc ratio facit. Quia enim natura eſt ejus Spiritus, natura illum mittit: proceſſio vero naturalis in divinis cum aut per generationem, aut per ſpirationem ſit, hæc autem non ſit per generationem, relinquitur quod eſt per ſpirationem. Miſſio igitur ex Filio Spiritus, eſt ejus ab eo ſpiratio.

Item Spiritus ſanctus accipit a Filio: *Ille enim*, ait, *ex meo accipiet*. Quod autem accipit, eſt ejus eſſentia: nec enim eſt aliud ipſe, aliud ejus eſſentia; eſſet enim compoſitum. Cum igitur ſumme ſimplex ſit, eſſentiam ſuam & eſſe accipit ex Filio. Hoc enim quod dicit, *Ex meo accipiet*, non quemadmodum aliqui putant, ex meo Patre intelligendum eſt. Primo, quia hæc locutio neque Græca, neque Latina eſt. Nam ſi cum dicitur, *ex meo*, ſubintelligendum eſſet, Patre; hoc, *meo*, eſſet pronomen generis maſculini: nullus autem vel in Græca vel in Latina lingua edoctus aut maſculini aut feminini generis pronomen profert, niſi cum additione, meus frater, vel meus amicus, aut mea civitas, vel domus, dicens. Meus etenim ſimpliciter abſque additione non magis patrem quam hoſtem ſignificat. Deinde ab ipſa intentione ſalvatoris hæc ratio vana probatur. *Omnia enim*, inquit, *quæcumque habet Pater, mea ſunt. Ideo dixi, ex meo accipiet, & annunciabit vobis.* Ita ut tale ex iis fiat argumentum: Spiritus accipit ex iis quæ Patris ſunt: ſed omnia Patris mea ſunt: igitur Spiritus accipit ex meis, vel ex meo. Et cum ipſe & ſua unum & idem ſint propter ſummam ſimplicitatem, accipiendo de ſuis, accipiet ex eo. Hujus autem ſententiæ ſanctus quoque Athanaſius eſt: ait etenim: Non enim verbum a Spiritu accipit, ſed Spiritus a Verbo. Quid igitur accipiat a Filio, conſiderandum eſt. Patet quod ſapientiam & ſcientiam: *Ex meo enim*, inquit, *accipiet & annunciabit vobis*. Annunciare enim nihil aliud eſt, niſi docere & illuminare apoſtolos: hoc autem eſt ſapientiæ opus: igitur ſapientiam a Filio accipit Spiritus. Quid igitur? abſque ſapientia ſpiratus fuit a Patre, & ideo oportuit eum a Filio accipere ſapientiam? aut aliud eſt ejus eſſe, aliud ſapientia? At hæc abſurda ſunt. Idem enim eſt ſapientia & eſſe ejus; & a quo accipit eſſe, ab eodem etiam accipit ſapientiam: & cum ſpiratur, & accipit eſſe & ſubſiſtere, etiam accipit ſapientiam. Cum igitur ſapientiam a Filio quoque accipit, ipſum eſſe & ſubſiſtere ſimul ab eo accipit. Igitur Filius etiam eſt ei cauſa eſſendi, quemadmodum & Pater.

Joan. 16.

Item ſi Spiritus accipit a Filio; ergo Filius dat ei: ſed ipſum dare in divinis perſonis ſignificat idem quod producere. Chryſoſtomus etenim illud evangelicum exponens, *Omne judicium dedit Filio*, ait, & ut diſcas, quod dedit idem eſſe, atque generavit. Audi alias auctoritates, ex quibus hoc ſignificatur. Quemadmodum enim Pater habet vitam in ſemetipſo, ita dedit Filio vitam habere in ſemetipſo. Quid igitur, primo genuit eum, & deinde dedit ei vitam? ergo abſque vita genitus eſt. Sed hoc nec dæmones quidem dicerent: una enim cum impietate magna etiam ignorantia eſſet hoc dicere. Quemadmodum igitur dedit ei vitam, pro eo quod genuerit eum vitam, intelligendum eſt: ita & illud, Dedit ei judicium, pro eo quod judicem eum genuit, capiendum eſt. Similiter igitur cum Filius det Spiritui ſapientiam, producit illum ſapientiam, eſſe ſcilicet & ſubſiſtentiam ei dans, quam accipit cum ſpiratur ab eo. Igitur ſpirationis Spiritus etiam Filius cauſa, ſive principium eſt.

Item Filius de ſe quidem ipſo dicit: *Quæ audivi a Patre meo, annunciavi vobis*; de Spiritu vero: *Non enim loquetur a ſemetipſo, ſed quæcumque audiet, loquetur*. Quod igitur ſignificat de Filio hoc, quod audit a Patre, idem & de Spiritu ſignificat ipſum audire: ſed de Filio ipſum audire ſignificat eſſe a cauſa, & ipſum generari. Audire enim nihil aliud eſt, niſi ſapientiam & ſcientiam accipere: Filius autem non primo natus, deinde poſtea accepit ſcientiam, vel ſapientiam, ſed natus eſt ſapientia, in ipſo generari accipiens ſcientiam & ſapientiam, & cetera omnia, quæ idem ſunt cum ejus eſſentia. Hanc igitur accipit a Patre cum audit ab eo, & audire ejus generari eſt. Igitur & audire Spiritus ſancti non ſignificat, niſi quod a cauſa eſt, & ſpirationem ejus. Quare a quo audit, ab eo etiam procedit: ſed non ſolum a Patre audit, ſed etiam ex Filio, quod ex ipſis verbis ſalvatoris apparet, ubi dicit: *Ex meo accipiet, & annunciabit vobis*. Annunciandi namque cauſa eſt ipſum audire: at ejuſdem annunciandi quoque hoc cauſa eſt, quod ex Filio accipit. Quare ex Filio accipere, vel audire, unius ejuſdemque rei, videlicet annunciandi, cauſa eſt. Igitur in divinis idem eſt audire & accipere; & cum accipiat ex Filio, igitur audit etiam ex eo. Ejuſdem ſententiæ ſanctus etiam Baſilius eſt in regula monaſtica, de Spiritu ſancto dicens: Qui docet & ſuggerit omnia quæcumque audit a Filio. Cum igitur audit a Filio, etiam procedit ex eo; quod ejus audire idem eſt quod procedere, ut dictum eſt.

Ibidem.

Joan. 16.

Item eſſe Patrem, aut generare, non continet in ſe rationem ſpirandi; eſſet etenim Spiritus Filius: ſed Filius omnia ſimpliciter habet quæ & Pater, præterquam quod generet, vel quod ſit Pater. Dicit enim ſanctus Cyrillus in ſecundo ad Hermiam: Coæternum credimus Filium Patri, & omnia quæcumque æquali menſura habentem, præter ipſum generare: hoc namque ſoli Deo & Patri tribuitur. Idem in ſermone de Trinitate, in Filio unigenito [illegible] omnia ſimili & æqua-

& æquali Patri, præter paternitatem. Habet igitur ſpirandi potentiam Filius, cum hoc præter rationem paternitatis ſit: omnia vero Patris præter paternitatem, vel præter vim generandi, ipſe quoque habet, ut Cyrillo placet.

Item Spiritus ſanctus dicitur donum ut Patris, ita & Filii: ergo eſt ex utroque. Antecedens omnibus doctoribus placet, conſequens probatur. Donum etenim eſt dantis: aliquid vero alicujus eſt aut ſecundum identitatem, aut ut poſſeſſio ejus vel ſervus, aut ſecundum originem: & cum nullus modorum priorum conveniat, cum dicimus Spiritum ſanctum donum eſſe Filii, reſtat ut ſecundum tertium modum, originis videlicet, dicatur Spiritus ſanctus Filii donum: ergo Filius eſt ejus origo & cauſa.

Item Gregorius Nyſſenus in homilia ſuper, Pater noſter, quæ incipit: Quando Moyſes populum Iſraeliticum ad montem diſcendi cauſa adducebat: diſtinctionem divinæ Trinitatis tradens, Patrem quidem a Filio & Spiritu ſancto diſtinguit, eo quod ipſe quidem abſque cauſa eſt, ille vero a cauſa; Filium vero & Spiritum ſanctum, quibus commune eſt quod a cauſa ſint, diſtinguit abinvicem, eo quod ille quidem ex Patre eſt, hic vero ex Patre & Filio. Ita enim in antiquioribus codicibus ſcribitur. Quare manifeſte etiam ſecundum iſtum doctorem Spiritus eſt ex Filio. Quod ſi qui ſecundum moderniores libros Spiritum Filii dicant eſſe ſcriptum, non ex Filio, nec hoc modo tamen aliquid plus habebunt. Idem enim concludetur etiam ex hoc. Patet namque quod cum Filio & Spiritui ſancto commune ſit principiata, ſive cauſata eſſe (diximus pluries quomodo capiunt ſancti doctores Græci cauſatum & principiatum in divinis, videlicet pro eo quod eſt a principio) quærit quomodo diſtinguerentur abinvicem, & aſſerit, quod quamquam commune habeant hoc, quod ambo ſint cauſata, ſive principiata, tamen Filius ex Patre dicitur, & ultra non procedit ejus proprietas, Spiritus vero & ex Patre dicitur, & una cum hoc etiam Filii eum eſſe teſtantur ſcripturæ. Quare Spiritus Chriſti quoque ſpiritus eſt, Filius vero nec eſt Spiritus, nec dicitur. Et hoc putat hic ſanctus doctor ſatis eſſe ad diſtinguendum, quod Spiritus dicatur ſpiritus Filii, Filius vero non dicatur Filius Spiritus. Si igitur quod Spiritus dicatur ſpiritus Filii, diſtinguit illum a Filio; ſecundum autem noſtros nil aliud illum a Filio diſtinguit, niſi diverſus proceſſionis modus, ipſum videlicet ſpirari: idem ergo eſt Spiritum eſſe Filii ſpiritum, atque ex Filio procedere. Cujus ergo dicitur Spiritus, ex eo etiam procedit: dicitur autem etiam Filii Spiritus, tanquam & Patris: igitur etiam ex Filio quemadmodum ex Patre procedit. Et notandum, quod vana eſt quorumdam expoſitio dicentium, propter conſubſtantialitatem dici Spiritum Filii ſpiritum; cum hic ſanctus doctor tanquam diſtinctivum hoc accipiat, quæ vero propter conſubſtantialitatem dicuntur, uniant, non diſtinguant. Si igitur non propter conſubſtantialitatem dicitur Spiritus Filii, omnes demonſtrationes Latinorum potiſſimæ, & abſque aliqua contradictione remanent, quibus ex eo quod Spiritus dicatur ſpiritus Filii, etiam ex Filio eum procedere probant. Per hanc enim falſam expoſitionem aliqui eas evertere conantur propter conſubſtantialitatem, putantes dici ſpiritum Filii. Hanc autem ſententiam Gregorius Nyſſenus, ut falſam maxime reprobat, acci- A piens illud tanquam diſtinctivum; Sed cum ad oſtendendam quidem hujus concluſionis veritatem, Spiritumque ſanctum ex Patre & Filio procedere probandum, multa argumenta, multæ auctoritates, multæ rationes ſint, ſatis tamen ex prædictis tibi puto feciſſe.

## CAPUT VIII.

*Solutiones inconvenientium, quæ a Græcis opponuntur Latinis & ceteris recte ſentientibus.*

B Cum vero quædam inconvenientia nobis, qui veritatem confitemur, ab illis inferuntur, qui nec quid dicant ſciunt, nec de quibus aſſerunt; illa quidem, quæ contra argumenta probantia veritatem opponuntur, in ipſiſmet argumentis breviter ſolvimus, ut vidiſti. Eorum vero, quæ contra ipſammet concluſionem inferuntur, eligens potiora & quæ magis veriſimilia videntur, ſolutiones pro poſſe paucis & ſufficienter hic inferam, ut tibi oratio iſta quam fieri poteſt completa ſit, & ad omnia ſufficiens. Quamquam hæc inconvenientia non contra nos inferuntur, nec nos tenemur reddere rationem: ſed contra ſanctos doctores, qui nobis hujus dogmatis, hujuſque concluſionis principes & auctores fuerunt: & non ſolum contra occiden- C tales, qui apertiſſime hanc docent concluſionem, ſed non minus contra orientales. Ab ipſis igitur etiam ſolutiones quærendæ ſunt, non a nobis: quod & fecerunt, Spiritu ſancto prævidentes omnes inſurrecturas hæreſes. Attamen nos etiam ab illis illuminati, & ab aliis viris beatis, qui ampliſſima de hac re opera ſua nobis reliquerunt, ad ea noſmetipſos opponemus. Putant igitur Patrem & Filium aut in unam confundi perſonam, ſi quis ex utroque procedere Spiritum ſanctum dicat; aut duas cauſas, duoque principia neceſſe eſſe ponere: utrumque vero horum abſurdiſſimum eſt. Nos vero ad confuſionem quidem perſonarum hæc dicimus: quod ſi operationem ſpirandi conſtitutivam perſonæ D paternæ poneremus, tunc ſequeretur hoc inconveniens, & Filius eſſet una eademque perſona cum Patre. Cum vero conſtitutiva quidem paternalis perſonæ proprietas, paternitas, & ipſum generare probatum fuerit, ſpirare vero proprietas quædam ſequens ejus perſonam jam conſtitutam; cur ille, cui communis eſt cum Patre non conſtitutiva proprietas, una eademque perſona cum ipſo eſſet? Quemadmodum enim commune habens Filius cum Patre, quod Spiritus dicatur Spiritus ejus, prout Patris; item quod ab eo mittatur prout a Patre, tamen non eſt eadem perſona cum Patre, eo quod non eſt conſtitutivum, nec quod Spiritus dicatur Spiritus Patris, nec quod a Pa- E tre mittatur. Ita etſi communem habeat cum Patre ſpirandi potentiam, non ideo in camdem cum eo confunditur perſonam, cum ſpirare non ſit paternalis perſonæ conſtitutivum. Quare donec non probetur ſpirandi potentiam paternalis perſonæ conſtitutivam eſſe, nec confuſio perſonarum inde probari poterit. Sed ſpirandi potentiam conſtitutivam eſſe, probari non poteſt: cum quia ſequeretur quod Pater haberet duas perſonas & duas hypoſtaſes, ut in principio probatum eſt; hoc autem inconveniens eſt: cum quia hæc petitio principii eſſet;

Ponere



Ponere namque potentiam ſpirandi conſtituti- A vam eſſe perſonæ Patris, & ex Patre ſolo Spiritum procedere, unum & idem eſt. Quare qui hoc dicit, petit principium. Cum autem hoc non probetur, nec confuſio perſonarum ſequitur, quamquam ſint qui credant. Dictum eſt autem in ſuperioribus quænam eorum quæ de Deo dicuntur, communia ſunt, quæ propria; & propriorum quænam duabus perſonis propria, quæ vero uni ſoli: eorum quæ uni ſoli, quænam ita propria ſunt, ut & perſonalia, ſive hypoſtatica ſint: quæ vero ita propria ut notiones, non ut hypoſtatica: quale ipſum quoque ſpirare dictum eſt eſſe. Igitur ex iis quæ nunc dicta ſunt, & ex iis quæ in ſuperioribus præſuppoſita fuerunt, hujus inconvenientis ſolutio patet. B Nec habet quiſquam amplius accuſare Latinos, quod confuſionem introducant perſonarum. De duabus vero cauſis, ſive duobus principiis, quæ in theologia Latinos introducere quidam autumant, hocque inconveniens magis eos ſequi quam umbram corpora putant, quid dicemus? Nempe hoc in primis dicendum eſt, quod ipſa ſola auctoritas ſanctorum ſufficiat fidelibus, neceſſe eſt; qui utrumque dixerunt, & quod Spiritus a Patre procedit & Filio, & quod tanquam ab uno principio. Non enim duo principia Spiritus ſunt Pater & Filius, inquit Auguſtinus, ſed unum ejus principium ſunt; quemadmodum creaturæ non tria principia, ſed unum ſunt Pater & Fi- C lius & Spiritus ſanctus, ipſa Trinitas Deus. Quam igitur aliquis hac apertiorem quærat ſolutionem, quam Spiritus ſanctus per hujus ſanctiſſimi patris os & doctoris locutus eſt? Non enim lateat nos, quod idem inconveniens, multorum videlicet principiorum, & multorum deorum in productione etiam creaturæ ſequeretur, ſi quis non pie conſideraret, quod a fide Chriſtiana eſt alienum, & conveniens gentilibus. Hoc enim eſt de quo maxime nos gentiles accuſamus, quod multos videlicet introducant deos, multoſque creatores. Cum igitur nos etiam tres divinas perſonas creaturæ cauſam & principium credamus, nos etiam hoc inconveniens ſequeretur, & multa videremur ponere principia, mul- D taſque divinitates, ſi quis non recte intelligat. Sed audi quomodo ſancti doctores ſapientiſſime hoc ſolvunt. Nam etſi Patrem & Filium & Spiritum ſanctum creaturæ cauſam eſſe credamus; quoniam tamen ad Patrem omnia referuntur, & quia ab eo habent & Filius & Spiritus ſanctus & ipſum eſſe & creandi potentiam. Si enim Pater non eſſet, Filius & Spiritus ſanctus nec creandi potentiam haberent, nec omnino eſſent.

Item quoniam una & eadem numero potentia erat cum Patre Filius & Spiritus ſanctus, ex una & eadem numero & communi divinitate, ſive divina eſſentia prodeunte; ideo merito unus Deus & unus creator ſunt. Hoc idem igitur de E proceſſione Spiritus ex Patre & Filio ſufficiens ſit illis, qui de hoc quærunt. Quoniam etenim una & eadem ſpirandi potentia ex una & eadem eſſentia prodeunte Pater & Filius Spiritum ſanctum ſpirant: & quoniam a Patre hanc ſpirandi potentiam Filius habet, ideo unus ſpirator, una cauſa & unum principium proceſſionis Spiritus ambo ſunt. Hæc igitur, ut dictum eſt, ſufficerent non contendentibus propter doctorum auctoritates: idem tamen ratione quoque probatur. Cum enim duo ſint, ad quæ omne productum refertur, A forma videlicet, ſecundum quam producitur, & ſuppoſitum aut perſona ex qua: ſi Pater & Filius quemadmodum duo ſunt ſecundum perſonas, ita & forma, ſecundum quam producunt, duo eſſent, tunc neceſſario duo eſſent principia Spiritus: cum vero etſi perſonis duos eos eſſe fateamur, forma tamen qua producunt, cum unum numero ſint, & omnino indiſtincti (eſt enim ipſa divina eſſentia una & eadem numero communis ambobus, ſecundum quam ambo Spiritum producunt) non eſt neceſſe, imo impoſſibile eſt duo principia dicere. Eſt etenim una numero eſſentialis activa ſpiratio, quæ cum eis propria ſit, non poteſt eſſe communis Spiritui ſancto, eo quod, ut ſæpius dictum eſt, opponitur ejus proprietati. Om- B nia enim eſſentialia communia Filio & Spiritui ſancto cum Patre ſunt; ſalvis tamen eorum proprietatibus. Omnia enim eſt Filius quæcumque & Pater, Baſilius & ceteri doctores ajunt, manens in eo quod eſt Filius, videlicet in ejus proprietate. Quamquam etenim æqualis & ſimilis ſit Patri, generare tamen ſeipſum non poteſt, cum ſit ejus proprietati oppugnans. Eodem modo Spiritus quoque etſi omnia communia habet cum Patre & Filio, ſervet tamen ſuam proprietatem neceſſe eſt; quia ſpirare ſeipſum non poteſt, cum hoc oppugnet ejus proprietati. Ex his igitur clariſſime patet falſo Latinos accuſari, quod duo ponant in divinitate principia. Item aut perfecta eſt, ajunt, ex Patre proceſſio, & C ſuperfluit illa quæ ex Filio eſt: aut ſi hæc neceſſaria eſt, imperfecte ex Patre procedit. Hoc vero inconveniens eſt, imperfectam operationem dicere Patris, & ad ſuam perfectionem Filio indigere. Ad quæ reſpondemus, illos qui hæc dicunt, ideo errare, quia omnino duos eſſe putant Patrem & Filium, & eorum operationes, humanis exemplis inhærentes: quia vident duorum hominum duas eſſe operationes numero; etſi ad unum effectum tendant, & diſtinctas abinvicem, putant idem contingere etiam in Deo: quod abſurdiſſimum eſt. Namque Pater & Filius perſonis ſolummodo diſtincti, in ceteris unum & idem ſunt: quo fit, ut etiam ſpirandi potentiam unam & eamdem numero habeant, D & ſimul, non ſeorſum: nec hic prius, alter poſterius; nec hic alia, alter alia ſpiratione ſpiret Spiritum, ut ii qui corporales in omnibus ſunt, putant; ſed ſimul & abſque tempore una eademque numero ſpiratione perfecte ambo & ſupra omnem perfectionem cum ſpirent. Neceſſe enim eſt, eadem toties ad eos dici, quoties audientes non intelligunt. Aut quid iſti dicent, ſi quis eos econtra interroget, ſi perfectam credunt Mundi ex Patre creationem, an non? Si enim perfectam, quare Filium quoque & Spiritum creatores nominant? Si vero imperfectam, & ideo Filium & Spiritum Patri aſſociant, conſiderent quid dicant. Ac perfecta quidem ex Patre Mundi creatio, una vero eademque numero E Filii & Spiritus operatio ad ejus creationem eſt, & non alia Patris, alia horum: tunc enim haberent locum hæc puerilia dubia. Ita igitur & in propoſito perfecta quidem & ſuper omnem perfectionem eſt Spiritus ex Patre proceſſio: eadem vero & una numero ex Filio quoque ejuſdem Spiritus ſpiratio eſt, non alia & alia, nec aliter & aliter, nec prior & poſterior, ſed ſimul & eadem, & ſimiliter, cum una & eadem numero ſpirandi potentia Spiritum ambo ſpirent. Et nullus rurſus blaſphemiæ hanc rationem accuſet, audiens nos ex creatura argumentari, & ideo

putet Latinos Spiritum ſanctum inter creaturas ponere. Fuerunt etenim & ſunt, qui in hanc etiam proterviam & inſaniam devenerunt, ut hoc quoque Latinis imputare auderent. Hæc enim aut ſtultorum, aut jocari volentium ſunt; aut illorum qui ignorant ſanctos patres & doctores ſæpius a creatura & ſenſibilibus exemplis manuducentes nos ad credendum res intellectuales & inviſibiles atque divinas, ab eis quæ & exile veſtigium divinæ ſimilitudinis habent, illa probantes pro poſſe. Trinitatem etenim perſonarum orientales quidem intellectu, verbo & ſpiritu; item oculo, fonte & fluvio: rurſus * ſoli, radio & luci: occidentales vero aliis ſimilibus oſtendere conantur. Quamvis unumquodque eorum exemplorum, etſi ratione tria ſint, una tamen hypoſtaſis, ſive ſubſtantia realiter eſt. Patres tamen non putarunt propterea propoſitam veritatem offendere, ſed quantum intentioni eorum conveniebat, ex iis exemplis accipientes, reliquum tanquam alienum a veritate repellebant. Et nemo eos nec accuſavit, nec accuſabit, donec mentis compos eſt, quod talibus uſi fuerint exemplis. Quomodo igitur Latinos recte quis accuſabit, ſi ad oſtendendum unam eamdemque numero eſſe ſpirativam in Patre & Filio potentiam, utantur exemplo ab omnibus conceſſo, una eademque numero a Trinitate entium creatione? aut quomodo propterea calumniari eos aliquis audebit, quod Spiritum ſanctum cum creaturis connumerent? præſertim cum nullus eorum qui nunc vivunt Latini, nec qui poſt diviſionem & infauſtum infelixque illud ſchiſma fuerunt, hoc primo dixerit; ſed illi priſci ſancti, illi antiqui doctores, illa luminaria magna, quorum ſonus in omnem terram exivit, & verba in fines orbis terræ, quique a nobis & noſtris ut præcipui doctores & ſancti merito celebrantur, hæc exempla & invenerint & dixerint. Auguſtinus etenim, qui profunditate ſcientiæ omnes antecellit, ſanctitate & fervore caritatis in Deum nulli cedit: Auguſtinus eſt, inquam, qui hæc eiſdem verbis dicit, Patrem & Filium ſcilicet unum principium eſſe Spiritus ſancti, quemadmodum Patrem & Filium & Spiritum ſanctum unum principium creaturæ credendum eſt. Accuſent ii qui facile cuncta audent, & B. Athanaſium, qui in dialogo orthodoxi cum Ariano diſſimilem Filium Patri, & Spiritum Filio & Patri ponente, ita dicit: Dei natura tum Filii & Spiritus ſancti cauſa eſt, tum omnis creaturæ: & ſimili audacia aut Filium & Spiritum cum creatura ponant, aut creaturam cum Filio & Spiritu ſancto ut Deum colant, cum eamdem eorum cauſam eſſe, Dei videlicet naturam, ſanctus doctor docuerit. Sed hæc impudentium & ignorantium hominum ſunt. Et cum inconvenientia, quæ quidam contra veram noſtram concluſionem ſuis rationibus inferre ſolent, hæc potiſſimum ſint, & ad hæc ſi qua alia ſunt, referantur: patet, quod illis, Deo favente, ſufficienter ſolutis, cetera & ſimul corruunt, & quæ ad hæc dicta ſunt, ad omnia etiam illa ſufficiunt.

* ſ. Sole; radio & luce

## CAPUT IX.

*Expoſitio auctoritatum doctorum quorumdam, quæ Latinis contraria eſſe videntur.*

CETERUM reſtat conſiderare quæ a quibuſdam auctoritatibus doctorum oppoſitis, ut A arbitrantur, Latinis & hujus dogmatis veritati arguunt, putantes contradictionem ex eis concludere: quarum una quidem eſt illa, quam in theologicis ſuis beatus Joannes Damaſcenus ait: Spiritum Filii dicimus, ex Filio vero non dicimus. Altera vero ſanctiſſimi Dionyſii Areopagitæ in libro de divinis nominibus dicentis: Solus fons divinitatis, qui ſupra omnem ſubſtantiam eſt, Pater eſt. Nam & ſi aliquæ reperiantur, ejuſdem tamen ſententiæ ſunt, & ad hæc tanquam potiſſima, & quæ videntur expreſſe Latinis eſſe contraria, referuntur. De his ergo duabus dumtaxat conſiderandum eſt. Ad illud ergo, quod Joannes Damaſcenus ait, audi quam ſimpliciter, quam juſte, quamque ſufficienter ad B perſuadendum pro Latinis, & eorum opinione confirmanda reſpondebimus. Nullum dicimus nomen ita ſufficiens eſſe, ut unum ſolum poſſit præciſe ſignificare, quod in divinis exprimere volumus: quo fit, ut multis & diverſis, altero unam, altero aliam rem, nec tunc complete, ſignificemus. Cum enim hæc nomina & verba a nobis inventa ſint, & qui natura regimur, & qui naturalibus rebus ea ſignificandis imponimus, nec inventoris, nec eorum quibus imponuntur, naturam excedere poſſunt: ideoque divinas res complete ſignificare minime poſſunt. Quare imperfectionem nominum non attribuendam eſſe rebus divinis, omnis qui recte ſapit, affirmat. Sed cum aliis nominibus divinas res exprimere non C poſſimus, utendum quidem his conſuetis nominibus eſt. Utendum tamen in quantum rebus ſignificatis conveniunt, imperfectionem eorum, & ſi quid inconvenientiæ ſecum portant, refellendo, & per aliud nomen defectum alterius ſupplendo. In quæſtione itaque propoſita, videlicet in proceſſione Spiritus ex Patre & Filio, duo hæc neceſſario exiguntur. Unum, quod Pater & Filius æqualiter atque ſimiliter Spiritum ſanctum ſpirent, non unus perfecte, alter imperfecte: hoc enim contrarium eſt fidei veritati. Alterum, quod Filius ut in aliis, ita etiam in ſpirando relationem & ordinem habeat ad Patrem. Utrumque enim horum inſunt Patri & Filio. Summa etenim eſt in eis & D potentiæ æqualitas, imo identitas, & ſummus ordo. Quæcumque enim Filius habet, ipſum etiam ſpirare Spiritum habet a Patre. Si igitur unum nomen eſſet ſufficiens & ſummam potentiæ eorum identitatem, & ſummum adinvicem ordinem ſimul ſignificare, illo profecto, omnibus aliis poſtpoſitis, utendum eſſet. Nec vero non ſolum impoſſibile eſt, unum tale reperire nomen: & ideo neceſſario uno nomine alterum horum, altero vero alterum exprimendum eſt. Verum etiam hæc diverſa nomina ad hoc quod utrumque per ſe unum tantum ſignificatorum prædictorum ſignificant, etiam imperfecte illud unum ſignificant. Quare nos recte quidem & pie quid rei E ſignificandæ conveniat, recipientes, reliquum, & quod imperfectionis eſt, repellimus. Tales ſunt eæ propoſitiones, ex, videlicet, & per. Præpoſitio namque, ex, æqualitatem quidem, cum de aliquibus duobus vel pluribus accipitur, ſignificat: ordinem vero unius ad alterum, minime. Si quid enim ex duobus fieri dicimus, puta ſi quod pondus ex duobus trahitur, ſimiliter quidem & æqualiter ex utroque trahi, quo ad vim præpoſitionis, ſignificamus. Ordo vero unius ad alterum non inde apparet. At præpoſitio, per, e converſo



ordinem quidem ſignificat, æqualitatem vero minime. Si quid enim ex aliquo per aliquem eſſe aut fieri dicatur, manifeſte apparebit illum de quo dicitur, per, ordinem quemdam ad illum de quo præpoſitio, ex, prædicatur, habere, & hunc ab eo accepiſſe id quod per eum ſit. Æqualitas vero horum adinvicem minime ſignificatur. Minoris namque potentiæ ſemper & auctoritatis eſt ille, de quo præpoſitio, per, prædicatur. Unde ſancti patres & doctores, cum orientales tum occidentales, cum ad potentiæ æqualitatem, imo identitatem Patris & Filii reſpiciunt, ex Patre & Filio dicunt Spiritum ſanctum procedere & eſſe. Cum vero ordinem eorum adinvicem oſtendere volunt, ex Patre per Filium eum procedere, & ex Patre per Filium, ſive ex Deo per Filium, eum eſſe docent. Sunt tamen nonnulli ſanctorum, quorum aliqui majoris fecerunt ordinem, ut major pars orientalium: aliqui æqualitatem, ſive identitatem, ut plurimi occidentalium. Et quemadmodum occidentales pluris facientes æqualitatem ſæpius utuntur, ex: ita orientales, qui ordinem majoris æſtimant, cum quibus & beatus Joannes Damaſcenus connumeratur, per, ut plurimum utuntur, raro admittentes præpoſitionem, ex: non ſibi invicem contradicentes, ſed diverſa ſignificata diverſis nominibus exprimentes. Quare de Mundi creatione, etſi abſque ulla ambiguitate ex Filio etiam omnia producta ſint, prout ex Patre rariſſime tamen reperies apud doctores, præſertim orientales, quod Mundus ſit productus ex Filio, ſed ſemper per Filium, ob illud Joannis: *Omnia per ipſum facta ſunt*. Ita magis ordini adhæſerunt patres orientales, & ideo utuntur, per, quæ ſola ordinem ſignificat. Præterea lingua Græca per hanc præpoſitionem, ex, principalem ſignificat cauſam: qualem Filium eſſe, vel Spiritus, vel Mundi, nullus omnino concedet. Quare fugiunt doctores de Filio ipſa, ex, uti, ne quis eum principalem cauſam putaret: & non ſolum ipſa, ex, verum etiam nomen cauſæ fugiunt de Filio dicere reſpectu ad creaturam: quamquam & Filius & Spiritus paſſim ab omnibus fidelibus cauſa Mundi eſſe credantur, & una cum Patre cauſa: timentes ne quis propterea principalem cauſam eum eſſe putet, a quo ut falſo ſibi cavent. Unam enim principalem & deitatis & creaturæ cauſam ſciunt, Patrem videlicet ſolum. Si igitur Latini cum ſanctis occidentalibus, & aliquibus orientalibus, ex Patre & Filio Spiritum ſanctum dicentes, non principalem cauſam Filium ponunt, ſed eorum potentiæ identitatem & æqualitatem per hoc profitentur? Damaſcenus vero principalem cauſam negans, quæ per, ex, ſignificari ſolet, habuit reſpectum ad ordinem, & ideo utitur, per, ex Patre per Filium procedere Spiritum aſſerens, per quem Filii ad Patrem ordo manifeſtatur, æqualitatem, ſive identitatem eorum potentiæ nec ipſe negans, quo modo magis invicem conſona dicantur. Ipſe enim eſt [a], qui de Patre inquit: Ipſe quidem eſt intellectus Verbi abyſſus, Verbi genitor, & per Verbum ſpirator declarativi Spiritus. Et rurſus: Spiritus vero ſanctus declarativa abſconſæ divinitatis potentia Patris, ex Patre per Filium eſt procedens. Quod autem per hanc præpoſitionem, per, tum per hunc, tum per alios doctores, Filius quoque cum Patre cauſa ſubſiſtentiæ Spiritus oſtenditur, ſatis in oratione de unione a nobis probatum eſt, præſertim cum addatur hoc verbum, procedere, quod etiam ſecundum noſtros nihil aliud quam ipſum eſſe perſonale Spiritus ſancti ſignificat. Et A ad auctoritatem quidem Damaſceni hæc ſufficiant.

Joan. 1.

[a] Scilicet Damaſcenus.

Ad illa vero ſancti Dionyſii, ſolum fontem divinitatis Patrem dicentis, ut clarius appareat, auctoritatem illam non habere illum intellectum quem noſtri putant, audiendum eſt primo illos doctores, qui etiam Filium dicunt fontem Spiritus ſancti, non dico gratiarum Spiritus non ſubſiſtentium (hac enim abutuntur ad omnia hujuſcemodi reſponſione) ſed ipſius perſonæ Spiritus ſancti. Primo itaque Athanaſius in ſua contra Arianos oratione illud pſalmi, *Quoniam apud te eſt fons vitæ*, exponens, ſciebat etenim, inquit, Patrem videlicet apud ſe habere Filium fontem Spiritus ſancti. Patet igitur, quod ipſam B perſonam Spiritus hic dicit, non gratiam non ſubſiſtentem: habemus enim a ſancto Baſilio traditam regulam, quod cum audimus Spiritum cum additione ſanctum, nil aliud quam perſonam Spiritus intelligere debeamus. Cum igitur hic Filius fons Spiritus cum additione ſancti dictus ſit, patet, quod perſonæ ejus fons dictus eſt. Deinde quoque ipſe magnus Baſilius, qui hanc nobis tradidit regulam, fontem Spiritus ſancti Filium nominat, dicens, Fons vitæ Filius; ait enim David ad Patrem: *Quoniam apud te eſt fons vitæ*. Et rurſus alius propheta dicit de Judæis: *Me dereliquerunt fontem aquæ viventis*. Aqua vero vivens dicitur Spiritus ſanctus. Et notandum, quod Spiritum ſanctum dicit, ſignificans ipſam C ejus perſonam: perſona vero Spiritus ſancti Deus eſt. Filius igitur cum ſit fons Spiritus ſancti, fons eſt divinitatis manifeſtiſſime. Quare cum ſancti Dionyſii illa auctoritas, ſolum fontem divinitatis Patrem inquientis, prædictis ſanctorum auctoritatibus non contradicat, (nefas eſt enim etiam cogitare, quod ſancti doctores invicem contradicant) aliud quam vulgus putat, intelligit: nec ideo dicit hæc ille doctor, quaſi negans Filium eſſe fontem Spiritus ſancti, ſed ipſe quoque una cum prædictis doctoribus eum fontem eſſe Spiritus ſancti dicit, hoc eſt, ejus perſonæ. His igitur declaratis reſpondemus, quod non omnimodam divinarum perſonarum diſtinctionem abinvicem hic, ut noſtri falſo arbitrantur, D ſanctus doctor tradere propoſuit; & patet, quia nullam Filii diſtinctionem & Spiritus ſancti tradidit. Non igitur omnium trium perſonarum abinvicem diſtinctionem, ſed Patris dumtaxat ad reliquas tradit. Patrem igitur in parte ad Filium comparans, & eorum abinvicem diſtinctionem tradens, ſolum fontem Patrem ait, ac ſi diceret, Patrem quidem fontem Filii eſſe, Filium vero fontem Patris minime eſſe. Et quod de Patre & Filio dumtaxat hic ſpeculetur, a ſequentibus manifeſtatur. Ea etenim, inquit, quæ ſunt generationis divinæ, quæ ſuper omnem ſubſtantiam eſt, non convertuntur adinvicem. Hoc enim nomen generationis divinæ Patrem & Filium dumtaxat reſpicit, cum ille generet, hic E generetur. Hoc autem manifeſtius apparet, cum ſubjungit: Cum Pater non ſit Filius, nec Filius Pater. Pater igitur, quod generare, & ipſam paternitatem ſoli Patri tribuens, ſolum fontem eum ait divinitatis; ac ſi diceret: Solus Pater, ſolus generans eſt, nec ipſe generatus, nec Filius generans cum ea quæ ſunt generationis divinæ, non convertantur adinvicem. Et hæc quidem vera ejus auctoritatis expoſitio ſimul & ſolutio eſt. Quod ſi quis etiam diceret Patrem ſolum fontem generationis divinæ, quæ ſupra omnem ſubſtantiam eſt, tanquam ſolum Filii ſimul

Pſalm. [illegible]

Jerem. 2.

& Spiritus principium, non ab re diceret: ſolus A enim ille amborum principium eſt, & ſolus fons, non ex fonte. Filius vero eſt quidem fons, doctoribus ita docentibus, ſed fons ex fonte. Hujus autem ſententiæ & beatus Auguſtinus in quarto de Trinitate eſt; ait etenim, & quod dicit dominus, *Quem ego mittam vobis a Patre*, probat Spiritum ſanctum & Patris eſſe & Filii. Etenim
Joan. 15. cum dixiſſet, *Quem mittet Pater*, addidit, *in nomine meo*; non tamen dixit, quem mittet Pater a me, quemadmodum dixit, *Quem ego mittam vobis a Patre*: oſtendens videlicet, quod totius divinitatis, vel ut melius dicatur, deitatis, Pater eſt principium. Hoc beatiſſimo doctore quem digniorem quæremus mentis Dionyſii expoſitorem? Quis hoc melius intellexit? In quo, ut in illo, B Spiritus ſanctus locutus eſt? Quod enim ille dixit ſolum fontem divinitatis, quæ ſuper omnem ſubſtantiam eſt, hic totius deitatis principium inquit: cum Pater ſcilicet a nullo principio ſit, ſed ipſe ſit Filii & Spiritus ſancti principium; Filius vero principium habens Patrem, ipſe etiam principium ſit Spiritus ſancti. Sed ne te offendat rurſus nomen totius deitatis, nec opponas toti partem, tanquam ſi Filius partis eſſet principium: deitas enim non eſt partibilis. Hic vero defectus imbecillitatis nominum eſt, quem qui ad res ſignificatas transfert, non recte, nec pie agit. Ad exponendam igitur auctoritatem prædictam, & oppoſitionem inde ſumptam ſolvendam, etſi multi alii modi eſſent, C tamen quæ dicta ſunt, ita manifeſta & clariſſima ſunt, ut ſola ſufficiant. Probato enim quod Filius ſit etiam fons deitatis, (ſiquidem fons Spiritus ſancti eſt ex ſanctorum patrum ſententia, Spiritus vero ſanctus Deus eſt; quibus beatum Dionyſium contradicere nullus fidelium dicet) reſtat ut hoc quod dicit Dionyſius, ſolum fontem deitatis Patrem eſſe, ſecundum prædictos modos, aut alterum illorum, & non aliter dixerit.

## CAPUT X.

*Brevis epilogus omnium quæ dicta ſunt in hoc opere.* D

EGO quidem tua gratia, clementiſſime vir, quod petiiſti pro poſſe complevi. Quæ enim acta in concilio fuerunt, ex parte narravi: utriuſque quæſtionis rationes breviter reddidi. Quæ inferuntur inconvenientia contra veritatem concluſionis, ſive ex rationibus adverſariorum, ſive ex auctoritatibus doctorum, ſolvi, & quidem, ut puto, ſufficienter. Ex quibus, ni fallor, fidei noſtræ veritas clariſſime probata eſt. Tuum vero erit, & aliorum, quorum in manus hoc opus legendum pervenerit, attente abſque paſſione & ſæpius eadem legere & re- E legere, & bene quæ in eo dicta ſunt contemplari: fortaſſis etenim non inutilis, neque labori noſtro inconveniens vos fructus ſequetur, ſed qualis maximi æſtimandus eſt. Siquidem veri[illegible] nec inquirendi fructuoſior labor eſt, nec inveniendi pretioſior fructus. Sed ante omnia ſanctorum patrum & doctorum occidentalium auctoritates, quas cum his ſimul ad te mitto, legentes attente, ex his colligetis problematis hujus clariſſimam veritatem. Si qui vero non [illegible], ſed contentioſi [illegible], aut meis rationibus, aut dogmati Latinorum inſtantia in-

*BESSARIONIS ARCHIEPISCOPI Nicæni oratio dogmatica de unione, Florentiæ habita ad Græcos.*

ferant; eos deridentes, & per patrum auctoritates facillime arguentes: omnis etenim ratio his contradicens reprobanda eſt, tanquam veritati contraria, ſiquidem patres veritatem locuti ſunt. Tu vero una cum occidentalium patrum teſtimoniis etiam aliquas orientalium auctoritates a nobis accipe, ut etiam iſtos eadem illis dicentes intelligas, & non ſolum ſententia, verum etiam ipſis verbis eos plerumque eſſe concordes.

SACRAM eccleſiarum Dei pacem atque concordiam nemo eſt, viri præſtantiſſimi, qui non maximi æſtimet, & loco ſummæ felicitatis eſſe ducat: *Vide Græce & Latine reliqua, seſſione 25. concilii Florentini, pagina hujus tomi XVIII.* 400.

*BESSARIONIS ARCHIEPISCOPI Nicæni declaratio aliquorum vocabulorum, quæ in oratione ſua dogmatica de unione ad Græcos Florentiæ habita continentur, & quæ non in eodem ſenſu apud Latinos ſunt in uſu, ſicut* C *apud Græcos.*

NOTANDUM primo, quod ſancti doctores orientales etiam in divinis utuntur nomine cauſæ & cauſati largo modo. *Vide reliqua in fine vigeſimæquintæ ſeſſionis concilii Florentini pagina hujuſce tomi XVIII.* 466.

## IN [a] CONCILIUM [b] FLORENTINUM [c] OECUMENICUM [d] DECIMUMSEXTUM [e] approbatum, [f] centum quadraginta & unius epiſcoporum, [g] contra errores Græcorum, ſub Eugenio papa IV. anno domini MCCCCXXXVIII. & D MCCCCXXXIX. celebratum.

### NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Concilium.* ] Hæc ſacroſancta ſynodus ab Eugenio quarto papa ejus nominis indicta, rogatu orientalis imperatoris celebrata fuit. Qua occaſione autem illud acciderit, Laonicus Chalcocondylas rerum Turcicarum libro primo his verbis enarrat: *Romani & eorum pontifex maximus, nullam prorſus occaſionem omittentes, legatos miſerunt ad Græcos, ut convenientes in unum, conciliumque celebrantes, concordiam, quantum ad Chriſtianam religionem attinet, inter ſeſe conglutinarent. At Græci cum plurimis annis adverſus Romanos contentiones permoviſſent, noluerunt patrium religionis ſuæ cultum per-* E *turbari. Tandem Joannes Palæologus Græcorum rex aſſumptis Byzantii epiſcopis & Græcorum doctis, ad colloquium venit cum pontifice Romano Eugenio quarto. Tandem Græci pariter & Romani in religionis negotio conſenſerunt.* Eadem ſcribit infra libro ſexto his verbis: *Græcorum rex legatos ire jubet ad Romanum pontificem Eugenium nomine, petentes ut concilium celebraretur, quo inter utroſque religionis contentionem decenter componerent. Tentabat eo modo occidentalium animos, num plurimi facerent concordiam conſtabiliri cum Græcis in religionis controverſia. Legati in Germaniam venere. Ea tempeſtate Germani Baſileæ erant congregati, diſſidentes ſententiis contra Eugenium pontificem, quem reprobantes, crearunt pontificem nomine Felicem, virum*

Hæc ſynodus ab Eugenio indicta.

Cauſa & occaſio indictæ ſynodi quæ.





*inter ipſos in primis ſpectatæ probitatis.* Hæc de occaſione & cauſa congregandi concilii Chalcocondylas.

Græcorum patriarcha quo animo unionẽ perficerit, quidve moriens dixerit.

Ne vero Græcos ipſos non domeſtica conſcientia, ſed ſociorum cohortatione ad hanc cum Romana eccleſia concordiam ineundam tractos putaremus, perpendendum eſt, quod Joſephus patriarcha Conſtantinopolitanus cum eſſet ſolus, ac horam mortis ſuæ, quæ etiam ſubitanea erat, præſentiret, id quod habetur hoc tomo ſeſſione 25. hujus concilii Florentini, pag. 506. ſcriptum reliquit: *Quoniam ad finem vitæ meæ perveni*, &c.

Eugenius cur Ferrariæ ſynodũ indixerit.

Eugenius Græcorum petitioni merito magnoque cum gaudio acquieſcens, diſſoluto Baſileenſi concilio, quo privilegia Romanæ eccleſiæ divino jure conceſſa impugnabantur, ſynodum indixit, locumque conveniendi aptiſſimum, oris maritimis vicinum deſignavit, Ferrariam nimirum, quo loco omnes præfixo tempore convenirent. Quomodo adventantes Græcos pontifex Ferrariæ exceperit, prædicto libro ſexto Chalcocondylas ita deſcribit: *Ambo igitur pontifices* (Eugenius nimirum, & contra eum B electus antipapa ſchiſmaticus Felix V.) *triremes inſtruunt, & Joannem Byzantii regem accerſebant. Uterque enim ſub ſe concilium agitari, & religionis controverſiam, quæ cum Græcis interceſſerat, finiri volebat. Cum ab utroque veniſſent triremes, rex quidem benignis verbis & placide concilii Baſileenſis legationem dimittebat, dicens, ſe cum Romanis & Venetis, & cum reliqua Italia jam ante collocutum, qui omnes ſe Romam proficiſci jubeant. Aſſumens itaque Byzantii ſacerdotes, & Græcorum ſapientiſſimos & doctiſſimos, navigabat in Italiam. Cum veniſſet ad Venetos, inde ſolvens ferebatur Ferrariam, ubi morari pontificem Eugenium acceperat.*

Quomodo imperatorem exceperit.

Quid poſt concilii finem actum.

Quid vero in ipſo concilio Florentino, poſt finem illius inter Eugenium papam, Græcorum imperatorem, alioſve Latinorum & Græcorum epiſcopos, actum fuerit, idem Laonicus Chalcocondylas prædicto libro ſexto pergit recenſere his verbis: *Huc cum perveniſſent Græci, multa diu agere cum pontifice in religionis negotio, volentes id ad optimum deducere finem. Poſtremo eo ventum eſt, ut inter ſe* C *conſentirent & concordiam inter ſe conglutinarent. Ideoque in hanc ſententiam euntes, decreverunt in poſterum nihil in religionis negotio innovare. Et ut iſta rata manerent, ſcriptis & ſanctorum obteſtatione ſanxerunt, ſe deinceps unanimes in religionis negotio fore. Hinc Romanus pontifex allegit in cardinalium ordinem* (*qui primus apud pontificem eſt*) *viros duos Græcorum nobiliſſimos, eoſque ſibi familiaritate junxit. Vocantur enim cardinales, quaſi religionis duces & antiſtites. Hos enim honore ſibi proximos triginta eligit pontifex, iiſque ſociis & conſiliariis utitur. Suppeditat his reditus ſufficientes, aſſignant eiſdem regiones, unde opes ſufficientes accipiant. Hic quidem minores, alius majores acquirit opes, ſecundum regiones quas ſinguli ſortiuntur.*

*In horum igitur album retulit pontifex viros duos Græcorum, Beſſarionem Trapezuntium Nicææ epiſcopum, & Iſidorum [*] Samariæ (quæ & Ruſſia) epiſcopum. Nam horum opera plurimum adjutus eſt in concordia cum Græcis ineun-* D *da. De Beſſarione quæ accepi, diligenter annotabo. Beſſarion tanto erat inſtructus a natura intellectu, ut præſtantiſſimos Græcorum non dico æquaret, verum ſuperaret. Judicio in re qualibet plurimum pollebat: Græcarum Latinarumque literarum tanta peritia huic viro inerat, ut facile eruditionis palmam inter omnes caperet. Nicolaus qui Eugenio ſucceſſit, virum hunc coluit plurimum. Quapropter Bononiæ urbi opulentæ eum præficit, ut eam tutaretur.*

[*] Sarmatiæ opinor legendum.

Armeni quid in cõcilio obtinuerint.

*Ad eamdem hanc ſacroſanctam ſynodum Armeni*, inquit Naucleruſ in chronico, *ex India miſerunt oratores ſuos, poſtulantes & ſupplicantes inſtrui & erudiri in his quæ ſunt fidei, a Romana eccleſia, & uniri cum ea in caritate Chriſti: qui examinati, in paucis reperti ſunt diſſentire a catholica fide, & in illis ſubjecerunt ſe correctioni apoſtolicæ ſedis, quæ de conſilio prælatorum decrevit, eos ritibus ſuis qui non ſunt contra veritatem fidei, permittendos, ut & Græcis, licet diſſimiles ſint a moribus Latinæ eccleſiæ. Quibus vero a fide vera diſcrepabant, his prohiberi debere, ut* E *quod ſacramentum confirmationis non habebant in uſu conferendi illi nationi, declarato iis, quod illud ſicut cetera ſacramenta debeant accipere, credere & conferre: & aliqua alia, quibus acquieverunt.* Hæc Nauclerus.

Quid vero inter ipſos & Romanam eccleſiam tranſactum fuerit, invenies ſupra in bulla Eugenii papæ.

Locus concilii.

b *Florentinum.* Hæc ſacroſancta ſynodus cœpta eſt celebrari Ferrariæ. Inde poſt habitas ſexdecim ſeſſiones, ob peſtem quotidie gravius ingraveſcentem, tranſlata eſt Florentiam, ibique novem ſeſſionibus celebratis, finita & abſoluta fuit anno milleſimo quadringenteſimo trigeſimonono, pridie Nonas Julii, cum anno uno & tribus fere menſibus duraſſet.

Ferrariæ deſcriptio.

Hadrianus Romanus in ſuo parvo theatro urbium, Ferrariam deſcribens, ait: *Ferraria ſita eſt ad Padum, eſtque una ex famatiſſimis civitatibus Italiæ, ornata pulcherrimis* A *palatiis, nobilitate ditiſſima. Academia hic eſt, quam concurrentiæ cauſa cum Bononienſibus conſtituit Fridericus II. Paucis annis elapſis multos paſſa eſt terræmotus.*

Florentiæ deſcriptio.

Idem de Florentina urbe agens, ſcribit iſta: *Florentia nomen quibuſdam habere creditur a flore, quod videlicet in medio Etruriæ inſtar floris campi ſedeat. Sicuti etiam longo tempore pro inſignibus utitur lilio. Vel dicitur Fluentia, cum ſita ſit ad fluvium Arnum. Aliqui exiſtimant olim dictam Arminam. Sita eſt ſub cœli plaga benigna, cum aere perfectiſſimo. Antiquitus colonia fuit Jani, aucta poſtea ruinis Feſulanorum, ſicuti Roma ex ruinis Albæ longæ. Hanc civitatem e tyrannide Longobardorum eripuit Carolus Magnus: poſtea ſemper fuit libera uſque ad tempora Caroli quinti, qui eam victam in gratiam Clementis ſeptimi dedit ejus cognato Alexandro Medices, hactenuſque civitas Medicæis ducibus Etruriæ paruit. Civitas hodie eſt Etruriæ totius metropolis, amœniſſimo loco ſita. Ab oriente & ſeptentrione collibus amœniſſimis, & undique fructiferis arboribus veſtitis cincta* B *medii theatri inſtar. Occidentali latere mediam in planitiem incedit, videturque fere umbilicum Italiæ tenere. Nobiliſſimis ædificiis cum divino cultui, tum civium uſui paratis nitet.* De eadem Chalcocondylas libro 6. ait: *Florentia Italiæ urbs opulentiſſima eſt, civeſque ad agriculturam & mercaturam extrudit. Hi intelligentia reliquos excellere videntur: optimeque efficitur quidquid viri iſti fuerint aggreſſi. Reſpublica hoc modo adminiſtratur. Eſt in ea conſilium quingentorum virorum, qui de civitatis rebus conſultant, de bello, de pace, de legatis ſententiam ferentes. Habent viros duos [*] peregrinos, quos accerſentes plurimum venerantur. Unum criminum capitalium judicem conſtituunt, alterum reliquas urbis controverſias*, &c.

[*] eos prætores ſive poteſtates vocant.

Quo loco ſeſſiones Ferrariæ habitæ fuerint, apud acta concilii initio ſeſſionis primæ dictum invenies.

Oecumenicum concilium fuiſſe probatur.

c *Oecumenicum.* ] Nulli dubium eſſe poteſt œcumenicam & univerſalem eſſe ſynodum, cui Julianus ſedis apoſtolicæ legatus præſedit, cuique non tantum Joſephus C Conſtantinopolitanus, verum etiam alii orientales tres patriarchæ per ſuos vicarios interfuerunt & ſubſcripſerunt.

Quotum fuerit concilium œcumenicum.

d *Decimumſextum.* ] Quamquam Laurentius Surius in præfatiuncula quadam ad lectorem, quam infra ſubjungam, falſam illam octavæ ſynodi inſcriptionem a Bartholomæo Abrahamo Cretenſi actis ſynodalibus præfixam, metu neſcio cujus temeritatis auferre & abolere noluerit; ego tamen aliorum virorum, quos ſupra in notis ad concilium œcumenicum octavum allegavi, hortatu animatus, non tantum ex titulo, verum etiam ex ipſis actis ſynodalibus pro voce, *octava*, decimamſextam ſubſtituendam eſſe putavi.

Cur Florentinum inſcribatur.

Et quamquam Ferrariæ decem priores ſeſſiones habitæ fuerint, tamen Florentinum potius quam Ferrarienſe inſcribendum eſſe judicavi: propterea in primis, quod ſub hoc titulo communiter a ſcriptoribus citetur & nominetur.

D Ne quis præfationes quas Bartholomæus Abrahamus Cretenſis & Laurentius Surius huic concilio præpoſuerunt, deſiderare poſſit, volui eas hoc loco cuſas lectori exhiberi. Abrahami Cretenſis præfatio iſta eſt.

*Benedictio de [*] Accolitis Ravennati archiepiſcopo, Bartholomæus Abrahamus Cretenſis, præſul Arienſis, ſalutem dicit.*

[*] Accoltis

COGITANTI mihi, præſul humaniſſime, quonam pacto tibi ſacrarum [illegible] ſtudioſiſſimo, ac omni virtute prædito, pro tuis in me maximis meritis aliqua ex parte gratias referre poſſem, tu [illegible] aliud molienti quaſi obviam prodiiſti, [illegible]que generalis octavi concilii E jampridem Florentiæ habiti acta e Græco in Latinum ſermonem verterem, mandaſti: quæ quidem neſcio qua de cauſa Latinitate donata non extent, cum memoriæ proditum ſit, duos ſcribas Græcos, totidemque Latinos, qui eidem interfuere concilio, ea ipſa Græcis Latiniſque literis diligentiſſime conſcripſiſſe. Sed id alii viderint, mihi autem Græco homini, literiſque Latinis non ſatis erudito, onus tantum ſubiiſſe, non mediocris negotii viſum fuit, præſertim [illegible]ſcio, multa ſcientiarum genera in ipſis actis diſſeminata eſſe, quæ niſi quis mediocriter ſaltem [illegible]lluerit, facta ipſa nequaquam intelligere, nedum La-

VIII. Synodus rectius dicitur habita Conſtantinopoli, quæ reſtituta eſt ſedi ſuæ Ignatius.

tinis bene tradere poſſit. Quis enim ſummam in ipſis theologiam deſiderabit? Ubi primo ſubtiliſſime diſputatur, an purgatorium ſit, & quidnam ſit: &, animæ ſanctorum felicitatem ſuam abſque corporibus ſuis aſſecutæ ſint: deinde, an poſteriores œcumenicæ ſynodi priorum actis quidquam addere, vel ab eis auferre poſſint: &, an Romanæ eccleſiæ abſque generali ſynodo particulam illam, Ex Filioque, ſymbolo licuerit addere. Quod quidem & ipſi facere licuiſſe, nec non ad Romanum pontificem rite pertinere, ambigua in fide abſtruſaque declarare, ac œcumenicam ſynodum injuſſu ejuſdem Romani pontificis celebrari non poſſe: Romanam denique eccleſiam caput & principem ceterarum eccleſiarum exiſtere, probatum ac ſuſceptum ab ipſa ſynodo eſt. Ubi præterea per quam ſubtiliſſime diſputatur, an ſanctus Spiritus ex Patre, nulla facta de Filio mentione, ut Græci, vel ex Patre Filioque (ut eccleſia Romana aſſeverabat) procedat. Poſtremo, an Græcis liceat pane fermentato ſacrificare. Præterea, quis vel naturalem philoſophiam, vel metaphyſicam in eiſdem actis deſiderabit, in quibus de Dei Filii generatione, de divinarum perſonarum diſtinctione, ac ipſarum relatione ſubſiſtentiaque acutiſſime pertractatur? Quis denique ſine dialectices ac rethorices arte luculentiſſimas illas rationes bene percipere poſſet, quas & Julianus ille cardinalis ampliſſimus, ex nobiliſſima Cæſarinorum familia ortus, pro Romana eccleſia, & Beſſarion tunc Nicænus archiepiſcopus, quem deinde ob divinum ejus ingenium multiplicemque doctrinam Eugenius quartus pontifex maximus ampliſſimorum ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinalium collegio conſenſu omnium cooptavit, in eodem ipſo concilio habuere? Tantam ergo provinciam aggredi meus animus mirum in modum extimeſcebat. Verum quid facerem, cum niſi tibi ſaltem obſequio ſatisfeciſſem, acerbam mihi vitam vivere viderer? Hinc factum eſt, antiſtes humaniſſime, ut juſſa tua, quibus apud me nil eſt validius, animum meum impulerint, ut audacia quadam rem tantam meis viribus imparem ſim aggreſſus: qua tamen in re ſummo ſtudio, vel potius Spiritus ſancti (de quo agebatur) benignitate mihi videor effeciſſe, ut quamvis elegans ſtylus ab elegantiſſimo ingenio tuo deſiderari poſſit, quæ tamen literis non minus barbare quam confuſe relicta fuerant, ita ut vix intelligi poſſent, ea fideliter explicaverim, ac dilucide literis Latinis) quantum Græco homini licuit) mandaverim, ut quiſque vel mediocriter bonis literis eruditus acta ipſa ſine ulla difficultate intelligere poſſit.

Multa quoque ſupervacanea, & nihil ad hanc divinam rem facientia, volens prudenſque præterii, ne lectoribus faſtidio eſſent. Nam Græci ſcribæ ludos ſingulos & honores quibus Conſtantinopolitanum imperatorem primo magnificentiſſimi Veneti, deinde Ferrariæ prudentiſſimus ille marchio, poſtremo nobiliſſimi Florentini proſecuti fuerint, teſtatos literis reliquerunt, & actibus divini concilii ineptiſſime inſeruerunt. His igitur, atque nonnullis privatis ipſorum Græcorum inter ſe diſceptationibus & controverſiis ad [illegible] neutiquam pertinentibus (ut prædictum eſt, prætermiſſis, publicas tantum eorum cum Latinis diſputationes & controverſias fideliter ac verbum de verbo (ut [illegible] utriuſque linguæ ſtudioſiſſimus [illegible] eſſe), e Græco in Latinum ſermonem [illegible]. Nec non tertium ma[illegible] in Eunomium [illegible] ſancti pro[illegible]

tio Cretenſi converſum, quo ſynodus ipſa vehementer innixa fuit, & quamdam ipſius Beſſarionis orationem, ab eodem dogmaticam nuncupatam, ac ejuſdem nominis epiſtolam, quas ipſemet poſt multos annos in Latinum traduxerat, ut ipſa eadem acta clariſſima redderentur, huic operi addidi. In quo quidem, doctiſſime pontifex, & tuum erga ſacras literas ſtudium ſummopere laudabitur, quod divinum hoc opus oblivioni jam traditum, te auctore in lucem prodierit; & ſumma mea in te obſervantia ceteris quoque mortalibus innoteſcet, quod te jubente oneris tantum ſubjerim, ac te efflagitante ad metam uſque pervenerim. Rogo igitur te, ut meas hujuſmodi lucubrationes, qualeſcumque ſint, tuis auſpiciis inceptas atque confectas, ac tuo nomini conſecratas, ſuſcipere, amplecti, fovereque non dedigneris. Vale.

Præfatiuncula quam reverendus pater Laurentius Surius hiſce ſynodalibus præfixerat, iſta eſt quæ ſequitur.

Lectori candido frater Laurentius Surius.

*QUid Græcis in mentem venerit, ut hanc ſynodum Florentinam octavam nuncuparent, docti viri admirantur. Poterat aboleri numerus ille; ſed ne id temeritati tribueretur, relinquere illum maluimus, contenti admonuiſſe lectorem, non recte dici octavam, quam aliquot aliæ inſignes ſynodi generales poſt alteram Nicææ habitam, quæ ſeptima numeratur, anteceſſerint. Vale.*

Approbatum fuit.

c *Approbatum.*] Auctoritate nimirum Eugenii papæ aliorumque pontificum, ut videre eſt in bullis duabus Eugenii, quæ actis ſynodalibus inſertæ leguntur.

Numerus epiſcoporum.

f *Centum quadraginta & unius epiſcoporum.* Horum nomina infra ſubſcripta reperiuntur. Huic concilio ipſe pontifex Eugenius præſto fuit, cum vix unum orientalium conciliorum dari poſſit, cui pontifex in perſona propria interfuerit. Patrum conſeſſus idem hic qui in primis œcumenicis obſervatus eſt: in medio conſtitutus fuit codex evangeliorum, quem intuentes, Chriſtum, juxta datam promiſſionem, ſibi præſentem eſſe meminiſſent.

Qui fuerint Græcorum errores.

g *Contra errores Græcorum.*] Quod nimirum de proceſſione Spiritus ſancti, de purgatorio, de beatorum felicitate, de primatu Romanæ eccleſiæ, aliiſve nonnullis fidei dogmatibus, ritibus ac ceremoniis hactenus docuerant. Quæ diſputationes de purgatorio & de Spiritus ſancti proceſſione, de additione vocis, Filioque, ad ſymbolum facta, inter eos habitæ, quove fructu abſolutæ fuerint, indicabit ſubſequens ſeſſionum ſynodalium compendioſa deſcriptio, quam hoc loco ſubjunctam & expreſſam habes.

Seſſionis primæ acta.

Anno milleſimo quadringenteſimo trigeſimo octavo, 4. Martii, Joannes Palæologus, Joſephus patriarcha Ferrariam appulerunt: quos dum pontifex una cum cardinalibus debito honore excepiſſet, conſilio Græcorum pontifex omnes epiſcopos & principes ad ſynodum invitavit. De ordine & conſeſſu poſt modicam diſceptatiunculam convenit inter eos, ut idem ordo qui in reliquis conciliis œcumenicis ſervatus eſt, hic etiam obſervaretur. Sedibus ergo eo ordine collocatis, & ſacro codice evangeliorum in medio conſeſſus poſito, Ferrariæ in templo ſancti Georgii 9. Aprilis convenerunt, ibique de celebranda ſynodo in primis patriarchæ Conſtantinopolitani, & poſtea Romani pontificis decretum recitari mandarunt. Quibus abſolutis, omniumque conſenſu approbatis, uiſerunt occidentales ad lucrum temporis faciendum utile videri, ſi medio tempore quod citatis abſentibus præfixum erat, privatim de Spiritus ſancti proceſſione communicarent. Quod cum Græci propter Baſileenſium abſentiam facere recuſarent, hoc tandem utrimque placuit, ut interea temporis de purgatorio privata collatio haberetur. Deputatis utrimque collatoribus & duobus notariis, qualibet hebdomade bis in templo ſancti Franciſci convenerunt. Prima collatio habita eſt 4. Junii. In hac Latini teſtimonio ſancti Pauli 1. ad Cor. cap. 3. aſſerebant, dari locum quemdam, quo animæ fidelium cum reatu levioris peccati, vel etiam pœnæ, decedentes per ignem purgantur & ſalvantur. Cumque Græci de igne æterno locum apoſtoli exponerent ſic: *Ipſe damnatus per ignem ſalvabitur, ſive in igne ſemper ſalvus erit & non conſumetur;* replicarunt Latini, id nulla ratione affirmari poſſe, quoniam Paulus utitur verbo (ſalvabitur) quod ut ex ſcriptura demonſtra-

An detur purgatorium.

runt;



runt, nunquam aliter quam in bonam partem accipi conſuevit. Cumque in ſanctorum beatitudine conveniſſent omnes, ingruente peſte acceleratæ ſunt ſeſſiones, conveniturque ut ſequente ſeſſione ageretur, an vox iſta, Filioque, licite & pie ſymbolo ſuperaddita fuerit. Propter podagricum morbum pontificis, convenerunt in palatio ejuſdem pontificis, ſedibuſque ordine quo ſupra locatis, utrinque ſex deſignati ſunt, qui quæſtiones ſupra deſignatas impugnent & defendant. Cumque primæ ſeſſionis, quæ habita fuit die Mercurii octavo menſis Octobris anni 1438. initium factum eſſet, e Græcis Beſſarion primus orationem habuit, quo ſacroſanctam Trinitatem totamque ſynodum laudavit.

Acta 2. Seſſionis.

Secunda ſeſſione, quæ habita eſt Ferrariæ 11. Octobris, Andreas Coloſſenſis archiepiſcopus, & Latinorum diſputator conſtitutus, habuit ejuſdem plane argumenti orationem: qua abſoluta, conventum eſt, ut Græci diſputationem exordirentur, dialectice argumenta proponerent, de ea in primis quæſtione, an ſymbolo quidquam addere liceat.

Acta 3. Seſſionis.

Tertia ſeſſione celebrata 14. Octobris, Marcus Epheſius captata & impetrata patrum benevolentia, oſtendit, Chriſtum pacem eccleſiæ reliquiſſe velut hæreditatem, eamque a Romana eccleſia eſſe contemptam. Orientales rogatu occidentalium ad pacem reconciliandam acceſſiſſe, pacem non niſi ſchiſmate ſublato, componi poſſe, adeoque neceſſarium videri, ut decreta ſeptem conciliorum œcumenicorum (cum octavæ ſynodi nulla mentio fiat, ſupra dixi) in hoc patrum conſeſſu publice recitentur. Quibus cum Andreas Coloſſenſis iterum reſpondiſſet, dixiſſetque Romanæ eccleſiæ nihil pace & concordia gratius extitiſſe, eamque nullum unquam ſubſidium ad hæreſes profligandas Græcis denegaſſe, conciliis orientalibus omnibus Romanos pontifices per ſe vel per legatos ſuos interfuiſſe, pacem & concordiam non tantum per literas, ſed etiam per legatos expetiviſſe: Marcus Epheſius ea quæ dixerat Andreas, vera quidem, ſed impertinentia eſſe conceſſit; cum pontifices cauſam ſchiſmaticis, factam nimirum additionem ad ſymbolum auferre noluerint, quam ſi ſuſtuliſſent, ſtatim pax & concordia ſubſecuta fuiſſet. Quæ cum Andreas iterum redarguiſſet, dixiſſetque antiquam illam eſſe Conſtantinopolitanorum accuſationem, dicentium erraſſe Romanam eccleſiam, quod vocem, Filioque, propria auctoritate addidiſſet ad ſymbolum, cui nihil præter ea quæ a patribus antiquis olim conſtituta ſunt, adjici deberet: denique circa finem concludendo allegaſſet, nullam additionem ab eccleſia factam eſſe, eamque, ſi qua facta foret, neceſſario fieri debuiſſe, finita eſt ſeſſio tertia.

Seſſionis 4. deſcriptio.

Quarta ſeſſio inchoata eſt 15. Octobris, quæ cum utrimque diu agitatum fuiſſet, utra pars ſuam prius aſſertionem confirmaret, placuit omnium conſenſu, ut finita ſeſſione quarta privatim conveniatur, & de re propoſita diſputetur. Poſt multas igitur diſceptationes, Græcorum & Latinorum privatim inſtitutas, unanimi conſenſu decretum eſt, ut nihil amplius agatur deinceps, niſi prius ſanctorum patrum decreta & divinum ſymbolum recitata fuerint.

Seſſionis 5. deſcriptio.

Quinta ſeſſione 16. Octobris celebrata, recitatum eſt ſymbolum Nicænum, ſubjuncta eſt lectio ſymboli Epheſini, quo prohibetur, ne quis aliam fidem a Nicæno concilio ſcribat aut profiteatur: idque ea intentione factum eſt ab illis, ut oſtenderent illicitam eſſe & ſacro Epheſino concilio contrariam additionem, qua Latini ad ſymbolum vocem, *Filioque*, addiderunt. In quem finem etiam quædam teſtimonia Cyrilli, & quarti Chalcedonenſis concilii ſymbolum recitari mandarunt, in cujus fine iſta habentur; *Sancta generalis ſynodus definit atque determinat, ut aliam fidem conſcribere aut componere aut docere licentiam nemini. Qui vero quidpiam tale commiſerint, aut aliud commentitium ſymbolum ex gentilibus vel Judæis aut hæreticis ad noſtram religionem venientibus tradere auſi fuerint, clerici priventur: laici vero anathemate nectuntur.*

Seſſionis 6. deſcriptio.

Ad ejuſdem aſſertionis confirmationem, ex quinto concilio partem ſermonis Joannis Conſtantinopolitani epiſcopi, & literas Vigilii papæ: ex ſexto concilio decretum cum quadam epiſtola Agathonis, ex ſeptima œcumenica ſynodo Nicæna definitionem fidei ibidem promulgatam adduxerunt. Cumque Latini quemdam vetuſtiſſimum codicem, in quo ſcriptum erat, *ſanctum Spiritum ex Patre Filioque procedere*, magna cum admiratione in medium attuliſſent, lectaque ejuſdem fidei definitione codicem authenticum eſſe oſtendiſſent, Marcus Epheſius ex recitatis ſupradictorum conciliorum, pontificum & epiſcoporum de fide ſententiis concluſit, nullam additionem ad ſymbolum appoſitam recipiendam eſſe; conceſſa interim Latinis ad hæc reſpondendi facultate.

Sexta ſeſſione cum octavi œcumenici concilii volumen Julianus a Græcis, prout privatim promiſerant, ſibi commodato dari petiviſſet, eoque dumtaxat fine impetraſſet, ut exinde aliorum conciliorum definitiones recitaret, nihil vero ex octava ſynodo, quam Græci ſchiſmatici reprobabant, adduceret, atque paulo poſt quam codice prædicto uſus fuiſſet, eumdem redderet; Andreas Coloſſenſis epiſcopus Marci Epheſii aſſertionem ſupra recenſitam impugnaturus, quatuor aſſertiones ponit, quarum duas hac, reliquas ſequente ſeſſione demonſtravit.

I. Aſſertio Coloſſenſi.

Prior ejuſdem Andreæ aſſertio hæc eſt: *Acceſſio vocis, Filioque, quam Græci additionem appellant, expoſitio eſt nominanda*: eamque hoc ſyllogiſmo dialectico breviter confirmat more: *Nulla expoſitio vel dilucidatio alicujus artis aut ſcientiæ debet additio appellari; ſed acceſſio vocis,* Filioque, *eſt expoſitio vocis*, ex Patre: *ergo acceſſio vocis:* Filioque, *non debet appellari additio*. Majorem probat hac ratione: *Omnis additio fit per extranea, quia expoſitiones ex intrinſecis rei principiis deducuntur & inferuntur: ergo nulla expoſitio eſt vel nominari poteſt additio*. Eamdem majorem confirmat abſurdorum quorumdam illatione, quod ſi nulla inter expoſitionem & additionem differentia conſtituatur, neceſſum ſit fateri, omnia poſteriora concilia illegitima eſſe: quia ipſius Gregorii theologi teſtimonio, ipſaque rei evidentia conſtet, plura contineri in ſymbolis & fidei definitionibus poſteriorum conciliorum, quæ in Nicæno concilio nequaquam ſcripta inveniuntur. Imo ejuſdem Marci Epheſii confeſſione probat, quod non omnis expoſitio ſit additio cenſenda, cum ipſe libere profiteatur, Nicænum & Conſtantinopolitanum unum eſſe ſymbolum, quia unum eumdemque ſymboli ſenſum ſervarunt, etiamſi verbis diſcrepent. Minorem primi ſyllogiſmi hoc argumento confirmat. Spiritus ſanctus procedit ex Patre, ut conceditis: ergo etiam ex Filio; quia auctoritate ſcripturæ & ſanctorum patrum teſtimonio, omnia bona eſſentialia Patris ſunt bona Filii, juxta illud Joan. 12. *Mea omnia tua, & tua mea ſunt.*

Aſſertio 2. Coloſſenſ. epiſcopi.

Secunda aſſertio quam hac eadem ſeſſione contra Græcos demonſtravit idem Andreas Coloſſenſis epiſcopus, iſta eſt: *Additiones ejuſmodi per quas exponitur fides, non ſunt interdictæ*. Probat eam, quia hujuſmodi additiones per Nicænum apoſtolico, per Epheſinum & Chalcedonenſe Nicæno aſſerere. Cum itaque dictu abſurdum videatur, ſanctiſſimos illos patres omnes anathematis ſententiam incurriſſe, abſurdiſſimum quoque fuerit, noviſſimi temporis eccleſiam iis limitibus circumſcribere, ut ad fidem magis perſpicue explicandam, & novas hæreſes impugnandas, ne unum jota ſymbolo fidei adjicere liceat. Addit auctoritate ſancti apoſtoli 2. ad Corinth. cap. 3. literam occidere, ſpiritum vivificare: ideoque exemplo Gregorii Nazianzeni ſcriptoris Græci, non tam literæ quam ſenſui literali ſtandum videri. Præterea non eſt illicitum, inquit, Græcis Græce, Latinis Latine unum idemque ſymbolum recitare: ergo neque illicitum eſt diverſis verbis idem exponere, modo nihil fidei contrarium addatur.

Tertio, ſicut non eſt illicitum ex principio philoſophico latentes in eo concluſiones alias atque alias deducere: ita non poteſt videri alienum a fide, ſi quis ex principio theologico contentam obſcurius in eo concluſionem evidenter eliciat.

Quarto, quod licuit paſtoribus eccleſiæ primitivæ, apoſtolis nimirum, idem non eſt inconceſſum noſtri & poſteriorum ſæculorum ordinariis paſtoribus, quia Chriſtus promiſit, ſe omni tempore uſque ad Mundi conſummationem eccleſiæ affuturum: licuiſſe autem apoſtolo ex generalibus fidei principiis alia dogmata inferre & exponere, probat ejuſdem teſtimonio ad Epheſ. cap. 4. ubi cum dixiſſet: *Unus dominus, una fides, unum baptiſma, unus Deus & pater omnium*: intulit alibi: *Ergo & una eccleſia.*

Quinto & ultimo ait: Si non licere per expoſitionem aliquid ad dogmata fidei ſuper[illegible] hæreſes impugnari & extirpari [illegible]. Quare cum hac de cauſa Conſtantinopolitanum [illegible] Nicæno, & poſteriora concilia prioribus fidei formulis aliquid per expoſitionem adjecerint; concludit contra Græcos, nulla ratione interdictam eſſe hujuſmodi additiones ſyllabarum aut vocum, per quas fides non deſtruitur, ſed contra hæreſes defenditur, & acrius propugnatur; nulloque modo probari poſſe Latinam eccleſiam hac de cauſa anathematis ſententiam incurriſſe.

I

Seſſio VI.

Septima ſeſſio celebrata eſt 25. Octobris. Hac reliqua duo capita, iſta, congruum fuiſſe illam vocis, *Filioque*, additionem, eamque ab omnibus fidelibus recipiendam eſſe, libenter quidem initio ſtatim proſecutus fuiſſet; ſed impediverant Græci, qui privatim non ſatis apte effutierant, nihil iſta ad ſuæ aſſertionis refutationem pertinere. Quare poſtpoſitis duorum iſtorum capitum probationibus, hac ſeſſione Græcorum rationes ſuperiori ſeſſione allatas in primis refutavit, Nicæni concilii recitationem nihil obſtare dixit, utpote quod in eo de proceſſione Spiritus ſancti ex Filio nihil explicite continebatur, implicite

vero

Reſpondetur rationibus & argumentis ab Epheſio allatis.

vero non tantum Arii, verum etiam Macedonii & Neſtorii hæreſim impugnet. Ad auctoritatem concilii Epheſini, ſicut etiam epiſtolam Cyrilli, reſpondit, per ea nihil aliud prohiberi, quam ut diverſa fides nova non componatur, ſcribatur aut proferatur. Cum itaque unius religionis ſit, credere Spiritum ſanctum procedere ex Filio, quem ex Patre procedere profitemur, per hoc nihil dogmatis novi ad fidem additur, ſed tantum obſcurior articulus fidei explicatur. Similiter reſpondit ad verba definitionis fidei in concilio Chalcedonenſi promulgatæ, videlicet interdictam eſſe immutationem ſenſus, non verborum quibus dogmata implicite magis exponuntur: eamque ſuam reſponſionem hoc ſimili illuſtravit: ſacroſanctum evangelium perfectiſſimam doctrinam fidei noſtræ continet, & tamen Græcis & Latinis patribus & doctoribus illud exponere licuit: imo cum Arius ex illo ſcripturæ, *Pater major me eſt*, concluderet, Dei Filium creaturam eſſe: non tantum licitum, ſed & neceſſarium erat, ut patres concilii declararent, qua ratione Pater major Filio, quave eidem æqualis eſſet. Eadem eſt neceſſitas, quoties nova exoritur hæreſis.

Ad id, quod dicebat Epheſius, ſymbolum perfectum eſſe, adeoque nihil illi addi debuiſſe: reſpondit illud fuiſſe perfectum quoad veritatem & fidem, non autem quoad notionem. Omnia dogmata fidei in ſymbolo explicite vel implicite continentur: ut vero ea quæ implicite continentur, omnibus fidelibus innoteſcant, opus eſt dilucida expoſitione & explanatione. Similiter reſponſum eſt ad verba quinti concilii & epiſtolam Vigilii. Reſponſuris ad ſexti concilii definitionem, orta eſt quædam controverſia de varietate lectionis. Nam ſexti concilii acta, quæ proferebantur a Latinis, habebant, *Deum de Deo*, &, *de cælis*: quæ apud acta concilii Conſtantienſis, Epheſini & Chalcedonenſis, non reperiuntur. Unde Latini Græcos confutarunt, non eſſe alienum a ratione, ut poſt Epheſinum & Chalcedonenſe concilium Conſtantinopolitano ſymbolo aliqua vox, quæ fidei non adverſatur, addita fuerit. Poſtquam ergo Andreas & Julius cardinalis oſtendiſſent, definitionem ſexti concilii multo minus quam literas Agathonis papæ huic expoſitioni Latinorum obſtare, formulam fidei in Niceno concilio ſecundo recitatam pro ſe allegarunt, utpote cum in ea apertis verbis contineatur, Spiritum ſanctum a *Patre Filioque* procedere. Ad id vero, cur in Chalcedonenſi concilio patres prohibuerint verbum *Deiparam* ad ſymbolum apponi, reſpondet id factum eſſe ideo, quia non erat neceſſaria additio ejus vocis, quæ pluribus aliis ſymboli verbis aperte continebatur, vel ſaltem ſatis expreſſe intelligebatur. His peractis concluſit Andreas, nihil aliud a Græcis probatum eſſe, quam quod divino ſymbolo novam fidem addere non liceat.

Poſt hæc tranſit ad probationem quarti capitis ſupradicti, quod nimirum Romanæ eccleſiæ eamdem particulam explicite ad ſymbolum addere licuerit, ideo quod Spiritum ſanctum ex *Patre Filioque* procedere cum ſancto Auguſtino, Gregorio, Hilario, Baſilio, Gregorio Nazianzeno, Athanaſio, omnes fere patres doceant, idemque plures hiſtorici ſcribant & aperte profiteantur.

Hac de cauſa cum imperator dubitaret, num in ſynodo hiſtoriis ſtandum eſſet: Andreas reſpondit, eccleſiaſticis hiſtoriis jure meritoque fidem haberi. Quo dicto pergit probare quod cœperat, nimirum licite & convenienter a Romana eccleſia particulam, *Ex Filioque*, declarationis cauſa ſymbolo additam fuiſſe, etiamſi eadem ſine Græcis, quod illi omiſſum accuſabant, hujus rei cauſa concilium congregaſſet. Nam ſicut nullum concilium, Græcis auctoribus atteſtantibus, ratum eſt & approbatum, quod citra conſenſum ſedis apoſtolicæ celebratum eſt, maxime ſi œcumenicum fuerit: ita econtra firmum & ſtabile ait eſſe ſynodale decretum, quod auctoritate apoſtolica congregatum eſt & approbatum, ſive orientales & occidentales ſimul, ſive etiam alterutri tantum epiſcopi, plures aut pauciores interfuiſſent. Pontificis enim auctoritas abſentium ſupplet poteſtatem, ut conſtat teſtimonio Stephani doctoris Græci, ubi eos qui injuſſu pontificis, aut ejus vicarii, concilium celebrare volebant, vehementer increpat. Inde cum intuliſſet Andreas, Romanam eccleſiam minime argui poſſe, quod Græcis inconſultis ſymbolum [illegible] declararit, idque ſancti Maximi auctoritate, aſſerentis [illegible] nam eccleſiam immerito ab orientalibus accuſari, [illegible] Nicolaus Græcorum interpres aſſerebat, [illegible] apud ſanctum Maximum ſuppoſitum eſſe: Andreas vero illo poſito, non conceſſo, reſpondit: optime demonſtratum eſſe, quod nequaquam Græcis ignorantibus Romana eccleſia controverſam particulam *Filioque* [illegible] appoſuerit, utpote cujus non tantum in ſexta œ[illegible] verum etiam in ſeptima Nicena ſynodo ex[illegible] invenitur. [illegible] Conſtantinopolitanum patriarcham

Romana eccleſia licite addidit ad ſymbolum vocem Filioque.

actione 3. in concilio Niceno ſecundo profeſſum fuiſſe Spiritum ſanctum ex Patre per Filium, id eſt, ex Filio procedere. Quod ſi a Taraſio recte factum aſſeratur, cur non idem Romanæ eccleſiæ licuerit? Repetit deinde quod ſupra dixerat; apud acta concilii Niceni ſecundi expreſſe legi, quod Spiritus ſanctus ex *Patre Filioque* procedat.

Poſt hæc certiſſimo ait argumento indicare & oſtendere innocentiam Romanæ eccleſiæ illud, quod Photius ejuſdem eccleſiæ acerrimus inimicus nullam de additione ad ſymbolum facta mentionem habens, Nicolao & Hadriano nihil aliud objecerit, quam quod prævaricatores eſſent anathemate condemnati, quodque tempore Juſtiniani imperatoris Joannes Conſtantinopolitanus epiſcopus eam epiſtolam Hormiſdæ ſuſcepiſſet, qua ille Spiritum ſanctum a *Patre Filioque* procedentem confitetur. Octavam œcumenicam ſynodum, quod Epheſius ajebat, ſubſequente concilio œcumenico aliquo legitimo reprobatam, atque in eodem Joannem Romanum pontificem abdicatum, hancque partem a ſymbolo relegatam fuiſſe negat, eo fretus argumento, quod cum ſummis pontificibus & Romanæ eccleſiæ illi decreto nequaquam obtemperantibus hucuſque communicaverint. His dictis concluſit, quod hactenus probaverat, explanationem illam ſymboli a Romana eccleſia licite & neceſſario peractam eſſe. Julianus ad confirmandum ea quæ Coloſſenſis de poteſtate Romani pontificis circa fidei declarationem produxerat, literas Agathonis papæ legi mandavit, quibus expreſſis verbis indicatur, quod Romani pontificis ſit ambigua fidei dogmata explicare, atque explicata tueri ac defendere.

Seſſionis VIII. deſcriptio, quæ Beſſarion ad argumenta Andreæ Coloſſenſ. reſpondet.

Octava ſeſſione quæ habita eſt Kalendis Novembris, Beſſarion Nicænus orator facundiſſimus partes Græcorum defenſurus, ea quæ præcedentibus ſeſſionibus duabus copioſe diſſeruerat, repetit, & poſtquam ad ſingula capita quatuor generatim negando & inficiando reſpondiſſet, redit ad primum, reſumptoque toto ſyllogiſmo illo, quem ſupra enarravi, reſpondet majorem, conceſſa minore, negando: nimirum quod nulla expoſitio ab extraneis principiis deſumi poſſit. Imo, inquit, hæc expoſitio de qua controvertitur, ab extraneis deſumpta eſt. Cum illa enunciatio: Omnia bona eſſentialia Patris ſunt Filii, huic concluſioni. Ergo Spiritus ſanctus ex Filio procedit, ſit plane extrinſeca, maxime ideo, quod vox *Filioque* non tantum extranea, verum etiam Patri re ſignificata ſimilis, voce autem diſſimilis ſit. Quiſquis igitur ea ratione per appoſitionem vocis *Filioque* ſymbolum declarat, ille eidem ſymbolo contra prohibitionem Epheſini concilii additionem apponit. Ad reliquas probationes quatuor, quibus Coloſſenſis confirmabat licitum & neceſſarium eſſe, ut ſymbolo declarationes quædam apponantur, reſpondit declarationes fidei ſemper conceſſas fuiſſe, atque etiamnum concedi, imo vero etiam patribus Niceni & Conſtantinopolitani concilii licuiſſe, ut fidem declaratam ſymbolo adjicerent: ſed cum eorum exemplo poſteriores abuterentur, variæque fidei formulæ conſcriberentur, ſacroſancta ſynodus Epheſina definivit, licere quidem controverſos fidei articulos explicare & interpretari: factam vero explicationem nequaquam ſymbolo ſuperaddere licere. Hanc ſuam ille reſponſionem confirmabat duplici ratione, quarum prior eſt. Epheſina ſynodus additionem prohibuit diverſam ab illa, quæ interdicta fuerat duabus anterioribus. Quare cum illæ mandaverint, ne quid contra fidem a ſe traditam & expoſitam adderetur, haud dubio tertia ſynodo Epheſina interdictum erat, ne ſimpliciter ulla vocum mutatio vel additio ad ſymbolum adjiceretur.

Poſterior ratio eſt. Epheſina ſynodus vocem, Deiparam, quantumvis pro fidei dogmate contra Neſtorium explicando neceſſaria eſſet, plurimiſque verbis ſymboli implicita contineretur, ſuperaddere recuſavit. Præterea ea quæ de duabus naturis in Chriſti perſona inconfuſe exiſtentibus, duarumque voluntatum operationibus contra Neſtorium, Eutychetem & Monothelitas, Epheſino, Chalcedonenſi & ſexto œcumenico concilio fidei expoſitiones ſunt, quæ in ipſo ſymbolo implicite continentur: & tamen nihil horum ad publicam fidei profeſſionem Nicænam ſuperadditum fuit.

Ad auctoritatem Gregorii aliorumque patrum reſpondet, eos fidem declaraſſe, nequaquam vero ſuo additamento auxiſſe. Si qui tamen id ante prohibitionem Epheſinæ ſynodi fecerunt, nullum per hoc ſuæ aſſertioni præjudicium generari.

His dictis ſubmittens ſeſe in controverſiæ deciſionem ait, quod ſi Latini probaverint, poſt Epheſinum concilium aliquam dictionem vel ſyllabam ſymbolo ſuperadditam fuiſſe, parati ſint ipſi in Latinorum ſententiam deſcendere. Ad Gregorium cognomento Theologum, ſyllabarum dictionumque rationem non eſſe habendam aſſerentem:



rentem, reſpondit, illum locutum eſſe de vocibus ſynonymis, quales ſunt perſona & hypoſtaſis, veſtis & indumentum, hic vero controverti de vocibus *Patre & Filio*, diverſum plane ſignificantibus.

Ad id quod allegabat Andreas, unum idemque ſymbolum licite Græco & Latino idiomate afferri & cantari, adeoque non illicite Latinos profiteri Spiritum ſanctum *ex Patre Filioque* procedentem, utpote quæ voces duæ ſunt unum, Spiritus ſancti principium ſignificantes: reſpondit verum eſſe antecedens, quia voces illæ ſint ſigna ejuſdem rei: conſequens autem ſuo judicio falſum eſſe, quia Pater & Filius voces diverſæ ſunt, reſque plane diverſas ſignificant. Addit, etiamſi rem unam ſignificarent, nequaquam propter prohibitionem ſynodo inſerendas fuiſſe.

Ad id quod de principiis eorumve conſequentiis e principio deductis allegatum eſt, reſpondit in primis gratum fore, ſi probetur, controverſam concluſionem ex prædicto principio vere & recte inferri poſſe. Et quamquam id probatum foret, tamen eam doctrinam ſymbolo non magis eſſe adſcribendam contendit, quam demonſtrativa concluſio eſt addenda ejuſdem demonſtrativi ſyllogiſmi principiis. Addit, ſicut nequaquam ex ſacra ſcriptura deductas fidei conſequentias ipſi ſcripturæ inſerere licet; ita ſymbolo, quod eſt unum ex theologicis principiis, nequaquam addere licere eam expoſitionem, quæ ex ejuſdem verbis eſt illata. Eccleſiam, quod ſupra dicebatur, unam & eamdem, parique poteſtate præditam ſemper fuiſſe fatetur, cum ea tamen limitatione, quod anteriorum conciliorum decreta obſervare & non evertere debeat: nam ſi aliter ageret, ſeipſam deſtrueret. Addit, quia de exponendis fidei articulis ab eccleſia nulla facta eſſet prohibitio non minus cuilibet fidelium, quam Agathoni, Cyrillo aut Sophronio ſacræ ſcripturæ interpretationem eſſe conceſſam. Ad extremum contra reſponſiones Andreæ Coloſſenſis ad argumenta Marci Epheſii ſeſſione ſuperiori factas replicavit: In primis Nicænæ ſynodi ſymbolum fuiſſe recitatum, quia unum idemque cenſetur cum Conſtantinopolitano, cui ne deinceps aliquid apponeretur in Epheſino concilio interdictum fuit. Secundo ait, vocum & ſyllabarum rationem non eſſe admodum curandam, ſi poſt factam prohibitionem ad ſymbolum non addantur.

Seſſio IX.

Seſſio nona celebrata eſt Ferrariæ 4. Novembris, in qua Beſſarion ad ſex puncta ab Andrea ſuperiore ſeſſione allata reſpondit. Ad primum reſpondens dicebat falſum eſſe illud Cyrilli, quod fidem evitare & fidem declarare diverſa ſignificent. Ad ſecundum dixit, etiamſi interdictum poſt decreta promulgatum fuiſſet, nihilo minus ipſum tenere, cum patres tertiæ ſynodi de ſingulis ſymboli partibus diſſeruerint.

Ad tertium & quartum ait, Agathonem pontificem dictiones eas tantum prohibuiſſe, quæ res a fide diverſas ſignificant, eumdemque virum ſanctiſſimum ad fidem ſuam exponendam ſymbolo quædam addidiſſe, quædam detraxiſſe negat; ſed potius quodvis additionis genus prohibens decreta in nullo immutari, augeri vel minui; omniaque in verbis & intelligentia eadem relinqui voluiſſe: exponere tamen ſymboli partes haud vetuiſſe, ne doctoribus materia laborandi deeſſet; ſed communem tradi doctrinam vel traditæ ſyllabam aliquam mutari prohibuiſſe, ac propterea ſtudioſe verbo *Mutatur* uſum eſſe.

Ad quintum reſpondit, vocem *Deipara*, ad ſymbolum declarandum neceſſariam fuiſſe, quia actis ſynodi inſerta habetur. Cumque eadem, etiamſi ad declarandam fidem neceſſaria foret, auctoritate concilii ſymbolo addita non fuerit, argumentum ſuum verum eſſe & bene contra additionem illicite factam procedere concludit.

Ad ſextum reſpondet, falſum eſſe quod Romana eccleſia ſanctorum patrum vocibus mota, aut neceſſitate coacta, eam additionem jure ſuo fecerit: imo nulla neceſſitate cogente eam id facere potuiſſe urgebat, cum decreta ſynodi nullo caſu neceſſitatis id fieri poſſe concedant, etiamſi ſedis Romanæ prærogativæ nihil adimatur.

Quibus abſolutis prædictus Beſſarion quæſivit, quomodo ſanctorum patrum interdictum intelligerent, an ad ſymbolum vel aliud referrent. Ad quod præſul Coloſſenſis volens reſpondere, longam de proceſſione Spiritus ſancti orationem habuit. Quam ad propoſitum ſpectare negantur, neque calamum neque aures eidem præbuere.

Seſſio X.

Seſſio X. celebrata eſt Ferrariæ die ſabbati 8. Novembris. In hac repetitis iis quæ ſupra geſta fuerant, Joannes provincialis Latinorum diſputator oſtendit, additionem illam particularum, *ex Filioque*, nulla ratione prohibitam, ſed potius licitam eſſe declarationem: tum quod evangelium legis veteris ſit declaratio, etiamſi poteſtate a vetere contineatur; tum etiam quod eccleſia omni tempore controverſias circa fidem exortas hactenus definiverit, & obſcura expoſuerit.

Ut oſtendat hujuſmodi additionem vetitam non eſſe,

Tria genera additionis ſunt, quorum tertium licitum eſſe probat.

additionis tria genera diſtinguit: quorum primum eſt, cum additamentum rei additæ opponitur; ut ſi Deum Patrem quis dixerit eſſe genitum: alterum, quod a re cui opponitur tantum diverſum eſt; ut ſi Deum Patrem quis dixerit geometram: tertium, cum utrumque eſt congruum: ut ſi Filius dicatur Patri conſubſtantialis.

Primum genus additionis hæreticum; ſecundum ineptum, tertium pium & religioni declarandæ utiliſſimum eſſe ait. Cum igitur illa particula, *Ex Patre*, in apoſtolorum ſymbolo poteſtate prius contenta, ad retundendos hæreticos a patribus Conſtantinopolitani primi concilii addita, adhuc quodammodo ambigua videretur, particulam, *Ex Filioque*, poſterioris ſæculi patres ſymbolo appoſuerunt, ut totum illum articulum clariſſime explicarent.

Quod vero ajebat Beſſarion primitivæ eccleſiæ patres ſcripturæ declarandæ, ſymbolique augendi habuiſſe poteſtatem, quæ poſterioris ſæculi eccleſiæ propter abuſum adempta fuit, Joannes omnino negavit: quoniam interdicto conciliorum Epheſini & Chalcedonenſis illi dumtaxat continentur & includantur, qui addendo vel mutando eccleſiam evertere ſtudent: addidit eccleſiæ legitime convocatæ nunquam addendi facultatem præreptam eſſe, ubi hæreſeos periculum & neceſſitas ipſa eamdem requirunt.

Concludit igitur, Romanam eccleſiam particulam, *Ex Filioque*, non addidiſſe, ut ſymbolum Conſtantinopolitanum fidemque ipſam everteret; ſed ut Nicænum & Conſtantinopolitanum idem eſſe idemque ſignificare declararet.

Seſſionis XI. deſcriptio.

Seſſio XI. habita Ferrariæ undecimo Novembris. In ea Julianus cardinalis pro parte Romanæ eccleſiæ in gratiam ſimplicium ſuperiora clarius explicat & repetit, primoſque interdicti auctores Anaſtaſium & Photium Neſtorianos hæreticos fuiſſe dicit, qui aliud ſymbolum fidei proferentes, & Jacobum quemdam ad hæreſim diſſeminandam emittentes, plurimos deceperunt. Econtra vero Chariſium, ut ſe orthodoxum probaret, in primis ſymbolum ſuum, quod neque Nicænum neque Conſtantinopolitanum eſſe conſtabat, cum Spiritum Patri & Filio conſubſtantialem poſuiſſet, in publica ſynodo recitaſſe oſtendit; ac tum demum ſynodali decreto ſanxiſſe, ne cui aliam fide proferre aut docere liceret; ſimulque confictum illud Neſtorianorum ſymbolum, nulla prorſus Chariſii mentione facta condemnaſſe.

Unde, ſi mens concilii fuiſſet, quamcumque aliam a Nicæna, fidei profeſſionem interdicere, Chariſii quoque ſymbolum & expoſitio hic damnata fuiſſet. Synodus enim contraria ſcriptis vel verbis proferre vetuit; expoſitionem nequaquam interdixit, cum & alias Deum æternum, infinitaque alia credere, anathema foret: quæ ſub ſymbolo non continentur: omneſque fere Chriſtiani anathemate notarentur, ſi ſynodus quodvis expoſitionis genus prohibuiſſet.

Dehinc literas Agathonis ad ſynodum miſſas non ab ipſo ſolo, ſed ab occidentali eccleſia, ſynodo 125. occidentalium præſulum convocata, ſcriptas fuiſſe cenſet.

Beſſarioni reſpondens ait, quod ſi nullo caſu neceſſitatis liceret ſymbolum exponere, patres concilii Conſtantinopolitani primi, & ſexti œcumenici graviter deliquiſſent, quod illi ad Nicænum concilium plurima addidiſſent, hi vero ſuas quas ediderant conſtitutiones tantum everti prohibuiſſent. Contra vero, ut probet additionem declarationis cauſa factam non eſſe illicitum, duplici uſus eſt exemplo: altero Leonis papæ: altero autem Flaviani Conſtantinopolitani epiſcopi.

Non omnem additionem ad ſymbolū factam illicitam eſſe firmiſſimo argumento probatur.

Qui cum in concilio Chalcedonenſi accuſati fuiſſent, quaſi contra prohibitionem ſynodi Epheſinæ egiſſent, eo ipſo quod nova fidei dogmata explic[illegible], & contra hæreſiarchas defenderent, [illegible] ejuſdem concilii Chalcedonenſis juſte [illegible] abſoluti fuerunt, utpote qui ſuo addita[illegible] ſymbolū evertiſſent, quam diſtinctius con[illegible] hæreſes propoſuiſſent. Quare ſi talem declarationem ſymbolo alicui novo addentes Leo & Flavianus auctoritate Chalcedonenſis concilii non ſunt condemnati, evidentiſſimo argumento concluditur quod Epheſina ſynodus non omnem additionem quæ fit exponendo & declarando; ſed eam dumtaxat quæ fidei dogmata evertit, ſua conſtitutione prohibuerit.

Seſſionis XII. deſcriptio.

Seſſione XII. Veneris 15. Novembris celebrata, Marcus Epheſius tres ob cauſas Neſtorianos in ſynodo damnatos & a Chariſio accuſatos aſſerit. Quarum prima eſt, quod ſuum ſymbolum adinſtar Niceni docuerint: ſecunda, quod in eo dogmata falſa multa extiterint: tertia, quod Neſtoriani Chariſium graviſſimo odio perſequentes, quia ab illorum hæreſi defeciſſet, illi neceſſitatem impoſuerint ut fidem ſuam exponeret, ſeque Niceno concilio aſſentiri declararet. Quod factum Chariſii non modo non fuit illicitum, ſed etiam plurimorum patrum exemplo comprobatum.

Ad

Ad hæc Julianus reſpondens, ſecundam cauſam conceſſit, primam & tertiam inficiatur; acceptatque quod de Sophronii & Agathonis papæ expoſitionibus fidei tempore ſexti concilii licite factis ingerit. Quæſitus deinde Marcus, utrum Agatho, Sophronius & Chariſius, qui pro fide explananda ſcripſerunt, interdicto ſubjacerent? Reſpondit, quod in ipſum interdictum nihil commiſerint. Unde Julianus inferens dicebat? Si Chariſius hac in re nihil contra interdictum fecit, nequaquam Romano pontifici univerſalis eccleſiæ curam gerenti illicitum erit aliquid ſuperaddere, quod ad fidem explanandam pertinet, addiditque: ſi Neſtorianum ſymbolum catholicum fuiſſet, inſtar illius quod Chariſius & Agatho conſcripſerant, ſuſcipiendum fuiſſe.

Quærentique iterum Marco an Neſtoriani ſuum ſymbolum ita tradere potuerint, ut baptizandi illud profiteri deberent, Julianus reſpondit, nemini hominum licere ſic proprium ſymbolum proferre, ut omnis eccleſia ad id celebrandum teneatur, conceditque Neſtorianos potuiſſe verum ſymbolum exponere, eo uti, idemque proferre ac ſapere; quatenus verum fuiſſet: at communiter eodem in conciliis uti nequaquam licuiſſe. Cumque Marcus Epheſius illud ſuo inſtituto favere dixiſſet, nimirum ideo damnatos eſſe Neſtorianos, quod ſuum ſymbolum velut Nicænum obtruſiſſent, ideoque omnis deinceps augendi, immutandi, vel etiam explanandi licentia adempta eſſet, idque auctoritate Cyrilli probare conatus fuiſſet, Julianus illi contradicens ajebat Cyrillum pro ſua ſententia ſtare, ſi quidem per aliam fidem intelligat dumtaxat fidem contrariam, expoſitiones fidei admittat, contrarias additiones expreſſe prohibeat. In cujus rei confirmationem juſſu cardinalis Juliani recitata eſt expoſitio fidei a Cyrillo conſcripta, quæ de Neſtorianis illud aperte profitetur, eos non alia de cauſa, quam quod fidem Nicæno ſymbolo contrariam docuiſſent, condemnatos eſſe.

His peractis, iiſque quæ de additione vel explanatione facienda vel omittenda ſuperioribus ſeſſionibus dicta fuerunt breviter repetitis, inſtitit Julianus, ut his deinceps omiſſis ad principalem quæſtionem de Spiritus ſancti proceſſione tranſeatur, an nimirum Spiritus ſanctus a Patre tantum, vel a Patre ſimul & Filio procedat. Nam illa controverſia compoſita facile futurum promittebat, ut de poteſtate addendi conveniretur.

Seſſio XIII.

Seſſio XIII. habita eſt 27. Novembris, in qua cum oratores ducis Burgundiæ, in ſynodalem conſeſſum intromiſſi, pontificem dumtaxat debito more ſalutaſſent, offenſus hac de cauſa imperator Ferraria diſceſſiſſet, ſi non proxima ſeſſione iidem oratores imperatorem debito honore & cultu proſecuti fuiſſent.

Seſſio XIV.

Seſſione XIV. quarto die menſis Decembris celebrata, oratores ad ſynodum intromiſſi imperatorem ſalutarunt. Epheſius allegans Chariſii exemplum impertinenter adductum eſſe, petiit ut omiſſis prolixioribus ſermonibus ſimpliciter res proponatur, & ad quæſtionem per affirmationem aut negationem ſimpliciter reſpondeatur. Julianus tam prolixa oratione contradixit, ut fere dies potius quam oratio dicentem deficeret.

Seſſione XV. de proceſſione Spiritus ſancti ex Filio cœptum eſt agi.

Seſſione XV. quæ habita eſt 8. Decembris, orationem de nulla additione ad ſymbolum facienda prolixiorem ab Epheſio recitatam, magna omnium admiratione Julianus reſumpſit, & in 28. partes diſtributam refutavit. Cumque Epheſius Juliani, Julianus viciſſim Epheſii orationem ad tædium uſque reſumpſiſſet & refelliſſet, ne ſynodus ſine fructo diſſolveretur, egit Julianus, ut oſtenderent Græci impium eſſe dogma Latinorum de proceſſione Spiritus ſancti: quod ſi facerent, futurum ajebat, ut non tantum e ſymbolo vox *Filioque*, verum etiam undequaque eximeretur. Cumque Epheſius prius vocem *Filioque* a ſymbolo relegandam inſtitiſſet, imperator interlocutus obtinuit, ut controverſia de additione vocis *Filioque* omiſſa, de proceſſione Spiritus ſancti agatur, idque teneatur, quod duodecim præſidibus utrimque hanc ad rem deputatis, hac de cauſa privato colloquio acturis viſum fuerit.

Seſſione XVI. Synodus ob peſtem transfertur Florentiam.

Seſſione XVI. decretum de ſacroſancta ſynodo ob peſtem ingraveſcentem Ferraria Florentiam transferenda, recitatum eſt & approbatum ſub illa conditione, ut pontifex orientalibus de alimentis & vitæ neceſſariis interim provideat. Quod cum ille futurum in ſe recepiſſet, pontificem una cum cardinalibus & Latinis præſulibus præeuntem imperator cum patriarcha aliiſve orientalibus ſubſecutus eſt, magnoque honore ab iiſdem exceptus fuit.

Seſſ. XVII.

Seſſio XVII. habita eſt Florentiæ anno domini 1439. viceſimo ſexto Februarii, qua poſt diuturnum dialogiſmum Juliani cardinalis & imperatoris conclusum eſt, ut Græci [illegible] privatim conſultent de modo ineundæ concordiæ [illegible], eamque proxima ſeſſione [illegible] afferant: [illegible] imperator vellet privatos deligi diſputatores, qui de proceſſione Spiritus ſancti cum Latinis diſputarent, idque pontifici diſpliceret, indicta eſt ſeſſio XVIII.

Seſſ. XVIII.

Seſſio XVIII. quæ ſecundo Martii habita eſt Florentiæ anno 1439. In hac Joannes Latinorum orator prælocutus dixit, principio ſacram ſcripturam in eo ſenſu accipiendam eſſe, quo ſancti patres eam ſemper acceperunt. Quod cum dixiſſet, ipſumque nomen *proceſſionis* æquivocum eſſet, pluraque in ſcriptura ſignificaret, petivit qua acceptione Græci illam vocem in divinis accipiendam eſſe ſentirent. Reſpondit Epheſius illam vocari in divinis proceſſionem ſoli Spiritui ſancto appropriatam, qua Spiritus ſanctus accipit eſſe ex Patre. Quo reſponſo habito, Joannes ſic contra Epheſium eſt ratiocinatus: Ex quo Spiritus ſanctus accipit eſſe, ab eodem ſecundum tuam reſponſionem procedit: ex Filio Spiritus ſanctus accipit eſſe: ergo ex Filio Spiritus ſanctus procedit. Minorem ab Epheſio negatam probavit in primis auctoritate ſancti Epiphanii, qui in ſermone Ancorato profitetur, Spiritum ſanctum ex utroque eſſe, & conſequenter ab utroque procedere. Paulo poſt idem confirmat teſtimonio Baſilii. Addit eumdem ex utroque tanquam ex uno principio procedere. Cumque Epheſius hæc non tam ſolveret, quam contra argumentando declinaret, objiceretque illud Baſilii: *Ex ipſo* (nimirum Patre) *autem Spiritus; & non aliunde*: reſpondit Joannes, Baſilium iſta contra Eunomium profitentem Spiritum ſanctum creaturam eſſe, protuliſſe, ſenſumque verborum hunc eſſe: Non aliunde, id eſt, non alterius ſubſtantiæ vel naturæ. His dictis urſit reſponſionem ad auctoritatem Epiphanii & Baſilii: quærentique Epheſio, an divina ſubſtantia & perſona idem ſint; & an Patris perſona, vel potius ejus ſubſtantia generet: reſpondit ad primam quæſtionem, perſonam & ſubſtantiam non re, ſed ratione diſtingui. Ad ſecundam dixit, perſonam eſſe principium quod generat, quia actiones juxta philoſophorum ſententiam ſuppoſitorum eſſe dicuntur: naturam vero ſive ſubſtantiam eſſe principium quo Pater generat Filium. Cumque his dictis iterum urſiſſet reſponſionem ad auctoritatem Epiphanii, & Epheſius reſpondiſſet, verbum *eſt* apud Epiphanium non inveniri: ille contra evidenter demonſtravit, neceſſario ſubintelligi debere. Idque Epheſius paulo poſt confeſſus, exegit meliorem teſtimonii illius quod ex Baſilio produxerat, interpretationem. Urgebat enim particulam hanc *non aliunde* exponendam eſſe de perſona Filii. Nam ſi de natura & ſubſtantia explicari deberet, etiam præcedens dictio *ex Patre*, non de perſona, ſed de natura Patris explicanda eſſet. Quo poſito, addit non recte inſerri ex Epiphanio; Spiritus ſanctus procedit ab utroque, id eſt utriuſque natura, aut etiam ex utriuſque perſona: ſed potius ideo dicitur ex utroque procedere, quia utrique eſt conſubſtantialis. His dictis & a Joanne repetitis, finita eſt ſeſſio 18.

Proceſſio quid.

Joannes probat Spiritum ſanctum a Filio procedere.

Commentatio de loco Baſilii.

Seſſ. XIX.

Seſſio XIX. celebrata eſt Florentiæ quinta Martii, anno 1439. in qua Joannes expoſitionem Baſilii ab Epheſio allatam inconvenientem eſſe probavit eo argumento, quod idem Baſilius adverſus Eunomium ſcribens dicat; Spiritum ſanctum ex Filio eſſe habere, adeoque ſecundum ea quæ ſupra dicta ſunt, ex Filio procedere; & conſequenter (quod credi non poteſt) duo contraria ſcripſiſſe, ſi particula, *non aliunde*, de perſona Filii accipienda foret. Cumque hac de cauſa Baſilium recitari mandaſſet, Epheſius tria dixit. Primo Baſilium contra hæreticos demonſtrare ſanctum Spiritum Patri Filioque conſubſtantialem eſſe. Secundo non fuiſſe illi neceſſarium, an Pater vel Filius ſit cauſa Spiritus ſancti. Tertio eumdem oſtendiſſe, Spiritum ſanctum ex Patris, & non ex alia ſubſtantia eſſe. Ad hæc reſpondens Joannes primam partem conceſſit, reliqua probari petit. Cumque ille ex conceſſis a parte adverſa ſuam ſententiam probare fruſtra conaretur, quæſivit tandem, an bona ſit iſta illatio: Spiritus ſanctus eſt ex ſubſtantia Patris & Filii; ergo ex utriuſque perſona procedit. Reſpondit Joannes quod ſupra dixerat, actiones eſſe ſuppoſitorum. Cum ergo Pater non aliter quam generando communicet ſubſtantiam ſuam Filio, ſpirando autem communicet eamdem ſubſtantiam Spiritui ſancto, Patrem & Filium unum eſſe principium ſpirationis: quia inter Patrem & Filium, quatenus ſpirant Spiritum ſanctum, nulla eſt relativa oppoſitio. Ad exemplum Jacobi Joſephum generantis, reſpondit illud longe diverſum eſſe, quia natura per generationem humanam communicata, non eſt eadem numero in generante & genito: in divinis vero eadem numero natura communicatur a Patre per generationem Filio, a Patre & Filio per ſpirationem Spiritui ſancto. Cumque hinc Epheſius quæſiviſſet, an & qua ratione Pater & Filius cauſa Spiritus ſancti dici poſſent, & Joannes alia teſtimonia patrum pro ſua ſententia confirmanda afferre voluiſſet, petivit qua ratione dixerit, Spiritum ſanctum a communi natura Patris & Filii





Filii procedere, cum fateatur in humanis falſum eſſe, filium a natura abſtracte ſumpta produci. Iſta occaſione Joannes reſpondens dixit, nomen ſubſtantiæ dupliciter accipi: uno modo pro natura, altero modo pro hypoſtaſi, ſubſiſtentia & perſonalitate. Hac diſtinctione præmiſſa ſubtiliſſime & doctiſſime oſtendit, qua ratione Spiritus ſanctus ex ſubſtantia Patris & Filii dicatur procedere.

Seſſio XX.

Seſſio XX. habita eſt 7. Martii. Juſſu Epheſii locus Baſilii, ubi agit de ordine inter Patrem, Filium & Spiritum ſanctum, lectus eſt: quem ipſe ab aliquo Latinorum ſententiam tuente corruptum ajebat, idque collatione librorum oſtendere paratus erat. Joannes contra corruptelam negavit, idque ex collatione anteriorum & ſubſequentium verborum, aliorumque codicum demonſtrari optabat: Græciſque peculiare eſſe probabat, quod ad hæreſes ſuas confirmandas codices corrupiſſent. Contra Marcus Epheſius dicebat id a Latinis corruptum eſſe, quod Joannes paulo poſt negavit; cum tempore illo, quo ſcriptus erat iſte codex, nulla inter Græcos & Latinos controverſia fuerit. Verius igitur eſſe inquit, quod cum Græci ſchiſmatici errorem ſuum defendere non poſſent, niſi Baſilium multis in locis corrupiſſent, hujus corruptelæ auctores extitiſſent.

Secundo dicebat Marcus, Zoſimum pontificem ad Carthaginenſe concilium ſcripſiſſe, & per quoddam Nicænæ ſynodi decretum demonſtraſſe, Romanum pontificem œcumenicum appellandum eſſe: factaque inquiſitione, nihil tale apud acta concilii Nicæni inventum eſſe. Joannes optime reſpondit Epheſio, acta Nicæni concilii in oriente ab hæreticis corrupta, depravata & mutilata extitiſſe, prout ex literis Athanaſii ad Julium, Liberium, alioſve pontifices ſcriptis conſtare ait; adeoque mirum non eſſe, quod orientales canones quoſdam Nicæni concilii a pontificibus allegatos ignoraverint.

Poſt hæc tranſierunt ad explicationem hujus apud Baſilium loci: *Filio Spiritus adaptatur*: quem a Marco de ordine tantum male expoſitum eſſe, Joannes doctiſſime demonſtravit. Circa finem oſtendit, quod negaverat Epheſius, Baſilium crediſſe, Spiritum ſanctum ordine ac dignitate tertium eſſe.

Seſſ. XXI.

Seſſione XXI. Epheſius prolixiore oratione quam inter ipſos convenerat, primo Joannem ſeſſione præcedenti de Baſilii doctrina differentem reprehendit, quod ad teſtimonium quoddam pro explicatione Baſilii allatum, verbum, eſt, addidiſſet. Deinde teſtimonium illud Athanaſii, *talem ordinem & naturam Spiritus habet ad Filium, qualem Filius ad Patrem*, male, ut Joannes oſtendit, explicavit. Tertio de temporali perſonarum proceſſione ſive miſſione agens, conceſſit Spiritum ſanctum etiam a Filio temporaliter miſſum. Inde cum Joannes concluſiſſet, Spiritum ſanctum etiam æternaliter a Filio procedere, tria deinceps demonſtravit. Primum, auctoritate Baſilii Spiritum ſanctum a Filio eſſe accipere. Secundo magno vitio verti ipſi Baſilio, ſi ſupra allatum teſtimonium legatur & exponatur, ſicut habebat codex Græcorum. Tertio eumdem Baſilium de Spiritu ſancto non aliter ſenſiſſe, quam in codice Latinorum ſcriptum erat.

Seſſ. XXII.

Seſſione XXII. Florentiæ celebrata, ſabbathi 14. Martii, Epheſius explicationem auctoritatis ex ſancto Baſilio petitæ refutat. Joannes enim provincialis verba Baſilii hæc, *Non enim a Spiritu accipimus aliqua, quemadmodum a Filio Spiritus*, ſic explicaverat: Spiritus divinitatem a Filio & conſequenter eſſe accipit, quale nos non accipimus. Negat eam explicationem Epheſius ea de cauſa, quod grammaticis præceptis repugnet.

An Pater & Filius ſint unum principium Spiritus ſancti.

Hac deinceps controverſia omiſſa Epheſius intulit: Si Spiritus procedit ex Patre & Filio, ergo Pater & Filius ſunt duo diverſa principia & cauſæ Spiritus ſancti, quod dictu abſurdum eſt. Reſpondet Joannes, conſequentiam negando, cum Spiritus ſanctus referatur ad Patrem, non quatenus Pater eſt; neque ad Filium, quatenus eſt Filius; ſed ad utrumque, quatenus ſunt ſpiratores. Quare cum unica potentia ſpirandi ſpirent & producant Spiritum ſanctum, neceſſum eſſe fateri, Patrem & Filium ſpirationis unicum principium conſtituere.

Poſt hæc confirmavit id quod præcedente ſeſſione attigerat, Græcorum codicem corruptum eſſe, quia non conveniret credere Baſilium circa ſancti Spiritus proceſſionem dubitaſſe, ac verbo *forſan* in hoc dicto, *Forſan pietatis ratio tradit*, uſum fuiſſe. Cumque illud duplici argumento confirmaſſet, ad diſtinctius enarrandum, quid Baſilius de natura Spiritus ſancti ſenſerit, & quare contra Eunomium hæreticum ſcribens Baſilius dixerit de eo, *ſanctorum ſimulac conſervare doctrinam*, maximam partem libri tertii exponit.

Seſſ. XXIII.

Seſſione XXIII. quæ celebrata fuit 17. Martii, anno 1439. Epheſius replicavit, Baſilium nequaquam de Spiritus ſancti proceſſione illud quod Latini profitentur, ſenſiſſe; cum ſi ita crediſſet, contra ſacræ ſcripturæ teſtimonium, ſanctorumque patrum doctrinam & conciliorum generalium conſtitutionem & definitiones ſcripſiſſet; quod nullam omnino fidem meretur. Nam ſcriptura Joannis 15. aperte profitetur, Spiritum ſanctum a Patre procedere. Gregorius cognomento Theologus exponens illud Pauli: *Nos non ſpiritum mundi accepimus, ſed Spiritum qui ex Deo eſt*: inquit: *Unus Spiritus ſanctus ex Deo eſſentiam habens, ac per Filium manifeſtatur hominibus.* Ex quibus infert, Spiritum ſanctum a Patre dumtaxat, & non a Filio procedere. Confirmat eam expoſitionem auctoritate Dionyſii & Athanaſii, qui ſolum Patrem fontem ſuperſubſtantialis deitatis appellant. Ergo, inquit, Filius non poteſt eſſe fons deitatis. Denique idem ex Nicæni concilii epiſtola pro Leontio Cæſareenſi epiſcopo ſcripta confirmat. Cumque interloquendo dixiſſet Joannes, Marcum prolixitate ſua conditiones ſupra poſitas excedere, idque Marcus plane negaſſet, permiſſum eſt Epheſio ſuam quam cœperat, proſequi probationem. Allatis igitur pro ſua ſententia Nicæni, Conſtantinopolitani I. & Epheſini concilii auctoritatibus, iiſque auctoritate Baſilii, Gregorii Nazianzeni, Cyrilli & Theodoreti apparenter confirmatis, concluſit Spiritum ſanctum ex Patre dumtaxat procedere. Juſſus reſpondere ad argumenta Joannis, ſuam, quam de non corruptis Græcorum codicibus ſupra aliquoties attulerat ſententiam, ad nauſeam uſque repetivit. Cumque idem argumenta alia memoria ſibi excidiſſe allegaret, a Joanne, quæ præcedente ſeſſione prolixius diſſeruerat, breviter repetita fuerunt.

1. Cor. 2.

His abſolutis, imperator impenſis & periculis, quibus ſe ſuumque imperium pacis gratia ad ſynodum accedens expoſuerat, commemoratis, patres concilii ſerio admonuit, ut poſtpoſitis diſputationibus de modo ineundæ pacis & concordiæ utrimque cogitetur. Græci ea conditione imperatori obtemperare parati erant, ſi epiſtolam Maximi ad Marinum presbyterum ſcriptam Latini ſuſciperent. Summus pontifex eadem de cauſa interpellatus reſpondit, non potius de pace & concordia tranſigendum, quam Græci poſt habitam prolixiorem orationem, ut promiſerant, Latinorum reſponſionem audiviſſent. Qua de cauſa imperator ſequentem ſeſſionem vigeſimamquartam 21. Martii celebrandam indixit.

Seſſ. XXIV.

Qua prædicto tempore Florentiæ inſtituta, Joannes ad probationes Epheſii quem præſentem exoptabat, reſponſurus, prætermiſſo primo argumento illius ex cap. 15. Joannis deſumpto, & ad quod ſeſſione præcedente reſponderat, eumdem locum in Græcos detorquens, oſtendit Spiritum ſanctum ex Filio procedere, tum quod Spiritus ſanctus a Filio mitteretur, tum etiam quod omnes fere patres apertis verbis teſtarentur, Spiritum ſanctum ex Patre per Filium, vel ex utroque procedere: ipſamque particulam, per, idem ſignificare, quod, ex, prœpoſitio denotat.

Seſſ. XXV.

Seſſione XXV. & ultima, quæ habita eſt 24. Martii, anno Chriſti 1439. Joannes alio teſtimonio Baſilii, Epiphanii, Athanaſii, Didymi, & Cyrilli, doctrinam Latinorum de proceſſione Spiritus ſancti iterum confirmavit. Quæ cum dixiſſet, Græcique inſtituta hac de re privata collatione, ea omnia veritati conſona eſſe cognoviſſent, Græcis omnibus privatim in templo ſancti Franciſci convenientibus, unico Epheſio excepto, viſum eſt, cum Romanis ineundam eſſe pacem, unionem & concordiam; ideo in primis, quod tot ſancti patres doctrinam de proceſſione Spiritus ſancti ex Filio procedentis profiterentur. Cumque Epheſius objiceret, omnes fortaſſe codices hac in re corruptos eſſe, dixiſſetque contra eumdem Beſſation Nicænus, iſta ratione [illegible], ut ſublatis, quæ ut ille putabat, mendis, [illegible] relinqueretur, unanimi conſenſu [illegible] internunciis, pacem & [illegible], modumque ineundæ unionis a [illegible] pontificibus præſcribi petiverunt.

Græci convicti petunt uniri cum Latinis.

Qui dum iis optionem dediſſet, ut vel teſtimoniis patrum pro noſtra ſententia allatis acquieſcerent, vel ipſi his refutatis alios afferrent, vel de ſui dogmatis pietate majore contendentes, illud habitis deſuper ſeſſionibus probarent: vel id quod ſinguli prævio juramento dixiſſent, ratum ac definitum haberent. Additis hiſce conditionibus, Græci fere omnes ſuæ cauſæ diffidentes concluſerant, Latinorum ſententiæ accedendum eſſe. Renunciatum eſt per imperatorem pontifici, diſplicere omnibus ſuis diſputationes & contentiones, optari a ſingulis ut de modo conjunctionis agatur, eumque in finem utrimque certæ perſonæ deſignentur: alioqui ſe jamjam [illegible] dum paratos eſſe.

Modus unionis a pontifice præſcriptus.

Græci recuſant diſputationem.

Reſpondit pontifex mittendos eſſe cardinales, qui in privato conventu coram imperatore reſponſum referant. Interea dum hæc utrimque fierent, iiſque conventus

*Beſſarionis oratio pro unione habita quando.*

congregatus eſſet, Beſſarion habuit illam orationem de pace ineunda, quæ ob ſui prolixitatem actis poſtpoſita invenitur. Qua abſoluta, Julianus pro ſummo pontifice reſponſurus dixit, culpa Græcorum leges & pacta conventionum non ſervantium, pauculas habitas fuiſſe diſputationes. Sentire igitur pontificem, ut quia res commode aliter quam per diſputationem finiri non poſſet, neque ſuis teſtimoniis hactenus reſponſum eſſet, diſputationes & ſeſſiones renoventur. Cumque imperator diſputationes ceſſari, Julianus eaſdem renovari, iterum atque iterum repetiviſſent: placuit tandem quod ſuggeſſerat imperator, ut utrimque decem collatores inſtituerentur, qui ſi octies congreſſi non convenirent, ſinguli diſſoluto concilio abirent.

*Privata collatione prima quid actum.*

Primo conventu Latini expoſuerunt, quid de proceſſione Spiritus ſancti ex Filio ſentirent & crederent, illudque argumentis ſupra poſitis breviter confirmarunt. Secundo Græci auctoritate Taraſii confirmantes Spiritum ex Patre per Filium procedere, dixerunt *Per* & *Ex* diverſum ſignificare. Latini vero illud nequaquam admiſerunt, utpote quod iſta ratione ſequeretur abſurdum hoc, duas eſſe in divinis operationes.

Tertium congreſſum Græci, cum nihil haberent quod reſponderent, ſubterfugerunt: coacti tandem a Latinis convenerunt ea lege, ut Latini ſcripto declararent, quid de Spiritus ſancti proceſſione, ejuſve proceſſionis principio ſentirent. Quod cum illi duabus formulis hac de re conſcriptis præſtitiſſent, petiverunt idem a Græcis fieri.

*Latini & Græci ſcripto declarant ſidem ſuam. * prodire.*

Obtemperarunt petitioni eorum Græci, ſcripſerunt formulam qua profitebantur, Spiritum a Filio *ſcaturire*, *& hauriri*, *"prodi, emitti* ac *profundi*. Acceptam fidei formulam Latini declarari petiverunt, quia de temporali miſſione prædicta verba accipi poterant, quamquam alii patres de æterna Spiritus ſancti proceſſione eadem accepiſſent:

*Græci ſuam formulam declarare recuſant.*

Græci recuſarunt: imperator Latinis ſatisfactum putans, pontificem adiit, & Latinorum ſocordiam accuſavit. Pontifex reſpondit juſtum eſſe, ut ſuam quam ſcripſerant, fidei formulam explicarent, cum particula *Per* quatuor ſignificata habeat, & *ſcaturire*, ac *hauriri* de temporali miſſione & æterna proceſſione Spiritus accipi poſſint. Cumque hac de re diu inter pontificem & imperatorem actum eſſet, dixiſſetque imperator ſuos gravare a ſententia anteceſſorum ſuorum diſcedere poſſe, neque ſe conventum ſuum tyrannice cogere velle: juſſit pontifex totum Græcorum conventum ad ſe venire, quo præſente orationem recitavit paulo longiorem, qua res Ferrariæ & Florentiæ geſtas, ſumptus huic rei a ſe impenſos, affectumque pro pace ineunda ſemper exhibitum pluribus commemoravit: ac tandem perorans rogavit, ut omni pertinacia ſepoſita, ad pacem, unionem & concordiam promptiores efficiantur, ſuamque quam ediderant fidei profeſſionem, ad evitandas ambiguitates & tollendas obſcuritates, declararent.

*Pontificis oratio ad Græcos habita.*

*Joſephus patriarcha, imperator & omnes Græci optant unionem.*

Quæ cum Græci ſuo patriarchæ Joſepho retuliſſent, ille imperatori nuntiavit, ſe pacem & concordiam deſiderare, & cum Romana eccleſia conjungi velle, etiamſi imperator contradiceret: ideoque rogare ut optatam ſibi totique Græcorum conventui concordiam ipſe promoveat.

Hoc nuntio imperator plurimum perterritus & conſternatus, oratione ad epiſcopos habita perſuaſit concordiam jucundam eſſe, tum quia concordia utilis, diſcordia vero incommoda ſimul & inhoneſta foret. Quæ cum imperator dixiſſet, Græcorum epiſcopi omnes una cum patriarcha, præter unum Marcum Epheſium, alii voce publice profeſſi [illegible] Latinorum ſententiam veram eſſe, ſanctorum patrum [illegible] eſſe, adeoque Chriſtianum non eſſe, dignumque [illegible] videri, qui contrarium ſentiret vel crederet. Cumque hæc pontifici nuntiata eſſent, egiſſetque ut de proceſſione Spiritus ſancti nobiſcum gratia Dei convenientes, quid de purgatorio, animabus beatorum, primatu pontificis, de azymo & fermentato pane, deque divina panis tranſmutatione ſentirent, ſcripto aut voce profiterentur; eaque occaſione epiſcopi dixiſſent ſe purgatorium admittere, animas ſanctorum perfectam aureolam in cœlis jam conſecutas eſſe, pontificis Romani poteſtatem univerſalem ſuper omnes eccleſias agnoſcere; de panis vero tranſubſtantiatione ſuorum ſententiæ inhæſiſſent, eademque occaſione Joſephus patriarcha ſubitanea morte defunctus, paulo ante obitum ſcripſiſſet ſe omnia credere quæ Romana eccleſia credit ac docet, Romanumque pontificem Chriſti vicarium agnoſcere, purgatorium non inficiari: inſtitit Romanus pontifex & imperator, [illegible] conſultatione, ſcripturarum & ſanctorum patrum inquiſitione, etiam in reliquis fidei controverſiis Latinorum ſententiæ accederent; nimirum quod crederent & profiterentur Romanam eccleſiam [illegible] Spiritus ſancti [illegible], vere [illegible] & conveniri [illegible] particulam illam *Fi-*

*Joſephi patriarchæ ſententia qualis.*

*Quot errores Græci emendarent.*

*lioque* ad ſymbolum addidiſſe; Romanum pontificem in eccleſia primatum tenere, verumque Petri ſucceſſorem eſſe; purgatorium exiſtere, parumque referre ſive in azymo, ſive in fermentato pane ſacramentum euchariſtiæ conſecraretur.

His ita peractis a duodecim viris utrimque deputatis, quæ extant unionis literæ Græce ſimul & Latine conſcriptæ, omniumque eorum qui concilio interfuerant, ſubſcriptionibus approbatæ fuerunt. Peracto ſolenniter per ſummum pontificem ſacro, eædem literæ per Julianum cardinalem primum Latine, deinde vero per Beſſarionem Græce in eccleſia magno omnium gaudio lectæ & promulgatæ fuerunt.

*Quid Græci de matrimonio.*

Poſtquam ergo Græci genu dextramque pontificis exoſculati fuiſſent, quæſivit pontifex, cur matrimonia ſepararent, aliiſque ritibus quam Romana eccleſia in conſecratione uterentur: item cur non etiam patriarcham Romæ eligerent: ipſique reſpondiſſent, ſe priora illa non ſine cauſa docere ac facere, patriarcham alibi quam Conſtantinopoli non eligere, quia id ſit præter conſuetudinem & privilegia Conſtantinopolitanæ eccleſiæ, dimiſſi ſunt.

*Armeni [illegible]*

Dumque hæc agerentur, Armenorum patriarchæ legati ad ſynodum venerunt, præviaque pontificis veneratione & imperatoris debita ſalutatione, dixerunt, ſe ſuamque eccleſiam cum catholica conjungi, atque ipſum ſynodi decretum pie ſervare velle. Quod cum magno omnium gaudio acceptum eſſet, legati iidem magno honore affecti una cum Græcis Florentia diſceſſerunt anno domini 1439. circa diem menſis Julii vigeſimum ſecundum vel tertium. Poſt ſubſcriptiones circa finem extat epiſtola quædam Eugenii papæ de unione Armenorum & Græcorum cum Latinis inita, quaque hoc eodem anno menſe Novembri in quadam publica ſeſſione ſynodali Florentiæ data & ſcripta habetur.

*Quando [illegible]*

Unde neceſſario colligitur Græcos & Armenos huc uſque Florentiæ permanſiſſe; vel quod probabilius eſt, eamdem ſynodum poſt abitum Græcorum & Armenorum aliquot ſeſſionibus, quarum acta nulla extant, continuatam: vel ſaltem aliam quamdam ab hac œcumenica ſynodo diverſam, eodem anno 1439. decimo Kalendas Decembris, quo die ſcripta habetur prædicta Eugenii ſynodica epiſtola, celebratam fuiſſe. Hæc quæ ex præcedentibus ſeſſionibus excerpta ſummatim recenſui, ex Antonino, qui concilio præſens interfuit, hic adſcribenda eſſe putavi, idque lectori gratum fore judicavi. Verba illius hæc ſunt: *Cum Eugenius Bononiæ in curia reſideret, Græci, patriarcha ſcilicet & imperator eorum cum proceribus imperii ipſius tractare cœperunt per oratores cum eo de concordia & unione facienda eorum cum Latinis, ut unum eſſet ovile & unus paſtor. Ad quod efficiendum poſtulabat concilium generale celebrari, in quo præſente Romano pontifice, & patriarcha Conſtantinopolitano, ac imperatore ſuo, per doctores utrinſque partis diſceptaretur rationibus, quid tenendum reſpondendumve foret de veritate Chriſtianæ religionis. Quibus annuit ſummus antiſtes.*

*Unde ex Conſtantinopoli præfati patriarcha & imperator cum fratre ſuo & magno comitatu, numero fere quingentorum, ſe moventes Venetias applicuere. Ibi percipientes concilium generale Baſileæ congregatum diſſentire ab Eugenio, aliquamdiu ſubſederunt animo ſuſpenſi de loco acceſſus ſui. Nec enim congregati Baſileæ poſt diſſolutionem & irritationem factam concilii per Eugenium deſiſtebant a proſecutione incœpti, ſed ſolicite invitabant Græcos Baſileam ad concilium id accedere. Prævaluit tamen auctoritas Eugenii cum ſuaſionibus plurimorum, ut ad præſentiam ſuam ſe conferrent.*

*Concilium Ferrariæ*

*Et ut ſatisfaceret petitioni eorum, concilium generale indictum eſt & publicatum Ferrariæ celebrandum, quo ipſe Eugenius cum ſua curia e Bononia profectus eſt: & venientibus Græcis epiſcopis, & aliis prælatis qui haberi poterant, in brevi vocatis, cœpit materia agitari de proceſſione Spiritus ſancti, quem a Patre & Filio procedere Latina fatetur eccleſia, Græca negabat. Verum quia peſtis Ferrariam cœpit invadere, tranſlatum eſſet concilium aſſentientibus cunctis Florentiam. Et cum Eugenius eo tendere ſtatuiſſet, inſidiæ ei in via paratæ ſunt ad capiendum eum. Sed detectis eis declinavit a via recta, alteram inſuetam aſſumens, & periculum evadens. Florentiam ingreſſus ſummo cum honore & gaudio ſuſcipitur, locatus in eccleſia Prædicatorum. Paulo poſt ſecutus eſt eum patriarcha & imperator Conſtantinopolitani cum doctoribus ſuis & proceribus, cum magna ſolennitate in urbem ingreſſi, & honorabiliter collocati in diverſis manſionibus. Patriarcha vero Conſtantinopolitanus plenus dierum, paulo poſt in fide Romanæ eccleſiæ migravit e ſæculo, ſepultus in eccleſia ſanctæ Mariæ Novellæ.*

*Tranſlatio Florentiam.*

*Convenientibus igitur Latinis & Græcis die ſtatuta, in loco determinato reſidentia papæ in conventu Prædicatorum in* publico



*publico conſiſtorio, loca unicuique decentia omnes ſortiti ſunt. Et pontifex ſummus in throno eminentiori ornato reſedit, facie verſa ad orientem: juxta quem reverendiſſimi domini cardinales a dextris & a ſiniſtris diſtincti paulo inferius. Imperatori vero Græcorum ſedes parata eſt decora e contra pontificem in aliquali diſtantia, vultu converſo ad occidentem.*

*Domini terra, id eſt humi.*

*Doctores Latini diſputantes in latere per tranſverſum, ſedes acceperunt verſi ad meridiem. Græci vero magiſtri conſidebant verſi ad Aquilonem: ceteri circumdantes plurimi aliqui ſteterunt, aliqui in domini terra ſubſtratis tapetis ſe locaverunt. Et ex Latinis quidem aſſumpti ſunt quatuor: duo epiſcopi, unus Coloſſenſis ordinis Prædicatorum in theologia doctor egregius, & utriuſque idiomatis peritiſſimus; alter ordinis Minorum doctiſſimus: & duo alii, abbas generalis Camaldulenſis utriuſque linguæ peritus dominus Ambroſius, & magiſter Joannes de Monte nigro, profundus theologus, ordinis Prædicatorum provincialis Longobardiæ.*

*Et in capite eorum reſidebat dominus Julianus cardinalis ſancti Angeli, qui nuper venerat ex Baſilea, dimiſſo conciliabulo. Ex Græcis epiſcopus Nicænus, & epiſcopus Epheſinus, & quidam alii. Arguens autem in ea diſputatione fuit magiſter Joannes de Monte nigro præfatus ſolus, & reſponſalis Epheſinus ſolus. Ut autem omnes intelligerent eum, arguens idiomate Latino utebatur, & reſponſalis Græco: medius autem conſtitutus eſt utriuſque linguæ peritiſſimus quidam, qui promptiſſime, fideliſſime & eloquenter verba Latina arguentis referret in Græco reſponſali, & verba Græca ejus interpretaretur in Latino.*

*Locus ab auctoritate in theologia plurimum valet.*

*Poſt aliquas propheticas & ſubtiles rationes & reſponſiones inductas, placuit partibus procedere per locum ab auctoritate, qui eſt potiſſimus in theologica facultate. Inductæ ſunt auctoritates multorum doctorum Græce ſcribentium, ut Anaſtaſii, Cyrilli, Didymi, Chryſoſtomi, & maxime magni Baſilii, qui habetur apud eos in magna veneratione ſanctitatis & doctrinæ, qui in libro ad Eunomium de Spiritu ſancto expreſſe aſſerit Spiritum ſanctum procedere non ſolum a Patre, ſed a Filio. Et cum reſponſalis jam non haberet quid diceret, ſubterfugium quæſivit, negans hoc Baſilium in eo libro ſcripſiſſe, ſed mendoſe interpretatum, cum in codicibus ſuis Græce ſcriptis ſecum delatis hoc minime reperiretur.*

*Spiritum ſanctum a Patre Filioque procedere probatur.*

*Adducti ſunt plures codices Baſilii ad Eunomium Græce exarati, quorum aliqui erant apud Græcos, alii penes Latinos noſtros Græci ſermonis peritos. Et cum in noſtris & aliquibus Græcorum de Conſtantinopoli adlatis liquide haberetur, Spiritum ſanctum a Patre & Filio procedere: deprehenſa eſt malitia Græcorum, quod ſcilicet corruperant ſcripta Baſilii, Filium ſubtrahendo in ipſa proceſſione.*

*Et cum imperator Græcorum diceret in partibus ſuis plurimos haberi tales libros Baſilii Græce ſic continentes, & illis paucis tunc in medium adductis non ſtandum: reſpondit dominus cardinalis diſputationi præpoſitus: Domine imperator, cum decreveritis ad certamen venire, oportuit magnificentiam veſtram arma veſtra vobiſcum adducere, non in certamine ipſa expectare. Sicque Græci confutati fuere & devicti. Huic diſputationi præſens fui. Sed & aliis diebus convenientes in diſputatione, demum convicti errorem ſuum confeſſi ſunt, & ad emendationem parati, & ad unionem ac incorporationem cum Romana eccleſia diſpoſiti, apoſtolicæ ſedi ſe ſubjicientes.*

*Ille tamen Epheſinus acerrimus diſputator permanens in perfidia ſua, cum aliis ad veritatem fidei reverti noluit. Verum ad patriam rediens, cum cardinalis Venetus deſtinatus legatus in regionem illam, Conſtantinopoli moram traheret, & in ejus ſocietate eſſet venerabilis epiſcopus Coronenſis, dominus Bartholomæus de Florentia ſacræ theologiæ profeſſor egregius & Græci idiomatis non ignarus, placuit idem imperatori Græcorum & proceribus ejus, ut fieret publica concertatio inter epiſcopum Epheſinum præfatum & Coronenſem epiſcopum jam fama ibi celebrem. Quo facto, Epheſinus præfatus iterum ab eo ſuperatus & confuſus eſt, & tanta ex eo abſorptus triſtitia, ut intra paucos dies expiraverit cum ſua perfidia.*

Item paragrapho ſequenti hæc: *Ex eo ſcilicet 1439. in die dominica menſis Julii celebrata eſt ſolemnis miſſa in eccleſia majori Florentiæ, & præſentibus Eugenio papa cum cardinalibus, & aliis multis epiſcopis & abbatibus, ac etiam imperatore Græcorum cum aliis Græcis, & dominis prioribus Florentinorum cum vexillifero, & maximo populo ibi congregato cum ingenti gaudio, facta eſt dicta reconciliatio Conſtantinopolitanæ cum eccleſia Romana, & confeſſio fidei ſecundum ſymbolum quod cantatur in eccleſiis Latinis per Græcos, & ſuper his facta declaratio fidei tenenda ab omnibus fidelibus Latinis & Græcis, quæ ſic incipit. Extat ſupra.*

*Tres Græcorum errores, quorum duos ſequebantur proteſtantes, tertium minime.*

Et poſt recitatam epiſtolam Eugenii hæc ſubdit: *Errabant Græci in tribus communiter. Primo, quod Spiritus ſanctus procederet a Patre, ſed non a Filio. Secundo, quod non erat purgatorium poſt hanc vitam. Tertio, quod eccleſia orientalis & Conſtantinopolitana non eſſet ſub eccleſia Romana, nec patriarcha Conſtantinopolitanus eſſet inferior Romano pontifice. Horum quodlibet eſt hæreticum. In aliis ritibus ſuis qui non important hæreſim (licet rationabiliores ſint ritus eccleſiæ occidentalis ſeu Romanæ) fuerunt permiſſi manere; ſicut, quod celebrent in fermentato, quod baptizent in alia forma quam nos, videlicet: Baptizetur ſervus Dei noſtri in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti. Amen. Item quod ordinati in ſacris utantur matrimonio contracto ante ſuſceptionem ipſorum ordinum ſacrorum. Item quod nutriant barbam. Item quia dent ſacramentum euchariſtiæ ſub utraque ſpecie omnibus, etiam parvulis: & multa alia.*

*Armeni cum Romana eccleſia conſentiunt, vide concilium.*

*Inſuper & Armeni, & aliqui ex India miſerunt oratores ſuos Florentiam ad dominum Eugenium, poſtulantes & ſupplicantes inſtrui & erudiri in eis quæ ſunt fidei a Romana eccleſia, & uniri cum ea in caritate Chriſti. Qui examinati, in paucis reperti ſunt diſſentire a catholica fide, & in illis ſubjecerunt ſe correctioni apoſtolicæ ſedis. Quæ de conſilio prælatorum decrevit in ritibus ſuis, qui non ſunt contra veritatem fidei, permitti, ſicut & Græci, licet diſſimiles ſint a moribus Latinæ eccleſiæ: in aliquibus vero, quæ a fide vera diſcrepabant, prohiberi: ut quod ſacramentum confirmationis non habebant in uſu conferendi illi nationi, declaratum eis, quod illi ſicut & cetera* ſacraria deberent accipere, credere & conferre; & aliqua alia, quæ nunc non occurrunt menti. Quibus determinationibus acquieverunt.*

** ſacramenta.*

Quibus honoribus Eugenius papa poſt finem concilii Beſſarionem affecerit, ex Chalcocondyla recitavi ſupra, verbo *concilium*.

h *Anno domini.*] Quo tempore concilium habitum & inchoatum fuerit, & quamdiu duraverit, ex iis quæ ſupra ſummatim dixi, evidenter conſtat.

## OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. J.

*De editione concilii Florentini, auctore, ut volunt, Silveſtro Sguropulo, interprete Roberto Creigtono, ſchiſmatico utroque atque hæretico.*

Dum ſynopſis noſtra hiſtorica conciliorum generalium, nationalium, provincialium atque diœceſanorum an. 1661. formis exprimenda typothecæ traderetur, venit in manus meas recens ex Hollandia advectum volumen Hagæ comitis in folio impreſſum, hoc titulo: *Vera hiſtoria unionis non veræ inter Græcos & Latinos: ſive concilii Florentini exactiſſima narratio, Græce ſcripta per Sylveſtrum Sguropulum magnum eccleſiarcham, atque unum e quinque crucigeris & intimis conſiliariis patriarchæ Conſtantinopolitani, qui concilio interfuit: tranſtulit in ſermonem Latinum, notaſque ad calcem libri adjecit ſereniſſimi, ſacratiſſimi, invictiſſimique Caroli II. magnæ Britanniæ & Hiberniæ regis, &c. ſacellanus domeſticus ſeu ordinarius Robertus Creighton*, &c. Sed quæ fides huic inſcriptioni habenda ſit, quamque titulus hic magnifice mentiatur, cum alia multa declarant, tum illius operis auctor atque interpres. Qui enim ille ſic vere *Sylveſter* ac barbarus *Sguropulus*, ſi temporum teſtem hiſtoriam, ſi coætaneos poſterioreſque ſcriptores interroges, homo nihili, ignotus, ignobilis, qui unus ſibi teſtimonium dixit, illudque mendaciſſimum, neglectus hactenus ab eruditis, ſchiſmaticus, hæreticus, ac nationis ſuæ, quæ catholicam fidem cum imperatore, patriarcha, epiſcopis, ac principibus doctiſſimiſque viris ſuſceperat, hoſtis infenſiſſimus illico deprehenderur. Neque alia ejuſdem debet eſſe apud cordatos homines ratio, quam Arii, aut Philoſtorgii de Nicæno, Neſtorii de Epheſino, Eutychetis aut Dioſcori de Chalcedonenſi, Hieronymi Pragenſis de Conſtantienſi, Albigenſium, de [illegible] conciliis diſſerentium. Quis enim [illegible] quid in judices, quid in adverſ[illegible] quoque interdum patronos a[illegible] laterent, quæ crimina objiciant, [illegible] ſtant, qui cauſa ceciderunt rei? Tales ple[illegible] qui Marco Epheſino anteſtiti ac ſimilis fa[illegible] contumacibus ſchiſmaticis, quam aperciſſimæ veritati ac catholicæ fidei adhærere maluerunt: ſed de his alias conquerendi commodior occurret occaſio. Ad interpretem Creyghtonum venio, cujus effrænis in eccleſiam catholicam (ex qua cum majoribus ſuis deſertor profugit) atque efferata rabies ex hoc ipſo titulo libri quem falſo dicis e veritatem amantium manibus nunquam deponendum, ex dedicatione, præfatione, ac notis maniſeſtiſſime eluceſcit, quas ſpurciſſimis in Romanos pontifices, cardinales, epiſcopos, ceteroſque clericos ac [illegible], qui interfuerunt, quique ſecuti ſunt, calumnii[illegible] nauſeam tædiumque lectorum referſit. Quod [illegible] magis ipſam quoque verſionem ab hac hæ[illegible] in papam effervеſcente noluit eſſe immune[illegible] pag. 6. [illegible]

πάλαι τῆς ἰσότητος, καίτοιγε ἡ Κωνσταντινούπολις, ἀλλὰ τε-τραρχῶν τῆς Κωνσταντινουπολιτῶν αὐτὸν ἔγραψεν, ὥσπερ τοί-νυν ἡ μέχρι τοῦ νῦν γράφει: ac fidem verſionis examina pru-dens lector. *At nunc pro magnifico duxerunt, quod in Eu-damonis epiſtolis novæ Romæ archiepiſcopum patriarcham Conſtantinopolitanum diſertis verbis papa nuncupet, & (in ſimili ſecum ſphæra dignitatis atque eminentiæ) fratrem.* An quoties papa ſubjectos ſibi archiepiſcopos epiſcopoſ-que fratres compellat, eos in ſimili ſecum ſphæra digni-tatis atque eminentiæ conſtituit? nec in Græco textu hæc reperiuntur. *Et inde conjiciebant papam vehementi concita-tione flagrare pacis inter eccleſias reſarciendæ: quamquam iterat ambiguum, & terminus diminuens, ſi quis papæ ver-ba penſiculatius ad trutinam revocares; nam non patriar-cham Conſtantinopolitanum, ſed Conſtantinopolitanorum ſcripſit.* Omiſit reddere, ὥσπερ τοίνυν ἡ μέχρι τοῦ νῦν γράφει, ac de ſuo interpretationem præcedentium verborum, quæ nemini cordato in mentem venire poterat, adjecit: *Ci-vium non civitatis, quaſi ad ſucceſſorem Petri jus & cura loci pertineret, ad patriarcham tantum regimen popularium.* Scripſit ſanctus Gregorius ad Auguſtinum epiſcopum An-glorum: quis inde niſi demens colligat jus & curam An-gliæ ad papam, regimen tantum Anglorum ad Auguſti-num pertinuiſſe? ἡ ταῦτα μέν τοι ταῦτα εἰς ἐκτύπου ἡ ἐπιλείπει.

Plura ſubminiſtrabunt catholicæ veritatis amatoribus celeberrimæ adverſus ejuſdem Roberti Creygtoni prolego-mena exercitationes Romæ anno ſuperiore excuſæ in 4. opera V. C. Leonis Allatii omnium quotquot vivunt Græ-corum eruditiſſimi: a quo etiam & reliqua expectamus, quibus Sguropuli inſaniæ atque adverſus Latinos omnes, iiſque adhæreſcentes conterraneos ſuos ſucco lolliginis re-fertiſſimæ narrationes refellantur.

### OBSERVATIO ALTERA PHILIPPI LABBE, S.J.

In eadem ſynopſi hiſtorica monuimus illuſtriſſimum Spondanum nonnulla collegiſſe de *Moguntino* conventu menſe Martio an. 1439. & de altero quoque in eadem Baſi-leenſium cauſa celebrato, necnon de Nurembergenſibus an. 1438. habitis. Addidimus quoque *Bituricenſem* alte-rum conventum, Caroli regis VII. qui in illa urbe frequens aderat, juſſu fuiſſe coactum, in quo poſt varias altercatio-nes auditæ ſunt Eugenii papæ IV. & Baſileenſium legatio-nes, reſponſumque a rege die 4. Nonas Septembris an. 1440. ſtatuiſſe ſe perſeverare in obedientia Eugenii pontificis, nec alium recognoſcere Romanum pontificem, quam Eu-genium &c. Quædam in miſcellaneis noſtris hiſtoricis jam ab an. 1651. edideram decerpta ex hiſtoria Auguſtini Pa-tricii Senenſis, quam manu exaratam atque ex bibliothe-ca Chriſtianiſſimi regis deſcriptam penes me habeo. Sa-tius vero fuerit integram oculis legentium ſubjicere, quam varia hinc inde ſegmenta ac particulas proponere. Ex il-lius mſ. exemplari, quod exſtat Romæ in Vaticana biblio-theca, plurima ſane delibavit Horatius Juſtinianus. Nos ſuis omnibus numeris abſolutum illud opus, ſive ſumma-rium actorum concilii Baſileenſis (multa quoque ad Flo-rentinam ſynodum ſpectantia identidem inſeruntur) juſſu Franciſci cardinalis Picolominei an. 1480. conſcriptum hic exhibemus.

### OBSERVATIO TERTIA PHILIPPI LABBE, S.J.

Promiſſam jam ſæpe ſæpius Auguſtini Patricii ſum-mam, tibi nunc lector exhibemus, de conciliorum Baſi-leenſis ac Florentini, iiſdemque ſubnexorum Lateranen-ſis ac Lauſanenſis hiſtoria, a pluribus jam eruditis viris expetitam, & ab Horatio Juſtiniano, Odolrico Raynaldo, aliiſque ex MS. Vaticanis allegatam. Nos eam debemus apographo, quod inter ſchedas bibliothecæ regis Chri-ſtianiſſimi reperimus atque exſcribendum curavimus. Sub-jicientur reliqua eorumdem conciliorum ſupplementa quæ nobis occurrerunt. Quis enim omnia poſſit, etiamſi maxi-me conetur, voluminibus ſuis comprehendere? Sufficiet editiones præteritas quampluribus de novo additis locu-pletaſſe: & ſi quid momenti alicujus inciderit in manus noſtras, aut ab aliis interim typis excuſum ſit, uni alte-rive tomo reſervare.

Anno Christi 1431.

# SUMMA CONCILIORUM BASILIENSIS, FLORENTINI, LATERANENSIS, LAUSANENSIS, &c.

Anno Christi 1414.

## Auctore Auguſtino Patricio canonico Senenſi, juſſu Franciſci Piccolominei cardinalis Senenſis, anno reparatæ ſalutis humanæ 1480. conſcripta.

### PRÆFATIO.

CUM ad ſedandum diuturnum, & pernicioſiſſi-mum ſchiſma, quod eccleſiam Dei, per annos circiter 40. non ſine gravi reipublicæ Chriſtianæ de-trimento vexaverat, generale concilium Conſtan-tiæ in Germania legitime congregatum eſſet, pro-curante Sigiſmundo Cæſare, & præſidente ab ini-tio Joanne XXIII. pontifice maximo; tandem unio & pax reperta eſt, & omnis ſeditio ſublata. Poſt mortem namque Gregorii XI. Romani pontificis, cum Urbanus VI. Romæ illi ſubſtitutus eſſet anno ſalutis 1377. nonnulli cardinales, ſeceſſione facta, quod dicerent illum per tumultum, & impreſſionem Romanorum extortum eſſe, poſt tres menſes Ro-bertum cardinalem Gebennenſem in Romanum pontificem apud Fundos (Joannæ reginæ præſidio) conſecrarunt, Clementem VII. eum appellantes. Urbano deinde Romæ fatis functo, Bonifacius VIII. ſucceſſit, & illi Innocentius VI. & paulo poſt Inno-centio Gregorius XII. Clementi autem antipapæ, poſt annos XVI. Avenioni decedenti, Petrus de Lu-na ſubrogatus eſt, Benedictus XIII. nominatus: qui per tempora concilii Conſtantienſis, & etiam diu poſtea in ſua pertinacia perſeveravit. Cardinales utriuſque pontificis Gregorii ſcilicet & Benedicti, cum illis abrogationem pontificatus, quam pro u-nione eccleſiæ in electione juraverant, perſuadere non poſſent; communi conſilio Piſanam ſynodum celebrarunt. In qua Gregorio & Benedicto exau-ctoratis, Alexandrum V. Romanum pontificem le-gitimum dixerunt, ſed cum Gregorius & Benedi-ctus decreta concilii Piſani contemnentes dignitatem retinere conarentur, & pro dubiis etiam viderentur eſſe Romani pontifices, ſtatutum eſt aliud conci-lium celebrari oportere poſt triennium in loco ab Alexandro, vel ejus ſucceſſore nominando. Verum extincto infra annum Alexandro Balthaſar Coſſa Bononiæ a ſenatu ei ſubrogatus eſt, Joannes XXIII. nominatus; qui inſtante tempore indicti concilii, illud Romæ juſſit conveniri. Bulla interim (ut ajunt) procurans ne concilium, quod timebat, ri-te celebrari poſſet. Pulſus deinde Joannes præter opinionem Roma a Ladislao rege Neapolitano Florentiam conceſſit: ubi petente Sigiſmundo Cæ-ſare, & urgentibus cardinalibus generale concilium Conſtantiæ in Germania, indixit ad Kalendas No-vembris anno ſalutis 1414. in quo concilio Grego-rius per procuratores pontificatu ſe abdicavit. Jo-annes de fuga, retractus ac privatus eſt: Benedi-ctus etiam exauctoratus & damnatus. Et communi omnium patrum ſententia Martinus V. Romanus pontifex appellatus, quem omnes Chriſtiani aliis poſthabitis, ut Chriſti vicarium ſuſceperunt uni-cum & verum. Hæc ſancta ſynodus Conſtantien-ſis inter alia multa, quæ ſanctiſſime ſtatuit ad con-firmandam unionem fidelium, ad extirpandas hæ-reſes, quæ pluribus in locis invaleſcebant, & præ-ſertim apud Bohemos, ad emendandos mores, & clericorum vitam, decretum illud promulgavit, quod Frequens appellatur: quo ſancitum eſt ut quinquennio poſt finem Conſtantienſis concilii, aliud concilium celebraretur, & illo finito aliud per ſeptennium, & deinde ſingulo quoque decennio convenirent præſules ad concilium generale: lo-cum autem futuri concilii voluit ſemper nominari per menſem ante diſſolutionem præſentis a Roma-no pontifice, approbante & conſentiente conci-lio. Quod ſi pontifex non adeſſet, voluit ab ipſo concilio. Prædicti autem temporis prorogatio-

gem



Anno Christi 1431.

nem omnino prohibuit; abbreviationem ex cauſa conceſſit; locum vero concilii ſemel nominatum a nullo voluit poſſe mutari: neque a pontifice maxi-mo, niſi urgentibus neceſſitatibus, bellorum vi, peſtis & hujuſmodi. Ex tunc de conſilio ſacri ſena-tus, ad votum nationis Italiæ, Papia urbs nomi-nata eſt pro futuro concilio poſt quinquennium, & adventante fine quinquennii Martinus pontifex anno VI. ſui pontificii apoſtolicos ſacros nuncios, qui vice ſua concilio præſiderent, Petrum archie-piſcopum Cretenſem, Jacobum epiſcopum Spole-tanum, Petrum abbatem Roſacium, ac Leonar-dum Florentinum ordinis Prædicatorum generalem magiſtrum Papiam tranſmiſit, cum plena poteſta-te omnia tractandi, & agendi, quæ rebus recte conficiendis eſſent opportuna; & concilium ipſum, (ſi res ita exigeret) ad aliam ipſius nationis urbem tranſmutandi: ſedemque poſt ſeptennium pro alio concilio ſtatuendi ſecundum decreta Conſtantienſis ſynodi. Verum cum ſæviente peſte patres Papia pellerentur, communi conſenſu Senas concilium transferre placuit. Convenerunt igitur undique patres cum apoſtolicis legatis ſynodum perficien-tes ad annum ſalutis 1424. ibique poſt multa, quæ utiliter ſanxerunt, Baſilea urbs Germaniæ ſupra Rhenum, pro futuro concilio ad ſeptennium eſt nominata, pontificis Martini anno VII. præſiden-tibus ipſius concilii Senenſis, & omnibus nationi-bus pari voto decernentibus. Appetente termino quo Baſileæ concilium celebrari oportebat, Mar-tinus pontifex cum adverſa valetudine premeretur, anno ſalutis 1431. pontificii vero ſui 14. Kalendas Februarii, Julianum Cæſarinum cardinalem S. An-geli legatum apoſtolicum, qui nomine ſuo, & S. R. E. Baſileenſi ſynodo præſideret, præmiſit; cum plena poteſtate omnia agendi, tractandi & concludendi, quæ ad reformationem eccleſiaſtici ſtatus, ad hæreſes ubique extirpandas, ad redu-ctionem orientalis eccleſiæ, ad conſervationem eccleſiaſticæ poteſtatis, & ad communem omnium Chriſtianorum utilitatem, tranquillitatem & pa-cem neceſſaria, & opportuna viderentur, ac de omnibus cognoſcendi, ſtatuendi, & concernendi cum conſenſu, & conſilio patrum ſacri concilii.

### I.

*Principium concilii Baſileenſis.*

QUARTO igitur Nonas Martii, ejuſdem an-ni quo die ſecundum decreta Conſtantienſis ſynodi inchoari oportebat concilium Baſileenſe, Alexander abbas *Virziliacenſis ordinis S. Bene-dicti, Eduenſis diœceſis, vir doctrina clarus, con-vocatis canonicis, & collegio eccleſiæ Baſileenſis, ac plurimis aliis viris egregia virtute præditis. Vi-ri fratres (inquit) noſtis, quod nudius tertius anni ſeptem completi ſunt a fine concilii Senenſis, & ſecundum illius, & ſanctæ Conſtantienſis ſyno-di decretum heri Baſileenſe concilium in hac veſtra urbe erat incipiendum; ad quod prælatos omnes quorum intereſt abſq; alia vocatione ſub pœnis ju-ris venire oportebat. Adſum ego obedientiæ filius paratus alios qui venturi ſunt ad concilium expe-ctare, & nobiſcum interim, & cum his qui venerint omnia agere, quæ pro ſalute Chriſtianæ plebis in conciliis tractari conſueverunt, præſertim pro re-ductione Huſſitarum ad viam ſalutis, pro cenſura morum eccleſiaſticorum, tam in capite, quam in membris, & pro pace & quiete omnium Chriſtia-norum, rogans vos omnes ut locum aliquem ido-neum, & horam congruam ſtatuere velitis, & re-bus gerendis concilii nomine mecum incumbere,

*Vezeliacenſis.

protestans per me non ſtare, quin decreta SS. con-ciliorum impleantur.

### II.

*Confirmatur legatio cardinalis Cæſarini ab Eugenio.*

INTER hæc Martinus pontifex Romæ moritur eodem anno, & Eugenius IV. ei ſubrogatus Juliano cardinali ſancti Angeli pridie Kalendas Junii injunxit, ut rebus Boemicis confectis, Ba-ſileam ad concilium ſe conferret: ibique ſi præſu-les juſto numero conveniſſe cerneret, ſicut Marti-nus ſtatuerat, apoſtolicæ ſedis nomine præſideret ſecundum Conſtantienſis ſynodi decreta. Julianus autem cardinalis legatus acceptis mandatis ab Eu-genio, cum occupatus adhuc eſſet in expeditione Bohemica (Martinus enim ei injunxerat, ut ſi Ba-ſileæ congregatos patres non inveniret, rebus Bo-hemicis incumberet) ſuos nuncios miſit Baſileam, qui nomine ſuo concilio præſiderent, quoad ipſe commode poſſet, venire, neque multo poſt ipſe ſequutus eſt, & Baſileæ concilium inchoavit.

### III.

### SESSIO PRIMA

*Concilii Baſileenſis.*

ANNO ſalutis 1431. ſeptimo Idus Decembris. Cum jam ſupra tres menſes patres qui ade-rant Baſileæ, una cum legato apoſtolico de rebus gerendis conſultaſſent, primam ſeſſionem publice tenendam ad 19. Kalendas Januarii ſtatuerunt: id-que publico edicto palam nunciarunt. Præcipie-bat enim omnibus quos conciliis intereſſe more majorum oporteret, apoſtolici legati præſidentis & concilii nomine, ut ſub pœnis juris die dicta in cathedrali baſilica convenirent. Ut autem ſta-tuta dies advenit, congregati ſunt patres in baſili-ca civitatis; & Perhibertus epiſcopus Conſtantien-ſis rem divinam celebravit, Spiritus ſancti gra-tiam expoſtulans; tum aliis ſupplicationibus & precibus rite peractis legatus apoſtolicus pontifi-cali habitu præſidens, circumſtantibus aliis præ-latis, mitra alba, pluvialique ornatis concionem præclaram habuit: ſingulos exhortatus ad ea ſta-tuendum quæ Deo grata, & reipublicæ Chriſtia-næ ſalutaria eſſe cognoſcerent. Deinde Conſtan-tienſis præſul, ut ſuggeſtum aſcendit, ſacroſan-ctæ Baſileenſis ſynodi nomine decretum Conſtan-tienſis concilii, quod Frequens appellant, de con-ciliis generalibus frequentandis perlegit. Tum re-cenſuit ut Papienſe concilium per Conſtantienſe fuerit indictum, & deinde Senas tranſlatum: In-de decreta Senenſis concilii recitavit; quibus Baſi-leenſis ſynodus poſt ſeptennium indicebatur. Po-ſtremo approbationem primam Martini V. ponti-ficis maximi, & facultatem præſidendi in concilio Baſileenſi Juliano cardinali S. Angeli datam, & deinde Eugenii IV. publicis documentis omnibus oſtendit.

Demum decreta infraſcripta legeſque a con-cilio ſanciendas rogavit. In primis concilium Ba-ſileenſe congregatum canonice, ac legitime con-veniſſe ex auctoritate Conſtantienſis & Senenſis conciliorum, & Martini V. & Eugeni IV. Ro-manorum pontificum approbatione & decreto; in eoque præſidere apoſtolicæ ſedis legatum: pro-inde generale concilium ab omnibus eſſe cenſen-dum, omneſque qui ex lege conciliis generalia ob-noxii ſunt adire, huc venire oportere. Verſari



autem

Anno Christi 1432.

autem debere hanc ſanctam ſynodum totis viribus in primis ad extirpandas hæreſes ex eccleſia Dei, quæ multis in locis pullulant: tum ad pacandos Chriſtianorum animos, ſedandaſque fidelium contentiones; poſtremo ad mores vitamque clericorum, & populi Chriſtiani ubique reſtituendos, emendandoſque; licere omnibus qui in ſynodo eſſent, libere loqui, proponere, & conſulere de omnibus rebus ad utilitatem publicam ſpectantibus.

Decretum Toletani concilii de modeſtia, & gravitate ſervandis in ſeſſionibus, & deliberationibus concilii comprobandum. In eo continetur in ſacris ſeſſionibus nemini licere clamoroſis aut inconcinnis vocibus perſtrepere, fallaciis vanis, immodeſtis riſibus, obſtinatis diſceptationibus, jurgiis, contumeliis, aut ineptis contentionibus concilium perturbare, irriſores, perturbatoreſque homines ejicendos eſſe, prænominationes aut prælationes in ſedibus, aut titulos in rebus gerendis cuivis adſcriptos nemini nocere aut prodeſſe, nemini jus, aut dignitatem quoquomodo addere, aut demere, ſed unumquemque in priſtino ſtatu conditioneque, qua ad concilium venerat permanere. Decretum Conſtantienſis concilii quo impedientes, aut quoquomodo moleſtantes eos qui veniunt, morantur, aut redeuntes a concilio graviſſimis pœnis coercent; illis ipſis quibus mulctantur excommunicati ſingulis annis in cœna domini, approbantur & decernuntur in illos qui quovis pacto perturbare, impedire, prorogare, ſeu diſſolvere conarentur Baſileenſe concilium graviter animadvertentur. Omnes qui in concilio interſunt, omnium ſuorum beneficiorum fructus integre ac ſi in ipſis beneficiis reſiderent percipere oportere. Poſtremo quoſdam deputatos ſcribas concilii qui acta publica annotarent, alios qui ſcribarum ſcripta emendarent, alios qui concilii negotia promoverent: alios vero qui pro meritis & dignitate cuique locum, & ſedem in concionibus aſſignarent; his omnibus communi patrum conſenſu legitime decretis atque firmatis prima ſeſſio ſoluta eſt.

## IV.

*Diſſolutio concilii Baſileenſis ab Eugenio.*

Dum hæc Baſileæ aguntur, Eugenius pontifex maximus, Romæ ad XV. Kalendarum Januarii ſui pontificii anno primo, ex ſententia ſacri ſenatus auctoritate apoſtolica concilium Baſileenſe diſſolvit: legatum ſuum cardinalem Julianum revocat, & aliud concilium Bononiæ poſt annum cum dimidio celebrandum publice indicit: cui per ſeipſum cum ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinalibus præeſſe pollicetur. Tum decennio poſt finem Bononienſis concilii aliam ſynodum Avenioni congregandam publicis edictis decernit: vocatque ex eo tempore per apoſtolicas literas omnes, quos generalibus conciliis intereſſe SS. patrum decreta volunt. Cauſas autem hujuſmodi diſſolutionis, & revocationis has eſſe diſſeminavit. Patres parvo numero non ſupra decem Baſileæ conveniſſe; quamvis tempus præſcriptum ſop[illegible] ante octo menſes eſſet elapſum: neque videri [illegible] a tam paucis epiſcopis univerſæ eccleſiæ leges præſcribi: Rigere hyemale tempus; neque veriſimile eſſe illos, qui nondum venerunt in poſterum venturos. Bellum exortum eſſe inter *Joannem Burgundiæ, & Fredericum Auſtriæ duces [illegible] circa Baſileam regionem ex bello vexari: proinde non poſſe patres tuto illuc congregari, multos convenire non poſſe, paucos non eſſe idoneos tam multis & magnis rebus agendis. Jam pridem ſub Martino pontifice tractatum fuiſſe de unione orientalis eccleſiæ cum occidentali. Joannem Palæologum imperatorem, & Joſeph patriarcham Conſtantinopolitanum oratores ad ſe Romam miſiſſe, qui executionem conventorum cum Martino nomine eccleſiæ Græcianæ expoſcerent. Expedire admodum reipubl. Chriſtianæ hanc Græcorum & Latinorum unionem, nihil utilius ſalubriuſque hoc tempore fieri poſſe, illis Baſileam adire non facile eſſe. Et ex tribus Italiæ civitatibus oblatis Roma, Bononia & Ancona, Bononiam elegiſſe; non eſſe tantam occaſionem omittendam, neque ullo modo ſpernendam tot populorum ſalutem. Non poſſe rurſus vocari patres ad concilium Baſileæ ſine temporis prorogatione; Interea diem Græcis promiſſam adventare, eodem tempore duobus locis congregari eccleſiam non licere, neque ſi id fieret, poſſet utrobique eſſe ſynodum generalem, & bis convenire laborioſum omnibus, & pleriſque impoſſibile. Audiiſſe præterea patres qui Baſileæ eſſent hæreticos Bohemos publice ac legitime damnatos. Conſtantienſis ac Senenſis conciliorum auctoritate, nunc iterum ad diſputandum, & contendendum ſuper damnatis articulis provocaſſe in dedecus & contemptum apoſtolicæ ſedis, ſacrorum conciliorum, ſanctorum patrum decretorum, & imperialium legum jubentium damnatos hæreticos non audiri. Ad hæc adjungi adverſam valetudinem, qua in principio ſui pontificatus correptus ſit, non facile eſſe corpori per morbum confracto tantum itineris conficere; & res magnas quæ imminerent præſentis pontificis, & ſacri ſenatus admodum indigere. Fore ſi ad annum cum dimidio res differatur, ut recuperata valetudine ad locum viciniorem, & ipſe cum Romana curia facile accedat, & tempore magis opportuno orientales & occidentales conveniant frequentiores. Adeſſe prætereaque plures alias cauſas quæ hoc fieri ſuadeant qua literis explicare non eſſet tutum, neque reipubl. expedire omnibus eſſe notas, eas venturas in lucem cum tempus fuerit: Hæc & multa alia apoſtolicus omnibus Chriſtianis manifeſtavit Eugenius, eademque utriuſque ordinis principibus præſcripſit, juſſitque Baſilea patres diſcedere, & ad Bononienſe concilium ſe omnes præparare.

* Philippum,

## V.

*Litera Baſileenſium contra diſſolutionem concilii.*

Patres autem, qui Baſileæ convenerant, his auditis, literas & epiſtolas per univerſum Chriſtianum orbem pridie Kalendarum Februarii anno ſalutis 1432. datas diſſeminarunt: aſſerentes vago rumore ſe accepiſſe vulgo ferri Baſileenſe concilium diſſolutum eſſe; falſos eſſe hos rumores, neque a quopiam admittendos. Conveniſſe patres Baſileæ ex omni orbe Chriſtiano; conſtituiſſeque generale concilium auctoritate Conſtantienſis, & Senenſis ſynodorum, Martini V. & Eugenii IV. Romanorum pontificum; adeſſe apoſtolicæ ſedis legatum, cum plena poteſtate, omnia rite ſervata. Non eſſe credendum Eugenium pontificem virum integerrimum & ſanctum, tot majorum & ſuis decretis velle obviare, ac Spiritus ſancti operam velle impedire, ſe autem in publica ſeſſione ſtatuiſſe in concilio Baſileæ legitime congregato perſeverare, neque ante inde diſcedere quam omnia propter quæ convenerunt Deo benevolente recte componantur. Proinde monere orareq; omnes ut ad concilium veniant, quorum intereſt, eique pro utilitate publica votis & opere, omnique ſtudio & diligentia faveant. Titulus autem literarum concilii hujuſmodi erat. Sacroſancta generalis Baſileenſis ſynodus in Spiritu ſancto legitime congregata generale concilium faciens, & univerſalem eccleſiam repræſentans, &c. Dilecto eccleſiæ filio N. ſalutem & omnipotentis Dei benedictionem.

## VI.

## SESSIO SECUNDA:

Ad XV. Kalendas Martias, deinde convenerunt ſecundo patres in publica ſeſſione, & hæc communi conſenſu ſtatuerunt, ſacroſanctam ſynodum Baſileenſem auctoritate Conſtantienſis, & Senenſis conciliorum, jubenteque apoſtolica ſede indictam, canonice Baſileæ congregatam, atque inchoatam eſſe. Decretum Conſtantienſis concilii quo declaratur generalia concilia legitime congregata a Chriſto domino immediate poteſtatem habere, eique unumquemque obedire oportere, etiam ſi Romanus pontifex ſit, in his quæ pertinent ad fidem, & ad generalem eccleſiæ reformationem approbatum, inſtauratumq; Aliud etiam decretum innovatum, quo ſynodus Conſtantienſis ſtatuit non parentes conciliis rite convocatis gravi pœna mulctandos, etſi ſit Romanus pontifex. Baſileenſem ſynodum legitime in Spiritu ſancto congregatam a nullo, neque etiam a pontifice maximo, diſſolvi, prærogari, transferrive poſſe, ſine expreſſo ipſius concilii aſſenſu. Patres in concilio reſidentes, aut alios quoſlibet ad concilium pertinentes, non poſſe a quoquam, etiam a Romano pontifice, revocari, citari, aut quovis modo moleſtari non aſſentiente concilio; neminem ad concilium proficiſci volentem impediri, aut retardari debere, pœnas & cenſuras a quovis judice, & a pontifice maximo contra tales irrogatas nullas eſſe. Neminem licere ante finem concilii diſcedere ſine venia præſidentium concilii: tunc autem recedentes dimittant alium qui vices ſuas gerat. Poſtremo additi ſunt promotores duo ſacri concilii; & notarius unus, & ſecundæ ſeſſioni finis datus eſt.

## VII.

*Bohemi invitantur ad concilium.*

Inter hæc cum ſynodus jam binis literis Bohemos ad reconciliationem, & concordiam provocaſſet; tandem nuncios duos ad eos delegavit Joannem Nider prædicatorem, & Joannem Mulubrum Ciſtercienſium ordinum profeſſores, qui cum non auderent Bohemiam ingredi, in hanc ſententiam ex Nurimberga ſcripſerunt nonis Januarii 1432. ſacroſanctam Baſileenſem ſynodum inter alias curas quibus aſſidue pro ſalute fidelium urgeretur, nulla magis ſollicitari, quam pro reductione & reconciliatione Bohemorum, ferre iniquo animo tantam inter Chriſtiani nominis viros diſſenſionem, tam crudeles & inexpiabiles inimicitias, tot animarum Chriſti ſanguinem redemptarum jacturam. Monere igitur, orare, & obſecrare, ut depoſita jam tandem feritate, cogitare quæ pacis ſunt, & unire ſe reliquo Chriſtianæ reipublicæ corpori velint. Proinde deſignent legatos ſuos ad concilium cum plena poteſtate; Inventuros ſanctam ſynodum optime ad reconciliationem animatam, modo ipſi ſalutares conditiones, honeſtaſque afferant. Ut autem tuto ad concilium proficiſci poſſint, miſſuros ſe ad eos fidem publicam, ſi velint, nomine Baſileenſis ſynodi & aliorum quos deſideraverint. Mittant & ipſi publicam fidem ut & noſtri ad eos poſſint commeare. His acceptis, Pragenſes cives (ea enim civitas regni caput eſt) literis reſponderunt accepiſſe ſe ſacri concilii & ſuas epiſtolas gratiſſimo animo (quandoquidem caritatis, & benevolentiæ plenæ eſſent aſtriceſque pacis & unionis) ſed quoniam ea de quibus in illis agebatur, ſpectarent ad univerſum regnum, ſe non potuiſſe inconſultis aliis provincialibus concilio reſpondere. Indixiſſe igitur conventum totius regni ad Idus Februarii Pragæ. Orare ut Nurimbergæ aliquamdiu præſtolari velint, futurum ut brevi bonam procerum, & popularium Bohemiæ mentem cognoſcant: interim patribus qui Baſileæ ſunt, cauſam cur non reſcripſerint nuncient, mittantque fidem publicam, qua ultro fuerant polliciti crebris hinc inde literis datis, tamdiu Bohemi ſtatuunt Egræ, (urbe haud longe a Nurimberga) cum oratoribus concilii convenire, ibi tractaturi de modo conveniendi cum concilio, & de fide publica pro legatis ſuis conficienda.

## VIII.

*Congregatio eccleſiæ Gallicanæ Bituris.*

Interea Galliarum prælati dum contrariis Romani pontificis, & Baſileenſis concilii mandatis vexantur, hinc a patribus vocantur ad ſynodum, inde jubentur Bononiæ ad tempus convenire. Juſſu regis ad tertium Kalendarum Februarii Bituris congregantur, ibique eccleſia Gallicana communi conſenſu declarat concilium Baſileæ legitime eſſe congregatum, neque inde poſſe aut debere quoquomodo transferri: & non modo utile eſſe, & conveniens concilium non diſſolvi, ſed neceſſario Baſileæ eſſe perficiendum propter res Bohemicas: Bohemos hæreticos multitudine, & ferocitate inſuperabiles eſſe, ſæpeque noſtros milites & nemine proſequente ab eorum facie fugiſſe, vocatos ad concilium ſub ſpe reconciliationis, & pacis jam conditiones accepiſſe, & legatos deſignaſſe, ſi veniant, & unionem recipiant; nihil felicius poſſe deſiderari; magnaſque eſſe habendas Deo & concilio gratias: Si enim in ſua perfidia pertinaciter perſeverent, facile ab univerſali eccleſia poſſe decerni quo pacto ſunt coercendi; & ipſis auferri querelam illam, quam ſuper catholicis inculcant, ſe inauditos fuiſſe damnatos. Nimis pernicioſiſſimum eſſe eccleſiæ Dei permittere hanc hæreſim diutius vivere, quæ jam pluribus in locis non ſine gravi periculo ſerpere incipiat. Si transferatur concilium; Bohemos non venturos, prædicaturoſque ubique eccleſiam Dei ab eorum facie fugiſſe. Proinde Galliæ prælatos concilium adire [illegible], & legatos mittere ad Eugenium pontificem rogaturos pro reipublicæ Chriſtianæ commodo, ut concilii diſſolutionem revocet, ſinatque Baſileæ ſynodum eſſe; in qua ſalubriter a patribus incepta poſſint abſolvi. Delegatus eſt eccleſiæ Gallicanæ legatus ad pontificem archiepiſcopus Lugdunenſis; qui hæc omnia patribus qui Baſileæ erant literis nunciavit, eoſque exhortatus eſt, ut cum ſummo pontifice, qui caput eccleſiæ eſſet, modeſte agerent. His auditis patres concilii literis Gallorum regi, quod hoc fieri procuraverit, gratias agunt, orant det operam quamprimum Galliarum prælati petant concilium. Ipſeque legationem inſignem mittat. Futurum, ſi hoc fiat, ut ſyno-

dus tantis patribus aucta, & tanti regis judicio approbata, tuto conſulere reipublicæ poſſit. Idem conſultoribus regis; idem pleriſque aliis, qui apud regem auctoritate & gratia valebant ſcribunt. Lugdunenſem autem præſulem quod eum hujus decreti auctorem putabant, maximis efferunt laudibus, illumque vehementer exhortantur, ut dimiſſa legatione ad Urbem, quam inutilem arbitrabantur, concilium quamprimum adeat. Ita videri Spiritui ſancto, & ſibi, magis expedire utilitati eccleſiæ quod auctoritate ſua exemploque alii prælati concilium certatim ſint petituri.

## IX.

## SESSIO TERTIA.

TERTIA inter hæc ſeſſio publica Baſileæ celebratur anno ſalutis 1432. pridie Kalendarum Maii, in qua hæc communi conſenſu decernuntur. Concilium Baſileenſe legitime in Spiritu ſancto congregatum ad pernicioſiſſimam Bohemorum hæreſim, quæ armis opprimi non poteſt concilio extirpandam, & bellorum rabiem ſedandam; quæ Chriſtianos principes vexat, ac etiam Chriſtianorum normam moreſque collapſos in melius reſtituendos non poſſe a quopiam diſſolvi aut prohiberi, diſſolutionem concilii Baſileenſis ab Eugenio pontifice factam nullam eſſe & irritam. Patres in concilio Baſileæ perſeverare oportere, uſque ad conſummationem rerum pro quibus ſunt congregati. Eugenium pontificem maximum literis & nunciis ſæpe requiſitum ut ad conſilium veniat, aut legatos ſuos mittat, utque diſſolutionem concilii revocet; hæc facere recuſantem rurſus publico edicto ad concilium vocandum, monendumque ut diſſolutionem revocet intra trimeſtre tempus, cardinales etiam ſanctæ Romanæ eccleſiæ intra dictum terminum vocandos, quoniam ad tantas res conficiendas pontificis præſentia & cardinalium perneceſſariæ ſint. Quod ſi intra præſcriptum tempus pontifex & cardinales venire neglexerint, daturos operam patres concilii, ne quid ob eorum culpam detrimenti reſpublica patiatur: Cardinalem ſanctæ Crucis ab hoc edicto immunem eſſe voluerunt, quod is in tractanda pace inter Angliæ & Galliæ reges eſſet occupatus. Hæc eadem mandaverunt notificari Romano pontifici & cardinalibus per quoſcumque utriuſque ordinis principes ac per omnes cujuſcumque dignitatis eſſent: quod ſi ad eos tuto accedi non poſſet, voluerunt ſatis eſſe in urbibus vicinis Sutrio, Viterbio, Senis id publicari, & ſi id fieri commode non poſſet, legitimam eſſe vocationem in cathedrali Baſileenſi eccleſia factam omnes & alios prælatos quoſcumque ſecundum ſanctorum patrum conſtitutiones venire ad generale concilium oportere, pari ratione vocandos, citandoſque. His decretis atque firmatis, dimiſſa concio hujus diei eſt.

## X.

## SESSIO QUARTA.

NEC multo poſt ad XII. Kalend. Julii quarta ſeſſio eſt celebrata, in qua ad [illegible] indemnitatem cardinalium, qui ad concilium venirent, aliosque provocandum ad [illegible], ſtatutum eſt vacante ſede apoſtolica, durante concilio electionem ſummi pontificis futuri nullibi fieri poſſe niſi in ipſo concilio, alibi factam irritam eſſe ac nullam. Electores, electum, & in eum conſentientes fidelium communione privatos atque ab omnibus dignitatibus, a nullo alio niſi a ſancta ſynodo poſſe abſolvi. Prælatos principeſque omnes utriuſque ordinis eccleſiaſticos, & ſæculares, ac omnes alios, quos ex lege conciliis intereſſe oportet, abſolutos a juramentis eſſe, quibus ſummo pontifici alterive forſitan obligarentur, ne ad concilium venirent; pœnas, cenſuras, mulctas ſeu privationes, dignitatum, beneficiorumve propter hanc rem in quemlibet attentatas, etiam a ſummo pontifice irrita eſſe & vana, concilium Baſileenſe plumbea bulla in ſuis literis more Romanæ curiæ uti debere; cui ex uno latere Spiritus ſancti immiſſio in columbæ forma; in altero literæ hujuſmodi: Sacroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, ſint ſculptæ, pontificem Romanum dum concilium Baſileæ ſedet, neminem quamdiu a concilio ipſo abeſt ad dignitatem cardinalatus ſublimare poſſe, aſſumptos contra hujus decreti auctoritatem, non modo illa, ſed omnibus aliis dignitatibus & honoribus, quibus forſitan antea ornati erant, eſſe privatos. Ut cardinales aut eos honorantes, aut ita eos appellantes excommunicatos eſſe, præfecturam adminiſtrationemque civitatis Avenionenſis, & Veneſini comitatus, quæ ad Romanam eccleſiam pertinent, Alphonſo cardinali ſancti Euſtachii committendam, pro pace & quiete illorum populorum, quod præfectum ab Eugenio pontifice miſſum recipere nollent, illeque in eos jam arma pararet. Poſt hæc cum apud Egram inter oratores concilii & nuncios Bohemorum de forma ſub qua fide publica a concilio, & a Sigiſmundo Cæſare exigebant conveniſſet, ſynodus in hac ſeſſione illam publico edicto firmavit, & Joannem Mulubrum ad Cæſarem miſit, ut ejus etiam nomine publica fides Bohemis daretur. Ipſos autem Bohemos dulciſſimis atque humaniſſimis literis hortatus eſt ad unionem & pacem. Et dum concordiæ hujuſmodi tractatus penderent induciæ utrimque ſtatutæ, decretum inhibitionis, ne vacante apoſtolica ſede concilio durante, ad electionem alibi procedatur cardinalibus per literas concilii nunciatur, tempuſque decernendum in concilio Lugdunenſi ſtatutum ad intrandum conclave poſt mortem pontificis ad novum ſubrogandum, prorogatum eſt ad quadraginta dies, ut cardinales, qui procul abeſſent, convenire ad electionem in concilio commode poſſent, hortatur, rogat, jubetque ſynodus ne cardinales pontificis morte contingente contra decretum electionem faciant, ne eccleſiam Dei ſcindant, ne lacerent inconſutilem Chriſti tunicam, minaturque tranſgreſſoribus acerrimas pœnas, ac demum divinam ultionem: Carolo Francorum regi decretum & inhibitionem cardinalibus miſſam literis indicat, rogatque magnis affectibus, ut concilii ſtatutis faveat, compeſcatque renuentes, nullumque pro Romano pontifice cognoſcat aliter electum, idem ſenatui, populoque Romano præſcribunt; monentque ut æquo animo ferant pro utilitate reipublicæ Chriſtianæ Romanam curiam tantiſper abeſſe.

## XI.

## SESSIO QUINTA.

FIT deinde quinta ſeſſio in qua judices in cauſis fidei decernuntur Papienſis & Ratiſponenſis





epiſcopi & abbas Ciſtercienſis cum plena poteſtate cognoſcendi, & omnia agendi uſque ad ſententiam diffinitivam, quæ concilio reſervatur. Ordinatur deinde procurator in cauſis fidei vir theologiæ periti ſſimus, cui tamen inhibetur ut nullam cauſam fidei agat, niſi prius examinatam per deputatos fidei. Statuuntur in aliis cauſis quæ ad concilium ſpectant alii judices Petragoricenſis, Auguſtenſis, & Parmenſis epiſcopi cum poteſtate perficiendi rectum judicium. Reſervatur tamen concilio cognitio cauſarum cathedralium eccleſiarum, tum ne temere cauſæ a judicibus admittantur. Deputantur præcognitores cauſarum Julianus cardinalis ſancti Angeli legatus apoſtolicus, Dominicus ſanctæ Mariæ in via lata diaconus, cardinalis Firmanus, & quilibet præſidens concilii. Tum epiſcopus Gebennenſis & Henricus cauſarum palatii auditor, cum poteſtate declarandi ac ſtatuendi, quæ cauſæ & quo ordine ſint admittendæ & finiendæ. Horum magiſtratuum, & judicum poteſtatem trimeſtrem eſſe voluerunt. Statuitur etiam ne quis ex his qui in concilio ſunt, eruntve, aut iter ad illud acceperunt, trahi poſſit in cauſam ex concilio a quocumque judice etiam a ſummo pontifice: In concilio tamen omnibus juſtitiam adminiſtrari oportere. Henricus Heccl auditor ſacri palatii judex ordinarius conſtituitur cum poteſtate auditoris cameræ, & Ticianus Laudicenſis ſoldanus more Romanæ curiæ. Datur facultas congregationi generali, ut alios magiſtratus opportunos poſſit creare. Adduntur aliis notariis, & ſcribis concilii quinque, qui geſta concilii ſcribant: inter hos Petrus de Noxeto. Et finis ſit quintæ ſeſſioni.

## XII.

## SESSIO SEXTA.

ANNO ſalutis 1432. VIII. Idus Septembris ſeſſio ſexta celebrata eſt in ea præſidente epiſcopo Conſtantienſi qui rem divinam celebravit. Affuerunt Julianus cardinalis ſancti Angeli legatus apoſtolicus, cardinalis Placentinus, & Dominicus Firmanus cum XXXII. prælatis pluviali & mitra ornatis Sacris ceremoniis rite peractis, promotores concilii retulerunt patribus Eugenium pontificem & cardinales Romanæ eccleſiæ legitime ad concilium vocatos ſecundum decreta tertiæ ſeſſionis, & pontificem requiſitum, ut diſſolutionem concilii revocaret intra præfixum tempus, non paruiſſe: Proinde petere ut contumaces cenſerentur, damnarenturque. Quod cum patres legitime declarare vellent, palamque Eugenius aut ejus procuratores tertio requiſiti non reſponderent, Tarentinus & Coloſſenſis archiepiſcopus ac Magalonenſis epiſcopus oratores Eugenii pontificis, qui aderant, cum poteſtatem in hujuſmodi cauſa reſpondendi non poſſent oſtendere, impetraverunt ut ſuper declaratione contumaciæ aliquamdiu ſuperſederetur. Tum cum peteretur declaratio contra XVII. cardinales citatos, complures aſſurrexerunt aſſerentes mandatum ſe habere ad eorum excuſationem. Synodus commiſit Friſingenſem & Baſileenſem epiſcopos, ut mandata & excuſationes examinarent, omniaque patribus deinde deferrent. Gerardus Landrianus epiſcopus Laudenſis ad regem Angliæ per concilium legatus, qui luculentiſſima oratione coram rege diſſeruit de legitima concilii Baſileenſis congregatione, de conciliorum ſumma auctoritate & poteſtate, de cauſis neceſſariis congregati concilii pro extirpanda pernicioſiſſima Bohemorum hæreſi; pro emendatione morum cleri & populi Chriſtiani, ac pro ſedandis principum Chriſtianorum animis, & generali pace procuranda. Demum hortatur, ut legatos ad concilium mittat, & regni prælatos, oratque ut pacem cum hoſtibus ſuis amplectatur.

## XIII.

### *Defenſio Eugenii per legatos.*

POSTHAC audiuntur Baſileæ in publico conventu legati Eugenii pontificis XI. Kalend. Septembris Andreas Coloſſenſis, & Joannes Tarentinus archiepiſcopi; & Coloſſenſis quidem qui primo auditus eſt, hæreſes omnes a principio naſcentis eccleſiæ recenſuit. Ex his duas in orbe Chriſtiano adhuc ſuperextare admodum pernicioſas, Græcorum & Huſſitarum, quas nullo pacto extirpari poſſe contendit, niſi prius catholici ſint inter ſe concordes; apoſtoli Pauli ad Corinthios præceptum crebro referens. Non ſit ſchiſma in corpore. Græcos ſub Martino pontifice cœpiſſe agere de reconciliatione & unione cum Latinis, & nunc proſequi ab Eugenio ſi ipſi ſchiſmata non faciant, facile converſuros. Non eſſe deſerendam nobilem ac doctam gentem, & de eccleſia Dei optime meritam. Hortari obſecrareque ut ſummum pontificem eccleſiæ caput, & Petri verum ſucceſſorem honorent, venerentur: Caveantque, ne dum Bohemos eccleſiæ reconciliari ſtudeant, ſeipſos perdant, & majorem perículoſioremque faciant ſciſſuram, morum emendationem nullam fieri poſſe, qua maxime clerus & populus indigent, niſi pontifex concurrat, ſtatuatque, illum nihil magis cupere, dummodo rite id fiat. Pacem autem, propter quam concilium congregatum dicunt, nullo modo illos procurare poſſe inter alios, qui inter ſe diſſentiunt. Proinde hortatur ut pontifici Romano ſe reconcilient, ut ſchiſmata in corpore eccleſiæ non faciant.

## XIV.

### *Oratio Tarentini epiſcopi pro Eugenio.*

AT Joannes Tarentinus præſul poſt hæc ad VII. Kalend. Septembris dicendi facultatem nactus, longo & docto ſermone cauſam Eugenii peroravit in frequentiſſimo patrum conventu. Principio Romani pontificis pleniſſimam atque abſolutam poteſtatem ab ipſo ſalvatore noſtro Jeſu Chriſto conceſſam probat multis argumentis & auctoritatibus. Tum Eugenium quartum pontificem maximum ſummis laudibus effert, aſſerit illum a principio Baſileenſe concilium a Senenſi ſynodo & Martino V. indictum confirmaſſe, ſed poſtea cum pauci præſcripto tempore ad concilium adventarent oratores concilii & nova convocatio peteretur, ac locus omnino totus a violentia hæreticorum bellorumque tempeſtatibus non videretur, pontificem concilium Bononiam tranſtuliſſe, tum quia multis principibus & prælatis locus ille aptior eſſet ad conveniendum, tum maxime perſonæ pontificis, qui ob adverſam valetudinem Alpes tranſcendere & tam longo itinere ſe committere ſine aperto vitæ diſcrimine nullo modo poſſet. Cujus certe præſentia cum ſacro ſenatu & Romana curia magnam acceſſionem & auctoritatem rebus

ANNO CHRISTI 1432.

rebus gerendis eſſet allatura : unionem præterea Græcorum quibus Baſileæ nullo modo convenire placeret propter difficultatem itineris idoneam cauſam eſſe transferendi concilii. Huſſitarum vocationem ad concilium tanquam ad communionem Spiritus ſancti & ad examinandas rurſus damnatas opiniones indignam eſſe, & contra honorem apoſtolicæ ſedis ac ſacrorum conciliorum Conſtantienſis & Senenſis; quorum decreta de fide in dubium revocari videantur, ſi ad diſputationem rurſus admittantur: plures alias ſupereſſe legitimas cauſas transferendi concilii quæ tuto aperiri in præſentia non poſſent: Ceterum Romanum pontificem ex plenitudine poteſtatis legitime potuiſſe diſſolvere, & pro arbitrio ſuo transferre. Baſileenſe autem concilium ſive aliud non poſſe judicare primam ſedem cui omnes ſubſunt. Neque pontificem Romanum ſubeſſe judicio eccleſiæ niſi in cauſis fidei quando a tota in fide diſſentiret: proinde Baſileenſe non potuiſſe vocare ad concilium Eugenium pontificem, & ab injuriis cœpiſſe, multoſque illuc confluxiſſe rerum novarum cupidos poſt exortam ſeditionem qui in unione pace domini quieſcebant: non eſſe hoc judicium caritatis & pietatis Chriſtianæ: impium eſſe & injuſtum hominis unius cauſa quantumvis magni ac digni Romanum pontificem injuriis laceſſiri & ad cauſam dicendam vocari qui a ſolo Deo eſt dijudicandus. Marcellinum epiſcopum Romanum de idololatria convictum & ſe ſponte concilii ſententiæ ſubmittentem ſanctam ſynodum liberum dimiſiſſe, dixiſſeque Romani pontificis judicium Deo tantum eſſe reſervatum. Eugenium hortari, atque obteſtari patres ut ab injuriis temperent, injuſtum judicium remittant, paci, unioni, cenſuræ morum, inſtaurationi eccleſiaſticæ libertatis omni ſtudio ſecum incumbant. Statuiſſe ſe, & velle omnino, ut generale concilium celebretur, cui intereſſe & præeſſe ex officio cupiat, mores, ſtatum, vitamque ſuam omnem ab ineunte ætate cenſuræ patrum libere permittere, ut reliqui corrigi, emendarique facilius poſſint. Concilium non prius diſſolutum, quam morum generalis cenſura, principum reconciliatio, extirpatio damnatarum hæreſum ſint plene abſoluta, ut Chriſtianus populus mundus & concors in hoſtes fidei communibus viribus poſſit inſurgere. Duo eſſe, quæ Baſileenſes præcipue damnent: loci nominationem & temporis prorogationem: placere Eugenio ut Baſileenſes locum eligant quem velint, ex civitatibus Romanæ eccleſiæ ſubjectis. Pontificem locum illum pro tempore concilii libere dimiſſurum in poteſtate patrum, prorogationem autem omnem tollere quamprimum illi locum nominaverint. Concilium ibi incipiendum, ad quod ſtatim pontifex cum Romana curia ſe transferret, injuriarum vero in pontificem & offenſarum oblivionem, & in futurum ſecuritatem, ac libertatem polliceri: Bohemorum reductionem extra Germaniam facilius, quam in Germania, & præſente pontifice quam abſente fieri poſſe; illoſque ſi reconciliari velint, non recuſaturos loci mutationem, neque [illegible] unionem propter Bohemos eſſe ſpernendam, qui Germaniam petituri nullo modo ſint: [illegible] quod ſi judicent Bohemorum converſionem & Germaniam cenſuram extra provinciam perfici non poſſe, quod cardinalis ſancti Angeli [illegible] ſimul cum pluri[illegible] Baſileæ congregati [illegible] ad ea negotia [illegible] ibi permaneant, & [illegible] ad concilium properent. Æquas eſſe has Eugenii conditiones, honeſta & ſancta pontificis deſideria accipienda grato animo; & curandum ne qui concordiæ, unitatis, & cenſuræ auctores videri velint, diſcidii, ſeditionis, & corruptionis ſatores, nutritoreſque videantur.

ANNO CHRISTI 1432.

## XV.

*Refutatio Baſileenſium contra legatos PP.*

AD hæc reſponſum eſt patrum nomine ſanctam ſynodum Baſileenſem ſummo mœrore, ingentique triſtitia affici, quod pro neceſſitate Chriſtianæ reipublicæ in Spiritu ſancto congregata tam acriter impugnetur, ab his præſertim, ad quos protectio, defenſioque conciliorum ſpectaret. Proinde hortari eos cum apoſtolo ad Epheſios, ne Spiritum ſanctum contriſtent. Id eſt, ne Spiritus ſancti opera impediant. Hæreſes pernicioſiſſimas pleriſque in locis in dies invaleſcere, bella per totum orbem Chriſtianum deſævire, mores ubique corruptos collapſoſque eſſe, ac vitia omnia in præcipiti ſtare. His omnibus detrimentis per generale concilium obviandum, jamque optima fundamenta jacta eſſe, ita ut ſpes pulcherrima omnibus data ſit rei bene gerendæ. Hæc nunc qui impediat, procul dubio Spiritum ſanctum contriſtare, quod quidem peccatum ſine venia eſſe conſtat. Patres concilii nihil pejus odiſſe, quam ſchiſmata, nihil vehementius deteſtari quam diviſiones, neque quicquam diligentius curare, quam quæ ſunt unionis & pacis. Superfluum eſſe eos monere, ne ſit ſchiſma in corpore, eam cohortationem ad Eugenium convenientius pertinere; qui a concilio, quod duæ ſynodi conſtituere, duo ſummi pontifices approbavere, decrevereque, ipſe receſſerit, ſciſſuramque fecerit: & ſæpe multum requiſitus & rogatus, ut univerſali ſe eccleſiæ conjungeret, recuſaverit. Patres Baſileæ conveniſſe non ſponte, non propria auctoritate; non temere, ſed conciliorum & Romanorum pontificum decreto & auctoritate. Quod autem Baſileenſes declaraverint diſſolutionem concilii ab Eugenio factam nullam eſſe & irritam; non eſſe novum; & licuiſſe concilio ex decreto ſynodi Conſtantienſis, quæ ſtatuit pontificem Romanum non poſſe diſſolvere concilium generale invitis patribus; & Joannem XXIII. a concilio Conſtantienſi receſſiſſe, quod nihil aliud fuerit, quam quantum in ipſo erat, generale concilium diſſolvere: Permanſiſſe tamen patres Conſtantiæ, & declaraſſe, concilium propterea non eſſe diſſolutum. Quod ſeditiones & ſcandala neceſſario ſecutura ſint, ſi perſeveraverint Baſileæ patres, nulla eorum culpa id eventurum, qui ſeceſſionem ipſi non fecerint, ſed ſecedentem reprehendant. Eugenium meminiſſe debere ſalvatoris ſententiæ quæ ait: Scandala neceſſario evenire, & comminationis in eum per quem venit ſcandalum. Facile eſſe Romano pontifici contentionem omnem, omnemque diſcordiam ſedare, non armis, non pecunia, non violentia aliqua opus eſſe, aut periculo. Tollat concilii revocationem, uniat ſe univerſali eccleſiæ, cujus eſt caput, & omnia tuta, omnia quieta erunt, neque futurum eſt dedecori pontifici maximo, ſi pro tempore, rebus & cauſis ſententiam mutet pro ſalute reipublicæ Chriſtianæ cui omnia debeat. Græcorum autem reconciliationem, ſemper fuiſſe cordi patribus, omniaque ſemper & cogitaſſe & egiſſe, quæ ad rem illam



ANNO CHRISTI 1432.

illam navandam conducere poſſe rati ſunt. Sed provinciam atque curam hanc cum pleriſque aliis honoris cauſa dimiſiſſe ſummo pontifici, a quo tamen pro reverentia, deſpectum, pro honore contumeliam, pro obſequiis odium reportaſſent. Orare nunc patres Coloſſenſem archiepiſcopum ut concilii nomine legationem ad Græcos ſumat, & qui cauſam hanc ſæpius egerit, eam nunc tandem reſumat, abſolvatque, patres commeatus & omnia opportuna ei plene ſuppeditaturos, Eugenio reverentiam & honorem ut Romano pontifici, & eccleſiæ capiti ſe ſemper exhibituros, ſi ille ab eccleſiæ corpore, extra quam non eſt ſalus, non diſcedat. Quod ſi contempſerit, Pauli apoſtoli exemplo qui in faciem Petro palam reſtitit, non tacituros patres & eccleſiam Dei omni ſtudio, quoad vita ſuppetet, acriter defenſuros. Græcos vero ſi reconciliationem cupiant cum parati ſint Bononiam petere, non recuſaturos & Baſileam proficiſci, qui alias & Lugdunum & Conſtantiam ad concilia profecti ſunt. Peſtiferas hæreſes tolli non poſſe, niſi prius tollatur diſſenſio, veriſſimum eſſe; ſed hoc ad illum ſpectare, qui ſeditionem intulit, qui ſe ab univerſali eccleſia alienavit, qui ſacrorum conciliorum ſecreta ſcindit. Patres nihil aliud jam per annum magis curaſſe, quam ut pontifex veritati & rationi acquieſceret, concilio adhæreret, ut par eſt, & decreta Conſtantienſis ſynodi ſervaret, quæ ſi non ſervantur, fruſtra agi de reductione Bohemorum, quorum dogma in illo potiſſimum concilio ſit damnatum: libenter audire patres oblationem Eugenii pontificis de cenſura ſuſcipienda; libentius viſuros effectum; ordinem alium nullum ſcire, niſi qui in concilio Conſtantienſi, cui & jam ipſe interfuit, ſit datus. Agendas eſſe Deo immortali gratias immenſas pro virtutibus, quibus Eugenium decoratum dicunt; & orandum ut hoc, quod deeſt, ut ſcilicet univerſali eccleſiæ ſe coaptet, divina benignitate addatur. Tum ad ea, quæ per Tarentinum dicta ſunt, in hanc ferme ſententiam eſt reſponſum. Non latere ſanctam ſynodum quæ de poteſtate, & auctoritate ſummi pontificis Tarentinus dixiſſet, ſed illa aperte profiteri, & curare ut & alii profiteantur, & tamen dicere Romanum pontificem oportere ſynodi Baſilienſis, & cujuſvis alterius legitime congregatæ mandatis, atque ſtatutis plene obtemperare in his quæ ad fidem, extirpationemque ſchiſmatis, & morum cenſuram pertinent. Secundum decreta Conſtantienſis concilii non fuiſſe inconveniens illum, qui tam multa de poteſtate primæ ſedis dixiſſet, & aliquid dicere de poteſtate, & dignitate catholicæ eccleſiæ, quam concilium in Spiritu ſancto legitime congregatum repræſentare conſtat: & quæ ſine ruga, & macula exiſtens ſecundum omnium ſanctorum doctorum ſententias errare non poteſt. Quod privilegium nulli alteri creaturarum a Deo conceſſum eſt. Conciliorum autem generalium dignitatem non fuiſſe tacendam, quæ eadem eſt quæ & catholicæ eccleſiæ, quam repræſentant, quorum poteſtas, (ut Conſtantienſis ſynodus diffinivit) immediate a Chriſto eſt. Horum directorem atque operatorem Spiritum ſanctum paracletum eſſe, ut in apoſtolorum actibus ſcribitur: Viſum eſt Spiritui ſancto & nobis, cujus opera irreprehenſibilia ſunt, non eſſe dicendum concilium aliquod legitime congregatum invalidum eſse, aut errare aliquo modo poſſe. Quod ſi de omnibus conciliis, & de tota fide catholica quæ conciliorum auctoritate probata eſt, dubitari poſſet, firmam & ſtabilem eſse conciliorum auctoritatem, & poteſtatem etiam exercere in Romanos pontifices quorum pleroſque non recte vadentes exauctoraverit, atque dejecerit, pontifices Romanos ſæpe erraſse, & ab eccleſia damnatos eſse, nunquam autem univerſalem eccleſiam erraſse aut fuiſse damnatam a pontifice. Itaque pontificem Romanum tantum aliis ſingularibus perſonis cujuſvis dignitatis præſtare quantum univerſalis eccleſia privatis. Et quamvis in univerſali eccleſia primus & major ſit, non tamen majorem eſse ipſa eccleſia in qua ſit. Tum multa addita ſunt, quæ univerſalis eccleſiæ & ſacrorum conciliorum auctoritatem comprobarent. Deinde reliquis Tarentini propoſitionibus reſponſum. Conſtare ſi concilium Baſileenſe, (ut fatebantur) Senenſis concilii, & Martini auctoritate indictum eſset, & ab Eugenio confirmatum, legitime congregatum eſse, neque potuiſse aut debuiſse diſsolvi ab Eugenio, cauſaſque diſsolutionis, quas oſtenderat, frivolas eſse ac nullas, ſi parvo numero patres Baſileæ convenerant, oportuiſse pontificem, (ut a concilio petebatur) prælatos omnes monere & hortari ut illuc irent, non autem revocare qui jam veniſsent. Si propterea Bononiam concilium tranſtuliſset poſt annum cum dimidio, quod concilio intereſse cuperet, cum in præſentia valetudine impediretur. Et hoc nihil eſse: non enim conſtare pontifici ſi poſt annum cum dimidio liber ab adverſa valetudine aut ſi omnino vivus erit. Et quamvis pontificis præſentia concilio & rebus gerendis multum prodeſſet, magis tamen nocere eccleſiæ tantam dilationem & perturbationem concilii cum eccleſiæ diſcrimina moram non patiantur. Concilia præterea generalia magna ex parte celebrata eſse abſente Romano pontifice, ſatis eſse ſi ea ſua auctoritate & per apoſtolicos legatos celebrentur; Diſsolutionem matura deliberatione factam eſse nullo modo videri, quæ inconſultis patribus concilii ad quos ſpectaret facta eſſet, damnarique ab omnibus bonis, etiam qui apud pontificem in Romana curia verſarentur. Baſileam propter Bohemorum vicinitatem tutam non eſse falſo pontifici renunciatum eſse, diſtare enim Baſileam a Praga Bohemorum regia XV. dierum itinere, intermedios eſse principes, ac populos potentiſſimos, regiones tutiſſimas, & hæreticis impenetrabiles, urbem præterea ipſam Baſileenſem opere & natura munitiſſimam eſse & populo fideli ſtrenuoque refertam, vicina omnia loca pacatiſſima & tuta. Situm omnibus nationibus accommodum, Italicis, Germanicis, Gallicis, in quorum finibus eſset Baſilea. Non eſse tantæ audaciæ & temeritatis patres, quod Baſileæ perſeveraſſent, ſi periculum imminere cognoſcerent; quod autem Bohemorum vocationem ad concilium tantopere damnarent, aſſererentque illam honori apoſtolicæ ſedis, & ſacrorum conciliorum Conſtantienſis & Senenſis eſse adverſam, mirum videri. Non enim vocari Huſſitas ad ſimul decernendum, ſed inſtruendum; ut qui ſuis erroribus aut ſuperſtitionibus jam fatigati reconciliari catholicis cupere videantur: nullibi apud ſacram ſcripturam vetitum eſse orantes inſtruere atque edocere, quin imo hoc proprium eſse epiſcoporum & ſacerdotum officium, ſecundum apoſtolum exhortari omnes in ſana doctrina, & eos qui contradicunt arguere. Futurum ſi Bohemi reconcilientur, ut Romani pontificis & conciliorum auctoritatem & ſententiam venerentur & ſequent. Quod ſi pu-

ANNO CHRISTI 1432.

Anno Chriſti 1433.

ſi putant hæreticos ſemel damnatos non oportere amplius audiri, quod falſum eſt, cur nunc vocari ab Eugenio Græcos quorum perverſa dogmata non ſemel tantum, aut iterum; ſed ſæpius ſint a ſummis pontificibus, & univerſali eccleſia damnata. Huc autem non modo propter eos concilium Bononiæ indictum eſſe, ſed & legitime congregatum Baſileæ diſſolvi: non eſſe minus pernicioſam Bohemorum hæreſim quam Græcorum, imo tanto periculoſiorem, quanto viciniorem, cujus veneno niſi occurratur propinqui populi facile inficiantur, & ſæpe in ſacris conciliis damnatarum hæreſum diſputationes eſſe repetitas atque iterum damnatas. Neque verum videri Bohemos alibi potius quam in Germania eſſe audiendos, ſi ſint audiendi. Nam ut ait beatus Thomas, ſicut in loco ubi nota non eſt hæreſis, diſputare periculoſum eſt, ita ubi eſt nota, & catholici ab aliis infeſtantur neceſſarium diſſerendo rem declarare; neque propter hoc poni in dubium fideles, qui firmiores & certiores redduntur videntes patres non detrectare certamen diſputationis cum Bohemis: quos non aliter judicaturos quam Conſtantienſis ſynodus judicaſſet, non dubitant. Patres autem non paruiſſe pontifici concilium diſſolventi, tum quod placere Deo magis quam hominibus voluiſſent; tum quod illa diſſolutio nulla eſſet, nec licuiſſe pontifici patres legitime & ex mandato eccleſiæ congregatos, ſua auctoritate diſſolvere, ſed ipſum concilio generali inobedientem ſecundum decreta Conſtantienſis ſynodi acriter multandum: Ex quibus etiam diſſolutionem, aut prorogationem generalis concilii Romano pontifici prohibitam eſſe conſtat. Neque licere Romano pontifici, ut arbitrantur decreta majorum quæ pro utilitate publica ſumma cum maturitate edita ſunt, pro ſuo arbitrio abrogare: unde Gregorius, Si ea (inquit) deſtruerem, quæ anteceſſores mei ſtatuerunt, non conſtructor, ſed everſor eſſem; & iterum; Abſit a me ut ſtatuta majorum cum ſacerdotibus meis infringam. Et Gelaſius: Confidimus quod nullus jam Chriſtianus ignoret, uniuſcujuſqud ſynodi conſtitutum quod univerſalis eccleſiæ probavit aſſenſus, nullam magis exequi ſedem præ ceteris oportere quam primam, quæ & unamquamque ſynodum ſua auctoritate confirmat, & continua moderatione cuſtodit. Et Zoſimus: Contra ſtatuta patrum concedere aliquid vel mutare, nec hujus quidem ſedis poteſt auctoritas. Apud nos non inconvulſis radicibus vivit antiquitas, cujus decretis patres ſanxerunt reverentiam. Et Leo: Ideo permittente domino paſtores hominum ſumus effecti, ut quod patres noſtri ſive in ſanctis canonibus ſive in mundanis affixere legibus, excedere minime debeamus. Ex concilio Chalcedonenſi: A ſanctis patribus uſque nunc prolatas regulas tenere conſtituimus. His & multis auctoritatibus patere pontificem decreta Conſtantienſis concilii abrogare non potuiſſe, & proinde diſſolutionem concilii Baſileenſis nullam eſſe. Et cum conſtat ex decretis dicti concilii pontificem oportere generalis ſynodi dictis auſcultari atque [illegible]; patres merito monuiſſe, & in judicium [illegible] Eugenium, non obtemperantem & manifeſte ſcandalizantem eccleſiam. Quod autem dicerent unius hominis cauſa, quantumvis digni, iniquum eſſe Romanum pontificem vexari, id patres intelligere de Dominico cardinali Firmano. Quantum ad illud attinet non [illegible] concilium [illegible] juſtitiam denegare qui publico conſenſu patribus expoſuiſſet, contra juſtitiam & honeſtatem; & in maximum honoris ac ſtatus ſui detrimentum & publicum ſcandalum ſe a ſacro ſenatu & ab Eugenio pontifice ſumma injuria fuiſſe affectum. Oſtendiſſe cedulam Romani pontificis Martini V. & XI. cardinalium manu ſubſcriptam, in qua ipſe cum aliis tribus ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinales creati fuerant addita conditione, ut ſi ante obitum Martini pontificis non publicarentur, pro publicatis haberentur, & eos oportere ab aliis cardinalibus admitti, etiam ad electionem futuri pontificis: & in omnibus aliis rebus haberi & tractari, ut veros & publicatos cardinales. Tamen poſt obitum Martini ipſum Firmanum cum adhuc publicatus non eſſet, inſtantiſſime efflagitaſſe a collegio cardinalium, ut ad electionem admitteretur, & ſervarentur promiſſa, adque jusjurandi obligationem excommunicationis pœna tenerentur; cardinales ejus poſtulata ſpreviſſe, atque ad electionem proceſſiſſe, Eugeniumque deinde electum, non modo juſtitiam ſuper eum adminiſtrare ei noluiſſe, ſed urbe eum fugaſſe, & omni tam patrimoniali quam eccleſiaſtico privaſſe. Quin & cardinales aliquos ante introitum conclavis proteſtatos fuiſſe Dominicum Firmanum ut cardinalem admittendum. Rem hanc non parvam eſſe, & dignam concilii cognitione, ut in futura electione omnibus pateat, qui ad electionem ſummi pontificis ſint admittendi. Nihil feciſſe patres contra juris ordinem, & tamen paratos eſſe omnibus volentibus rationem reddere. Quod autem dicunt illum, qui Romanæ eccleſiæ privilegium ab ipſo ſummo omnium eccleſiarum capite traditum detrahit, in hæreſim labi: Idem & patres aſſerere, ſed tanto magis illum eſſe hæreticum, qui univerſalis eccleſiæ, in qua & ipſam Romam eſſe conſtat, auctoritatem imminuit, quanto publica privatis præcellunt, & unumquemque cenſendum eſſe hæreticum qui concilium generale Conſtantienſe non repræſentare eccleſiam catholicam putat; aut in his quæ ad fidem ſeu ad bonos mores attinent poſſe errare; Pacem autem & unionem fruſtra illum ſuadere, qui bellum infert, qui ſeditionem facit; verum eſſe, ceſſet Eugenius a diſſipatione concilii, uniat ſe eccleſiæ, & omnium erit finis. Quod ſi concilium ipſe petat, futurum ut omnes illum cum honore & reverentia benigne ſuſcipiant, ejuſque pedes ut Chriſti vicarii humiliter oſculentur. De prorogatione autem futuri concilii tollenda & de loco per patres nominando ex terris Italiæ Romanæ eccleſiæ ſubjectis patres conſiderare nihil aliud [illegible] quam Eugenium pontificem [illegible] modo non reputare Baſileæ concilium generale eſſe, ſed nequidem velle omnino in futurum eſſe.

Proinde cum concilium Baſileæ legitime congregatum eſſe conſtet, oportere pontificem ſententiam mutare pro ſalute animæ ſuæ & eccleſiæ univerſalis quiete, diſſolutionem tollere, concilium recognoſcere, & illi tota mente cohærere: patres tolerare non poſſe, ut decretum Conſtantienſis ſynodi quod Frequens appellatur ullo modo reſcindatur: quod ſi fieret, præter alia incommoda, quæ inde reipublicæ Chriſtianæ ſequerentur, videretur eccleſiam errare potuiſſe quæ decreta minus utilia edidiſſet, cum ſtatuiſſet pontificem concilio, non autem concilium pontifici parere oportere. Pontificis præterea invaletudinem non ſatis eſſe cauſæ ad conci-

conci-



Anno Chriſti 1452.

concilium transferendum. Illum, ſi Bononiam, non multo difficilius & Baſileam petere poſſe, neque ſi concilio non interſit, propterea reipublicæ conſuli non poſſe. Bohemos ad hæc conveniſſe apud Egram cum oratoribus concilii, jamque ſe itineri accinxiſſe, ut Baſileam veniant. Futurum ſi transferat concilium ut ſibi illuſum putent, jactentque ubique vicinos populos illorum ſententiam ſecuturos; putantes ideo patres receſſiſſe, quoniam nihil haberent, quod ad eorum argumentationes reſpondere poſſent: neque utile aut honeſtum eſſe patres ſimul cum legato ſine concilii nomine agere cum Bohemis Baſileæ, aut cenſuram Germaniæ provinciæ tractare, quoniam Bohemi ad concilium tantum ſunt vocati, & ſine auctoritate concilii nihil omnino proficeretur. Quod autem pontifex in Italiam concilium transferre velit, mirari admodum patres, cum tota Italia acri bello vexetur, eccleſiæ oppida ac civitates factionibus, civilibus odiis, & omnium rerum ſumma penuria laborare; neque Bohemos ullo pacto Italiam petituros, quos Baſileam deduci oporteat, maximorum principum Germaniæ qui hoc onus ſuſceperunt, fide & pollicitatione: Baſileæ autem e contra omnia tuta, omnia commoda, omnia quieta, & rerum omnium ſummam abundantiam & copiam. Eſſe & aliam cauſam urgentem, quæ non permittat patres diſſolutioni conſentire, quia ſi fieret diſſolutio concilium Baſileæ nullum eſſet ultra, & aliud fortaſſe non fieret, & ſi fieret, nullos ad illud conventuros, qui viderent pro arbitrio pontificis concilium diſſolvendum, & maxime in Italia. Quod ſi pontifex præmittat non diſſoluturum concilium ante rerum omnium confectionem, non oportere multum illi credere, quoniam ſi duorum conciliorum & duorum ſummorum pontificum decreto diſſolvit Baſileenſe concilium, facilius diſſolvet & aliud unius tantum auctoritate congregatum. Quod ſi Eugenius ipſe non diſſolvat, poſſe accidere ut ille moriatur, & ejus ſucceſſor ſuo exemplo concilium diſſolvat. Intelligere omnes quorſum iſta tendant. Nihil aliud Eugenium quærere, niſi concilii integram diſſipationem, & decretorum concilii Conſtantienſis abrogationem. Proinde orare atque obſecrare patres Eugenium pontificem, ut dimiſſa diſſolutione ſe univerſali eccleſiæ, cujus caput eſt, adhærere & coaptare velit, & concilii negotia (ut ex officio tenetur) omni ſtudio promovere. Quod ſi fecerit, patres ejus monita libenter ſuſcepturos; oſculatoſque ejus beatos pedes, ut Petri apoſtolorum principis veri ſucceſſoris & Chriſti ſalvatoris vicarii. Alioquin daturos operam, ne quid propter ejus ſeceſſionem detrimenti reſpublica Chriſtiana patiatur.

## XVI.

*Inſtitutio quatuor deputationum & ordo rerum gerendarum.*

INTER hæc patres ut rebus in concilio gerendis certus daretur ordo, utque diſpartitis oneribus communi labore, & conſilio omnia agerentur, hæc ſtatuerunt. In primis conciliationes omnes diviſere in quatuor conventus quas ſacras deputationes appellarunt diverſis nominibus: nam unam fidei, alteram pacis, tertiam reformationis, ultimam communem appellabant. Has conſtare pari numero, ex quatuor nationibus (in totidem enim Latinam eccleſiam diviſerunt) & ex omni ordine ita ut quiſque conventus cardinales, patriarchas, archiepiſcopos, epiſcopos, abbates, magiſtros, doctores, & inferioris viros ordinis contineret. Quemque conventum magiſtratus ſuos habere, præſidentem, promotorem, ſcribam, apparitorem, ſive nuncium. Præſidentis magiſtratum menſtruum eſſe; alios perpetuos, loca deſignari, ubi unaquæque deputatio ter in hebdomada conveniat Lunæ, Mercurii & ſabbati. Non licere conventuales juramento aſtringi, ut ſecreta ſint quæ apud eos tradentur, ſed licere unicuique conferre ceteris conciliaribus de his, quæ geruntur, ſententias tamen ſingulorum, cum ita magiſtratibus expedire videatur, ſub perjurii pœna non revelandas. Duodecim virorum collegium, quorum magiſtratus menſtruus erit, ex quatuor conventibus inſtitui, ternos ex ſingulo quoque conventu, finito menſe cum alii ſubrogandi ſunt, quatuor ex antiquis remanere qui octo de novo ſubrogatos inſtruant. Hos etiam ter in hebdomada convenire oportere, aliis tamen horis quoſque quatuor conventus quorum officium eſſe negotia ad conventus referenda prius diſcutere, eaque vel reſpuere, vel ad hunc vel illum conventum remittere, ut res exigit, ſi præſidentem ſingulis menſibus inter ſe conſtituent. Hujus collegii præſidenti poteſtatem eſſe quatuor conventus advocare, cum opus fuerit. Si quiſpiam conventus aut vir ſingularis collegio duodecim virorum aliquid pro utilitate publica revelaverit ſub jusjurandi religione occultum ejus nomen teneri, ſi id revelans exegerit. De his quæ in conventibus primum proponentur nihil ea die decerni, niſi urgeat neceſſitas, ſed ad aliam reſervari. Ut interim quiſque de re ſtatuenda conſultius poſſet deliberare. Nemini licere ſententiam dicere in conventibus, niſi ſuper re a præſidente propoſita: ſi quid aliud propoſuerit, ea die nihil omnino de ea re agatur, ſed ad alium conventum differretur, niſi forte aliter præſidenti expedire videatur. Quemlibet tamen antequam inter patres concilii conſcribatur juramento obligandum, quod ſententias libere & ſecundum Deum ac pro utilitate tantum publica feret. Statuta communi conſilio in uno ex conventibus ad alios tres conventus per unum aliquem deferri, cum cauſis, quæ ita ſtatuere ſuaſerunt: Si vero duæ ſint variæ ſententiæ, quamvis altera alteram numero ſuperet, deferri per duos ex unaquaque opinione cum argumentis utriuſque; [a] & omnium judiciis cognitis, quid optimum ſit, decerni poſſit. Primo tamen illum conventum conſuli oportere, ad quem res ipſa ſpectat, de qua agitur in generali conventu. Præſidentem concilii nihil ad patres referre, niſi quod primum a quatuor conventibus ſit deliberatum, aut ſaltem a duobus, niſi aliquid emerſerit novi, quod differri non poſſit: ſingulis ſextis feriis generalem conventum haberi. Quod ſi is dies impeditus fuerit, transferri ad ſequentem diem. Præſidentem concilii tabellam habere, in qua per ordinem annotata ſint, quæ in generali conventu ſunt pertractanda, & a gravioribus ſemper incipiendum. In ſententiis dicendis non reiteranda, quæ jam a primis ſunt dicta, ſed in illorum ſententias pedibus eundum; niſi qui addere, demere, ſeu aliquid omnino afferre voluerint. Si in concione [b] aliquid ſuper re propoſita dixerint, ſe velle maturius rem domi conſiderare, differendum ad aliam concionem. Pridie quam generalis conventus habeatur, quatuor deputationum

num

[a] Forte, que; H.

[b] Forte, alii qui. H.

Anno Christi 1432.

num præfectos præſidentem concilii adiri oportere, & in ſuis conventibus meditata, aut decreta aperire: In quibus ſi omnes communi conſenſu, aut tres ſaltem conventus conſentiant, poſſe de iis ad concilium referri. Licebit tamen unicuique alterius ſententiæ ante relationem profiteri quid ſentiat, & cur aliter ſentiat. Quod ſi videbit aliorum animos movere, poterit res differri, & rurſus de ea in quatuor conventibus agi: Sin minus tribus conventibus aſtipulantibus ad concilium referetur. Conciliares omnes ad ſuos conventus per proprios magiſtratus convocandos ſumma diligentia, ita ut nullus negligatur; qui autem ſtatuta hora non adfuerint, aut non dimiſſo conventu ſine præſidentis venia diſceſſerint, præſidentis arbitrio mulctandos: Idem agendum in conventibus, & ſeſſionibus publicis contra eos qui non venerint, vel ſupplicationibus & rerum divinarum celebrationibus non interfuerint. Antequam conventus publici ſeu particulares dimittantur, per ſcribas conventus palam recitanda omnia meditata, ſive decreta in concione. Et ſi quid per ſcribas erratum eſſet, illico emendandum. Epiſcopos, abbates, inferioris ordinis viros, ſive eorum oratores, ſine bona venia præſidentis concilii, & quatuor deputationum e concilio recedere non oportere. Si duo ex præſidentibus conventuum cum generali præſidente concurrant, ſatis eſſe ad commeatum concedendum. Inferiores abbatibus a ſuo conventu, & ejus præſidente ſatis ſit veniam impetraſſe. Quatuor viros eligi oportere a ſingulis conventibus unum, qui orationum inter ſacra agendarum curam gerant, eaſque viris idoneis demandent, auſcultentque antequam agantur; ne quid inepti aut abſurdi in tanto conſeſſu proferatur. Præterea ut patres divino numini acceptiores, probabilioreſque hominibus, quibus leges laturi erant, merito fierent, utque non ſolum verbo, ſed etiam exemplo, ad bene recteque vivendum alios hortarentur, hæc ab ipſis ſervanda ſanxerunt. Unumquemque conciliarem vitam agere oportere caſtam, quietam, ac omni labe mundam; ita ut exemplo Chriſtianis omnibus eſſe poſſit. Sacerdotes ſæpe rem divinam facere; alios ſæpe confiteri: in ſupplicationibus, piiſque eleemoſynis frequentes eſſe. Singulis cunctis feriis ad impetrandum Spiritum ſanctum publice, & privatim divinæ celebrari. Oblationes Deo inter miſſarum ſolemnia fieri; orandamque aſſidue divinam clementiam pro pace & unione eccleſiæ. Conventus omnes atque collegia, antequam tractare aliquid incipiant, rei divinæ communiter intereſſe, quæ in loco ſuæ concionis celebretur. Interea tacitos contemplationi intentos eſſe. Sexta feria omnes jejunent, qui id non poterit, eleemoſynis ſatisfaciendum. In cibo & potu modeſtia ſobrietateque ſemper utendum; pretioſitatem, multitudinem, varietatemque epularum vitandam. Inter edendum ſecundum ſtatuta Toletani concilii ſemper aliquid ex ſacris libris audiendum, menſam benedicendam, & ſumpto cibo gratias Deo agendum, ſodalitia, conſortiaque turpia fugienda, & mulierum contubernia, conſuetudoque omnis vitanda. Detractione, murmuratione, contentione pertinaci, jurgiis, ac illiberali ſcurrilitate abſtinendum. In via cum modeſtia & gravitate incedendum. Choreas, ludos, ac publica ſpectacula non adeunda. Veſtibus utendum modeſtis ſecundum ſacrorum canonum inſtituta, talaribus, non apertis, non [illegible], non variatis, neque fimbriis pelliceis ullo modo ornatis: Colore vero neque rubeo neque viridi aperto. Annulos non geſtandos, niſi quibus ex lege licet, & illi unico tantum contenti erunt. Aurum argentumve ſingulis non addendum. Caligis ſoleatis non utendum. Tonſuram, quam coronam dicunt, pro gradus condecentia tondendam. Capilloſque qui aures non tegant. Equorum, mularumve fræna phaleraſque nullo auro, argento, ſerico, coloreve rubeo ſeu viridi ornanda, neque calcaribus deauratis nec argenteis utendum. In familiis prælatorum temperamentum modumque ſervandum, numero, ornatu, moribus, habituque, anteambulones cardinalium, quos ſcutiferos vocant, ſupra decem non præmittendos, patriarchis octo, archiepiſcopis ſex, epiſcopis quatuor. Sic veſtibus ſupra genu non utantur, non diverſicoloribus, non arte laceris, aut pictis acu, coloreve, non ornatis auro argentove, monilia, torques, catenulaſve ad collum non ferant. Gladio niſi forte palmari non accingantur. Alea non ludant. Aves venaticas ante dominos non deferant, modeſtiaque in omnibus utantur; ut ſacrorum ſacerdotum, non autem ſæcularium principum familiæ videantur. Sacris initiatos, aut ſacerdotia obtinentes clericorum habitum gerere oportere, Religioſos vero, ac monachos habitum ſui ordinis. Religioſos monachos, ſive mendicantes, cum primum ad concilium veniunt, prælatis ſuis ſiſtendos; qui non paruerint, carceri mancipandos. In concionibus publicis, & privatis modeſte loquendum, neminem conviciis aut maledictis taxandum. Sententias libere, & ad publicam tantum utilitatem ſecundum præſtitum juramentum proferendas. Silentium ſervandum, audiendumque concionantem benigne, & attente, caritatem, pacem atque unitatem cum omnibus ſervandam. Patrum privatas ſententias non revelandas, & ita agendum ut ſanctorum patrum veri imitatores merito nuncupari poſſint. Præſidentes crebro hæc in concionibus publicis, & privatis recenſeri curent, dentque operam magiſtratus, ut omnia diligenter ſerventur. Acta ſunt hæc in generali congregatione, uſque ad VIII. Idus Novembris anni MCCCCXXXII.

## XVII.

## SESSIO SEPTIMA.

*Pontificis electionem in concilio eſſe faciendam.*

Nec multo poſt ſeptima ſeſſio publice celebrata eſt, & decretum, ſi contigerit Eugenium mori durante concilio Baſileenſi de electione ſummi pontificis in concilio facienda poſt ſexaginta dies innovatum, additumque, ſi cardinales contra fecerint, illorum ſacerdotia omnia illico vacare, omnique dignitate, & eccleſiaſtico cenſu privatos eſſe: licereque ordinariis, quæ illi tenuerant, alteri conferre.

## XVIII.

## SESSIO OCTAVA.

*Prorogatur terminus Eugenio ad ſexaginta dies.*

Ad XV. deinde Kalendarum Januarii in octava publica ſeſſione ſolemni ritu ſtatutum



Anno Christi 1433.

tum eſt, terminum Eugenio pontifici perſcriptum, intra quod diſſolutionem concilii Baſileenſis, & convocationem Bononienſis ſynodi abrogare mandabatur, ad ſexaginta dies prorogari. Quod ſi juxta hoc tempus non paruerit, neque plene concilio adhæſerit, ex lege contra illum agendum, ut Spiritus ſanctus inſpiraverit. Cardinalibus præterea & ceteris prælatis, omnibuſque Romanam curiam ſequentibus ſub pœna privationis omnium beneficiorum, officiorumque & dignitatum mandatum, ut intra viginti dies ſexaginta prædictos proxime ſequentes, ab obſequiis, & curia Eugenii concilio non obtemperantis diſcedant. Seque, qui ex lege tenentur quamprimum conferant Baſileam ad concilium generale. Alii autem vel petant concilium, ſi velint, vel ad ſacerdotia ſua divertantur. Decretum eſt durante concilio Baſileenſi nemini licere, neque pontifici Romano, neque etiam Cæſari, aliud concilium convocare, ſive celebrare. Accedentes ad quempiam locum ſub nomine generalis concilii ſchiſmaticos habendos, privatoſque cenſeri omni dignitate, & ſacerdotio. Statutum etiam, ne quis ſacerdotia conciliarium impetrare poſſit: neque ea etiam a Romano pontifice ultro oblata accipere. Tranſgreſſores ut ſchiſmaticos mulctandos. Prohibitum quoque ne liceat pontifici maximo Romanæ eccleſiæ agrum minuere, ſive ejus partem quoquomodo alienare. Audiverant enim patres Eugenium oppida aliqua eccleſiæ ad emendos principum favores vendere ſtatuiſſe. Hæc ubi firmata ſunt, ejus diei ſeſſio diſſoluta eſt.

## XIX.

## SESSIO NONA.

*Eugenii ſententiæ contra conciliares revocantur.*

Celebratur paulo poſt alia ſeſſio nona numero XI. Kalend. Februarii anno ſalutis 1433. in qua proceſſus, & ſententiæ omnes latæ, ſeu ferendæ per Eugenium pontificem contra Sigiſmundum Cæſarem, vel Wilhelmum ducem Bavariæ concilii defenſorem a Cæſare inſtitutum, alioſve quoſcumque concilii ſequaces irritæ & vanæ decernuntur, prohibeturque omnibus Chriſticolis, ne quis in ea re Eugenio pareat.

## XX.

## SESSIO DECIMA.

*Accuſatur contumacia Eugenii pontificis.*

Poſt quindecim dies, decima ſeſſio celebrata eſt in qua confirmatur decretum in octava ſeſſione editum, quod proviſiones eccleſiarum cathedralium, & omnium beneficiorum per pontificem Eugenium factæ in favorem diſſolutionis concilii ſint nullæ, & inanes, quodque judicium, an ob eam rem factæ ſint, ad concilium pertineat. Accuſatur deinde contumacia Eugenii pontificis per promotores concilii, & inſtanter petitur declarari, judicarique contumax, miſſis duobus epiſcopis ad portas eccleſiæ ad requirendum an Eugenius pontifex adeſſet; aut quiſpiam alius pro eo, cum nemo compareret, commiſſum eſt quibuſdam prælatis, ut proceſſum rei diligenter conſiderarent, & omnia deinde patribus referrent in prima ſeſſione.

## XXI.

*Tractatus concordiæ inter Eugenium pontificem, & concilium Baſileenſe.*

Inter hæc varii tractatus habentur pro rebus componendis inter Eugenium pontificem & patres concilii. Julianus cardinalis legatus apoſtolicus longiſſimis literis hortatus Eugenium, ut diſſolutionem concilii tollat, tantam occaſionem reconciliandorum Bohemorum non ſpernat. Ipſe concilium petat, adminiſtrationem agri eccleſiæ Romanæ vicariis credat, ſi non poteſt bonam partem ſacri ſenatus mittat. Probat multis argumentis concilium Baſileæ legitime conveniſſe; nec poſſe a pontificibus diſſolvi invitis patribus: Dicit ſe juſte potuiſſe convocare prælatos ad concilium, & non feciſſe præter commiſſionem, ſed ex officio, cum oporteat judicem reos ad judicium vocare antequam damnentur, abrogandam igitur diſſolutionem concilii, ſi ſeditiones & mala infinita velit evitare. Sigiſmundus Cæſar per legatos ſuos idem monet, Bohemos nulla alia via niſi per concilium Baſileenſe reduci poſſe, neque melius conſuli ſaluti fidelium, paci & quieti eccleſiæ Dei, quam per revocationem diſſolutionis concilii Baſileenſis. Græcorum unionem non tanti eſſe, ut propter eam Bohemi ſint ſpernendi; Græcos annis infinitis in ſua opinione perduraſſe, & ſibi tantum damno eſſe, neque timendum, ut aliquid ab eis innovetur. Non eſſe periculum in prorogando tractatu cum eis. Cum Bohemis autem moram omnem eſſe pernicioſam, ſævire Bohemiæ virus circa præcordia, omniaque circumcirca venenoſis opinionibus inficere, cæde, ferro, ignique omnia vaſtare. Fore, ſi nunc concilium diſſolvatur, ad quod vocati non inviti veniunt, ut ſibi illuſum putent; aut noſtros ab eorum facie fugiſſe, quod eorum opinionibus reſpondere non potuerint; vicinoſque hac occaſione quamplures in illorum ſententias tranſituros, & jam nonnullos incepiſſe, ut Magdeburgenſes, Wormacienſes, Bambergenſes, Patavienſes, & alios ploroſque, qui contra clerum ſuum inſurrexerunt. Proinde orare, monere, hortari, ut concilium eſſe ſinat, illique omni ſtudio faveat. Quod ſi non fecerit, ſciat Cæſarem concilii auctoritatem, quam ita expedire republicæ Chriſtianæ putet, pro viribus defenſurum.

## XXII.

*Reſponſum Eugenii pontificis.*

Ad hæc reſpondit pontifex Cæſarem oportere Romani pontificis, & ſanctorum conciliorum decreta reverenter ſuſcipere, & ea implere, non tamen de illis judicare, quorum judicium ad ſedem apoſtolicam tantum ſpectet. Ebredunenſis archiepiſcopus Cæſaris nomine Eugenium adit, multaque de concordia agit: conſcribuntur conditiones quædam, quæ ad patres per Cæſarem miſſæ non recipiuntur.

## XXIII.

*Legatio Bohemorum ad concilium.*

Bohemorum legati interim Baſileam ingrediuntur ad quartum Idus Januarii, ſuſceptique ſunt a patribus magna lætitia, & Julianus cardinalis legatus orationem habuit luculentiſſimam, aptiſſimamque ad concordiam, & ami-

Anno Christi 1433.

amicitiam. Erant Bohemorum legati admodum duodecim, ex nobilitate, ſacerdotio, & plebe pari numero. Inter hoc Rochezana hæreſiarcha, qui etiam legatione univerſitatis Pragenſis fungebatur. Diſſenſionum capita quibus ab univerſali eccleſia diſſident, quatuor erant, quæ ipſi ſanctiſſimas veritates ſuæ genti pro ſalute fidelium revelatas aſſeverabant. Primum erat, ſacramentum euchariſtiæ ſub utraque ſpecie panis ſcilicet, & vini omnibus Chriſti fidelibus adminiſtrandum. Alterum, verbum Dei libere, & ſine impedimento ordinate a ſacerdotibus prædicandum. Tertium, clero non licere bonis eccleſiæ donatis civiliter dominari. Poſtremo, omnia peccata mortalia, publica præſertim, & ordinationes legi Dei contrarias in quolibet ſtatu rite, & rationabiliter per eos, ad quos ſpectat, prohibendas, ac deſtruendas.

## XXIV.

*Defenſio Eugenii pontificis per legatos.*

LEGATI deinde Eugenii pontificis ſub fide publica Baſileam petunt, Joannes Mella protonotarius apoſtolicus, & epiſcopus Cervienſis, ac duo abbates. Ii ad VIII. circiter Idus Martii in magno patrum conſeſſu, data copia fandi legationem ſuam expoſuerunt in hanc ſententiam ferme: Eugenium pontificem maximum eccleſiæ univerſalis caput & rectorem, Jeſu Chriſti vicarium, & verum beati Petri ſucceſſorem de plenitudine poteſtatis legitime potuiſſe concilium Baſileenſe diſſolvere, & transferre, neque propterea ſanctionibus Conſtantienſis concilii (ut multi falſo calumniantur) quas tamen, niſi ad fidem tantum ſpectent, Romanum pontificem & moderari, & omnino tollere poſſe manifeſtum eſt, contraveniſſe: quod & ſi multis auctoritatibus, & rationibus aſſeruiſſent, hoc tamen uno argumento rem comprobare annixi ſunt. Decretum de conciliis præſcripto tempore celebrandis communi conſilio patrum ſancitum fuiſſe, illud tacito etiam conſenſu omnium abrogatum videri, quoniam ſtatuto tempore patres non affuerint, quos ſine vocatione adeſſe oportebat. Non igitur Eugenium, ſed eccleſiam, Conſtantienſe decretum antiquaſſe, placere tamen Eugenio pacis, & concordiæ cupido, pro quiete populorum, pro ovium ſuarum conſolatione, aliquid etiam de ſuo jure cedere; Patribuſque, quantum cum Deo, & honore ſedis apoſtolicæ liceat, gerere morem. Orare tamen patres (ſi fieri poteſt) ut tranſlationem concilii ad civitatem Bononienſem æquo animo ferant, quam pontifex pro utilitate tantum reipublicæ Chriſtianæ, & ad nullius injuriam fecerit. In quo loco non ſine magno univerſalis eccleſiæ commodo & honore, (ut ſperat) tum tota curia Romana, & Germanica eccleſia cupit intereſſe. Polliceri Eugenium decreta omnia per eum contra patres publice, & privatim promulgata quamprimum abrogare; ſi & ipſi ſua in pontificem & ſuos edita revocent. Si Bohemi Bononiam petere recuſent, concedere Eugenium, ut Baſileæ patres concilii nomine intra præſcribendum tempus cum eis agant, & ſi interim de reconciliandis principum animis agere velint, pontificem laudaturum, dummodo elapſo termino Bononiam ad concilium quamprimum ſe conferant. Quod ſi Bononia pro loco concilii omnino non placeat, indulgere Eugenium, ut locus alius per patres [illegible] ſuos eligatur in Italia, præſcriptis legibus, ubi concilium celebretur, vel inceptum Baſileæ abſolvatur. Si vero hæc pontificis poſtulata æqua non videantur, placere Eugenio, ut prælati duodecim e numero patrum eligantur, neutri parti ſuſpecti, qui ſimul cum legatis electorum imperii, regum, & principum de his cognoſcant; & ſi judicaverint concilium in Germania omnino eſſe oportere, placere, ut a ſuis legatis cum conſilio patrum locus alius propinquus, ſive remotus a Baſilea, pro concilio generali eligatur, ubi de univerſali cenſura, ac inſtauratione morum Chriſtiani populi agi poſſit. De reconciliatione autem Bohemorum, & procuratione pacis agi poſſe in concilio Baſileenſi, ut dictum eſt. Quod ſi pontifex emendationem ac cenſuram morum univerſalis eccleſiæ fieri cupit in loco communi conſilio deligendo non videri a ratione alienum: cum huic cenſuræ non modo curia, ſed ipſe perſonam ſuam ſubeſſe velit, ea tamen lege, ut nihil aliud decerni a concilio poſſit, niſi adſit numerus ſeptuaginta epiſcoporum. Non enim juſtum videri, ut minor prælatorum numerus legem præſcribat toti eccleſiæ. Placere, etiam ut nova prælatorum convocatio fiat ad concilium in loco deligendo celebrandum, ſive malint, continuandum nomine Romani pontificis, & ſacri concilii ad certum tempus. Interim vero Baſileæ a concilio vacare rebus Bohemicis, & paci univerſali. Rogare igitur pontificem maximum, obſecrare, atque obteſtari patres per viſcera miſericordiæ Jeſu Chriſti, ut dimiſſis contentionibus atque diſcordiis, has leges, quæ ex juſto, & æquo conſcriptæ ſunt, ſuſcipere velint; neque permittant, ut qui pro aliorum reconciliatione, unione, & cenſura conveniſſe ſe dicunt, diſſidia, contentiones, & confuſiones fovere videantur. Hæc ad VIII. Idus Martii acta ſunt, anno domini 1433.

## XXV.

## SESSIO UNDECIMA.

AD IV. deinde Kalendas Maias undecima ſeſſio habetur, in qua publice decernitur Romanum pontificem, oportere ſemper conciliis generalibus intereſſe per ſe, vel per legatum apoſtolicum duarum partium ſacri ſenatus ſuffragiis deſignatum, oportereque prælatos omnes, qui ſecundum ſanctorum patrum inſtituta ſacris conciliis intereſſe coguntur, ſine alia vocatione concilium legitime indictum adire; quod ſi neglexerint, poſt quatuor menſes a die indicti concilii, adminiſtratio omnium dignitatum, & officiorum eis ſit interdicta, & adminiſtratio pro tunc Romani pontificatus generali concilio cedit. Si vero per alios duos menſes in contumacia perſeveraverint, etiam Romanus pontifex, a concilio magiſtratibus, ac ſacerdotiis abrogentur; licere unicuique per ſanctorum patrum conſtitutiones obnoxio concilia generalia adire, etiam prohibente Romano pontifice, & præſertim Romanæ eccleſiæ cardinalibus, quibus veniam concilii petendi pontifici negare poteſtas non ſit. Nemini omnino licere, neque etiam ſummo pontifici concilium rite congregatum prorogare, transferre, diſſolvere-ve, niſi de communi conſilio patrum, quod per duas partes ſingulorum conventum, deinde generalis congregationis, poſtremoque publicæ ſeſſionis debeat approbari. Decretum Conſtantienſis ſynodi de conciliis celebrandis ſingulis decen-



Anno Christi 1433.

decenniis declarat ita intelligendum; ut finito decennio quamprimum facultatem eſſe concilium aliud celebrandi. Quod ſi in ipſo principio alterius decennii patres non adfuerint, non propterea auferri patribus facultatem conveniendi ad concilium, ſed curandum ut quamprimum conveniant. Romanum pontificem, ſive ejus legatum, archiepiſcopum provinciæ, ac prælatos a loco nominato intra quatuor dierum iter commorantes, ante viginti dies tempus inchoandi concilii prævenire oportere, atque ibi ea quæ ad concilii celebrationem ſpectant, parare. Die deinde præſcripto rem divinam facere Spiritus ſancti illuminationem poſtulantes, & concilium rite inchoare. Non tamen licere patribus quicquam ardui ſtatuere, niſi condecens prælatorum numerus adſit: ſi autem locus pro concilio nominatus, bello, peſte, ſeu aliis gravibus moleſtiis ſecundum decreta concilii Conſtantienſis impeditus eſſet, & pontifex de conſilio ſacri ſenatus alium locum legitime non mutaret, licere ſacro ſenatui locum ipſum nominare, ſi duæ ſenatus partes convenerint, [a] juraverint prius ſe id pro utilitate reipublicæ, & ex cauſis legitimis agere, quemlibet ex electoribus ſummi pontificis ſanctæ Romanæ eccleſiæ, cardinalibus ante electionem cum celebranda erit, jurejurando promittere oportere omnia hæc obſervare ſine dolo malo, ſi ad pontificatum eligatur, & electus idem promittat idque mox publice profiteatur. Pontificem Romanum hujus decreti prævaricatorem, ſeu publico ac notorio crimine eccleſiam perturbantem, judicio generalis concilii emendandum. Hanc profeſſionem in literis aſſumptionis ſummi pontificis interſcribendam: prohibitiones, & mandata per Eugenium pontificem, aut quemlibet alium quibuſvis facta, ne concilium Baſileenſe petant, nulla & irrita eſſe.

[a] Forti, & juraverint. M.

## XXVI.

*Coronatio Sigiſmundi Cæſaris.*

INTER hæc Sigiſmundus Cæſar, cum Senis in Tuſcia eſſet, oratores ſuos Maticonem comitem & Gaſparem Slichium cancellarium ſuum Romam ad Eugenium mittit, per quos conditionibus quibuſdam hinc inde ſuſceptis, ſtatuta eſt dies circa Idus Junias, qua Cæſar a pontifice maximo coronari deberet. Et Cæſar quidem ut convenerat cum domeſtica familia tantum, Romam petiit, juramenta conſueta præſtitit, & per ſe, & per legatos privilegia donationum agri eccleſiæ confirmavit atque inſtauravit. Juravit in verba Eugenii pontificis, & coronationis ſacris rite peractis Senas reverſus eſt, anno ſalutis milleſimo quadringenteſimo trigeſimotertio. Carolus autem rex Franciæ, per ea tempora legatos ſuos viros primarios Baſileam ad concilium miſit.

## XXVII.

*Defenſio curialium Eugenii pontificis, & conteſtatio inter legatos Avenionenſes.*

EUGENIUS vero cum ſui curiales quotidie novis Baſileenſibus edictis terrerentur, publico decreto ſtatuit, non licere ordinariis, aut aliis quibuſcumque curiales in ſacerdotiis, aut officiis ſuis aliquo modo moleſtare, privare, ſive cenſuris pœniſve mulctare, contra facientes extra ſacra poſuit, & eorum geſta irrita fecit. Præfecturam Avenionenſis urbis, & comitatus Venaiſſini, quæ ad Romanam eccleſiam pertinent, demandaverat Eugenius pontifex Petro de Fuxo cardinali epiſcopo Albanenſi: Patres in ejus odium annitentibus Provincialibus, antequam Petrus magiſtratum iniret, illo abrogato, Alphonſum cardinalem ſancti Euſtachii in provinciam miſerant. Petrus autem cum fratribus ſuis viris nobilitate & potentia claris, & pleriſque ejus regionis epiſcopis, ac proceribus bellum Alphonſo & Avenioni infert. Baſileenſes contra hunc, & ejus ſocios cenſuris eccleſiaſticis agunt eiſque ſacra interdicunt.

## XXVIII.

*Concordia Eugenii cum concilio.*

INSTANTE per legatos Sigiſmundo Cæſare paulo ante, & electoribus imperii adnitentibus, Eugenius pontifex ad XVI. Kalendas Martii publico edicto tandem decrevit, concilium generale Baſileæ per legatos apoſtolicos illuc tranſmittendos celebrandum eſſe. Interim placere ut patres illic congregati reductioni Bohemorum, & paci univerſali inter Chriſtianos operam darent: Mandatque omnibus, quos ſecundum majorum decreta concilii intereſſe oportet, ut intra trimeſtre Baſileam ad concilium generale petant: Tum ad ipſas Kalendas Martias legatos ad concilium de latere vocant, cardinales quatuor deſignat, qui ſuo & apoſtolicæ ſedis nomine concilio præſint Jordanum Urſinum epiſcopum Sabinenſem, Petrum de Fuxo epiſcopum Albanenſem, Nicolaum ſanctæ Crucis, & Angelottum ſancti Marci, presbyteros ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinales. Hos jubet ut ſimul cum patribus intendant extirpationi hæreſeum, paci & quieti populi Chriſtiani, augmento, & honori, & commodo catholicæ fidei, & Chriſtianæ reipublicæ, cenſuræ ac reformationi totius cleri & eccleſiaſtici ſtatus, unioni orientalis eccleſiæ, conſervationi Romanæ ſedis, & eccleſiaſticæ libertatis, cum plena poteſtate de omnibus ſtatuendi, & decernendi cum conſilio patrum concilii. Sed cum propter adventum Sigiſmundi Cæſaris, qui Romam ſuſcipiendæ imperialis coronæ gratia properabat, deſignati legati Baſileam petere tunc non poſſent, ne concilium fruſtra ſedere videretur, ſtatuit pontifex, ut Joannes Mella, protonotarius, cum archiepiſcopo Tarentino, & aliis collegis ſuis, quos prius Baſileam legaverat, quoad legati cardinales venirent, illorum ſubirent vices, ipſique abſentium legatione fungerentur. Patribus vero in concilio Baſileæ congregatis mandat, ut illos ad præſidentiam admittant, honoremque ut ſedis apoſtolicæ legatos, & ſummis affectibus hortatur ad rerum proſecutionem cum caritate, & pace, pro ſalute reipublicæ Chriſtianæ, & divini nominis honore, & gloria. Poſtremo addit aliis ſuis legatis Julianum Cæſarinum cardinalem ſancti Angeli, qui tunc Baſileæ erat, jubetque cum aliis præſidere.

## XXIX.

*Refutatio concordiæ per Baſileenſes.*

AD octavo Idus Majas anno ſalutis milleſimo quadringenteſimo trigeſimotertio, his Baſi-

Baſileæ acceptis, diu multumque ſuper condi- A
tionibus, ſingulisque verbis literarum apoſtoli-
carum a patribus conſultatum eſt: tandem com-
muni conſilio in hanc ſententiam reſponſum, Sa-
crum concilium Baſileenſe, cum ſemper ſperaſ-
ſet Eugenium longa patrum tolerantia ac man-
ſuetudine delinitum iri, ac jam tandem a vexa-
tione ſynodi ceſſaturum, abrogaturumque per-
nicioſam populo Chriſtiano diſſolutionem, &
concilio integre ſe conjuncturum, nunc non ſi-
ne magno animi dolore aperte cognoſcere obſti-
natam illius mentem, & genuinum in ſanctam
ſynodum odium; qui toties rogatus, toties in-
terpellatus, etiam ſummorum principum preci-
bus, & totius eccleſiæ, toties legitime requiſi-
tus ac monitus, peſtiferam diſſolutionem, non B
revocaverit: ſed nullo modo in delatis per ora-
tores ſuos conditionibus concilium eſſe voluit.
In literis autem ac decreto ad decimoſextum
Kalendas Martii editis, etſi Baſileæ per lega-
tos ſuos certis conditionibus celebrari velit, non
tamen profitetur concilium hactenus Baſileæ
fuiſſe, ſed celebrandum ſtatuit, neque diſſolu-
tionem injuſte factam revocat. Proinde Eugenium
non paruiſſe monito & mandatis eccleſiæ, ut par
erat, & propterea patres non poſſe ſuſcipere con-
ditiones oblatas, aut decretum de novo concilio
Baſileæ celebrando, ſive legatos ad concilii præ-
ſidentiam; quoniam facere viderentur Baſileæ
concilium hactenus legitime non fuiſſe, & ſe
fuiſſe ſchiſmaticos, ac rebelles, qui temere, C
& ſine auctoritate conveniſſent. Quod autem le-
gatis ſuis det auctoritatem præſidendi in concilio
& omnia ſtatuendi ac decernendi cum conſilio
patrum, hoc ferri nullo modo poſſe, quia ſi
patres conſulendi tantum poteſtatem haberent,
poſſent legati etiam contra patrum conſilia de-
cernere. Statuere autem ac decernere in conci-
lio proprie ad patres ſpectare; ad pontificem
autem Romanum laudare, & conſulere. Præter-
ea non dari poteſtatem legatis agendi de e-
mendatione ac reformatione capitis eccleſiæ: ſi-
ne qua ne cetera quidem membra recte curari
poſſunt. Colluſionis igitur hæc eſſe manifeſta
a judicia, non reconciliationis. Profiteatur pon-
tifex concilium Baſileæ eſſe, & hactenus fuiſſe, D
ejus decreta probet ac ſuſcipiat; diſſolutionem
revocet, uniat ſe eccleſiæ ut tenetur, inventu-
rum ſanctam ſynodum Baſileenſem nihil præ-
termiſſuram ex his, quæ ad honorem, augmen-
tum & reverentiam ſuæ ſanctitatis, & ſanctæ
Romanæ eccleſiæ pertinent. Quod ſi in ſua
pertinacia perſeveraverit, patres daturos ope-
ram, ne quid detrimenti eccleſia Dei, pro
cujus defenſione vitam profundere ſtatuerint,
ob ejus contumaciam patiatur. Per hæc tem-
pora legati Joannis regis Cypri, & Philippi
Burgundorum ducis concilium petiverunt, ut
nomine dominorum ſuorum reipublicæ intereſ-
ſent; & pax Italiæ quæ multo tempore fuerat
agitata, tandem confecta eſt ad VI. Kalendas E
Majas ejuſdem anni.

a Forte, in dicia. H.

## XXX.

## SESSIO DUODECIMA.

*Prorogatur terminus Eugenio.*

A… XII. deinde … Julii ſeſſio XII. publi-
… celebratur, qua … dies Euge-
… præſcripta ad quartum …, tum ad
tertium menſem, ut diſſolutionem revocaret, A
concilioque Baſileenſi integre conſentiret, jam
pertranſiſſet, & ipſe illorum monitis non pa-
reret, iterum precibus Sigiſmundi Cæſaris
coacti terminum ipſum ad ſexaginta alios dies
prorogant, ſtatuuntque niſi præfixo tempore
Eugenius diſſolutionem revocaverit, profitea-
tur Baſileæ concilium legitime conveniſſe, &
hactenus legitime ſedere; oportereque ad fi-
nem uſque rerum gerendarum perſeverare,
& illi integre, pleneque ſe conjunxerit, ut
abſque alio decreto, aliave monitione ſuſpen-
ſus ſit ab omni adminiſtratione ſeu juriſdictio-
ne ſummi pontificatus: ipſiuſque Romanæ ec-
cleſiæ adminiſtratio plene atque integre ad con-
cilium ſpectet: & quidquid poſt id tempus ege- B
rit, ſtatueritve Eugenius, irritum eſſe ac va-
num. Mandat curialibus omnibus, & Roma-
næ eccleſiæ cardinalibus ut eo termino elapſo
niſi Eugenius interim paruerit, a Romana cu-
ria ſtatim intra viginti dies diſcedant, petant-
que concilium, qui conciliis intereſſe ex lege
obnoxii ſunt: alii autem ad ſua quique muni-
cipia divertant. Non obtemperantes ſacerdo-
tiis, dignitatibus, muneribuſque omnibus pri-
vant, Lites præterea cauſaſque omnes, omnia-
que judicia ad ſe advocant. Inhibentque curiæ
judicibus omnibus poſt ipſum terminum om-
nem juriſdictionem, & gerenda omnia per eos
irritant, & nulla faciunt. Tum ut electiones
prælatorum, eccleſiarum, & monaſteriorum
rite fiant hæc ſtatuunt. Electiones eccleſiarum C
ac monaſteriorum ſecundum ſanctorum patrum
antiqua inſtituta per collegia legitime fiant: ne-
que liceat Romano pontifici, eccleſiis ac digni-
tatibus, quibus per electionem provideri fas eſt,
aliter providere, niſi urgens & legitima inſtet
cauſa quæ in literis apoſtolicis exprimatur. Or-
dinatio tamen eccleſiarum ac ſacerdotum in im-
perio Romanæ eccleſiæ plene ad pontificem ſpe-
ctet. Quod decretum integre ſervare Romani
pontifices in electione jurabunt. Electores præ-
latorum, antequam ad electionem conveniant,
rem divinam ſolenni faciant ritu, in qua Spi-
ritus ſancti efflagitent inſpirationem. Tum ſce-
lera & peccata per confeſſionem, & ſacræ eu- D
chariſtiæ perceptionem expient: & demum, ubi
ſacramento ſe aſtrinxerint electionem ſe factu-
ros ſecundum Deum, & pro eccleſiæ tantum
honore & commodo; neque ullo pacto in
eos conſenſuros, qui per corruptiones aut ſor-
des id ambierint, ad electionem canonice fa-
ciendam procedant. Electio fiat in virum legi-
timæ ætatis, doctrina, & probitate clarum, &
ſecundum majorum decreta idoneum. Electio-
nes præter has leges non rite factas, aut per
ſimoniacam labem irritas eſſe & nullas; electo-
res extra ſacra poſitos, & jure eligendi pri-
vatos, perperam electos non prius poſſe ab-
ſolvi, quam eccleſias, quas ſortiti per ſordes
fuerant, libere dimittant. Nemini licere, et- E
ſi principes ſint cujuſcumque dignitatis, ad a-
liorum preces cujuſpiam electionem apud colle-
gia procurare. Neque licere ipſis electoribus
cuipiam in eligendo gerere morem; ſed opor-
tere ipſas electiones liberas eſſe, & omnino
voluntarias. Archipræſules, aut alii ad quos
prælatorum confirmatio ſpectat, ſumma dili-
gentia electiones examinent, & pro meritis
legitime vel approbent, vel infringant; neque
quicquam ad confirmationem accipiant. Scribis
pro labore tantum modeſto ſatisfiat. Prævari-
catores hujus legis jure confirmationis careant,
ſub-





ſubjicianturque anathemati; a quo, niſi a Romano pontifice, non abſolvantur, & confirmatio per ſordes facta nulla omnino ſit; ſed neque ipſi Romano pontifici licere quicquam pro confirmatione exigere. Daturum namque operam ſacrum concilium, ut commoditati neceſſitatique pontificis, & cardinalium opportune conſulatur. Quod ſi non fecerit, nolle decretum Romanæ eccleſiæ præjudicare. Et ſic finis datus eſt huic ſeſſioni.

## XXXI.

## SESSIO DECIMATERTIA.

*Prorogatur terminus Eugenio ad triginta dies.*

HABITA deinde eſt decimatertia ſeſſio Idibus Septembris, in qua rogante per ſuos legatos Sigiſmundo Cæſare terminus Eugenio prorogatus eſt ad triginta dies ſupra ſexaginta præſcriptos, iiſdem legibus, promiſitque Cæſar ſe prorogationem ultra non petiturum, etſi interea temporis Eugenius concilio non ſatisfecerit, ſe omnia executurum quæ patres decreverint. Decretum etiam eſt non licere pontifici Romano aliquo pacto contra conciliares cujoſcumque ſtatus aut gradus ſint quicquam agere, dignitatibus, ſacerdotiis, muneribuſve privare, excommunicare, mulctare, ſeu quocumque modo damnare: privationes, pœnas, mulctas, cenſuraſve a die diſſolutionis per Eugenium factæ nullas eſſe atque vanas.

## XXXII.

*Pontifex revocat omnia geſta Baſileenſia.*

AT Eugenius pontifex his cognitis, aſſerens Baſileæ congregatos omnia inique, omnia temere, aut variis paſſionibus affectos agere, atque ſtatuere, & non reformationem, quam prædicant eccleſiæ, ſed deformationem: non unitatem fidelium, ſed ſciſſuram; non pacem Chriſtiani populi, ſed bella, & diſcordias in eccleſia Dei aſſiduo procurare, & hæreſes non modo veteres (ut jactitant) non extirpare, ſed novas in dies nutrire ac fovere, de plenitudine poteſtatis apoſtolici pontificatus, ſacro cardinalium ſenatu comprobante geſta, acta, dicta, decretaque omnia contra Romanum pontificem, apoſtolicæ ſedis auctoritatem, ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinales ſeu quemlibet ex curialibus Romanæ curiæ ſancita, & omnia alia per illos ſtatuta, quæ non pertinent directe ad illa tria, pro quibus concilium fuit congregatum, & de quibus per literas apoſtolicas facultas non datur, publico decreto revocat, irritat, & annullat, & expreſſe decretum illud, quo [a] jubent cardinales, aliique curiales intra XX. dies poſt terminum pontifici aſſignatum ab Eugenio & Romana curia diſcedere; graviſſimiſque cenſuris illigat quoſlibet cujuſcumque ſint dignitatis, Cæſareæ etiam, regalis, ſeu cardinalaris, & inferioris, ſi dicti decreti prætextu curiales ſuos quo quo modo vexare præſumpſerint. Scribit præterea pontifex ad Chriſtiani orbis principes pro ſua defenſione in hanc ferme ſententiam. Nihil magis cordi ſibi ſemper fuiſſe, quam eccleſiæ Dei unionem & pacem, & propterea ſe omnia egiſſe & multa etiam quæ ſibi non expediebant Baſileenſibus conceſſiſſe, ne a quibuſdam cardinalibus, qui illuc confugerant, ſchiſma, quod jam imminet pernicioſum fieret; ſed nullo pacto placare illos potuiſſe, qui ſciſſuram facere, & Jeſu Chriſti vicarium peſſumdare niterentur. Statuiſſe ſe in bono malum vincere; & tandem conceſſiſſe Baſileæ eſſe; non tamen iniquas mentes deſtitiſſe, quin omni ſtudio curarent multis confictis criminibus ſe pontificia poteſtate deturbare. Proinde ne illorum falſis calumniis plebes ſeducantur, innocentiam ſuam, & adverſariorum nequitiam ante oculos omnium ponere ſtatuiſſe. Objicere illos primum Romanum pontificem concilium Baſileenſe injuſte diſſolviſſe, quod ſine conſenſu concilii ſibi non licebat, in ſcandalum & maximam eccleſiæ perturbationem. Ad hæc reſpondere: nunquam mentis ſuæ fuiſſe concilium penitus diſſolvendi, impediendique in hoc decreta Conſtantienſis & Senenſis conciliorum, ne fieret conciliorum, neve hæreſum extirpatio, cenſura morum & Chriſtiani populi pacificatio procuraretur: ab initioque ſui pontificatus poteſtatem dediſſe Juliano cardinali ſancti Angeli in concilio præſidendi. Sed cum deinde per Joannem Pulcripatris, nomine eorum qui Baſileæ erant, didiciſſet, Baſileæ prælatos non conveniſſe, neque facile poſſe convenire, niſi longo poſt tempore, non omnino diſſolviſſe concilium, ſed illud Bononiam tranſtuliſſe, ut commodius, celerius, meliuſque reipublicæ conſuleret; menſes jam octo tunc effluxiſſe, quo concilium inchoari oportebat, & epiſcopos tantum tres, & alios prælatos quoſdam numero non ſupra decem conveniſſe. Principum legationes, profeſſores ſacræ theologiæ, ſive canonici civiliſque juris nullos affuiſſe qui ardua negotia poſſent diſcutere, locum præterea tutum tunc minime fuiſſe, tum propter Bohemorum propinquam potentiam, tum propter bella, quæ inter Philippum Burgundiæ, & Fredericum Auſtriæ duces imminebant: quibus de cauſis, non ut eccleſiam perturbaret, quod obtrectatores calumniantur, Baſileenſem ſynodum diſſolviſſe, & Bononiam tranſtuliſſe. Quod ſtatutum fuiſſet ex conſilio & aſſenſu ſacri ſenatus & illorum maxime cardinalium, qui nunc Baſileam convenientes mutationem damnant. Affuiſſe & aliam cauſam non contemnendam transferendi Bononiam concilii, quod Sigiſmundus Cæſar tunc in Italia eſſet, quem ſperaſſet Bononiam ad celebrandum concilium facile ſecum perducere potuiſſe. Quod ſi per Baſileenſes licuiſſet ſynodum [b] celebratam fuiſſe magno numero prælatorum, & principum, ac ſumma totius eccleſiæ Dei auctoritate & laude. Mirari vehementer cardinales illos, qui hoc quotidie ſibi inculcabant, quique hujus tranſlationis auctores fuere, nunc eam damnare; cum ipſi potiſſimum a ſe tunc gravi morbo laborante eam mutationem extorſerint, eo maxime argumento, quod in electione ſua juraſſe dicerent illic concilium celebrandum, ubi major pars cardinalium cenſeretur. Quin & licuiſſe Romano pontifici & ſacro ſenatui concilium ex cauſa transferre neminem ſanæ mentis negare poſſe. Non enim potuiſſe ſynodum Conſtantienſem Romani pontificis poteſtatem auctoritatemque coarctare, quam a Chriſto domino accepit: cum conſtet ſynodum pontifice eſſe inferiorem in omnibus præter quam in his quæ ad fundamenta fidei ſpectant, & ad perturbationem manifeſtam univerſalis eccleſiæ. In ceteris autem licere Romano pontifici prædeceſſorum ſuorum & ſacrorum conciliorum ſtatuta, decreta & ordina-

a Lege, jubeatur, H.

b Forte celebrandam, H.

tiones pro tempore, proque commoditate reipublicæ moderari, emendare, commutare & omnino tollere, ſi expedire putaverit. Contra quam opinionem qui ſentiant, & vicarii Jeſu Chriſti manus ligare conentur, non procul eſſe ab hæreſi & manifeſto ſacrilegio. Diſſolutionem igitur ſive tranſlationem concilii ad hæreſim non pertinere, neque ex ea univerſalem eccleſiam potuiſſe perturbari, cum non ob aliam cauſam mutatio facta ſit, niſi ut tractanda pro utilitate eccleſiæ, quæ Baſileæ negligebantur, celerius maturiuſque abſolverentur. Accuſare præterea Baſileenſes Romanum pontificem quod ſacro concilio pure & ſimpliciter non adhæreat, neque tollat perniencioſam diſſolutionem; cum ſumma ſynodus ſemper modeſtia & manſuetudine in pontificem ſit uſa: ad hæc diſſolutionem & mutationem concilii non fuiſſe pernicioſam eccleſiæ Dei manifeſtum eſſe, quia quæ tractari in concilio Baſileæ oportebat & propter loci indiſpoſitionem & temporis non tractabantur, melius, celerius, commodiuſque & cum majori auctoritate potuiſſent tractari Bononiæ præſente Romano pontifice, ſi paruiſſent. Eccleſiam vero non potuiſſe ea mutatione perturbari, quæ nulla ibi congregata erat: cum ad eam diem non ultra decem prælatos conveniſſent: qui certe repræſentare eccleſiam univerſalem non poterant. Manſuetudinem autem & modeſtiam Baſileenſium in ſe omnibus eſſe notam: qui contra omnia jura divina & humana auſi eſſent adminiſtrationem ſummi pontificis interdicere, niſi eorum inſaniis auſcultaverit. Perſiſtentes vero in congregatione poſt tranſlationem concilii rite factam ſine auctoritate apoſtolica concilium non feciſſe: quamvis ipſi falſo jactitent ſe ſynodum celebrare auctoritate Conſtantienſis & Senenſis conciliorum, ac Martini V. & Eugenii quarti Romanorum pontificum. Quoniam ipſe auctoritates illas conciliorum & pontificum legitime & canonice revocaverit. Nec concilium ullum generale conſtare poſſe non ſuffultum auctoritate Romani pontificis. Poſtulare igitur Baſileenſes rem indignam, ſacrilegam, & hæreticam, cum exigunt a pontifice declarari Baſileæ continuo fuiſſe concilium, cum poſt diſſolutionem canonicam non fuerit; neque eorum geſta ſtatutaque digna eſſe comprobari; quæ fere omnia contra divina & humana jura acta ſunt: & ita injuſta, & inepta, ut etiam ſi canonice ſtatuta eſſent, irritanda reprehendendaque merito viderentur. Inaudita quippe temeritate auſos illos eſſe unum ex ſuis complicibus cardinalem ſancti Euſtachii Avenionenſis civitatis, quæ ad Romanam eccleſiam ſine contradictione ſpectat, præficere; quamvis Romanus pontifex eam provinciam alteri prius demandaſſet, unde bella & cædes multas eſſe ſubſecutas. Quamvis adulterinus tandem legatus ſit ejectus, Romanæ curiæ munera atque officia omnia inter ſe pro eorum libidine diviſiſſe. Præſidentes ſibi ipſis ſtatuiſſe, deſignatos a ſede apoſtolica ſprevisse, cauſarum privatarum auditores, judiceſque conſtituiſſe, quod nunquam altero Romano pontifice canonice ſedente viſum eſt. Cum in generalibus conciliis rebus publicis non privatis ſit incumbendum, vicecancellariatus officium ſibi erexiſſe, generalia ac publica conſiſtoria, & alia quæ Romano tantum pontifici attributa ſint, temere ſibi præſumpſiſſe, omniaque [illegible], ac ſi apoſtolica ſedes vacaret; ſeu omnem pontificalis ac beati Petri poteſtas, quam apud Romanum pontificem eſſe conſtat, apud concilium [illegible], quod aſſerere nefas atque hæreticum.

Beneficia præterea & ſacerdotia temeraria auctoritate contuliſſe; jura pontificalia, privilegiaque occupaſſe, & quod in Romanis pontificibus damnarunt, adminiſtrationes monaſteriorum ſæcularibus clericis demandaſſe. Ut nuper officium generalis Humiliatorum, ejus ordinis caput, & principale monaſterium ſæculari clerico commendarunt, cui ſupra centum monaſteria parent; omnia tandem illos facere, ut numerum prælatorum qui ſuæ inſaniæ faveant, augere poſſint. Poſtremo ſacrilega temeritate auſos eſſe Romanum pontificem, & ſacrum ſenatum ad cauſam dicendam citare, minarique niſi eorum ſuperbiſſimis edictis pareatur, pontificalem ſibi poteſtatem & cardinalem dignitatem arrogandam. Hanc eſſe manſuetudinem, hanc modeſtiam Baſileenſium, hanc eccleſiæ reformationem, has extirpationes hæreſum, has pacis & quietis procurationes, pro quibus congregati eſſent. Quæ omnia, quoniam approbare recuſaret, cum negaret Baſileæ concilium eſſe, interdictionem pontificatus minari, animam prius vitamque dimiſſurum, quam Romanæ eccleſiæ dignitatem auctoritatemque occupari minuive permittat. Placere tamen ut omnes norint, ſibi nihil antiquius eſſe, quam concilii canonicam celebrationem profiteri; atque indulgere Baſileæ concilium continuo fuiſſe, ſi prius illi omnia acta, geſta, ſtatuta, & intentata contra Romanum pontificem, apoſtolicam ſedem, ejuſque majeſtatem, privilegia, libertatem, atque auctoritatem, contraque ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinales, & alios pontificem ſequentes revocaverint, atque deleverint: & legatos apoſtolicos, ut par eſt, admiſerint ad concilii præſidentiam. Quod autem tantopere accuſant ſe legatis ſuis poteſtatem dediſſe omnia in concilio ſtatuendi nomine apoſtolicæ ſedis cum conſilio ſanctæ ſynodi, viderique ſanctam ſynodum ex judice conſultorem fieri, privarique ſtatuendi poteſtate; & ſecundum hanc normam legatos ſtatuere poſſe etiam quæ concilio non placerent. Mirari ſe tantam inter tot juriſperitos juris ignorantiam, cum conſtet inſtitutiones, decretaque omnia in conciliis generalibus ſtatui promulgarique a Romano pontifice, vel ejus legato, conſentiente ſeu approbante ſacro concilio, ſicque in veteribus conciliis, ſic nuper Conſtantiæ, Seniſque ſervatum, neque aliquid a patribus ſtatuendum ſine auctoritate pontificis; cum Romanus pontifex ſupra omnia concilia ſit, niſi in his quæ ad fidem catholicam proprie ſpectant; ſive ad perturbationem manifeſtam univerſalis eccleſiæ, in quibus generalis concilii auctoritas ſequenda eſt. Non auferre pontificem canonicam poteſtatem, ſed ſuam ſibi præſervare: falli autem, errare, ac decipi Baſileenſes, qui ſe in omnibus Romano pontifici ſuperiores eſſe putent, ut eorum geſta præ ſe ferunt, quod quidem hæreticum & prophanum eſſe conſtat. Quod autem nonnulli ita humanis paſſionibus ſuccumbant, ut audeant canonicam electionem ſuam ad ſummum apoſtolatum in dubium revocare, non poſſe ſatis mirari illorum perfidam temeritatem; cum illi ipſi, qui hoc maxime calumniantur, ſe in ſede beati Petri collocaverint, conſecraverint, coronaverint, ac pluribus annis ut legitimum Chriſti vicarium adoraverint. Proinde orare obſecrarique Chriſtianos principes, ut Baſileenſes in viam reducere curent, illiſque perſuadeant concilium canonice & cum auctoritate primæ ſedis celebrare; & unionem non ſciſſuram nutrire; aut ſi in ſua pertinacia perſiſtere maluerint, ab eis recedant, neque permittant eccleſiam Dei beneficio unitam, ab impiis lacerari. Scripſit etiam aliis litteris agens gratias compluribus principibus, quod per oratores ſuos Romanæ eccleſiæ auctoritatem tutati ſint: oratque ut perſeverent, ut cum Sigiſmundo Cæſare unioni intendant.





XXXIII.

SESSIO IV.

*Adventus Sigiſmundi Baſileam.*

POST hæc cum V. Idus Octobris dominica luce patres in baſilicam conveniſſent, ſuſpenſionis ſententiam in Eugenium rite laturi, repente nunciatur Sigiſmundum Cæſarem jam in urbem ingreſſum eſſe, & ad templum properare. Effundunt ſe illi obviam patres, & magna lætitia ad publicum conſeſſum deducunt. Differturque negotium ob adventum Cæſaris ad octavum diem. Et cum dies Eugenio dicta, deinde ſæpius prorogata eſſet, tandem ſeptimo Idus Novembris in publica ſeſſione XIV. aſſiſtente Cæſare Sigiſmundo imperiali paludamento, corona, ſceptro, aureo pomo, nudoque enſe atque aliis imperialibus inſignibus ornato legitime ſancitum eſt adnitente Cæſare terminum Eugenio ſæpius prorogatum ad nonageſimum rurſus diem differri. Ita tamen, ut niſi interea ſub certis expreſſis conditionibus concilio adhæſerit, interdictam ſibi omnem pontificalem adminiſtrationem penitus eſſe cognoſceret, & alia omnia exequenda fore, quæ in decreto XII. ſeſſionis continentur.

XXXIV.

*Pontifex concilio tandem reconciliatur.*

EUGENIUS interea aſſiduis Cæſaris perſuaſionibus pulſus cum patribus in hanc ſententiam convenit, Baſileenſes omnia contra Eugenium, apoſtolicam ſedem, cardinales Romanæ eccleſiæ & pontificis ſectatores acta revocarent, ejuſque præſidentes admitterent. Eugenius vero profiteretur concilium Baſileæ eſſe, & hactenus legitime fuiſſe: & omnia, contra concilium, & conciliares quoſlibet decreta ſtatutaque maxime contra non citatos, aut defenſos legitime pariter revocaret; concilioque plene adhæreret.

XXXV.

SESSIO XV.

*De ſynodis celebrandis.*

DECIMAQUINTA interim ſeſſio celebratur qua legitime ſtatuitur ſynodos epiſcopales ſingulis annis per diœceſes fieri oportere poſt octavas reſurrectionis domini, niſi alia temporis conſuetudo ſit, in quibus clerus ad miniſtranda ſacra inſtruatur, emendetur eccleſiaſtica diſciplina, & populi mores, ut ſaluti fidelium conſulatur, deliganturque teſtes ſynodales, viri graves & boni, qui geſta cleri & populi clam perquirentes ad ſynodum futuram referant, ſimili modo concilia provincialia ſingulis trienniis ſaltem celebrentur, ubi diœceſani epiſcopi de adminiſtratione eccleſiæ, de ſacris ordinibus rite conferendis, de committendis beneficiis, & animarum cura idoneis miniſtris, deque ſimoniaca labe penitus effugienda moneantur, inſtruanturque præcipue ne novas opiniones aut damnatas hæreſes in ſuis diœceſibus ſerpere permittant. Et ſi metropolitanus in aliquo emendandus eſſet, per concilium in caritate moneatur; quod ſi non ſatisfecerit, de eo referatur ad ſummum pontificem, vel ad alium ſuperiorem, ſi quem habet. Epiſcopi vero, ſive etiam metropolitanus, negligentes ſynodum congregare, ſive ad ſynodum venire, media parte fructuum unius anni, ultra juris pœnas mulctentur, quæ in reparatione eccleſiæ ſuæ per alios convertantur. Intendant præcipue epiſcopales & provinciales ſynodi ad componendas ſeditiones, inimicitias & bella provincialium & vicinorum. Dum autem concilium generale ſedet, hujuſmodi concilia non fiant.

XXXVI.

*Legatio pontificis pro præſidentia concilii.*

DESIGNAVERAT, ut diximus, Eugenius quatuor cardinales legatos apoſtolicos ad concilium. Hos rurſus confirmat cum plena poteſtate apoſtolicæ ſedis nomine in concilio præſidendi; & omnia quæ ad generalem reformationem, ſive cenſuram eccleſiæ in capite & in membris, ad extirpationem hæreſum, & ad pacem Chriſtiani populi ſpectant, ſtatuendi & decernendi deliberatione & approbatione ſacri concilii. Et quoniam cardinales ipſi non poterant ſtatim ad concilium ſe conferre, ne res diutius differretur, eis ſubrogavit cum pari poteſtate archiepiſcopum Tarentinum, epiſcopum Paduanum, abbatem ſanctæ Juſtinæ, ſuos oratores quibus addidit Julianum cardinalem ſancti Angeli, qui in concilio tunc erat. Ingreſſi igitur Baſileam Tarentinus, Paduanus, abbas ſanctæ Juſtinæ XII. Kalendas Februarii anno ſalutis 1434. & benigne ſuſcepti, ubi in publica congregatione mandata apoſtolica expoſuerunt, literas apoſtolica bulla ſignatas patribus reddidere. In his Eugenius pontifex de conſilio ſacri ſenatus declarat confirmatque concilium Baſileenſe pro emendatione reformationeque eccleſiæ in capite, & in membris, pro extirpatione hæreſum, proque Chriſtianæ plebis reconciliatione & pace legitime congregatum a ſuo principio canonice ſemper continuatum fuiſſe, omniaque ad ea, pro quibus convenerunt ſpectantia decreta, & decernenda, rata firmaque eſſe oportere, perinde ac ſi nulla diſſolutio facta eſſet. Quinimo diſſolutionem ipſam abrogat, irritatque, & ſacro Baſileenſi concilio pure & ſimpliciter adhæret; pollicetur deinceps concilio in omnibus fauturum; literas omnes, & omnia contra concilium conciliareſve decreta ſtatutave revocat, & annullat. Proceſſus, cenſuras, & mulctas quaſlibet contra quemlibet ex conciliaribus non legitime citatis, aut non legitime defenſis & præſertim contra cardinales de Cypro, ſancti Sixti, & Firmanum latas, inflictaſque, irritas, & nullas eſſe decernit, omniaque in priſtinum ſtatum reſtituit.

XXXVII.

SESSIO XVI.

*Declaratur Eugenius plene adhæſiſſe concilio.*

FIT igitur XVI. publica ſeſſio, in qua peractis ex more ſacris decernitur, Eugenium pontificem integre mandatis concilii paruiſſe, ac publice & ſimpliciter adhæſiſſe.

XXXVIII.

ANNO CHRISTI 1434.

## XXXVIII.

## SESSIO XVII.

*Legati Eugenii decernuntur præſidentes concilii cum quibuſdam legibus.*

AD VI. Kalendas Maias in publica ſeſſione 17. ſtatuit ſancta ſynodus Nicolaum ſanctæ crucis presbyterum, Julianum ſancti Angeli diaconum, ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinales, Joannem Tarentinum, Petrum Paduanum præſules, & Ludovicum abbatem ſanctæ Juſtinæ, apoſtolicos legatos tantum ad præſidentiam concilii apoſtolicæ ſedis nomine eſſe admittendos, hac tamen lege, ut nullam juriſdictionem coactivam haberent, atque omnia in procedendo per concilium ſtatuto, conſuetoque a patribus ordine ſervarentur. Tum decretum eſt nullam publicam congregationem extra ordinem fieri oportere, cum ſingulis ſextis feriis ordinaria ſit habenda, ſi autem ingruerit neceſſitas aliter faciendi, prius per tres conventus ſtatuatur & tam ex illorum decreto præſidentes concilii generalem conventum indicent. Quod ſi neglexerint, alter e promotoribus concilii, vel unus ex deputatis id agat, conventum indictum non legitime (ut dictum eſt) nemini licere adire. Idem ſervari oportere in publica ſeſſione meditata, deliberataque in publica congregatione mox per primum ex præſidentibus approbanda ſtatuendaque etiam ſi alii collegæ abſint. Quod ſi forte recuſaverit alius de collegis ſtatuat, & ſi nullus ex præſidentibus id agere voluerit, ſive ad conventum non venerit, primus e prælatis illo die præſidentis officio fungatur, geſta inſuper omnia, ſtatutaque per ſynodum ſacri concilii bulla ſignanda decernendaque concilii Baſileenſis nomine.

## XXXIX.

## SESSIO XVIII.

*Duo decreta Conſtantienſis concilii innovantur.*

NEQUE multo poſt, ad III. ſcilicet Kalend. Julii in 18. publica ſeſſione duo Conſtantienſis concilii decreta renovata ſunt: concilium ſcilicet generale immediate poteſtatem habere a Chriſto: cui quilibet obedire teneatur, etiamſi ſit Romanus pontifex: in his præſertim quæ ad fidem pertinent, ad emendationem eccleſiæ, & ad Chriſtianorum pacem; alterum non parentes concilio puniendos eſſe, etiamſi ſit Romanus pontifex.

## XL.

*Conventio Græcorum legatorum cum Baſileenſibus pro unione.*

VENERANT Baſileam legati Græcorum, Joannis Palæologi imperatoris, & Joſephi patriarchæ Conſtantinopolitani, Demetrius Palæologus, Iſidorus abbas ſancti Demetrii, & Joannes Diſſipatus[a], acturi cum patribus de ordine, & modo concordandi in ſacro generali concilio cum Latinis. Et tandem poſt multa in hanc ſententiam convenerunt. Quoniam Græci aſſererent Baſileam ſe non poſſe commode accedere, placere ut patres locum [illegible] deligant pro concilio celebrando, in [illegible], [illegible] Anconam [illegible] ſive aliam quampiam urbem maA ritimam Italiæ, aut etiam mediterraneam, ut Mediolanum, Bononiam, & aliam quam velint: extra Italiam vero Budam in Hungaria, & Viennam in Auſtria, & etiamſi malint in Sabaudiam. Venturos ad illud concilium imperatorem, & patriarcham Conſtantinopolitanum, cum aliis patriarchis & prælatis Græcis, cum legatis principum Chriſtianorum orientalis eccleſiæ: legatos concilii mittendos Conſtantinopolim cum aureis nummis octo millibus; quibus prælati orientales conſtanter deducantur; mittendas etiam triremes quatuor; duas quidem cum 300. militibus quæ portum Byzantii ſervent; & duas grandiores quibus Græci deducantur in Italiam: duas item alias majores apud B Conſtantinopolim deducendas pro vectura Græcorum: aureos deinde quindecim mille imperatori dandos, quibus ſibi ſuiſque omnibus Græcis uſque ad numerum ſeptingentorum victum paret uſque ad portum ultimum Italiæ. Quamdiu autem Græci in continenti fuerint ſive in concilio, ſive in itinere victum honeſtum a concilio habeant: legati concilii quamprimum Conſtantinopolim cum triremibus petant, pecunias præſcriptas deferant: Et præterea auri millia decem, quibus conducantur milites pro præſidio urbis in abſentia imperatoris: milites & terreſtres & claſſiarii in verba imperatoris jurent, legati quamprimum appulerint portum quo ſint Græci applicaturi, & locum concilii C nominent; curent tamen ſi poſſunt illis perſuadere, ut veniant Baſileam: interea patres Baſileæ in concilio perſeverabunt, quoad Græci in Italiam venerint: & intra menſem, poſt quam illi appulerint, locum dictum pro concilio petent. Hæc omnia ſynodus legitime ſtatuat & bulla ſignet. Item confirmet ſuis literis ſummus pontifex, quæ ubi per oratores Græcos cum plena poteſtate accepta fuerunt, ſancta ſynodus omnia ſancivit in publica 19. ſeſſione ſeptimo Idus Septembris 1434.

[a] Tra. Dis. hypatus. Bi.

## XLI.

## SESSIO XIX.

D

*Firmantur conventa cum Græcis.*

IN eadem ſeſſione ſtatuit ſancta ſynodus in re Judæorum, & neophytorum hujuſmodi decreta: eccleſiarum prælatos per ſuas diœceſes ac provincias, ſacrarum literarum doctores inſtituere oportere, qui certis diebus ſingulis annis publice non tantum noſtræ religionis hominibus, infidelibus etiam cujuſcumque ſectæ, qui inter Chriſtianos habitant, fidem Chriſtianam explicent, errores illorum aperiant, & argumenta confirment, cum omni modeſtia & caritate: ipſos infideles utriuſque ſexus ſub interdictione conſortii commerciique Chriſtianorum E cogendos, ut ad conciones hujuſmodi veniant; inſtituendos præterea, ſecundum Vienienſis concilii decreta, in publicis gymnaſiis quatuor linguarum doctores, Græcæ ſcilicet, Hebraicæ, Arabicæ, & Chaldeæ, ut facilius harum linguarum infideles populi ad rectam fidem converti poſſint: nulli infidelium licere ſervitiis Chriſtianorum uti: neque licere Chriſtianis infidelium celebritatibus, conviviis, balneiſve intereſſe, aut eis arctius quoquo modo converſari: non eſſe utendum eorum opera in medicinis, in contractibus, in mercimoniis, aut alia quavis cauſa, magiſtratibus autem aut publi-



ANNO CHRISTI 1434.

publicis officiis nullo modo præficiendos, ſacram ſupellectilem, vaſa, libros, veſtes, & alia hujuſmodi, ſive etiam fundos, aut alia eccleſiarum bona pignori non accipiant, neque emant; quod ſi fecerint, rem & pecuniam perdant. Habitum utique deferant præcipuum, & a Chriſtianorum habitu omnino differentem, coganturque in urbibus & oppidis gregatim ſimulque inter ſe habitare, & procul ab eccleſiis, ut minus commercii cum Chriſtianis illis ſit. Si qui ad Chriſti fidem convertentur, fortunas ſuas omnes ut prius poſſideant. Quod ſi ex uſuris illicitoque quæſtu comparatæ ſunt, ſi ſuperſtant, notique ſunt, quibus ablatæ fuerunt, illis reſtituantur; ſin autem inveniri non B poſſunt, quoniam ad pios uſus ſunt convertendæ, decernit ſancta ſynodus piiſſimum eſſe fidelibus converſis eas elargiri, vetantque illos ſuper his quempiam vexari. Eccleſiarum autem præſules, alioſque ditiores quoſlibet hortatur, monetque ſancta ſynodus, ut pauperes converſos juvent, alant, & ab omni injuria tueantur: ſtatuitque ut illius civitatis cives cenſeantur, ubi per baptiſmum ſunt regenerati: inſtruendos præterea eſſe hujuſmodi converſos in fide orthodoxa per ſacerdotes, & illos qui a ſacro fonte levarunt: neque permittendum ut cum infidelibus converſentur. Matrimonia ab illis jucunda eſſe cum antiquis Chriſtianis: neque indulgendum ut novitii multum inter ſe commercii habeant: ne forte mutua familiaritate C in errores labantur antiquos; cogendoſque omnino ritus & obſervationes antiquæ legis dimittere, & catholicos noſtros complecti: transfugas, deſertores ſive apoſtatas acriter puniendos, & eorum protectores mulctandos, ut hæreſum fautores.

## XLII.

*Tractatus de unione Græcorum.*

ET quoniam de Græcorum cum Latinis conventione agendum eſt, id altius aliquantulum repetamus. A Martino quinto Romæ eccleſiæ præſidenti agi cœptum de unione orientalis D eccleſiæ cum Latina, & jam per oratores utrimque miſſos deventum erat ad quaſdam conditiones, quibus mediantibus imperator & patriarcha Conſtantinopolitani, cum patriarcha Armenorum, imperatore Trapezuntiorum, & aliis prælatis, ac legatis principum eccleſiæ orientalis uſque ad numerum ſeptingentorum hominum ad generale concilium in Italiam unionis cauſa celebrandum, adnavigare promiſerant. Martino interea e vita ſubtracto, cum ei Eugenius ſucceſſiſſet, qui cardinalis huic negotio intentus admodum videbatur, hujuſmodi tractatus a Græcis inſtauratus eſt. Venerunt igitur Romam a principio pon- E tificatus Eugenii Græcorum legati, qui poſt multas diſceptationes de commodiori modo unionis perficiendæ, tandem prælente etiam Sigiſmundo Cæſare & probante cum Eugenio convenerunt. Mittendos eſſe a ſede apoſtolica legatos cum multitudine congrua doctorum, qui Conſtantinopolim orientales omnes convocarent, ibique de unione agerent in generali concilio apoſtolicæ ſedis nomine. Quæ cum orientalibus renunciata eſſent, & omnibus admodum placerent, Joannes tum Palæologus imperator, & Joſeph patriarcha Conſtantinopolitanus legationibus Baſileenſium proA vocati, ſuos illuc oratores miſerunt: qui tandem cum patribus legibus, quas ſupra narravimus, convenere, Baſileenſes vero (ut præſcriptum erat) ad Eugenium pro confirmatione conventorum miſerunt; qui rei novitate non parum commotus, quamvis alteram ſententiam commodiorem utilioremque putaret; tamen, ut Baſileenſes non perturbaret, rem confirmavit. Poſthæc legati quos prius Eugenius miſerat in Græciam, Romam revertuntur, referunt placere orientali eccleſiæ, ut Latini Conſtantinopolim mittantur ſecundum ſententiam pontificis, orateque ut illa ſententia firmetur, reſque quamprimum executioni mandetur. Reſpondit pontifex tam diverſas eorum- B dem ſententias ſe non parum mirari, alios jam legatos Baſileam petiiſſe, conveniſſeque cum patribus de modo veniendi ad concilium cum Latinis; ſeque pro pace & quiete eccleſiæ conventiones eas confirmaſſe; quamquam prior ſententia ſibi potior videretur. Proinde ſi ipſis etiam magis placeret, Baſileam peterent, & eam patribus ſuadere conarentur. Iverunt Baſileam Græci, ſed patres a ſententia dimovere nullo pacto valuerunt, pontifex autem ne ſententiarum variatio ſibi poſſet aſcribi, legatos ſuos Conſtantinopolim miſit, omnia ut geſta erant, narraturos, pollicituroſque pontificem cum univerſa Romana curia concilium petiturum, ſi in ea Italiæ parte fieri contingat, quo C commode poſſit ſe transferre: At Græcorum legati ſententiam a pontifice approbatam ſuſcipientes, patres orabant, ut locum eligerent Græcis & pontifici accommodatum; cum putarent ſine præſentia pontificis Romani nihil omnino firmi de unione tranſigi poſſe: redierunt inter hæc, & legati quos concilium miſerat Conſtantinopolim, & ſæpius hinc inde miſſæ ſunt legationes: nihilque magis cupere videbantur Græci, quam cum Latinis convenire: rogabantque, maxima inſtantia; ut quamprimum conventa executioni mandarentur: nec multo poſt quemdam e ſuis Baſileam miſerunt Græcorum nomine, aſſerentem orientalis eccleſiæ prælatos, principeſque omnes D præſto eſſe ad ſtatutam diem, Italiam petere ad generale concilium. Proinde ſe miſſum eſſe, ut Baſileenſes hortaretur, moneretque conventa quamprimum adimplerent, cognoſceret an locus pro concilio deſignandus eſſet ex nominatis, & commodus ſummo pontifici: ſine cujus præſentia Græci non putarent aliquid boni agi poſſe. Demum, ut videret, an triremes, quibus Græci eſſent advehendi, ſatis ſolidæ ac firmæ eſſent: verum audire ſe ſe a nonnullis ſuſurrari, patres ſtatuiſſe Avenionem pro futuro concilio deligere, mirari ſe [illegible]rum ſententiam, qui tam [illegible] conventis diſcedere cogitent, non [illegible] Græcos æquo animo, neque ullo pacto e Græcia diſceſſuros, ni- E ſi prius noverint locum unum ex nominatis in conventibus eſſe delectum. Proinde orare ut conventa ſervent; quod ſi non fecerint, aperte orientalium nomine proteſtari per illos non ſtare, quin pacta non ſerventur, ut unio fiat, ſed per Baſileenſes, qui a conventis diſcedant: verum cum videret patres ſtatuiſſe omnino ſe Avenionem eligere, iterum palam proteſtatus eſt Græcos Avenionem nequaquam venturos; ſe vero iturum ad pontificem, & eadem apud eum teſtaturum, & omni[illegible] demonſtraturum per Græcos non ſtare, quin [illegible] unio. Tamen patres quamvis multa ultro citroque acta,

ANNO CHRISTI 1435.

Anno Christi 1435.

acta, dictaque eſſent, Avenionem pro concilio in quo Græci cum Latinis convenirent, publico decreto delegerunt. Quod neque Romanus pontifex, neque Græcorum legati ſuſceperunt; aſſerentes Avenionem in conventionibus non comprehendi, neque Græcis eſſe opportunam, cum per multa maria & maximos ſinus ſit illuc e Græcia eundum. Habere ſe domi continuos hoſtes potentiſſimos Turcas: neque poſſe longius abeſſe ſine præſenti & magno periculo, ſervandas eſſe conventiones publico patrum decreto jam pridem initas; & Græcos ad locum tam remotum nullo modo venturos. Eugenium vero pontificem propter adverſam valetudinem, propter res novas, & periculum provinciarum eccleſiæ, Italia excedere minime poſſe; Florentiam Hetruriæ urbem pro concilio cupere ſibi, ut Græcis accommodam; & imperator quidem Conſtantinopolitanus ſuis literis aurea bulla ſignatis promiſit & juravit, ſe omnino cum patriarcha, & ad concilium venturum, ſoluturumque e patria ante Kal. Junias anni ſalutis trigeſimi ſexti ſupra mille & quadringentos, ſi Baſileenſes perfecerint omnia quæ cum ſuis legatis convenerant. Cæſar vero omni ſtudio hortari patres, ne ante Baſilea diſcederent quam eccleſiæ reformationem & Bohemorum reconciliationem abſolverent: ſperare ſe & pontifici & Græcis poſſe perſuadere, ut Baſileam ad concilium petant. Eugenius autem pontifex his auditis legatos ſuos de latere Nicolaum ſanctæ crucis, & Joannem S. Petri ad vincula cum plena poteſtate ad concilium miſit, ut locus pro futuro concilio communi omnium conſenſu eligeretur: qui ſumma diligentia & multis rationibus hortati ſunt patres ad ſervandas conventiones cum Græcis initas. Cogitaverant Baſileenſes indulgentias certos modo publicare his, qui pecunias contribuiſſent, pro conducendis Græcis; petebantque ut pontifex confirmaret. Legati ad hæc reſpondebant pontifici non videri reipublicæ expedire has indulgentiarum elargitiones, quæ contemptum inducerent, & neceſſitati non ſatisfacerent, quod paulo ante in aliis rebus perſpicuum fuerat; tamen ſi patribus ita videretur, conceſſurum ſe indulgentias ritu & more Romanæ eccleſiæ. Verum ſi convenire cum pontifice vellent de loco concilii, offerre pontificem aureorum ſexaginta millia pro conducendis Græcis, quantam ſummam indulgentiæ nunquam conficerent. Julianus autem cardinalis ſancti Angeli poſt hæc qui apoſtolicæ ſedis nomine concilio præſidebat, cum quædam alia tractari contra Romanam eccleſiam cognoſceret, publice in generali conventu patres obſecravit, atque obteſtatus eſt, ne quid amplius ſtatuere, deliberareque velint, quod ad Romanam eccleſiam, ſummum pontificem, ejuſque privilegia, auctoritatem, majeſtatemque aut ſacrum ſenatum ſpectaret, niſi prius ipſe audiretur. Cum in ſacra Conſtantinopolitana ſynodo cautum ſit; ſi qua controverſia in conciliis generalibus de Romana eccleſia oriatur, oportere cum omni reverentia ſuper ea re ſciſcitari Romanum pontificem, ejuſque ſolutionem ſuſcipere: proinde ſi quid contra agatur, proteſtari ſe nullo pacto ei rei conſenſurum.

## XLIII.

## SESSIO XX.

*In qua multa decreta ſunt.*

AD XI. Kalendas Februarii anni ſalutis 1435. vigeſima ſeſſio publice celebratur. In qua A ſolenni ritu ſtatuitur nemini ex clero cujuſcumque ſtatus, ordinis, dignitatiſve ſit, quoquomodo licere publice concubinas tenere; publicos concubinarios poſt duos menſes ab hujus decreti conſtitutione, ſi perſeveraverint in ſcelere, omnium beneficiorum ſuorum fructibus per tres menſes privandos; quorum pretium in inſtauratione ornatuque beneficiorum noxii exponantur, & niſi moniti deinde a ſuis præſulibus e veſtigio concubinas denuo ejecerint, ſive aliam quoquo modo ſuperinduxerint, omnibus beneficiis, dignitatibus & honoribus privandos, neque ultra ad ea admittendos, niſi poſt manifeſtam vitæ morumque emendationem: quod ſi rurſus redierint ad vomitum, perpetuo fore inhabiles ad quæque munera eccle- B ſiaſtica; præſules autem, minoreſve dignitates, qui hujuſmodi noxios ex officio punire neglexerint a majoribus antiſtitibus, archiepiſcopis, patriarchis, ſive a conciliis provincialibus, ſynodalibuſve, acriter puniendos: publicos vero concubinarios non ſolum illos cenſendos eſſe, quorum ſcelus per ſententiam, aut confeſſionem in judicio factam, ſeu, per rei evidentiam, quæ nulla poteſt tergiverſatione celari, manifeſtum eſt; ſed omnes etiam, qui mulierem de incontinentia ſuſpectam infamatam domi habent, & moniti per ſuperiorem non ſtatim dimittunt. Præſides autem qui per ſordes ſpe quæſtus concubinarios hujuſmo- C di punire negligunt, ultra alias pœnas negligentibus infligendas, duplum ejus quod acceperint, ad pios uſus exolvere cogantur, concubinas vero ipſas, niſi ſponte a clericis diſceſſerint, per auxilium etiam brachii ſecularis, ſi opus ſit, expellendas, neque permittendum filios ex hujuſmodi concubinatu procreatos apud parentes enutriri. Hunc canonem juſſit ſancta ſynodus ubique per eccleſiarum prælatos publicari, hortataque eſt Chriſtiani nominis omnes homines cujuſcumque ſint dignitatis a concubinatu tanquam a capitali peccato abſtinere. Declaratum præterea atque ſancitum eſt in eadem ſeſſione; neminem a communione alicujus in quibuſvis ſacris abſtinere oportere niſi excommunicatio, ſuſpenſio, interdi- D ctio, ſeu quævis alia cenſura in hominem, collegium, univerſitatem, ſeu locum certum & expreſſum ſint lata: aut ſi aliquem ita manifeſte in excommunicationis ſententiam incidiſſe conſtiterit, quod nulla ſe poſſit juſta excuſatione tueri: & ne ſacris interdici vulgo omnibus liceat, quod ſæpius & ſive urgenti cauſa fieri contingit, ſtatuit ſancta ſynodus nemini omnino licere civitatibus, oppidis, villis, aut quibuſvis locis ſacra interdicere, illave quovis modo eccleſiaſtico interdicto ſupponere, niſi ex culpa ipſorum locorum, aut principis, domini, magiſtratuſve ipſorum. Ob culpam autem, aut cauſam privati hominis, ſacra nullo modo interdicantur, niſi forte magiſtratus quempiam excommunica- E tum requiſiti infra biduum a fidelium conſortio non ejecerint; quo rejecto, ſacra reſumantur. Nemini etiam licere decrevit ſuper eodem gravamine, aut eadem interlocutoria vim definitivam non habente ſecundo appellare, appellantes vero a diffinitiva, frivole vel injuſte, ultra condemnationem expenſarum & damnorum & intereſſe, aureis XV. eſſe mulctandos, qui adverſario cedant.

XLIV.



Anno Christi 1435.

## XLIV.

*Controverſia de tollendis annatis.*

ACTUM eſt deinde diu & acriter inter patres diſputatum de tollenda conſuetudine ſolutionis annatarum cameræ apoſtolicæ. Ita enim appellant medios fructus unius anni, quos pro novis beneficiis acceptis pontificis ærario inferunt, & tandem cum inter quatuor collegia jam conveniſſent, ſtatuiſſentque decretum legitime ſanciendum, archiepiſcopus Tarentinus & epiſcopus Paduanus, legati apoſtolici pontificis nomine proteſtati ſunt, rem iniquam eſſe inaudito pontifice tantum præjudicii, tantum detrimenti Roma- B næ eccleſiæ inferri, & annatarum & minutorum ſolutiones jampridem a Romanis pontificibus introductas, ab univerſo clero ſuſceptas, a pluribus generalibus ſynodis non violatas injuſte nunc auferri. His non modo pontificem ali, ſed & ſacrum ſenatum, ac Romanæ curiæ miniſtros fere omnes; quod ſi tollantur, dignitatem pontificiam ſine viribus ruituram; curiales omnes pontificem relicturos. Unde præterea legationes per univerſum orbem Chriſtianum ob utilitatem reipublicæ crebro mittendæ ſuſtentabuntur? Unde ejectis ſuis ſedibus principibus aut prælatis ſubvenietur? Unde hæreticis & aliis hoſtibus fidei obſiſtetur? Non tanti eſſe Romanæ eccleſiæ patrimonium, atque provincias, ut a tyrannis ſuis ſumptibus C defendi poſſint. Superſedendum igitur ab hoc decreto, aut prius cum conſenſu pontificis indemnitati eccleſiæ Romanæ conſulendum. Hanc legatorum ſententiam complures probi viri eccleſiarum prælati laudarunt, ſed patres aſſerentes neceſſitati eccleſiæ Romanæ opportune ſe conſulturos, poſtquam decretum ſancitum ſuſceptumque eſſet pari conſenſu, Juliano cardinali ſancti Angeli uno ex legatis concludente, decretum ſanciendum ſtatuunt, aliis legatis, cum ſuis fruſtra reclamando.

## XLV.

## SESSIO XXI.

*Nemini licere quicquam pro collatione beneficiorum accipere.*

IN publica igitur vigeſima prima ſeſſione, quæ habita eſt III. Idus Junii ejuſdem anni ſolenni ritu patres in hanc ſententiam, decretum ſanciverunt; Nemini omnino licere, neque in curia Romana, neque alibi uſpiam, pro confirmatione electionum, poſtulationum, admiſſionum, præſentationum, proviſionum collatione, ſeu quavis conceſſione, aut diſpoſitione quarumcumque eccleſiarum cathedralium, monaſteriorum, dignitatum, ſeu cujuſvis eccleſiaſtici beneficii, aut officii, ordinis, ſacræ benedictionis, aut pallii, in poſterum quicquam penitus antea vel poſt exigere ratione literarum, vel ſigilli annatarum, communium & minutorum ſervitiorum, primorum fructuum; aut ſub quocumque alio nomine, prætextu cujuſvis conſuetudinis, privilegii aut ſtatuti, quovis quæſito colore, ſcriptoribus tantum, abbreviatoribus & regiſtratoribus pro ipſorum labore congrue ſatisfacto. Hujus ſacri canonis tranſgreſſores, eadem pœna plectendos, qua ſymoniaci puniuntur; ut ſacerdotiis dignitatibuſque hac via acquiſitis omnino careant. Promiſſiones autem ſub quibuſvis cenſuris, & juramentis pro hujuſmodi ſolutionibus factas nullas eſſe atque A irritas. Quod ſi Romanus pontifex hujus ſacræ legis prævaricator fuerit, concilio deferatur; reliqui per ſuperiores digna pœna plectantur. Eccleſiaſticorum beneficiorum quorumcumque non violentos poſſeſſores, qui cum titulo colorato per triennium pacifice poſſederunt, a nemine perturbari poſſe, etiam ratione juris noviter impetrati; niſi forte quiſpiam legitimo caſu impeditus, jure ſuo prius uti non potuerit: quod [a] juxta biennium concilii ſanctionem prius quibus poteſt ſignificare oportet, & pro viribus de jure ſuo experiri. Præſules diligenter perquirere oportere, an quiſpiam ſine titulo ſacerdotia obtineat, eos abjiciendos, ſeu, ſi utiles videbuntur, & ſine dolo factum ſit, nova collatione confirmare poterunt. Et ut divi- B næ ſacræque ceremoniæ agantur rite ſancteque, ſtatuit ſancta ſynodus in laudibus divinis hæc ſervari, ſacerdotum collegia in templis ſuis, ſtatutis, conſuetiſque horis, poſt data ſigna convenire oportere. Divinas laudes canere voce, geſtu, prolationeque condecenti: ut diſtincte proferentes intelligi facile poſſint. Ita tamen ut differentia ſit inter ſolenne officium & feriale. Dum ſacra fiunt, dicunturve, talari tunica utantur ſacerdotes, & ſuper eam lineam veſtem, quam ſuperpelliceum vocant, ſive habitus ad ſacrum miniſterium pro eccleſiarum conſuetudine deputatos habeant; caputiis in eccleſia non utantur, ſed almutiis aut birretis. In choro quiſque loco ſuo ſedens, aut ſtans gravitatem ſervet. Laudes Deo cum aliis modeſte C canat, cum Gloria patri, in fine pſalmorum dicitur, reverenter aſſurgat, genuflectatque cum Jeſu ſalvatoris noſtri nomen recitatur. Inter pſallendum alias res non agat, non riſui, confabulationique indulgeat; privatas literas non legat; ſed neque privatas laudes pſallat in choro. Aſſiſtat denique ſacris non ſolum corpore, ſed & mente, atque animo toto. Tranſgreſſores a prælatis ſuis debite puniantur. Non venientes autem ſtatutis terminis ad ſacras laudes, aut ante finem ſine legitima cauſa, ac non impetrata venia diſcedentes, perinde haberi ac ſi non veniſſent. Diſtributiones autem, quas quotidianas appellant, pro labore, ac aſſiduitate venientium, & in eccleſia ſervientium, eſſe erogandas, etiam ex portione majori, D quam dicunt maſſam, ſive fructus groſſos, conſtitutione illarum eccleſiarum prorſus damnata, in quibus una hora ſervientes integram totius diei portionem accipiunt. Initiati ſacris, quive beneficia ſacra obtinent cum obnoxii ſint ubicumque degant, divinas laudes quotidie Deo recitare, ſi in divinis cum multitudine & choro non interſunt, laudes diurnas, nocturnaſque ſoli, ſive cum ſocio devote, diſtincteque ac integre perſolvant, non verba deglutiantur, truncenturve. Non inter orandum aliis confabulationibus ſive actionibus quibuslibet ſe immiſceant, ſed tanquam cum Deo loquentes loco convenienti, ore pariter ac mente orent. Dum divina aguntur, ſi quis ſacerdotum illis ſolutis, per eccleſiam ſeu forum deambulet, ſeu E ad alia negotia divertat, diſtributione integra totius diei mulctetur; ſi monitus id iterum egerit, menſtrua diſtributione careat; ſi vero pertinaciter perſeveraverit, mulctetur graviori pœna; propellanturque tumultus omnes ab eccleſia, dum ſacra fiunt. Tabula in loco publico aſſidue affigatur, in qua per hebdomadas deſcriptum ſit quid quemque in ſacris operari oporteat; negligens in ſuo munere integra diſtributione mulctetur. Illarum eccleſiarum abuſum, in quibus ut ſacrificio ſolemnis miſſæ, ſymbolum fidei, præfatio, ſive oratio dominica inchoata cantilena non perficiuntur aut omnino ſine cantu dicuntur, damnavit, atque

abo-

Anno Christi 1435.

[a] Forte; Intra biennium juxta concilii ſanctionem. B.

ANNO CHRISTI 1435.

abolevit, vetuitque inter miſſarum ſolennia cantilenas vulgari ſermone conditas cantari, & in privatis miſſis juſſit omnia pronunciari alta & intelligibili voce, præter ea quæ ſecreta nuncupantur: prohibuit etiam ſub graviori cenſura, ne cui liceret divinum cultum pignori opponere; conſuevere namque nonnulla canonicorum collegia propter æs alienum ſe obligare, ut niſi ſtatuto tempore ſatisfacerent, divina exercere non poſſent: hujuſmodi obligationem etiam cum juramento irritam ſynodus decrevit, & prævaricatores trium menſium fructibus privavit, qui in eccleſiæ reparationem converti debent. Vetuit etiam ne dum miſſarum ſolennia peraguntur, celebrentur a canonicis capitula aut aliqui actus capitulares niſi urgente neceſſitate: tranſgreſſores ejus diei diſtributione privandos. Demum gravioribus pœnis ſancivit nemini licere, quod multis in locis frequentabatur, ſcenas, jocos, fabulas, repræſentationes, larvas, ſeu aliquas fictiones epiſcoporum, regum, principum & ſimilia in eccleſiis, aut earum cœmeteriis quoquomodo celebrare, aut permittere in his locis mercaturas, negotiationes, ſive nundinas fieri: locorum præſules ſub cenſuris eccleſiaſticis hæc puniant.

## XLVI.

*Legatio Eugenii ad concilium de multis rebus.*

HÆc igitur ſancita ſunt ad III. ut diximus Idus Junii anni trigeſimi quinti ſupra mille & quadringentos quo tempore Eugenius pontifex Florentiæ agens concilii legatos de pluribus rebus & maxime de obſervandis decretis ſuſcepit. Remiſitque ad concilium ſuos legatos per quos in hanc ſententiam reſpondit: Eugenium pontificem, Græcorum reductionem, ad quam cum hortarentur, ardentiſſime ſemper deſideraſſe, & multum in ea re deſudaſſe Conſtantiæ, & etiam Romæ dum in minoribus eſſet, vivente Martino pontifice. Poſtquam vero ad apoſtolatum perveniſſet, multos ſcire, quæ egerit ad hanc rem navandam. Nunc vero vehementer lætari, quod concilio res facilis videatur, cum plerique a principio rem a pontifice propoſitam antiquam filacteriam & cantilenam appellarent. Quod autem de indulgentiis concedendis pecuniarum gratia pro Græcorum reductione petitur, pontifici non videri expediens, aut utile reipublicæ; tum ne videantur lucri cauſa concedi; tum quia ſi indulgentiæ jam conceſſæ ſuſpendantur, inſulas Cypri & Rhodi fortiſſima Chriſtianorum propugnacula, in diſcrimine neceſſario remanſuras. Et ſi promulgatis indulgentiis Græci aliquo fortè caſu impediti ad concilium non venerint, omnes concilium & papam damnaturos, tanquam ſubtili ingenio pecunias a fidelibus extorqueant, expectandam prius certitudinem de adventu Græcorum; & tum daturum operam Eugenium cum concilio per indulgentias aut alias commodiores vias, ut pecuniæ inveniantur. Pontificem tum miſſurum ad concilium viros ſacrarum literarum ſcientia claros, qui cum Græcis poſſint diſſerere: & etiam ſi detur ut in loco congruo ſibi concilium celebretur, venturum pontificem cum univerſa Romana curia. Interim vero deputaturum [illegible]os, qui in ejus rei diſputatione aſſiduo ſe exerceant. Quo ad obſervantiam vero decretorum concilii, Eugenium pontificem reſpondere ſe concilii decreta ſemper ſuſcepiſſe, & obſervaſſe. Si vero in quibuſdam [illegible] rebus aliter aliquando [illegible], id [illegible] factum: non propterea non obſervata decreta dici debere. Cauſas

A autem in curiam Romanam non ſuſcipere perturbationis aut ſcandali alicujus gratia. Sed cum conſueverit ſemper apoſtolica ſedes miniſtrare omnibus juſtitiam petentibus, non poſſe id exigentes rejicere. Curaturum tamen Romanum pontificem; ut lites, quam brevius fieri poterit, excidantur. Sed mirari complures, quod concilium pro maximis (ut ajunt) congregatum, ita indiſtincte rebus privatis incumbat, cauſaſque etiam minimas admittat; & aliquando, quæ in curia Romana agitantur, ad ſe attrahat, non ſine partis alterius damno. Dictum autem contra ſcriptores & abbreviatores emanatum, non illos comprehendere qui tunc in concilio erant; ſed contra diſceſſuros, propterea non eſſe contra concilium;

B quantum autem attinet ad decretum annatarum non parum mirari pontificem & curiales omnes tantam rem cum tanto Romanæ eccleſiæ & totius curiæ præjudicio, & damno patres tractaviſſe, & tam repente irrequiſitis partibus ſtatuiſſe; cum præſertim earum uſus ab antiquis, & ſanctis patribus inventus, per longa tempora ab omnibus ſit obſervatus. Conſiderandum prius fuiſſe, unde Romanus pontifex oneri reipublicæ poſſet ſatisfacere; unde prælatis ejectis ſubvenire; unde legationes per univerſum Chriſtianorum orbem mittere; unde denique alerentur curiales, ſi annatarum & minutorum ſervitiorum uſus tolleretur. Et ſtatuendum prius modum, per quem his neceſſitatibus ſubveniretur, pontificem non ſpreturum anna-

C tarum abolitionem.

## XLVII.

*Litera Græcorum pro loco concilii.*

DUM hæc aguntur, literæ ab imperatore & patriarcha Conſtantinopolitanis mittuntur, rogantes concilium pro unione decerni in loco littorali, ſibi & pontifici accommodato.

## XLVIII.

D *Monetur Eugenius ut revocet quæ contra concilii decreta fecerat.*

INTERIM Baſileæ multæ fiunt querimoniæ, Eugenium pontificem decreta concilii non ſervare. Conveniunt igitur ſingulatim quatuor deputationes, & tandem ſtatuunt, monendum eſſe Eugenium, ut revocet omnia quæ contra decreta concilii & maxime ſpectantia ad generalem reformationem in capite & in membris quoquomodo [illegible]aſſet, intra certum tempus, & præſertim in cauſa Graſſenſi. Alioquin patres daturos operam ſecundum decreta concilii, ne quid interea detrimenti reſpublica patiatur. Hæc antequam publico decreto ſancirentur, Tarentinus

E & Paduanos præſules apoſtolicæ ſedis nomine in concilio præſidentes multis rationibus intercedere & prohibere conati ſunt, aſſerentes nihil a pontifice contra decreta concilii innovatum. Quod ſi aliquid particulariter ſit factum, licuiſſe pontifici ex cauſa diſpenſare, neque propterea cenſendum actum eſſe contra decreta. Nunc vero tam aperte inſurgentibus patribus contra pontificem nihil aliud eſſe, quam ſchiſma introducere: inventurum enim pontificem viam, qua ſe ſuoſque tueatur. Et ſi concilium quod propter unionem Bohemorum, & reformationem morum coactum dicunt, cauſam futuram diſſidii ac ſcan-

dali,



ANNO CHRISTI 1435.

A dali. Ita ut neque Græci, neque Bohemi, ab his, qui inter ſe diſcordias nutriunt, unionem poſſint ſperare. Orare igitur atque obſecrare, ut deputationum deliberata non ſuſcipiant, abſtineantque omnino ab injurioſis decretis, & Romanam ſedem Chriſtianorum caput non impugnent. Quod ſi quid cupiant ab Eugenio, mittant oratores impetraturos procul dubio quidquid honeſte petierint: ſin autem in ſententiam deputationum deſcendere eis omnino eſſet animus, apoſtolicæ ſedis nomine probibere, ne id fiat, publiceque proteſtari & contradicere, ſeque cum ſuis nullo modo ei decreto conſentire.

B

## XLIX.

*Excommunicantur Veneti propter Aquilejæ principatum.*

AGITATA eſt inter hoc tempus cauſa inter rempublicam Venetorum, & Ludovicum patriarcham Aquilejenſem ſuper principatum Aquilejenſem, quem Veneti jampridem occuparant. Et tandem lata eſt ſententia contra Venetos ad IX. Kalendas Januarii anni 1435. In qua dux, conſiliarii, procuratores, advocati, communitas, nobiles, locatenentes, & alii Venetorum obnoxii declarantur excommunicationis, anathematis, & interdicti ſententias in-

C currisse, neque prius abſolvi, aut reconciliari eccleſiæ debere, quam civitates, oppida, terras, villas, & loca omnia pleno jure patriarchæ Aquilejenſi reſtituiſſent integre, & pacifice.

## L.

## SESSIO VIGESIMASECUNDA.

*Damnatur libellus Auguſtini epiſcopi Nazareni.*

ET circa idem tempus cujuſdam Auguſtini Romani epiſcopi Nazareni libellum qui de ſacramento unitatis Chriſti & eccleſiæ ſuæ, ac

D de Chriſto integro intitulatur, cum pluribus aliis tractatibus, ſancta ſynodus damnavit ac reprobavit tanquam falſam, & hæreticam doctrinam continentem, in publica ſeſſione celebrata Idibus Octobris 1435.

## LI.

## SESSIO VIGESIMATERTIA.

*In qua multa decernuntur.*

CELEBRATA eſt poſt hæc 23. ſeſſio publice; in qua circa electionem pontificis Romani, & ejus adminiſtrationem hæc legitime

E ſunt decreta IX. Kalendas Aprilis 1436. Cum apoſtolica ſedes vacare contigerit, S. R. E. cardinales qui præſentes ſunt in loco, ubi electio eſt celebranda, decima die poſtquam ſedes vacaverit, in ſacellum aliquod conclavi proximum ſimul conveniant. Tum præeunte cruce ſancti Spiritus inſpirationem* exorantes præcinentibus cantoribus hymnum, Veni creator Spiritus, locum conclavis petant. Intrent locum ipſum cardinales, duobus tantum miniſtris quilibet ſociatus; aderunt & duo clerici ceremoniarum, quorum alter ſit notarius. Camerarius primum, & poſt, ſcrutetur locum, videatque, ut omnia ſint

ANNO CHRISTI 1436.

A bene clauſa, undique ſcrutetur & cardinalium cubicula, nihilque omnino quod eſui potuive ſit, niſi medicinalia, dimittat. Exiens deinde ſingulis portis cuſtodias fideles diligenteſque ſtatuat. Cibos cardinalium, cum ad eos deferuntur, intro aſpiciat, neque admittat, niſi quæ ad modeſtiam ſunt. Sequenti die re divina peracta cuncti cardinales ſacram euchariſtiam communicabunt. Tum tactis ſacris evangeliis Deum atteſtantes ſub jusjurandi religione promittant ſe nullum in Romanum pontificem electuros, niſi quem utilem, & tanto munere dignum putabunt, neque ullo pacto in illum conſenſuros qui prece, præmio, ſeu minis, per ſe, vel per alium pontificatum ambierit. In ſchedula, qua cardina-

B lium vota exarantur, ultra tres cardinales non ponantur; ſi quis autem quartum addere voluerit, extra collegium aliquem nominet. Eodem die nunquam niſi ſemel ſcrutinium fiat. Poſt miſſam lectis ſchedulis, niſi duæ collegii partes in unum quempiam convenerint, comburantur ſchedulæ, nec prius ad quemquam acceſſus fiat quam ſexies ſcrutinium ſit legitime tentatum. Interim cogitent cardinales quantam rem tractent, & ita agant, ne Dei indignationem, & mortalium accuſationem incurrant. Electus in pontificem Romanum canonice per collegium, ſi eſt intus, ſive per aliquem cardinalium, ſi eſt extra conclave, coram notario, & decem teſtibus requiratur, ut electioni conſentiat. Quod niſi in-

C tra integrum diem fecerit, electio nulla atque irrita ſit. Conſentientem ſtatim cardinales omnes venerentur, & ut Romanum pontificem adorent, neque ultra de ejus pontificatu cuipiam liceat dubitare. Tum publice profitebitur, & Deum omnipotentem ſanctamque Trinitatem teſtabitur, atque promittet, ſe quoad vixerit ſanctam fidem catholicam amplexurum ac perpetuo defenſurum ſecundum traditionem apoſtolorum, & generalium ſanctorum octo conciliorum videlicet Nicæni, Conſtantinopolitani, Epheſini, Chalcedonenſis ſecundi, & iterum tertii Conſtantinopolitani, ſecundi item Nicæni, & rurſus quarti Conſtantinopolitani, tum etiam Lateranenſis, Viennenſis, Con-

D ſtantienſis, & Baſileenſis. Ritum præterea ſervaturum eccleſiæ jam traditum; catholicam fidem, etiam ſi mortis periculum immineat, protecturum: daturumque operam quantum fieri poterit ad extirpationem hæreſum, morum reformationem, & pacem populo Chriſtiano procurandam. Juret etiam celebrationem conciliorum, confirmationem, electionem ſe ſervaturum ſecundum decreta Baſileenſis concilii. Quod votum manu ſua conſcriptum ſuper ſacram aram publice deponat, ipſumque deinde in publico primo conſiſtorio palam repetat, quæ profeſſio, ac promiſſio ut recens ſemper firmaque in pontificis mente permaneat, ſtatuit ſancta ſynodus quotannis in die ſuæ incoronationis votum id

E per unum ex patribus inter miſſarum ſolemnia publice recitari cum exhortatione vehementi ad præſtandum, quod Deo teſte univerſali eccleſiæ promiſſum erat, monendumque pontificem ne ſibi, aut ſuis eccleſiæ pecunias acquirat, ne perſonarum acceptor quoquomodo ſit. Non carni, non ſanguini, non præmiis, non gratiæ, ſed meritis & virtutibus honores ac dignitates conferat. Pro meritis unumquemque tractet, & unicuique reddat quod ſuum eſt. Quotannis poſt coronationis ſolemnitatem pontifex cum patribus per octo dies continuos agat de his, quæ ad rempublicam tantum ſpe-



LII ctant;

Anno Christi 1437.

ſtant; recenſeanturque quæ provinciæ, qui po- A
puli a Turcis, Saracenis, aliiſve fidei hoſtibus
vexentur; in qua orbis Chriſtiani parte ſchiſma,
hæreſis, vel prava aliqua ſuperſtitio invaleſcat:
ubinam eccleſiaſticorum mores, aut divinus cul-
tus collabantur: ubi tyrannides, ubi publica
ſcelera, ubi odia, ubi aperta bella inter prin-
cipes, populoſve Chriſtiano nomine ſæviant;
hæc omnia tollere, emendare, periculiſve im-
minentibus providere omni ſtudio curet. Fami-
liam deinde ſuam pontifex, moxque reliquos
omnes curiales inſtruat, ordinet, & ita in mo-
ribus emendet, ut omnibus aliis Chriſtianis
exemplo eſſe poſſint. Simoniæ, libidinumque
ſordes omnes procul pellat, juſtitiam recta lan-
de, ac mundis manibus adminiſtrari curet: nec B
permittat, ut quicquam præter conſtitutum
quoquomodo extorqueatur. Clerum Romanum
in primis reformet, & circa divinum cultum
& circa mores. Tum etiam populum qui ſibi
peculiaris eſt, verbo & exemplo ad virtutem
exerceat. Cardinales vero ipſos cogat deman-
datas ſibi in urbe parochias, & cultu & ſtru-
ctura reparare, ſtatuatque epiſcopum quem-
piam virtute clarum, qui vice ſua epiſcopa-
lem in urbe gerat curam. De adminiſtratione
deinde provinciarum cum patribus agat, ut re-
cte, benigne, pacificeque gubernentur. Non
tyranni aut domini, ſed optimi patris more,
ut optimos decet ſacerdotes: curetque omni
ſtudio ut factiones, ſeditioneſque omnes ex C
urbibus, locisque eccleſiæ, & earum nomina
ptorſus tollantur. Provinciis ac civitatibus ec-
cleſiæ præficiat cardinales aut prælatos, virtu-
te, integritate, experientiaque præſtantes, eoſ-
que intra biennium, aut triennium ad plus fi-
nire magiſtratum cogat: quibus cenſores po-
ſtea conſtituat, qui ſubditorum querelis audi-
tis, præfectos ipſos aut abſolvant, aut damnent.
In majoribus autem rebus omnia ad pontifi-
cem deferant, qui unumquemque pro meritis
tractet. Perveſtiget & crebro pontifex, an pro-
vinciarum præfecti, ſive etiam civitatum vica-
rii, ſeu feudatarii aliquid injuſti, aut incon-
ſueti oneris ſubditis imponant, an dure, inſo-
lenter, avareque ſe gerant, neque ſinat popu- D
los, quos vicariis credidit, tyrannice regi,
cum ſui benigne gubernentur. Statuta provin-
cialia quæ ſalubria ſunt, & honeſta ſervari ju-
beat, quæ autem ad factiones aut inſolentias
pertinent, ſubvertat. Intra annum ſuæ corona-
tionis provinciarum ac civitatum ſuarum lega-
tos ad ſe vocet, ab eiſque inquirat ſtatum &
neceſſitates populorum, conſulatque utilitati, &
commodo eorum paterno amore. Idem ſingulis
bienniis repetere non erit inutile inter ceteras
quæ præfecti provinciarum, civitatum, arcium,
vicarii, feudatarii, aliique magiſtratus, tum
Urbani, quam externi jurare ſolent in princi-
pio ſuæ inſtitutionis: hoc addatur, quod ſede E
vacante provincias, civitates, oppida, & cete-
ra, tenebunt nomine ſacri ſenatus cardina-
lium, eique plene obtemperabunt: ne carni po-
tius quam ſpiritui ſatisfacere Romani pontifi-
ces videantur. Nemini in poſterum licere quem-
piam ex ſua cognatione, ſive affinitate uſque
ad tertium gradum in ducem, marchionem,
comitem, feudatarium, ſive vicarium locorum
Romanæ eccleſiæ aſſumere, illiſve legationes,
præfecturas provinciarum, civitatum, ſive ar-
cium, aliaſve magiſtratus committere, neque
eorum quempiam rei militari quoquomodo
præficere. Pontifici hæc molienti cardinales

omnes adverſentur: omnia autem contra hoc
decretum acta a ſucceſſore quamprimum irrita
fiunt, Redditus, cenſus, vectigaliaque omnia
Romanæ eccleſiæ undecumque venientia ſecun-
dum inſtitutionem Nicolai IV. ad ſacrum ſe-
natum pro medietate pertinere. Neque licere
pontifici præfectos, aut aliquos magiſtratus
creare ſine conſilio, & aſſenſu ſenatus ſanctæ
Romanæ eccleſiæ: cardinales oportere provin-
ciarum eccleſiæ ſolertem gerere curam, ſubdi-
torumque paci, tranquillitati, & commodo om-
ni ſtudio ſimul cum pontifice incumbere. Di-
ligentiori tamen cura erga Romanam ipſam
urbem Romani pontificis præcipuam ſedem, &
tot Chriſti ſanctorum venerandum receptaculum.
Pro reparatione igitur eccleſiarum, mœnium,
viarum, pontiumque, ac pro ſecuritate com-
meantium peregrinorum pecuniæ aliquæ ſtatuan-
tur ex vectigalibus ipſius urbis, quæ in eos uſus
fideliter [a] exponantur; ut ſervi ſervorum Dei
officium, quod profitetur, impleatur. Pontifex
benignum facilemque in audiendo ſe præbeat,
pauperibus præſertim, atque oppreſſis; eorum-
que neceſſitatibus opportune quantum licet con-
ſulat. In ſingulas hebdomadas unum ſaltem
diem audientiæ publicæ ſtatuat, audiatque om-
nes æquo animo: quod ſi per valetudinem non
licet, quempiam virum auctoritate, & digni-
tate clarum ſubſtituat, qui ſuo nomine audiat
& referat. Vicecancellario, pœnitentiario, ca-
merarioque, atque aliis curiæ officialibus mandet,
ut pauperes mature, & ſine præmio aut ſolu-
tione aliqua expediant. Diebus feſtivis, & do-
minicis ad miſſam in publicum prodeat pontifex,
& re divina peracta audiat ſupplices: octavo quo-
que die, vel ſaltem bis in menſe publica conſi-
ſtoria celebret, in quibus cauſas majores au-
diat, eccleſiarum ſcilicet cathedralium, mo-
naſteriorum, ac principum. Minores autem
cauſas per vicecancellarium agat, neque ſe il-
lis occupet gravioribus rebus neceſſarium.
Pontifici non licere ſine conſilio, & aſſenſu
patrum graviora negotia tractare, aut finire,
fidei ſacras deciſiones, canonizationes ſancto-
rum, erectiones, ſeu oppreſſiones, diviſio-
nes, ſubjectioneſve eccleſiarum cathedralium,
monaſteriorum, tum promotiones cardina-
lium, confirmationes, ac proviſiones eccleſia-
rum cathedralium, ſive monaſteriorum, pri-
vationes, ſive translationes abbatum, epiſcopo-
rum, ſive ſuperiorum, legum & ſtatutorum,
conſtitutiones, legationes de latere, commiſſio-
nes vicariorum, ſeu nunciorum cum poteſta-
te legati de latere, novas religionis inſtitu-
tiones, & hujuſmodi alia. Tum ne ſacer car-
dinalium ordo nimia numeroſitate eccleſiæ ſit
gravis, aut vileſcat multitudine; ſtatuit ſancta
ſynodus, ut numerum vigintiquatuor nullo mo-
do excedant. Utque omnibus nationibus atque
provinciis fidelium ſatisfaciat, curandum ut ex
omnibus quantum fieri poteſt pro regionum pro-
portione aſſumantur. Ita tamen ut de una na-
tione ultra tertiam partem aſſumi nullo modo poſ-
ſint ad eam dignitatem, neque ex una civitate,
aut diœceſi præter unum. Quod ſi nunc ſupra
tertiam partem ex aliqua natione cardinales inve-
niantur, neque amplius ex eadem aſſumendum
quoad infra tertiam partem venerint: aſſumen-
dos præterea eſſe ad tantum faſtigium viros ſcien-
tia, moribus, ac rerum experientia claros, non
minores XXX. annorum, profeſſoreſque ſacrarum
literarum, ſive divini aut humani juris, rigoroſa
examinatione probatos. Vigintiquatuor cardina-
lium

[a] Forte; expendantur, Mard.



Anno Christi 1437.

lium ſenatus, tertia aut quarta ſaltem pars ex A
profeſſoribus ſacrarum literarum conſtet. Pote-
runt tamen in hoc numero aliqui filii, fratres
aut nepotes regum, aut magnorum principum
admitti, ſed admodum pauci, in quibus ſi
probitas & morum gravitas aderit, mediocris
literatura ſat erit. Nepotes ex fratre vel ſoro-
re pontificis, aut alicujus cardinalis viventis
nullo modo ad cardinalatum admittantur. Po-
terunt tamen huic numero duo adjungi, etiam
ſi profeſſionis gradus non habeant, ſi ſancti-
tate vitæ aut præclara virtute ſint præditi, &
etiam aliquis ex Græcis, ſi ad unionem vene-
rint. Cardinalium electio per vota auricularia
nequaquam fiat, ſed viva omnium voce ac
per ſubſcriptionem propriæ manus majoris par- B
tis cardinalium in collegio factam, fiant etiam
ſuper ea apoſtolicæ literæ cum ſubſcriptione
cardinalium. Cardinales novi cum ſuſcipient
inſignia ſuæ dignitatis in conſiſtorio ſi ſint
præſentes, abſentes vero in manibus alicujus
epiſcopi, cui id munus demandatum erit,
publice jurejurando promittent, ſe deinceps
futuros fideles beato Petro Romanæ eccleſiæ
ſummo pontifici, & ejus legitimis ſucceſſori-
bus, daturos operam pro viribus defenſioni fi-
dei, extirpationi hæreſum, emendationi mo-
rum, paci & quieti populi Chriſtiani. Non
conſenſuros alienationi bonorum ſanctæ Roma-
næ eccleſiæ, ſive aliarum quarumcumque ec-
cleſiarum, niſi in quantum jura permittunt, C
ſed potius omni ſtudio invigilaturos recupera-
tioni, & augmento rerum eccleſiaſticarum; Ro-
mano pontifici non ſuaſuros, niſi quæ ſecun-
dum Deum eſſe cognoſcent, neque in contra-
riis votum ſuum daturos, ſeu ullo modo ſub-
ſcripturos. Mandata apoſtolica fideliter execu-
turos, & divinum cultum in titulo ſibi com-
miſſo, & aliis ſuis eccleſiis, pro viribus cura-
turos. Decima pars proventuum, quos cardi-
nales ex vectigalibus Romanæ eccleſiæ perci-
piunt, reparationi templorum, & celebratio-
ni divini cultus titulorum cardinalium attribua-
tur. Conſtituatque præterea quiſque cardinalis
in ſuo titulo ſacerdotium unum perpetuum cum
opportuno proventu: quod ſi vivens, aut mo- D
riens quis non inſtituerit, tantum ex ejus bonis
titulo remaneat obligatum, ut pro decimis &
ſacerdotio ſatisfiat. Cujus decreti executor erit
ſenior cardinalium ſui ordinis. Quilibet cardi-
nalis, per ſe, ſi præſens erit, ſin minus per vi-
carium, titulum ſuum, & parochias ſibi com-
miſſas ſingulis annis viſitet, agatque diligenter
viſitatoris officium. Et ut diſpartitis oneribus
atque provinciis omnia facilius diligentiuſque
curentur. Epiſcopi cardinales diligenter in-
quirant in quibuſnam regionibus hæreſes pullu-
lent, errores in fide nutriantur, aut vanæ exer-
ceantur ſuperſtitiones. Presbyteri vero perveſti-
gent ubinam mores, & divinus cultus manda- E
torumque & legis obſervantia collabuntur, ne-
gliganturque. Diaconi autem ſedulo explorent,
qui reges, qui principes aut populi, & quam-
obrem ſeditiones bellaque inter ſe gerant, ac
omnia pontifici referant: curentque cum eo
omnium neceſſitatibus, & calamitatibus, quan-
tum pro viribus poſſunt, providere. Si car-
dinales viderint Romanum pontificem non be-
ne vadentem, aut negligentem paſtoralem cu-
ram, & quæ pontifici ſunt indigna facien-
tem, ſingillatim primo, & cum debita re-
verentia, & abſque arbitris illum moneant,
aperiantque ejus errata, ſin minus eis auſcul-

taverit in collegio, adhibitis etiam aliquibus
claris prælatis id aperte agant, prædicantque,
niſi ſe emendaverit, ejus geſta ad proximum
concilium ſe delaturos, neque in hoc odium
pontificis curent, dum publicæ ſaluti conſu-
lant, modo cum caritate, & reverentia omnia
faciant. Idem etiam pontifex in cardinalibus
faciat, & ita inter ſe gerant, ut pater in fi-
lios, & filii in patrem, ſine æmulatione & ran-
core. Prælatos inſignes atque viros præclaros
ad curiam venientes, cardinales benigne ſuſci-
piant, atque eorum negotia apud pontificem,
quantum per honeſtatem licet, promoveant ſi-
ne ſpe præmii, aut lucri, neque particulari
affectu quicquam perſuadeant pontifici, ſeu de-
cernant contra juſtitiam, aut honeſtatem, etiam
ratione patriæ, aut principum ſuorum, ſed ut
judices collaterales ſine ulla perſonarum acce-
ptione reipublicæ conſulant, & honori Roma-
næ eccleſiæ, Gravitatem ſimul, & benignita-
tem ſervent cardinales, dignitati eorum conde-
centem. In ſuos aut bene meritos, [a] & paupe-
res ita munifices ſint, ut de nimia affectione re-
prehendi non poſſint: neve ita eos opibus ac be-
neficiis eccleſiaſticis cumulent, ut obloquendi
occaſionem aliis præbeant. Excedentes in his
pontifex corrigat & emendet. Pontificis, &
cardinalium familia, menſa, veſtis, ſupellex-
que omnis, neque faſtu, neque pompa, neque
numero invidiam plebi contrahant, ſed cum
modeſtia, & honeſtate omnia moderentur, ut
aliis exemplo bene vivendi, non autem ſcanda-
lo eſſe poſſint. Romanus pontifex Gregorii
ſanctionem in concilio generali editam ſervet.
Habeat ſiquidem cubiculi ſui miniſtros ex cleri-
cis, aut monachis viros probos, atque honeſtos
in teſtimonium ſuæ converſationis. Oportet
enim exemplum etiam dare his qui *foris ſunt*,
juxta ſententiam Paſchalis pontificis, *qui ait*
*epiſcopi lectioni & orationi vacent*, & ſemper
presbyteros, & diaconos, aut alios boni teſti-
monii clericos habeant. Cardinalibus cauſæ tum
eccleſiarum cathedralium, monaſteriorum, prin-
cipum, & majoris ponderis committantur, in
aliis non occupentur, ſed in auditorio rotæ ex-
pediantur. Pontifex atque etiam cardinales non
mittant familiares ſuos ad promotos ſive confir-
matos, quaſi munera pro nuncio accepturos;
quod hactenus factum eſt. Neque pontifex qui-
quam ex bonis cardinalis defuncti ratione an-
nuli (ut dicunt) accipiat. Et quamvis in alia
ſeſſione abolita reſervatione eccleſiarum, mona-
ſteriorum, ac dignitatum electivarum, ſtatutum
ſit Romanum pontificem contra hujuſmodi ele-
ctiones canonice factas, nihil intentare poſſe,
niſi ex magna, rationabili, evidenti cauſa in
literis apoſtolicis exprimenda, quia tamen non
pauca præter hujus legis mentem acta ſunt: ſta-
tuit ſancta ſynodus electiones fieri rite, & ſine
aliquo impedimento. Quod ſi forte aliqua ele-
ctio tandem canonice facta aſſeratur, Provin-
ciæ aut populo perturbationem offerre, ſum-
mus pontifex ſi rem periculoſam cognoverit,
audita parte, ac defenſa, de conſenſu majoris
partis ſenatus, cum ſubſcriptione propriæ ma-
nus, rejecta ſcandaloſa electione ad capitulum
illam remittat: infra tempus juris mandans,
ut ad aliam electionem magis utilem proce-
dant. Reſervationes item omnes quorumcum-
que beneficiorum eccleſiaſticorum per Roma-
nos pontifices quandocumque quovis pacto fa-
ctas revocat ſancta ſynodus, & annullat tan-
quam inutiles & eccleſiis oneroſas, præter eas

[a] Forte & aut.



tantum,

tantum, quæ in corpore juris expreſſe continentur, & quæ in provinciis vel locis Romanæ eccleſiæ mediate, vel immediate ſubjectis fieri placuerit. Has quidam firmas ratasque eſſe vult. His omnibus communi conſenſu rite firmatis, atque decretis in publica ſeſſione conſeſſus hujus diei ſolutus eſt.

## LII.

## SESSIO VIGESIMAQUARTA.

Alia deinde ſeſſio publica vigeſimaquarta, haud multo poſt habita eſt ad XVIII. Kalendas Maii anni ejuſdem, in qua primum tempus, in quo Græci Italiam petere debebant ſecundum priores conventiones elapſum prorogabatur ad totum menſem Maii anni ſequentis. Tum decreta eſt Græcis ad œcumenicum concilium venturis publica fides, ut ſalvi venire ac redire in patriam poſſent; permiſſumque eis uſque ad numerum ſeptingentorum hominum, ut libere in concilio, & alibi loqui, & diſſerere de fide, & opiniones ſuas rationibus, & auctoritatibus aſtruere poſſint; quos ſancta ſynodus ſalvos in patriam reducere ſuis ſumptibus promiſit, etiamſi unio non ſequatur. Indulgentiarum vero decretum ſancitum eſt, quamvis toties a pontifice improbatum. Conceſſum eſt enim his qui tantam pecuniarum ſummam pro unione Græcorum conferrent, quantam integra hebdomada cum tota familia pro victu ſuo aſſumerent, ſemel in vita, & in articulo mortis plena indulgentia omnium peccatorum, atque eadem omnino quæ anno jubilæi Romæ conceditur, aut proficiſcentibus in ſubſidium terræ ſanctæ, aut ſi per annum ſingulis ſextis feriis, vel aliis diebus, ſi religione, aut alia re impediti ea die non poſſent, jejunarent, & preces quaſdam effunderent, data eorum confeſſoribus plena poteſtate abſolvendi omnes a quibuſcumque exceſſibus, ſive cenſuris, ac diſpenſandi etiam cum clericis ab irregularitate occulta, præterquam occaſione bigamiæ, ſive voluntarii homicidii; diſpenſandi etiam cum votis omnibus peregrinationis, ſive abſtinentiæ; & ab omni turpi quæſtu, uſura, ſive raptu; dummodo expenſæ, quæ in peregrinatione faciendæ erant, & male parta ſi propriis perſonis reſtitui non poſſint, in hoc Græcorum negotium ſecundum confeſſoris æſtimationem convertantur; abſolvendi etiam eos, qui ad hoſtes fidei prohibita adduxiſſent, ſi lucrum inde ſumptum huc conferant. Has autem indulgentias per biennium durare voluerunt. In hac vero publica ſeſſione (ut ajunt) tres tantum & viginti infulati [illegible] fuerunt, x. epiſcopi, & reclamantibus legatis apoſtolicis, ac ne hujuſmodi decretum indulgentiarum ederetur, fruſtra intercedentibus.

## LIII.

## SESSIO VIGESIMAQUINTA.

*De communicatione ſub utraque ſpecie.*

P[illegible] deinde ſeſſio vigeſimaquinta habita [illegible] Baſileæ ad decimum Kalendas Januarii, anno a nativitate domini trigeſimiſeptimi ſupra mille [illegible]gentos: in qua communi conſenſu [illegible] declaratum eſt: Communionem ſub utraque ſpecie [illegible] divinam non [illegible], non eſſe neceſſariam, neque de præcepto ſalvatoris: ſpectareque ad eccleſiam Chriſti ordinare ac ſtatuere, quonam pacto non conficientes oporteat de Chriſti ſacramento communicare. Et cum ſub qualibet ſpecie panis ſcilicet & vini totus atque integer Chriſtus ſit, obſervantes tamen eccleſiæ Romanæ conſuetudinem, & ſub una ſpecie tantum communicantes, laudandos eſſe, neque illos ferendos, qui antiquum eccleſiæ Latinæ ritum a ſanctis patribus, non ſine urgenti cauſa approbatum, temere auderent permutare, cum pro firma, & ſtabili lege ſit habendus.

## LIV.

*Contentio inter patres de loco eligendo pro futuro concilio cum Græcis.*

Magna per hoc tempus inter patres concilii diſſenſio orta eſt: ingenſque & periculoſa ſeditio. Nominaverat ſiquidem major pars patrum pro loco œcumenici concilii cum Græcis celebrandi Avenionem, Baſileam & Sabaudiam, præſidentibus concilii, & legatis apoſtolicis fruſtra reclamantibus: advenerunt & legati Græcorum, qui acriter conquerebantur conventa non ſervari; quando Avenio & Baſilea in decreto concordiæ nominatæ non eſſent. Dure autem nimis agi ſecum; ſi Sabaudiam Græcos petere velint; quoniam ſit in decreto cum Græci ad ultimum dixerint Sabaudiam, quaſi aliis deficientibus; & cum etiam intelligerent pro Sabaudia, aliquem Italiæ locum duci Sabaudiæ ſubjectum. Græcorum imperatorem, & patriarcham, pleroſque alios prælatos, & proceres eſſe annis & valetudine graves, neque illos poſſe Alpes ſuperare, ut Sabaudiam petant; neque etiam ob iter longum eis eſſe facile, aut tutum petere Avenionem, Turcis eorum urbem aſſidue infeſtantibus. Tandem bonorum opera diſſidentes his legibus in concordiam tunc venere publico conſenſu: ſi Avenionenſes intra dies XXX. promiſſum mutuum ſeptuaginta millium aureorum numerata pecunia non ſolverint; & intra alios XII. dies ſe id integre perfeciſſe patres legitime non docuerint, concilium poſſe, & teneri procedere ad electionem alterius loci. Appetente hujus termini fine, Avenionenſes paratam pecuniam habere ſe affirmant, ſed antequam mutuum faciant, petunt ut publico concilii decreto firma electio de Avenione fiat, portus vicinus nominetur, decimæ ſtatuantur quarum pecuniæ ſimul cum his quæ ex indulgentiis provenient, occaſione mu[illegible] negabantur hæc quod præ[illegible] [illegible] eſſent: tandem elapſo termino XXX. & XII. deinde dierum præſidentes concilii, & legati apoſtolici convocant patres ad novam loci electionem, quando Avenionenſis nominatio eſſet expirata. Secedit magna pars patrum quæ pontifici erat infenſa, & concilium in Italia nullo pacto volebat: hæc factio ex vili plebe magna ex parte conſtabat; quamvis ducem haberent cardinalem Arelatenſem, & nonnullos alios prælatos. In alia parte, ſanctæ Sabinæ, qui & ſancti Angeli dicitur, ſancti Petri ad vincula cardinales erant, & plerique alii digni prælati, numero tamen longe ſuperabantur. Præſidentes per illos, qui conventa ſervare, & novam electionem procedere volebant, cum alii vocati non venirent, primo in deputationibus, tum in generali congregatione legitime concludunt, Florentiam, & Utinum in Forojulii ponendam in manu concilii, ſeu quem-

cumque





cumque alium locum tutum, in decreto conventionis contentum, ſummo pontifici & Græcis accommodum, eſſe eligendum pro concilio, illum videlicet, qui citius paraverit & expediverit pecunias, triremes, & alia opportuna, aſſerunt hoc ſibi licere etiam majori parte concilii contradicente. Quod cum ipſa major pars non velit convenire ad electionem, ut ex communi decreto tenebatur; & terminus ſit jam elapſus, urgeatque neceſſitas locum eligendi cum jam finis menſis Aprilis inſtet, & per totum ſequentem menſem Maii oporteat ſecundum conventionem, & fidem Græcis datam, naves Conſtantinopolim appuliſſe, omne jus concilii reſtet in eos, qui decretum concilii exequi, & reipublicæ conſulere velint: ſicut ſi in electione epiſcopi intra tempus major pars collegii eligere non vellet, minor poteſt eligere, & tota capituli poteſtas in volentibus eligere permanet. At pars adverſa aſſerens nihil decerni poſſe ſine conſenſu majoris partis acrius irritata præſidente cardinale Arelatenſi, concludit Avenionenſium poſtulata eſſe admittenda. Neque his contenta publicam ſeſſionem indicit, ut decretum firmet. Legati vero apoſtolici, & qui pontificis dignitatem tuebantur, concordiam quærentes, hortantur patres, ut ſuæ ſententiæ, quæ reipublicæ utiliſſima eſſet, vellent acquieſcere; ſin minus, communi decreto Avenio ſive Sabaudia pro concilio eligeretur. Hac conditione, ut ſi adhibita omni diligentia per patres Græci non vellent ea loca acceptare, ut proteſtati erant, tunc alius locus eligeretur Græcis & pontifici accommodus; Quod ſi hoc etiam non placeret, mitterentur legati ex concilio Conſtantinopolim, qui Græcos ad quamcumque Latinorum terram poſſent, ſive ad quam vellent, omnino deducerent: Ita ut non tam locorum utilitas, quam Græcorum ſalus quæri videretur: neve ob aliquorum paſſiones Latinæ eccleſiæ fides inanis redargueretur. His tamen omnibus neglectis, atque ſpretis adverſæ factionis capita clericos undique cogunt, veniunt turmatim ex vicinis oppidis & civitatibus ſacerdotes & qui etiam in urbe patribus ſerviebant plerique & in eccleſia togati convenientes juſſa præſtabant ſuffragia.

## LV.

## SESSIO DECIMASEXTA.

*In qua per ſeditionem duo contraria decreta ſtatuuntur.*

Celebratur igitur XXVI. ſeſſio magna frequentia, majorique diſſenſione Nonis Maii anni ſalutis 1437. in qua ſedentibus ſeorſum factionibus, a præſidentibus concilii & legatis apoſtolicis Florentia & Utinum decernuntur, ut ſupra concluſum fuerat, portus autem nominantur Venetiæ, Arimini, Ravennæ, quem malint Græci. Decimas non ante eſſe imponendas ſtatuitur, quam Græci portum Italiæ, appulerint, unum de nominatis. Ne ſi forte aliquo fato impediti non venerint, illuſum ſibi clerus conqueratur. Concilium interim Baſileæ perſeverare oportere. Legatos Conſtantinopolim mittendos, qui hæc Græcis nuncient, dentque operam, ſi poſſunt, omni ſtudio, ut Græcos Baſileam perducant. Altera factio, quæ multitudine & numero ſe tuebatur, eodem die & eodem loco decernit, Avenionenſium poſtulata eſſe admittenda, Avenionem & Sabaudiam pro futuro concilio ſtatuit. Portum illis viciniorem nominat: Decimas & indulgentias decernit Avenionenſibus concedendas. Duobus igitur decretis omnino contrariis & eadem ſeſſione editis creſcit in dies ſeditio: Et cum Baſileenſes (ſic enim factionem pontifici adverſam appello) non permitterent, ut concilii ſigno decretum adverſæ factionis ſignaretur, præſidentes facto novo decreto ſtatuerunt bullam concilii cardinali ſancti Petri ad vincula, archiepiſcopo Panormitano & epiſcopo Burgenſi eſſe credendam, qui literas decretorum ab ipſis factorum ſignarent, & debitæ executioni mandarent. Quorum poſtea opera, & bulla munitæ ſunt literæ; & arca in qua bulla ſervabatur ad ſacrarium ſancti Leonardi eſt tranſlata, unde major, & periculoſior tumultus poſtea exortus eſt, & tandem arca ipſa multitudinis violentia ad priſtinum locum reducta. Eugenius autem pontifex qui tum Bononiæ erat inſtantibus Græcorum legatis, nominationem Florentiæ & Utini pro œcumenico concilio approbavit, & confirmavit ad IV. Kal. Junii ejuſdem anni.

## LVI.

*Legatio Baſileenſium ad Venayſinos.*

Baſileenſes vero, ut rem Avenionenſem ſibi curæ eſſe oſtenderent, legatos ad comitatum Venayſinum mittunt, qui concilii nomine petant, Venayſinos commeatu, & aliis ad victum opportunis Avenionenſes juvare, ſi concilium illuc transferatur. Provinciales facto conventu communi conſenſu reſpondent, jucundo animo ſe audire concilii adventum ad Avenionenſem urbem; cum maxime intelligant id fieri Romano pontifice & ſacro ſenatu benevolentibus. Se autem & patres ſuos ſemper fuiſſe & eſſe fideles ſubditos Romanæ eccleſiæ, & in ejus ſemper poteſtate futuros. Proinde ſi Romani pontificis & ſacri ſenatus voluntatem aperte cognoverint, in nulla re concilio defuturos. Et cum jam promiſerint Avenionenſibus quartam partem frumenti, & vini unius anni ex tota provincia mutuo concedere, nunc paratos eſſe in gratiam patrum concilii partem illam dono dare, ſi id gratum futurum eſſe ſciant ſummo pontifici.

## LVII.

## SESSIO VIGESIMASEPTIMA.

*In qua citatur Eugenius ad concilium intra ſexaginta dies.*

Creſcente in dies ſeditione, cum Baſileenſes audiſſent Eugenium adverſariorum decreta confirmaſſe, acrius irritati contra ipſum hujuſmodi edictum decernunt; prohibente tamen, & proteſtante Juliano cardinale ſanctæ Sabinæ præſidente concilii, & conquerente quod ſuper defenſione pontificis non audiretur: quem & cardinalis ſancti Petri ad vincula, & plerique optimi patres ſequebantur; quibus etiam dilatio ad tertiam diem denegata eſt, & præter ordinem eodem die generalis congregatio, & publica ſeſſio eſt habita: Eugenium



nium

ANNO CHRISTI 1438.

nium pontificem quem ex officio par erat alios monere, & ſua auctoritate cogere ad obſervandum ſacri concilii leges, præcipuum eſſe, ſemperque fuiſſe omnium decretorum ac ſtatutorum concilii prævaricatorem, contemptoremque. Hunc patres literis, nunciis, legationibus, perſæpe rogaſſe ac monuiſſe, ut electionem prælatorum per collegia canonica fieri ſineret, ut confirmationes eccleſiarum, collationes eccleſiaſticorum beneficiorum, & aliarum gratiarum conceſſiones ſine pecuniis gratiſque faceret, ceteraque alia impleret, quæ ſancta ſynodus ſervanda ſtatuiſſet, cum ex declaratione ſacri concilii Conſtantienſis oporteat Romanum pontificem in his, quæ ad reformationem morum eccleſiæ pertinent, tam in capite, quam in membris ſtatutis concilii obtemperare: Eugenium tamen (& ſi alias monitis promiſit concilii decreta obſervare) nunc tamen eccleſiam Dei publice perturbare. Electiones prælatorum canonice factas infringere, translationes eccleſiarum etiam invitis prælatis contra patrum decreta agitare, concilio parentes pœnis & cenſuris injuſte afficere, dignitatibus & beneficiis privare, pecuniarum graves ſummas ex collationibus beneficiorum, ac conceſſionibus gratiarum per ſimoniacam labem extorquere in animarum Chriſti fidelium perditionem, eccleſiarum Chriſtiani orbis ruinam & omnium provinciarum expilationem, beneficia vero & dignitates non tam benemeritis quam ſanguine & amicitia junctis conferre, ſive his quibus magni principum favores, munera ſeu ſpecialis gratia ſuffragantur. Inde fieri ut indigni plerumque aſſumantur. Appellationes præterea a concilio factas paſſim admittere, & contra ejus declarationes ſententias ferre. Excommunicatos a concilio ſine aliqua ſatisfactione abſolvere, ardua & graviora negotia etiam ſine legitimo conſenſu ſacri ſenatus plerumque tractare, eccleſiæ Romanæ patrimonium dilapidare, urbem Præneſte, Burianum, & pleraque alia eccleſiæ loca per milites ſuos ſine cauſa evertiſſe, impedimenta etiam compluria intuliſſe, ne unionis cum Græcis tractatus incœptus abſolvi poſſet, indulgentias plenarias multis conceſſiſſe in præjudicium indulgentiarum per concilium conceſſarum. Juramentum, quod in ſua electione ad pontificatum præſtitiſſet, aperte violaſſe, & perjurii crimen temere incurriſſe, eccleſiæ Romanæ agros, urbes & loca complura alienaſſe, alia ſua culpa perdidiſſe, dediſſeque occaſionem, ut cædes, incendia, direptioneſque multæ factæ ſint, & denique obſtaculo, atque impedimento eſſe, ne reipublicæ neceſſitati per concilium conſuli poſſit. Proinde cum hæc publica ſint pontificis geſta, quibus univerſalis eccleſia perturbatur, non amplius eſſe diſſimulandum. Igitur ſanctam ſynodum diem Eugenio dixere, utque intra ſexageſimum diem ad cauſam dicendam Baſileæ compareat monere: quod ſi non fecerit, daturum operam concilium, ne quid detrimenti ob ejus contumaciam reſpublica Chriſtiana patiatur. Jubet etiam omnes Romanæ eccleſiæ cardinales intra eundem terminum in vim præſtiti juramenti & ſub pœna amiſſionis omnium beneficiorum ſuorum Baſileam ſe ad concilium transferre reipublicæ conſulturos. Hæc ſancita ſunt Baſileæ in publica ſeſſione pridie Kalendas Auguſti anni 1438. non tamen ſine magna conten-

## LVIII.

## SESSIO VIGESIMAOCTAVA.

*Irritatur creatio cardinalis ab Eugenio facti.*

Nec multo deinde poſt ad VIII. ſcilicet Kal. Octobris ejuſdem anni cum didiciſſent Baſileenſes Eugenium pontificem ſacro ſenatui adſcripſiſſe Joannem patriarcham Alexandrinum contra eorum ſtatuta; alia duo decreta jam pridem edita inſtaurantur: Primum, pontifici Romano a generali concilio abſenti non licere novos cardinales creare ſedente concilio. Alterum, de numero & qualitate creandorum tum publico decreto ſanxerunt; Aſſumptionem patriarchæ ad cardinalatum nullam eſſe atque irritam; juſſitque Eugenium illam ut temere factam revocare. Facta ſunt hæc in publica XXVIII. ſeſſione.

## LIX.

## SESSIO VIGESIMANONA.

*Revocatur decretum de Florentia & Utino.*

Postridie ejus diei ſtimulante factione Baſileenſium publica ſeſſio habita eſt, in qua prævalente factione, decretum Florentiæ & Utini per præſidentes concilii revocatum eſt, & irritum factum, declaratumque literas ſuper ea re ſigno concilii confectas adulterinas eſſe, & nullius momenti, ſive valoris, neque his fidem adhibendam. Tum ſtatutum in eadem ſeſſione nemini unquam licere, neque etiam pontifici maximo, civitatem Avenionenſem, comitatum Venayſinum, & ſubjectum in ea regione agrum Romanæ eccleſiæ quoquomodo alienare. Quod ſi forte temere ab aliquo fiat, id irritum eſſe & inane. Civitatem ipſam Avenionenſem, agrumque prædictum & incolas omnes ſub protectione, ac tutela eſſe ſacri concilii, perturbantes, vexanteſque, aut quovis pacto illos moleſtantes, excommunicatos eſſe: eccleſiæ etiam prærogativa gaudere oportere epiſcopum Albanenſem cardinalem de Fuxo legatum apoſtolicum ejus provinciæ præfectum, quando & civitas & legatus optime de ſacro concilio ſint meriti: Et hæc ad VIII. Kalendas ſunt acta.

## LX.

*Baſileenſes literis Cæſarem in ſententiam trahere conantur.*

Dicta fuerat dies Eugenio pontifici, & citatio in eum decreta magna patrum ſeditione, ut diximus: cum Baſileenſis factio numero prævaleret, plerique tamen prælatorum & legatorum principum, qui [a] erant, & præſertim Hiſpani, adverſa ſentiebant: neque putabant reipublicæ expedire hujuſmodi cum pontifice contertationem. Baſileenſes vero, ut Sigiſmundum Cæſarem in ſuam traherent ſententiam, literis ſuis diligentiſſime nunciant triremes ſe jam miſiſſe Conſtantinopolim, ut Græcos advehant, ad unionem navandam. Verum Eugenium pontificem ſuoſque ſectatores rem admodum interturbare, archiepiſcopum Tarentinum literas concilii nomine ſuper electione Floren-

[a] Tunc aderant, M.



ANNO CHRISTI 1438.

Florentiæ, & Utini falſo ſignaſſe. Patres vero ut reipublicæ conſulerent, Eugenium in cauſam vocaſſe, dixiſſeque ei diem, ut prævaricatori & contemptori concilii decretorum, perturbatorique manifeſte eccleſiæ Dei. Proinde orare Cæſaris majeſtatem, ut ſuo auxilio, ſuaque auctoritate ſacrum concilium tueri velit. Ad ea Cæſar reſpondet, moleſtiſſimo ſe animo audire has novas ſeditiones inter pontificem & concilium exoriri; hortari ut maturius in tanta re ſe gerant, neque ea agant, quæ diviſionem & ſchiſmata ſint paritura; quo nihil rebus gerendis pernicioſius evenire poteſt. Inveniſſe eos eccleſiam Dei pacificam, & longo magnoque ſuo labore unitam. Meminiſſe debere patres ſuæ profeſſionis, cum prædicent ſe ideo conveniſſe, ut Chriſtiani populi mores emendent, hæreſes pellant, & diſſidentium animos componant, cavendum ne contrarios effectus pariant, ut qui Græcos ſe unituros pollicentur, Latinos ſeque ipſos ſcindant. Conſuluiſſe ſe ſuper hac re imperii principes, omnium eſſe ſententiam ſuperſederi oportere ſuper proceſſu contra pontificem; exquirendaque prius regum atque principum conſilia, & quorum poſtea eſſent auxilia imploraturi, prius cognoſcerent ſententias. Interim curandum, ut principum opera ſeditio componatur. Si patres hoc fecerint, daturum operam Cæſarem, ut concilii decreta ſerventur. Sin minus, ſe cum regnis ac principibus ſuis Romano pontifici non defuturum, ejuſque dignitatem adverſus perperam impugnantes tutaturum. Hæc eadem paulo poſt & legati principum electorum concilio iterarunt.

## LXI.

*Baſileenſes Eugenium contumacem declarant.*

At Baſileenſes in eorum pertinacia perſeverantes, ſpretis Cæſaris & principum conſiliis, elapſo termino contumacem Eugenium declarant. Secedunt Hiſpaniarum regis legati, aperteque aſſerunt ſe regis ſui prælatorum ac principum ſuæ nationis nomine ei declarationi non conſentire, proteſtarique, ſi proinde ſchiſma aliquod oriatur, Hiſpanicæ nationi adſcribendum non eſſe. Eugenius autem his perceptis perverſorum hominum temeritati obviare cupiens, & per literas ſuas Baſileenſium objecta diluit, & plenitudine poteſtatis, & de concilio ſacri ſenatus Baſileenſem ſynodum perperam ſe gerentem ac nutrientem ſchiſmata diſſolvit: Patreſque ſub gravibus pœnis & cenſuris juſſit abire, & novum indixit concilium in civitatem Ferrarienſem. Ad quod omnes eccleſiarum prælatos convocavit, multa afferens, cur ita facere reipublicæ expediret.

## LXII.

## SESSIO TRIGESIMA.

*Revocantur Eugenii geſta contra concilium, & damnatur Ferrarienſis ſynodus.*

Hæc ubi Baſileæ cognita ſunt, acrior ſeditio exoritur, conveniunt patres turmatim, hi præſertim qui pontifici adverſabantur, & poſt multas conſultationes publicam celebrarunt ſeſſionem * XXX. IV. Idus Octobris ejuſdem anni, ubi ſtatuta atque decreta omnia Eugenii contra concilium Baſileenſe revocant, irritant & annullant, diſſolutionem Baſileenſis concilii, cenſuras, ac pœnas in non diſcedentes latas, indictionem Ferrarienſis ſynodi, ac prælatorum illuc convocationem damnant, nulliuſque eſſe momenti ſtatuunt. Et cum concilium ſupra pontificem poteſtatem habere affirment, monent pontificem, niſi intra quatuor menſes reſipuerit, & omnia contra concilium conciliareſve ſtatuta revocet, a papali adminiſtratione ſecundum decretum in XI. ſeſſione editum ipſo facto eſſe ſuſpenſum, ipſamque ſummi pontificatus adminiſtrationem ad ſacrum concilium devolvi. Quod ſi per duos menſes poſt interdictionem pontificatus in ſua pertinacia perſeveraverit, procedendum eſſe contra Eugenium etiam ad privationem pontificatus. Cardinalibus & aliis prælatis omnibus, qui in Romana curia apud Eugenium eſſent, mandant, ut ad Baſileenſe concilium ſe conferant, alii ad ſua quique beneficia revertantur ſub privatione omnium beneficiorum ac dignitatum: Prohibent quempiam cujuſcumque ſit dignitatis aut ordinis, etſi cardinalaris, aut inferioris dignitatis, a concilio diſcedere, prætextu diſſolutionis, aut mandati Eugenii pontificis. Jubentque omnes ad concilium properare, & rem publicam ita tractare, ac ſi nulla diſſolutio concilii facta fuiſſet a pontifice: Qui impedimento aut moleſtiæ eſſent venientibus ad concilium indictum, aut indicendum, ſeu ad illud legatos nuncioſve mittentes excommunicatos eſſe, etiamſi imperator, rex, aliuſve princeps ſit, ſive cardinalis, patriarcha, archiepiſcopus, epiſcopus, univerſitates, collegiaque ſacris ſint interdicta. Pontificem vero ipſum magnis edictis prohibent, ne deinceps quicquam agat contra concilium Baſileenſe, conciliareſve, neve in ſuis cœptis contra concilium perſeveret. Impetrationes ſive collationes beneficiorum conciliarium factas in curia Romana per pontificem, aut alias per viam privationis, caſſat, atque irritat. Fautores ſive adjutores ad poſſeſſiones talium beneficiorum conſequendas excommunicat. Ordinarios ſive collegia hujuſmodi admittentes, ſive literis apoſtolicis parentes in hac re, cenſuris graviſſimis ligat, quas decernit a nemine ſolvi poſſe, niſi a concilio. Jubetque hujus decreti paginam præ foribus baſilicæ Baſileenſis affigi, ut nullus ejus rei ignorantia poſſit excuſari.

* Diſſentit ab actis concilii in ordine ac numero ſeſſionum,

## LXIII.

*Diviſio Chriſtianorum in varias ſententias.*

Dividitur Chriſtianus orbis his variis edictis. Alphonſus rex Aragonum, qui Eugenio propter regnum Neapolitanum erat infenſus, Baſileenſis decreta laudat, & probat. Amedeus Sabaudiæ dux legatos ad Eugenium mittit, rem Baſileenſium protegens; quibus Eugenius rei ſeriem diligentiſſime pandit, oſtenditque multis rationibus, Baſileenſes non recte ambulare, & diviſiones ſciſſuraſque in eccleſia quærere. In concilio autem non ſuffragiis legitimis, & conſuetis uti, ſed multitudinem conductam convocare, ut numero vincant. Proinde ut neceſſitati eccleſiæ conſuleret, concilium Ferrariam tranſtuliſſe, quod & Græci qui aderant, & reliqui Latini approbarent laudarentque.

Placere

Placere tamen pontifici ut dux operas ſuas interponeret pro honeſta concordia inter ſe & Baſileenſes: polliceríque illis commiſſorum impunitatem, ſi Baſilea diſcedant, & futuros in omnibus ſalvos, ſi Ferrariam ad legitimum concilium velint proficiſci. Et Baſileenſes quidem literis, & nunciis apud Cæſarem, & alios principes per ſe geſta in Eugenium juſtificare conantur: illumque affirmant publice & enormiter eccleſiam Chriſti perturbare. Idem & pontifex contra illos agit: alter alterum accuſat, reprehendit, damnat: hic excommunicat, illi abſolvunt: illi decernunt, iſte abrogat: iſti Baſileæ, iſte Ferrariæ prælatos advocat. Quiſque per ſe agit & curat, ut alterius geſta injuſta, ſua ſancta videantur.

## LXIV.

*Legati ad Græcos per partem concilii Eugenio papæ faventem.*

Cum pars concilii, quæ præſidentes & legatos apoſtolicos ſequebatur, in ſeditione (ut diximus) Florentiam & Utinum pro concilio œcumenico ſtatuiſſent, & approbantibus petentibuſque legatis Græcorum, Eugenius id confirmaſſet, decreti ſunt ab ea parte legati concilii nomine ad Græcorum principes, Dinienſis, & Portugallenſis epiſcopi, qui menſe Junii Bononiam peterent, ubi Romanus pontifex erat. Poſtquam omnia per pontificem intellexerunt, ad Græcos in Italiam conducendos una cum epiſcopo Coronenſi pontificis oratore Venetias profecti ſunt: Ubi conſceſſa triremi, Cretam primum circa Idus Auguſti appulerunt. Ibi conſcriptis trecentis balliſtariis, quos ad præſidium urbis Conſtantinopolitanæ, abſente imperatore, conduxerunt; tertio Nonas Septembris Conſtantinopolim adnavigarunt: qui ab imperatore & patriarcha ſuſcepti & auditi, eis perſuaſerunt, ut ſe ad navigationem pararent, ad concilium in Italia celebrandum. Ornabantur igitur Conſtantinopoli triremes tres, una major, duæ minores & archiepiſcopus Tarentaſienſis ac Nicolaus de Cuſa, natione Germanus, qui poſtea fuit cardinalis ſancti Petri ad vincula, ex Creta alias triremes tres majores paulo poſt adduxerunt, quibus pontificis nomine Græci erant traducendi. Dum Græci ſe ad transfretationem accingunt, ecce quinto Nonas Octobris Avenionenſes triremes appellunt, præfectis Viſenſi, & Lauſanenſi epiſcopis; quorum adventus eo viſus eſt Græcis ineptior, quo aperte per legatos Baſileæ proteſtati fuerant ſe Avenionem nullo modo venturos. Ii ubi data eſt copia fandi, concilii Baſileenſis ac multorum principum literas imperatori primum reddiderunt, tum concilii nomine, cujus ſe legatos eſſe profitebantur, in vim præſtiti juramenti expoſtulant Græcos, ut Baſileam, Sabaudiam, ſive Avenionem ad concilium ſe quamprimum conferant. Oſtendunt monitorium in Eugenium pontificem editum, aſſeruntque, ſi in ejus triremibus navigare pergant, prius Eugenium a concilio pontificali dignitate dejectum iri, quam ad eum perveniant, atque eo pacto fruſtra illos [illegible]; cum exauctoratus Eugenius concilium dare non poterit. Dinienſem & Portugallenſem præſules non eſſe concilii [illegible], ſed adulterinos & præter patrum decreta miſſos; quod & literis concilii approbabant. Niſi ad unum de nominatis locis ſe conferrent, principes omnes, quorum literas attulerant, ſimul cum Baſileenſi concilio eis futuros hoſtes, daturoſque operam, ut aliud concilium celebrari non poſſit. Sin autem ſecum navigarent, concilium & principes fauturos eis contra Turcas, decreturoſque generalem expeditionem, & cruciatam in hoſtes. Eadem & patriarchæ Conſtantinopolitano retulerunt; qui ubi criminationes Eugenii ex monitorio audire cœpit, Avenionenſes ſilere juſſit, & ab ſe dimiſit. Sed cum legati papæ Dinienſis & Portugallenſis objecta omnia & difficultates Avenionenſium diſſolviſſet, imperator & patriarcha ſe cum eis in Italiam navigaturos promiſerunt, multiſque verbis hortati ſunt Avenionenſes, ut depoſitis odiis & diſſenſionibus ſimul Venetias vellent petere; ubi de loco concilii commodiori eſſet diſceptandum. Illi vero indignati minarum pleni ſolutis anchoris Peram petunt, & poſt quindecim dies quarto Nonas Novembris in patriam revertuntur. Græci vero cum imperatore, patriarcha & aliis patribus ad VII. Kalend. Decembris cum novem triremibus iter ingreſſi ſunt, Venetiaſque tandem appulerunt ad VI. Idus Februarii. Quod cum Baſileæ renunciatum eſſet, illos ſcilicet e Græcia ſolviſſe cum legatis papæ, variæ inter patres ſententiæ, multæque contentiones agitabantur. At Julianus cardinalis legatus apoſtolicus convocatis patribus longa & ardenti oratione primum hortatur patres, ut dimiſſis odiis atque contentionibus, Græcis jam jam Latinorum terras appetentibus obviam irent, & quos tantopere abſentes optaverant, nunc præſentes non ſpernerent, mitterent legatos ſuos, qui eos (ſi poſſent) Baſileam, Avenionem, Sabaudiamve perducere curarent. Quod ſi non perſuaderent, agerent cum eis de loco concilii, ita ut Græcos non propter locum, ſed locum propter Græcos amare videantur; Eugenio pontifici reconciliarentur, ne venientibus Græcis ludibrio eſſent, ut qui aliorum concordiam quærerent, inter ſe diviſi reperirentur. Placere Eugenio, ut Sigiſmundi Cæſaris arbitrio cuncta componantur. Nefas eſſe patribus talem arbitrum recuſare, cum Cæſar præcipuus ſemper auctor, fautorque concilii fuerit. Tollatur a patribus monitorium, tollet & Eugenius translationem concilii, promittetque decretorum concilii obſervationem; ſi talia fuerint, quæ & reformationi, & honori ſedis apoſtolicæ conſulant. Sed obſtinatis animis fruſtra narrabatur fabula. Perſtant in ſententia Baſileenſes, & niſi in loco a ſe delecto non videntur paſſuri concilium celebrari.

## LXV.

*Albertus Sigiſmundo Cæſare defuncto ſubſtituitur.*

Moritur inter hæc Sigiſmundus Cæſar ad V. Idus Maii ſalutis anno 1438. eique deinde in imperio & regnis ſubrogatur Albertus dux Auſtriæ ejus gener; & principes electores imperii legatos ad Eugenium mittunt, qui Ferrariæ cum Græcis jam œcumenicum inchoaverat concilium. Summa legationis hæc erat, ut pontifex pro unione & pace eccleſiæ pateretur alium locum eligi pro œcumenico concilio, nihil amplius





amplius contra Baſileenſes innovaret. Ad ea reſpondit pontifex, quamvis concilium legitime Ferrariæ inchoatum eſſet, & a Græcis approbatum, non expediret rebus gerendis & utilitati publicæ illud transferre, velle tamen expectare Alberti novi Cæſaris legatos, & aliorum quamplurimorum regum ac principum Chriſtiani orbis, quos prope diem ad ſe venturos cognoviſſet; quorum conſilio & auctoritate ſtatuiſſe ſe rem hanc pertractare, rogare autem principes electores, ut interim in aliquo Germanicæ nationis loco convenirent cum Cæſare ad conventum celebrandum, ad quem ipſe legatos ſuos mitteret, qui optimam ejus mentem ad pacem & unionem eccleſiæ efficacem ac diligentem operam ad unionem cum Græcis navandam, juſtitiam innocentiamque ſuam in adminiſtratione pontificatus, & Baſileenſium injurias ac falſas calumnias omnibus plane oſtenderent; cum plena tamen poteſtate Cæſaris, & principum arbitrio conveniendi cum patribus, qui Baſileæ remanſerant; ſive etiam, ſi reipublicæ conducere videatur, alium locum nominandi pro concilio univerſali. Quantum autem ad Baſileenſes attineret, quamvis ab eis quotidie injuſte multipliciter vexaretur, impeteturque, placere tamen ut contra eos judicia ſuſpendantur, ſi & ipſi interim quieſcant. Quod ſi non fecerint proteſtari coram Deo & hominibus, per ſe non ſtare, quin pax & unitas in eccleſia Dei perſeveret.

## LXVI.

## SESSIO TRIGESIMAPRIMA.

*Eugenius ab adminiſtratione pontificatus ſuſpenditur.*

Baſileenſes vero poſt hæc, cum audirent Ferrarienſe concilium in dies augeri, ad IX. Kalendas Februarii publicam ſeſſionem (ut conſueverant) tenent anno ſalutis 1438. in qua quidem ſeſſione trigeſimaprima ſecundum decreta Conſtantienſis ſynodi, quæ jubet Romanos pontifices diſſolventes aut transferentes concilia generalia ſine patrum communi conſenſu, niſi intra quartum menſem reſipuerint, & diſſolutionem revocaverint, ſuſpendendos eſſe ab adminiſtratione papali, & poſt duos alios menſes, ſi in pertinacia perſeveraverint, privandos omni pontificis dignitate, Eugenium IV. Romanum pontificem, ut manifeſtum contumacem, & in aperta rebellione perſeverantem, ac notorie incorrigibiliterque Dei eccleſiam ſcandalizantem, ab omni adminiſtratione papatus ſuſpenderunt: comminatique ſunt ſe ad ulteriora proceſſuros, ſi opus fuerit, abſque alia vocatione. Adminiſtrationem autem omnem pontificatus tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus, ad ſanctam ſynodum ſpectare declaraverunt. Decernentes irritum, & inane quicquid deinceps ageretur ab Eugenio. Principes omnes Chriſtianos monent hortanturque, prælatos autem eccleſiarum cujuſcumque dignitatis aut ordinis vicarios, feudatarios, vaſſalloſque omnes eccleſiæ Romanæ jubent, ut Eugenio minime pareant durante ſuſpenſione: eoſque omnes per id tempus ab omni juramento, quo illi tenerentur, abſolvunt: Mandant præterea omnibus cardinalibus, aliiſque prælatis quibuſcumque, atque aliis officialibus, & quibuſvis Romanam curiam ſequentibus, ſub pœna excommunicationis, & privationis omnium beneficiorum ut intra quadraginta dies ab ipſo Eugenio & Romana curia diſcedant. Cardinales autem & alii prælati, qui ſecundum ſanctorum patrum decreta petere concilia ſunt obnoxii, Baſileam ad concilium ſe conferant; alii ad ſua quique beneficia divertant, vel ad concilium ipſi veniant. Cauſas omnes, quæ in Romana [a] agitantur, eccleſiaſticas, ſpirituales, profanas, civiles, criminales, ſive mixtas ad ſe advocant, inhibentque judicibus omnibus, auditoribus, & commiſſariis Romanæ curiæ, cujuſcumque ſint dignitatis, aut ordinis; ne quoquo modo in eis cauſis procedant, decernentes irritum & inane, ſi ſecus a quopiam fieret, & transgreſſores hujus decreti excommunicationis ſententia innodarunt, a qua niſi per ſynodum poſſint abſolvi. Tum ſtatuunt cauſas omnes ultra quatuor diætas a Romana curia diſtantes præter majores, quæ ſacris patrum decretis exprimuntur, & cauſas electionum eccleſiarum vel monaſteriorum, deinceps in provinciis propriis, apud ordinarios judices eſſe cognoſcendas, finiendaſque, neque licere cuique appellare, niſi ad judicem immediate ſuperiorem; neque etiam ad pontificem maximum, niſi ſit immediatus ſuperior; & tum pontifex cauſam ipſam per reſcriptum ad provinciam ipſam uſque ad finem litis remittat, niſi forte propter defectum juſtitiæ, aut juſtum metum aliter facere cogatur, & tunc in propinquis provinciis cauſa poterit committi. Ab hoc decreto exemerunt ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinales, officialeſque omnes Romanæ curiæ in curia commorantes, tantum, quoad concilium aliud ſtatuerit: voluerunt cauſas omnes quæ in Romana curia vertuntur (ut dictum eſt) ad concilium eſſe advocatas, neque licere de eis quoquo modo agi apud papam, aut apud conventiculum Ferrarienſe (ita enim appellabant Ferrarienſe concilium) & ut dignitates, beneficiaque eccleſiaſtica idoneis ac bene meritis conferrentur, minuerenturque lites & ambitiones, hujuſmodi decreta ſtatuerunt. Primum, quoniam gratiæ expectativæ ad beneficia eccleſiaſtica confuſionem eccleſiis generant, miniſtros plerumque minus idoneos afferunt, occaſionem optandæ mortis inferunt, lites & contentiones augent, ex quibus provinciæ & eccleſiæ pecuniis exhauriuntur, anguſtias ſollicitudineſque expectantibus litigantibuſque præparant: ac fraudes, dolos, circumventioneſque infinitas pariunt, ordinem eccleſiaſticum perturbant, & ordinariorum collatorum juriſdictionem confundunt: [b] ſtatuere non licere deinceps Romano pontifici gratias expectativas, ſive nominationes ad beneficia quoquo modo concedere; conceſſas autem, quarum proceſſus non ſunt expediti, nullas eſſe, alias ratas haberi, quoad aliter a concilio ſit deliberatum. Reſervationes etiam particulares beneficiorum, tam per ſummum pontificem, quam per legatos ejus factas, irritas eſſe & caſſas. Licere tamen Romanis ſummis ponti-

[a] Forte; curia agitantur. H.

[b] Forte; ſtatuunt. H.

Anno Christi 1438.

pontificibus tempore ſui pontificatus de uno beneficio tantum ad collationem, in qua fuerint decem beneficia: & de duobus ubi fuerint quinquaginta, & ultra pro arbitrio ſuo honeſte diſponere. Ita tamen ut in eodem collegio duas præbendas non conferat, ſalvumque eſſe perpetuo Romano pontifici jus præventionis in collatione beneficiorum. In conferendis autem beneficiis eccleſiaſticis hunc modum ſervari voluerunt. Primum, ut ſaluti animarum, doctrinæque eccleſiæ conſulatur. Prima præbenda, quæ in cathedralibus eccleſiis vacabit, conferatur alicui magiſtro vel licentiato, vel baccalaureo formato in theologia, qui per decennium in publicis gymnaſiis ſtuduerit, & reſidentiæ, lecturæ, ac prædicationis onus voluerit ſubire. In omnibus autem collegiis canonicorum tertia pars præbendarum ad minus conferatur doctrinarum profeſſoribus; quos graduatos appellant. Ita ut prima vacatura conferatur graduato, duæ ſequentes aliis; tum alia iterum graduato; Et ſic deinceps, his videlicet magiſtris, licentiatis, & baccalaureis formatis in theologia, qui per decennium in publicis gymnaſiis ſtuduerint; doctoribus licentiatiſve in altero jurium, ſive in medicina, qui per ſeptem annos; magiſtris ſive licentiatis in artibus, qui per quinquennium: & ſi nobiles ex utroque parente, & ex antiquo genere fuerint, ſat erit ut annis ſex in theologia ſtuduerint, & in altero jurium annis tribus. Qui autem ex prædictis alias præbendas duas ſive alia beneficia obtinerent, propter quæ in alio reſidere non poſſent, hos non eſſe connumerandos in dicta tertia graduatorum, præſertim ſi ea beneficia ſunt cenſus ducentorum aureorum. In parochialibus vero eccleſiis per civitates & oppida etiam (ut ſuperius, graduati aſſumantur, qui minus per triennium in publicis gymnaſiis ſtuduerint: hujuſmodi autem graduati, qui ad beneficia promoveri cupiunt, nomen ſuum per tempus quadrageſimæ ſingulis annis dent ordinariis collatoribus: quod ſi non fecerint, collatio in alios per ordinarios facta rata erit, ſi vero contra hujuſmodi decretum collatio aliqua ſive præſentatio beneficiorum fiet, nulla ſit omnino & caſſa. His ſolemni ritu decretis ad IX. Kalend. Februarii (ut diximus) ne provinciæ Romanæ eccleſiæ ſine rectore & adminiſtratore remanſiſſe viderentur, interdicto pontificatu Eugenio, aliud duodecim virorum collegium ſtatuerunt, quod curam adminiſtrandarum provinciarum ſuſciperet, ternos ex qualibet natione. Hi legatos duos de latere ſtatim conſtituerunt: cardinalem ſancti Petri ad vincula, qui favore Alphonſi regis Aragonum & Siciliæ, urbem Romam & vicinas eccleſiæ Romanæ provincias, & Valramum poſtulatum Trajectenſem, qui Bononiam, quam Nicolaus Piccininus per id tempus occupaverat, & exarchatum favore Philippi ducis Mediolani, cui cariſſimus erat, adminiſtrarent: Baſileenſes ſiquidem plurimum in rege Aragonum, & duce Mediolani confidebant; qui concilio deditt, & Eugenio infenſiſſimi videbantur. Sed cardinale & poſtulato provinciis [illegible]antibus, petente duce cardinalis Urſinus legatus declaratur. Verum forma juramenti, quam Baſileenſes ex legato exigebant, duci non placebat, & cardinalis [illegible] diebus eſt vita [illegible]: Dux vero cardinales ſanctæ Crucis & ſanctæ Sabinæ legatos decerni petebat, viros Baſileenſibus minime gratos, Tandem poſt multos tractatus Philippus dux, qui ſuſpenſionem Eugenii ſummo ſtudio expoſtulaverat, nunc aperte Baſileenſibus oſtendit, non ſibi placere ulterius contra Eugenium procedi: hortabaturque patres ut tertium generale concilium fieri paterentur in una ex ſuis civitatibus, vel alibi in Italia, ubi opportunius videretur, Julianus autem cardinalis ſanctæ Sabinæ, ſancti Angeli appellatus, ut vidit Baſileenſes in propoſito pontificem deponendi obſtinatos; Baſilea diſceſſit V. Idus Januarii. Et patres concione advocata, Ludovicum cardinalem Arelatenſem, qui unicus tunc cardinalis in concilio ſupererat, præſidentem creant cum plena poteſtate, & claſſis præfectus Nicolaus cum legatis Baſileenſium e Græcia reverſus, magiſtratui ſe abdicavit, redditis vexillis & ſceptro. Tum dicta eſt dies archiepiſcopo Tarantaſienſi, quod contra concilium Baſileenſe egiſſet, torturæ expoſuiſſet heraldum ducis Sabaudiæ per concilium in Græciam miſſum: vocati ſunt ad cauſam dicendam (quamvis abſentes) Dinienſis & Portugallenſis epiſcopi, ac Nicolaus de Cuſa, quod falſo ſe appellaſſent concilii legatos.

## LXVII.

## SESSIO PRIMA.

*Principium concilii Ferrarienſis.*

INTER hæc convenerant jam Ferrariæ patres complures concilii celebrandi gratia: & Nicolaus ſanctæ Crucis cardinalis apoſtolicæ ſedis legatus, Eugenii pontificis nomine concilio præſidens, primam publicam ſeſſionem ſolemni more habuit quarto Idus Januarii anno ſalutis 1438. in qua hæc communi conſenſu decreta ſtatutaque ſunt: Eugenium pontificem ob cauſas juſtas & neceſſarias, atque urgentes ad removenda impedimenta, quæ unioni cum Græcis tractandæ interponebantur, propellendumque imminens ſchiſma, de concilio ſacri ſenatus, approbantibus, laudantibuſque prælatis Romanæ curiæ magno numero, tranſtuliſſe Baſileenſem ſynodum Ferrariam; eam tranſlationem legitimam, & canonicam eſſe; ac proinde Ferrarienſe concilium oecumenicum legitime congregatum eſſe, oportereque illud incumbere unioni navandæ cum Græcis, conſummationique rerum illarum, quæ Baſileæ inceptæ, nondum finitæ eſſent: neque propter hanc translationem, quæ ob publicam utilitatem manifeſte facta eſſet, Eugenium pontificem comprehendi decretis octavæ & undecimæ ſeſſionis concilii Baſileenſis. Congregationem illorum, qui poſt tranſlatum concilium, Baſileæ pertinaciter remanſerunt, ſive quamcumque aliam præter Ferrariæ legitime congregatam, non eſſe concilium generale, neque auctoritatem [a] illam poteſtatemve habere, omniaque per Baſileenſes geſta actaque poſt

[a] Legi, ullam. Ed.



Anno Christi 1438.

translationem irrita eſſe & nulla, niſi forte pro reductione Bohemorum aliquid egerint utile, quod ſacrum Ferrarienſe concilium laudabit, probabitque omnes, qui in verba olim Baſileenſis concilii juraſſent, abſolutos liberatoſque eſſe ab eo juramento. Nemini omnino licere ex conciliariis concilii Ferrarienſis cujuſcumque ſint gradus aut ordinis moleſtare, ſeu quoquo modo etiam in beneficiis, aut dignitatibus vexare, quam diu in concilio ſive in curia Romani pontificis perſeverabunt. Moleſtatores, etiamſi cardinales, aut inferioris dignitatis ſint, excommunicatos eſſe, collegia & univerſitates ſacris interdicta: & niſi intra tres dies a moleſtatione ceſſaverint, ſive beneficio aut dignitate per ſe pulſos non reſtituerint, ipſos cum omni dignitate, etiam ſi epiſcopali & ſupra, omnique beneficio eccleſiaſtico ipſo facto eſſe privatos. Eos etiam, qui conciliarium, ſive curialium hujuſmodi beneficia, ſibi a quovis collata acceptaverint, excommunicatos item eſſe, omnique honore & beneficio privatos, inhabileſque ad futura. Demum convocaverunt omnes ad generale concilium Ferrarienſe, quos ad concilia ſecundum ſacras leges venire oportet. Venerant jam Græci Venetias ad VI. Idus Februarii, & Eugenius pontifex paulo poſt Ferrariam ſe contulit ad concilium, ubi ad XV. Kalend. Martii celebrata publica ſeſſione ſecunda, hæc approbante concilio decrevit.

## LXVIII.

## SESSIO SECUNDA

*Concilii Ferrarienſis, in qua Baſileenſes damnantur.*

BASILEÆ poſt translationem concilii legitime & neceſſarie factam, ſub nomine generalis concilii remanentes, quoniam ſanctiſſimam Græcorum unionem omni ſtudio perturbant, audentque ſua temeritate Romanum pontificem inique judicare, omnes & ſingulos etiamſi cardinales, patriarchæ, archiepiſcopi, epiſcopi, & minoris dignitatis ſint, cujuſcumque ordinis, excommunicatos eſſe, ac beneficiis dignitatibuſque omnibus privatos eſſe, & ad futura inhabiles, omnia eorum geſta, decretaque a tempore translationis, tam contra hujuſmodi translationem, quam contra conciliares Ferrarienſes, curialeſve ſummi pontificis, irrita & nulla eſſe. Prælatos omnes cujuſcumque gradus & dignitatis in vim præſtiti juramenti apoſtolicæ ſedi diſcedere oportere e Baſilea intra triginta dies, alioquin pœnis ſupradictis ſubjectos eſſe, magiſtratus, civeſque Baſileenſes, niſi infra prædictum tempus remanentes ejecerint, in eadem eſſe cenſura; neminique licere mercimoniis, aut alia quavis re Baſileam, niſi paruerint, juvare, contra hanc legem aliquid Baſileam importantes, impune ab omnibus ſpolientur, diripianturque, ſint ejus bona primi occupantis. Si tamen quiſpiam ante triginta dies reſipuerit, diſceſſeritque, impunitas ſit ei conceſſa, & omnium injuriarum remiſſio.

## LXIX.

*Dux Bavariæ bellum infert Baſileenſibus.*

HÆC ubi decreta ſunt, & per provincias Baſileæ vicinas literis pontificis divulgata, plures Baſileam petentes, aut hinc inde concilii gratia tranſcurrentes ſunt capti, & Stephanus dux Bavariæ, & alii nonnulli bellum Baſileenſibus nunciarunt. Græcorum imperator Baſileenſibus ex Venetiis ſcripſit, ſe in Italiam veniſſe, ut impleret promiſſa pro unione, & cum ipſi non ſatisfecerint conventis, ſe pro oecumenico concilio celebrando Ferrariam petiturum. Hortaturque patres, ut illuc ad concilium ſe conferant: Rex Franciæ promittit ſe fauturum nominationi Baſileenſium pro oecumenico concilio. Rex Hiſpaniæ, & electores imperii, qui Francofordiæ congregati Albertum Auſtriæ ducem ac regem Hungariæ & Bohemiæ, imperatorem deſignaverant ad XV. Kalend. Aprilis; hortantur patres, ut a proceſſu contra Eugenium ſuperſedeant, ſed Ludovicus protonotarius Romanus multis argumentationibus omnium objecta, & præſertim Græcorum diluens, hortatur, ut proceſſum maturent.

## LXX.

## SESSIO TERTIA.

*Concilii Ferrarienſis.*

GRÆCI autem Nonis Martii Ferrariam ingreſſi ſunt, & V. Idus Aprilis anni 1438. tertia ſeſſio publica Ferrariæ celebrata eſt, in qua pontifex approbante imperatore Græcorum, patriarcha Conſtantinopolitano, legatiſque aliorum patriarcharum orientis, ac ceteris patribus, qui Ferrariæ convenerant, declaravit Ferrariæ celebrari & legitime congregatum eſſe oecumenicum & generale concilium pro unione cum Græcis facienda, & ad alia perficienda, quæ Baſileæ erant incœpta.

## LXXI.

*Principes & legati fruſtra orant, ut ab omni proceſſu contra Eugenium ſuperſedeatur.*

APPETEBAT jam terminus duorum menſium poſt ſuſpenſionem Eugenii a Baſileenſibus factam: Poſt quem ſecundum decreta Conſtantienſis ſynodi privandus erat pontificatu, ſi concilio non ſatisfeciſſet. Dies erat ad IX. Kalendas Aprilis. Quare regum Hiſpaniæ legati ſimul cum oratore ducis Mediolani, qui etiam nomine Alphonſi regis Aragonum petebat, patres hortabantur rogabantque, ut ad diem octuageſimum judicium contra Eugenium differrent, alioquin nomine ſuorum principum proteſtari, quod ei non conſentirent, quoniam vererantur inde ſchiſma oriturum: ex prorogatione autem fieri poſſe, ut concordia inter papam, & concilium inveniatur. Archiepiſcopus Mediolanenſis, qui ſe primatem Italiæ appellabat, idem aſſerebat ſuo & provinciæ ſuæ nomine. Quin & Ludovicus protonotarius Romanus, qui nuper Eugenii acerrimus impugnator erat, inſtigaveratque patres ad procedendum contra eum, nunc etiam ſententiam differendi proba-

probabat. Sed cum res in longam diſceptationem veniſſet, ſtatuerunt tandem patres procedendum eſſe; & ut maturius tantam rem aggredi viderentur; faciliuſque ejus aditus pateret ad dejiciendum pontificatu Eugenium, tanquam male de fide ſentientem: ut qui in confictis contra eum criminibus non multum confiderent; communi conſenſu tria (ut ajunt) firmant fundamenta; quas veritates fidei appellant, declarantque ab omnibus eſſe tenendas, ut a ſacro Conſtantienſi ſynodo manifeſtatas: Romanos pontifices concilia generalia legitime congregata diſſolvere, prorogare ſeu transferre minime poſſe ſine majoris partis conciliarium aſſenſu: Concilium generale habere poteſtatem immediate a Chriſto, cui etiam Romanus pontifex obnoxius eſt: cumque in his quæ ad fidem catholicam, extirpationem hæreſum, ac ſchiſmatis, & reformationem generalem eccleſiæ, tam in capite, quam in membris pertinent, concilio obedire oportere. Romanum pontificem non poſſe immutare ea quæ ſpectant ad univerſalem ſtatum eccleſiæ. Hæc qui non tenent, male de orthodoxa fide ſentire.

## LXXII.

## SESSIO TRIGESIMASECUNDA.

*Baſileenſes contra Ferrarienſe concilium & ejus ſequaces.*

Celebratur igitur poſt hæc publica ſeſſio XXXII. ad IX. Kal. Aprilis anni 1438. in qua decernuntur literæ concilii nomine ad Chriſtianos principes: Quibus Baſileenſium geſta circa nominationem concilii pro Avenione, Baſilea & Sabaudia, completorumque omnium promiſſorum in concordatis cum Græcis narrantur, probanturque. Et e contra improbatur, & damnatur electio per minorem partem facta de Florentia & Utino, decretum illud falſum aſſeritur, & nullum, neque etiam ſecundum in eo contenta ab Eugenio ſervatum. Tum aſſeritur per Eugenium impeditum fuiſſe, quo minus Baſileenſes in tempore Conſtantinopolim petere potuerint; & ejus opera Græcos ſeductos ad locum concilii per ſe nominatum non veniſſe; ut eos ad locum ſibi placitum duceret; neque aliud quærere Eugenium, niſi ut conciliis poteſtatem auferat ſupra Romanos pontifices. Geſta omnia, ſeſſioneſque & decreta in Ferrarienſi concilio, quod conventiculum ſchiſmaticorum appellabant, irrita eſſe & nulla, neminemque illis obedire oportere. Tum omnes, qui a die ſuſpenſionis Eugenii in ejus curia perſeveraverunt, omneſque qui Ferrarienſe (ut ajebant) conventiculum adjerant, ad judicium vocant; intra XXX. dies reſponſuros, cur pœna in ſeſſione XXIX. decreta puniri non debeant? Declarant deinde moleſtantes, vexanteſque quoquo modo Baſileenſe concilium, vel ad illud accedentes, recedenteſque, pœnas & cenſuras incurriſſe in [illegible] ſeſſione contentas; etiam ſi quis id egerit [illegible] Eugenii pontificis, Ferrarienſiumve mandato, [illegible] nullam poteſtatem habere affirmant. Poſthac concilii procuratores accuſationes Eugenii, cauſidicorum more, capitibus centum & [illegible]ginta, [illegible]cior videretur, patri[illegible] ponunt; quas teſtibus & publicis documentis [illegible] aſſerant probaturos. Summa erat Eugenium IV. Romanum pontificem pertinacem, ac rebellem, violatorem, ac perverſorem ſacrorum conciliorum eſſe, inemendabilem atque incorrigibilem, & perjurum, qui per eum in ſua aſſumptione ſolemniter jurata non ſervaverit, ſchiſmaticum, ac ſchiſmata nutrientem, qui ſtante concilio generali Baſileenſi aliud conventiculum ſub nomine generalis concilii erexerit Ferrariæ, pacis & unionis eccleſiæ, ac ſanctorum operum, propter quæ ſancta Baſileenſis ſynodus congregata eſſet, turbatorem atque impeditorem, de fide orthodoxa male ſentientem, abnegantemque articulum ſymboli, Unam ſanctam eccleſiam catholicam. Quoniam ſanctorum conciliorum decretis, quæ ſanctam eccleſiam repræſentant, non obtemperet, bonorum ac jurium Romanæ eccleſiæ depopulatorem, dilapidatoremque, qui ejus provincias alienaverit, deſtruxeritque, ſimoniacum manifeſtum ac notorium; qui nullis eccleſiaſtica beneficia ſine pecuniis concedat, & denique aperte atque enormiter ſcandalizantem univerſalem eccleſiam Dei in omnibus ſuis geſtis ac dictis. Quare juſto judicio, ut tanta dignitate prorſus indignum, eſſe rejiciendum a pontificali dignitate, & ab univerſali eccleſia, & ut putridum membrum abſcindendum. At alia ex parte Franciæ Hiſpaniæque reges literis & nunciis orabant patres, ut in judicio contra Eugenium ſuperſederent, putantes mitiori medicina languenti eccleſiæ ſuccurrendum. Et rex quidem Anglorum acerbiſſimis literis patres increpavit, quod auderent Romanum pontificem judicare; aſſerens, antichriſti tempora eos introducere; & exhortans, ut a proceſſibus ceſſarent; & in literarum ſuperſcriptione Baſileenſem congregationem, non autem concilium appellavit. Et rex Portugalliæ ſecundum decreta quorumdam Romanorum pontificum petebat a Baſileenſi concilio ſibi decerni expeditionem contra Saracenos, qui regnum Granatæ occupant, promittens quoniam provincia ſub rege Hiſpaniæ eſſet, omnia quæ ceperit ex hoſtibus, Hiſpaniæ regi ſe redditurum, ſi ille expenſas pecunias reſtitueret. Quod ne fieret, oratores regis Hiſpaniæ impedierunt, aſſerentes id cedere in apertum præjudicium & dedecus ſui regis, qui ſæpe cum infidelibus proſpere decertaſſet.

## LXXIII.

*Germani principes neutralitatem inſtituunt per ſex menſes.*

Convenerunt Francfordiæ electores imperii poſt mortem Sigiſmundi Cæſaris ad novum Cæſarem ſubrogandum, ut dictum eſt, qui cum varia in dies edicta Romani pontificis & Baſileenſium cernerent, communi conſenſu XV. Kalend. Aprilis ejuſdem anni, ſtatuunt ſe provincialeſque omnia decreta alterius partis contra alteram partem non ſuſcipere, venerarique & Eugenium pontificem & concilium Baſileenſe, velleque uſque ad ſextum menſem deliberare cujus parti ſit adhærendum. Interea tamen proteſtari ſe non diſcedere ab obedientia, & reverentia ſedis apoſtolicæ. Prælatos autem eccleſiarum populos ſibi commiſſos jure ordinario gubernaturos. Hoc principium fuit neutralitatis Germanicæ, quæ prætextu concordiæ per ſex menſes inſtituta ſupra ſex annos perduravit, ab Eugenio & Baſileenſibus reprobata. Nemini enim parebant, cum cenſuræ imponebantur, & quod ab altero non poterant impetrare, ab altero petebant. Cauſa autem fuit Germanorum neutralitas, ut Felici deinde antipapæ a multis non obediretur, cum Germani illum non ſuſciperent, & Eugenium non negarent.



## LXXIV.

*Legatio electorum pro ſuperſedendo in judicio contra Eugenium.*

Advenerunt poſt hæc electorum legati Baſileam, qui multis argumentis ſuadebant ſuperſedendum eſſe a proceſſu contra pontificem: id etiam affirmabat Mediolani ducis legatus. Sed Baſileenſes auctore præſertim cardinale Arelatenſi maturandum putant; ſtatuunt igitur generalem conventum celebrare, ut Eugenii accuſationem, & articulos probent: primores nationum rem differendam putant: Præſidens cum popularibus negant id utile ad ſummam: Prælati Hiſpanicæ nationis aſſerunt ſe probationi criminationum Eugenii non aſſenſuros, & Panormitanus præſul, qui alias accelerationem judicii perſuadere conſueverat, nunc ſuperſedendum omnino cenſebat, affirmabatque Italicis & Hiſpanicis non conſentientibus quaſi media parte concilii, nihil ab aliis ſtatui poſſe, quod a Gallicis & Germanicis non admittebatur; cum dicerent eos nullo modo eſſe, non modo pares, ſed vix quartam partem. Quibus reſpondebat Panormitanus, non prælatos quibus illi maxime abundarent, non habere poteſtatem ſtatuendi in conciliis, & proinde ſe eſſe eis æquales, cum non eſſent inferiores numero prælatorum. Fit tandem congregatio generalis ad IV. Kalendas Majas, in qua cum proponeretur an admittendæ eſſent criminationes Eugenii, oratores regum Hiſpaniæ & Aragoniæ, duciſque Mediolani, & Barchinonenſis epiſcopi nomine eccleſiæ Hiſpanienſis, archiepiſcopus Mediolanenſis nomine Italiæ, cujus ſe primatem appellabat, intercedunt, prohibentque ne id fiat. Quod ſi fiat, atteſtantur neque ſe, neque principes ſuos conſenſuros: ſed cum his non moverentur alii, jamque decretum admiſſionis articulorum jubente præſidente legeretur, omnes ſupradicti e concione diſceſſerunt. Patriarcha vero Aquilejenſis multa contra Mediolanenſem diſſeruit: aſſerens primatum eccleſiæ Italiæ ad ſe poſt Romanam ſedem ſpectare; admiſſæ ſunt criminationes, & ſtatutum, ut intra triginta dies teſtibus approbarentur, & contumacem eſſe Eugenium. Declarati ſunt & contumaces cardinales ſanctæ Romanæ eccleſiæ, & alii qui Ferrariæ convenerint, quod decreto trigeſimæ ſecundæ ſeſſionis intra ſtatutum tempus non paruiſſent, & paucis poſt diebus admiſſi ſunt teſtes jurati vigintiduo ad probandum Eugenii criminationes. Maio menſe ſequenti Ludovicus protonotarius Romanus ex legatione ad ducem Sabaudiæ rediit, retulitque ducem ipſum patribus deditiſſimum eſſe, faterique Baſileæ eſſe legitimiſſimum concilium, Ferrariæ autem minime; proinde miſſurum ad eos prælatos provinciæ ſuæ. Petere deinde ut proviſionem de eccleſia Tarantaſienſi factam ab Eugenio poſt ſuſpenſionem ſuam in perſonam cujuſdam Joannis de Arcis, irritam declararent, eccleſiæque illi de alio provideant.

## LXXV.

*Sexdecimvirorum magiſtratus pro conferendis beneficiis.*

Factus eſt etiam alius magiſtratus ſexdecim virorum ſuper beneficiis vacantibus, non electivis tamen, conferendis, qui menſtruus erat magiſtratus. Hos tamen ſervare oportebat ordinem in trigeſimaprima ſeſſione præſcriptum. Statuerunt etiam alios magiſtratus, qui pœnitentiariam regerent in concilio. Albertus vero novus Cæſar legatos ſuos in concilio juſſit eſſe epiſcopum Lubecenſem, & Georgium Viſchel, qui Sigiſmundi legatione prius erant functi; approbavitque concilium Baſileenſe; & fidem publicam a Sigiſmundo patribus datam, ſecuritatemque innovavit: juſſitque conciliares omnes per totam Germaniam ſalvos eſſe. Patres illi pecunias conceſſerunt ex indulgentiis in Auſtria collectas, pro Græcorum adventu, ſed cum a legatis Baſileenſium peteretur a Cæſare, ut juberet decreta concilii contra Eugenium per Germaniam obſervari; reſponſum eſt eos præſtolari oportere conventum ad feſtum divæ Margaritæ indictum, in quo Cæſar cum principibus ſtatueret, quod agendum eſſet pro utilitate publica.

## LXXVI.

*Legatio electorum Baſileam.*

Miſerant, ut diximus, principes electores ad Eugenium legatos, ut permitteret tertium locum nominari in Germania pro generali concilio, reſponſumque fuerat, velle Eugenium expectare legatos novi Cæſaris, & aliorum principum qui brevi affuturi erant; & ex eorum conſilio omnia agere, placereque ſibi ut interim conventus aliquis in Germania celebraretur, ad quem ipſe eſſet legatos ſuos miſſurus, in quo de modo concordiæ, & pacis eccleſiæ tractaretur: qui ſi judicaret expedire reipublicæ quod alius locus eligeretur pro concilio, id conceſſurum ſe pollicebatur. Principes igitur legatos ipſos ad ſe reverſos cum his mandatis Baſileam mittunt, orantes ut proceſſum contra papam tamdiu prorogent quoad ipſi convenire, & concordiam tractare poſſint. Eliguntur quinquaginta viri qui hæc diſcutiant, videantque quid agendum. Primores ſtatuunt ad tres menſes ſuperſedendum a toto proceſſu, nec omnino aliquid contra Eugenium interim faciendum. Alii vero auctore cardinali Arelatenſi multis argumentis, & approbationibus [illegible], cenſent ſuperſedendum quidem a ſententia depoſitionis ad id tempus, ſed interim neceſſe eſſe, ut teſtium depoſitione criminationes Eugenii approbentur, ne diutius de ſua innocentia gloriari poſſit Eugenius; neve patres falſam calumniam ei ingeſſiſſe arguantur. Interim vero poſſe per principes de concordia agi, faciliuſque Eugenium concilii poteſtati ſe ſubmiſſurum, cum cognoverit crimina ſua probata eſſe.

ANNO CHRISTI 1438.

A

## LXXVII.

*Legatio regis Franciæ Baſileam pro Eugenio pontifice.*

JULIO menſe Dominicus cardinalis Tarraconenſis, tituli ſancti Joannis & Pauli Baſileam ad concilium venit, benigne a patribus ſuſceptus eſt. Et rex Franciæ celebrato Bituris provincialium ſuorum conventu, oratores ſuos Baſileam miſit, orans iterum patres, ut a proceſſu contra Eugenium ceſſarent, promittens ſe operam daturum pro concordia & pace, ſed quoniam non præſcribebatur tempus, reſponſum eſt dilationem continuo fieri.

## LXXVIII.

*Damnantur ſequentes Eugenium.*

SEQUENTI menſe vocantur rurſus in judicium ſequentes curiam Eugenii, Ferrariæ commorantes ſub ſpecie concilii, & qui Baſileenſe concilium quoquomodo impedirent, vel legationibus Eugenii fungerentur contra concilium, & paulo poſt in generali congregatione declaratur eos incidiſſe in pœnas contra eos ſtatutas.

## LXXIX.

*Accuſatio beati Bernardini Senenſis.*

PER hoc tempus deferente quodam Bartholomæo ex ordine eremitarum S. Auguſtini, actum eſt de cultu tabellæ nominis Jeſu, quem frater Bernardinus Senenſis, qui poſtea inter ſanctos relatus eſt, introduxerat. Et cum a multis reprobaretur cultus ille, & Arelatenſis cardinalis aſſereret, Bernardino a Martino pontifice fuiſſe prohibitum ne id ultra faceret, affirmatum eſt poſt prohibitionem ſemper ab eo cultu abſtinuiſſe Bernardinum, & res indiſcuſſa eſt & dimiſſa.

## LXXX.

*Conventus Nurimbergenſis ſuper rebus eccleſiæ.*

CELEBRATUS eſt conventus Nurimbergæ ad diem dictum, & cum Baſileenſes legati rogarentur ab oratoribus Cæſaris & principum ut permitterent patres ſuorum principum arbitrio, & interventione pacem componi inter ſe, & pontificem, multis argumentis reſponderunt id neque fieri poſſe, neque juſtum videri; quoniam non liceret ſæculares principes de rebus eccleſiaſticis judicare, neque eſſe utile reipublicæ, ut principes videantur legem præſcribere concilio generali, & Romano pontifici. Volebant enim principes, ut ad alium conventum ad feſtum ſancti Galli celebrandum, legati pontificis, & Baſileenſium cum plena poteſtate concordandi adeſſent. Quod omnino a Baſileenſibus negatum eſt; quamvis aſſererent principes non judicis, ſed mediatorum, & [illegible] pacis officio functuros.

## LXXXI.

*Proceſſus contra Eugenium.*

HIS peractis adveniente tempore conceſſo ad probandas Eugenii criminationes, alia concertatio exorta eſt: cum hi quibus commiſſum erat, ut Eugenium ad judicium vocarent reſponſurum contra producta, & probata, procedere in cauſa ſtatuerunt, adducuntur literæ principum petentes ne id fiat. Et dux quidem Mediolani graviſſime literis conqueſtus, quod patres in gratiam principum abſtinere nollent a judicio contra Eugenium, Tandem declarat ſe B non conſenſurum coram judicio, & ſi Eugenium pontificatu ejiciant aliumque ſubrogent, ſe omni ſtudio totis viribus adverſaturum, atque alios principes inducturum in ſuam ſententiam. Præter hæc Hiſpaniæ, Aragonum, & Navarræ regum legati, ac etiam ducis Mediolani principum ſuorum nomine, & Mediolanenſis præſul Italicæ, & Barchinonenſis Hiſpanicæ eccleſiæ, cardinalis vero Tarraconenſis proprio nomine interceſſionem fecerunt, proteſtatique ſunt, neque ſe, neque principes provincialeſve ſuos in eam rem conſentire. Spretis tamen his omnibus judiciali ritu ſervato vocatus eſt Eugenius, per edictum ad contradicendum productis XVII. Kalendas Novembris ejuſdem anni, affirman- C tibus patribus poſſe ſuperſedere a ſententia contra Eugenium, a cognitione autem cauſæ, & completione proceſſus cum honore concilii non poſſe.

## LXXXII.

*Alius conventus Nurimbergenſis, in quo legati Eugenii, & Baſileenſium interfuerunt.*

INTER hæc Baſileenſium oratores Nurimbergam petunt ad ſecundum conventum, quo & pontificis legati prius convenerant, cardinalis ſanctæ Crucis, archiepiſcopus Tarentinus, & alii quidam, inter quos Joannes de Turre- D cremata, ordinis Prædicatorum, qui poſtea S. Sixti, & Nicolaus Cuſa, qui ſancti Petri ad vincula cardinales fuere, annumerabantur. Excepti ſunt Baſileenſes publica pompa, multis principibus & clero obviam effuſo, ut legati de latere procedebant; præcedebat crux Aquilejenſem patriarcham, qui princeps erat legationis. Is ad templum ſancti Sebaldi deſcendens populo benedixit, & quinque annorum indulgentias [illegible] eſt. Sed cum ad concordiæ [illegible] eſſe, videreturque principibus optimum eſſe, ſi tertius eligeretur locus, in quo & Baſileenſes, & Ferrarienſes cum Græcis & pontifice convenirent, facerentque generale concilium. Poſt multas allegationes Baſileen- E ſium, qui aſſerebant id neque utile futurum, neque juſtum, tandem reſponderunt ſuper ea re poteſtatem non habere, petere tamen reſponſum ſuper pridem poſtulatis a principibus, ut ſcilicet decreta concilii ſuſciperent, ea per provinciam facerent ſervare; curarentque, ut Baſileæ congregati ſalvi eſſent. Reſponſum eſt, Cæſarem, & principes per ſuos legatos, mox patribus aperituros eorum ſententias.





ANNO CHRISTI 1438.

## LXXXIII.

*Regis Franciæ conſilium pro pace eccleſiæ.*

LEGATI vero Francorum regis, qui patribus ſuaſerant, ut a judicando pontifice ſuperſederent, petierantque pragmaticæ ſanctionis confirmationem, quam eccleſia Gallicana Bituris ſancierat; requiſiti quæ media pacis haberent, hæc propoſuerunt: placere regi & prælatis, ut patres perſiſterent in ſententia alterius ex tribus locis nominatis pro œcumenico concilio, Baſilea, Avenione & Sabaudia, ſi pontifex & Græci induci poſſent ad probandum. Et quamquam Galliarum prælati eis non conducere arbitrarentur Romanam curiam Avenioni eſſe, tamen pro utilitate publica, id æquo animo ad aliquod tempus laturos: tum ſi loca nominata pontifici, & Græcis non placerent, obſecrare patres regem, ut plurima nominent loca, quorum aliqua etiam in Galliis ſint, e quibus ſint nonnulla quæ merito recuſari non poſſint. Interea ſelectionem pro concilio, ſi volunt pontifici tanquam collitiganti concedere, concedant Græcis, quibus ut facilius unioni aſſentiant omni ſtudio ſit blandiendum. Et quamvis ſecundum decreta Conſtantienſis, & Baſileenſis etiam ſynodi, in Galliis ſit celebrandum proximum concilium, placere tamen regi, & prælatis juri ſuo pro hac vice cedere; ita ut ibi celebretur concilium, ubi pax, & concordia eccleſiæ facilius poſſit inveniri, hac tamen lege, ut proximum deinde concilium in Gallia celebretur.

## LXXXIV.

*Cæſaris & principum reſponſum.*

TERTIO Nonas Septembris hujus anni legati Cæſaris, & principum Germaniȩ Baſileam ingreſſi benigne ſuſcipiuntur, quorum legationis hȩc ſumma fuit, fateri Germanos concilium generale eſſe, velleque Cȩſarem omnes ibi congregatos, conciliareſque omnes eſſe ſalvos: ſententiam neutralitatis, prȩlatos, principes populoſque omnes approbaſſe, ſuſcepiſſeque ac venerari ſimul eodem tenore & ſacrum concilium, & Eugenium ſummum pontificem. Pro quiete autem, & concordia contendentium videri Cæſari, & principibus, ut Baſileenſes, & Ferrarienſes in tertio quodam loco pro generali concilio conveniant; quem patres de conſilio Cȩſaris nominaſſent aptum rebus gerendis, oſtendentes nullum aliud eſſe remedium tantis malis niſi tertium locum. Et obſecrantes multis maximiſque precibus, ut hoc efficerent, quorum petitiones, & regis Franciȩ legati confirmabant, aſſerebantque idem cupere, & orare Gallorum regem. Cum res acriter urgeretur, qui a diſſolutione concilii abhorrebant, legem fieri procurant non licere de diſſolutione, ſive tranſlatione agere, niſi prius per XII. virorum magiſtratum legitime probatum, & in quatuor conventibus omnibus convocatis ſtatutum fuerit, ita ut niſi conveniente multitudine omni, de ea re non agatur. Acceſſerunt ad petitionem Germanorum & Gallorum, etiam oratores Hiſpaniȩ, Aragoniȩ, Navarrȩ, Portugalliȩque regum, & ducis Mediolani, qui omnes in ſententiam Cȩſaris ire profitebantur. Diu igitur multumque inter patres, quibus demandata erat hȩc



A provincia, & legatos diſputatum eſt per continuos duos menſes; ſȩpeque hinc inde pacis conditiones prȩſcriptȩ, ſed cum viderentur nimis durȩ a patribus imponi, legati in hanc formam leges conſcripſere. Patres eligent concilii auctoritate pro loco œcumenici & generalis concilii, Argentinam, Conſtantiam, Moguntiam: hanc electionem Cȩſar intra menſem, & ceteri reges Eugenio pontifici, Grȩciſque ſignificent: qui etiam intra alium menſem unum ex nominatis locis literis publicis approbent, & intra tertium menſem, unum ſcilicet ab approbatione loci, de eorum electione Baſileenſes reddant certiores. Et mox poſt approbatum locum a pontifice congregatio Ferrarienſis omnino ceſſet; Baſileenſes B vero ut primum certiores redditi fuerint de acceptatione loci publico decreto ſtatuant ibi concilium celebrandum, ſi locus ille novo accidente infortunio incommodus fiat ante concilii inchoationem, alius e nominatis aſſumatur. Si poſt inchoationem concilium ſibi provideat, pontifex per ſe vel ſuos legatos, & Grȩci intra duos menſes a die approbationis loci: Baſileenſes vero intra eumdem terminum a die notitiȩ approbationis ad nominatum locum ſe conferant concilii gratia, ſitque ibi poſt illos duos menſes generale concilium indiſſolubile, niſi a ſeipſo. Nihil tamen in concilio agi poſſe niſi poſt illos duos menſes, & quindecim dies. Prȩſidentes concilii pontificis nomine, ut in Baſi- C leenſi ſuſcipiantur, modum procedendi in eo concilio patres ſibi ſtatuent, ut expedire videbitur: ut primum pontifex locum acceptabit, profitebitur decreta Conſtantienſis concilii de poteſtate conciliorum. Quod cum primum patres Baſileȩ per literas publicas Eugenii cognoverint, mox ſuſpenſio ipſius pontificis tollatur. Pœnȩ & cenſurȩ hinc inde caſſentur, annullenturque: quod ſi nec pontifex, nec Græci locum aliquem ex nominatis acceptaverint, patres unum pro ſuo arbitrio accipiant, & intra duos menſes illuc transferant concilium, non tamen ante quintum menſem a prima nominatione quicquam ſtatuatur a concilio; Avenionenſibus ex pecuniis indulgentiarum, aut aliunde ſatisfiet pro pecuniis ſacro D concilio mutuatis, & eorum damnis, ageturque de proviſione facienda apoſtolicæ ſedi, ejuſque prælatis ob remotas annatas. Cȩſar & principes imperii fidem publicam patribus concilii dabunt, locumque pro concilio nominandum tutabuntur, & ab omni violentia defendent; dabuntque operam, ut rerum omnium copia ſecuritaſque integra omni ex parte abundet, & aliquem ex proceribus defenſorem, protectoremque concilii conſtituent. Has tamen legatorum conditiones pacis Baſileenſes ſuſcipere noluerunt, [illegible] addentes, multa demen[illegible] pontificis poteſtatem omni[illegible] verent; illud maxime aſſerentes Eugenium nullo modo poſſe inclinari, ut poteſtatem eccleſiȩ confiteatur: qui nu- E per etiam [illegible] principibus, qui ei favent, tranſtulit congregationem ſuam e Ferraria Florentiam: non eſſe id ſignum volentis conſentire concilium celebrari in Germania; qui a Germania longius [a] abſceſſerint. Tandem promiſerunt ſe miſſuros legatos ad novam dietam cum plena poteſtate, facturoſque omnia quȩ utilia [illegible] ſe catholicȩ fidei putarent.

[a] Forte, abſceſſerit. H.

Anno Christi 1439.

## LXXXV.

## SESSIO QUARTA.

*Ferrarienſe concilium Florentiam transfertur.*

EUGENIUS inter hæc cum Ferrariæ annonæ caritate, & etiam peſte patres premerentur, quarto Idus Januarii ejuſdem anni concilium ex voluntate patrum, & ſacri ſenatus Florentiam tranſtulit proſequendum, ut Ferrariæ erat inceptum: quod actum eſt in quarta publica ſeſſione.

## LXXXVI.

*Mittuntur legati per Baſileenſes ad conventum Francofordienſem.*

MENSE Martio, anni 1439. peſtis Baſileæ ſerpere cœpit, & patres plenariam indulgentiam in ea perſeverantia morientibus conceſſerunt. Miſerunt oratores aliquos in Britanniam, qui principibus populiſque ejus provinciæ ſuaderent, ut Baſileenſium decreta ſuſciperent, exigerentque pecunias ex indulgentiis collectas. Et cum inſtaret tempus indicti a principibus Germaniæ conventus, qui ex Francofordia translatus fuerat Maguntiam, Baſileenſes legatos illuc deſignant cum plena poteſtate, datis tantum clam mandatis quouſque principibus complacerent. Princeps hujus legationis fuit Ludovicus ex ducibus de Dech. patriarcha Aquilejenſis, cum poteſtate & inſignibus legati de latere. Data eſt præterea patriarchæ, & aliis collegis etiam ſeparatis poteſtas multa concedendi, quæ ad pontificatum ſpectant, confeſſionale, altare portatile, diſpenſationes ſuper irregularitate, inhabilitatione, defectu natalium, & plura hujuſmodi, quæ nunc primum legatis ſunt conceſſa, ſed deinceps ampliora. Proviſiones plurium eccleſiarum factæ ſunt hoc D menſe Baſileæ, & præſertim eccleſiæ Groſſetanæ, in perſonam fratris Nicolai de ſancto Geminiano, qui tamen non obtinuit: ſtatutumque, ut qui ab Eugenio beneficia obtinuerant, eis a concilio non darentur, niſi coram Baſileam peterent, & Eugenii collationi penitus reſignarent. Venerunt Maguntiam oratores concilii: ubi cum legatis Cæſaris, cardinalis ſancti Petri ad vincula, Treverenſis, Colonienſis, & Maguntinus principes, electores, & archiepiſcopi aderant. Tum Pataviensis, Lubecenſis, & Auguſtenſis epiſcopi, præter hos qui Cæſaris erant legati, Turonenſis archipræſul, & Trecenſis epiſcopi Gallorum, Conchenſis Hiſpanorum, Al- E bigannenſis, Mediolanenſis oratores, & aliorum principum Germaniæ legati complures, legati Baſileenſes ſæpius cum principibus, & legatis Cæſaris, ac regum convenientes, acriter petitionibus principum reſiſtebant, & producentes patrum mandata, quæ plumbea bulla munita erant, ea prævaricari non poſſe aſſerebant. Petebant inſuper concilii decreta a Cæſare, & a principibus ſuſcipi. At principes & legati Cæſaris paci, & quieti ſtudentes inſtabant, ut a judicio contra pontificem ſuperſederent: permitterentque patres concilium transferri, ut dictum erat. Diſceptatio per plures dies tractata eſt, & nihil tandem a Baſileenſibus potuit obtineri: qui affirmarent judicium contra Eugenium aſ- A ſidue poteſtatem eccleſiæ labefactantem, ſuſpendi non poſſe; & concilium a petitis conditionibus non eſſe tranſmutandum, Nicolaus de Cuſa, Eugenii cauſam tutabatur ubique prædicans Baſileæ non eſſe concilium generale.

Anno Christi 1439.

## LXXXVII.

*De judicio Veſtfalia.*

POST hoc tempus Albertus Cæſar patres literis hortatur, ut cauſam quandam prophanam ad judicium Veſtfaliæ, quod vetitum & ſecretum appellant, remitterent. Judicium B hoc a Carolo magno inſtitutum ajunt: quod deinde Cæſares tanti fecerunt, ut raro, vel nunquam ab illo ad ſe provocantes admiſerint. In eo etiam non vocati damnantur. Ponitur in medio chordula, cum de aliquo noxio refertur, ſi necandus videtur, tangunt omnes, qui accuſatum ſuſpendio dignum putant, digito funem, & ne damnatus ſit omnino inſcius, per unum aliquem ex judicibus, qui incogniti ſunt, cum obvius datur, virga leniter percutitur, vel ex eo audit hujuſmodi verba. *Et alibi ita bonus comeditur panis, ut hic*. Poſt hoc, ubicumque damnatus repertus fuerit, ſuſpenditur. Neque C poſſunt ii judices evitari, cum non cognoſcantur. Quod genus judicii a Carolo ideo inventum ajunt, ut Saxonum gentem barbaram tunc ac perferocem, cædibus & latrociniis aſſuetam, ac crebro rebellantem, in officio contineret. Gens fera, & idolis dedita, neque fidem, neque jusjurandum colebat, & ideo graviore fræno coercenda videbatur.

## LXXXVIII.

*Octo concluſiones fidei contra Eugenium.*

INTER hæc patres qui Baſileæ erant, veriti, ne criminationes Eugenio objectæ [a] ſatis D viderentur ad dejiciendum illum pontificatu, concluſiones octo per ſacræ theologiæ profeſſores excuſſerunt; quibus aſſerebatur, Eugenium hæreticum atque in hæreſi relapſum eſſe: has octo concluſiones veritates catholicæ fidei affirmantes, Poteſtatem generalis concilii ſupra Romanum pontificem & quemlibet alium eſſe. Pontifici non licere diſſolvere generale concilium præter ejus conſenſum. Has duas veritates eſſe fidei catholicæ, quas qui negaverit, aut eis contra fecerit pertinaciter, hæreticum cenſendum: diſſolutionem concilii Baſileenſis primo per Eugenium factam contra primas veritates eſſe, Eugenium monitum a concilio errores ſuos primæ diſſolutionis revocaſſe: ſe- E cundam diſſolutionem ab Eugenio factam, ſi contra ſe ſuoſque procederetur, manifeſtum eſſe errorem fidei: ſecundam diſſolutionem hujuſmodi ab Eugenio factam, pertinaciam ejus poſt accuſatam contumaciam apertam, & erectionem alterius congregationis ſub nomine concilii generalis durare adhuc Baſileenſi ſynodo contra primas veritates eſſe. Has igitur concluſiones multis argumentis munitas ad legatos ſuos Maguntiam miſerunt. Poſt hæc inſtantibus legatis Baſileenſium, conventus Germanorum acceptavit, ſuſcepitque omnia Baſileenſis concilii decreta præter ea, quæ ad judicium contra papam quoquomodo ſpectarent, & in pleriſque aliis limitationes, & exceptiones aliquas

[a] Forte, non ſatis. H.



Anno Christi 1439.

quas præſcripſerunt a concilio deinde ſtatuenda, facta ſunt hæc Maguntiæ vii. Kalendas Aprilis anno ſalutis 1439. Poſtremo cum multis diebus pro rebus componendis fruſtra diſceptatum eſſet, Baſileenſes legati aſſirmarunt, ſi Cæſar & principes, ceterique regum legati promitterent, caverentque concilium transferendum iiſdem legibus, conſuetudinibus, atque ordinationibus continuandum fore, quibus Baſileæ hactenus celebratum eſt, ſique ei intra terminum præfigendum Eugenius non profiteretur fidei veritates, neque adimpleret concilii mandata, vellent illum deſerere, & patribus aſſiſtere, ſervareque judicium, ſperare patres omnia, quæ principes peterent impleturos, ad ea per Conchenſem epiſcopum reſponſum eſt: Primum a pontifice non poſſe concedi; quoniam non liceret illi præjudicium facere omnibus epiſcopis, quibus a Baſileenſibus fit injuria; cum inferioris ordinis viri voces habeant in concilio, quod ſolum ad epiſcopos ſpectat. Alterum vero principes nunquam conceſſuros, ut qui nihil magis cupiant quam a judicio contra pontificem abſtineri. Tandem rebus infectis Baſileenſium legati domum reverſi ſunt.

## LXXXIX.

*Legati Eugenii ad conventum Maguntinum.*

DISCEDENTIBUS Maguntia Baſileenſibus, legati Eugenii adventarunt, qui conventa Nurimbergæ adimpleri poſtulabant, aſſerentes ſupremam eccleſiæ poteſtatem in ſolo Romano pontifice eſſe, celebrarique Florentiæ generale concilium. Quod ſi principes ſecundum promiſſa non facerent, non ſtare per pontificem, quin fiat concordia. Baſileæ vero interim menſe Aprili inter multa alia privata, electus per capitulum eccleſiæ Andegavenſis, quem & literis ſuis rex Franciæ commendabat, confirmatus eſt, rejecto Guillelmo de Stotovilla, cui Eugenius eccleſiam illam demandaverat: ſed is poſtea non modo Andegavenſem eccleſiam obtinuit, ſed & cardinalis factus eſt, & ad Rothomagenſem longo poſt tempore eſt tranſlatus.

## XC.

*Concertatio patrum pro octo veritatibus concludendis.*

MENSE Aprili magnæ acerrimæque inter patres contentiones actæ ſunt; cum illi octo veritates legitimo decreto approbare vellent; legati vero omnium principum aperte contradicerent, atque ita intenſi ſunt contendentes, ut cum promotores concilii Arelatenſem cardinalem, ut primum præſidentem peterent, ut veritates illas ex more concluderet. Panormitanus præſul cum aliter perſuadere non poſſet ſeceſſione facta [a] duxerit ſe cum aliis prælatis oratorum qui majorem partem prælatorum complectebantur, [b] concluſere non eſſe concludendum; & aſſerentes omne jus concilii apud eos eſſe; quoniam inferiores non haberent poteſtatem ineundi ſuffragia in conciliis generalibus, & maxime in rebus fidei, neque vocem habere niſi conſultivam tantum; atque in tantum excanduit, ut colluviem illam co- A piſtarum concilium appellaverit, affirmaveritque flagitium fieri ab Arelatenſi, qui cum tribus epiſcopis titularibus contra omnes concilii prælatos vellet ſtatuere. Tandem inſtante Arelatenſi, & quibuſdam ex ſuis, ferventeque multitudine, tres tantum primæ concluſiones in generali congregatione ſunt approbatæ, ſed non minor deinde concertatio fuit, cum in publica ſeſſione ſolenni decreto illa ſancire voluerunt: fidei procurator cardinalem Arelatenſem monet, ut ex debito officii, quod concilio præſideret, & quia cardinalis eſſet, ſeſſionem indiceret pro veritatibus fidei decretandis: ad quæ Arelatenſis reſpondit; merito ſe alioſque ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinales, vitam etiam B pro fidei defenſione exponere oportere, quod rubrum galerum ejus dignitatis inſigne deſignaret, & in literis apoſtolicis ſui cardinalatus clare eſſet expreſſum; indixitque in diem alteram ſeſſionem: reclamantibus autem legatis Cæſaris, & aliorum principum, aſſirmantibuſque ſe huic rei nullo modo conſentire poſſe, neque bene agere patres, qui principibus pro pace eccleſiæ laborantibus ſuperſedendo morem gerere nollent, reſpondit Arelatenſis patres Baſileæ conveniſſe in nomine Chriſti, non autem in nomine principum, ac proinde Chriſti voluntatem, non principum impleri oportere.

[a] Forte; dixerit. H.
[b] Forte, concludere. H.

Anno Christi 1439.

C

## XCI.

## SESSIO XXXIII.

*Tres primæ veritates approbantur.*

ILLUCESCENTE igitur die quæ fuit decimaſeptima Kalendarum Junii anno ſalutis 1439. habita eſt publica ſeſſio ex more; in qua tres illæ primæ concluſiones, videlicet, concilium generale legitime congregatum eſſe ſupra papam; illudque non poſſe a quocumque, neque etiam a Romano pontifice diſſolvi, prorogari, aut transferri, & pertinaciter has veritates impugnantes eſſe hæreticos; approbatæ- D que ſunt, declaratumque eas eſſe fidei catholicæ veritates ab omnibus affirmandas. Principum legati, præſertim Lubecenſis epiſcopus Cæſaris, & archiepiſcopus Turonenſis Francorum regis oratores nomine proprio patrum ſententiam approbarunt, excuſaveruntque quod ſeſſioni non interfuiſſent, ne principum mandatis contrairent. Majo deinde menſe in Baſileenſes uniti ſunt epiſcopi tres, & alii complures ex Sabaudienſis ducis provinciis. reverſi ſunt ex Britannia Baſileenſes oratores, qui dicerent Brittonum ducem concilii decreta omnia pie ſuſcepiſſe, [illegible] Eugenii pontificis ſuſpenſione. Decimo deinde Kalendas Junii in generali congregatione legati Cæſaris, ac prin- E cipum omnium Germaniæ, regum Franciæ, Hiſpaniæ, Aragoniæ, & aliorum multis precibus, ſuaſionibus, & argumentationibus patres rogabant, ut Maguntiæ meditata pro pace eccleſiæ ſuſciperent, proceſſum contra Eugenium differrent, & in tertium concilii locum conſentirent. Quod ſi forte pontifex, aut patres principum conſtituta pro pace non ſequerentur, affirmabant Cæſarem cum regibus, & principibus non acceptandi pacis conſtituta partes non ſecuturum, ſed omni ſtudio daturum operam, ne ob eorum contentiones res Chriſtiana detrimen- tum

tum patiatur: ſuper bis petitionibus cum diu multumque diſceptatum eſſet, auctore cardinale Arelatenſi. Tandem concilii nomine reſponſum datum eſt in generali congregatione Idibus Junii ejuſdem anni redactum in ſcriptis ſub bulla concilii. In eo reſponſo affirmabant patres multis argumentis, aſſertionibus, auctoritatibus & exemplis, neque ſibi licere, neque utile eſſe reipublicæ Chriſtianæ, ut a judicio contra Eugenium ſuperſederetur, utve mutatio aliqua concilii fieret, quod petebant principes; quoniam nihil aliud eſſe mutare, quam diſſolvere concilium, & judicium contra Eugenium juſte, & neceſſarie inceptum fruſtrari. Neceſſe enim eſſe patribus pro fidei orthodoxæ firmitate & tuitione veritates fidei tueri, judicium perficere, & uſque ad mortem in ſententia perſeverare: neque ullo modo puritatem fidei catholicæ poſſe perſiſtere, ſi homo unus mortalis poſſit univerſalem eccleſiam, fidemque catholicam pro ſuo arbitrio vexare, & in eccleſia tyrannice dominari. Proinde laudare patres principum pietatem, qui pacem eccleſiæ omni ſtudio procurent, eorumque meditata in partem ſuſcipere meliorem, ſed neque illos ægre ferre oportere, ſi aliter faciendum patribus videatur; cum judicium harum rerum ad eos pertineat, neque poſſe conqueri principes de dilatione proceſſus; cum jam per duos annos eorum gratia res ſit dilata. Principum igitur precibus ſuaſionibuſque omiſſis judicium contra Eugenium perficere Baſileenſes ſtatuunt, aſſerentes nullam aliam eſſe commodiorem ad pacem eccleſiæ viam quam libertatem eccleſiæ reſtituere, quæ ab uno mortali quidem homine injuſte occupatur, actum eſſe de fide catholica, de religione, de moribus, de diſciplina clericali, ſi unus pro ſuo arbitrio cuncta moderari, verſari, ſtatuere, evertere valeat, generalia concilia quæ ſtabilitatem religionis, puritatemque fidei ſemper produxerunt, fruſtra congregari, ſi ab uno diſſolvi, prorogari, transferrive poſſint. Quo argumento Romanum pontificem, ſi hæreticus ſit, ſi ſchiſmaticus, ſi eccleſiam manifeſte perturbet, non poſſe ad ſanitatem reduci, non poſſe emendari, qui arma promptiſſima habeat ad judicium eccleſiæ fugiendum, diſſolutionem, prorogationem, translationemve conciliorum: atque ita neceſſe eccleſiam perire, ſi incidat in malum paſtorem, ut interdum evenit. Moriendum igitur prius eſſe, quam eccleſiaſticam libertatem deſerendam. Coacta igitur concione his, quibus demandata res erat, jubent ut omnia ad judicium conficiendum parent, & communi conſenſu quinque alias concluſiones, quas veritates fidei appellabant, jam legatis ſilentibus approbant xx. Kalendas Julii ejuſdem anni, & publico edicto citari ſtatuunt Eugenium pontificem, ad ſententiam audiendum ad VII. Kalendas ejuſdem menſis. Quod edictum in valvis Baſileenſium Baſilicæ affigi mandant.

## XCII.

## SESSIO XXXIV.

*Eugenius pontificatu privatur.*

IT igitur [illegible] ad Baſileam vii. Kalendas Julii, [illegible] ex more ſacris, [illegible] habetur: in [illegible] præſules 39. interfuere inter epiſcopos & abbates, inferioris autem ordinis non minus trecentis. Vocatus per duos epiſcopos Eugenius iterum & non comparens, contumax judicatus eſt. Tum ſententia in eum fertur in hanc formam: Sancta ſynodus Baſileenſis, in Spiritu ſancto legitime congregata univerſalem eccleſiam repræſentans, ſedens pro tribunali, pronunciat, decernit & declarat in his ſcriptis Gabrielem, prius nominatum Eugenium papam IV. fuiſſe & eſſe notorium, & manifeſtum contumacem, mandatis ſeu præceptis univerſalis eccleſiæ inobedientem, & in aperta rebellione perſiſtentem, violatorem aſſiduum & contemptorem ſacrorum canonum ſynodalium, pacis & unitatis eccleſiæ perturbatorem notorium, univerſalis eccleſiæ ſcandalizatorem notorium, ſimoniacum, perjurium, incorrigibilem, ſchiſmaticum, a fide devium, pertinacem hæreticum, dilapidatorem jurium & bonorum eccleſiæ, inutilem, damnoſum adminiſtratorem pontificatus Romani, omni titulo, gradu, honore, & dignitate ſe reddidiſſe indignum: quem propterea eadem ſancta ſynodus a papatu, & Romano pontificatu jure privatum eſſe declarat, & pronunciat, ac ipſum ab eiſdem amovet, deponit, privat, & abjicit, decernendo etiam ad exequutionem aliarum juris pœnarum, ad quas condemnatus eſſet, eſſe procedendum. Abſolvuntur propter hæc omnes a juramentis illis præſtitis: prohibeturque ne quis ultra eum pontificem nominet ſub graviſſimis pœnis, neve ullo pacto illi obtemperet, ut Romano pontifici. Abrogato Eugenio, Baſileenſes iterum eadem die conveniunt, decernunt legatos per orbem Chriſtianum mittendos, qui dejectionem Eugenii, & cur ſit ejectus, omnibus aperiant, jubeantque hujuſmodi decretum ab omnibus ſuſcipi. Et cum de novo ſubrogando pontifice variæ eſſent patrum ſententiæ [a] non propter peſtem, quæ Baſileæ graſſabatur, non expectandum conſtitutum tempus ſexaginta dierum plerique arbitrabantur, tandem differendum eſſe ſtatutum eſt. Paulo poſt literæ regis Francorum patribus redditæ ſunt, in quibus acriter conquerebatur rex, patres non modo non annuiſſe ejus precibus, & exhortationibus, ut in judicio contra Eugenium ſuperſederetur, ſed & graviora contra eum egiſſe (non tamen adhuc privationem audierat) quod non ſolum ſibi, ſed & multis aliis principibus magnæ eſſet admirationi, cum pacem eccleſiæ, quam principes tantopere quærerent, patres reſpuere viderentur. Obſecrabat igitur ſummis precibus, ne ulterius procederetur. Ad ea Baſileenſes re[illegible], Regem paulo poſt per ſuos legatos cognitorum, quid in hac re actum ſit; non dubitare patres, quin omnia in meliorem partem ſuſcipiat Chriſtianiſſimus rex, quoniam pax eccleſiæ non aliter cum Deo poſſit convenientius inveniri, quam ſi debitæ libertati reddatur: rogare regem, ut regni prælatos ad conſulendum reipublicæ Chriſtianæ mittat. Poſt hæc publicis literis approbatas veritates, & quinque concluſiones, quæ Eugenium hæreticum annotabant, divulgant.

[a] Forte; & propter. H.







## XCIII.

## SESSIO QUINTA FLORENTINA.

*In qua Græci cum Latinis uniuntur.*

INTER hæc Eugenius Florentiæ concilium agens, incumbenſque unioni Græcorum, poſtquam diu multumque inter Græcos & Latinos diſceptatum eſt, communi Latinorum & Græcorum conſenſu in publica ſeſſione ſuper veritatibus fidei, in hanc ſententiam definivit: Spiritum ſanctum ex Patre & Filio æternaliter eſſe, & eſſentiam ſuam, ſuumque eſſe ſubſiſtens neceſſarie ſimul ex Patre & Filio, & ex utroque æternaliter tanquam ab uno principio, & unica ſpiratione procedere; verbaque illa in profeſſione fidei, Filioque, veritatis gratia declarandæ neceſſario fuiſſe appoſita; ſacerdotes in azymo, ſive fermentato pane triticeo, verum Chriſti corpus conficere oportere ſecundum eccleſiæ ſuæ conſuetudinem; vere pœnitentes ſi ante vitam fuerint defuncti, quique digne pro commiſſis culpis ſatisfecerint, eorum animas pœnis purgatorii poſt mortem purgari, ſi deceſſerint in Chriſti caritate, prodeſſeque eis ut ab his pœnis leventur, fidelium vivorum ſuffragia, miſſarum ſancta ſacrificia, orationes, eleemoſynas, & alia opera pietatis. Illorum animas, qui poſt ſuſceptum baptiſma nullam peccati maculam incurrerunt, illorumque rurſus animas, quæ poſt mortem, ut diximus, in purgatorio, vel in vita per pœnitentiam ſunt purgatæ, mox in cœlum aſſumi, & intueri clare ipſum Deum trinum & unum ſicuti eſt: pro meritorum tamen diverſitate, aliam alia perfectius. Illorum autem animas, quæ in actuali peccato mortali, vel ſolo originali decedunt, mox in infernum deſcendere, pœnis tamen diſparibus puniendos. Romanum deinde pontificem, ſanctamque apoſtolicam ſedem in univerſo orbe terrarum primatum obtinere, ipſumque Romanum pontificem ſucceſſorem eſſe beati Petri principis apoſtolorum, & verum Jeſu Chriſti vicarium, totius eccleſiæ caput, & omnium Chriſtianorum patrem & doctorem, ipſique in beato Petro paſcendi, regendi & gubernandi univerſalem eccleſiam a domino Jeſu Chriſto plenam poteſtatem traditam. Demum ſecundum ſacrorum canonum antiquas inſtitutiones patriarcham Conſtantinopolitanum ſecundum locum obtinere poſt Romanum pontificem, tertium vero Alexandrinum, quartum Antiochenum, & quintum Hieroſolymitanum. Acta ſunt hæc Florentiæ in publica ſeſſione œcumenici concilii Nonis Julii anno ſalutis 1439. Cui decreto Joannes Palæologus Græcorum imperator, aliorumque trium patriarcharum legati (nam patriarcha Conſtantinopolitanus paulo ante Florentiæ diem objerat) manu propria ſe ſubſcripſerunt; & ſimul plures alii prælati Græcorum. Dicebant enim Græci Spiritum ſanctum procedere a Patre per Filium, non autem a Patre & Filio: ſacrificium vero altaris in fermentato pane tamen offerendum: animas decedentium mox aut cœlum, aut infernum petere. Purgatorii locum nullum eſſe, & ideo vanum [a] pro defunctis orare. Contendebant etiam nonnulli, Conſtantinopolitanam eccleſiam primatum inter omnes habere.

[a] Hæc minus bene Patricius expreſſit.

## XCIV.

## SESSIO XXXV.

*Statuitur perſeverandum eſſe in concilio Baſileæ uſque in finem.*

AT Baſileenſes, dejecto ſuis decretis Eugenio a pontificatu, magis magiſque in dies angebantur, cum peſtis domi admodum ſæviret; & Eugenius eos foris acriter impugnaret, præſertim unione Græcorum confecta: crebras igitur agunt conciones, diſcutiuntque quid agendum. Erant qui cenſerent optimum [a] factum eſſe, ſi auctoritate concilii aliqui cardinales crearentur, ſed re in aliud tempus dilata, ubi aliquos novos magiſtratus delegerunt, aliam publicam ſeſſionem trigeſimamquintam celebrarunt Idibus Julii: in qua communi conſenſu decernunt dejecto obſtaculo adverſi pontificis, oportere patres conſtanter perſeverare in concilio uſque ad perfectionem operum ſuſceptorum, neque diſſolvi concilium per receſſum cujuſcunque viri cujuſvis ordinis, ſed perfectis operibus, propter quæ congregata eſt ſancta ſynodus, ſuffragio & conſenſu duarum partium conciliarium diſſolvendam ſynodum, & non aliter: interim vero incumbendum omni ſtudio electioni futuri pontificis & talem eligendum, qui digne Romanæ eccleſiæ præeſſe poſſit: tempus vero electionis ad ſexageſimum diem poſt Eugenii ejectionem ſecundum ſtatuta ſeſſionis. Et ut facilius in ſuam ſententiam alios traherent, decernunt omnibus, qui Eugenium ſive Ferrarienſem congregationem ſecuti fuerant, licere intra terminum prædictum dierum ſexaginta relictis illis, concilii Baſileenſis partes ſequi: Quibus omnibus impunitas promittebatur, & defenſio ab adverſariis: undecimo deinde Kalendas Auguſti cum acrius peſtis graſſaretur, Arelatenſis conſilium erat ceſſandum a conventione, & actibus conciliaribus uſque ad finem Septembris; differendamque novi pontificis electionem ad Kalendas Novembris. Patres re in diſcuſſionem deducta, ſtatuunt ſatius eſſe mori Baſileæ, quam videre (ut ajunt) eccleſiæ Dei ruinam; fore enim, ſi actus conciliares dimittantur, ut mox diſſolvatur ſynodus, omnia remaneant interrupta: perſeverandum potius, & Dei miſericordiam expectandam. Rebus ita firmatis legatos deligunt ad conventum Francofordienſem per electores imperii circa Kalendas Auguſti celebrandum: alios ad ſynodum provincialem Maguntiam ad ſolennitatem aſſumptionis beatæ Mariæ virginis, alios ad Cæſarem, alios ad regem Hiſpaniæ, alios ad conventum Bituricenſem a rege Franciæ indictum: & pridie Kalendas Auguſti publico decreto gratias expectativas, nominationeſque quibuſcumque ad beneficia conceſſa revocant, & annullant. Qua die quidam Jacobus medicus, qui eremitæ habitu Baſileam petierat, articulos triginta attulit erroneos; quos extraxiſſe ſe dixerat ex libro animæ ſimplicis: quibus Eugenius faveret, qui etiam poſt depoſitionem judices ſuper ea re conſtituiſſet, Venetiarum, Tarraconenſium epiſcopos, coerceretque errores illos impugnantes.

[a] Forte, facto. H.

ANNO CHRISTI 1439.

## XCV.

*Legati Baſileenſes non admittuntur a conventu Maguntino perſequi contra Eugenium pontificem.*

Basileensium legati Maguntiam ad conventum petentes, edicta privationis Eugenii in valvis Baſilicarum Argentinæ, Spiræ, Wormatiæque affixerunt: quod cum etiam Maguntiæ feciſſent, deleta ſunt edicta, prohibitique ne ultra illa uſpiam affigerent: aderant Maguntiæ Maguntinus præſul, & electus Trevirenſis, & aliorum electorum oratores conſultoreſque, qui adhibitis legatis Baſileenſium in conventu aſſerunt, quoniam patres, qui Baſileæ eſſent, noluiſſent admittere media pacis & unionis, prædicarentque ſe juſte privaſſe Eugenium pontificatu, & ille tamen omnia ageret, quæ alii Romani pontifices feciſſent, habereturque a multis pro Romano pontifice, & utrimque varia in dies contrariaque edicta emanarent, eſſetque eis res iſta tenebroſa aqua ſub nubibus aeris, neque de tam difficillima re determinare valerent, ſua probabili dubitatione penſata, ſtatuerent neutri parti adhærere: ut alias inter principes Germaniæ ſtatutum erat. Et quoniam ipſi peterent executionem ſententiæ contra Eugenium in Germania, reſpondere ſe non poſſe id concedere, quoniam alteri adhæſiſſe viderentur: & ne cenſurarum aliarumve pœnarum per Baſileenſes indictarum timore cogi poſſint, principes nomine totius Germaniæ provocare ab illis ad proxime futurum concilium generale, ad ſanctiſſimum dominum Eugenium pontificem Romanum, ſedem apoſtolicam, vel alios ad quos de jure ſpectaret. Poſthæc legati Baſileenſes longo ſermone multiſque argumentis explicant judicii contra Eugenium ſeriem, probantque illum juſte legitimeque eſſe tanta auctoritate dejectum, ac monent hortanturque principes, ut concilii ſententiam ſuſcipiant, exequanturque. Tum multa dicunt in neutralitatem, affirmantque nullo modo licere illis in ea ſuſpenſione animorum permanere, nullumque dubium amplius apud eos remanere poſſe, re tam dilucide, tam clare, aperta & probata. Reſponſum tandem eſt rem eſſe arduam, & non modo electores imperii, ſed & totum imperium ſpectantem: proinde cum Cæſar, & ceteri principes abſint, non poſſe eis tunc aperte reſponderi indictum eſſe alium conventum brevi futurum, ibi conventuros principes majori frequentia, & conſultaturos de rebus ſuis, & convenientius judicaturos: miſſuros deinde ſuos legatos Baſileam. Idem reſponſum eſt a ſynodo Maguntina. Poſtulabant magna inſtantia Baſileenſes legati, ne Maguntinus & alii qui cum eo erant appellarent Eugenium ſanctiſſimum dominum noſtrum, ſed eis reſponſum eſt unicum verbum non debere impedire pacem eccleſiæ. Hæc omnia per oratores relata ſunt patribus, cum Septembri menſe vacui Baſileam rediiſſent.

ANNO CHRISTI 1439.

## XCVI.

## SESSIO TRIGESIMASEXTA.

*Declaratur beatam virginem ſine peccato originali conceptam fuiſſe.*

Post hæc Baſileenſes quæſtionem de conceptione beatæ Mariæ virginis, an in peccato originali facta eſſet, more humani generis, an ſine peccato potius eſſet generata, per annos plures agitatam, tandem dirimere ſtatuunt. Rebus igitur diligenter examinatis publicam ſeſſionem celebrant trigeſimamſextam, ad XV. Kalendas Octobris ejuſdem anni, in qua ſolenni more declarant glorioſam virginem Mariam Dei genitricem præveniente, & operante divini muneris gratia ſingulari nunquam actualiter ſubjacuiſſe originali peccato, ſed immunem ſemper fuiſſe ab omni originali & actuali culpa, ſanctam atque immaculatam, & hanc doctrinam ab omnibus approbandam, tenendamque judicant, ſtatuentes nulli omnino deinceps licere in contrarium aliquid prædicare ſeu aſſerere. Cujus feſtivitatem ſexto Idus Decembris celebrandam more Romanæ eccleſiæ comprobarunt, curaruntque hanc celebritatem omnibus divulgandam, & officium eccleſiaſticum per Joannem de Segobia editum laudant, cantandumque per eccleſias proponunt, adjunctis indulgentiis.

## XCVII.

## SESSIO SEXTA FLORENTINA.

*Baſileenſes cum ſuis veritatibus fidei damnantur.*

Cum hæc Baſileæ aguntur, pontifex illorum in ſe geſta cognoſcens, re cum patribus communicata, ſextam ſeſſionem publicam Florentiæ celebrat, in qua veritates fidei a Baſileenſibus declaratas damnat, eaſque aſſerit præter mentem Conſtantienſis ſynodi eſſe interpretatos Baſileenſes. Tum affirmat totius orbis dæmonia ad latrocinium Baſileenſe confluxiſſe, ut ad complendam iniquitatem, abominationem deſolationis in Dei eccleſia ponant. Decretum contra illos Ferrariæ decimoquinto Kalendas Martii editum innovat, declaratque concilio Florentino approbante omnes cujuſcumque ſint dignitatis, etiam ſi cardinales, patriarchæ, archiepiſcopi, epiſcopi, aut cujuſcumque ordinis inferioris, qui Baſileæ poſt revocatum concilium remanſerint, interfuerintque actionibus conciliariis, excommunicatos eſſe, & privatos omni dignitate, honore & beneficio; atque cum Core, Datan & Abiron, ut ſchiſmaticos, & rebelles æterno judicio eſſe perdendos, & eorum omnia acta, geſta, ſtatuta, atque decreta, maxime in duabus ultimis ſeſſionibus, contra veritatum ſuarum approbationem, & temerariam diſpoſitionem caſſat, revocat & annullat, ut pernicioſa, & a nullam habentibus poteſtatem temere condita, illoſque omnes hæreticos cenſendos eſſe, atque ſchiſmaticos puniendos, ultra ſtatutas pœnas cum omnibus ſuis fautoribus, & ſectatoribus æterno judicio, ut qui confuſionem atque ſciſſuram in eccleſia Dei & principatu eccleſiaſtici ordinis ponere conentur. Hæc ubi Baſileæ nunciata ſunt, magna moleſtia patres affecerunt, videntes Eugenium, quem ſuis edictis perterritum putabant, tam acriter contra ſe inſurgere. Unde adhibitis doctioribus viris apologiam contra ejus (ut appellabant) invectivam componunt, conanturque multis argumentis affirmare veritates a ſe profeſſas veras eſſe, & juſte meritoque ſe dejeciſſe pontificatu Eugenium. Sed cum a multis deinde peteretur, ut Eugenii decretum, quod Moyſes incipiebat, ut libellus hæreticus publico conſenſu damnaretur, magnæ ſunt adhibitæ contentiones. Joannes Segobius vir acer & doctus multis argumentis affirmabat rem eſſe magni diſcriminis, ſi ſcriptura illa hæretica cenſeretur. Maximam eſſe multitudinem, qui Eugenium ut pontificem colerent, neque aſſentirent ejus depoſitioni. Tum in congregatione illa Florentina affuiſſe cardinales omnes, magnamque prælatorum multitudinem, cum fuit editum decretum; omnes igitur damnari atque hæreticos cenſeri oportere, ſi ejus ſeſſionis decreta hæretica cenſeantur, periculoſumque nimis, ſi duæ futuræ obedientiæ Eugenii ſcilicet & novi pontificis hæreſim ſibi invicem objiciant. Tandem quamvis Arelatenſi aliter videretur, res in aliud tempus dilata eſt, & literæ pragmaticæ ſanctionis ſub bulla concilii Gallicis data.



ANNO CHRISTI 1438.

## XCVIII.

*Prælati Sabaudiæ ad concilium pro electione novi pontificis accedunt, literæque Cæſareæ.*

Mense deinde Octobri cum ſubrogandi pontificis tempus a Baſileenſibus præfixum adeſſet, plures e vicinis locis, & maxime e Sabaudienſi principatu Baſileam ad concilium acceſſerunt; ut Tarentaſienſis archiepiſcopus, Bellicenſis & * Hypporegienſis epiſcopi, & plerique alii. Literæ a Cæſare patribus redditæ ſunt, qui acriter conquerebatur, illos ſuas & principum preces tam aperte ſpreviſſe, proceſſiſſeque contra Eugenium invitis principibus: orare ut ſaltem a nova electione ſuperſederent; miſſurum propediem oratores, qui pacem procurarent. Arelatenſis vero cardinalis properandum dicebat, neque amplius differendum, ſive expectandum conventus Germanorum: apud quos ſemper diæta diætam pareret. Conſulendum eccleſiæ, & puritati fidei, auctoritatique generalium conciliorum, neque quempiam timendum; ſe paratum eſſe & vitam ponere pro defendenda eccleſia, quam tantopere Gabriel, olim Eugenius, impugnaret. Pridie igitur Octobris tres deliguntur, abbas Scotus, Joannes Segobius, & Thomas Corcellus electores ſummi pontificis communi omnium conſenſu data eis poteſtate, ut ſingulos vel binos collegas cooptare poſſent, qui ſimul electorum numerum deligerent: ſtatutum enim a principio fuerat, addendos eſſe cardinalibus in electione pontificis alios triginta duos, octo ſcilicet ex unaquaque natione; quam tamen electorum electionem ſecretam tenerent, quoad in publica concione eſſet legenda. Arelatenſis cardinalis conventus ſive deputationes adiens conquerebatur ſibi injuſte aſcribi, quod multitudo ex Sabaudia ad novam electionem ſua opera adveniſſet, quaſi eorum ſuffragiis uti vellet ad electionem, cum procuraret condemnationem libelli, Moyſes, dicebat concilium convocaſſe omnes circumvicinos ad electionem & defenſionem concilii, alios venire noluiſſe. Sabaudienſes vero principis ſui pietate illectos veniſſe. De libello autem quæ ſibi utilia viſa fuiſſent, dixiſſe. Dolere autem, quod non plene de ſe confiderent patres. Quod cum conſuetum eſſet, præſidentes cardinales ab omnibus deputationibus admitti in conſultationibus, ipſe ut canis ſpretus in deligendis electoribus admiſſus non ſit, officia ſua in defenſionem concilii commemorans; converſus tandem ad imaginem crucifixi magno juramento juravit, ſe nullum cupere pontificem, niſi per quem conſervaretur eccleſiæ ſtatus: oportereque eligi virum potentem, ut per ſeipſum poſſet ſe ſuſtentare. Alioquin actum eſſe de eccleſia. Cum vero patres, quæ ad electionem pontificis (ut ajebant) rite faciendam omnia prius paranda ſtatuerent, publicam ſeſſionem XXXVII. celebrarunt XX. Kalend. Novembris ejuſdem anni: in qua communi concilio hæc ſtatuta ſunt.

* Eporedienſis.

## XCIX.

## SESSIO TRIGESIMASEPTIMA.

*Ordinationes pro electione novi pontificis.*

Ut libere pureque electioni ſummi pontificis per concilium celebrandæ intendi poſſit, ſtatuit ſancta ſynodus proteſtationes omnes, quæ ſinceritati electionis hujuſce, ſive generali obedientiæ ſummis pontificibus debitæ quoquo modo obviare poſſent. Conventiones præterea, pactiones, promiſſiones, obligationes, juramenta, condictaque omnia per quemvis hominem facta, cujuſcumque ordinis, ſtatus, aut dignitatis, etiam ſi imperialis, regalis, cardinalaris, patriarchalis, archiepiſcopalis, ducalis, ſeu inferioris ordinis ſint, nullas eſſe & irritas; omnes & ſingulos hujuſmodi occaſione forſitan ligatos abſolvens & liberans. Tum decreta omnia prius edita pro electione ſummi pontificis inſtaurans, & ſervanda decernens, eccleſiæ Romanæ per depoſitionem olim Eugenii vacanti, providendum per ſacram ſynodum hac vice duntaxat, ſtatuit per hunc modum, Ludovicum tituli ſanctæ Cæciliæ cardinalem Arelatenſem una cum aliis S. R. E. cardinalibus, qui ante finitam electionem Baſileam advenerint, & electioni intereſſe voluerint, & cum aliis ex patribus in ſacerdotio vel diaconatu conſtitutis ad numerum triginta duorum per concilium eligendis plenam poteſtatem habere eligendi pontificem Romanum pro hac vice duntaxat, & illum quem prædicti omnes, vel ſaltem duæ partes illorum nominaverint Romanum pontificem, cenſendum eſſe ab omnibus, ac adorandum ut Chriſti vicarium, & beati Petri ſucceſſorem. Pridie quam intraturi ſint in conclave, electores a deputatis nominentur: & die ſtatuta convenientes omnes cum patribus in Baſilea ad publicam ſeſſionem celebrandam re divina perfecta, omnes communicent de ſacramento altaris, tum juramento ſe aſtringant, ut in XXIII. ſeſſione eſt inſtitutum. Conclave deinde intrabunt conſuetis ceremoniis, & omnia alia ſervabunt, quæ a ſanctis patribus & ſummis pontificibus ſunt conſtituta. Electio communi conſenſu per aliquos ex electoribus præſente tabellione publico, & ſaltem decem teſtibus offe-

offeratur electio, petaturque ab eo, ut intra diem naturalem vel annuat, vel recuſet: alioquin nullam eſſe. Si electus in urbe fuerit tempore electionis, non exibunt ex conclavi electores, quoad cognoverit illum conſenſiſſe: quod ſi non conſenſerit, alium eligant antequam inde diſcedant. Si vero electus extra urbem fuerit, poſt electionem exibunt. Sed ſi electus non conſenſerit, poſt triduum ſtatim revertentur ad conclave, cum id cognoverint. Si quis electorum electioni intereſſe non potuerit, ſive noluerit, alius per ſuos collegas conſtituatur, qui omnia ſtatuta ſervet. Horum magiſtratus finis ſit, cum electio ſummi pontificis per conſenſum electi fuerit conſummata. Et ut calumniari a nullo hæc electio poſſit, ſancta ſynodus omnes & ſingulos conciliares, eorumque ſequaces, ab omnibus cenſuris quomodocumque latis abſolvit, innovatque Clementis V. conſtitutionem de electoribus Romani pontificis, & ſupplet omnes defectus: derogans pro hac vice omnibus decretis & conſtitutionibus generalium conciliorum, ſuorum pontificum, juris communis, quæ aliquo modo hanc electionem poſſent perturbare. Electus in Romanum pontificem, ſi conſenſerit electioni, non prius aliquid agat ardui, quam Baſileæ conſecretur, coroneturque, & maximo jurejurando prius profiteatur catholicam fidem ſecundum traditionem apoſtolorum, & generalium conciliorum octo præſertim generali conſenſu laudatorum, videlicet Nicæni, Conſtantinopolitani primi, Epheſini primi, Chalcedonenſis, Conſtantinopolitani ſecundi & tertii, Nicæni ſecundi, & iterum quarti Conſtantinopolitani, tum Lateranenſis, Lugdunenſis, Vienenſis, Conſtantienſis & Baſileenſis. Promittatque illam fidem illibatam ſervare, & uſque ad ſanguinis effuſionem tueri. Juret etiam ſervare decreta Conſtantienſis & Baſileenſis conciliorum. Statuit præterea nemini omnino licere bona electi in ſummum pontificem, ſive electorum quovis modo diripere aut auferre, aut clam ſive palam ſubripere, non obſtante abuſu per multa tempora ſervato, de diripiendis domibus electorum, quem ſynodus damnat, & declarat omnes contra facientes incurrere pœnas a jure ſtatutas. Demum ſtatuit juſtitium indicendum a die qua intrabunt conclave electores, uſque ad publicationem factæ electionis, nullique licere judicia tractare, niſi apud auditorem cameræ apoſtolicæ. His in publica ſeſſione decretis tres viri electores electorum deſignati, quartum ſibi aſciſcunt Chriſtianum de Grez Germanum theologum, qui ſimul juncti viginti octo alios coelegerunt ex omnibus nationibus pari numero, inter quos fuerunt epiſcopi XII. & alii abbates, & viri magna præditi doctrina, qui omnes ſacerdotalis ordinis cenſebantur, locus conclavis in prætorio urbis eſt conſtructus, & cellulæ ſorte diviſæ, annuente maxime Arelatenſi.

## C.

## SESSIO TRIGESIMAOCTAVA.

*Damnatur libellus Moyſes, & alia ſtatuuntur ad electionem.*

TERTIO deinde Kalendas Novembris, cum Aquenſis epiſcopus unus ex electoribus intereſſe electioni recuſaſſet, alius eſt ei ſuffectus, epiſcopus ſcilicet Maſſilienſis, & ſeſſio publica conſuetis ceremoniis eſt habita, aſſiſtente omni clero urbis cum ſacra pompa. Rem divinam fecit cardinalis Arelatenſis, qui electores omnes communicavit: Communicavit etiam clericos ceremoniarum & complures e ſervitoribus electorum, qui conclave intraturi erant. Tum celebrata ex more publica ſeſſione XXXVIII. Primum allegatis multis rationibus, & auctoritatibus tres veritates ſuperius declaratas affirmant: argumenta adverſa Eugenii refutant, & tandem libellum Moyſes damnant, ac reprobant: ejuſque doctrinam ut hæreticam evitari jubent, ac omnibus mandant ſub graviſſimis cenſuris, & pœnis, ne quis illi libello ullo modo pareat, ſive in aliqua parte cedat. Tum ſtatuunt collegia eccleſiarum, ſive monaſteriorum, cum de electione prælatorum ſuorum eſt agendum, non obligari ad vocandum abſentes coelectores, ſi ultra duorum dierum itinere abſentes fuerint, niſi forte ex privilegio, ſive ex conſuetudine aliquos extra collegium illius eccleſiæ vel monaſterii electioni intereſſe oportuerit. Majores prælatos, ad quos ſpectat electiones confirmare, auctoritate concilii poſſe ſupplere defectus circa formam electionis commiſſos, dummodo electiones a parte majori capituli factæ ſint, & a prius juratis, & communicatis & vocatis vocandis: quod ſervandum eſſe voluerunt etiam in poſtulationibus. Demum viginti octo nominatos a quatuor electoribus confirmant, & probant, eiſque omnibus rurſum plenam poteſtatem concedunt pontificem eligendi. Alios etiam magiſtratus, miniſtroſque ad hoc opus decernunt Ludovicum Lauſanenſem epiſcopum vicecamerarium, Bellicenſem, & Groſſetanum epiſcopos, ſancti Michaelis de Cluſa, Tammenenſem, & Abundantiæ, Gebennenſis diœceſis abbates, & quatuor alios doctores conclavis cuſtodes: Tum Æneam Senenſem, canonicum Tridentinum, (qui fuit deinde Pius papa II.) & Michaelem Brunonem Belvacenſem canonicum, clericos ceremoniarum ac notarios: Hugonem Berardum promotorem, Petrum de Atrio ſoldanum, & alios quoſdam. His omnibus publico decreto firmatis Arelatenſis primum, & tum alii electores juramentum, ut alias conceptum erat, præſtiterunt. Inde & cuſtodes conclavis idem fecerunt jurantes ſervare, quæ ad eorum officia ſpectabant, deinde cantantes, Te Deum laudamus, præcedentibus minoribus patribus & cruce; & poſt eos ſubſequebantur Arelatenſis & alii electores, ſicque ab eccleſia in prætorium urbis, ubi ornatum erat conclave, perveniunt; quod prius a cuſtodibus & vicecamerario proviſum, & omnibus purgatum, evacuatumque, ingreſſi ſunt electores hymnum cantantes, Veni creator Spiritus. Ingreſſi ſunt eadem die conclave electores, & magna civium manus armata foris obſervabat, ut libere poſſent eligere. Intraverunt cum electoribus clerici ceremoniarum, & ſervitores electorum, cardinalis duobus fuit contentus, alii uno tantum. Poſtridie vero antequam ſuffragia inirent, Arelatenſis cardinalis multis verbis hortatus eſt collegas ſuos, ut in pontificem eligerent virum quempiam genere & divitiis potentem, qui neceſſitati eccleſiæ providere poſſet; alioquin omnia fruſtra ceſſura; opus eſſe magna & præſenti pecunia ad quadraginta millia numerorum; & tali





tali pontifice, qui in ſuo imperio patres ſuſciperet, & ab adverſariis tueri poſſit. Scrutinium factum eſt more conſueto: conſcribebantur in cedulis nomina eligentis & electorum; nominabant enim duos aut tres, nonnulli unum tantum. Quater ad ineunda ſuffragia convenere, ſingulo quoque die ſemel; & cum in unum duæ partes non conveniſſent, quinta tandem die, quæ fuit pridie Nonas Novembris, compertum eſt Amedæum Sabaudiæ ducem viginti duobus ad pontificatum vocari, & ſecundum ſynodalia inſtituta electum eſſe in Romanum pontificem, Arelatenſis ſeptem illos, qui Amedæum non elegerant, hortatur, ut etiam ipſi Amedæum eligerent, qui reſpondentes ſatis eſſe ſi electionem laudarent, aliam electionem facere recuſarunt. Perfecta electione intromiſſi ſunt cuſtodes & alii nonnulli viri præclari, in quorum conſpectu Arelatenſis nomine collegarum retulit omnia, quæ geſta erant, & rurſum omnium nomine elegit Amedæum Sabaudiæ ducem in Romanum pontificem. Rogatque clericos ceremoniarum, tabelliones præſentes, ut inde publica conficiant inſtrumenta. Demum publicata electione, electores omnes egreſſi e conclavi deducente clero cum pompa eccleſiam petierunt, ubi rurſus publicatur.

## CI.

*Mors Alberti Cæſaris.*

INTER hæc Albertus Cæſar moritur ſexto Kal. Novembris hujus anni milleſimi quadringenteſimi trigeſimi noni. Et electores imperii fidem publicam Baſileenſibus innovant, quam ob mortem Cæſaris evanuiſſe patres putabant. Patres vero interim Lubecenſi eccleſiæ vacanti paſtorem dant, & Gratianopolitanæ titularem: tum caſſata proviſione facta de eccleſia Cenomanenſi per Eugenium, Guillelmum Maleſtrictum illi præficiunt. Eccleſiæ vero Aquilejenſi, quæ per mortem Ludovici ducis vacaverat, epiſcopum Tridentinum Georgium præficiunt, reſervata ſibi Tridentina eccleſia, quoad poſſeſſionem Aquilejenſis obtinerent. Convenerant interea Germani principes Francofordiæ ad conventum celebrandum. Ubi mature rebus diſcuſſis, aſſerentes generale concilium Baſileenſe ac Eugenium IV. Romanum pontificem contraria inter ſe quotidie decreta, edictaque conſtituentes, & alter alterum excommunicantes, ac etiam exauctorantes, & de ſummo pontificatu in eccleſia acriter decertantes, ſe omnino dubios reddidiſſe, ita ut non poſſint diſcernere, quiſnam ſit major, quiſve magis innitatur veritati. Venerari ſe patres Baſileæ congregatos ut generale concilium, venerari pariter & ſanctiſſimum dominum Eugenium Romanum pontificem, ſanctamque ſedem apoſtolicam profeſſi ſunt. Proinde neutralitatem in tanto rerum turbine complecti ſtatuiſſe. Nullique contendentium adhærere. Decreta neutrius partis quæ contra alteram facerent, neque permittere ut in provinciam publicentur. Aganturque potius omnia per ordinarios, ut jura ſtatuerunt. In his autem, quæ ad pœnitentiam & forum conſcientiæ concernunt, licere unicuique adire quem maluerit. Hæc tamdiu per provinciales ſervanda eſſe, donec pax eccleſiæ reddatur, cui daturos ſe operam omnes pollicentur.

## CII.

## SESSIO SEPTIMA FLORENTINA.

*Armeni eccleſiæ Latinæ uniuntur, & cardinales creantur.*

EUGENIUS autem pontifex, ut electionem Amedæi in antipapam a Baſileenſibus factam accepit, Romanæ eccleſiæ ſuæque auctoritati rectius conſulturus cardinales creat numero decem & ſeptem, viros doctrina & prudentia claros. Tum advenientibus Armenorum legatis, qui ad unionem cum reliquis orientalibus vocati erant, & eorum intellectis erroribus contra fidei noſtræ puritatem per multos dies eorum ſententias diſcuti & per viros ſacræ doctrinæ peritiſſimos confutari, aperirique veras & catholicas juſſit. Inde celebrata publica ſeſſione VII. Florentiæ X. Kalend. Decembris ſolenni more quid ab eis profitendum eſſet præſcripſit, eoſque edocuit catholicam fidem in hanc ſententiam, ſymbolum Conſtantinopolitani concilii cum additione (Filioque) tenendum, illudque ſingulis dominicis diebus & ſolennibus in eccleſiis clare recitandum; definitionem Chalcedonenſis concilii de duabus naturis in una perſona Chriſti, & ſexti concilii de duabus Chriſti voluntatibus & operibus amplectendam; Chalcedonenſem ſynodum & Leonem pontificem ſummum recte de duabus naturis in una perſona Chriſti ſenſiſſe contra Eutychis & Neſtorii falſum dogma: Synodos nominatas & præterea Nicænam, Conſtantinopolitanam, Epheſinam primam, aliaſque univerſales auctoritate Romani pontificis confirmatas reverenter ſuſcipiendas. Septem ſacramentorum eccleſiæ formam acceptandam, baptiſmi ſcilicet, confirmationis, euchariſtiæ, pœnitentiæ, extremæ unctionis, & matrimonii, ſecundum Romanæ eccleſiæ ritum. In oblatione calicis, in ſacrificio aquæ pauxillum vino admiſcendum. Formulam fidei ab Athanaſio conceptam, quæ incipit, Quicumque vult ſalvus eſſe, firmiter credendam, unionem cum Græcis nuper factam amplectendam, in qua Spiritum ſanctum a Patre & Filio procedere, ſacramentum altaris in pane triticeo abſque fermento ſive azimo, pœnas purgatorii eſſe, & leniri fidelium ſuffragiis, eſt declaratum: Romanum pontificem ſupremum eſſe in eccleſia Dei & plenitudinem poteſtatis a Chriſto habere. Armenos oportere ſe conformare conſuetudini Romanæ eccleſiæ in celebrandis his ſolennitatibus, annunciationis beatæ Virginis, nativitatis beati Joannis Baptiſtæ, nativitatis Chriſti, circumciſionis, epiphaniæ, purificationis, quæ aliis diebus ab illis celebrabantur, quæ omnia ab Armenis reverenter ſuſcepta ſunt.

## CIII.

## SESSIO TRIGESIMANONA.

*Confirmatur Amedæi electio in Romanum pontificem.*

BASILEENSES electionem a ſe factam de Amedæo duce ad pontificatum, quam primum literis, & nunciis per orbem Chriſtianum

Anno Christi 1439.

num promulgare curant; illam ut ſanctam, ac eccleſiæ Dei perneceſſariam laudantes. Tum coacta publica ſeſſione XXXIX. XV. Kalend. Decembris ſolenni ritu electionem prædictam laudant & probant, jubentque Amedæum ipſum legitime electum in Romanum pontificem ab omnibus venerari. Deinde legatos numero 25. ad Amedæum legant, qui concilii nomine electionem nuncient, & conſenſum exigant. Tertio Nonas Decembris princeps legationis cardinalis Arelatenſis erat, quem ſequebantur epiſcopi ſeptem, abbates tres, & XIV. doctores. Aderant eis & Baſileenſis civitatis nuncii, & nobiles complures, qui cum equitibus ſupra ducentos Amedæum petierunt. Erat is Ripaliæ, ubi in placido nemore monaſterium conſtruxerat: ibique cum decem aliis nobilibus viris habitum geſtabat eremiticum, vocabaturque militum ſancti Mauritii decanus. Huc cum perveniſſent legati ad XIII. Kalendas Januarias, proceſſit eis obviam Amedæus cum clero & ſociis ſuis, præcedente cruce. Deinde cum legatis cauſam ſui adventus expoſuiſſent, ne brevitate terminus coarctaretur, neque conſenſum expoſtularunt, neque concilii literas reddiderunt, petieruntque ad alium diem audiri, ſtatuta eſt dies tertia, ad audiendos legatos. Interim per conſiliarios ducis, inter conſultandum objectæ ſunt legatis nonnullæ difficultates: Particulam quamdam juramenti removeri, ſeu ad eorum ſenſum declarari cupiebant. Tum electum produci in habitu eremitico, cum ſua barba, & nomen Amedæi non mutari. Ad particulam juramenti reſponſum eſt, nihil per legatos addi, minuive poſſe, quod id ad concilium ſpectaret. Ut primum electus conſenſerit, oportere habitum pontificalem ſuſcipere, per quem poſſeſſio pontificatus oſtendi videtur. Nomen autem ex antiquiſſima inſtitutione omnino mutandum: Quod etiam Chriſtus dominus in beato Petro fecerit. Et quoniam Amedæi nomen religione præ ſe ferret, daturos operam legatos, ut in catalogo pontificum adſcribatur, eoque in poſterum uti poſſint pontifices. De barba, cum conſentire non videretur, permiſſa eſt ei ad tempus. Præſcripta igitur hora admiſſi ſunt legati, qui electionem concilii nomine in ſcriptis obtulerunt; adhibitiſque teſtibus conſenſum efflagitarunt, multiſque argumentis, ut eccleſiæ morem gereret, ſuaſerunt. Poſt aliquam conſultationem, cum ſemel atque iterum dilationem peteret, neque concederetur, genuflexus & junctis manibus dixit ſe conſentire electioni in eum factæ, & aſſumpto nomine Felicis V. juramento ſe conſtrinxit, ut exigebatur: & acceptis pontificalibus indumentis benedictionem ab Arelatenſi, & annulum piſcatoris accepit, & ab omnibus ſalutatus adoratuſque eſt, ut Romanus pontifex. Poſtridie Ripaliæ ſolitudine eductos Felix, Tonuntum pontificali pompa perducitur, ubi pontificalia tractare cœpit, & in vigilia nativitatis Chriſti cum veſperis intereſſet, ſacris veſtibus ornatus, & barba ſua videretur multis res nova, & religioni noſtræ [illegible] quadrans, amicorum ſuaſu barbam ra[illegible] die autem Epiphaniæ celebratis ſacris, [illegible]latenſis orationem habuit, in qua multa [illegible]uit de virtutibus, & nobiliſſimo [illegible] electi, [illegible] Amedæum, & Sabaudi[illegible] ducere a Beroldo Saxoniæ [illegible] Othonis [illegible]ſaris. Tum vero provinciæ nomine rogavit Felicem, ut cum in adminiſtratione univerſalis eccleſiæ jam eſſet occupatus, avitum imperium filiis delegaret, qui aderant. Quibus dictis Felix, Ludovicum filium primogenitum Sabaudiæ ducem creat. Philippum vero ſecundo natum comitem Gebennarum. Amedæum nepotem principem Pedemoncium, Niciæ, & Vercellarum. Humbertum vero germanum comitem montis Rotundi. Interim ne qui apud Eugenium erant, difficiliores redderentur ad ſentiendum cum Felice, ſtatuerunt illum majora curiæ Romanæ officia nemini concedere, ſed per vicarios adminiſtrarentur. Statutum eſt etiam, ut in ſcribendis ad concilium literis Felix nomen ſuum poſtponeret, ita ut ſcriberet: Sacroſanctæ Baſileenſi ſynodo, &c. Felix epiſcopus ſervus ſervorum Dei, &c. Poſt hæc Felix literas ſuæ electionis ad omnes principes tranſmiſit, aſſerens non ob divitias, aut potentiam eccleſiæ, quæ parvæ nunc eſſent, & ipſe ſatis abundaret, propriaſque atque avitas pro animi quiete dimiſiſſet, pontificatum accepiſſe, ſed ut eccleſiæ Dei ſubveniret, & vocationi ſancti Spiritus non contradiceret, ſexaginta ultra annos, ſortemque ſenectæ dimiſſa pace, & quiete quam elegerat, labores immenſos ſuſcepiſſe. Menſe autem denique Januarii quadrageſimi ſupra mille & quadringentos Baſileenſes Petrum Diginenſem, & Antonium Portugallenſem epiſcopos dignitate, ſacerdotiiſque privarunt, quod falſo apud Conſtantinopolim concilii legatos ſe dixiſſent.

Anno Christi 1439.

## CIV.

*Conventus Francofordiæ, in quo Federicus Cæſar eligitur, & reſponſum Baſileenſibus datum.*

CONVENERANT Francofordiæ principes Germaniæ ad novum Cæſarem Alberto nuper ſubrogandum: ad quos Baſileenſes legatos ſuos miſerunt curaturos, ut dimiſſa neutralitate Felicem in Romanum pontificem ſuſciperent; omnibuſque monſtraturos & Eugenium juſto judicio pontificatu eſſe dejectum, & Felicem legitime ſubſtitutum: Federicus dux Auſtriæ quarto Nonas Februarii anno ſalutis 1440. Francofordiæ Cæſar dictus eſt, & legatis Baſileenſium datum reſponſum Cæſaris novi & principum nomine non poſſe, principes diſcedere ab his, quæ prius ſtatuerunt, nec velle provinciam ſcindere, ſed daturos operam omni ſtudio ad pacem & quietem eccleſiæ procurandam.

## CV.

*Eliguntur quatuor cardinales a Felice antipapa.*

INTEREA Baſileenſes, ut Felix, quem ſibi præfecerant pontificem, auguſtiori cultu Baſileam petere poſſet ad coronam pontificatus ſuſcipiendam, illi indulgent, ut novos cardinales creare poſſit quoſcumque velit, etiam præter decreta vigeſimæquartæ ſeſſionis. Et paulo poſt menſe Aprili quatuor ab eo aſſumptos approbant, & confirmant, quorum nomina hæc ſunt Ludovicus Lauſanenſis, Bartholomæus Nova-



Anno Christi 1440.

rienſis epiſcopi. Valramus Trajectenſis electus, & Alphonſus Carillo protonotarius a Felice deſignatus. Deſignantur & alii legati a Baſileenſibus, & Felice in Galliam ad Bituricenſem conventum datis mandatis, ut Baſileenſium geſta de abrogatione Eugenii & Felicis ſubſtitutione tutarentur. Curarent ut Felici omnes parerent; darentque operam, ne alius locus pro tertio concilio decerneretur.

## CVI.

## SESSIO QUADRAGESIMA.

*Confirmatur Felix & damnatur Eugenius.*

TUM celebrata quadrageſima publica ſeſſione ad IV. Kalendas Martias promulgant Felicem electioni de ſe factæ legitime conſenſiſſe, demum ſtatuunt illi, ut vero & legitimo Romano pontifici ac Chriſti vicario ab omnibus parendum, ejus rebelles aut ei non obtemperantes ut ſummo pontifici ſacros viros cujuſvis dignitatis aut ordinis excommunicant, ſacerdotiiſque privant: Prophanos mulctis concilii, aut ipſius Felicis [illegible]. Parentes autem Eugenio omnes d[illegible], excommunicant, privant. Deinde cum ageretur de proviſione pontifici & cardinalibus & curiæ officialibus facienda, loco annatarum, multique urgerent homines Germanicæ nationis & gymnaſii Pariſienſis legati cum pleriſque aliis Gallorum nomine interceſſerunt, obſtiteruntque quominus id fieret, antequam provinciales de ea re redderentur certiores. Literæ Felicis poſt hæc, quibus legationem & præſidentiam concilii cardinali Arelatenſi demandaverat, cum lectæ in concione non placerent, deletæ ſunt, & ex regiſtris abraſæ, & rurſus aliis verbis conceſſæ. Carthuſienſes vero monachi cum [a] Lauſanenſem magno numero ad capitulum conveniſſent Felicem ut Romanum pontificem venerati ſunt. Quod tamen Italici & alii provinciarum monachi ejuſquem ordinis non probaverunt, ſed Eugenium ſunt ſecuti.

[a] Lauſanam

## CVII.

*Legatio Baſileenſium in Poloniam.*

MISERANT Baſileenſes legatos ſuos in Poloniam, ut regem & provinciam ad ſe traherent. Sbigneus Cracovienſis epiſcopus auctoritate & gratia apud regem potentiſſimus ad eos inclinare videbatur, aſtute tamen & prudenter rem gerebat, ita ut aſſumptus ab Eugenio poſt depoſitionem ad cardinalatus dignitatem, non conſenſerit, & Felici aperte non adhæſerit: quin & rerum ipſe Baſilenſium acta laudat, non, tamen Felici profitebatur ſe obtemperaturum. Nunciatur inter hæc Baſileæ Felicem, quem pontificem creaverant, ad concilium properare. Erat jam nuper orta contentio inter patres de juriſdictione concilii præſente pontifice, quonam modo eſſet exercenda, quæ his diebus gravius exagitata eſt: tandem in hanc ſententiam convenerunt. Auditorem cameræ concilii nomine, ut hactenus fecit, ſolum juriſdictionem habere in omnes, & ſingulos concilio incorporatos, incorporandoſve (ſic enim appellabant concilio adſcriptos) non licere tamen auditori pro re criminali contra quempiam agere ex conciliariis, niſi de conſilio quatuor prælatorum, ſi reus fuerit prælatus; ſeu quatuor aliorum patrum, ſi fuerit ordinis inferioris. Qui conſultores ſingulis menſibus a patribus deſignabuntur, in re tamen graviori, & ubi fugæ periculum appareret, licere auditori reum coarctare, & tradere cuſtodibus, ſed quamprimum rem conſultoribus aperire, & exequi pro eorum conſilio. Hoc judicium ſervandum eſſe non ſolum in conciliares omnes & eorum familias, ſed etiam in legatos principum, & ſuas familias, quamdiu in concilio erunt. Pontificis autem, & Romanæ curiæ officiales quoſcumque non prius in concilio admittendos ad exercitium ſuorum magiſtratuum quam jurejurando promittant ſe auditoris juriſdictionem nullo modo impedituros, nihilque omnino ſe acturos contra conciliares injuſſu auditoris ſeu concilii. Venit tandem Felix Baſileam ad VIII. Kalendas Julias anni ſalutis 1440. pontificalique pompa ſuſceptus eſt.

Anno Christi 1440.

## CVIII.

## SESSIO OCTAVA FLORENTINA.

*Poſt receſſum Græcorum Amedæus antipapa cum ſuis damnatur.*

FLORENTIÆ inter hæc Eugenius pontifex coacta publica ſeſſione octava, approbante ſacro œcumenico concilio, judiciali ordine per debita intervalla prius ſervato, ad X. Kalendas Aprilis, Amedæum antipapam ut hæreticum & ſchiſmaticum, electores, fautores, ſequaceſque ſuos omnes monet, niſi infra quinquaginta dies reſipuerint, & ad gratiam apoſtolicæ ſedis rebellione dimiſſa ſupplices confugerint, incurſuros pœnas contra hæreticos, ſchiſmaticos, ac reos in crimine læſæ majeſtatis a jure promulgatas, ſtatuitque & declaravit, niſi intra tempus paruerint abſque alio judicio elapſo termino mox in pœnas omnes incidiſſe. Pollicetur tamen ſupplicibus intra tempus veniam & gratiam ſe daturum.

## CIX.

## SESSIO QUADRAGESIMAPRIMA.

*Eugenii decreta irritantur.*

QUÆ ut Baſileæ nunciata ſunt, poſt aliquot menſes X. Kalendas Auguſti patres in publica ſeſſione quadrageſimaprima Eugenii ſententias decretaque irrita, nullaque eſſe cenſuerunt. Publico decreto ex more edito ſtatuerant prius, ut inter patres & Felicem in rebus geren[illegible] concordia eſſet. Petitiones, quas ſu[illegible] appellant, ſi in eis ſacro concil[illegible], per concilii præſidentes; ſi [illegible], per Felicem, aut ſuos referendarios [illegible]erentur, cum ejus nomine: & illæ quide[illegible] bulla concilii, hæ Felicis ſigno expedirentur. Nec multo poſt circumvicini proceres & Albertus Bavariæ dux Felicem ut Romanum pontificem venerati ſunt, & Federicus novus Cæſar fidem publicam patribus, qui Baſileæ erant, innovavit, addens unumquemque ſalvum eſſe & incolumem eſſe velle Baſileæ, etiam ſi eſſet papalis dignitatis.

ANNO CHRISTI 1440.

## CX.

*Coronatio Felicis antipapæ.*

AD IX. deinde Kalend. Auguſti magna procerum ac populorum frequentia Felix publice coronatur pompa magnificentiſſima, & quoniam cardinales numero paucos habe- bat, nec tantæ celebritati poterant ſufficere, aſciti ſunt octo epiſcopi, qui cardinalium mu- nera implerent. Coronatus eſt in ſuggeſtu præ foribus templi ex materia excitato & conſe- cratus in Romanum pontificem, cardinale Are- latenſe vicem Oſtienſis epiſcopi gerente, Re- gium diadema, quo eſt coronatus, triginta millia nummorum pretium ſuperare ajebant, Tum data omnibus plenaria indulgentia ſolen- ni pompa ad monaſterium Prædicatorum pro- fecti ſunt. Præcedebant curialium & proce- rum familiæ, tum nobiles & militares, inde barones, comites, & marchiones. Hos ſeque- batur dux Sabaudiæ cum ſuis conſiliariis, dein- de tibicines, tympaniſtæ & hiſtrionum turba, clerus urbis cum ſacra pompa ſubſequebatur, laudes Deo canentes. Poſt quos vexilla & no- biles papæ familiares cum quatuor capellis ſe- quebantur, quibus proximi erant præfectorum navalium loco milites Ripaliæ cum eremitico habitu, & barba, qui collegæ fuerant Felicis. Poſt hos deferebatur arcula cum ſacra eucha- riſtia, quam ſequebantur cardinales, & epiſco- pi cardinalium loca implentes. Felix deinde pontificali habitu ornatus equo vehebatur al- bo, quem fræno ducebant marchio de Rote- ling, & comes de Vinſperg. Poſtridie vero in publica congregatione dux Sabaudiæ, & comes Gebennenſis gratias patribus egerunt pro honore eorum genitori impenſo, & in pa- triam reverſi ſunt. Celebravit mox Felix pu- blicum conſiſtorium; in quo primum actum eſt de pace procuranda inter Ludovicum pa- trem & filium duces Bavariæ; tum per Ste- phanum Novarienſem, & Æneam Senenſem petitum eſt pallium patriarchatus Aquileien- ſis, Alexandro Tridentino epiſcopo, & poſtre- mo Felix profeſſionem ac juramentum in ele- ctione ſua præſtitum publice innovavit. Au- guſto menſe ſubſequenti Stephanus Bajoariæ dux cum duobus filiis Baſileam veniens Feli- cem ut Romanum pontificem venerantur, & Robertus Stephani dicti filius Argentinenſi ec- cleſiæ præficitur, vacanti per ceſſionem Conra- di de Buſnau.

## CXI.

## SESSIO QUADRAGESIMASECUNDA.

*De quinto & decimo denario.*

CUM ſæpe multumque diſceptatum eſſet in- ter patres de proviſione pontifici, car- dinalibus, & officialibus curiæ loco annata- rum facienda. Tandem coacta publica ſeſſio- ne quadrageſimaſecunda ſolenni ritu ſtatutum eſt decreto irrefragabili, non obſtantibus qui- buſcumque aliis decretis, quoniam ex patrimo- nio eccleſiæ Romanæ Felix nihil perciperet, & tamen pro utilitate reipublicæ cogeretur magnas ſubire impenſas, licere Felici exigere uſque ad quinquennium decimum denarium omnium cen- ſuum ac redditunm unius anni quorumcumque beneficiorum eccleſiaſticorum in poſterum va- caturorum, cogendoſque eſſe omnes ad id per- ſolvendum etiam cum cenſuris & pœnis. Bene- ficia tamen Germanicæ nationis, quæ cenſum quinque marcarum argenti non ſuperant, ab hoc decreto immunia eſſe. Acta ſunt hæc Ba- ſileæ in publica ſeſſione pridie Nonas Auguſti ejuſdem anni.

## CXII.

*Conventus Bituricenſis, in quo rex Galliæ ſe pro Eugenio pontifice declarat.*

CONVOCAVERAT [a] rex Franciæ conven- tum prælatorum, ac procerum ſuorum Bituris, ut ſuper diviſione eccleſiæ cum eis deliberaret. Convenerant jam illic patriarcha Antiochenus, Pariſienſis eccleſiæ præſul, Mal- leacenſis, Bitterenſis, Agathenſis, montis Al- bani, & Apamiarum epiſcopi. Tum ſupervene- runt Viennenſis archiepiſcopus, & Rhemenſis regni cancellarius una cum Pictavienſi & Ma- galonenſi epiſcopis. Aderant oratores conci- lii & Felicis, aderant etiam Eugenii legati, quorum princeps erat Joannes de Turrecre- mata nuper in cardinalem creatus. Habitæ ſunt variæ altercationes diſputationeſque, cum unaquæque pars magnis auctoribus ſe tuere- tur. Adveniente tandem rege ad conventum cum prælatorum & procerum multitudine, au- ditæ ſunt legationes Eugenii & Baſileenſium. Legationum ſumma erat. Aſſerebant lega- ti Eugenii Romanum pontificem monarchi- cam poteſtatem in eccleſia habere, ſicut re- gem in regno; neque judicio eccleſiæ ſubeſſe, niſi in hæreſi manifeſta, neque poſſe a quopiam corrigi Romanum etiam pontificem peccantem, quoniam ſolum Deum haberet judicem, eſſet- que hæreticum aliter ſentire. Hoc multis ſan- ctorum patrum auctoritatibus firmabant, Ba- ſileenſes traditiones hæreticas eſſe, & reipu- blicæ perniciosiſſimas, quæ ſi admitteren- tur, non pontifices, non reges, non princi- pes aliquos tutos eſſe in ſtatu. Eugenium vi- rum ſanctiſſimum atque integerrimum non potuiſſe, neque debuiſſe a Baſileenſibus judi- cari. At contra Baſileenſium legati, mul- tis argumentis multiſque rationibus & aucto- ritatibus & probare & oſtendere conati ſunt generale concilium ſupremam poteſtatem in terris habere, & Eugenium merito & legitime pontificatu dejectum, ſubſtitutumque Felicem. Proinde orare regem ut Baſileenſis concilii ſancta juſtaque decreta ſuſciperet, Felicemque verum Chriſti vicarium veneraretur. His audi- tis rex, re mature cum ſuis diſcuſſa, tandem quarto Nonas Septembris in magna prælato- rum ac principum corona, legatis Baſileen- ſium in hanc formam reſpondit. Claromon- tenſi epiſcopo regis nomine lingua Gallica- na loquente, Gallorum regem, ut Chriſtianiſ- ſimum principem decet, qui ſemper faviſ- ſet dignitati generalium conciliorum, & Ba- ſileenſium in primis, quo ſemper legatos ſuos habuiſſet, tuliſſe mœſtiſſimo animo ſeditiones & diſcordias inter patres & pon- tificem exortas, monuiſſe, rogaſſeque ſum- ma diligentia patres literis & nunciis, ut a judi-

[a] Vide §. 31. capitis ultimi p. 708. Tom. II. miſcellaneorum noſtrorum curioſorum anno 1651. in 4. excuſſorum.



ANNO CHRISTI 1440.

judicio contra Eugenium ſuperſederent, illos ve- ro ſpretis regis precibus, non modo non ſuperſe- diſſe, ſed illum dejeciſſe pontificatu, & alium ſubrogaſſe. Regiam majeſtatem in hac re nihil ſtatuere voluiſſe ſine conſilio prælatorum & proce- rum regni: & propterea conventum Bituris indi- xiſſe. Nunc vero ex conſilio conventus ſtatuiſſe re- gem perſeverare in obedientia Eugenii pontificis, nec alium recognoſcere Romanum pontificem quam Eugenium; cui ſupplicabit, ut intra an- num generale concilium in Galliis celebret ad ſciſſionem eccleſiæ tollendam. Rogare autem ip- ſos legatos, ut dicant regio nomine patribus, qui Baſileæ eſſent, & domino Sabaudiæ (ſic enim Fe- licem appellabat) ut dimiſſis cenſuris & commina- tionibus, ad ea quæ pacis eſſent, intenderent; neque ullo modo regni ſui clericos judiciis infeſta- rent. Dominum Sabaudiæ ſanguine regi eſſe con- junctum: non placere regi, ut a quopiam injuriæ ei irrogentur; ſed in hac re, quoniam ad fidem pertinet, nihil præter juſtitiam audere regem, ſperare tamen conſanguineum ſuum ſolita ſua pru- dentia rem hanc tractaturum. Hoc accepto reſpon- ſo Baſileenſes, ad ſuos reverſi ſunt, animo ſatis mœſto: adſcribentes hanc regis ſententiam ob re- gis Renati cauſam emanaſſe, ut qui cuperet Eu- genium in regno Neapolitano Renati partes con- tra Alphonſum tueri, ob hanc rem & regem ip- ſum, & Carolum Andegaviæ ducem Renati fra- trem Eugenio aſſiſtere ſtatuiſſe. Hæc ubi IX. Kal. Octobris patribus & Amedæo renunciata ſunt, omnium mentes mœrore occupavit.

## CXIII.

*Litteræ adhærentium Felici & Baſileenſibus.*

MENSE deinde Octobris Baſileenſes literas regis Aragonum acceperunt, in quibus ille ſacroſanctam ſynodum repræſentantem uni- verſalem eccleſiam appellabat. Eliſabeth quoque regina Hungariæ, Sigiſmundi Cæſaris relicta, Felici papæ V. literas dederat, in Romanum pon- tificem illum recognoſcens. Idem fecit Albertus Bajoariæ dux, qui electus in regem Bohemiæ re- gnum recuſavit, & Albertus Auſtriæ Federici Cæ- ſaris germanus, qui ambo Felicem pontificem ſunt profeſſi. Quarto deinde Idus Octobris cum patres diſpenſaſſent decreto XXIII. ſeſſionis ſuper creatione cardinalium, induſſerunt Felici, ut quos utiles eſſe judicaret, crearet novos cardinales: qui mox de conſilio aliorum cardinalium octo novos creavit, quorum unus illegitimus erat. Eorum nomina hæc ſunt: Alexander patriarcha Aquile- jenſis Tridentinus, Otho Dertuſenſis, Georgius Vicenſis, Franciſcus Gebennenſis, Bernardus A- quenſis, Joannes Argentinenſis epiſcopi, Joan- nes Friſingenſis vicarius, & Joannes de Segobia presbyteri cardinales omnes: horum tituli, hi fuere, patriarchæ Aquileienſis S. Laurentii in Da- maſo: Dertuſienſis ſanctæ Potentianæ, Vicenſis S. Anaſtaſiæ, Gebennenſis S. Marcelli, Aquenſis ſanctorum Nerei & Achillei, Argentinenſis S. Sixti, Joannis Friſingenſis S. Martini in montibus, Joannis de Segobia S. Calixti. Deinceps cum jam cardinales numero ſatis honeſto eſſe viderentur, proviſiones eccleſiarum, quæ per concilium prius fiebant, Felici & cardinalibus ſuis ſunt permiſ- ſæ. Inſtituit præterea Felix juſtitiæ concilium, quod octavo quoque die voluit in capella publica reſidere, ac jus dicere. Erant ad hoc deſcripti cum vicecancellario quinque alii cardinales; & octo ex patribus, qui communi conſenſu commiſ- ſiones juſtitiæ ſubſcriberent. Inſtituit etiam fieri publicum conſiſtorium ſemel in menſe, & in Ro- mana curia ſemper eſſe ſtudium generale. Et pa- tres quibuſdam doctis viris in mandatis dederunt, ut geſta Conſtantienſis concilii diſperſa collige- rent, bulla Baſileenſis ſynodi munienda: quæ omnia perfecta ſunt. Poſt hæc, ut Galliarum præ- latos ſibi conciliaret Felix, ſex alios cardinales creavit pridie Idus Novembris, Dionyſium pa- triarcham Antiochenum Pariſienſem epiſcopum, Amedæum Lugdunenſem, Philippum Turonen- ſem, Nicolaum Panormitanum archiepiſcopos, tum Joannem Nannetenſem, & Gerardum Ca- ſtrenſem regis Franciæ confeſſorem, epiſcopos, abſentes omnes; & paulo poſt deſignati ſunt lega- ti in Germaniam Alexander S. Laurentii in Dama- ſo, Joannes ſancti Martini, & Joannes S. Calixti cum pluribus aliis, cum ampliſſima poteſtate om- nia agendi & concedendi Cæſari ac principibus, modo ipſos traherent ad partes ſuas. Audierant enim Cæſarem conventum generalem omnibus re- gibus & principibus indixiſſe Maguntiæ ad purifi- cationem beatæ Virginis; & alium provincialibus ſuis prius Nurimbergæ ad feſtum S. Andreæ, ut in eo præconſultaret, quid in diſſenſione eccleſiæ eſſet agendum. Magna igitur cura inerat Baſileenſibus Cæſarem præveniendi, & eum in ſententiam ſuam deducendi. Inter hæc longa epiſtola Chriſtianæ plebi perſuadere conantur, actum eſſe de republica Chriſtiana, deque diſciplina catholicæ fidei, ſi patiantur auctoritatem ſacrorum conciliorum per ignaviam opprimi; oſtendunt multis argumentis ſupremam conciliorum auctoritatem, Eugenii ju- ſtam dejectionem, & Felicis neceſſariam legiti- mamque ſubrogationem. Tandem hortantur, ro- gant, jubent, omnes decreta Baſileenſis concilii ſuſcipere, Felicem venerari, ut Romanum ponti- ficem, & ab adverſariorum favore omnino diſce- dere, aſſeruntque neutralitatem nullo modo ſuſti- nendam.

## CXIV.

*Gymnaſia quæ cum Baſileenſibus ſenſerunt.*

PER hoc tempus Pariſienſis ſchola inſtantibus Baſileenſibus concilio Baſileenſi ſe adhærere profeſſa eſt, & plurima Germaniæ gymnaſia, ut Viennenſe, Erfordienſe, Colonienſe, & etiam Cracovienſe in Polonia, quæ omnia ſuis ſcriptis declararunt ſupremam eſſe poteſtatem apud gene- rale concilium Baſileenſe, cui etiam papa obedire teneretur. Panormitanus epiſcopus qui aberat, Ba- ſileam reverſus menſe Februario anno ſalutis [illegible] rubeum capellum antequam urbem ingrederetur acceptavit; & facta reverentia Felici, ut Roma- no pontifici, literas regis Aragonum produxit pa- tribus, quibus rex illum generalem ſuum procura- torem in omnibus conſtituebat, mandatque ut no- mine ſuo Baſileenſi concilio ſemper adhæreret. Jam- que tractare incipiebant quibuſnam legibus Al- phonſus Felicem in Romanum pontificem ſuſcipe- ret. Et dux Britanniæ literis gratias egit patribus, quod epiſcopum Nannetenſem cognatum ſuum cardinalem creaſſent, ſtatutumque eſt per hoc tempus, ne abbates ex ordine canonicorum regu- larium rochetis uterentur, ad differentiam epi- ſcoporum.

Anno Christi 1441.

## CXV.

*Quid egerit Baſileenſium legatio Nurimbergam petens.*

LEGATI Baſileenſium interea Nurimbergam petentes inter eundum plures e ducibus Bajoariæ in ſententiam ſuam pertraxerunt; quin & archiepiſcopus Saltzburgenſis, quem Patavienſis, & Ratisbonenſis epiſcopi ſequebantur, eorum partes ſe probaturum pollicebatur. Idem & marchio Brandeburgenſis promittebat. Venerunt tandem Nurimbergam; & cum peterent a conſulatu urbis ſuſcipi concilii decreta, reſponſum eſt quoniam ea civitas ad imperium immediate ſpectaret, decere ut ſententiam Cæſaris ſequerentur. Tandem cum literis Cæſaris renunciatum eſſet Cæſarem Nurimbergam non venturum, ſed quamprimum petiturum Maguntiam ad indictum conventum, legatorum Baſileenſium pars Baſileam rediit: cardinalis vero ſancti Calixti cum aliquibus ex collegis Maguntiam properarunt, cum præſertim intellexiſſent Eugenii legatos Joannem Carvaialem, Nicolaum Cuſam, & Jacobum de Ferraria illuc acceſſiſſe. Baſileæ interea nunciatur, Alphonſum regem mandaſſe, ne in ſuis regnis quiſpiam Baſileenſium edictis pareret, quod Panormitanus falſum eſſe affirmabat, aſſerens regem non juſſiſſe ut concilio non pareretur, ſed ad tollendas ſeditiones juſſiſſe non executioni mandanda edicta ſine literis regis.

## CXVI.

*Præſidentia Felicis in concilio, & aliqua decreta.*

ET cum Arelatenſis & ſancti Martini in montibus cardinales abeſſent, qui præſidentes concilii erant, & ob contentionem nullus eſſet legitimus præſidens ſubrogatus, ipſe Felix, quem papam appellabant, extra ordinem & præter conſuetudinem Baſileenſi concilio præſedit in generali conventu, & concluſiones nomine concilii fecit complures. Primum ut præſidens concilii eſſet ſemper primus prælatus, qui adeſſet. Tum ut literis collatorum beneficiorum, quorumcumque non ſtaretur, niſi ante datam collationem tantum effluxiſſet temporis, quod veriſſime notitia obitus prius poſſidentis collatori potuerit fieri. Inde ne collationes de eodem beneficio, eodem tempore, eodemque modo factæ cuipiam ſuffragarentur. Deinde ne literis collatorum de beneficiis collatis in præjudicium proviſorum apoſtolicorum ſtetur, niſi probetur collatio per inſtrumentum publicum a notario ſubſcriptum. Statutum deinde eſt doctoribus, nobilibuſve, ſi beneficia obtinerent cenſus trecentarum librarum, non eſſe concedendas diſpenſationes ad duo incompatibilia: Inferioribus autem ſi ducentarum, ad duas autem parochiales, vel dignitates majores poſt pontificales vel principales, in collegiatis eccleſiis nemini omnino dandam diſpenſationem. [illegible] doctores ſeu nobiles non poſſe obtinere ultra duas præbendas in metropolitanis, in cathedralibus tres, in collegiatis autem quatuor [illegible] [illegible] pro portione ſupradicta. Beneficia ſimplicia [illegible] non habeant ſupra [illegible] ſecundi ultra [illegible] in theologia, vel altero jurium legitime, & officiales Romanæ curiæ pontificali ſervientes doctoribus & nobilibus comparentur. Commendæ inſuper cardinalibus, ſi cenſus ſex milium librarum habuerint, non dentur, neque ullo modo ſupradictam ſummam permittantur habere, niſi in uno beneficio major ſumma comprehenderetur. Patriarchis ſi quatuor, archiepiſcopis ſi tria, epiſcopis & protonotariis ſi duo, abbatibus ſi mille tantum poſſederint, commendæ non dentur. Statutum eſt etiam ne ordinationes in concilio temere fierent, ut conſueverant. Delectique ſunt quidam, qui ordinandos examinarent, probarentque certis conditionibus: Felici autem inſtanti, ut reſervationes ſibi concederentur in provincia Sabaudiæ, quibus Romanus pontifex in provinciis eccleſiæ uteretur, non eſt conceſſum.

## CXVII.

*Geſta legatorum Baſileenſium in diæta Maguntina.*

MAGUNTIÆ interea Joannes Segobienſis cardinalis ſancti Calixti appellatus, cum reliquis legatis Baſileenſibus principum adventum expectans, ut legatus de latere juriſdictionem exercere, & inſignia deferre cœperat, jamque baſilicam Maguntinam petens crucem præ ſe tulerat, aberat tunc Maguntinus. Templi igitur præſides, & aliarum eccleſiarum prælati, Joannem adeuntes orant, ne ultra eorum eccleſias ut legatus ingrediatur, Maguntinum præſulem cum aliis Germaniæ principibus unitos eſſe, ſtatuiſſeque nihil admittere quod alteri e contendentibus poſſet præjudicare. Illos profiteri Baſileæ concilium eſſe & Eugenium Romanæ eccleſiæ ſummum pontificem: domi tantiſper ſe contineret, quo adventaret Maguntinus. Advenerunt tandem Maguntinus & Treverenſis circa Idus Februarii, & paulo poſt legati Cæſaris, & alii complures. Segobinus autem cognoſcens aliquorum relatu electores ad Eugenium inclinare, & præſertim Maguntinum, Baſileenſibus ſcripſit, ut alios legatos viros claros adjungerent. Et cum deinde per plures dies expoſtulaſſet, ut concilii nomine audiretur, tandem principum nomine in hanc ſententiam reſponſum eſt: Principes nullo pacto diſceſſuros ab unione, quam juraverant, ſtatuiſſeque juramentum ſervare etiam contra dubium conſcientiæ. Audituros illum ut concilii oratorem, ſi crucem & cardinalis habitum domi relinquat, quoniam pro cardinali aut legato eum non haberent. Idem ſe facturos, ſi quis cardinalium ab Eugenio creatorum poſt [illegible] adveniret. Hæc cum duriora Segobienſi viderentur, reſpondit injuſſu concilii & Felicis ea non admiſſurum, præſertim cum peterent, ne inter loquendum Eugenium hæreticum aut ſchiſmaticum appellaret; Quoniam non ob aliam cauſam venerant, niſi ut juſtitiam concilii, & Eugenii manifeſta ſcelera oſtenderent. Paulo poſt cardinalis Arelatenſis ut legatus de latere una cum Joanne Priſingenſi, quem appellabant S. Martini cardinalem, Maguntiam venit. Principes Joannem Lyſuram ad eum mittunt, aſſerunt ſe Arelatenſem honoraturos ut verum cardinalem, ſi legationis inſignia ponat, audituroſque eum æquo animo, & alios, ſi ille crucem, alii habitum cardinalis domi dimittant. Jugens per multos dies contentio habita eſt ſuper ea re, cum Baſileenſes nullo modo cedere vellent.

Tan-



Anno Christi 1441.

Tandem cum principes ſe conventum tranſlaturos ad alium locum prædicerent, niſi acquieſcerent, cives & magiſtratus Maguntini Baſileenſibus prædixerunt, niſi voluntati principum acquieſcerent, ſe fidem publicam revocaturos, niſi intra octo dies ab eorum urbe diſcederent. His auditis Baſileenſes legati, cum cernerent principum animos fixos eſſe, & cives non paſſuros, ut principum voluntas violetur, ne cauſam ſuam indefenſam dimittant; cedere ſtatuunt. Igitur IX. Kalendas Aprilis, cardinalis Arelatenſis cruce domi relicta, cum aliquibus ex collegis & familiis ſuorum cardinalium, quos etiam domi dimiſerat, ad locum congregationis venit, ubi multa primum ipſe, & plura Thomas de Corcellis ejus collega dixit de poteſtate ſuprema conciliorum, de recto concilii judicio contra Eugenium, & de legitima, & neceſſaria electione Felicis. Poſtridie vero auditi Eugenii legati ſunt: & Joannes Carvaial, apologiam his verbis ſumens: Ejice ancillam & filium ejus; quia non erit hæres filius ancillæ cum filio liberæ, multa & miranda dixit contra adverſarios, cujus orationem ſuſcipiens Nicolaus Cuſa, ejus collega non minora eſt proſequutus, adverſariorum dicta proſternens, ſuorum confirmans; & demum atteſtans Amedeum papatum, quem plurimis annis ſub ovina pelle aucupaverat, tandem ab electoribus emiſſe, & Venetis promiſiſſe XII. millia equitum, ſi dimiſſo Eugenio ſecum ſentirent. Depoſitionem autem Eugenii ab epiſcopis tantum ſeptem factam fuiſſe; cum puri epiſcopi depoſitio a paucioribus XII. rite fieri non poſſit. Auditi ſunt Eugeniani non ſine magno principum applauſu; cum viſi eſſent optime adverſariorum objecta repuliſſe: ſumma ſententiarum Eugenianorum hæc fuit.

## CXVIII.

*Aſſertiones Eugenianorum pro auctoritate pontificis.*

FIDEM orthodoxam unam habere eccleſiam catholicam & apoſtolicam in remiſſionem peccatorum, in qua de neceſſitate ſalutis eſt eſſe, hujus caput, & pontificem ſummum eſſe Eugenium, quem omnis eccleſia per univerſum orbem diffuſa, ut talem venerata eſt, & nunc major pars veneratur. Qui igitur cum Eugenio eccleſiæ capite non eſt, extra eccleſiam eſt: neque ab eccleſia factum putandum eſt, quod a quibuſdam Baſileæ eſt factum, cum major pars eccleſiæ id non probet. Claves præterea eccleſiæ ſoli Petro, & ſucceſſoribus datæ; cui dictum eſt, Tibi dabo claves regni cœlorum; & iterum; Paſce oves meas. Eccleſiæ monarchiam niſi in Petro ſolo fuiſſet fundata, deletam fuiſſe, ſi quiſque apoſtolorum peculiares habuiſſet oves. Papam Petri ſucceſſorem non niſi in cauſa hæreſis a quopiam eſſe judicandum, ſed propria poteſtate ſeipſum judicaturum. Papam diſpenſare poſſe juri divino & humano, ſuper quæ poteſtatem habet. Papam omnibus Chriſtianis præeſſe, & ita concilio generali, ut illi poteſtatem tribuat. Generale concilium non habere poteſtatem immediate a Chriſto, ſed a beato Petro & ejus ſucceſſoribus. Pontificis ſummi geſta non eſſe ferienda gladio ovium ſuarum. Legibus, & ſtatutis omnibus, & generalium conciliorum papam poſſe contravenire legitime. Hæc verba: Quæcumque alligaveris ſuper terram, &c. non eſſe diſpoſitiva, aut clavium collocativa: ſummum eccleſiæ tribunal, & in terris ſupremum judicium apud papam ſolum eſſe. Nemini licere ſummo pontifici dicere, cur ita facis? cujus eſt de medio tollere omnes inſolentias, & perturbationes pacis eccleſiæ. Exercitium clavium in plenitudine poteſtatis in terris papæ tantum competere; qui omnia poteſt in terris. Generale concilium veluti arenam ſterilem eſſe, niſi a papa fœcundetur: cum igitur his, & multis aſſertionibus Baſileenſes gravius urgerentur, & una tantum dies eis aſſignaretur ad reſpondendum quæ vellent, viſum eſt ut Segobienſis hanc provinciam ſumeret; qui doctrina & elocutione valeret, & ſeries rerum, argumentationeſque omnes in concilio jam pluribus annis factas optime calleret. Is igitur dimiſſo domi cardinalari habitu, ut privatus, concionem petiit: ubi poſtquam plurima pro cauſa Baſileenſium dixiſſet, & cur habitum dimiſerat, adverſariorum dicta diſſolvere conatus eſt. Longumque tractatum exhibuit in XII. libros diviſum, quos parcellas appellabat: in quibus infinitis argumentationibus, rationibus, ſanctorum patrum ſententiis, dictiſque, tam veteris quam novi teſtamenti comprobare conatus eſt ſummam poteſtatem in terris eſſe apud generalia concilia, quibus etiam papam oporteat obedire: tum Baſileenſe concilium legitimum, & nullo modo ab Eugenio potuiſſe diſſolvi, etiam de plenitudine poteſtatis, neque verum eſſe quod per partialem concluſionem ſeipſum diſſolverit. Deinde Eugenium juſte depoſitum eſſe, & Felicem legitime ſubrogatum. Demum oportere omnes Felici, ut vero pontifici obedire. Poſtremo veritates a concilio approbatas multis rationibus confirmavit, & legitime Eugenium fuiſſe declaratum hæreticum. Contra hæc ſequenti die late diſſeruerunt Carvaial & Cuſa; affirmantes Baſileenſes non potuiſſe judicare Eugenium, & eorum veritates, quas tantopere extollerent, eſſe falſas fatuitates; eorum omnia geſta, ut iniqua & fatua damnantes & irridentes. Baſileenſes vero poſt hæc audiri petentes non ſunt amplius admiſſi. Et congregati (quamvis Trevirenſis diſceſſiſſet) ſimul convenientes cum legatis Cæſaris, & Francorum regis, in hanc ſententiam convenere. Pro pace eccleſiæ eſſe congregandum generale concilium in alio loco extra Baſileam & Florentiam. Cæſarem cum aliorum principum aſſiſtentia contendentes interpellaturum, ut ad concilium veniant concordiæ cauſa, ſi contendentes, vel alteri eorum locum eligere noluerint, Cæſarem electurum, nominataque ſunt loca ſex in Germania, & totidem in Gallia, ſi placeret per decretum ut oratores nomine [illegible] & regum & principum ad Eugen[illegible] mittantur menſe Novembris ſuper [illegible] qui etiam idem Amedeo per aliquem ex [illegible] prælatis ſignificarent, conciliumque generale omnino inchoandum Kalendis Auguſti anni 1442. Cæſarem, reges, ac principes daturos operam ut prælati, & alii ex ſuis provinciis concilium petant, & finis datus eſt conventui. Hæc omnia Cæſari relata ſunt, quem etiam Viennæ morantem pars legatorum Baſileenſium, & Eugenii legati adierunt, quique cauſam ſuam agentes. Reſpondit Cæſar ſe alium conventum indixiſſe Francofordiæ ad feſtum Martini; ubi de concilio principum vellet ſtatuere, quid ſit agendum, Albertus Cæſaris germanus profeſſus eſt ſe cum Felice ſentire, illumque uſque ad mortem ſequi velle. Hic finis fuit



Ma-

Anno Christi 1441.

Maguntinæ diætæ, quæ more Germanico Francofordienſem diætam peperit. Baſileenſes vero, cum fandi locus amplius datus non eſſet, longam apologiam contra Eugenianorum dicta ſcripſerunt, diſſeminaruntque.

## CXIX.

*Ordinis Minorum Germaniæ fratres Felicem ſuſcipiunt.*

MENSE deinde Julio ejuſdem anni 1441. epiſcopus clerusque eccleſiæ Seleſvicenſis, & miniſter ordinis Minorum provinciæ Germaniæ, per procuratores in verba Felicis jurarunt: illumque ut Romanum pontificem venerati ſunt. Erat jampridem diſſenſio inter fratres ejuſdem ordinis, cum hi qui obſervantiam regulæ profitebantur, prælatis conventualium ſubeſſe nollent, & jam a Conſtantienſi ſynodo ab illorum juriſdictione fuerant liberati. Annuebat Felix, annitentibus maxime civibus Baſileenſibus, ut in monaſteriis ejuſdem ordinis in quibus major ſaniorve pars obſervantibus conſentirent, ejectis prælatis conventalium, ab obſervantibus regerentur. Inſtabat igitur Martinus Narimbergenſis miniſtri nomine, rogans ne in provincia ordo divideretur, non eſſe concedendam obſervantibus exemptionem, & varias in eodem ordine prælaturas. Re diu inter patres agitata nihil tandem ſtatutum eſt. Per hoc tempus a quodam Petro Reginaldo, ex obſervantibus theologo inſigni, patribus propoſitum eſt videri ſibi declarandum, omnes homines adultos ſub pœna damnationis æternæ obligari ſcire explicite decem præcepta legis. Diu ſuper ea re diſceptatum eſt, ſed cum ardua nimis videretur, & non neceſſaria, indefinita dimiſſa eſt.

## CXX.

*Conturbatio patrum de oratione Panormitani.*

IN celebritate pentecoſtes cum Felix rem divinam faceret, Panormitanus ſermonem habuit, in quo cum de auctoritate concilii & papæ loqueretur, aſſeruit papam eſſe majorem generali concilio, neque recte agi a patribus, quod nomen pontificis nomini concilii poſtponerent, quoniam ipſe eſſet caput concilii, & epiſcopus univerſalis eccleſiæ: ſed hanc prærogativam habere pontificem in rebus alienis, in factis autem propriis ita papam ſubeſſe concilio, ut etiam pro quocumque peccato mortali notorio eccleſiam perturbante poſſet a concilio judicari. In alienis judicium ad eum omnino pertinere, ad quem etiam definitiones fidei ſpectarent, etiam præſente generali concilio. Hæc Panormitani verba multorum patrum animos admodum perturbarunt, putantes ea aperte contra Conſtantienſis ſynodi doctrinam eſſe, & in favorem Eugenii. Monitus ſuper his Panormitanus coram Felice & cardinalibus ſuis, ſe multis verbis purgavit, oſtendens prius quæ, & quanta feciſſet pro auctoritate & defenſione ſacri concilii, ſe ea verba protuliſſe ardore quodam ſermonis, & non ea intentione, qua multi acceperant; ſed neque ita eſſe interpretanda. Proinde acciperent ejus bonam mentem, qui auctoritati conciliorum faviſſet ſemper, faveretque quoad viveret.

## CXXI.

*Relatio Baſileenſium legatorum ex Polonia.*

CIRCA hoc tempus legati Baſileenſes in Poloniam, miſſi ad procurandum obedientiam concilio & Felici, reverſi ſunt, & inter multa retulerunt Cracovienſe gymnaſium in ſententiam Baſileenſium veniſſe, ejuſque ſcripta longa ſerie attulerunt. Prælatos autem, & proceres regni varias habere opiniones; ad ſummam, ſi concilium & Felix regi tradant titulum regni Hungariæ in ſuis literis, ſique principibus libere dimittant pecunias, quas habent in poteſtate ex indulgentiis Græcorum cauſa collectas, forſan ut Poloni concilio & Felici ſe parituros profiteantur. Hæc cum admittenda non viderentur, literæ ſupervenerunt, quæ novam ſpem facerent, regem ſcilicet Poloniæ in concilio procerum ſtatuiſſe, ſuperſedere velle in rebus eccleſiæ uſque ad plenam veritatis cognitionem. Interim vero prohibuiſſe, ne quis literis mandatiſve Eugenii pareret, ſub pœna proſcriptionis: utque de pecuniis provenientibus ex denario ſancti Petri cantori Cracovienſi interim reſponderetur. Nec minor erat ſpes de obedientia Britanniæ, quam opera Nannetenſis epiſcopi, quem cardinalem fecerant, & alterius magnæ auctoritatis viri, quem promoturum ad eandem dignitatem pollicebantur, impleri putabant, & cum pluribus in locis magis obtemperaretur literis concilii quam Felicis, ſtatuerunt literas proviſionum eccleſiaſticarum, & beneficiorum ſub nomine concilii expediri, vel ſub nomine utriuſque, ut magis impetranti placeret.

## CXXII.

*De celebritate viſitationis beatæ Mariæ virginis.*

DISCEPTATUM fuerat jam per longum tempus inter patres de celebritate viſitationis beatæ Mariæ virginis inſtituenda, cum prima inſtitutio a Bonifacio IX. facta ſchiſmatis tempore, non fuiſſet ſuſcepta ab hominibus alterius obedientiæ, ſed cum de formula decreti non convenirent, res diu dilata eſt. Tandem cum Æneas Senenſis formulam quamdam confeciſſet, quæ omnibus æque ſatisfaceret, placuit in publica ſeſſione confirmari decretum. Verum alia exorta eſt contentio. Videbatur pleriſque probis viris decretum promulgandum eſſe Felicis nomine, quem papam putabant, ſacro approbante concilio, quod obſervatum dicerent in antiquis conciliis; vel ſaltem addendum papa Felice præſidente, ut Senis fuerat obſervatum in ultimo concilio de præſidentibus Martini pontificis: quæ cum aliis non placerent, annuente Felice, dimiſſa ſunt.

## CXXIII.

## SESSIO XLXIII.

*Inſtituitur celebratio viſitationis.*

CELEBRATA eſt ſeſſio quadrageſimatertia Kalendis Julii anno Chriſti milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo primo, in qua ſolenni



Anno Christi 1441.

ritu decretum atque ſancitum eſt, feſtivitatem viſitationis beatæ Mariæ, ab omnibus Chriſti fidelibus pia religione celebrandam quotannis ſexta Nonas Julii; ad honorem genitricis Dei, conceſſaque eſt omnibus, qui matutinis, proceſſioni, ſermoni, miſſarum ſolenniis, primis, aut ſecundis veſperis interfuerint pro unoquoque officiorum prædictorum centum dierum indulgentia de injunctis pœnitentiis. Auguſto menſe hujus anni inter alios incorporatus eſt Baſileenſi concilio Bartholomeus Cornetanus. Per quod tempus Alphonſus rex per legatos a patribus petebat, ut decima univerſalis ſuper clerum imponeretur pro defenſione inſulæ Rhodi, quæ a Turcis infeſtaretur: daturumque ſe operam, ut in ſuis regnis facile exigeretur. Quod cum patribus non videretur propter contentionem eccleſiæ, petebat ſaltem, ut in provinciis Sabaudiæ, & ipſius regis tantum imponeretur: quod etiam non eſt admiſſum.

## CXXIV.

*Tractatus Philippi ducis Mediolani cum antipapa de obedientia præſtanda.*

TRACTAVERAT jam pridem Philippus Mediolanenſis dux per ſuos nuncios de obedientia Felici præſtanda. Hunc tractatum nunc Felix ab amicis præmonitus vehementius proſequebatur, ut antequam Cæſar Francofordiæ cum principibus conveniret, perficeretur. Petebat Philippus, quoniam grave ſibi periculum immineret, ſi primus ex Italicis Felicem ſuſciperet, tredecim millia aureorum in ſtipendium ſingulo quoque menſe, pro quatuor millibus equitum, & aliquorum menſium ſtipendia in principio: & hoc tam pro ſua defenſione, quam pro recuperatione provinciarum Romanæ eccleſiæ. Promittebat ſe in manus Felicis poſiturum Bononienſem civitatem, & alia quædam addebat. Aderat ſecretarius, & Nicolai Piccinini clariſſimi exercitus ducis, qui a Felice repetebat expenſas factas pro expugnatione Bononiæ, ſi illam cuperet obtinere, neque erat parva ſumma. Habiti ſunt varii tractatus, miſſique ultro citroque nuncii, & literæ: hortabantur ſui cardinales & amici Felicem, ut conditiones, quas poſſet, amplecteretur: quoniam ſi Mediolanenſem in partes ſuas traheret, haberet etiam Alphonſum regem, & magnam Italiæ partem: quos procul dubio & Germani, & alii deinde ſequerentur: his exhortationibus impulſus Felix, circa Kalendas Septembris, pollicitus eſt Mediolanenſi ſtipendii nomine aureorum quinquaginta millia, intra tres hebdomadas poſt prædictam obedientiam, & Bononiam conſignatam: tum alia quinquaginta millia ex redditibus Bononiæ, & aliorum locorum competentibus terminis perſolvenda. Miſſus cum his mandatis Felicis vicecamerarius diu verbis ductus, & nunc ad marchionem Ferrarienſem, quaſi ducis arbitrum, nunc Mediolanum remiſſus: tandem menſe Januario Baſileam rediit facta ſpe poſt decem dies ducem miſſurum inſignem legationem ad obedientiam Felici præſtandam: ſed vana fuit omnis hæc ſpes: numquam enim poſtea legati Baſileæ comparuerunt.

## CXXV.

*De diviſione quinti, & decimi denarii.*

CONTENTIO non parva exorta eſt per hoc tempus inter Felicem, & ſuos cardinales pro diviſione quinti, & decimi denarii: petebant cardinales dimidiam partem ſecundum decretum 23. ſeſſionis, & Nicolai IV. Felix vero id non eſſe æquum dicebat; quoniam is graves expenſas pro eccleſia ſubiret; nec ex redditibus eccleſiæ Romanæ quicquam acciperet. Ex quinto autem denario nihil niſi ex Sabaudiæ provinciis proveniret, officiales curiæ, & ipſi ſuam ratam petebant, aſſerentes pro eorum etiam ſuſtentatione eam legem eſſe introductam. Res diu diſputata eſt, & quia graviora incumbebant, indeciſa: dimiſſa fuit & altera diſceptatio eodem ferme tempore, quæ tandem meliorem finem eſt ſortita. Poſtulaverat Felix a patribus, ut quoniam aliunde ex pontificatu, nihil omnino accipiebat ad onera ſupportanda, concedere concilii nomine licere Felici, eccleſiam unam, monaſterium unum, & unum aliud beneficium in provinciis Sabaudiæ tamdiu obtinere, quoad majorem partem agri Romanæ eccleſiæ recuperaret. Diu multumque ſuper hac re diſputatum eſt, & tandem non ſine maxima contentione annitentibus amicis conceſſum. Decretum eſt etiam Felicem uti poſſe reſervationibus in XXXI. ſeſſione ſtatutis: & cum multæ querelæ contra ſcriptores literarum apoſtolicarum ob exceſſivas taxas haberentur, actum eſt diu de moderatione, nihil tamen concluſum, cum aſſererent ſe Joannis XXI. taxas non ſuperare. Menſe deinde Octobri literæ allatæ ſunt patribus a rege Alphonſo, qui in ſex regnis ſuis plenam concilio obedientiam exhibebat, pollicebaturque etiam majora, ſi legatus aliquis ad eum mitteretur. Deſignatus eſt igitur legatus de latere Joannes Segobienſis, quem appellabant cardinalem ſancti Calixti, per totam Italiam inſulaſque adjacentes, ad manifeſtandam concilii juſtitiam, & veritatem ad procurandam obedientiam Felici, & ad tractandam pacem inter Alphonſum, & Renatum reges. Pridie Kalendas Novembris oratores electi Pragenſis, & Ulrici Roſembergii gubernatoris regni Boemiæ, majoriſque partis hujus regni in generali congregatione Felicem ut Romanum pontificem venerati ſunt, eique plenam obedientiam præſtiterunt: petentes tamen ſuppliciter, ut Ulrico contra hæreticos aſſidue decertanti, atque minus potenti ſuppetias mitteret, ad quos reſponſum, miſſuros patres legatos ad conventum Francofordienſem, rogaturos Cæſarem, & principes ut de pecuniis indulgentiarum Ulrico ſubveniatur: neque multo poſt nuntius epiſcopus Cracovienſis Sbigneus, quem Felix cardinalem declaraverat, nomine epiſcopi Felici publice obedientiam præſtitit, egitque gratias pro demandata ſibi dignitate, quam prius non ſuſcepiſſet oblatam, ut reipublicæ melius poſſet conſulere. Poſt hæc cum patres pecuniis indigerent, actæ ſunt cauſæ repetundarum contra quæſtores, exactoreſque, ac præfectos ærarii concilii; vocatique ſunt omnes ad cauſam dicendam, reddendamque rationem adminiſtratorum: & paulo poſt cum Soldanus Felicis quoſdam ex patribus conſcriptis carceri mancipaſſet, exorto tumultu civitas interdicta eſt a patribus, quod libertatem concilii non ſervaret, & tandem iiſdem annitentibus concordia ſecuta, Soldanuſque debita pœna mulctatus.

CXXVI.

## CXXVI.

*Proviſio eccleſiæ Saltzburgenſis.*

PER hæc tempora proviſiones plures eccleſiarum factæ ſunt in pleriſque locis; & vacante eccleſia Saltzburgenſi in Germania divite & nobili, Federicus ejus eccleſiæ decanus a capitulo electus eſt: cujus nomine legatus miſſus, a concilio confirmationem expoſcebat: & cum patres vellent Felicem cum ſuo ſenatu confirmationem decernere, ut in verba Felicis juraret, renuit ille, affirmavitque ſe non ad Felicem, ſed ad concilium miſſum, neque quicquam agere poſſe cum Felice. Diſceptata diu eſt res, & tandem concilii nomine omnia ſunt geſta, & mox circa Idus Januarii pallium Saltzburgenſis electi per Stephanum de Novaria advocatum, & procuratorem petitum, & per cardinalem ſancti Sixti jubente Felice traditum. Principio anni ſubſequentis 1442. graves contentiones habitæ ſunt, inter patres ex privatis cauſis. Joannes Baccleſtein vir primarius, & magna doctrina clarus, præpoſituram eccleſiæ Herbipolenſis a patribus obtinuerat; quamvis Philippus Trevirenſis archiepiſcopus Germanus eamdem ab Eugenio poſt ejus ſuſpenſionem a Baſileenſibus factam antea impetraſſet. Agebat cauſam Joannes contra Philippum in concilio: Felix hortabatur Joannem, ut aliquantiſper differret, quoad res eccleſiæ in Germania componerentur. Magnam eſſe Trevirenſis auctoritatem, & potentiam inter principes electores, eſſeque valde periculoſum tantum virum hoc tempore irritari. At Joannes privata publicis præponens, Felice inſcio non prius quievit, quam ſententia pro ſe a Vercellenſi epiſcopo ferretur. Tum Joannes, ut jura ſua plenius firmaret, novam proviſionem a concilio ſuper ea re petebat. Hinc acrior contentio, cum multi Joanni faverent, plurimi vero propter ſcandaſum rem differendam putarent: deputationes pacis & fidei reſiſtebant, aliæ acriter urgebant ita ut in generali congregatione querelæ, tumultus, ſtrepitus, clamoreſque perſæpe fierent ſupra omnem modeſtiam. Nec minor diſſenſio fuit in cauſa decanatus Oſcenſis, ita ut quidam clamoroſis vocibus ante oculos præſidentis dicere auſus ſit, quod vellet, nolletve, concluderet in ſuam ſententiam:[a] hæc parva fuit contentio in demembratione Orioli oppidi ab eccleſia Carthaginenſi in Hiſpania, & erectione eccleſiæ Oriolenſis in cathedralem inſtante Alphonſo rege, in cujus regno erat Oriolum. Multumque temporis in hujuſmodi contentionibus fruſtra conſumebatur, ita ut plerumque publicæ contentiones privatæ fierent. Interea temporis Felix operam dabat, ut legatus in Italiam quamprimum proficiſceretur. Et Nichodio de Metone, comitatus Niciæ gubernatori, qui forte tunc Baſileæ erat, mandat, ut triremem inſtruat, qua legatus ad Kalendas Martias in Italiam tranſvehi poſſit. Tum factis inſtructionibus per Æneam Senenſem, quem ſecretis præfecerat Felix, pridie Kalendas Februarii, de eis ad quatuor conventus referretur. Sed [b] [illegible] legati profectio ad Italiam dilata eſt, quo [illegible] mittenda videbatur ad duces Burgundiæ, Borbonii & Sabaudiæ, qui Nivernis convenieban t.

a Lege; nec parva. M.

b Forte non ea profectio tardabat. M.

## CXXVII.

*Relatio a Tridentino de geſtis in Auſtria.*

ALEXANDER Tridentinus præſul, quem cardinalem, & patriarcham Aquilejenſem appellabant, Cæſari ſanguine junctus, illius ſalutandi gratia in Auſtriam profectus eſt: quem Ceſar ſine rubeo pileo venire juſſum honorifice ſuſcepit. Sed cum paulo poſt Julianus cardinalis S. Angeli Eugenii pontificis legatus Cæſarem adiret, reſumpſit pileum etiam Alexander, ne illi cedere videretur; & ut ipſe Tridentinus Baſileam ſcripſit, juſſus eſt intrare ad curiam Ceſaris Julianus ſine inſigniis legationis, quę ſi prętuliſſet, parati erant nobiles quidam Tridentini cognati ea vi auferre. Et quidam Nicolaus ordinis Minorum monachus his diebus Baſileam venit cum literis Caſimiri Magni, ducis Lituanię & Ruſſię, cujus nomine Baſileenſi concilio obedientiam ac reverentiam pręſtitit. Reddidit quoque literas epiſcopi Vilnenſis ejuſdem provincię, in quibus ille profitebatur auctoritatem concilii Baſileenſis, & narrabat Iſidorum abbatem unum ex tribus oratoribus Gręcorum, qui Baſileam venerant, ut archiepiſcopum & cardinalem Eugenii nomine legatum in provincia nuper acceſſiſſe; quem ipſe ut talem minime ſuſcipere voluiſſet, quoniam ſciret Eugenium juſte a concilio Baſileenſi damnatum eſſe. Per id tempus eccleſia Curienſis commendata eſt a Felice & patribus Alexandro Tridentino, quoad obtineret poſſeſſionem eccleſię Aquilejenſis.

## CXXVIII.

*Relatio exploratorum de inclinatione principum erga Eugenium pontificem.*

DUM hęc Baſileę geruntur circa Kalendas Martias archidiaconus Metenſis, & auditor camerę, qui per patres miſſi fuerant in Germaniam ad explorandos principum animos, revertuntur; renunciant majorem principum partem inclinatam eſſe ad Eugenium, jamque miſſas eſſe ad illum in Italiam conditiones, quibus Eugenium aperte ſint ſuſcepturi. Gravi animo tuliſſe principes, quod Baſileenſes nullum ex nominatis locis pro concilio acceptaverint. Videri ſibi ut quamprimum mittantur legati ad conventum Francofordienſem, cum plena poteſtate omnia agendi, quæ principibus placeant. Quæ ubi renunciata ſunt, omnium animos male affecerunt: fiunt igitur majores conſultationes, variæque in medium afferuntur ſententiæ. Et cum quidam ex conſultoribus Felici diceret, optimum [c] ſi crebræ legationes ad reges, & principes mitterentur, ut alias ſtatutum fuerat; reſpondit Felix, ſe ſatis gravatum eſſe inutilibus expenſis: legationes quidem multas miſiſſe, ex quibus nullum videret fructum: ſatius ſibi videri, ſi locum pro futuro concilio ipſe quamprimum nominaret, ut principes, qui ad eam rem poteſtatem nullam haberent, præveniret. Paucis poſt diebus, cum Felix patribus in concilio obtuliſſet ſe omnia facturum, quæ concilio viderentur pro pace eccleſiæ, ſalva tamen eccleſiæ auctoritate, viſum eſt mittendos legatos ad Cæſarem de pace tractaturos. Deſignati ſunt legati a Felice Bartholomeus epiſcopus Cornetanus, & Nicolaus Amici, qui ſynodalem epiſtolam ad Cæſarem inſtruendum, & pacem

c Forte; optimum fore, ſi &c. M.





pacem ſuadendam deferrent. Hanc epiſtolam concilii nomine prius confecit Panormitanus, quæ quamvis laudata coram eo, tamen non placuit: hortante autem Arelatenſi cardinale Æneas Senenſis, aliam formulam edidit; quæ ab omnibus, & etiam ab ipſo Panormitano probata: In ea narrabantur diſtincte & plane magnifica Baſileenſium geſta, cauſæ diſſenſionum inter patres & Eugenium, Eugenii injuriæ, & contemptus in concilium, aſſiduaque opera ad concilii everſionem; ejus manifeſta, & enormia in eccleſiam peccata, juſtum Baſileenſis concilii judicium contra eum, & canonica neceſſariaque Felicis electio, & hortabatur deinde Ceſarem, ad cognoſcendam amplectendamque concilii juſtitiam, exercendamque adverſariorum iniquam pertinaciam. Demum concilium nihil magis cupere, quam pacem eccleſiæ, ſed eam pacem quæ juſtitiæ, quæ veritati, quæ honeſtati, quæ fidei orthodoxæ adverſaria non eſſet. Conveniendum prius in unam fidem, honorandam Chriſti ſponſam, ſervanda Conſtantienſis ſynodi ſancta decreta, & ſacra Baſileenſis concilii, quod omnes prælati principeſque venerati ſunt, ſalubria inſtituta, mox pacem affuturam ſine aliqua difficultate, Felicem pontificem, patreſque omnia facturos, quæ cum Deo poterunt; ut pax eccleſiæ reddatur. Cum his mandatis profecti ſunt Cornetanus, & Nicolaus amici Nonis Aprilis. Deinde cum fama eſſet Cæſarem Francofordiam ad conventum adventare, actum eſt inter patres de inſigni legatione illuc mittenda. Recuſabant novi cardinales, eam provinciam propter moleſtiam Maguntiæ ſuſceptam, ne cogerentur rurſus habitum dimittere: ſed a firmante Felice, & pleriſque aliis oportere illos ire etiam ſi habitus dimittendi eſſent, pro defenſione veritatis & juſtitiæ concilii, tandem deſignati ſunt legati cardinales Arelatenſis, & Panormitanus, & Joannes Segobienſis cardinales vocati, qui menſe Maii ſecundo Rheno iter acceperunt in celebritate pentecoſtes [*] XII. Kalendas Julii.

* Scribendũ XIII. Kal. Junii, eo quippe anno paſcha Kal. Aprilis.

## CXXIX.

## SESSIO DECIMA FLORENTINA.

*In qua concilium Lateranum transfertur.*

FLORENTIÆ inter hæc Eugenius decimam ſeſſionem celebrat VI. Kalendas Maii anni ſalutis 1442. in qua aſſerens Zare Jacob magni regis Æthiopiæ, quem presbyterum Joannem vocant, legatum ad concilium œcumenicum orthodoxæ fidei ſuſcipiendæ gratia properare, concilium ipſum, ut majorem auctoritatem etiam ex loco ſuſciperet, Romam approbante ipſo concilio tranſtulit proſequendum in Baſilica Lateranenſi propria, & prima ſede ſummi pontificis XV. die poſt ejus ad urbem reditum. Huic translationi addit, & plures cauſas, loci reverentiam & commoditatem, rerum omnium copiam, tum occaſione componendarum provinciarum eccleſiæ, & pacis & quietis Italiæ ceterarumque regionum procurandæ: quæ omnia Baſileenſes in pejorem partem ſumentes prædicabant Eugenium Romam concilium tranſtuliſſe, ne compelleretur ad aliud concilium in Germania pro voluntate principum celebrandum, quoniam nullo pacto vellet concilium extra Italiam: tum ut oſtenderet ſe ſummum habere imperium ſupra concilium, quod de loco ad locum pro ſuo arbitrio transferret, ut fecerat ex Baſilea Ferrariam, ex Ferraria Florentiam, & inde demum Romam, quæ omnia tenderent ad enervationem auctoritatis eccleſiæ, & conciliorum. Conventus interea Francofordienſis magna principum frequentia celebrabatur: cui Federicus Cæſar præerat, & patres interim Baſileæ divinis ſupplicationibus per omnia templa intendebant, ut res ſuæ proſpere ſuccederent. Felix autem ſtatuit ut dum conventus ille ſederet, nihil Baſileæ de gravioribus cauſis ageretur, ne aliquo modo principum animi poſſint irritari.

## CXXX.

## SESSIO XLIV.

*Decreta pro tuitione Baſileenſium.*

DUm hæc fiunt non ſine gravi contentione agitur inter patres de ſanciendo decreto pro tuitione conciliarium. Diu diſceptata fuit formula decreti, cum Robertus Adimarus, Volaterranus epiſcopus, a concilio archiepiſcopatum Florentinum obtinuerat, & Rondenenſis epiſcopus, & alii quidam pro defenſione apoſtolicæ auctoritatis ſe opponeret, concluſum tandem eſt decretum ſanciendum, & ſeſſio publica quadrageſimaquarta, habita eſt quinto Idus Auguſti: ſumma decreti hæc fuit. Omnia in favorem, ac defenſionem concilio deſcriptorum deſcribendorumve ſtatuta, ac decreta in ſuperioribus ſeſſionibus firma & rata eſſe, & propterea omnes quoquo modo vexantes conciliares, eorumve ſacerdotia, ac beneficia cujuſcumque qualitatis impetrantes, acceptantes, ſeu occupantes ultra excommunicationis, privationiſque omnium beneficiorum ſuorum cenſuras, decem marcarum auri mulctam incurrere ſingulares perſonas. Collegia vero & univerſitates triginta marcarum: quarum tertiam partem cameræ apoſtolicæ, aliam partem offenſo, tertiam vero loci principi vel magiſtratui: vel ubi hi non fuerint præcipuo fautori & defenſori: Horum beneficiorum collatores, niſi requiſiti a conciliariis intra duos menſes, & XII. dies ejectis occupatoribus conciliares reſtituerint eaſdem pęnas incurrere; & pleraque alia in hanc ſententiam.

## CXXXI.

*Geſta in Francofordienſi conventu.*

BASILEENSES legati interim (ut ad Francofordienſem conventum revertamur) ſexto Kalendas Junii, Francofordiam navibus appulerunt, ſuſceptique ſunt a civibus perbenigne non tamen ut legati apoſtolici, juſſique ſunt inſignia legationis domi dimittere. Eadem die Federicus Cæſar, Francofordiam ingreſſus eſt cum Maguntino, Colonienſi, Trevirenſi, comite Palatino, & duce Saxoniæ electoribus, & aliis pleriſque principibus. Qui vetuit Baſileenſes ſibi honoris gratia obviam dari. Poſt aliquot dies Baſileenſes Cæſarem adierunt, redditiſque literis concilii & Felicis, cauſam ſuam Panormitano orante commendant; orantes ut juſtitiam libertatemque eccleſiæ, cujus erat protector, tueri vellet. Cæſar reſpondit, ſe nihil magis cupere, quam eccleſiæ pacem dare: & propterea conventum principum indi-

Anno Christi 1442.

indixiſſe. Verum oportere eos paucis diebus præſtolari, quoad ex Aquiſgrano, quo ſuſcipiendæ primæ coronæ gratia iturus ſit, revertatur. Interim poſſe Baſileenſes, & adverſarios jura ſua exponere his, quos ipſe ſuo, & principum nomine ad hoc opus conſtituerit; ne in ſuo reditu collitigantes oporteat audire. Arelatenſis cardinalis, ubi Cæſari gratias egit, obtulit ſe comitem itineris Cæſari, aſſerens, ſe ut Arelatenſem archiepiſcopum principem imperii eſſe, pertinereque ad ſe coronam Cæſari imponere, quod prædeceſſor ſuus Arelatenſis alias feciſſet. Poſtridie Eugenii pontificis legati Joannes Carvaial, Nicolaus Cuſa, & Jacobus Ferrarienſis Cæſarem, ut Baſileæ congregatos expelleret, ut ſuſpenſionem tolleret animorum, ut obedientiam reſtitueret Eugenio indubitato pontifici, ubi eum in templo divi Franciſci adiere, poſt redditas literas hortati ſunt, & quem ut Romanum pontificem venerati erant omnes populi, nunc velit eumdem venerentur. Aderat unus ex Baſileenſibus oratoribus cum hæc dicerentur, qui Cæſarem rogabat collegas ſuos prius audiret, quam adverſariis reſponderet. Negabat Carvaial audiendos eſſe damnatos ac ſchiſmaticos: quod ſi vellent audiri, veniret Segobius ille, ut nuper, & monachus cum ſuo habitu, & eis libenter reſponderent. Cæſar vero ubi eis reſpondit ſe ſuper his deliberaturum, poſtridie Aquiſgranum contendit, quem Arelatenſis ſecutus eſt. Conſtituerat Auguſtenſem, & Chimenſem epiſcopos, marchionem de Rothelingen, & Thomam Hiſelbacchium theologum, qui contendentium propoſitiones, & jura audirent, referrentque, & cum his principes alios ſuo quiſque nomine, duos unumve adjunxerant: qui ſtatuta die Baſileenſes primo audirent: ii tribus diebus Panormitano perorante cauſam ſuam egerunt. Panormitanus juris utriuſque peritorum ſui temporis excellentiſſimus explicata primum longa narratione, ſerie rerum, multis argumentationibus, & infinita jurium allegatione conatus eſt probare concilium Baſileæ legitime permanere, Romanum pontificem concilio obedire oportere, neque poſſe illud diſſolvere ſeu transferre, Baſileenſe concilium non eſſe ſua ſponte diſſolutum, nec ab Eugenio potuiſſe diſſolvi; Ferrarienſem congregationem eſſe concilium generale, Eugenium legitime a concilio eſſe privatum pontificali dignitate, & Felicem canonice ſancteque illi ſubrogatum: oportere Chriſtianos omnes de neceſſitate ſalutis Felici obedire ut Chriſti vicario. Deinde adverſariorum objecta, & libellum quemdam Eugenii, Etiamſi non dubitemus, appellatum, multis rationibus [illegible] eſt. Auditi ſunt Baſileenſes ſine arbitris per tres dies. Deinde ſunt admiſſi Eugeniani eodem modo: qui Nicolao Cuſa agente, primum aſſeruerunt iniquum fuiſſe damnatos Amedeiſtas audiri; tum explicata ſerie rerum geſtarum, oſtendit Eugenium rite, & neceſſario concilium tranſtuliſſe, conciliumque eam tranſlationem per decretum præſidentium, & ſuorum [illegible], apud quos poteſtas remanſerat, [illegible] locum ſtatuiſſe; judicium contra Eugenium injuſtum fuiſſe, criminationes omnes falſas, [illegible] Baſileenſem, electoreſque inhabiles, [illegible] nullum concilium eſſe, Florentinum concilium œcumenicum eſſe & ſanctum; Baſileenſe [illegible] ſchiſma, diviſionem [illegible] abominationem [illegible] eccleſiæ Dei; Florentinæ ſynodi Græcorum, Armeniorum, Jacobitarum, Hiberorum unionem & converſionem. Proinde ejiciendos Baſileenſes cum ſuo idolo, relegandoſque in ultimas terras, & Eugenium ſummum ſanctumque pontificem, ut Chriſti verum vicarium, venerandum adorandumque: neque aures dandas Baſileenſium ſermoni, qui fumus eſſet caligine plenus oculos ſtolidorum obtenebrans, nihil in ſe habens veritatis. Has contendentium contradictiones, auditores in ſcriptis petierunt, ut fidelius pleniuſque Cæſari, & principibus omnia poſſent referre: quod & factum eſt. Audierunt Baſileenſes legati quinque ex principibus electoribus conjuraſſe, ut Eugenio certis legibus omnino obedientia redderetur. Quare ut huic rei obviarent, ſummo ſtudio curarunt ab eis audiri; quod numquam conſequi potuerunt, qui etiam audita relatione dictorum a contendentibus magis urgebant, ut Eugenius ſuſciperetur. Voluit Cæſar leges illas cognoſcere, utque alii principes & prælati eas examinarent, quas ut Baſileenſes etiam cognoverunt, Cæſarem adeuntes magnis execrationibus damnabant, orabantque, ut nullo pacto admitterentur. Res in ſenatu principum diſcuſſa prætermiſſa eſt, ſed poſt multas diſputationes multaque conſilia tandem Cæſar de conſilio principum ſtatuit aliud concilium indubitatum eſſe celebrandum, mittendos eſſe nuncios ſuper ea re Baſileam ad patres, & Florentiam ad Eugenium pontificem. Interim Germanis in ſua ſuſpenſione animorum manendum: quæ cum Baſileenſes legati audiſſent: conquerebantur quod Cæſar, & principes, factioſi viderentur, non indifferentes, cum nuncios ad Eugenium, non autem ad Felicem mittere ſtatuiſſent. Cæſar placatis Baſileenſibus, dicens ſe æqua lance rem tractaturum, illos remiſit. Qui Baſileam reverſi Kalendas Septembris, patribus retulerunt quæ Francofortiæ geſta erant.

## CXXXII.

*Decreta in conventu Francofordienſi.*

Cæsar vero ut pax interim in provincia ſervaretur, publico edicto vetuit quempiam in ſuis beneficiis occaſione ſchiſmatis quoquo modo vexari, ſed unumquemque in ſua poſſeſſione eſſe defendendum: contra facientes ut hoſtes reipublicæ habendos. Tum volentibus principibus leges compoſitæ ſunt, quæ Eugenio pontifici pro pace offerrentur, ſtatutaque regula, quam legati Eugenium, & alios adituri ſervarent in hunc ferme modum: legati Cæſaris & principum Tridenti omnes convenient ad feſtivitatem S. Galli, venerabuntur Eugenium cum ad eum pervenerint, ut Romanum pontificem, excuſabunt Cæſarem & principes, cauſamque explicabunt, cur tandiu in neutralitate perſeveraverint. Deinde dicent Cæſaris & principum ſententiam eſſe, non poſſe melius dari pacem eccleſiæ, quam per indubitatum generale concilium. Proinde orare ſanctitatem ſuam, velit generale concilium indicere in uno ex his locis Ratisbonæ, Treviris, Meti, Auguſtæ, Conſtantiæ, & ſi malit Tridenti, quod intra annum celebretur. Quod ſi rex Franciæ inſtabit in Galliis celebrandum fore, ſuadeant pontifici convenientius fieri in Germania, ubi pax eſt & quies; decereque, ut ubi ſciſſio facta eſt, ibi fiat unio. Modum procedendi in concilio, ipſi concilio eſſe relinquendum. Quod ſi pontifex nolit concilium indicere, concedat Cæſari, ut jure advocatiæ concilium poſſit convocare: ſi pontifex de criminationibus ſibi aſcriptis apud legatos ſe excuſet, neque admittatur, neque reſpuatur excuſatio, apud pontificem non expectent ſupra menſem: & reſponſum pontificis in ſcriptis referant. Jurabunt legati antequam proficiſcantur nihil omnino a pontifice ſe petituros, aut acceptaturos etiam ultro oblatum, non ſacerdotia, non dignitates, non gratias aliquas: idem apud concilium Baſileenſe facient. Felici autem non exhibebunt reverentiam, ut pontifici, ſed per intermedias perſonas ſecum agent. Referant deinde omnia legati Cæſari, & principibus qui ad feſtum purificationis Nurimbergæ convenient, & deliberabunt. Hæc acta ſunt in magno conventu Francofordienſi a Cæſare & principibus, & alia dieta Nurimbergæ indicta.

## CXXXIII.

*Legatio Cæſaris ad Baſileenſes.*

Hæc ubi Baſileæ per legatos, qui redierant, innotuere, non parvo mœrore afficiebantur patres, cum putaſſent principes, facile potuiſſe adduci in ſuam ſententiam. Deſignavit Cæſar Silveſtrum Chimenſem, Thomam Haſelbachium, & alios ſuo & principum nomine legatos Baſileæ. Et ipſe 18. Kalendas Octobris Baſileam appropinquans, quamvis a cardinalibus, & multis ex patribus, qui obviam proceſſerunt, rogaretur, ut urbem intraret, recuſavit; rogavitque, ut ſuos legatos exaudirent. Qui patribus expoſuerunt, Cæſarem, & principes rogare, ut pro pace, & quiete univerſalis eccleſiæ, vellent vota ſua conferre, ut modis congruis generale indubitatum concilium intra annum congregaretur in loco ſuæ majeſtati & principibus grato, & rebus gerendis accommodo: ſuper hac petitione diu multumque diſceptatum eſt, coram Felice, & coram patribus, multæque difficultates demonſtratæ. Et cum tandem de transferendo concilio convenirent, magnæ tamen contentiones habebantur de modo rerum gerendarum. Videbatur multis nihil reſpondendum antequam Cæſar urbem intraret, illeque non prius urbem ingreſſurum ſe dicebat, niſi prius reſponderetur. Magna moleſtia acceperant Felix & patres, principes quoſdam, & ipſum etiam Cæſarem, Eugenio ſcribere tanquam Romano pontifici. Conquerebantur non ſervari ab eis æquitatem, quam promiſerant, cum Felicem non appellarent pontificem, neque eum venerarentur, ſed neque miſerint ad eum legatos: videri illos publice profiteri Baſileenſe concilium injuſtum eſſe, & Eugenium non recte privatum. Quæ cum apud Cæſarem Baſileenſium nuntii conquererentur, reſponſum eſt per Gaſparem Silichium, Cæſarem promptiſſimum eſſe ad pacem procurandam: ſed quæ de nominatione Eugenii dicerent, immutari non poſſe; cum per conventum Francofordienſem ſtatutum ita ſit. Poſt multas tandem conſultationes, contentioneſque, tandem ex communi patrum decreto, Cæſaris legatis in hanc ſententiam reſponſum eſt, ſanctam ſynodum Baſileenſem, quamvis Baſileæ legitime congregata, nullibi majori commoditate ſecuritateque eſſe poſſit, ſitque patribus valde periculoſum & grave locum mutare, tamen pacis deſiderio, utque Cæſari & principibus gratificetur, paratum eſſe ad locum ejuſdem nationis, rebus gerendis accommodum, ac regiæ majeſtati gratum ſua propria auctoritate modis congruis ſeipſam transferre, ſi ſecuritates opportunæ ordinentur. Rogare Cæſarem ut ipſe concilio interſit, vel aliquem ex principibus ſuo loco ſubſtituat; qui auctoritate & potentia concilium tueatur. Hortatur reges & principes, ut per ſe vel legatos conveniant. Prælatos & alios, quos conciliis intereſſe oportet, illuc mittant: utque tanti labores irriti non ſint. Promittat imperator, & principes futuro concilio integre parituros, ſuſcepturos, ſervaturoſque omnia ejus decreta, etiamſi non eo venerint adverſarii, Baſileenſes loca pro concilio futuro nominaturos rebus gerendis accommoda, ex quibus Cæſar pro ſuo arbitrio unum eliget; quem patres habitis ſecuritatibus opportunis decreto ſolenni firmabunt, tempore conveniente illuc ſe transferent. His peractis Cæſar tertio Idus Novembris, Baſileam ſolenni pompa ingreditur, quem honoris gratia patres omnes, & cardinales Felicis deduxerunt: Arelatenſis, & Tridentinus Cæſari utrimque aſſiſtebant, ceteri cardinales præcedebant: ſequebantur dux Brunſvicenſis, & comes Gebennarum, deinde prælati. Petierunt primo cathedralem eccleſiam, ubi facta oratione ad prætorium acceſſit. Poſtridie a cardinalibus, ac primoribus patrum domi viſitatus eſt, multaque ab eis audivit, ut eccleſiæ auctoritatem, & juſtitiam tueri vellet. Altero deinde die ipſe Felicem viſitare ſtatuit, ita tamen ut eum adorare ut papam non videretur: ſub crepuſculo igitur veſpertino cum paucis Felicis domum nudo capite adiit, & in camera quam papalem appellant, ſubſtitit cum ſuis: illuc e cubiculo egreſſus Felix cum novem ſuis cardinalibus præcedente cruce advenit. Erat indutus Felix magna chlamyde purpurea albis armerinis pellibus ſubſtrata; quem Cæſar modeſta reverentia excepit, & per epiſcopum Chimenſem ſe excuſavit, quod non exhiberet ei reverentiam, Romano pontifici debitam, ut paci aptior eſſet. Hortatuſque eſt Felicem, & ſuos cardinales, ut ad pacem eccleſiæ dandam omnino ſe diſponerent, quam ipſe totis viribus proſequeretur: cum tamen Chimenſis, ne illum pontificalibus titulis unquam appellaret, clementem benignitatem tuam dicebat, non ſanctitatem aut beatitudinem. Felix autem pontificalibus verbis uſus benigne Cæſari reſpondens, egit ei gratias pro viſitatione, aſſerens ſe omnia in partem accipere meliorem, & ſe cardinaleſque ſuos ad pacem eccleſiæ paratiſſimos eſſe. Se autem non accepiſſe pontificatum ambitionis gratia, quoniam omnibus rebus abundaret, ſed ut eccleſiam Dei afflictam conſolaretur. Proinde orare Cæſarem, ut juſtitiam, & auctoritatem eccleſiæ pro officio ſuo omni ſtudio tueretur. Multis præterea hinc inde dictis Cæſar domum rediit, & inde ſequenti die Baſilea diſceſſit.

CXXXIV.

Anno Christi 1442.

## CXXXIV.

*Felix antipapa Lauſanam petiit.*

Paucis poſt diebus, & Felix ipſe valetudinis gratia, ut ajebant, diſcedens, Lauſanam rediit cum parte cardinalium ſuorum, atque aliorum officialium, majorem autem partem Baſileæ dimiſit, pollicitus tranſacta hyeme, ſe ad concilium rediturum. Convenitque tandem per hoc tempus inter Felicem, & cardinales dę quinto denario poſt multas & varias diſceptationes. Ex Scotia inter hæc afferuntur literæ menſe Octobri, in quibus Jacobus comes de Dongliis, concilio ſe parere profitebatur, mittebatque nuntium ſuum Guillelmum archidiaconum Tjndaliæ, qui patribus nunciaret, regni Scotiæ prælatos opera quorumdam epiſcoporum ab Eugenio poſt privationem ſuam promotorum, provincialem ſynodum celebraſſe, damnaſſeque, & excommunicaſſe Baſileenſes, & Felicem, privaſſeque omnes illis adhærentes omni ſacerdotio & dignitate, & præſertim filium ſuum epiſcopum Aberdonenſem, qui eam eccleſiam a concilio, & a Felice obtinuiſſet; ſe vero cum ſuis reſtitiſſe, quantum potuiſſet, orare patres, ut auxilio ſint, mittantque ſuos nuncios cum cenſuris, & literis defenſionis. Decembri menſe Ferdinandus dux Calabriæ, Alphonſi regis Aragonum filius nuncium Baſileam miſit, qui ſuo nomine obedientiam, reverentiamque concilio exhiberet, in omnibus quæ patri ſuo contraria non eſſent: ſed cum nuncius illum ducem Calabriæ appellaſſet, Raymondus epiſcopus Siſtericenſis, nomine Renati regis proteſtatus eſt illum non eſſe ducem Calabriæ, quoniam regnum Neapolitanum ſpectaret ad Renatum, non autem ad Alphonſum occupatorem, & ducatus Calabriæ, ad Joannem Renati Filium; Ferdinandum ſpurium eſſe, & nihil ad eum de regno Siciliæ. Hæc redarguit Panormitanus, multumque accuſans Siſtericenſem, quod ſine mandato Renati ea faceret, quæ facere non poſſet: præterea quod impugnaret Alphonſum, & filium concilii fautores, & tueretur adverſarii amicum. Poſthæc v. Kalendas Januarias, Thomas Reatinus, nomine Franciſci Sfortiæ, fortiſſimi exercitus clariſſimi imperatoris Baſileam venit, qui primo fuerat Lauſanæ cum Felice. Hic cum coram patribus multa in Eugenium invectus eſſet, tandem quatuor Franciſci nomine pollicebatur; quod urbem Romam & eccleſiæ provincias intra duos menſes recuperaret, Felicique aſſignaret. Quod ipſum Eugenium captivum traderet in manus Felicis. Quod confœderatæ ſociæque Italiæ civitates Venetiæ, Florentia, & Genua, obedientiam Felici præſtarent, & tandem poſt menſem Junii, bellum inferret cuicumque Felix imperaſſet, & contra ſocias civitates, quibus uſque ad illud tempus tantum eſſet obnoxius: Interim vero aliis quibuſcumque. Petere autem eadem privilegia ſibi confirmari, quæ Eugenius ſibi quondam conceſſiſſet, ut vexillifer eccleſiæ Romanæ eſſet, ut ſtipendium XIII. millium aureorum ſuſciperet ſingulo quoque menſe pro quatuor millibus equitum, & mille peditibus; ut Tudertum, Aſſiſium, Tuſcanella, & alia tria oppida ſibi confirmarentur. Fidejuſſores promiſſorum pollicebatur mercatores Genuæ commorantes: Hinc facta eſt magna ſpes patribus, & Felici rei bene A gerendæ, ita ut parum deinde curarent conventum Nurimbergenſem.

Anno Christi 1442.

## CXXXV.

*Contentio de privatis cauſis.*

Per hoc tempus cauſæ nonnullæ privatæ actę ſunt, non ſine magna patrum contentione. Curienſis epiſcopus tranſlatus fuerat ad eccleſiam Conſtantienſem, reſervata ſibi priori eccleſia Curienſi. Patres concilii Curienſem eccleſiam commendaverant Tridentino, quoad Aquileienſis eccleſię poſſeſſionem conſequeretur. Aquileienſis igitur Conſtantienſem impugnabat, B qui nullo modo ceſſurus videbatur. Quidam ex principibus hortabatur patres, ne quid ſtatuerent contra Conſtantienſem, quoniam eſſet contra principum unionem. Erat & altera contentio Joannis Baccheiſtein pro Herbipolenſi prępoſitura, qui nullo modo induci poterat ad differendum judicium, quamvis Arelatenſis, & primores ex patribus id magna cura ſuaderent. Aderat tempus mittendi legationem ad conventum Nurimbergenſem, multę difficultates in ea ortę ſunt. Primum de numero & qualitate legatorum, tum de commiſſione, poſtremo de viatico. Tandem convenerunt, ut Aquileienſis cum poteſtate legati de latere iret, & alii nonnulli ad Cęſarem, reges Polonię, Hungarię, Bohemię, C duces Auſtrię, & alios principes pleroſque. Erat Aquilejenſis patruus Cęſaris, & regis Polonię: curabatque, quoniam etiam id regnum putaret ad eum pertinere; cujus partem poſſidebat, quod non eſt admiſſum: cum dicerent patres extare Ladiſlaum, poſtumum Alberti regis filium, quamvis infantem. Viaticum Felix ipſe ſupplevit: agitata eſt & alia contentio inter patres, ut pręſidentes concilii non unus tantum eſſet, ſed quatuor, ex qualibet natione unus: quod annitente Felice, ac Arelatenſi cardinali admiſſum non eſt, maxime cum intelligerent duos pro natione Italica & Hiſpanica, futuros ex ditione regis Aragonum, & Jacobus Sirif Trevirenſis epiſcopus, circa Idus Martias anni hujus D 1443. Felicem Lauſanam adiit, multaque illi pollicitus eſt: ita ut bonam ſpem omnes de ea re concepiſſent.

## CXXXVI.

*Dilatio dietæ Nurimbergenſis, & Eugenii pontificis reſponſum legatis Cęſaris.*

Venerat tempus præſcriptum conventus Nurimbergenſis, nonnulli oratores Cęſaris, & principum illic convenientes, ſtatuerunt aliam generalem dietam poſt ſex menſes celebrandam per Cęſarem, & principes; E cum tunc a contendentibus reſponſa non haberent regi accommoda, & eſſet Cęſar occupatus adeundę tutelę patruelis Ladiſlai gratia, huic rei non poſſet intendere. Eugenius autem legatis Cęſaris poſt multas conſultationes, de concilio patrum in hanc ſententiam reſponderat. Mirari ſe Cęſarem, & principes petere generale concilium indubitatum celebrari, cum ipſe ſacram œcumenicam ſynodum auctoritate apoſtolica, & omnium patriarcharum orbis Chriſtiani inſtitutam celebret, mirabilium rerum effectricem, quam ſi in dubium revocare velint, nihil aliud eſſe quam fidem



Anno Christi 1443.

fidem catholicam oppugnare, & Dei ordinationi reſiſtere. Optare ſi qui tali errore tenerentur, ratione inſtruantur, rejectiſque ſtultis ac perfidis Baſileenſium dogmatibus doctrinam apoſtolicæ ſedis, quam Chriſtus fidei matrem & magiſtram inſtituit, ſuſciperent. Poſſe igitur in ea ſynodo magno prælatorum numero congregata recte conſuli & commode ſi quid reſtat, & dubia aperiri ſi qua ſint. Tamen ut Cæſari & principibus morem gerat quam primum Romæ fuerit, ubi apud Lateranum generale concilium tranſtulerat, convocaturum prælatos majori numero, tractaturumque cum eis an expediat aliud concilium celebrari, & qui admittendi, quive repellendi ſint in eo concilio, & quo ordine res gerendæ ut pernicioſis violentiis, quæ noſtro tempore emerſerunt, obvietur. Miſſurum ſe tamen ſuos legatos, qui de iis cum Cæſare, & principibus agant, quamquam non videat, quid cum eis recte agi poſſit, niſi animi ſuſpenſionem depoſuerint, quam Chriſti fides ignorat, revertanturque ad priſtinam apolicæ ſedis reverentiam, qua una re pacem eccleſiæ darent; quod ſi fecerint, concurrentibus aliis regibus & principibus, qui in tentationibus ſolidi permanſerunt, libenter ſe aliud concilium celebraturum.

## CXXXVII.

*Cauſa privata.*

Hoc anno 1443. pauca digna memoria acta ſunt, cum Felix a concilio procul eſſet. Propter quod multum priſtinæ auctoritatis amiſſum videbatur. Cauſæ privatæ quamplures ſunt agitatæ ſumma nonnunquam contentione, inter quas præcipuæ fuere, cauſa præpoſituræ Herbipolenſis, de qua ſupradictum; cauſa ſpolii contra Nicolaum de Mentone, & cauſa Philippi Hybernici ſuper revocatione ſententiæ contra eum latæ in Romana curia per cardinalem Firmanum. Majo menſe literæ ex Britannia allatæ ſunt a Franciſco duce, qui ſpem faciebat, ſi mitteret in provinciam legationem, coacturum clerum ſuum, & deliberaturum ſuper rebus eccleſiæ. Quod Baſileenſes impigre fecerunt, & Felix multum conquerebatur, quod cum patres cenſuiſſent ante ſuam electionem per ſeipſos inſignes legationes mittere, nunc nihil facerent: ſe autem filiorum ſuorum hæreditatem conſumpſiſſe: & cum rogaretur, ut Baſileam rediret, auctoritatis augendæ cauſa, reſpondit experientia didiciſſe longe ſe melius rempublicam Lauſanæ gerere, quam Baſileæ: quoniam multi illum Lauſanam adirent, qui Baſileam non venirent.

## CXXXVIII.

*Damnatio quarumdam aſſertionum mendicantium.*

Philippus Hybernicus, cum obtinere a patribus non poſſet ſententiæ articulorum damnatorum revocationem inſtare cœpit, ut regiſtrarentur literæ quædam decretæ a concilio pridie Idus Februarii anni 1444. quæ mendicantium aſſertiones quaſdam damnabant, ut omnibus exemplum poſſet exhiberi, quod poſt multas contradictiones mendicantium, tandem conceſſum eſt, ſententia ſynodalis decreti erat



Anno Christi 1443.

A hujuſmodi. Aſſertionem mendicantium, qui ajunt parochianos non teneri de jure dominicis diebus & ſolemnibus miſſas in propriis parochialibus eccleſiis audire, ſed ubi pro eorum devotione maluerint, prætermiſſis ſuis parochiis, & hanc libertatem non poſſe eis adimi a ſynodalibus conſtitutionibus: quodque parochiani ſuis curatis illis diebus non tenentur ad oblationem faciendam, ſed in voluntate dantis ſit, cui velit ea dare: falſam eſſe. Eodem modo falſas eſſe, etiam has eorum aſſertiones: Obnoxium quavis cauſa faciendi miſſas celebrari pro vivis & defunctis, non ſatisfacere debito ſuo, ſi per curatum ſacerdotem id fieri curet, quoniam ratione curæ ad id ſit obligatus. Decimarum B ſolutionem, & ſi de præcepto ſit, non tamen de præcepto eſſe cui ſit ſolvenda, liberum igitur eſſe omnibus cui velint eas ſolvere, vel in opera pietatis, pro arbitrio impendere: morientes in habitu & profeſſione ordinis Minorum ultra annum non paſſuros in pœnis purgatorii: quoniam beatus Franciſcus ex divino privilegio quotannis ad purgatorium deſcendat, profeſſoreſque omnes ſui ordinis deducat ſecum ad cœlum. Fratres mendicantes etiam non præſentatos ordinariis omnium confeſſiones poſſe audire, illoſque qui apud eos ſint confeſſi, non obligari etiam ſemel in anno confiteri proprio ſacerdoti, nec petere confitendi veniam. Epiſcopos diœceſanos etiam in ſuis ſynodis non C poſſe ſibi reſervare abſolutiones aliquorum criminum, præter caſus in jure expreſſos. Has omnes opiniones ſancta ſynodus per ſuas literas damnat, declaratque eſſe erroneas, quæ maxime prædicabantur a mendicantibus in Taurinenſi & Aſtenſi diœceſibus.

## CXXXIX.

*Varia geſta Baſileenſium.*

Menſe Junio hujus anni actum eſt per patres ſumma diligentia de pace inter Suicenſes, & Turegienſes; & demum D approbata eſt forma novi officii viſitationis beatæ Mariæ, quam ex multis Thomas de Corcellis compoſuit. Sequenti menſe duces Stetenenſis & Pomeraniæ per literas & nuncios obedientiam exhibuerunt Baſileenſibus, & Felici; & patres literas complures hinc inde acceperunt, varia afferentes. Erant qui ſcriberent Ludovicum patriarcham Aquilejenſem Eugenii nomine cum Alphonſo rege apud Terracinam conveniſſe, ut eum Eugenio reconciliaret; Tridentinus autem, quem cardinalem & patriarcham appellabant, [illegible] ad Cæſarem miſſus, multa ſcripſit ex Vienna affirmans ſe apud Cæſarem [illegible] alios ſemper uſum fuiſſe inſigniis, & auctoritate legationis. Et quod E Julianus cardinalis qui illuc venerat, ut Eugenii legatus, non fuiſſet permiſſus uti inſigniis, qui latebat, neque audebat in publicum exire, ab omnibuſque reputaretur ut hæreſiarcha, & quod inter alios Joannes Trunt, & Æneas Senenſis graviter contra eum diſputaſſent, & multa hujuſmodi.

Anno Christi 1444.

## CXL.

*Cæſar hortatur principes ad conſentiendum novo concilio.*

FRIDERICUS autem Cæſar ut vidit deſiderio ſuo non ſatisfieri, neque ab Eugenio, neque a Baſileenſibus, literas ad reges & principes dedit Kalendis Junii datas, in quibus hortabatur omnes, ut conſentirent celebrationi generalis concilii, quod ipſe exemplo Conſtantini, Marciani, Valentiniani, Theodoſii, & aliorum catholicorum Cæſarum, ad ſchiſma tollendum, de eorumdem conſilio indicere ſtatuerat. Rogabat omnes, ut legatos mitterent ad conventum Nurimbergæ indictum ad ſancti Martini celebritatem, conſulturos de modo & ordine convocandi concilii. Vacaverat Friſingenſis eccleſia Auguſto menſe. Cæſar patres rogat ut eam Henrico Slicho ſecretarii ſui germano concedant. Conſuevisse Romanos pontifices ſemper de ea eccleſia pro voluntate ducum Auſtriæ providere, cujus agri & oppida ſint ſub eorum imperio. Paulo poſt electio ſuper ea eccleſia in perſonam Joannis cardinalis, ut ajebant, ſancti Martini, qui canonicus & præpoſitus illi erat, patribus præſentatur. Fit igitur patrum diviſio, cum illi ſuo cardinali, alii Cæſari morem gerendum putarent. Ii juſtitiam & ſynodalis decreta ſervanda ajebant, confirmandamque electionem, illi in tanta univerſalis eccleſiæ neceſſitate Cæſarem, qui multum conferre poteſt ad utilitatem eccleſiæ, non exaſperandum, curandumque ne quod a patribus denegatur, petatur ab alio qui libenter concedat. Diſceptatum eſt de hac re per multum tempus, annitente maxime Arelatenſi, ut Cæſari gratificaretur, vel ſaltem differretur res. Impellente tamen multitudine confirmatio decreta eſt: & deinde repertum eſt Henricum proviſionem habuiſſe ab Eugenio pridie quam electio fieret de Joanne, quo jure ſe defendens Henricus eccleſiæ illius oppida, & jura, quæ erant in Auſtria poſſidebat. Joannes autem favore Alberti Bavariæ ducis Monachii, cujus erat conſanguineus, eccleſiam ipſam tenebat. Antonius de Roſellis jureconſultiſſimus ſui temporis multa pro jure Henrici ſcripſit.

## CXLI.

*Leges concordiæ inter Alphonſum & Felicem: Item leges concordiæ inter Alphonſum & Eugenium.*

ALPHONSUS interea rex Ludovicum Caſcuſam ad Felicem miſerat cum literis XV. Idus Aprilis Neapoli datis, ut certis legibus cum Felice conveniret. Eæ ferme erant hujuſmodi: Adoptionem Joannæ reginæ de Alphonſi in filium factam confirmet: feudum regni Siciliæ citra Pharum ſub formula per Alphonſum mittenda concedat: Pecunias omnes, de quibus convenerat, exolvat, cum obedientia Alphonſi nomine exhibebitur: Patrimonium beati Petri, agrum omnem eccleſiæ recuperabit Alphonſus, perpetuoque & ipſe & Ferdinandus filius ea defendent tuebunturque, ut eccleſiæ Romanæ protectores, & defenſores. Terracinam accipiet Alphonſus pro trecentis millibus aureis nomine pœnæ, quem incurrerat Eugenius, ob inducias contra ſe violatas per patriarcham Alexandrinum. Alphonſus his completis nomine ſuo & fratrum ſuorum obedientiam Felici præſtabit. Prælatos e regnis ſuis magno numero ad concilium mittet ubicumque fuerit pro tuitione ſynodi Baſileenſis & Felicis, procurabitque quantum in eo erit ut idem faciat rex Hiſpaniarum & dux Mediolanenſis. Rex ex proventibus provinciarum eccleſiæ tertiam partem Felici, tertiam cardinalibus ejus concedet, reliquum ſibi reſervabit, deductis tamen prius expenſis in illis recuperandis factis. Licere tamen regi, antequam hæc concludantur, immutare quæ voluerit, & etiam cum alio rem ſuam agere. Et per idem tempus Aquilejenſis patriarcha cum literis Eugenii Senis datis pridie Idus ejuſdem anni Terracinam ad regem contendit; qui tandem cum rege convenit. Et pridie Idus Junii his ferme legibus concordia facta eſt. Inter Eugenium papam & Alphonſum regem pax perpetua eſto, injuriarum inimicitiarumque omnium oblivio. Rex Eugenium ut ſummum & verum pontificem adorato; neque permittito illum clam palamve offendi. Eadem ſit lex cum cardinalibus, populis, ſubditis ſequentibuſque Eugenium. Rex ſi quid contra libertatem eccleſiaſticam vel ipſum Eugenium jam ſtatuerat in ſuis regnis, id omne revocato. Annonam commeatuſque omnis generis libere ut importentur Romæ permittito & curato. Eugenius regem ſuoſque minime offendito, illumque a cenſuris omnibus & pœnis abſolvito per ſe vel per legatum. De regno Siciliæ citra Pharum inveſtito ſecundum formam per Romanos pontifices ſervari conſuetam cum clauſula, non obſtante, quod vi illud occupaverit. Illumque regni corona donato. Beneventanam & Terracinam urbes permittito Alphonſo nomine perpetui vicariatus ſub cenſu duorum accipitrum. Abſolvitoque regem ab omni pecuniarum ſumma, quam deberet apoſtolicæ cameræ ex quacumque cauſa. His perfectis, Alphonſus in verba Eugenii jurato: Præſtato illi homagium: Reſtituitoque eccleſiæ Romanæ oppida, Civitatem ducalem, ſancti Felicis, Freſolenſem, & alia quæ occupat. Mittito contra Turcas triremes ſex, ſex menſibus regiis ſumptibus militaturas. Item mittito contra Franciſcum Sfortiam ad recuperandam marchiam Anconitanam & alia eccleſiæ loca equitum quatuor millia, & mille pedites; quibus Eugenius ducem pro ſuo arbitrio conſtituet. Quæ omnia intra terminum trium menſium per Eugenium componenda [illegible] ſervanti conventa mulcta erat ducentorum millium aureorum, & tamen omnia firma eſſe oportere. Hæc ut Eugenio relata, mox approbata firmataque ſunt. Et Alphonſus ſexto die poſt conditionum concordiæ deſcriptionem ad XII. Kalend. Julias, ut cognovit Eugenium omnia confirmaſſe, literis ſuis per omnes regnorum ſuorum provincias teſtificatus eſt ſe poſt longam conſultationem, cum in rebus eccleſiæ dubius admodum fuiſſet, revelante divina gratia cognoviſſe Eugenium eſſe ſummum & verum Romanum pontificem ac Chriſti indubitatum vicarium, illumque & non alium pro tali eſſe adorandum. Tum leges, editaque omnia in ſuis regnis contra Eugenium & pro concilio Baſileenſi contra ejus voluntatem irrita eſſe, & omnino revocata; licereque unicuique

Roma-



Anno Christi 1445.

Romanam curiam adire. Hoc edicto publicato Eugenius paulo poſt regem ſupplicantem abſolvit, atque reſtituit in priſtinum ſtatum omnes cujuſcumque ordinis & ſtatus qui Baſileenſibus auſcultantes & regi contra apoſtolica ſua mandata faviſſent, uſque ad Kalend. Julii anni præſentis, & per duos menſes proxime ſequentes, vetuitque quæ hoc tempore egiſſent eis in judicio vel extra quoquomodo impingi. Quoad beneficia eccleſiaſtica, voluit hoc intelligi pro his, qui poſt Kalendas Julias Baſileæ remanſiſſent vel Baſileenſibus adhærerent, neque ullo pacto comprehendi in hac liberatione qui ab Amedæo cardinales ſunt prophanati, quibus ſi id merentur, & humiliter veniam poſtularent, alio modo provideretur.

## CXLII.

*Alphonſus regni ſui legatos ex Baſilea avocat.*

APERUIT hæc omnia Alphonſus clam ſuis literis Panormitano, Dertuſenſi & Vicenſi cardinalibus Felicis; monens eos ut ſi cuperent rem gratam regi facere, diſcederent quamprimum Baſilea, & in Italiam vel ad ſuas eccleſias proficiſcerentur. Non poſſe hoc tempore eos quicquam agere regi acceptius. Proinde ſecundas literas non expectarent. Erant hi tres regis ſubditi, & in ejus regnis poſſidebant beneficia. Qui cognita regis voluntate poſt multas conſultationes lamentationeſque cum ſuis collegis, aſſerentes ſe in fide concilii, & Felicis ſemper manſuros, & nunquam adoraturos Eugenium; defenſuroſque auctoritatem ſacrorum conciliorum ac profeſſam doctrinam. Tandem pridie Nonas Auguſtias Baſilea diſceſſerunt: Panorminatus dimiſſis inſigniis cardinalibus Italiam petiit. Reliqui ad eccleſias ſuas reverſi ſunt. Hos mox ſunt ſecuti reliqui fere omnes, qui ex regnis Alphonſi Baſileæ erant. Grave per hoc tempus exortum eſt bellum inter Auſtriæ principes & Baſileenſes cives & eorum ſocios, quod tandem patres ſumma diligentia & labore compreſſerunt. Appetebat tempus indicti conventus Nurimbergæ; in quo Cæſarem cum principibus & regum legatis ſtatuere oportebat de modo concilii convocandi. Ad hunc conventum poſt multas deliberationes tandem a Felice deſignati Lauſanenſis epiſcopus vicecamerarius & epiſcopus Taurinenſis auditor cameræ, & alii nonnulli, qui acceptis mandatis a patribus Nurimbergam profecti Cæſaris & principum legatos tantum invenerunt, qui aſſerentes principes hoc tempore occupatos eſſe, conventum ad ſancti Georgii feſtum diſtulerunt. Interim Alphonſus rex, Veneti, Florentini & Senenſes, & reliqui ex Italia Cæſari literis ſuadere conantur, ut concilium Lateranenſe celebrari permittat, illucque jubeat ire prælatos.

## CXLIII.

*Creatio novorum cardinalium a Felice.*

DUXERAT ſecum Felix cum Baſilea diſceſſit quatuor ſuos cardinales, Aquilejenſem, ſancti Sixti, ſancti Marcelli, & de Varambone. Horum duo mortui nuper erant, ſancti Sixti & ſancti Marcelli: Aquilejenſis apud Cæſarem Viennam diverterat, unicus tantum aderat Felici. Igitur inſtabat Felix apud patres, ne ſolus omnino videretur, utque ſacra publice poſſet celebrare, decretum pro celebratione, & creationem cardinalium pro ea vice relaxarent, permitterentque, ut quinque cardinales deligeret. Acta eſt hæc res magna patrum contentione, & tandem poſt multos dies relaxatum decretum. Et Felix cardinales quidem quinque creavit, ſed duos tantum publicavit, Joannem Tarantaſienſem, & Ludovicum Vicenſem præſules Aprili menſe anni ſequentis: & cum patres multis exhortationibus inſtarent, ut Felix Baſileam rediret, quod a principio pollicitus erat, tamen auditis ejus argumentationibus, quibus oſtendebat ſatius eſſe morari Gebennis quam Baſileæ, deſtiterunt; & maxime cum bella in ea regione recrudeſcerent. Hæc acta ſunt ad annum quadrageſimum tertium ſupra mille & quadringentos. Cetera non habentur.



## CXLIV.

*Finis concilii Baſileenſis narrationis.*

QUÆ hactenus de rebus geſtis Baſileenſis ſynodi perſcripſimus ex longa hiſtoria, & maximis duobus codicibus excerpſimus, nihil omnino prætermittentes rerum publicarum, ſed ſummarie omnia atque integra fide ſumus proſecuti. Hos quidem codices ipſi Baſileæ vidimus, magna diligentia, ut Sybillarum libros a civibus ſervatos: quorum exemplum a reverendiſſimo domino cardinali ſancti Marci rerum eccleſiaſticarum diligentiſſimo perſcrutatore, nuper habuimus. Horum ſcriptor & auctor fuerat Joannes Segobienſis, natione Hiſpanus, qui deinde a Baſileenſibus cardinalis ſancti Calixti eſt appellatus. Vir quidem magno ingenio & multa doctrina præditus, theologica præſertim, & qui in ſua pertinacia uſque ad extremum vitæ ſuæ etiam diſſoluta illa multitudine ſemper permanſit, camerariatus officium geſſit. Habui & primam hujus ſynodi partem collectam a piæ memoriæ Dominico cardinali Firmano, qui tamdiu concilio interfuit, quamdiu manſit concordia cum Eugenio pontifice. Etſi concilium adjerit, ut rubeum capellum cardinalaris dignitatis, quod Eugenius negabat, a concilio obtineret, reconciliatus tandem Eugenio ſeditioſos dimiſit, rediitque ad ſuum principem & paſtorem.

## CXLV.

*Epilogus concilii Baſileenſis, & ordo rerum.*

BASILEENSE concilium originem & auctoritatem primam traxit a ſacroſancta ſynodo Conſtantienſi. Ibi enim (ut a principio commemoravimus) ſtatutum fuerat, ut quinquennio poſt ejus ſynodi finem aliud concilium Papiæ celebraretur, & aliud deinde poſt ſeptennium. Sed cum ſtatuto tempore patres Papiæ conveniſſent, peſte fugati concilium Senas tranſtulerunt, ubi Baſileenſe concilium poſt ſeptennium legitime fuit indictum. Adveniente ſeptennii fine Martinus V. pontifex maximus Julianum Cæſarinum cardinalem ſancti Angeli legatum apoſtolicum in Germaniam miſit, datis



manda-

ANNO CHRISTI 1441.

mandatis, ut ſi patres Baſileæ conveniſſent, apo-
ſtolicæ ſedis nomine concilio præſideret, anno
1431. ſed cum eodem anno vita functus eſſet ipſe
Martinus, Eugenius IV. illi canonice ſuffectus,
Juliano præſidenti in concilio poteſtatem con-
firmavit, inſtauravitque. A duobus igitur ſa-
cris conciliis Conſtantienſi & Senenſi, totidem-
que ſummis pontificibus, Martino V. & Eu-
genio IV. initium auctoritatemque habuit con-
cilium Baſileenſe. Verum cum a principio pauci
numero conveniſſent & quædam contra Roma-
ni pontificis auctoritatem & poteſtatem moliri
viderentur, Eugenius primo anno concilium
diſſolvere conatus non prævaluit: cum quo an-
nis circiter quatuor acriter decertavit: tandem
Sigiſmundi Cæſaris opera patribus reconcilia-
tus, per annos ferme quinque in concordia man-
ſit, per quod tempus multa ſalubria & optima
decreta ſunt condita: ſed cum nimis multa ſibi
arrogarent patres, & in omnibus concilium Ro-
mano pontifice majus eſſe contenderent; illum-
que affirmarent oportere decreta omnia concilii
ſuſcipere & obſervare, ſeditio & diſcordia prio-
re longe major & pernicioſior eſt orta. Et pa-
tres quidem ita in Eugenium eorum decreta non
ſuſcipientem excanduerunt, ut illum in jus vo-
care, eique diem dicere tanquam reo non dubi-
tarint. Quorum ſeveritatem, ut perfringeret Eu-
genius, Baſileenſe concilium de plenitudine po-
teſtatis iterum diſſolvit, illudque tranſtulit Fer-
rariam: Aſt illi in ſua pertinacia perſiſtentes Eu-
genium poſt quatuor menſes, cum ipſe judicio
ſe non ſiſteret, adminiſtratione pontificatus ſu-
ſpenderunt. Et demum reclamantibus regum &
principum legatis ſuis furioſis edictis quantum
in eis fuit, ſummo pontificatu dejecerunt, il-
lique ſubrogarunt Amedæum Sabaudiæ ducem,
quem Felicem V. nominarunt. Sed pauci admo-
dum eorum ſtultitiam ſunt ſecuti; quamvis a
principio maximos habere viderentur fautores,
quorum præcipui erant Alphonſus rex Arago-
num & Philippus dux Mediolani. Sedit hæc
ſynodus Baſileenſis annis circiter decem & octo,
varia fortuna: anno namque xxxi. ſupra 1400.
ſub principio Eugenii incœpit, & tandem fi-
nem habuit per ceſſionem Felicis de pontifica-
tu, factam Nicolao V. pontifici maximo. Quod
factum eſt xi. Kalendas Julii 1449. Interim
vero, qui Baſileæ remanſerant, quamvis ab
Eugenio & œcumenico concilio Florentino,
quo ex Ferraria propter peſtem tranſlata eſt
ſynodus, damnati & excommunicati eſſent,
nunquam tamen concilii nomen dimiſerunt,
aut deſtiterunt ab execratione & inſecutione
contra Eugenium. Poſt primam cum Eugenio
reconciliationem hoc concilium ſatis frequens
fuit, ita ut aliquando prælati circiter centum
infulati adeſſent, inter quos xi. cardinales Ro-
manæ eccleſiæ connumerabantur, multaque
ſancta & optima inſtituta ſunt edita. Sed cre-
ſcente in dies diſſenſione, cum apoſtolicæ ſedis
dignitatem omnino proſternere conarentur,
optimus quiſque diſceſſit, ita ut cum judicium
contra Eugenium intentarent, vix viginti aut
triginta ad ſummum infulati adeſſent, & in ejus
depoſitione ſeptem tantum epiſcopi interfue-
runt. Admittebantur ſiquidem ad definitiones
& ſanciendu decreta, non modo epiſcopi & ab-
bates, ſed theologiæ, juriſque utriuſque, &
aliarum doctrinarum profeſſores, quos gradua-
tos appellant, [illegible] eccleſiarum canonici, & pa-
rochialium rectores, [illegible] tamen omnes, ita ut

A non minoris eſſet auctoritatis ſimplicis canonici,
quam epiſcopi cujuſpiam ſanctiſſimi ſuffragium,
cum numero non dignitate expenderentur ſen-
tentiæ, contra antiquorum conciliorum conſue-
tudinem, in quibus (ut ajunt) ſoli epiſcopi &
abbates vocem deliberativam habebant, alii ve-
ro conſultivam tantum. Hoc autem ordine res
in concilio gerebatur; multitudo omnis in qua-
tuor nationes primum diſtincta erat, Italicam,
Gallicam, Germanicam & Hiſpanienſem. Ex his
nationibus pari ex unaquaque numero quatuor
conventus (quas ſacras deputationes appella-
bant) conſtituebantur: Ita ut xx. intereſſent
Itali, totidem eſſent Galli, Germani, Hiſpani
inter hos proportione quantum fieri poterat
B etiam pari numero, cum aderant cardinales, pa-
triarchæ, archiepiſcopi, epiſcopi, abbates, ma-
giſtri, doctores connumerabantur. Hæc qua-
tuor collegia diverſa ac propria habebant tribu-
nalia, variiſque nominibus cenſebantur. Prima
erat fidei deputatio, altera pacis, tertia reforma-
tionis, ultima de communibus. Tria enim erant
propter quæ patres concilium celebrare ſe pro-
fitebantur, ut hæreſes extirparent, ut pacem
procurarent inter Chriſtianos principes, & po-
puli Chriſtiani & præſertim clericorum mores,
& vitam emendarent, &, ut eorum verbo utar,
reformarent. Erant cuique conventui proprii
magiſtratus. Præſidens qui concionem advo-
caret, negotia proponeret, & ſecundum ma-
C joris partis ſententias concluderet. Promotor,
qui tanquam curator publicus ingereret nego-
tia, inſtaretque ut abſolverentur, ſcriba, qui
geſta decretaque publicis documentis annota-
ret, lictor ſive apparitor, qui conventus nomi-
ne patres convocaret, & edicta proponeret.
Conveniebant hæc collegia ter in hebdomada
iiſdem horis in propriis prætoriis, ubi re confe-
cta divina, rebus gerendis operam dabant. Ex
quatuor deinde conventibus ſive ſacris deputa-
tionibus xii. virorum collegium creabatur, qui
appellabantur duodecim deputati, eligebantur
enim terni ex unoquoque conventu viri do-
ctrina & experientia clari. Ad hos primum
negotia deferebantur; qui rebus digeſtis vel re-
ſpuebant, vel ſi admittenda videbantur ad col-
D legium, cui competebant, remittebant. Erat
his poteſtas, cum aliquid grave inſtaret, con-
vocare quatuor conventus etiam extra ordinem:
quæ a duodecim virorum collegio ad quempiam
ex quatuor conventibus remittebantur, in con-
cione per præſidentem illius conventus propo-
nebantur, neque licebat prima die de propo-
ſitis quicquam decernere, niſi res neceſſariam
celeritatem manifeſte exigeret, quod major pars
[illegible] tres conventus deferebatur,
& ſi ita minori parti videretur etiam deferreba-
tur eorum ſententia cum rationibus & argu-
mentationibus utriuſque partis. Quod per tres
conventus approbatum erat, ad præſidentem
E concilii publicis documentis deferebatur, qui
ſtatuto die in generali congregatione de ea re
referebat. Neque licebat ᵃ præcedenti de aliqua
re agere cum patribus in generali conventu, niſi
prius de ea deliberatum, ſive ut ajunt, conclu-
ſum fuiſſet per quatuor aut ſaltem tres ſpecia-
les conventus ſive deputationes. Demum ubi
quippiam a patribus approbatum erat in gene-
rali in formam decreti redactum in publica
ſeſſione ſolemni ritu ſtatuebatur. Differebat
autem generalis congregatio a publica ſeſſione,
quod in illa, quæ octavo quoque die frequenta-
batur,

a Forte, præſidenti; Hard.

ANNO CHRISTI 1441.



ANNO CHRISTI 1441.

batur, res ſtatuendæ approbantur hoc modo:
Ubi in ſacris deputationibus aliquid decernen-
dum judicabatur a majori parte; Præſidentes
illorum quiſque in ſuo conventu illud firmabat
his verbis: In nomine ſanctæ Trinitatis Patris
& Filii, & Spiritus ſancti ego concludo in ta-
lem ſententiam. Idem fiebat deinde in gene-
rali congregatione, ubi præſidens concilii præ-
ſidentium deputationum vota cognoverat, con-
cludebatque nomine totius concilii. Oportebat
tamen illi ex lege concludere ſecundum præſi-
dentium vota, & non aliter: quod ſi noluiſſet,
alius, qui juxta illum ſederet, per promotorem
concilii rogabatur. Et ſi ille etiam recuſaſſet,
alius, & deinde alius, quoad inveniretur unus,
qui concluderet. His peractis cum temporis
opportunitas aderat, publica ſeſſio indiceba-
tur.

## CXLVI.

*Quo ordine publica ſeſſio in conciliis celebraretur.*

CONVENIEBANT ſtatuta die patres om-
nes ad baſilicam civitatis, & nonnun-
quam clerus cum ſacra pompa: ubi re divina
per aliquem ex prælatis facta præſules abba-
teſque omnes, ſacras veſtes & albas infulas
ſumebant. Præſidens autem concilii mitra &
veſte ſacra pretioſiori ornatus in pontificali
ſede ad altare ſedens ad patres faciem con-
vertebat, cui diaconus & ſubdiaconus in ſacris
veſtibus ut celebraturo aſtabant. Patres infu-
lati hinc inde in ſubſelliis chori ſedebant. Le-
gati vero regum & principum in medio ante
faciem præſidentis humilioribus ſedibus. Poſt
eos ſedebant generales ordinum, magiſtri,
doctores, graduatique omnes & alii ſacerdo-
tes, ſuo quiſque ordine. Cum patres aliquan-
tiſper ſediſſent, ſilentio facto, diaconus dice-
bat, Orate, quo dicto omnes ſe proſterne-
bant ad orationem. Et mox iterum excla-
mans dicebat, Erigite vos; omnibus igitur
ſurgentibus, ſtantibuſque nudis capitibus, præ-
ſidens alta voce orationem de Spiritu ſancto di-
cebat, quæ incipit. Adſumus domine ſancte
Spiritus, &c. qua finita cantores antiphonam
cantabant. Exaudi nos Deus, &c. *Verſ.* Sal-
vum me fac. Gloria Patri, &c. Tum iterum
diaconus exclamabat ſecundo, Orate. Et cum
flexis genibus aliquantulum oraſſent, iterum
dicebat, Erigite vos: ſtantibus iterum omni-
bus aliam orationem ſubjungebat præſidens
dicens. Mentibus noſtris quæſumus domine,
&c. His peractis iterum omnes genuflectebant;
& duo ante altare ſtantes cantabant litaniam:
Cum autem perventum eſſet ad locum illum,
ubi dicitur; Ut domnum apoſtolicum, &c.
Tunc ſurgens præſidens cum mitra benedice-
bat patres dicens; Ut hanc ſynodum & om-
nes gradus eccleſiaſticos benedicere digneris,
iterum addebat, benedicere & regere, tertio
benedicere, regere & conſervare digneris. Cho-
rus reſpondebat ſemper. Te rogamus audi
nos. Cum omnibus iterum procumbentibus
litania perficiebatur. Deinde præſidens ſtans
dicebat. Oremus, & diaconus, Flectamus ge-

A nua: ſubdiaconus vero, Levate, ſubjungebat.
Et iterum præſidens alte orabat dicens. Da
quæſumus eccleſiæ tuæ miſericors Deus, &c.
Deinde diaconus petita benedictione cum in-
cenſo & luminaribus ad ornatum pulpitum
accedens evangelium cantabat pro arbitrio
præſidentis, conforme rebus quæ tunc tracta-
bantur. Finito evangelio omnes iterum ſede-
bant: & præſidens orationem ad patres ha-
bebat, cauſas aſſignans, cur decreta eſſent ſan-
cienda. Hortabaturque omnes ad bene rei-
publicæ conſulendum. Poſt ſermonem mox
præſidens genuflexus hymnum incipiebat, Veni
creator Spiritus, quem alternatim chorus &
patres cantabant. Quo finito præſidens can-
B tabat, Emitte Spiritum tuum, &c. *Reſp.* Et
renovabis, &c. Oremus: Deus qui corda fide-
lium ſancti Spiritus, &c. Demum duo can-
tatores dicebant: Benedicamus domino, &c.
Poſtremo his omnibus completis, reliquis om-
nibus ſedentibus unus aut duo prælati cum mi-
tra ſuggeſtum aſcendentes decreta legebant: qui-
bus perlectis interrogabant præſidentes an pla-
cerent. Præſidens concilii pro toto concilio,
alii pro ſuis conventibus reſpondebant, Pla-
cet. Aderant ſcribæ, qui rogati omnia anno-
tabant, ut lecta erant, & in actis publicis re-
digebant. Tum depoſitis ſacris veſtibus di-
miſſo ſenatu, domum revertebantur, & ſeſſio
finita erat. Decretum in ſcriptis redactum con-
C cilii bulla muniebatur. Quæ autem a ſcribis
concilii notabantur, non prius edebantur, quam
a correctoribus, quibus ea provincia demanda-
ta erat, emendarentur. Erant in concilio &
alii plerique magiſtratus ordinarii, promotores
concilii & deputationum, qui a patribus exe-
cutionem & confectionem negotiorum aſſiduo
expetebant: ſedium diſtributores, qui quo
quemque loco ſedere oportebat dijudicabant;
procuratores & advocati concilii, qui cauſas
publicas agebant; judices & procurator in cau-
ſis fidei, qui ea tantum procurabant, quæ ad
fidem pertinerent. Erant & judices aliarum
cauſarum complures & auditores Rotæ appella-
ti. Præcognitores etiam cauſarum inſtituebant-
D tur, qui cenſerent quæ privatæ cauſæ eſſent ad-
mittendæ & quo ordine cognoſcendæ. Erat
præterea auditor ſacri palatii cum poteſtate au-
ditoris cameræ plenam juriſdictionem exercens
in omnes conciliares. Soldanus etiam aderat
tanquam prætor & executor auditoris: & deni-
que magiſtratus omnes, qui in Romana curia
eſſe ſolent.

*Finit ſummarium concilii Baſileenſis editum per Au-
guſtinum Patricium canonicum Senenſem, juſſu
Franciſci Piccolominei cardinalis Senenſis anno
ſalutis* MCCCCLXXX.

DEO GRATIAS.

* ** Sic finit mſ. apographum illius hiſtoriæ
quod ex inſtructiſſima Chriſtianiſſimi regis bi-
bliotheca nacti ſumus. An vero plura reperian-
tur in Romanis codicibus, videant qui coram
intueri poſſunt, & cum iis conferre, quæ primi
nos in lucem emiſimus.

ANNO CHRISTI 1441.

ANNO CHRISTI 1439.

# ** APOLOGIA EUGENII PAPÆ IV.

## SIVE DE SUMMI PONTIFICIS ET GENERALIS CONCILII POTESTATE,

Ad Baſileenſium oratorem, in Florentina ſynodo " reſponſio, viva voce, exhibita,

*Per Joannem a Turrecremata Dominicanum, tunc ſacri apoſtolici palatii magiſtrum, ac poſtea ſancti Xyſti presbyterum cardinalem,*

** Excuſa fuit Venetiis in 4. ann. 1563. opera F. Camilli Campegii theologi Papienſis.

### SUMMARIUM.

I. *Apoſtolica ſedes hæreſes non fovet, ſed deſtruit.*

II. *Romano pontifici, jure divino caput omnes inclinant.*

### PRÆFATIO.

NOTASTIS, credo, ſuperiori die, pro veſtra ſapientia, & humanitate, Reverendiſſimi patres, ſanctiſſimam, & religioſam intentionem ſanctiſſimi domini noſtri, & celeberrimum ejus deſiderium; Optat enim ſanctiſſimus dominus noſter ſicut pius pater, utpote qui in cathedra ſedet, quæ nullam unquam B hæreſim fovet, ſed omnes hæreſes deſtruit, naſcentes errores de medio populi Chriſtiani evellere. Vult nihilominus hoc cum omni pace & caritate, quantum fieri poterit, adimpleri, ea gravitate ſervata, quam ſanctitatis ſuæ circumſpectio materiam fidei novit, pro ſingularitate celſitudinis ſuæ exigere. Inſtituit propterea ejus ſanctitas de controverſia ſuper reprobatione quorumdam errorum Baſileenſium inter deputatos orta, coram prudentiſſimis circumſpectionibus veſtris, pro utraque parte agitari rationes; & hoc maxime circa propoſitionem primam inter tres illas, quas Baſileenſes intelleximus declaraſſe veritates eſſe fidei catholicæ, cujus tenor eſt. C

VERITAS de poteſtate concilii generalis univerſalem eccleſiam repræſentantis ſupra papam, & quemlibet alterum, declarata per Conſtantienſe & hoc Baſileenſe generalia concilia, eſt veritas fidei catholicæ. Audiviſtis jam heri ſapientiſſimum virum, & celeberrimum patrem, dominum meum ſingulariſſimum, qui more ſuo ſapientiſſime, & ampliſſime partem illam fulſit, quam gratia illuſtrioris veritatis habendæ, defendendam ſuſcepit. Utinam tam pro ampliore claritate veritatis, quam pro ſublimitate auditorum, alius quam ego inſtitutus fuiſſet dignitate & auctoritate major, perſpicacior ingenio, & locupletior ſapientia; D qui tantæ rerum amplitudinis ſatisfaciens, dictis per eumdem clariſſimum & reverendiſſimum patrem & dominum, plena reſponſa dediſſet. Verum quia ejus mandatis me parere oportet, cui omnes jure divino caput inclinant, reſponſionem hanc de ejus confiſus auxilio, cujus vicariatum defendimus, & principatus honorem cum omni humilitate, & reverentia, & ſub omnimoda correctione ſanctiſſimi domini noſtri, & ſupportatione pia omnium reverendiſſimorum patrum, & dominorum hic exiſtentium, rem ipſam mihi deputatam aggredior. Diſtinxit autem, præfatus dominus (ſi bene teneo) actum ſuum in tres articulos principales: in primis enim arbitratus quod illa prima propoſitio Baſileenſium, parum A ante commemorata, non poſſet tangi tactu reprobationis, & condemnationis, & niſi pariter decretum Conſtantienſe de poteſtate concilii ſuper papam tangeretur; induxit primo loco auctoritates multas, & rationes pro veritate præfati decreti Conſtantienſis, De auctoritate concilii univerſalis ſupra papam; Secundo viſus eſt per rationes plures perſuadere quod prædicta prima propoſitio Baſileenſium non debeat tangi; Tertio ejus prudentia ſtuduit argumenta ſolvere, quæ fiebant ab aliquibus patribus inter deputatos; Quod non poſſent aliæ duæ propoſitiones damnari; nec veritas tranſlationis factæ per ſanctiſſimum dominum noſtrum de Baſilea ad Ferrariam habere firmitatem, præfata illa B propoſitione non damnata. Circa primum conſideravit dominus proponens quinque partes in decreto illo Conſtantienſi edito de poteſtate conciliorum, ſecundum quas primum articulum ſuum in quinque partes ſubdiſtinxit. Prima pars illius decreti Conſtantienſis eſt, quod ipſa ſynodus in Spiritu ſancto legitime congregata, & generale concilium faciens, eccleſiam catholicam repræſentat. Pro hujus partis probatione, inducta eſt epiſtola illa domini Martini, quam, approbante univerſo concilio Conſtantienſi editam, ad Germaniæ prælatos direxit, in qua inter cetera interrogatoria, quæ fienda inſtituit captis hæreticis ſuſpectis de erroribus damnatæ memoriæ Jo. Wichlef, & Jo. Huſſ. jubetur ut C hæreticus talis interrogetur, utrum credat, teneat, & aſſerat, quod quodlibet concilium generale, & etiam Conſtantienſe univerſalem eccleſiam repræſentet.

### RESPONSIO AD PRIMUM ARTICULUM.

### SUMMARIUM.

I. *Concilium ab eo congregatum, qui indubitatus pontifex non eſt, legitimum dici non poteſt.* D

II. *Congregatio per Joannem XXIII. facta Conſtantiæ, non conſentientibus aliis duabus obedientiis; nec ſynodum legitimam conſtituit, nec univerſalem eccleſiam repræſentavit.*

III. *Veritas illa catholica non fuit, cui aliæ duæ obedientiæ contradixerunt.*

IV. *Concilium generale univerſalem eccleſiam repræſentare non dicitur, ſi integrum & plenarium non eſt.*

V. *Integrum & plenarium concilium quando vere exiſtat.*

VI. *Congregatio nulla canonica, Romano pontifice excluſo, univerſalem eccleſiam repræſentare poteſt.*

VII. *Definire quod decretum illud Conſtantienſe ad veritatem fidei catholicæ pertineat, temerarium, & ſcandaloſum eſt.*



ANNO CHRISTI 1439.

VIII. *Concilium generale, legitima apoſtolica auctoritate congregatum, habere poteſtatem a Chriſto immediate: non eſt unitas catholicæ fidei.*

IX. *Papa indubitato in concilio perſonaliter exiſtente, ſynodus conſtituentis, aut definientis nomine utitur; ſed pontifex ſacro approbante concilio, univerſa decernit.*

X. *Quomodo ſynodus ſtatuat, definiat, pronunciet, & condemnet.*

XI. *Sine papæ auctoritate, nec concilium congregari, nec quidpiam in eo determinari poteſt.*

XII. *Papa legitimus, eccleſiæ catholicæ caput eſt, & ſupremam in illa auctoritatem habet.*

XIII. *Concilium univerſale, poteſtatem habere a Chriſto, immediate falſum eſt.* B

XIV. *Et repugnat articulo fidei, credo unam ſanctam eccleſiam.*

XV. *Nulli congregationi ſynodali eccleſiæ, fidelium omnium regimen immediate commiſit.*

XVI. *Petro ſoli, & ſucceſſoribus, univerſaliter, & indiſtincte dixit Dominus, paſce oves meas.*

XVII. *Eccleſiæ regimen monarchicum, & regale, a Chriſto inſtitutum eſt.*

XVIII. *Species regiminis politia eccleſiaſtica immutabilis eſt.*

XIX. *Eccleſiaſtica hierarchia, ad exemplar cœleſtis formata eſt.*

XX. *Nulla poteſtas a Chriſto eccleſiæ, aut generali concilio tribuitur, quæ, Romano pontifice mediante, non conferatur, qui hierarcha & primus eſt in tota hierarchia.* C

XXI. *Conciliorum univerſalium auctoritas, & quoad convocationem, & quoad actorum robur, & firmitatem, ab apoſtolicæ ſedis auctoritate immediate dependet.*

XXII. *Juriſdictionis poteſtatem, a Chriſto immediate apoſtoli alii non acceperunt, ſed mediante Petro.*

XXIII. *Apoſtolis aliis Chriſtus immediate ſubditos non dedit.*

XXIV. *Nec illis Chriſtum populos immediate diviſiſſe legimus.*

XXV. *Nec poteſtatem aliquam, etiam limitatam contuliſſe.* D

XXVI. *Dato quod apoſtoli juriſdictionis poteſtatem, ſicut ordinis, a Chriſto immediate receperint, non tamen concedendum eſt, quod alii prælati eccleſiæ eamdem poteſtatem non a Chriſto immediate ſuſcipiant.*

XXVII. *Juriſdictionis poteſtatem, mediante Romano pontifice Chriſti in terris vicario, prælati eccleſiæ accipiunt.*

XXVIII. *Papa princeps & monarcha eſt in eccleſiæ principatu.*

XXIX. *Eſt primus in ordine prælatorum eccleſiæ, & in eo reſidet plenitudo poteſtatis.*

XXX. *Romana eccleſia, aliarum eccleſiarum caput eſt.*

XXXI. *Ad unitatem eccleſiæ requiritur, quod omnium prælatorum poteſtas juriſdictionis, a Romano pontifice derivetur.* E

XXXII. *Dato quod eccleſiæ prælati juriſdictionis poteſtatem a Chriſto immediate ſuſciperent, non tamen ſequitur quod concilium univerſale a Chriſto immediate auctoritatem habeat, cui etiam papa obedire teneatur.*

XXXIII. *Cum Matth. 16. Chriſtus dicit, dic eccleſiæ, non univerſalem eccleſiam diſperſam, aut in concilio congregatam, ſed prælatum principaliter intendit.*

A XXXIV. *Fraternæ correctionis præceptum, nec impoſſibile, nec difficile eſt.*

XXXV. *Totalitas eccleſiæ multiplex.*

XXXVI. *Quando, & quomodo papa fraterne corrigendus ſit.*

XXXVII. *Ligandi & ſolvendi poteſtas, quomodo epiſcopis, & ſacerdotibus omnibus intelligatur collata.*

XXXVIII. *In concilio, qua poteſtate patres decreta condant.*

XXXIX. *Spiritum ſanctum paſtores poſuiſſe ut regerent, quomodo intelligatur.*

XL. *Claves eccleſiæ quomodo apoſtolis, & eorum ſucceſſoribus Chriſtus dederit.*

B XLI. *Auguſtini locus. 24. q. 1. c. quodcumque de Petro claves accipiente, & eccleſiam ſignificante, explicantur.*

XLII. *Non Petro tantum ut ſingulari perſonæ data eſt clavium auctoritas, ſed in eo ſucceſſoribus ejus, & univerſis prælatis in eccleſia Dei futuris, quos in partem ſolicitudinis ſuæ vocaret.*

XLIII. *Paſce oves meas, non tantum Petro, ſed ejus ſucceſſoribus, & aliis in partem ſolicitudinis ejus evocandis, dictum eſt.*

XLIV. *Novatianorum error eſt, dicere, apud ſacerdotes nullam eſſe abſolvendi facultatem.*

XLV. *Hæretici & ſchiſmatici, nec ligare, nec ſolvere poſſunt.*

C XLVI. *Univerſale concilium poteſtatis auctoritate, Romano pontifice ſuperius eſſe non ſenſit Auguſtinus.*

XLVII. *Judicium per papam, & patres univerſæ eccleſiæ ſimul habitum, in quo differat cum paucis per papam facto.*

XLVIII. *Dei & papæ conſiſtorium idem eſt, ſicut epiſcopi, & ejus vicarii: ideo nullum majus tribunal in terris invenitur.*

XLIX. *De judiciaria poteſtate, apoſtolis, epiſcopis & presbyteris omnibus a Chriſto tradita, Hieronymi ſententia explicatur.*

L. *Non omnia eccleſiæ membra claves habent, ſed epiſcopi & presbyteri.*

LI. *Claves ſecundum plenitudinem poteſtatis eccleſia accepit in Petro, cujus Romanus pontif. ſucceſſor eſt.*

D LII. *Chriſtus donavit apoſtolis, ut ipſi Petra vocarentur.*

LIII. *Parem apoſtolos omnes cum Petro poteſtatem a Chriſto accepiſſe, quomodo intelligatur.*

LIV. *Pro omnibus, & præ omnibus claves Petrus, non veluti procurator, & ſyndicus, accepit.*

LV. *Petrus & ejus ſucceſſores, in poteſtate juriſdictionis, ceteris omnibus, etiam ſimul junctis, antecellunt.*

LVI. *Caput, & princeps aliis influens in toto corpore eccleſiæ Petrus conſtituitur.*

LVII. *Ex verbis [illegible] ſynodi, non habetur concilium a Deo [illegible] poteſtatem accepiſſe, aut illi convenire quod dominus Matth. 18. dicit, ubi fuerint duo vel tres congregati, &c.* E

LVIII. *Impoſſibilitas errandi in fide, quomodo conciliis, & quomodo papæ conveniat.*

LIX. *Homo confirmatus in gratia, Romano pont. non confirmato, poteſtate præſtantior non eſt.*

LX. *Beatæ virgini, quamvis apoſtolis omnibus digniori, claves regni cœlorum non commiſit Deus.*

LXI. *An quilibet, etiam papa, in his quæ ſunt fidei, univerſali concilio obedire teneatur.*

LXII. *Concilii generalis, & univerſalis eccleſiæ decreta ad fidem expreſſe ſpectantia, papa amplecti & recipere tenetur.*

LXIII.

Anno Christi 1439.

LXIII. *Concilia univerſalia non habent privilegium in judicio fidei, non errandi.* A

LXIV. *Decreto generalis concilii de fide definienti, per apoſtol. ſedem probato, & confirmato, etiam Papa obedire tenetur.*

LXV. *Si apoſtolica ſedes aut eccleſia Romana ſynodo contradicit, definitioni apoſtolicæ ſedis, potius quam decreto cujuſcumque ſynodalis congregationis parendum eſt.*

LXVI. *Eccleſia Romana errare non poteſt.*

LXVII. *Solo Papa, patribus univerſim in concilio, de fide definientibus, contradicente, judicio potius ſynodi quam ſolius Papæ ſtandum eſſet.*

LXVIII. *Ubi de fide agitur, Papa epiſcoporum judicium requirere tenetur.* B

LXIX. *Synodus quandoque major eſt Papa.*

LXX. *Declarationibus de fide ab univerſa ſynodo, per aperta ſanctæ ſcripturæ, aut ſanctorum patrum teſtimonia unanimiter factis, ſi Papa obedire renuit, veluti hæreticus concilio ſubditur.*

LXXI. *Papa in canonem latæ ſententiæ incidere poteſt.*

LXXII. *Concilium ſupra Papam catholicum, nullam poteſtatem habet.*

LXXIII. *Papa in caſu hæreſis concilio ſubditur.*

LXXIV. *Decretum Conſtantienſe, quod quilibet etiam Papa, concilio generali in his, quæ pertinent ad extirpationem ſchiſmatis, obedire teneatur, non loquitur univerſaliter, ſed de illo tempore tantum.* C

LXXV. *In caſu univerſalis reformationis, Papa de honeſtate, non autem de neceſſitate concilio obedire tenetur.*

LXXVI. *Decretum concilii neceſſitatem coercitivam, ſeu coactionem importans reſpectu Papæ, ſcripturis & patribus repugnat.*

LXXVII. *Concilium generale, extra caſum hæreſis, Papam indubitatum nec deponere, nec judicare poteſt.*

LXXVIII. *Diſpenſator Papa eſt, a Chriſto ſuper eccleſiam conſtitutus.*

LXXIX. *Inferior ſuperiorem non judicat.*

LXXX. *Romano pontif. ſolus Deus ſuperior eſt, cujus & ſervus eſt.* D

LXXXI. *Papæ judicium ſibi Deus reſervavit.*

LXXXII. *Papa per ſingularem clavium prærogativam, totius eccleſiæ fundamentum eſt.*

LXXXIII. *Papa univerſalis eccleſiæ paſtor & rector a Chriſto in Petro conſtitutus eſt.*

LXXXIV. *Grex paſtorem non corrigit.*

LXXXV. *Romanus pontif. in orbem univerſum, primatum tenet, Petri ſucceſſor, eccleſiæ totius caput, fidelium pater, doctor, paſtor, rector, in Petro a Chriſto inſtitutus eſt.*

LXXXVI. *Papa per mortale peccatum non deſinit eſſe ſuperior.*

LXXXVII. *Cur ex ſola pertinacia in hæreſi a juriſdictionis ſuperioritate quis cadat.*

LXXXVIII. *Paſtores mali, recte tamen docentes, abjiciendi non ſunt.* E

LXXXIX. *Veritas fidei catholicæ non eſt, quæ ſedis apoſtolicæ determinationi contradicit.*

LXXXX. *Papa deponendus non eſt, etſi imminente neceſſitate reformationis eccleſiæ, concilio reformare volenti, ſe opponat.*

LXXXXI. *Incorrigibilitas in papa eccleſiam ſcandalizante, non ſemper depoſitionis cauſa ſufficiens eſt.*

LXXXXII. *Papa tantum pro hæreſi ſtricte ſumpta, judicari poteſt, & aliter dicere, error eſt.*

LXXXXIII. *Papa contra eccleſiæ univerſalis ſtatutum facienti, obediendum non eſt, ſed reſiſtendum. Non tamen ob id a concilio ille judicandus eſt.* A

LXXXXIV. *Papa volens deponere ſimul omnes epiſcopos, aut ſimilia facere, quæ a veritate aut ſanctorum patrum ſententiis ſunt devia, aut contra ſtatutum univerſalis eccleſiæ, agere tentans, ſuſtinendus non eſt.*

DICIMUS in primis quod pars hujus decreti non poteſt habere rationem veritatis catholicæ fidei; primo quia, ut exploratiſſimum eſt, quod D. Balthaſar in ſua obedientia, Joannes XXIII. vocatus, cujus auctoritate congregatio B illa facta eſt & legitima eſſe deſcribitur, fuerit ſummus pontifex in eccleſia, verus Chriſti vicarius, caput ſanctæ eccleſiæ catholicæ, non habet eam certitudinem indubitatam apud omnium fidelium animos, qualem veritas catholicæ fidei importat. Nihil enim certius fide, ait Gregorius ſuper Ezech. Et ut etiam ait Auguſtinus. Nihil eſt certius homini ſua fide. Secundo, quia quod obedientia præfati Joannis XXIII. quæ Conſtantiæ congregata, præfatum decretum ante unionem eccleſiæ edidit, ſola præter alias obedientias legitimam ſynodum univerſalem conſtitueret, & Chriſti univerſalem eccleſiam repræſentaret, non habet certitudinem catholicæ fidei ut manifeſtum eſt. Tertio quia il- C lud non poteſt habere rationem veritatis catholicæ, cui in ipſa unione eccleſiæ, duæ aliæ obedientiæ, Gregorii ſcilicet & Benedicti aperriſſime, in plena congregatione contradixerunt, & eorum contradictio fuit acceptata; contradixit in primis dominus Gregorius in ſua obedientia vocatus, verum Romanum pontif. verbo & ſcripto ſe aſſerens, parti illius decreti: in qua dicitur quod congregatio patrum, quæ ſub obedientia Joannis Conſtantiæ convenerat, ſi legitime congregata eſſet, generale concilium faceret, eccleſiam catholicam repræſentans. Quare ut clariſſimum eſt ex geſtis illius concilii, mittens idem dominus Gregorius poſt oratores ſuos ad Conſtantiam, committit eis, videlicet D domino cardinali ſancti Sixti, & domino Joanni clerico patriarchæ Conſtantinopolitano, & domino archiepiſcopo Treverenſi & domino comiti Palatino, & domino Carolo de Malateſtis, auctoritatem congregationem ipſam Conſtantiæ, in quantum per ſerenitatem regiam, & non per Balthaſarem ſe nuncupari facientem Joannem XXIII. vocatam, vice ſua convocandi & auctorizandi in generale concilium, remota tamen omnimode dicti Balthaſaris præſidentia & præſentia ab eiſdem, &c. Verba ſunt formalia bullæ datæ auctoritatis præfatis oratoribus, quæ inſerta eſt geſtis præfati concili. Quod autem hæc verba & geſta domini Gregorii præfato decreto Conſtantienſi contradicant, mani- E feſtum eſt. Contradixit præterea eidem decreto obedientia dominorum regum & principum, qui Petro de Luna, Benedicto XIII. nuncupato, tanquam vero ſummo pontifici adhærebant. Nam ex geſtis ejuſdem concilii patet, pro eo quod tenebant præfatos patres Conſtantiæ congregatos, non facere concilium univerſale, nec eccleſiam catholicam repræſentare voluerunt, juxta compacta in Narbona cum bonæ memoriæ domino imperatore Sigiſmundo ut nova fieret ab eccleſia per eos concilii convocatio, ſicut & factum eſt. Ex qua hora tantum cum jam omnes



Anno Christi 1439.

omnes tres obedientiæ ſimul eſſent, habita eſt A certitudo & fides apud omnes, univerſale concilium Conſtantiæ celebrari, & eccleſiam repræſentare catholicam. Quare cum fuerit dubium tempore ſchiſmatis, apud quos vera eccleſia eſſet, quam ſupra cathedram Petri Hier. dicit eſſe fundatam: in c. quoniam vetus oriens. & in ſedis apoſtolicæ radice Auguſtinus dicit conſtitutam. in c. pudenda. 24. q. 1. non poteſt dici ad veritatem catholicæ fidei pertinere congregationem illam ſub obedientia dicti Joan. XXIII. Conſtantiæ congregatam pro tempore illo, quo præfatum decretum de poteſtate conciliorum edidit, concilium facere generale, & eccleſiam catholicam repræſentare, ſine inſupportabili ſcandalo aliarum obedientiarum. Unde B quod dominus Martinus dicit in epiſtola allegata per reverendiſſimum dominum meum, referendum eſt non ad tempus ſchiſmatis, pro quo ſola obedientia Joan. Conſtantiæ conveniens decretum illud edidit, ſed ad tempus in quo omnes obedientiæ pro unione eccleſiæ facienda, ſimul convenerant. Eſt præterea hic conſiderandum quod dictum domini Martini, in quo ait concilium generale eccleſiam univerſalem repræſentare, accipiendum eſt de concilio integro ſive plenario, quod id dicitur eſſe ex decretis concilii Antiocheni, & ex dist. xvii. per totum, in quo auctoritate & aſſenſu Romanus pontifex affuerit: cum enim dicat Auguſtin. in ſermone C quodam apoſtolorum Petri & Pauli, quod ſolus Petrus, cui ſuccedit Romanus pontifex in plenitudine poteſtatis, inter apoſtolos totius eccleſiæ geſtet perſonam. Nulla congregatio, canonico Romano pontifice excluſo, dicenda eſt eccleſiam univerſalem repræſentare. Quare beatiſſimus Cyprianus in epiſtola, quam ad lapſos ſcribit, qui a Romano pontifice ſegregati, nomen eccleſiæ ſibi aſcribere præſumpſerant, ita dicit, dominus noſter, cujus præcepta intueri debemus & ſervare, epiſcopi honorem & eccleſiæ ſuæ rationem diſponens, in evangelio ſic loquitur, & dicit Petro; Tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam; infra, cum hoc ita divina lege fundatum ſit, miror D quoſdam audaci temeritate ſic mihi ſcribere voluiſſe, ut eccleſiæ nomine literas facerent, quum eccleſia in epiſcopo & clero, & omnibus ſtatibus ſit conſtituta. Hæc Cyprianus, &c.

Qua parte ſit illuſtrata, non eſſet jam opus ceteras præfati decreti partes tangere, quoniam demonſtrato non eſſe veritatem catholicæ fidei, immo nec opinionem communem omnium fidelium; Patres Conſtantiæ ſub obedientia dicti Joannis XXIII. congregatos pro tempore, quo declaratio illa de poteſtate conciliorum ſupra papam emanavit, fuere concilium univerſale, eccleſiam repræſentare catholicam, illico ruit omnis auctoritas & firmitas factæ declarationis; quoniam juxta beati Auguſtini ſenten- E tiam ad Hieronymum, ſi dubitatio aut falſitas ad ſcripturas ſanctas admiſſa fuerit, nil profecto in eis remaneret auctoritatis. Nihilominus ut ad omnia, quæ tacta ſunt per dominum arguentem plena detur reſponſio, ad alias etiam partes præfati decreti, conſideratione noſtra tendamus. Dicitur autem in ſecunda parte prædicti decreti, quod ſynodus ipſa habet poteſtatem immediate a Chriſto, cui quilibet cujuſcumque dignitatis, etiam ſi papalis exiſtat, obedire tenetur. Hæc autem declaratio cum ex ipſa verborum forma, accipienda veniat de congregatione illa patrum tempore ſchiſmatis Conſtantiæ, ſub obedientia dicti Joannis XXIII. congregata: clariſſimum eſt ex jam dictis, quod nullo modo poteſt habere rationem veritatis fidei catholicæ, nec communis opinionis omnium catholicorum. Quoniam quidquid ſit de fide aut opinione patrum, qui præfatam declarationem ediderunt, patres tamen & principes aliarum duarum obedientiarum, ſcilicet Georgii & Benedicti, nec tenuerunt pro tunc, nec adhuc viventes tenent, quod congregatio illa patrum, tempore ſchiſmatis ſub Joanne dicto XXIII. Conſtantiæ celebrata, poteſtatem a Chriſto haberet immediate, cui quilibet cujuſcumque dignitatis exiſteret, obedire teneretur. Quibus rebus ſic exiſtentibus, temeraria plane nimis & ſcandaloſa præſumptio eſt definire decretum illud Conſtantiæ, in hac parte ad veritatem catholicæ fidei pertinere. Temeraria quidem diffinitio, quæ nec auctoritate nec ratione certa probari poteſt; ſcandaloſa vero quoniam ſicut per primam partem decreti, duæ aliæ obedientiæ concluduntur fuiſſe ſchiſmaticæ, per c. ſcire debes. 7. quæſt. 1. & c. Non vos. 23. quæſt. 5. & per c. pudenda. & c. ſchiſma 24. qu. 1. Ita per ſecundam partem de hæreſi convincuntur infectæ, per c. ſi qui presbyteri. diſtinct. 81. & c. arrecta. & c. alienus. 24. qu. 1. Viſo jam & clariſſime demonſtrato, partem illam decreti Conſtantienſis dicentem ſynodum habere poteſtatem immediate a Chriſto, nullo modo dicendam eſſe ad veritatem fidei catholicæ pertinere, intelligendo illam de congregatione illa, quæ Conſtantiæ tempore ſchiſmatis ſub dicto Joanne XXIII. convenit. Reliquum eſt oſtendere quod etiam accipiendo partem illam de ſynodo univerſali legitima & indubitata, apoſtolica auctoritate congregata, non ſit veritas fidei catholicæ, quod talis poteſtatem immediate habeat a Chriſto, cui &c. Quod multipliciter oſtenditur, & primo ex geſtis, & declarationibus fidei in ipſo Conſtantienſi concilio, facta unione eccleſiæ, concluſis: Legimus enim in primis in geſtis præfati concilii, quod cum dominus Martinus electus fuit in Romanum pontificem, amplius ſynodus non eſt uſa nomine conſtituentis, aut diffinientis, ſed ipſe dominus Martinus omnia, ſynodo approbante, ſtatuiſſe & diffiniviſſe deſcribitur, morem in hoc ſecutus prædeceſſorum ſuorum, qui ſive in materia fidei, ſive in materia ſchiſmatis, ſive reformationis eccleſiæ, ſoli in conciliis univerſalibus, auctoritate propria ſtatuiſſe & ſententiaſſe leguntur, ſicut ipſorum conciliorum geſta in decretalibus, Clementinis, & extravagantibus incluſa, clariſſima luce demonſtrant. Quod plane minime per tam glorioſos & doctos Romanos pontifices attentatum fuiſſet, nec ab ipſis univerſalibus conciliis univerſale non a papa, ſed immediate a Chriſto auctoritatem haberet in his, quæ ſunt fidei & ſchiſmatis, & reformationis eccleſiæ; & potiſſimum cum illa infallibilitate judicii & ſuperioritate, quam ajunt, auctoritatis. Si enim eccleſiaſtici cxi. in ſacra ſcriptura ipſe Spiritus ſanctus, in medio ſenum prohibet addiſcentem loqui, quanto magis prohibitum eſſe credimus, utpote omni reprehenſione digniſſimum, ut quis judicio, auctoritate, & poteſtate inferior, in medio congregationis ſenum totius eccleſiæ, diffiniendi & ſtatuendi ſibi aſſumat ſuperioritatem & principatum? Cum

Cum autem blaſphemiam eſſet dicere, apoſtolicam ſedem contra divinam prohibitionem, hunc in eccleſia tanto tempore ſibi uſurpaſſe ſtatuendi & diffiniendi auctoritatis principatum, quæ ut in c. arrecta. 24. quæſt. 1. per Dei omnipotentis gratiam a tramite apoſtolicæ traditionis nunquam errare probatur; ex ipſa practica concilii univerſalis apertiſſime colligitur, quod ſacra ipſa ſynodus Conſtantienſis ex omni parte Chriſtianitatis collecta, non tenuit, ſicut nec tenendum eſt, ad veritatem fidei catholicæ pertinere, quod exiſtente in eccleſia uno & indubitato Romano pontifice ſynodus univerſalis poteſtatem immediate habeat a Chriſto. Si vero dicatur quod etiam ſynodus legitur ſtatuere & diffinire, ſententiare & condemnare, ſicut patet ex multis capitulis in decreto, reſpondetur primo quod hoc legitur factum, quando papa non fuit perſonaliter conciliis univerſalibus præſens. Secundo quod hoc facit ipſa ſynodus non auctoritate quam immediate ſuſcipiat a Chriſto, ſed auctoritate Romani pontificis, ut dicit S. Thomas: cujus verba, in tractatu contra impugnantes religionem, ſunt quæ ſequuntur. Sancti patres in concilio congregati, nihil ſtatuere potuiſſent, niſi auctoritate Romani pontificis interveniente: ſine qua etiam concilium congregari non poteſt. Hæc ſanctus Thomas, ubi nota quod ſanctus iſte vult quod auctoritas papæ, non ſolum reſpiciat convocationem, ſed quod patribus congregatis poteſtatem tribuit diffiniendi & ſtatuendi. Præterea hoc idem notare in c. ita videtur 25. quæſt. 1. Ubi dicitur quod ſummæ ſedis pontifices, canonibus a ſe vel ab aliis ſua auctoritate conditis, reverentiam exhibent, & eis ſe humiliando, ipſos cuſtodiunt, ut aliis obſervandos exhibent. Et manifeſtum eſt quod de canonibus univerſalium conciliorum loquatur. Ceterum ex hoc ipſo quod ſynodus univerſalis auctoritate Romani pontificis canones condit, ipſe Romanus pontifex, utpote totius reipubl. Chriſtianæ princeps, conditor dicitur canonum, ut ex eodem c. colligitur. Ceterum quod ſynodus univerſalis abſente papa auctoritate ejuſdem Romani pontificis principaliter diffiniat, & ſententiet, accipitur manifeſte ex concilio Chalcedonenſi. In quo ſancti patres congregati, in ſententia data contra Dioſcorum, ita dicunt. Sanctiſſimus & beatiſſimus archiepiſcopus magnæ ſenioris Romæ Leo, per nos & per præſentem ſynodum nudavit eum, tam epiſcopatus dignitate, quam etiam omni ſacerdotali officio, ſimulque eum alienavit a miniſterio ſacroſancto. Clarum eſt autem quod papa in hoc loco non niſi rationem, ſive habitudinem principii influentis auctoritatem ipſi ſynodo importare poteſt. Unde in epiſtola quam ſuper condemnatione ejuſdem Dioſcori præfati patres imperatoribus Valentiniano & Martiano ſcribunt, ita juxta tranſlationem, quæ habetur in libro Iſidori ſummorum pontificum, dicunt. Magna ſynodus ſecundum Dei gratiam & veſtræ pietatis ſanctionem congregata in Chalcedonenſi civitate, &c. Sequitur, Nos igitur confidentes & univerſo orbi factæ tempeſtatis cauſam inquirentes, hujuſmodi rei auctorem comperimus Dioſcorum epiſcopum, quapropter & quia damnatus jam erat a ſedis apoſtolicæ epiſcopo Leone, cujus auctoritate fulti & nos omnes conſona voce damnamus. Præterea quod pars decreti Conſtantienſis dicens ſynodum immediate habere a Chriſto poteſtatem, &c. non contineat unitatem fidei catholicæ, manifeſte oſtendunt duo articuli fidei in ipſa ſynodo Conſtantienſi diffiniti, quæ omnia habentur in epiſtola decretali domini Martini, quam univerſo approbante concilio editam prælatis Alemaniæ contra errores Wicleviſtarum Joan. Huſſ direxit. Primus eſt, quod papa ſit caput eccleſiæ catholicæ. Secundus qui inter interrogatoria fienda hæreticis continetur, eſt: quod papa canonice electus habeat auctoritatem ſupremam in eccleſia. Quod autem primus articulus præfato decreto contradicat, patet manifeſte, quoniam ex hac propoſitione Chriſtianæ fidei, quod papa eſt caput ſanctæ eccleſiæ catholicæ habetur, quod habitudo papæ ad univerſam eccleſiam, & per conſequens ad univerſale concilium illam repræſentans, ſit habitudo capitis ad corpus: ſed ſic eſt, quod corpus non niſi mediante capite recipit influxum virtutis ſenſus & motus, ut communis habet doctrina. Unde beatus Iſidorus libro x. etymologiarum dicit, Prima pars corporis caput eſt, datumque eſt illi hoc nomen eo quod ſenſus & nervi inde initium capiant, atque ex eo omnis vigendi cauſa oriatur, ergo cum hoc articulo, ſive diffinitione fidei, quod papa ſit caput eccleſiæ ſanctæ catholicæ non poteſt ſtare quod ſynodus corpus eccleſiæ repræſentans, non mediante papa, ſed immediate a Chriſto poteſtatem regitivam & motivam ſuſcipiat. Conſequentia notiſſima eſt, & notum antecedens per proceſſum. Quod vero ſecundus articulus præfato decreto etiam contradicat, patet manifeſte, quoniam ſi a cunctis fidelibus indubitata fide credendum, quod papa canonice electus habeat ſupremam poteſtatem in eccleſia Dei, de neceſſitate ſequitur, quod concilium univerſale non habeat poteſtatem immediate a Chriſto, cui ipſe papa obedire tenetur, cum obedientiam inferiores ex ordine ſuperioribus tantum debeant, ut in c. ſi obedientiam diſt. 93. &c. In his omnibus diſt. 21. ſi vero quis contentionis amator, dicat quod hoc quod papa dicitur habere ſupremam poteſtatem in eccleſia non ſit ſimpliciter accipiendum reſpectu univerſalis eccleſiæ, ſed reſpectu tantum ſingulorum prælatorum in eccleſia, animadvertat ne volens vitare unum errorem altero involvatur. Cum enim ex ſuperiori articulo convincamur credere, quod papa ſit caput totius corporis eccleſiæ, quia eccleſiæ ſanctæ catholicæ, & caput præſtantius ſit virtute & poteſtate, toto corpore; neceſſe eſt nos credere, quod papa habeat ſimpliciter poſt Chriſtum, cujus vicarius eſt, ſupremam poteſtatem in tota eccleſia, non tantum reſpectu ſingulorum, ſed etiam reſpectu totius corporis eccleſiæ. Quare in c. Nolite errare. diſt. xi. dicit [a] Julianus papa: & in c. Baſilicas de conſecrat. diſtinct. 1. Gelaſius papa, quod in apoſtolica ſede, dominus totius eccleſiæ, poſuit principatum.

Amplius conformando hanc rationem oſtenditur multipliciter ex aliis, quod pars decreti, videlicet quod ſynodus univerſalis immediate habeat poteſtatem a Chriſto, non contineat veritatem. Poteſtas quam dicitur ſynodus immediate habere a Chriſto aut eſt eadem cum poteſtate papali, aut eſt alia ab illa. Non poteſt dici quod ſit eadem, nec quod ſit alia ab illa: Ergo fictitium eſt dicere, quod veritas fidei catholicæ ſit,



quod ſynodus habeat poteſtatem immediate a Chriſto. Conſequentia eſt manifeſta; & major ex ſufficiente diviſione: Minor vero pro utraque ſui parte ſic probatur; quod enim non poſſit dici primum, videlicet quod poteſtas data ſynodo, ſit eadem cum poteſtate papali patet, quia tunc nulla ſuperioritas attendi poſſet in ſynodo reſpectu papæ; Decretum autem dicit quod ſynodus habet poteſtatem immediate a Chriſto, cui etiam papa obedire tenetur. Si enim par in parem ratione paritatis poteſtatis, non habet imperium; multo minus ſynodus in papam, ſi eadem ſit poteſtas utriuſque. Quod vero non poſſit dici ſecundum, videlicet, quod ſit alia poteſtas, & maxime ſuprema a poteſtate papali, patet: tum primo, quia repugnat ſupradictis duobus articulis, quos ad veritatem fidei catholicæ, pertinere ſacra Conſtantienſi ſynodo approbante dominus Martinus Conſtantiæ declaravit: quorum primus eſt; quod papa ſit caput eccleſiæ ſanctæ catholicæ: ſecundus quod habeat ſupremam poteſtatem in eccleſia Dei. Quod autem per ſuperabundantiam dicitur in unoquoque genere, tantum unum eſt. Tum ſecundo, quia pluralitas principatuum non eſt bona. 12. Metaphyſicæ. Quod autem bonum non eſt, non eſt credendum a Chriſto in eccleſia ſua inſtitutum eſſe. Tum tertio, quia talis poteſtas ſuprema, alia poteſtate papæ dari non poteſt; quia, ut inquit beatus Cyprianus, in epiſtola ad quinque presbyteros, Deus unus eſt & Chriſtus unus, & una eccleſia, & cathedra una ſuper Petrum voce domini fundata; aliud altare conſtrui aut ſacerdotium novum fieri præter unum altare, & unum ſacrificium non poteſt. Quiſquis alibi collegerit, ſpargit; adulterium, impium eſt, ſacrilegium eſt quodcumque humano furore conſtituitur, ut diſpoſitio divina violetur. Præterea concilium univerſale habere aliam ſupremam poteſtatem immediate a Chriſto, a poteſtate Romani pontificis, videtur eſſe contra articulum fidei, Credo unam ſanctam eccleſiam. Ergo pars illa decreti dicentis, ſynodum immediate habere poteſtatem a Chriſto, cui &c. magis dicenda eſt continere errorem, quam veritatem fidei catholicæ. Conſequentia nota eſt; antecedens autem oſtenditur ex eo quod unitas eccleſiæ attendenda eſt neceſſario inter alia ex ordine ad unam ſupremam poteſtatem regitivam reſpectu totius boni communis; legitur enim canticorum iv. de eccleſia, quod terribilis eſt, ut caſtrorum acies ordinata in unum, ut deducit S. Thomas in 4. diſt. 24. Oportet eſſe aliquod univerſale regimen ſuper particularia regimina; quia in omnibus virtutibus, & artibus, ut dicitur in primo Ethicorum, eſt ordo ſecundum ordinem finium: bonum autem commune eſt divinius quam bonum ſpeciale; & ideo ſupra poteſtatem regitivam, quæ communicat bonum ſpeciale, oportet eſſe poteſtatem regitivam univerſalem reſpectu boni communis, alias non poſſet eſſe colligatio ad unum. Et ideo cum eccleſiæ ſit unum corpus, primæ Cor. 12. oportet ſi iſta unitas debeat ſervari, quod ſit aliqua poteſtas regitiva reſpectu totius eccleſiæ ſupra poteſtatem epiſcopalem, qua unaquæque ſpecialis eccleſia regitur, & hæc eſt poteſtas papæ, qui caput eſt, & rector totius eccleſiæ. Unde gloſ. ſuper illud. Matt. 16. Tibi dabo claves regni cœlorum: dicit, quod adeo ſpecialiter ligandi, & ſolvendi poteſtatem Chriſtus Petro conceſſit, ut ad unitatem nos invitaret; ideo enim eum principem apoſtolorum conſtituit, ut eccleſia unum principalem Chriſti vicarium haberet, ad quem diverſa membra eccleſiæ recurrerent, ſi forte inter ſe diſſentirent. Quod ſi diverſa capita eſſent in eccleſia, unitatis vincula rumperentur. Cypr. in epiſtola ad Magnum dicit, Dominus inſinuans nobis unitatem de divina auctoritate venientem, ponit & dicit, Ego & Pater unum ſumus, ad quam unitatem redigens eccleſiam ſuam, denuo dicit, & erit unus grex, & unus paſtor. Quare S. Thomas tam in 4. diſt. 24. quam in tractatu de erroribus Græcorum, dicit quod, qui hanc ſupremam poteſtatem negant in Romano pontifice ſchiſmatici dicuntur, quaſi diviſores eccleſiaſticæ unitatis. Sed ponere quod ſynodus univerſalis habeat ſupremam poteſtatem datam a Chriſto immediate, aliam a poteſtate ſuprema Romani pontificis, eſt unitatem præfatæ eccleſiæ ſcindere; Tum ponendo dualitatem ſupremarum poteſtatum, cui quilibet fidelis teneatur obedire, manifeſte eſt rumpere ordinem, & colligationem totius corporis eccleſiæ, ad unam ſupremam poteſtatem, ducis & paſtoris totius multitudinis Chriſtianæ. Quocirca beatus Cyprianus in epiſtola de unitate eccleſiæ, ad Novatianum loquens ita ait, Quis ergo ſic ſceleratus & perfidus? qui ſic diſcordiæ furore veſanus? ut aut credat ſcindi poſſe, aut audeat ſcindere unitatem Dei, veſtem domini, eccleſiam Chriſti? manet ipſe in evangelio ſuo, & docet, dicens, & erunt unus grex, & unus paſtor: & eſſe poſſe in uno loco aliquis exiſtimat, aut multos paſtores, aut greges plures? & beatus Gregorius concordans in epiſtola ad Ruſticum monachum, ut habetur in c. in apibus 7. q. 1. ita dicit; in apibus princeps unus, grues unam ſequuntur ordine literato, imperator unus, judex unius provinciæ; Roma autem condita duos fratres ſimul reges habere non potuit; & cur hæc omnia? certe quia, ut ait beatus Auguſtinus in libro primo de nuptiis & concupiſcentia, natura principum amat ſingularitatem, & omnis poteſtas impatiens eſt conſortis; 23. q. 7. quod autem.

Item arguitur ſic, nulli congregationi ſynodali eccleſiæ Chriſtus commiſit immediate regimen omnium fidelium, ergo nulli congregationi ſynodali eccleſiæ Chriſtus dedit poteſtatem immediate, cui omnis fidelis cujuſcumque dignitatis exiſtat, obedire teneatur. Conſequentia patet; quoniam auctoritas regendi, & jubendi majorum, eſt tantum reſpectu inferiorum. In majoribus ſiquidem eſt regendi jubendique poteſtas; in minoribus, obſequendi neceſſitas, in §. In his omnibus diſt. 21. Antecedens probatur, quoniam ſoli Petro, & ſolis ſucceſſoribus ejus, ait dominus univerſaliter, & indiſtincte; Paſce oves meas. Jo. 21. Super quo verbo dicit Theophilus, & habetur in gloſ. quod poſt prandium, commiſſionem ovium Magiſter Petro commendat non alii. Item Chryſoſtomus ſuper eodem verbo, & habetur in eadem gloſ. ita dicit, Præteriens alios, ſcilicet apoſtolos, Petro de talibus loquitur, eximius enim erat apoſtolorum Petrus, & os diſcipulorum, & vertex collegii: unde, & negatione deleta, committit ei prælationem fratrum. Si diligis me, præſide fratribus, & ferventem amorem quem per omnia demonſtraſti, & animam quam dixiſti poſiturum te eſſe pro me, hanc da pro ovibus meis. Ecce quod uni tanquam ſcilicet Chriſti vicario, omnium fidelium regiminis cura committitur. Ecce quod uni tantum totius Chriſtianæ reipublicæ princeps a Chriſto conſti-

conſtituitur: cui ergo dubium, quod ſoli iſti Chriſtus immediate poteſtatem tribuit, cui quilibet fidelis obedire tenetur? Præterea confirmando hanc rationem, ad idem arguitur ſic eccleſiæ; regimen conſtitutum eſt a Chriſto monarchicum, ſive regale, Ergo ſuprema poteſtas, & ſupremus principatus, non multitudini alicui, ſed uni tantum in eccleſia a Chriſto collata eſt. Conſequentia patet, quoniam ut colligitur ex S. Polit. in hoc diſtinguitur regnum, ſive principatus regalis, ab aliis ſpeciebus regiminis, videlicet ab Ariſtocratia, & Democratia, quoniam in regno principatus, & poteſtas ſuprema eſt apud unum: in Ariſtocratia eſt apud paucos: In Democratia vero apud multos. Unde S. Thomas in 4. ſententiarum diſt. 24. dicit, quod in regno tota poteſtatis plenitudo, reſidet apud unum: In Ariſtocratia vero non apud unum, ſed apud plures. Antecedens vero patet, auctoritate & ratione. Auctoritate patet per illud Iſa. 9. ſuper ſolium David, & ſuper regnum ejus ſedebit. gloſ. id eſt, eccleſiam. Præterea ex illo colligitur quod in evangelio eccleſia, regni nomine ſæpenumero deſcribitur, noſtro ſalvatore dicente, ſimile eſt regnum, &c. Ratione vero probatur ſic, ut S. Thomas probat lib. 4. contra Gentiles c. 76. ita enim dicit. Nulli dubium eſſe debet, quin regimen eccleſiæ ſit optime ordinatum, utpote per eum diſpoſitum, per quem reges regnant, & legum conditores juſta decernunt. Optimum autem regimen multitudinis, eſt quod regatur per unum; quod patet ex fine regiminis, qui eſt pax; Pax enim & unitas ſubditorum, eſt finis regentis, unitatis autem cauſa congruentior eſt unus, quam multi. Manifeſtum eſt ergo regimen eccleſiæ, ſic eſſe diſpoſitum, ut unus toti eccleſiæ præſit. Hæc S. Thom. oſtenditur eccleſiæ regimen regale eſſe, ſive monarchicum, non ſolum reſpectu Chriſti, ſed etiam reſpectu ſui vicarii. Quare beatus Hieronymus in epiſtola quam ad Euſtochium, de regula vivendi in monaſteriis dicitur ſcripſiſſe, dicit, quod piſcatori Petro a Chriſto totius Mundi monarchiæ, eſt traditus principatus. Item hac ratione beatus Gelaſius in generali decreto de eccleſiaſticis ſtatutis ad omnes epiſcopos ſcribens, ait. Conveniens eſt ut totum corpus eccleſiæ in hac obſervatione concordet, quam illic vigere videt, ubi dominus totius eccleſiæ poſuit principatum. Dicere autem quod ſynodus aliquam habuerit a Chriſto immediate poteſtatem ſupremam, cui quilibet fidelis obedire tenetur, eſt dicere quod non in uno, ſed in multitudine Chriſtus eccleſiæ ſuæ principatum collocavit. Si quis vero vellet dicere, quod licet regulariter eccleſiæ principatus, in uno locatus ſit, nihilominus tempore concilii univerſalis, principatus eccleſiæ multitudini committitur; dicendum quod hoc nullo modo ſtare poteſt. Tum primo, quia ſpecies regiminis politiæ eccleſiæ, non immutabilis permaneret, ſed multiplicem pateretur varietatem, & corruptionem, contra illud Dan. 7. poteſtas ejus, poteſtas æterna, quæ non auferetur, & regnum ejus non corrumpetur: & Jo. 10. erit unum ovile, & unus paſtor. Tum ſecundo, quia cum, ut dictum eſt, regimen monarchicum, quo multitudo tota regitur per unum, ſit optimum, & ſpecie principalior inter omnes ſpecies politiæ; ſi tempore celebrationis conciliorum, eccleſiæ regimen a monarchia tranſiret in Ariſtocratiam, vel Democratiam, profecto deſcenderet a perfe-

A ctione ſua. Tum tertio, quia cum iſtæ tres ſpecies regiminis ex oppoſito diſtinguantur, ſimul eſſe in uno principatu non poſſunt, dicente Ariſtotele 3. Politicorum. Neceſſe eſt dominans aut unum eſſe, aut paucos, aut multos: ſi ſynodo exiſtente, eccleſiæ principatus ſupremus eſſet apud multos, neceſſe eſt dicere, quod congregata ſynodo & eccleſia, deſineret eſſe regnum, & Romanus pontif. deſineret eſſe princeps eccleſiæ, & plenitudinem habere poteſtatis, quæ omnia ſunt inconvenientiſſima & abſurda. Præterea quod pars illa decreti dicens, ſynodum habere poteſtatem immediate a Chriſto, &c. non ſit veritas fidei catholicæ, ſicut luculenter oſtenditur, & præſupponitur, in primis cum beatiſſimo Dio- B nyſio libro de eccleſiaſtica hierarchia, quod eccleſia noſtra ſit ad modum hierarchiæ a Chriſto diſpoſita. Secundo præſupponitur cum eodem, quod hierarchia noſtra formata ſit ad exemplar, ſive ſimilitudinem hierarchiæ cœleſtis; unde etiam Moſi a domino dictum eſt Exod. 25. Inſpice, & fac ſecundum exemplar quod tibi monſtratum eſt in monte: Præterea ſanctus Joannes dicit apocal. 21. ſe vidiſſe civitatem ſanctam Hieruſalem novam deſcendentem de cœlo, ſcilicet exemplariter, ut doctores exponunt. Quare beatus Ambroſius dicit: quod eccleſia eſt imago cœleſtium. Et beatus Bernardus lib. 3. ad Eugenium papam, clariſſime inducit: ſed ſic eſt quod in angelica hierarchia, nulla poteſtas ad actus hierar- C chicos perficiendos tribuitur deſuper a Deo perſonæ, aut ordini, aut toti hierarchiæ, quæ non tribuatur mediante primo illius hierarchiæ, ut patet ex ipſa doctrina beati Dionyſii (ait enim eccleſiæ hierarchiæ lex divinitatis ſanctiſſima eſt per prima media in diviniſſimam reducere lucem) ergo pari modo nulli poteſtas a Chriſto, ipſi eccleſiaſticæ hierarchiæ aut univerſali concilio illam repræſentanti tribuitur, quæ non conferatur, mediante Romano pontifice qui eſt hierarcha, & primus in tota hierarchia. Quare manifeſtum videtur, quod cum veritate catholicæ fidei, tamen ſcriptura ſancta, quam ex ſanctorum patrum traditione, habemus, quod Romanus pontifex, caput ſit eccleſiæ ſanctæ catholicæ, & hierarcha eccleſiaſti- D cæ hierarchiæ; & cum noſtra hierarchia ad ſimilitudinem, & exemplar cœleſtis formata ſit, non poſſit ſtare, quod exiſtente unico, & indubitato Rom. pontif. in eccleſia concilium univerſale habeat poteſtatem a Chriſto immediate, cui quilibet fidelis cujuſcumque dignitatis exiſtat, obedire teneatur. Amplius hoc idem ſic probatur. Nihil quod in auctoritate ſua dependet immediate ab auctoritate apoſtolicæ ſedis, eſt dicendum habere immediate poteſtatem a Chriſto, cui etiam papa obedire tenetur: ſed auctoritas univerſalium conciliorum dependet immediate ab auctoritate apoſtolicæ ſedis: Ergo concilia univerſalia non ſunt dicenda immediate a Chriſto poteſtatem habere, cui, &c. Conſequentia patet: ma- E jor nota eſt, ex terminis; minor patet ex diſt. 17. per totum; unde in c. regula, dicitur, quod nec ullum eſt ratum, aut unquam erit concilium, quod Romanæ eccleſiæ non fuerit auctoritate fulcitum, & quod hæc dependentia non ſolum accipienda ſit reſpectu convocationis, aut congregationis conciliorum, ſicut quidam dicere voluerunt, ſed etiam quantum ad robur, & firmitatem omnium actitatorum in eiſdem, patet ex c. confidimus. 25. q. 1. Ubi Gelaſius papa, apoſtolicam ſedem, unamquamque ſynodum dicit ſua auctoritate confirmare; & extra de elec.

in c.





in c. ſignificaſti, dicit Paſchalis papa, quod omnia concilia per eccleſiæ Romanæ auctoritatem, & facta ſunt, & robur acceperunt. Ecce quam clare loquitur tex. iſte quod per papam, & per conſequens non immediate a Chriſto, concilia ipſa univerſalia robur accipiant. Ex quibus omnibus ſic breviter, & luculenter demonſtratur, quod declaratio illa Conſtantiæ facta, dicens quod ſynodus univerſalis immediate habeat a Chriſto, poteſtatem, non contineat veritatem fidei catholicæ. Jam ad auctoritates, & rationes accedamus, per quas dominus arguens pro parte adverſa, nixus eſt probare, declarationem præfatam veram eſſe. Verum quia in hac argumentationis parte, principalior articulus reſidet præſentis difficultatis, & examinis; tria præmittam per ordinem circa hunc articulum, antequam præfatis inductis auctoritatibus, & rationibus formaliter reſpondeatur. Primo quidem oſtendam quod id, quod præſuppoſuit præfatus dominus, videlicet quod apoſtoli alii a Petro, receperunt immediate a Chriſto poteſtatem juriſdictionis, non ſit uſquequaque probabile. Secundo oſtendam quod dato, quod hoc eſſet verum de apoſtolis, non tamen ita eſſet dicendum de epiſcopis & curatis, videlicet quod ſuſcipiant poteſtatem juriſdictionis immediate a Chriſto. Tertio oſtendam, quod dato, quod hoc etiam eſſet verum; non probatur, aut ſequitur ex hoc quod ſit veritas catholicæ fidei, quod ſynodus univerſalis habeat poteſtatem immediate a Chriſto, cui quilibet fidelis obedire tenetur. Primum vero quod apoſtoli alii a Petro, non immediate poteſtatem juriſdictionis acceperunt, auctoritate, & ratione multipliciter declaratur; auctoritate primo beati Anacleti, qui ut habetur in c. ſacroſancta. diſt. 22. dicit, inter apoſtolos quædam fuit diſcretio, & licet omnes apoſtoli eſſent, Petro tamen a domino conceſſum eſt, ut reliquis omnibus præeſſet apoſtolis, & Cephas, id eſt caput, & principatum teneret apoſtolatus, Cum autem nomine capitis, & principii, origo deſignatur poteſtatis, non videtur poſſe dici beatus Petrus caput, & principium tenere apoſtolatus niſi ab eo poteſtas derivaretur juriſdictionis in apoſtolos ceteros. Secunda auctoritas eſt beati Cypriani in epiſtola, quæ de unitate eccleſiæ inſcribitur ad Novatianum, & habetur in c. loquitur dominus. 24. q. 1. loquitur dominus ad Petrum, Ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam: ſuper unum ædificat eccleſiam, & quamvis apoſtolis omnibus poſt reſurrectionem ſuam, parem, id eſt communem poteſtatem tribuat, & dicat, ſicut miſit me Pater, & ego mitto vos, accipite Spiritum ſanctum: tamen, ut unitatem manifeſtaret, unitatis ejuſdem originem ab uno incipientem, ſua auctoritate diſpoſuit: Hoc erant utique ceteri apoſtoli, quo Petrus pari conſortio præditi & honoris, & poteſtatis; gloſ. in ordine, & dignitate conſecrationis, non in adminiſtrationis plenitudine: ſed exordium ab unitate proficiſcitur, ut eccleſia Chriſti una eſſe demonſtretur. Hæc Cyprianus. Ubi cum ait quod Chriſtus ut eccleſiæ unitatem manifeſtaret, poteſtatis originem ab uno incipientem diſpoſuerit, manifeſte dat intelligi, quod ſolus unus, ſcilicet Petrus, ſuper quem unum fundatam dicit eccleſiam, a Chriſto immediate poteſtatem ſuſceperit juriſdictionis; alii vero apoſtoli mediante ipſo Petro, plane ut videtur, ſi immediate omnes apoſtoli poteſtatem juriſdictionis recepiſſent a Chriſto,

A origo poteſtatis non incepiſſet in eccleſia ab uno apoſtolorum, cum data fuiſſet ſimul & immediate omnibus. Tertia auctoritas eſt beatiſſimi Auguſt. qui ſuper Jo. homil. 114. dicit ſic, Petrus apoſtolus propter apoſtolatus ſui primatum, gerebat figuratam generalitate eccleſiæ perſonam. Quod enim ad ipſum proprium pertinet; natura unus homo erat, gratia unus Chriſtianus, abundantiore gratia, unus idemque primus apoſtolus. Sed quando ei dictum eſt, Tibi dabo claves regni cœlorum, & quodcumque ligaveris, &c. univerſam ſignificabat eccleſiam. Et infra; Eccleſia ergo, quæ fundatur in Chriſto, claves ab eo regni cœlorum accepit in Petro, id eſt poteſtatem ſolvendi, ligandique peccata; ſed videtur quod hoc B quod ſoli Petro attribuitur, ratione primatus non eſſet verum, ſi alii apoſtoli cum Petro immediate poteſtatem juriſdictionis recepiſſent a Chriſto; Quia dato illo, eccleſia non in ſolo Petro, ſed etiam in aliis apoſtolis claves recepiſſe diceretur.

Quarta auctoritas eſt beatiſſimi Leonis, qui (ut habetur in c. ita dominus diſt. 19.) ita dicit. Hujus muneris ſacramentum ita dominus ad omnium apoſtolorum officium pertinere voluit, ut in beatiſſimo Petro omnium apoſtolorum ſummo, principaliter collocaret, ut ab ipſo quaſi quodam capite dona ſua, velut in corpus omne diffunderet, ut extorrem ſe miniſterii intelligeret eſſe divini, qui auſus fuiſſet a Petri ſoliditate C recedere.

Quinta auctoritas eſt ejuſdem in ſermone tertio ordinationis ſuæ, ita dicentis. Multo dignius ad beatiſſimi Petri gloriam contemplandam, aciem mentis attollere, & hunc diem in illius potiſſimum veneratione celebrare, qui ab ipſo omni chariſmatum fonte, ita copioſis eſt irrigationibus inundatus, ut cum multa ſolus acceperit, nihil in quemquam ſine ejus participatione tranſierit. Et infra; de toto mundo unus Petrus eligitur, qui eſt univerſarum gentium vocationi, & omnibus apoſtolicis cunctiſque eccleſiæ patribus præponatur; ut quamvis in populo Dei multi ſint ſacerdotes, multique paſtores; omnes tamen proprie regat Petrus, quos princi- D paliter regit & Chriſtus: Magnum & mirabile, dilectiſſimi, huic viro conſortium potentiæ ſuæ tribuit divina dignatio, & ſi quid cum eo commune ceteris voluit eſſe principibus, numquam niſi per ipſum, dedit, quidquid aliis non negavit. Ecce quam clara luce Leo iſte irrefragabilis auctoritatis inter patres eccleſię, dicit, quod quicquid commune Chriſtus cum Petro ceteris voluit eſſe principibus, videlicet apoſtolis, non niſi per Petrum dedit, quidquid donabile eſſet, per hominem aliis non negavit: & ita manifeſte habetur, quod ceteri apoſtoli, non immediate a Chriſto juriſdictionem acceperunt, ſed mediante Petro beatiſſimo apoſtolo eorum principe. Conſequenter hoc idem ratione probatur, & primo E ſic. Ab eo a quo quis non habet ſubditum, ab illo non habet aliquam poteſtatem juriſdictionis: ſed alii apoſtoli non habuerunt immediate ſubditos a Chriſto: ergo ipſi non habuerunt poteſtatem juriſdictionis immediate a Chriſto. Conſequentia patet. Major etiam cum nullus ligare aut abſolvere poſſit, niſi ſubditum, cum a non ſuo judice ligari nullus valeat, nec abſolvi, de pœnit. & remiſſionibus c. omnis. Nam poteſtas juriſdictionis, qua aliquis poteſt abſolvere, & ligare dicitur relative ad ſubditum. Relativa autem, ut habet doctrina Ariſtotelis in prædicamentis, poſi-

ta ſe ponunt, & perempta ſe perimunt. Unde ſicut ſi non eſt ſervus, non eſt dominus, propter quod (ſecundum Auguſt. lib. de Trinitate) Deus non fuit dominus, quouſque habuit creaturam ſuam; ita ſi non eſt ſubditus, non eſt prælatus nec judex, qui poſſit eum judicare, Rom. 14. Tu quis es, qui judicas alienum ſervum? Suo domino aut ſtat, aut cadit. Minor vero probatur, quia ſi Chriſtus dediſſet aliis a Petro ſubditos, aut omnes dediſſet, aut aliquos; Non eſt dicendum primum, quod dediſſet omnes, tum quia (ut dictum eſt) pluralitas principatuum non eſt bona, ut dicitur 12. Metaphyſices: & ideo ſic concluditur ibidem, unus ergo princeps. Tum ſecundo, quia tunc ovile Chriſti non eſſet unum, nec unus ovium paſtor, ſed plures, contra illud Jo. 10. erit unum ovile, & unus paſtor. Præterea ſecundum non eſt dicendum, cum nullibi legatur Chriſtum apoſtolis populos immediate diviſiſſe, nec facile eſt fingere quos, ſ. ſubditos, quibus, ſ. prælatis ſubjecerit. Item ſecundo ratione arguitur ſic; ſi Chriſtus dediſſet apoſtolis immediate poteſtatem juriſdictionis, aut dediſſet plenam, & omnimodam, ſicut Petro, aut particulariter limitatam & coarctatam; ſed neutram, ergo nullam. Conſequentia bona. Major patet ex ſufficienti diviſione. Minor quoad primam partem patet. Primo quia, ut dicit B. Cyrillus in libro theſaurorum, nulli alii quam Petro Chriſtus, quod ſuum eſt plenum commiſit, ſed ipſi ſoli dedit. Secundo, quoniam ſi aliis apoſtolis data fuiſſet poteſtas in ea plenitudine, qua Petro data eſt, Petrus nec major, nec ſuperior, nec princeps, nec caput fuiſſet apoſtolorum; ſed omnes in juriſdictionis auctoritate pares fuiſſent: quod eſt erroneum. Ut enim ſanctus Anacletus, inquit in c. ſacroſancta. diſt. 22. inter apoſtolos quædam fuit diſcretio; licet enim omnes apoſtoli eſſent, Petro tamen a domino conceſſum eſt, ut reliquis omnibus præeſſet apoſtolis, & Cephas; id eſt caput, & principatum teneret apoſtolatus. Secunda vero pars minoris quæ dicit, quod etiam Chriſtus non dedit apoſtolis poteſtatem aliquam limitatam, & coarctatam; patet, quoniam nullibi in evangeliis Chriſtus legitur aliquam talem, poteſtatis limitationem apoſtolis indulſiſſe; nec poſſibile eſt fingere certitudinem talis limitationis; De talibus autem, quæ facta eſſe dicuntur, maxime circa apoſtolos, de clavibus eccleſiæ. Nihil videtur aſſerendum, quod de ſcripturis ſanctis non habeat teſtimonium explicite vel implicite, quod in hac parte non datur; & hoc de primo puncto brevitatis cauſa ſufficiat: in quo oſtendendum erat non eſſe uſquequaque probabile, apoſtolos alios a Petro poteſtatem juriſdictionis immediate ſuſcepiſſe a Chriſto.

Reliquum eſt jam oſtendere ſecundum. Quod dato quod apoſtoli immediate a Chriſto poteſtatem juriſdictionis ſicut ordinis receperint, non tamen concedendum eſt, ſed omnino negandum quod alii prælati eccleſiæ nunc ſuſcipiant poteſtatem juriſdictionis a Chriſto immediate; Non enim ſequitur, apoſtoli, qui primi fuerunt lapides ædificii eccleſiæ, habuerunt immediate poteſtatem a Chriſto; Ergo & alii prælati ſucceſſores illorum nunc ab ipſo immediate ſuſcipiunt, ſimiliter exemplariter non ſequitur. Si Deus in inſtitutione mundi immediate fecit cœlos, & elementa, & alias partes principales mundi, ſicut prima individua ſpecierum, quod in propagatione rerum inſtituta [illegible] fiant immediate a Deo; quæ fuerunt ſecundum ſpeciem facta immediate in mundi conſtitutione. Imo fiunt multa mediante virtute cœleſti, & mediantibus aliis cauſis ſecundis: ſol enim, & homo, generant hominem, dicit Ariſt. 2. Phyſ. Quod autem prælati eccleſiæ non immediate a Chriſto poteſtatem ſuſcipiant juriſdictionis; ſed mediante Romano pontifice ejus generali vicario, multipliciter oſtenditur. Et primo quidem hoc manifeſtum redditur omnibus illius auctoritatibus, & rationibus ſuperius inductis, quibus oſtenſum eſt, apoſtolos non a Chriſto immediate, ſed mediante Petro eccleſiæ principe ab eo conſtituto, poteſtatem juriſdictionis ſuſcepiſſe, cum eam habitudinem, quam habuit Petrus poſtquam fuit papa ad apoſtolos, & primitivam eccleſiam, habeat papa ad omnes prælatos eccleſiæ, & ad omnes eccleſias: cum ſuccedat Petro in eadem plenitudine poteſtatis. Quod probatum eſt de Petro reſpectu apoſtolorum, & diſcipulorum Chriſti, probatum relinquitur de quolibet ſucceſſore ſuo legitimo Rom. pontif. reſpectu omnium prælatorum eccleſiæ. Præterea in ſpeciali auctoritate videtur oſtendi manifeſte, primo per illud quod habetur in c. omnes. diſt. 22. Ubi ſic dicit Nicolaus papa, omnes ſive patriarchæ cujuslibet apicum, ſive metropol. primatus, aut epiſcopatuum cathedras, vel eccleſiarum, ſive cujuſcumque ordinis dignitatem inſtituit Romana eccleſia. Ad idem ſecundo eſt auctoritas B. Clementis, qui, ut habetur in c. in illis. diſt. 80. dicit, quod in illis civitatibus in quibus olim apud Ethnicos primi flamines eorum, atque primi legis doctores erant, epiſcoporum primates atque patriarchas, B. Petrus poni præcepit, qui reliquorum epiſcoporum cauſas, & majora negotia in fide, id eſt fideliter (ut ait gloſ.) agitarent: in illis autem, in quibus dudum apud prædictos Ethnicos erant eorum archiflamines, quos tamen minores eſſe tenebant, quam memoratos primates, archiepiſcopos inſtitui præcepit. In ſingulis vero reliquis civitatibus ſingulos; & non plures epiſcopos conſtitui præcepit, qui epiſcoporum tantum vocabula ſortirentur, quoniam nec inter ipſos apoſtolos par fuit inſtitutio, ſed unus præfuit omnibus. Manifeſtum eſt autem, quod hæc fundamentalis dependentia, dignitatis, ordinis, & gradus ceterarum eccleſiarum ab eccleſia Romana intelligi ſane non poſſit, niſi per hoc quod ceterarum juriſdictionis auctoritas intelligatur ab apoſtolica ſede derivata. Quare S. Thomas in fine ſecundi ſententiarum dicit, quod ſicut ſe habet poteſtas Dei ad omnem poteſtatem creatam, ſic etiam ſe habet poteſtas imperatoris ad poteſtatem proconſulis, ſic ſe habet poteſtas papæ ad omnem poteſtatem in eccleſia: Quia ab ipſo papa gradus dignitatum diverſi in eccleſia diſponuntur, & ordinantur: Unde ejus poteſtas eſt quoddam eccleſiæ fundamentum, ut patet Matth. 16. Hæc S. Thomas. Tertio auctoritate hoc ipſum oſtenditur, per illud quod habetur in c. decreto. 11. qu. 7. Ubi beatus Gregorius ita dicit, quod ſancta Romana eccleſia vices ſuas ita aliis impartitur eccleſiis, ut in partem ſint vocatæ ſollicitudinis, non in plenitudinem poteſtatis. Item eadem ſententia ponitur in c. ſequ. ubi Vigilius papa ita dicit: eccleſia Romana quæ prima eſt, ita reliquis eccleſiis vices ſuas credit largiendas, ut in partem ſint vocatæ ſollicitudinis, non in plenitudinem poteſtatis. Præterea hoc idem ratione probatur ſic, in omni principatu poteſtas juriſdictionis derivatur, ad quamcumque perſonam illius principatus a monarcha, [illegible] ſive



ſive principe illius principatus; ſed papa eſt princeps, ſive monarcha in ſacro eccleſiæ principatu; ergo ſequitur quod poteſtas juriſdictionis omnium inferiorum prælatorum derivatur a papa. Conſequentia bona, major patet ex ſententia Dionyſii, qui tam in de eccleſ. quam cœleſti hierarchia docet, ab ipſo hierarcha ad omnes hierarchiæ perſonas deſcendere irradiationis profluxum. Minor vero, quod ſolus papa ſit princeps, & monarcha totius eccleſiaſtici principatus, ſuperius inductis auctoritatibus oſtenſum eſt; in quibus ſancti patres ipſum & eccleſiæ totius principem, & caput prædicant, & atteſtantur: dicit etiam Chryſoſt. ſuper Actus apoſtolorum, quod Petrus a filio ſuper omnes qui filii ſunt accepit poteſtatem, non ut Moſes in gente una, ſed in univerſo orbe: & Theophyl. ſuper illud Lucæ 22. Tu aliquando converſus confirma fratres tuos; Dicit, quod Petrus obtinuit ut eſſet antiſtes mundi. Item in eccleſiaſtico officio legitur ei Chriſtus dixiſſe: ſuper plebem meam principem te conſtitui. Præterea ſecundo ſic confirmatur idem ratione, & primo in unoquoque ordine, in quo maxime reſidet plenitudo virtutis, ſive poteſtatis, originaliter dependet virtus omnium ſequentium in illo ordine. Sed Romanus pont. eſt primus in ordine prælatorum eccleſiæ, & in quo ſolo reſidet plenitudo eccleſiaſticæ poteſtatis; Ergo ſequitur quod poteſtas omnium ſequentium prælatorum eccleſiæ, dependeat, & derivetur ab ipſo Rom. pont. Conſequentia eſt bona; Major colligitur ex ſententia Ariſt. 2. Metaph. Minor eſt canon. concilii Conſtantinopolitan. dicentis: Veneramur ſecundum ſcripturas, & canonum diffinitiones, ſanctiſſimum antiquæ Romæ epiſcopum primum eſſe, & maximum omnium epiſcoporum. Item in concilio Chalcedonen. Acclamatum legitur a tota ſynodo papæ Leoni: Leo ſanctiſſimus apoſtolicus & œcumenicus, & univerſalis patriarcha per multos annos vivat. Confirmatur hoc argumentum per illud B. Iſidori, qui, ut dicitur in c. in novo. diſt. 21. ita dicit. In novo teſtamento poſt Chriſtum dominum a Petro cœpit ſacerdotalis ordo: & cauſam ſubjungens, ait; Quia ipſi primo pontificatus in eccleſia datus eſt, dicente domino ad eum; Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam. Item tertio ſic idem confirmando inter habentia ordinem ſecundum influentiam, omnia quæ aliis influunt, virtutem influendi recipiunt a primo illius ordinis; ſed ordo qui eſt inter Romanam eccleſiam, & alias eccleſias, ſive inter Romanum pontificem, & prælatos ceteros, eſt ſecundum influentiam, prout unus movet alium ad actus hierarchicos; Ergo juriſdict. ordo omnium prælatorum eccleſiæ derivatur a Romano pontifice. Conſequentia eſt bona, major patet ex commento primæ propoſitionis de cauſis. Cauſa enim ſecunda virtutem cauſandi habet a prima. Minor vero patet auctoritate beatiſſimi Cypriani, qui ut in c. loquitur 24. q. 1. eccleſias particulares ad eccleſiam Romanam comparat, ſicut radios ad ſolem, fluvios ad fontem, ſicut ramos ad radicem. Quare dicit Petrus Ravennas, quod ſtipiti rami, quod capiti membra, quod ſoli radii, quod fonti rivuli, hoc apoſtolicæ ſedis reverentiæ debent omnes eccleſiæ, quas ubique terrarum religio Chriſtiana fundavit. Quarto ſic confirmatur eadem ratio, omnia membra a capite accipiunt immediate derivationem virtutis, ſenſus & motus, ſui regiminis; ſed eccleſia Romana eſt caput ceterarum eccleſiarum. Ergo ceteræ eccleſiæ & earum prælati, poteſtatis ſuæ originem ſuſcipiunt a Romana eccleſia, ſive a Rom. pont. Conſequentia eſt bona; major patet, quoniam, ut ſuperius habitum eſt, ex ſententia Iſidori, ex eo datum eſt capiti hoc nomen, quod ſenſus omnes, & nervi inde initium capiant, atque ex eo omnis vigendi cauſa oriatur. Minor vero ponitur in c. ſacroſancta. diſt. 22. Ubi S. Anacletus ait, quod apoſtolica ſedes (caput, & cardo ſcilicet omnium eccleſiarum) eſt a domino, & non ab alio conſtituta: & ſicut cardine oſtium regitur, ſic hujuſmodi apoſtolicæ ſedis auctoritate, omnes eccleſiæ, domino diſponente reguntur. Quinto ſic, quilibet fidelis tenetur credere unam eſſe ſanctam eccleſiam catholicam. Sed ad unitatem eccleſiæ requiritur, quod omnium prælatorum poteſtas juriſdictionis derivetur a Romano pontifice; Ergo neceſſe eſt, quod quilibet fidelis hoc credat & teneat. Conſequentia bona; major patet, cum ſit articulus fidei, & dicatur canticorum VI. Una eſt columba mea, una eſt perfecta: dicit gloſſa, id eſt eccleſia. Minor probatur, quoniam unitas eccleſiæ, ut habetur a beato Cypriano in epiſtola de unitate eccleſiæ, & habetur in c. loquitur 24. q. 1. neceſſario attenditur in ordine ad unam fontalem originem, totius poteſtatis eccleſiaſticæ, quam eſſe dicit apoſtolicam ſedem, ſive Romanum pontificem, ſuper quem fundatam eſſe, dicit eccleſiam; Unde ait, eccleſia Dei luce perfuſa, per totum orbem radios ſuos porrigit, unum tamen eſt, quod ubique diffunditur, nec unitas corporis ſeparatur, radios ſuos per univerſam terram copia ubertatis extendit, profluentes largitur rivos, latius expandit, unum tamen caput eſt, & una origo, & una mater fecunditatis copioſa, hæc ille. Item ſanctus Thomas contra gentes lib. 4. cap. 76. dicit: ſoli Petro promiſit, tibi dabo claves regni cœlorum, ut oſtenderetur poteſtas clavium per eum ad alios derivanda, ad conſervandam eccleſiæ unitatem. Ex quibus manifeſte colligitur pertinere ad unitatem eccleſiæ, quod a Romano pontifice omnium aliorum prælatorum derivetur auctoritas: quæ erat minor probanda.

Sexto arguitur confirmando præcedentem rationem ſic; teſte B. Dionyſio x. cœleſtis hierarchiæ, omnes hierarchiæ ſunt etiam connexæ, & ordines ipſi cujuslibet hierarchiæ ſunt etiam connexi. Hæc autem connexio, ſecundum ejuſdem divini doctoris doctrinam, ut S. Thomas, & Albertus declarant, non tantum attenditur per relationem ad unum ultimum finem, ſecundum quem omnis hierarchiæ finis eſt ſimilitudo & unitas ad Deum; ſed ſecundum ea, quæ ſunt de eſſentia hierarchiæ, ſcilicet ſecundum ordinem, ſcientiam & actionem. Secundum ordinem quidem, inquantum in omnibus hierarchiis invenitur diſtinctio per primum, medium, & ultimum. Secundum ſcientiam vero, inquantum irradiatio extenditur, procedendo a primo uſque ad ultimos. Secundum actionem autem, inquantum primi habent actionem hierarchicam in medios, & per medium in ultimos. Sed eccleſia noſtra a Deo eſt, ad inſtar hierarchiæ diſpoſita & formata; Ergo neceſſe eſt, niſi hierarchiam noſtram inconvenientiſſime aſſerere inconnexam vellemus, poteſtatem eccleſiaſticam a primo noſtræ hierarchiæ qui eſt Romanus pontifex in omnes inferiores procedere; & derivati, proceſſus patet. Hujus autem connexionis hierarchiæ noſtræ [illegible] ſunt evidentiſſi-

tiſſima teſtimonia, primum eſt, quod qui a B. Petri ſocietate, & connexione apoſtolicæ ſedis ſegregatur, non poteſt abſolvi a peccatis. Secundum eſt, quod talis exiſtens, ſi prælatus ſit, ipſa poteſtate eccleſiaſtica denudatur. De primo habetur in gloſ. Matt. 16. quod Petrus, ideo ſpecialiter claves regni cœlorum, & principatuum judiciariæ poteſtatis accepit, ut omnes per orbem credentes intelligant, quod quicumque ab unitate fidei, & ſocietate Petri quovis modo ſegregantur, nec vinculis peccatorum abſolvi, nec januam regni cœleſtis ingredi poſſunt. De ſecundo habetur in c. Factus, & in c. Novatianus. 7. q. 1. & in c. Dicimus. 24. q. 1. quę omnia ſunt beatiſſimi Cypriani teſtimonia. Superſedeo autem multis aliis, quę induci poſſent, maxime ex inſtitutionibus, confirmationibus, mutationibus, translationibus, & depoſitionibus, quas circa eccleſias & earum prelatos, ſedes apoſtolica jure ordinario facere ſolita eſt, quas facere minime liceret, niſi earum juriſdictioni auctoritas ab ipſa apoſtolica ſede, modo ſupradicto dependeret, quod pro obſervanda brevitate ſermonis, tantum de iſto ſecundo puncto dixiſſe ſufficiat.

Duobus jam punctis luculenter expreſſis, venio ad tertium in quo dicendum inſtitui, quod etiam dato, licet non conceſſo, quod preſuppoſitum, & fundamentum reverendiſſimi patris domini arguentis verum eſſet, videlicet quod eccleſię prelati poteſtatem juriſdictionis a Chriſto immediate reciperent, ſicut papa, non tamen ex hoc habetur, quod decretum prefatum Conſtantien. in illa parte contineat veritatem fidei catholicę; Primo, quia dato quod quilibet apoſtolorum, & nunc quilibet eccleſię prelatus, poteſtatem juriſdictionis immediate a Chriſto habuiſſet, non tamen ex hoc habetur quod tota eccleſię communitas collegialiter talem a Chriſto poteſtatem immediate accepiſſet. Secundo dato quod apoſtoli tunc, & nunc eccleſię prælati immediate a Chriſto poteſtatem ſuſcepiſſent, non habetur quod decretum illud Conſtantienſe contineat veritatem, dicens quod concilium univerſale habet poteſtatem immediate a Chriſto, cui etiam papa obedire tenetur: qui enim apoſtolos dicit cum Petro, & prælatos ceteros cum papa a Chriſto immediate juriſdictionis poteſtatem, ſuſcipere, debet animadvertere, ſi errorem Indorum & Armenorum, & quondam Græcorum Valdenſium pauperum de Lugduno, & noviſſime Boemorum vitare vult; quod non æqualem omnes apoſtoli cum Petro, nec prælati cum ejus ſucceſſore Rom. pontifice, ſuſcipiunt poteſtatem: ſolus quidem papa inter eos tanquam caput totius corporis eccleſiæ ſuſcipit: & ideo ipſe ſolus in toto corpore eccleſię, plenitudinem poteſtatis accepit; ceteris, ut ſupra habitum eſt, in partem tantum ſollicitudinis evocatis, ut ait B. Greg. in c. decreto. 2. q. 7. In cujus teſtimonium, cum ſoli Petro poteſtas a Chriſto promittitur, dicitur, Tibi dabo claves regni cœlorum, & quodcumque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis, Matt. 16. Cum apoſtolis vero alia forma ſervatur, dicitur enim quæcumque alligaveritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlo. In cœlo uno dicit, non in cœlis, ſicut Petro dixerat; ait Origenes, & inducitur in gloſſa continua, quia non ſunt tantæ perfectionis ſicut Petrus: Quare ſicut in corpore naturali, cui apoſtolus ipſum eccleſiæ corpus ſimile eſſe dicit, ad Rom. 12. nulla aliorum membrorum multitudo adæquat virtutem capitis; etiam ſi mille manus, mille pedes, mille oculi, & ſic de aliis particularibus membris, in uno corpore aggregarentur; ita in corpore myſtico eccleſiæ, nulla membrorum eccleſiæ multitudo adequare poteſt virtutem, & amplitudinem poteſtatis capitis eccleſiæ, ſcilicet Romani pontificis. Quo ergo jure prælati eccleſiæ congregati, majores poteſtate, aut ſuperiores Romano pont. capite & principe totius eccleſiæ, dicendi ſint, non invenio. Quocirca inter veritates catholicæ fidei, nullo modo annumerandum venit, niſi aliunde apertiori teſtimonio ſacræ ſcripturæ, aut ſanctorum patrum fuerit roboratum. Dicit enim Hieronymus ad Demetriadem virginem, quod de ſcripturis ſanctis auctoritate non habetur, eadem facilitate contemnitur, qua probatur.

Tribus jam punctis breviter expeditis venio quarto loco ad reſpondendum auctoritatibus, & rationibus inductis per patrem, & dominum arguentem, pro hac parte decreti Conſtantienſis qui dicit, quod concilium univerſale poteſtatem habet immediate a Chriſto, cui &c. Prima auctoritas inducta fuit illa Matth. 16. ubi Chriſtus ait, ſi peccaverit in te frater tuus, corripe eum inter te & ipſum ſolum, &c. ſequitur; ſi te non audierit, dic eccleſiæ; Et ſi eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus, & publicanus, quod per ly, eccleſiam, non ſolus prælatus, ſed eccleſia ipſa univerſalis accipienda ſit, patet per glo. ordinariam, quæ in eo loco ſic habet, vel dic eccleſiæ, id eſt toti eccleſiæ. Ad iſtam auctoritatem, in qua maxime adverſa pars fundamentum facere videtur, reſponſurus, duo faciam. Primo oſtendam, quod in auctoritate Chriſti per eccleſiam, cui tanquam judici, fratris noſtri peccatum poſt admonitionem denunciari præcipitur, ex ſenſu literali, non univerſalis eccleſia, nec concilium univerſale, ſed prælatus intelligendus ſit. Secundo oſtendam, quod dato, quod quandoque ad concilium univerſale auctoritas illa per aliquos applicetur; ex hoc tamen nulla ſuperioritas in concilio arguitur ſupra papam. Primum autem videlicet, quod in dicta auctoritate, per eccleſiam, cui tanquam judici, delinquentis fratris peccatum denunciari præcipitur, non ſit accipienda, ex ipſa principali intentione legislatoris, univerſalis eccleſia, nec diſperſa per orbem, nec conciliariter congregata, clariſſime oſtenditur, ſuppoſito primo cum omnibus doctoribus ſacrę ſcripturæ, quod correctio fraterna, de qua in prefata auctoritate a Chriſto datur generalis doctrina, cadat ſub precepto. Quo preſuppoſito, clariſſimum eſt; primo auctoritatem prædictam de eccleſia univerſali per orbem diſperſa, non poſſe accipi ex ipſa impoſſibilitate adimplendi. Ait autem Hieronymus: Anathema ſit, qui Deum dixerit aliquod impoſſibile præcepiſſe. Secundo, hoc idem patet, de eccleſia conciliariter congregata, tum ex ipſa raritate conciliorum univerſalium; tum ex eo quod ſynodorum congregandarum auctoritas, non in cujuslibet eſt poteſtate, ſed ſolum Romani pontificis, ut diſtinctione decimaſeptima habetur; tum propter ipſam oneris inſupportabilem gravitatem, qua populus Chriſtianus gravaretur, ſi pro adimplendo precepto de correctione fraterna, teneretur venire ad concilium univerſale etiam actu congregatum. Tanta autem gravitas repugnat ſuavitati legis Chriſti, qui ait Deuteronom. xxx. Mandatum hoc, quod ego precipio tibi hodie, non eſt ſupra te, nec procul poſitum, nec in cœlo ſitum, ut



ut poſſis dicere, quis noſtrum ad cœlum valet conſcendere, ut deferat illud ad nos, ut audiamus, & opere compleamus? neque trans mare poſitum ut cauſeris, & dicas: quis ex nobis transfretare poterit, & illud ad nos deferre, ut poſſimus audire & facere quod præceptum eſt? ſed juxta te eſt valde. Gloſſ. interlin. mandata Dei moderata, & temperata ſunt humanis viribus: & Matth. 11. dicit ipſe legislator. Jugum enim meum ſuave eſt: & onus meum leve. Plane non leve eſſet præceptum domini de correctione fraterna, ſi fidelis quilibet id adimpleturus ad univerſale concilium actu exiſtens venire eſſet obnoxius, ad quod procul dubio obnoxius eſſet, ſi per eccleſiam, cui denunciandum eſt delinquentis fratris peccatum, non prælatus, ſed ſynodus univerſalis ex ipſa intentione literalis ſenſus accipienda veniret. Quare manifeſtum videtur, non eſſe de intentione legislatoris ſalvatoris noſtri Dei, per eccleſiam in prædicta auctoritate, deſignari univerſalem eccleſiam, nec concilium univerſale; ſed prælatum præſidentem, ſecundum eum intelligendi modum, quo philoſophus 1x. Ethicorum dicit, quod civitas eſt id, quod principale eſt in ea. Quod etiam multiplici teſtimonio roboratur. Primo ex eo manifeſte colligitur, quod Chriſtus non univerſali eccleſiæ, nec alicui ſynodo univerſali, ſed tantum apoſtolis ipſis, & eorum ſucceſſoribus eccleſiæ prælatis ait, Amen dico vobis, quæcumque ligaveritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlo, ubi gloſ. Hieronymi ait, hanc poteſtatem tribuit apoſtolis. Secundo patet ex gloſ. Origenis, qui, ut habetur in gloſ. continua, ponderans illud, quæcumque ligaveritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlo, non dixit in cœlis, ſicut Petro, ſed in cœlo uno, quia non ſunt tantæ perfectionis ſicut Petrus. Tertio patet ex auctoritate beatiſſimi Chryſoſtomi, qui ſuper Matthæum, ut habetur in gloſ. continua, exponit: dic eccleſiæ id eſt his, qui eccleſiæ præſunt. Quarto auctoritate B. Thomæ, qui & in quarto. diſt. xix. & in ſecunda 2. q. 34. in materia de correctione fraterna, exponit dic eccleſiæ, id eſt prælato in judicio præſidenti. Quinto auctoritate Alberti magni ſuper Matth. qui ait ſic in forma, dic eccleſiæ, hoc eſt prælato in conventu, & ſynodo; ita quod ly, ſynodo, ſicut ly, conventu, in ablativo ponitur: unde ſubjungit, ſi eccleſiam non audierit, ut ſecundum arbitrium prælati corrigatur, ſit tibi quaſi ethnicus & publicanus. Sexto ad idem eſt dominus Hugo cardinalis primus poſtillator bibliæ, qui juxta duas gloſ. quæ ponuntur in gloſ. continua quæ cum una dicit, Dic eccleſiæ, id eſt his qui eccleſiæ præſident: & alia dicit, dic eccleſiæ, id eſt toti eccleſiæ, ut majorem erubeſcentiam habeat, dicit ſuper Matth. ſic, ſi privata perſona corrigit, ſic exponendum eſt, dic eccleſiæ, id eſt coram prælato eccleſiæ eum convince per teſtes, quos noluit audire corripientes, & hoc juxta primam gloſ. ſi vero prælatus corripit, ſenſus eſt: Dic eccleſiæ, id eſt coram eccleſia illum excommunica, id eſt coram congregatione fidelium: eamdem ſententiam perſequitur magiſter Nicolaus Gorram ſuper Matth. Septimo ad idem communis eſt expoſitor literalis magiſter Nicolaus de Lyra: qui expoſuit ſuper Matt. dic eccleſiæ, id eſt prælato. Octavo ad idem eſt gloſ. decreti in c. ſi peccaverit. 2. q. 1. quæ conſimiliter exponit, dic eccleſiæ, id eſt ſacerdoti. Nono patet teſtimonio Innocentii papæ, qui in c. novit, extra de judiciis, de paſtore, & prælato univerſalis eccleſiæ, ſcilicet de Romano pontifice illam exponit. Decimo patet ex practica, & conſuetudine obſervata a ſanctis, & ab univerſitate fidelium, & ab ipſo naſcentis eccleſiæ exordio. Manifeſtum eſt autem, quod practica obſervata in eccleſia Dei, circa obſervantiam præcepti, de correctione fraterna, ſemper fuit, & eſt, denunciare prælato, & non univerſali eccleſiæ, ſive diſperſæ, ſive congregatæ, fratris errantis peccatum. Cum ergo conſuetudo obſervantiæ ſit interpres legis, & ut dicit Auguſtinus libro de mendacio, ex factis ſanctorum colligamus, quid in ſcripturis ſentire debeamus. Manifeſtum eſt quod verus, ac proprius, ac principalis intellectus prefatæ auctoritatis ſit, ut per ly, eccleſia, cui tanquam judici denunciatio fienda eſt, prælatus eccleſiæ intelligendus veniat, & non univerſalis eccleſiæ ſynodus. Ad argumentum autem, quod quidam profeſſores adverſæ partis contra hoc faciunt, videlicet quod cum Chriſtus in hoc loco Petro loqueretur, qui futurus erat prælatus eccleſiæ, & nemo remittatur ad ſeipſum per eccleſiam, cum dicitur, dic eccleſiæ, non intelligendus ſit prælatus, ſed univerſalis eccleſia eo modo, quo haberi poteſt, ſcilicet ſynodaliter congregata. Reſponſio eſt manifeſta. Dicitur enim primo, quod hęc doctrina data a Chriſto de correctione fraterna, generalis eſt, omnes fideles reſpiciens, & non ſolum Petrum, licet ad ipſum ſpecialiter vice omnium directus ſit ſermo domini, in ſignum principatus ſui ſuper alios. Et ita Chriſtus tam ſubditos quam prælatos, ad obſervantiam hujuſmodi præcepti obligare voluit. Verum, ut ſuperius commemoratum eſt, ex ſententia domini Hugonis cardinalis ſuper Matth. exponentis juxta duas gloſ. ordinarias dupliciter hunc textum, alia eſt intelligentia hujus nominis eccleſiæ, quando privata perſona corrigit, & alia quando publica perſona. Nam ſi privata perſona corrigit; tunc eſt ſenſus, Dic eccleſiæ, id eſt prælato. Si vero publica perſona corrigit; tunc eſt ſenſus. Dic eccleſiæ, id eſt coram congregatione eum objurga. Ut ſic, quemadmodum ait gloſ. majorem erubeſcentiam patiatur, vel coram congregatione eum excommunica, ut ſic quemadmodum ait Hieronymus multorum deteſtationi habitus opprobriis ſalvetur, qui pudore ſalvari non potuit. Sed cum hoc modo prælatum remitti ad eccleſiam, non ſit remitti ad ſuperiorem, ſive ad judicem, ut de ſe patet, manifeſtum eſt quod ratio ex adverſo, in nullo probat intentum. Præterea ratio præfata non procedit, quoniam non videtur inconveniens quod quis remittatur ad ſeipſum ſecundum [illegible] & aliam habitudinem conſideratum. Prælatus enim, ait S. Thomas [illegible] diſt. 19. 4. 2. dupliciter poteſt conſiderari, aut ſecundum quod in judicio præſidet, & ſic prælato, inquit, eſt dicere eccleſiæ, aut extra judicium exiſtens, & ſic dicere prælato non eſt dicere eccleſiæ, per quem modum perſona in prælatione conſtituta, poteſt a ſe, ut eſt privata remitti ad ſe, ut eſt perſona publica: & tunc dicere eccleſiæ, nihil aliud eſt, quam exire in actum judicii, quomodo B. Gregorius, ſcribens Joanni patriarchę Conſtantinopolitanen. ſuper uſurpatione vocabuli univerſalis eccleſię, epiſtola 265. oſtendit, dicens; nos quidem in quibus talis tantæque ſuper autem nefarium culpa committitur ſervamus quod pręcipit veritas dicens, ſi peccaverit in te frater tuus, corripe eum inter te & ipſum

Anno Christi 1439.

ipſum; ſi autem te non audierit, dic eccleſiæ. Si vero eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus. Ego itaque per reſponſales meos ſemel & bis, verbis humilibus, hoc quod in tota eccleſia peccatum corripere ſtatui, per me ſcribo quicquid humiliter facere debui, non obmiſi; Si in mea correctione deſpiciar, reſtat ut eccleſiam debeam adhibere. Hæc Greg. ubi eccleſiam adire, vel adhibere, eſt cenſuram eccleſiaſticam apponere, ſicut fecit non convocando ſuper hoc aliquod concilium univerſale. Præterea hoc modo ait Nicolaus papa, ſicut habetur in c. præcipue ubi ita dicit regi Lothario; ceterum cave ne quando vobis, ſecundum præceptum domini, duos vel tres teſtes adhibeamus, immo vero hoc, ſanctæ eccleſiæ dicamus, &, quod non optamus, de cetero cunctis fiat ethnicus & publicanus. Quod vero ibi per eccleſiam, non alium judicem, quam ſeipſum intelligat, patet & gloſ. quæ in eo loco dicit, ſic ergo in cauſa denunciationis, idem poteſt eſſe judex, accuſator & teſtis, & extra de ſimonia: c. licet. Ceterum ipſe beatus Petrus in cujus perſona hæc conſtitutio divina primo emanavit, abſque hoc quod univerſali eccleſiæ diceret, aut univerſale concilium convocaret, Ananiam, & Saphiram ejus conjugem, ſua auctoritate damnavit. Nimirum plane foret periculoſum aſſerere, beatum Petrum, alioſque ſanctos patres tranſgreſſores extitiſſe divini præcepti, qui ad correctionem peccatorum, abſque denunciando univerſali eccleſiæ ſua auctoritate proceſſerunt. Amplius ſi cum dicitur, ſi in te peccaverit frater tuus, &c. Dic eccleſiæ, ſemper recurſus habendus eſſet ad aliquem alium. Immo nunquam papa aut alius prælatus veniret judicaturus eum, qui in ipſum peccaret, quod eſt inconvenientiſſimum, & ab omni ratione, & veritate ſeparatum. Ad confirmationem autem inducta eſt gloſſa ordinaria per patrem & dominum arguentem, qui ait, vel dic toti eccleſiæ, licet etiam ex ſuperioribus in reſponſione præcedentis argumenti pateat copioſe ſatis reſponſio ejus. Nihilominus dicitur quod gloſ. in ullo deſervit propoſito partis ſuæ, quinimmo omnino ejus infirmat intentionem, ſi gloſ. bene videatur. Gloſ. autem ita dicit, vel dic toti eccleſiæ, ut majorem erubeſcentiam patiatur: poſt hæc omnia, ſequatur excommunicatio; quæ fieri debet per os eccleſiæ, id eſt per ſacerdotem, quo excommunicante, tota eccleſia, cum eo operatur: hæc gloſ. in qua gloſ. tria veniunt ponderanda, primo quod cum ait, vel dic toti eccleſiæ, per totam eccleſiam, non eſt accipienda univerſalis eccleſia, quia, ut ſuperius oſtenſum eſt, fidelibus in diverſis regionibus orbis conſtitutis, adimplere hoc eſſet impoſſibile, ſed illa totalitas eccleſiæ accipienda eſt valde ſtricte. Quandoque enim pro collegio cardinalium, quandoque pro congregatione una conventuali, quandoque pro congregatione una capitulari, quandoque pro congregatione una ſynodali, aut provinciali; quandoque pro congregatione unius parvæ familiæ. Sic enim accommodata locutione quandoque nomine univerſæ eccleſiæ, ſacra ſcriptura utitur, ſicut apoſtolus ad Rom. ultimo ait, ſalutat vos, cujus hoſpes meus, & univerſa eccleſia. Ubi per univerſam eccleſiam, ſolam provinciam Caii intelligit, ut ait gloſ. Secundo conſiderandum eſt in prædicta gloſſa, quod dicendum eſſe toti eccleſiæ dicit, ut majorem erubeſcentiam patiatur. In quo nihil auctoritatis tribuit communitati. Quocirca mani-

A feſtum, quod remitti prælatum hoc modo ad communitatem, non eſt remitti ad ſuperiorem. Tertio ponderandum eſt quod ait, & poſt hæc ſequatur excommunicatio, quæ fieri debet per os eccleſiæ, id eſt per ſacerdotem. Ubi manifeſte innuit, quod non apud communitatem, ſed apud prælatum, qui os & vertex eſt eccleſiæ, ſit auctoritas judicii, quo excommunicante, ſive uniente, tota illa eccleſia, quæ eſt corpus ejus, cujus conſenſu & approbatione in contumacem fratrem prælatus ſententiam condemnationis profert, dicitur cum eo operari, & hoc de primo, quod erat dicendum juxta auctoritatem illam. Secundo dicitur, quod & ſi aliquando prædicta auctoritas ad concilium univerſale apoſtol. auctoritate B fultum applicetur, aut ad concilium univerſale ſede vacante, non tamen propter hoc habetur intencio arguentis; videlicet: quod univerſalis ſynodus ſupra papam, unicam & indubitatam judicii poteſtatem haberet, & quod papa extra caſum hæreſis, veniat eccleſiæ denunciandus. Si vero dicatur, quod papa frater noſter eſt, ergo videtur, quod ad eum ſe extendat auctoritas præfata, quæ ait: ſi peccaverit in te frater tuus &c. dicendum quod papa cum hoc, quod eſt frater noſter & naturæ conformitate, & fidei religione, eſt etiam princeps & caput totius eccleſiæ univerſalis, ſupremam habens poteſtatem in eccleſia ratione primi, ſcilicet quia frater noſter, extendit ſe ad eum auctoritas in ea parte, C in qua ſimplex tangitur correctio fraterna, prout eſt actus caritatis, videlicet prout dicit quamdam caritativam admonitionem, quæ poteſt eſſe inferioris ad ſuperiorem ſicut, & ipſe caritatis affectus: ratione vero ſecundi, videlicet quod princeps & paſtor, ſupremam poteſtatem eccleſiæ habens, totius gregis dominici eſt; non extendit ſe ad eum auctoritas præfata in ea parte, in qua contra non ſuſcipientem correctionem fraternam jubetur eccleſiæ denunciationem fieri, & correctionem juſtitiæ, per coarctationem pœnæ exhiberi. Quoniam cum hoc genere correctionis, nemo corrigendus veniat, niſi a ſuperiori, ad illos tantum ſe extendit Chriſti inſtitutio, qui ſuperiorem habet in terris, cujuſmodi non eſt papa, D quem Chriſtus utpote vicarium ejus ſupremum omnibus fidelibus, ſive diſperſis, ſive in unum convenientibus præeſſe voluit; & ideo peccata illius ſuo ſolo reſervavit judicio. De hoc plurima inferius dicenda venient; ideo pro nunc dixiſſe de iſta auctoritate ſufficiat.

Secunda auctoritas inducta, eſt illa Jo. 20. ubi Chriſtus ait apoſtolis, Accipite Spiritum ſanctum, & quorum remiſeritis peccata, remittentur eis. Super quo verbo B. Greg. in homilia ut deducit S. Thom. in gloſ. continua ita dicit de apoſtolis, principatum ſuperni judicii ſortiuntur, ut vice Dei, quibuſdam peccata retineant, quibuſdam relaxent, quorum nunc in eccleſia, epiſcopi locum tenent, & ſolvendi atque ligandi auctoritatem E ſuſcipiunt, qui gradum regiminis ſortiuntur. Ad iſtam auctoritatem reſpondetur, ut S. Thom. reſpondet in 4. ſententiarum, ad quam dicit, diſt. 19. quod ad abſolutionem a peccato requiritur duplex poteſtas, ſcilicet poteſtas ordinis, & poteſtas juriſdictionis. Prima quidem poteſtas adæquatur in omnibus ſacerdotibus, non autem ſecunda; ideo ubi dominus Jo. 20. dedit omnibus apoſtolis communiter poteſtatem remittendi peccata, intelligitur de poteſtate quæ conſequitur ordinem. Unde & ſacerdotibus quando ordinantur, illa verba dicuntur, ſed Petro dedit ſingulariter poteſtatem remittendi peccata

Matth.



Anno Christi 1439.

Matth. 16. Ut intelligatur, quod ipſe præ aliis habet poteſtatem juriſdictionis. Hæc ibi ſanctus Thom. ſecundo in eodem 4. ſententiar. diſt. 24. ad eamdem auctoritatem reſpondens ait, quod quamvis omnibus apoſtolis data ſit communiter poteſtas ligandi & ſolvendi, tamen ut in hac poteſtate ordo aliquis ſignificaretur, primo ſoli Petro data eſt, ut oſtendatur, quod ab eo in alios debeat iſta poteſtas deſcendere. Propter quod etiam ei dixit ſingulariter Chriſtus, confirma fratres tuos, & paſce oves meas, id eſt loco mei, ut dicit Chryſoſtomus. Præpoſitus & caput eſto fratrum tuorum, ut ipſi te in loco meo aſſumentes, ubique terrarum te in throno tuo ſedentem prædicent & confirment. Hæc ſanctus Thom. Ad idem ſententia Alberti magni & Bonaventuræ. Ex qua reſponſione cum duo colligamus, primo quod auctoritas illa inducta Joan. 20. de poteſtate ordinis accipienda ſit, quæ æqualis eſt in omnibus ſacerdotibus. Secundo quod poteſtas juriſdictionis, quæ non eſt communis omnibus nec æqualis in omnibus, in quibus eſt, a Petro, in quo ſolo per plenitudinem fuit, in alios derivata eſt. Patet quod ex auctoritate illa non probatur quoquomodo veritas decreti Conſtantienſis, nec quoad immediationem poteſtatis juriſdictionis a Chriſto, quoad ſuperioritatem conciliorum ſupra papam.

Tertia auctoritas inducta in ordine per præfatum dominum arguentem, eſt illa Actor. 15. Placuit apoſtolis & ſenioribus cum omni eccleſia, eligere viros ex illis, & mittere Antiochiam. Et infra, viſum eſt Spiritui ſancto & nobis nihil ultra imponere vobis oneris quam hoc neceſſario, ut &c. Ex hac auctoritate arguit dominus opponens, quod apoſtoli & ſeniores fecerunt decreta. Ad hanc auctoritatem reſpondetur, quod in nullo probat decretum præfatum veritatem continere. Primo quidem, quia licet aliquo modo concedatur quod patres in concilio exiſtentes, ſimul concurrant cum papa in condendo canones, ſicut hic de apoſtolis cum Petro legitur; nihilominus principatus decretandi, ſive auctoritas principalis competit Romano pontif. ut pote qui princeps eſt totius reipubl. Chriſtianæ. Unde Gloſ. Hieronymi ſuper illo paſſu, & habetur in epiſtola 22. ejuſdem ad Auguſtinum, commemorato qualiter Jacobus & omnes presbyteri in ſententiam Petri tranſierant, inquit ſic, non debent hæc moleſta eſſe lectori, ſed mihi & illi utilia, ut probemus ante, apoſtolum Paulum non ignoraſſe Petrum principem eſſe hujus decreti, legem poſt evangelium non eſſe ſervandam. Ecce quod Hieronymus decreti illius quod in illa ſynodo apoſtoli & ſeniores feciſſe dicuntur, principem Petrum appellat. Id quod ſequitur, viſum eſt Spiritui ſancto, & nobis: non arguit aliquam juriſdictionem datam immediate a Chriſto, ſive a Spiritu ſancto toti collegio apoſtolorum; ſed bene arguit datam inſpirationem ad intelligendam veritatem. Unde venerabilis Beda in Gloſſa ita dicit. Placuit Spiritui ſancto, qui arbiter ſuæ poteſtatis, ubi vult ſpirat, ubi vult loquitur, & nobis non ſolum voluntate humana, ſed inſtinctu Spiritus ſancti. Hæc Gloſſa. Ex quibus verbis nihil habetur, niſi quod Petrus & alii apoſtoli, & ſeniores in ſententiam illius canonis, de lege, poſt evangelium, non ſervanda, inſtinctu Spiritus ſancti, ſive Spiritu ſancto inſpirante & docente convenerant. Planum eſt autem quod hujuſmodi aſſiſtentia, qua Spiritus

A ſanctus ſanctis congregationibus aſſiſtit inſpirando, & docendo quid agendum ſit, non abſtulit a Petro tunc, nec nunc ab ejus ſucceſſoribus Romanis pontificibus ſuperioritatem & præſidentiam ſuper ſynodum, non unitatem eccleſiæ, non connexionem totius corporis eccleſiæ, ad unum caput, Chriſti vicarium: præcipue cum dicat Chryſoſtomus, quod Petrus erat vertex collegii & caput apoſtolici chori. Et ita patet, quod auctoritas inducta, non probat veritatem præfati decreti Conſtantienſis.

Quarta auctoritas eſt illa, quæ Actor. 20. habetur, Attendite vobis & univerſo gregi, in quo poſuit vos Spiritus ſanctus regere eccleſiam [a], quam acquiſivit ſanguine ſuo. Ad iſtam B auctoritatem dicitur, quod ex ea non probatur intentum arguentis. Et primo quidem quoniam ſi ex hoc quod dicitur, quod Chriſtus poſuerit presbyteros illos, ad quos ſermo Pauli dirigebatur, regere eccleſiam ſuam, arguatur, quod tales acceperint a Chriſto regimen immediate, ſive poteſtatem juriſdictionis. Conſequentia nullas vires habet. Immo ſic arguens committit fallaciam figuræ dictionis, mutando, quid, in quale. Unde & apoſtolus cum ait ad Rom. 13. Non eſt poteſtas niſi a Deo. Immediate ſubjungit: quæ a Deo ſunt, ordinata ſunt. Stat ergo quod omnis poteſtas a Deo ſit, & tamen quod non immediate ſingulis conferatur a Deo, ſicut Joann. primo dicitur. Omnia per ipſum facta C ſunt. Et nihilominus multa non immediate, ſed mediantibus cauſis ſecundis a Deo fiunt. Præterea ſecundo, ſi ex prædicta auctoritate arguens velit inferre, quod alii apoſtoli, ſive prælati habeant poteſtatem regiminis eccleſiæ, aut ſuperiorem Petro aut æqualem; negabitur conſequentia. Quoniam cum dicat apoſtolus ad Rom. 13. quod omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, & ſubjungat, quæ a Deo ſunt, ordinata ſunt. Oportet quod prælatio attendatur ſecundum aſcenſum & deſcenſum, non ſecundum æqualitatem. Quare neceſſe erit; ut arguit dominus cardin. Bonav. in 4. ſecundum rectum ordinem eccleſiæ, quod ſuprema poteſtas regiminis, & plenitudo juriſdictio- D nis, ſtet in uno primo & ſupremo, in quo ſolo, ſicut in primo, & in ſimpliciſſimo, in illo genere, eſt ſtatus omnis prælationis eccleſiaſticæ. Quocirca cum alii a Petro dicuntur, aut principes aut rectores eccleſiæ, aut paſtores gregis dominici; non eſt intelligendum, quod aut tales immediate conſtituti ſunt a Chriſto, aut quod vocati ſunt in plenitudinem poteſtatis, ſed accipiendum eſt mediate, & ſecundum eam partem ſollicitudinis, ad quam per ſupremum paſtorem in eccleſiæ ſanctæ Romanæ pontificem, vocati ſunt. Unde Gloſ. ſuper illud primæ Petri 5. Paſcite qui in vobis eſt gregem Dei, dicit ſic: ſicut dominus Petrum totius gregis curam habere juſſit: ita Petrus ſequentibus eccleſiæ paſtoribus E jure mandat, ut quiſquis, qui ſecum eſt, gregem domini ſollicita gubernatione tueatur.

Quinta auctoritas eſt in illa, quæ habetur in c. firmiter, extra de ſumm. trinit. §. unam ſanctam. Ubi dicitur, & eſt diffinitio in concilio univerſali facta, quod Jeſus Chriſtus conceſſit claves eccleſiæ apoſtolis, eorumque ſucceſſoribus. Ubi Joan. Andr. dicit, quod non ſoli Petro Chriſtus claves conceſſit, ſed & ceteris apoſtolis. Ad hanc auctoritatem reſpondetur, & primo ad hoc quod non ideo claves dicuntur eccleſiæ, quod communitati totius eccleſiæ datæ ſint, ita

quod

[a] Deeſt, Dei. H.

ANNO CHRISTI 1439.

quod ſingillatim, ſive collegialiter omnes fideles, claves a Chriſto, ſuſceperunt; cum teſte beato Ambroſio lib. de pœn. & habetur a magiſtro ſententiarum in 4. diſt. 18. Jus hoc ſolvendi, & ligandi, ſolis ſacerdotibus competat; ſed dicuntur eſſe eccleſiæ triplici ratione, primo quia claves iſtæ datæ ſunt potioribus partibus eccleſiæ, ſicut ait Hieronymus, quod datæ ſunt eccleſiæ, in epiſcopis & presbyteris. Solitum eſt autem, ut patet nono Ethic. ut communitas dicatur id, quod principaliſſimum eſt in ea. Secundo dicuntur claves eccleſiæ, quia poteſtatis, quæ non poteſt perpetuari in uno, aut pluribus ſingularibus ſuppoſitis alicujus multitudinis, ſed tantum per ſucceſſionem, conſuevit ſæpe nominari & dici poteſtas communitatis, licet non omnibus de communitate talis conveniat poteſtas, ſicut eſt in privilegio perpetuo dato dignitati alicujus eccleſiæ; & ita eſt de poteſtate clavium eccleſiæ data in epiſcopis & presbyteris. Tertio ideo dicuntur claves eccleſiæ, quia ad bonum totius eccleſiæ, a Chriſto, Petro & ejus ſucceſſoribus donatæ ſunt, ſicut etiam ſacramenta eccleſiæ eſſe dicuntur, quia ad ejus utilitatem inſtituta, licet collatio ſacramentorum non ad totam communitatem, ſed ad miniſtros ſolos eccleſiæ pertineat. Præterea ad id quod conſequenter in auctoritate ponitur, videlicet quod Chriſtus apoſtolis eorumque ſucceſſoribus claves conceſſit, reſpondentur quod verum eſt, & etiam quod Joan. Andr. in Gloſ. loquitur, ſed ex hoc nihil auctoritatis indicitur pro veritate decreti Conſtantienſis: Primo quia quod dicitur, quod Chriſtus omnibus apoſtolis & ſucceſſoribus claves conceſſit, intelligendum eſt, ut patet ex ſuperius inductis, Petro per ſe & immediate, aliis vero apoſtolis mediante Petro. Secundo, quia quamvis non ſolus Petrus accepit claves, ſolus tamen ut ſæpe ex dictis ſanctorum commemoratum eſt, in plenitudine ſuſcepit, ut pote aliorum princeps & caput: Ob quam prærogativam ſolus Petrus cum clavibus depingitur, ſolus Petrus de collatione clavium a Chriſto ſibi facta in eccleſia, inter ceteros præcipue commendatur.

Sexta auctoritas inducta per dominum & patrem opponentem, fuit illa extra de pœniten. & remiſſ. in c. nova. Ubi dicitur quod apoſtolis omnibus Deus claves commiſit. Ad iſtam auctoritatem patet per jam dicta reſponſio, per has enim & hujuſmodi auctoritates, ſicut jam probatum eſt, nec habetur quod alii apoſtoli a Petro, immediate a Chriſto ſuſceperint poteſtatem juriſdictionis, nec quod ſi ſuſceperint, ſuperiorem aut æqualem cum Petro eorum principe poteſtatem habuerint.

Septima auctoritas inducta, eſt illa Auguſtini ſuper Joan. & habetur in c. quodcumque XXIV. q. prima. Ubi dicit Auguſtinus quod ſi hoc ſcilicet, quodcumque ligaveris ſuper terram, tantum Petro dictum eſt, non hoc facit eccleſia. Si autem in eccleſia, fit utique quæ in terra, ligantur, & in cœlo: & quæ ſoluta ſunt in terra, ſoluta ſunt in cœlo. Et ſequitur, ſi ergo in eccleſia ſit Petrus quando claves accepit, eccleſiam ſanctam ſignificavit. Ad illam auctoritatem dicendum, quod nihil ex ea favoris ſeu virtutis decreto Conſtantienſi præſtatur. Quoniam non eſt ea intelligentia Auguſtini in hoc loco, quam quidam prætendunt, videlicet quod beatus Petrus ita nomine eccleſiæ, ut tanquam ſyndicus ejus aut procurator, ſive vices gerens, a Chriſto claves accepit, cum ipſe princeps, caput, & rector totius univerſalis eccleſiæ in collatione clavium conſtitutus eſſe dicatur. Non autem ſtant hæc duo ſimul, quod Petrus in ſuſceptione clavium a Chriſto, fuerit ſyndicus eccleſiæ, ſive quod procuratorio nomine illas ſuſceperit, & quod ſit per claves illas princeps, caput, & rector eccleſiæ a Chriſto conſtitutus. Ceterum hæc intelligentia, ex eo aliena a fide omnino judicanda eſt, quia papa non eccleſiæ vicarius, ſed Chriſti, non eccleſiæ vices, ſed Chriſti gerit in terris. Non ab eccleſia poteſtatem ſuſcepit, ſed a Chriſto ſuper eccleſiam, quam gubernandam regendamque ſuſcepit. Præterea quod dicitur quod Petrus, quando claves accepit, eccleſiam ſanctam ſignificavit; non eſt ita accipiendum, quaſi voluerit Auguſtinus, quod univerſo corpori eccleſiæ, in omnibus ejus membris datæ ſunt claves, cum in ſolis epiſcopis & presbyteris, teſtibus beatiſſimo Ambroſio & Hieronymo illas ſuſceperit, ſed hæc ſana & vera beatiſſimi Auguſtini intelligentia, quod non Petro tantum, ut ſingulari perſonæ data ſit auctoritas clavium; Quoniam, ut Auguſtinus optime arguit, ſi tantum Petro data fuiſſet, jam nec abſolutio nec ligatio, nec aliqua reconciliatio fieret in eccleſia. Cum ergo in veritate ita ſiat, ſequitur, quod non tantum Petro data ſit, ſed etiam data ſit in eo ſucceſſoribus ejus, & univerſis prælatis futuris in eccleſia Dei, quos in partem vocaret ſollicitudinis ſuæ. Unde data eſt ei poteſtas clavium, ut ſignanti & repræſentanti univerſos prælatos futuros in eccleſia Dei, manentes in unitate corporis Chriſti, ſive in ſocietate Petri. Et hoc eſt ipſum Petrum cum claves accepit, eccleſiam ſanctam ſignificaſſe: ut patet ex ipſamet litera bene conſiderata. Unde dominus archidiaconus in roſario ſuo, hunc locum ad iſtam intelligentiam exponens, ita dicit; ſi hoc tantum Petro dictum eſt, ſcilicet ut ejus perſonam non tranſgrediatur, non hoc facit eccleſia i. ejus auctoritas. Hæc ille. Plane hæc eſt vera intelligentia, hoc eſt veraciter Auguſtini argumentum, ſicut iſte clariſſimus doctor exponit; ſi poteſtas data eſſet ſoli Petro, ita quod ejus perſonam non tranſgrederetur, profecto auctoritas ligandi & ſolvendi in eccleſia non eſſet. Præterea quod ex iſta auctoritate non ſequatur aliquid pro veritate decreti Conſtantienſis patet ex ipſa Gloſ. ordinaria, quæ ita habet in loco, argumentum quod ſententia totius eccleſiæ præferenda ſit Romanæ, ſi in aliquo ſibi contradicant. Argumentum diſt. 93. legimus. Sed contrarium, inquit, credo, argumentum infra eadem. Hæc eſt fides niſi erraret Romana eccleſia, quod non credo poſſe fieri, quia Deus non permitteret c. a recta & ſupplenda. Hæc Gloſ. & hoc de auctoritate iſta.

Octava auctoritas inducta eſt ejuſdem Aug. ſuper pſal. Ubi ita dicit. Sunt quædam, quæ dicuntur ad Petrum, quæ licet proprie ad eum pertinere videantur, non tamen habent intellectum, niſi cum referuntur ad eccleſiam, cujus ille agnoſcitur in figura geſſiſſe perſonam, propter primatum quem in diſcipulos habuit. Ad iſtam patet reſponſio, ex reſponſione data ad ſuperiorem auctoritatem. Verum enim eſt, ut ait Auguſtinus, quod cum claves Petrus recepiſſe dicitur, licet veraciter hoc dicatur, nihilominus cum intellectu ad eccleſiam accipiendum eſt, id eſt, ad omnes ſucceſſores ejus, & alios futuros in eccleſia prælatos, ſicut ſæpe commemoratum eſt. Ex hoc autem non poteſt arguí,



ANNO CHRISTI 1439.

arguí, quod aliquis in eccleſia, aut tota ipſa eccleſia, poteſtate clavium major, aut ſuperior fuerit ipſo Petro: quod etiam ex eo patet, quod Auguſtinus in eadem auctoritate dicit, quod Petrus habuerit inter diſcipulos primatum.

Nona eſt auctoritas Auguſtini, qui in l. de Agone Chriſtiano ita dicit: non enim ſine cauſa inter omnes apoſtolos hujus eccleſiæ perſonam ſuſtinuit Petrus; huic enim claves regni cœlorum datæ ſunt, & cum dicitur, Petre amas me? Paſce oves meas, ad omnes dicitur. Ad iſtam auctoritatem eadem eſt reſponſio, quæ ad ſuperiores aſſignata eſt, quoniam eamdem cum illis ſententiam importare videtur. Id enim quod primo dicitur, quod cum Petro claves datæ ſunt, eccleſiæ datæ ſunt, jam in ſuperioribus dictum eſt, qualiter accipiendum ſit, videlicet, quod eccleſiæ non in multitudine fidelium, ſed in epiſcopis & presbyteris datæ ſint. Unde dicit Ambroſius, quod in Petro claves omnes ſacerdotes recepimus. Quod vero ſecundo in auctoritate dicit Auguſtinus, quod cum dictum eſt Petro, paſce oves meas, ad omnes dictum ſit: non ita accipiendum eſt, quod omnibus fidelibus Chriſtus commiſerit curam paſtoralem eccleſiæ: maxime cum dicat apoſtolus ad Rom. 12. Dedit quidem Deus quoſdam paſtores. Quoſdam quidem dixit, non omnes; ſed intelligentia eſt Auguſtini, quod ly, omnes, ſolum diſtribuat pro paſtoribus in eccleſia ſucceſſoribus Petri & aliis evocandis in partem ſollicitudinis ejus: quod manifeſte Auguſtinus oſtendit in ſermone quodam, qui ſermo incipit, apoſtolum Petrum primum omnium apoſtolorum, in quo tractans præfatum verbum, Paſce oves meas, ita inquit, per ſingula enim dicebat Petro dominus Jeſus dicenti, amo te, paſce agnos meos, paſce oviculas meas. In uno Petro figurabatur unitas omnium paſtorum. Hæc Auguſt. præterea licet cura paſtoralis, multis aliis prælatis, quam Petro commiſſa ſit, non tamen, ut ſæpe repetitum eſt, in ea plenitudine & univerſalitate, qua Petro, qui ita univerſaliter totius gregis domini paſtor a Chriſto eſt conſtitutus, ut non ſit dicendus quis Chriſtianus, Chriſti agnus, nec fidelium hominum conventus, qui dicit ſe non eſſe ſub cura hujus paſtoris, ut ſanctus Thom. ait ſuper Joan. in c. ultimo.

Decima auctoritas inducta, eſt ejuſdem beatiſſ. Auguſt. qui in lib. 2. quæſt. novi & veteris teſtamenti, ſic loquitur. Dominus noſter Jeſus, diſcipulos ſuos ante paſſionem ſuam, ſicut noſcis, elegit, quos appellavit apoſtolos. Inter hos pone, ubique Petrus ſolus totius eccleſiæ meruit geſtare perſonam, & propterea audire meruit, tibi dabo claves regni cœlorum. Et ſequitur, has autem claves non homo unus, ſed unitas accepit eccleſiæ! Ad iſtam auctoritatem reſpondetur, quod non intendit Auguſtinus negare, Petrum claves accepiſſe, cum Petro a Chriſto dictum ſit, tibi dabo claves regni cœlorum, Matth. 16. & Joann. 21. paſce oves meas; Et ipſe Aug. ipſum dicat & apoſtolorum principem, & totius eccleſiæ caput appellet: ſed ideo dictum eſt, quod non unus, quia non unus ſolus ſingulariter, ita quod non alii in eo ſuſceperint, plane in eo etiam eccleſiæ poſteritas in prælatis ſuis claves accepit eo modo, quo ſæpe commemoratum eſt. Pro cujus auctoritatis & multarum ſimilium Auguſtini, plena intelligentia, ſciendum eſt, quod duo errores inter alios, emanaverunt circa claves eccleſiæ, quos veluti perniciosiſſimos beatus Auguſtinus pervigili ſtudio eradicare curavit.

Primus error fuit Novatianorum, ut dicit ſanctus Thomas in 3. parte. qu. LXXIV. artic. X. qui negabant pœnitentiam lapſis poſt baptiſmum, dicentes apud ſacerdotes, nullam tales abſolvendi a peccatis eſſe facultatem. Iſtum errorem tangit Auguſtinus, & impugnat primo libro de vera & falſa pœnitentia. Ubi in c. 3. in principio, ita dicit: ſunt quidam, qui credant uſque in baptiſmum pœnitentiam proficere, ſed poſtea peccantibus caſſam perſeverare. Item in princ. capituli 4. dicit: adhuc ſunt qui reclamant non eſſe peccatorum remiſſionem baptizatis per pœnitentiam. Ad quem errorem penitus eradicandum beatus Auguſtinus, ut pote acutiſſimus argumentator, viſus eſt ſemper oſtendere, quod non ſoli perſonæ Petri claves datæ ſunt, ſed cum Petro datæ ſunt eccleſiæ, id eſt toti poſteritati eccleſiæ in prælatis. Unde in c. 5. præfati libri inducens contra præfatos hæreticos illud Joan. 20. quod Chriſtus ait apoſtolis, accipite Spiritum ſanctum, & quorum remiſeritis peccata, remittentur eis, dicit ſic: ſcimus autem & primos patres, & in omni tempore eccleſiam Dei, ſemper uſque ad ſeptuagies ſepties, quod eſt ſemper, peccata dimittere; quam poteſtatem iſti ab eccleſia auferre conantur. Præterea de iſtorum perverſorum hominum errore apertiſſime loquens, cumque fortiſſime expugnans, in libro de Agone Chriſtiano c. 31. ſic dicit, nec eos audiamus qui negant eccleſiam Dei omnia peccata poſſe dimittere. Itaque miſeri dum in petra Petrum non intelligunt, & nolunt credere claves regni cœlorum, eſſe datas eccleſiæ ipſi; eas de manibus amiſerunt. Hæc Auguſtinus. Agit etiam contra hos hæreticos Novatianos ſacerdotes, parem congreſſum beatus Ambroſius libro ſuo de pœnitentia; cujus verba cauſa brevitatis pertranſeo. Secundus error fuit eorum, qui in hæreſi & in ſchiſmate conſtitutos, & ita ab univerſitate eccleſiæ ſeparatos, aſſerunt poſſe ligare & ſolvere: qui error eſt communiter omnium ſchiſmaticorum. Contra quem errorem dicit beatus Cyprianus in quadam epiſtola, & habetur VII. qu. 1. c. Novatianus. Qui nec unitatem, inquit, Spiritus, nec conventionis pacem obſervat, & ſe ab eccleſiæ vinculo, atque ſacerdotum collegio ſeparat, nec epiſcopi poteſtatem habere poteſt, nec honorem. Item multa hujuſmodi ſunt in cap. dicimus, & in cap. pudenda, & in c. ſchiſma XXIV. qu. 1. Ubi maxime ad notitiam hujus rei conſiderandum venit illud, quod Cyprianus ponit in epiſtola ad * Jovinianum, ita dicens, clamat dominus, ut qui ſitit veniat, & bibat de fluminibus aquæ vivæ, quæ de ejus ventre fluxerunt. Quo venturus eſt, qui ſitit? Utrum ne ad hæreticos, ubi fons & fluvius aquæ vitalis omnino non eſt, an ad eccleſiam, quæ una eſt, & ſuper unum, qui & claves ejus accepit, & domini voce fundata eſt? Hæc eſt una quæ tenet & poſſidet omnem, ſponſi ſui & domini poteſtatem. Hæc ille. Beatiſſimus præterea Auguſtinus libro de pœnit. ſuperius commemorato, contra præfatum errorem loquens, & unitatem eccleſiæ ad uſum clavium eſſe oſtendens, ita dicit. Nemo pœnitere digne poteſt, quem non ſuſtineat unitas eccleſiæ, ideoque non petat ſacerdotes ab unitate eccleſiæ diverſos. Ad deſtruendum ergo errorem hunc ſecundum, videlicet quod ab eccleſiæ unitate diviſi, poteſtatem habeant clavium juriſdictionis; dixit in auctori-

* Al. Fr. ; Jubajanum. H.

ANNO CHRISTI 1459.

ctoritate inducta, quod non unus, ſed unitas claves acceperat; oſtendens per hoc neceſſariam eſſe unitatem eccleſiæ ad habentem communionem poteſtatis eccleſiaſticæ. Et quod hæc fuerit Auguſtini intentio, patet, quoniam poſt illa verba inducta per dominum arguentem, quæ habentur in ſermone apoſtolorum Petri & Pauli, qui incipit: Iſtum nobis diem; ita ſubjungit: huic ergo Petri excellentia commendatur, quoniam ipſius univerſitatis & unitatis eccleſiæ figuram geſſit. Hæc Auguſtinus. Plane Petrus univerſitatis eccleſiæ in prælatis figuram geſſit, & hoc contra primum errorem, qui a ſacerdotibus præſentis temporis clavium poteſtatem auferebat. Geſſit præterea figuram unitatis eccleſiæ contra errorem ſecundum, dicentium, ab eccleſia diviſos uſum poteſtatis clavium retinere. Et ita patet quod beatiſſimi Auguſtini dicta optime conſiderata non probant, ea quæ Baſileenſes aſtruunt, de poteſtate concilii univerſalis eccleſiam repræſentantis, ſed illa magis infirmant.

Undecima auctoritas inducta, eſt illa Auguſtini de doctrina Chriſtiana. Has igitur claves dedit eccleſiæ ſuæ, ut quæ ſoluta eſſent in terra, ſoluta eſſent in cœlo. Ad iſtam auctoritatem, ex dictis ita plene patet reſponſio, ut ſuperfluum ſit ad eam aliquid dicere.

Duodecima auctoritas inducta, eſt illa ejuſdem Auguſt. in epiſtola ad Glorium & Eleuſium epiſcopos Donatiſtarum, ad quos ita, poſt multa alia, loquitur. Ecce putemus illos epiſcopos, qui Romæ judicaverunt, non bonos judices fuiſſe. Reſtabat adhuc plenarium eccleſiæ univerſalis concilium, ubi etiam cum ipſis judicibus cauſa poſſet agitari, & ſi malo judicaſſe convicti eſſent, eorum ſententiæ ſolverentur. Ad iſtam auctoritatem, quæ partis adverſæ videtur Achilles; reſpondetur quod per eam nullo modo probatur decretum Conſtantienſe in parte illa, de qua loquitur, continere veritatem: Tum primo, quia per illa verba, non eſt intentio Auguſtini dicere, quod univerſale concilium poteſtatis, auctoritate ſuperius ſit Romano pontifice. Primo quia in eadem epiſtola, ſicut etiam in libro de unico baptiſmo, profitetur quod in Romana eccleſia apoſtolicæ cathedræ ſemper viguit principatus. Quod verum non eſſet, ſi ſuperior cathedra, quam ſit apoſtolica, alia in eccleſia daretur. Secundo quia idem Auguſtinus, ut inducitur in c. pudenda, ſecundo, & 1. q. 1. dicit, quod cum eccleſia, nulla eſſe poteſt, ea ſit, quæ in apoſtolicæ ſedis radice per ſucceſſionem epiſcoporum conſtituta eſt. Quomodo autem Auguſtinus apoſtolicam ſedem diceret radicem fundamentalem eccleſiæ, ſi illius ſedis auctoritas ad aliquam aliam altioris poteſtatis & principatus reſolvenda veniret, cum natura radicis, aut ultimi fundamenti, ſive primi principii hoc non patiatur, ut ex primo poſteriorum habetur. Quod autem dicit Auguſtinus, quod reſtabat adhuc plenarium eccleſiæ univerſalis concilium, non dicit ratione ſuperioritatis principatus, aut poteſtatis, quæ major ſit in plenario concilio, quam in apoſtolica ſede; ſed ratione amplioris, & majoris examinis habendi judicii, quale ſperabatur in plenario patrum totius eccleſiæ concilio; ſecundum illud, ubi conſilia multa, ibi ſalus. Proverb. xi. Quod vero iſta fuerit Auguſtini intelligentia, patet ex verbis epiſtolæ ... illis, quæ de iſta materia commemorat in libro de unico baptiſmo. Dicit enim ſic in præſenti epiſtola ad Glorium & Eleuſium, ſium, ſed jam tamen quaſi haberent quod dicerent, malos judices ſe eſſe perpeſſos, quæ vox eſt omnium malorum litigatorum, cum fuerint etiam manifeſtiſſima veritate ſuperati, quaſi non adhuc eis dici poſſit, & juſtiſſime dici. Ecce putemus illos epiſcopos, qui Romæ judicarunt non bonos judices fuiſſe, reſtabat adhuc plenarium eccleſiæ univerſalis concilium, ubi etiam cum ipſis judicibus cauſa poſſit agitari. Et hoc eo quia, ut in libro de unico baptiſmo idem Auguſtinus dicit, majores accuſatorum epiſcopi [a] Siciliani, qui innocens erat judicatus querebanturque imperatori, quod non plene fuerat illud judicium Romæ examinatum atque depromptum. Quam ob cauſam dicebat beatus Auguſtinus, quod præfati epiſcopi, qui judicium papæ dicebant, licet falſo, minus plene examinatum, quod antequam ſchiſma facerent, ſe ab eccleſia Romana ſperantes, debuiſſent, ſi amatores erant unitatis eccleſiæ, judicium expectaſſe plenarii concilii univerſæ eccleſiæ in quo cum ipſo papa diſcuſſio fieret. Nulli autem dubium eſt, quod judicium habitum per papam & patres univerſæ eccleſiæ ſimul, majus æſtimetur auctoritate reputationis, gravitate examinis, & plenitudine diſcuſſionis, quam judicium habitum per papam cum paucis, licet non majus dicendum ſit ſuperioritate poteſtatis. Quod autem conſequenter dicit Auguſtinus, quod ſi male judicaſſe convicti eſſent, eorum ſententia ſolverentur, non ita accipiendum eſt, quod auctoritate concilii plenarii tanquam ſuperioris judicii poteſtate, ſententia papæ diſſolveretur, cum majus tribunal, ſive judicium alterius haberi non poſſit in terris quam ſit vicarii Jeſu Chriſti. Idem quidem eſt conſiſtorium Dei & papæ ſicut epiſcopi & vicarii ejus. Unde Gloſ. ſuper illud Matthæi 16. Tibi dabo claves regni cœlorum, dicit: vide quantam poteſtatem habeat petra, ſupra quam ædificatur eccleſia, ut etiam judicia ejus maneant firma, quaſi Deo judicante per eam: & ideo in cap. patet 9. qu. 3. dicit Nicolaus papa; judicium apoſtolicæ ſedis, cujus profecto auctoritate majus non eſt judicium, a nemine fore retractandum, nec de ejus cuiquam liceat judicare judici. Quod ergo dicit Auguſtinus, quod ſi male judicaſſe convicti eſſent, eorum ſententiæ diſſolverentur, exponendum eſt, id eſt nullæ, aut caſſæ, aut diſſolutæ eſſe jure oſtenderentur: quia, ut ait regula juris, quæ contra jus fiunt, debent pro infectis haberi; extra de regulis juris in ſexto: & hoc modo ponitur illud de c. multis di. 17. veſtrum conventiculum, vel conciliabulum caſſatur, id eſt ipſo jure caſſum eſt. Ita hic Auguſtinus hoc accipere videtur, cum ait, ſi male judicaſſe convicti eſſent, eorum ſententiæ diſſolverentur, id eſt ipſo jure nullæ, ſive nullius firmitatis eſſe oſtenderentur; vel accipiendum eſt verbum illud, quod auctoritate vel ipſius papæ, cujus auctoritate plenarium concilium congregatur, & ſententiæ firmantur, deberent diſſolvi, vel declarari nullæ eſſe: Quomodo legimus factum di. 17. c. huic etiam. Ubi ſynodo congregata ſuper criminibus, quibus impetebatur Symmachus papa; patres epiſcopi ibidem congregati auctoritate ipſius Symmachi, ſententiarunt ipſum Symachum immunem eſſe. Præterea ſimile legimus de B. Greg. qui ait, ut habetur. 11. q. 1. c. ſi quis nos ſuper his arguere voluerit, vel extra auctoritatem nos facere contenderit, veniat ad ſedem apoſtolicam, & ibi ante confeſſionem B. Petri, mecum juſte decertet, quatenus, ibi unus ex no-

[a] Tri; Cæciliani, H.



ANNO CHRISTI 1459.

ex nobis ſententiam ſuſcipiat ſuam. Clariſſimum eſt autem, quod ſententia danda per apoſtolicam ſedem ſive contra papam, ſive pro eo, non niſi auctoritate papæ ſeden. a quo ejus thronus auctoritatem ſuſcipit, danda veniret, & ita patet, quod ex auctoritate illa Auguſtini in nullo probatur veritas Conſtantienſis decreti.

Tertiadecima auctoritas inducta, eſt illa Hieronymi, quæ habetur in glo. ſuper illud Matth. 16. Quodcumque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis, &c. ubi ſic dicit. Habent quidam eandem judiciariam poteſtatem alii apoſtoli, quibus poſt reſurrectionem dominus ait, accipite Spiritum ſanctum, & quorum remiſeritis peccata, remiſſa erunt, & quorum retinueritis, retenta ſunt. Habet etiam omnis eccleſia in epiſcopis & presbyteris. Ad iſtam auctoritatem, patet ex ſuperioribus plene reſponſio. Ex ea enim non habetur aliquid pro veritate decreti dicentis, quod ſynodus poteſtatem habet immediate a Chriſto, cui etiam papa obedire teneatur, maxime ſi id quod ſequitur in auctoritate Hieronymi, producatur in medium: ait enim Hieronymus poſt antepoſita verba ſic: ſed ideo ſpecialiter Petrus eam accepit, ut omnes intelligant, quod quicumque ab unitate fidei, & ſocietate ejus ſeparaverint, nec peccatis ſolvi, nec cœlum poſſunt ingredi. Ecce quam manifeſte beatus Hieronymus docet, quod Petrus ſpecialius poteſtatem clavium, quam omnis eccleſia acceperit. Secundo quod omnes ita dependent a Petro, ut quicumque ab ejus ſocietate, & fidei unitate ſe ſeparaverit, nec vinculis abſolvi poſſit, nec ingredi cœlum.

Quartadecima auctoritas eſt illa, ejuſdem Hieronymi, & ponitur in c. omnibus conſideratio 24. q. 1. Ubi ſic ait, de domo eccleſiæ loquens. Hæc domus etiam claves accepit, & poteſtatem ligandi & ſolvendi, hanc domum ſi quis corrigentem corripientemve contempſerit, ſit tibi tanquam ethnicus & publicanus. Ad iſtam auctoritatem reſpondetur, quod per eam in nullo probatur intentum arguentis. Primo quidem, quia domus eccleſiæ non ita dicitur habere claves, quod in omnibus ſuis membris diſperſis, aut ſimul congregatis eas habeat, ſed tantum juxta ejuſdem doctoris ſuperius poſitam auctoritatem, in epiſcopis, & presbyteris eas habet, in quibus contemni dicitur aut venerari. Ex cujus glorioſiſſimi doctoris ſententia ſatis manifeſtum eſt, quam alienum ſit a patrum doctrina, quod conventus copiſtarum, advocatorum, & ſæcularium hominum claves dicatur habere regni cœlorum, & quod cum illorum conventus judicium contemnitur, univerſalis eccleſia contemni dicatur. Secundo, quia licet domus eccleſiæ, claves accepit eo modo quo dictum eſt, ſcilicet in epiſcopis, & presbyteris; nihilominus ſpecialius, quia in plenitudine poteſtatis eas accepit in Petro, cujus ſucceſſor eſt Romanus pont. in cujus contemptu, utpote principis ipſius eccleſiæ, maxime eccleſia ipſa contemni dicitur, quoniam Petrus, ut ait Auguſtinus, totius eccleſiæ figuram ſive perſonam geſſit: & ut dicit Ambroſius libro de arca Noe, ſenioris nomine, de quo pendent ceteri, domus omnis ſignificatur, qui Romanus pontif. cum pro eo quod caput, & rector totius domus exiſtat, ſuperiorem, extra caſum hæreſis, non habet, non poteſt proprie dici in alio caſu eccleſiam corrigentem, aut corripientem contemnere: hujuſmodi enim contemptus proprie non eſt niſi inferiorum reſpectu ſuperiorum. Quare manifeſtum eſt, quod auctoritas illa, nullam ſuperioritatem arguit concilii univerſalis ſupra papam.

Auctoritas quintadecima inducta, eſt ejuſdem Hieronymi, qui ſuper Joelem prophetam, tertio ita dixiſſe fertur. Petra, inquit, Chriſtus eſt, qui donavit Apoſtolis ſuis, ut ipſi quoque vocarentur Petræ, dicens, tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam. Ad hanc auctoritatem reſpondetur, quod ex ea non habetur in aliquo propoſitum arguentis; quoniam licet Chriſtus donaverit Apoſtolis, ut ipſi quoque vocarentur petræ, hoc tamen præcipue Petro donavit, cui ſpecialiter ait, Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam; & in quo omnes alii apoſtoli, primo nomine Petro ſumpſerunt. Quare recte poſt Chriſtum fundamentum fundamentorum, ac petra petrarum, ac totius eccleſiæ firmamentum Petrus aſſeritur. Unde Leo papa in ſermone tertio conſecrationis, dicit: cum in Petro fortitudo invenitur, & divinæ gratiæ, ita ordinatur auxilium, ut firmitas, quæ per Chriſtum Petro tribuitur, per Petrum apoſtolis conferatur. Et ideo beatus Ambroſius (& habetur in c. fidelior, diſt. 50. dicit, eo Petra dicitur, quia primus in nationibus fidei fundamenta poſuerit, & tanquam ſaxum immobile totius corporis Chriſtianitatis compagem molemque contineat. Cui ob hanc ſingularitatem nominis Petræ, fertur dixiſſe Paulus Petro, mortis inſtante hora, ut beatus Dionyſius teſtatur, Pax tecum fundamentum eccleſiarum, & paſtor ovium. Patet ergo, quod ex eo quod ceteris apoſtolis ſuo modo nomen Petræ, aut fundamenti in Petro Chriſtus donaverit, non habetur quod ſynodus univerſalis a Chriſto immediate poteſtatem ſuſcipiat, cui ipſe papa obedire teneatur.

Auctoritas ſextadecima inducta per dominum arguentem, eſt illa Cypriani in c. loquitur dominus 24. q. 1. ubi ita ait: quamvis Deus omnibus apoſtolis poſt reſurrectionem ſuam parem poteſtatem tribuat, & dicat, ſicut miſit me Pater, & ego mitto vos, Accipite Spiritum ſanctum: & infra. Hoc utique & ceteri erant apoſtoli, quod Petrus fuit, pari conſortio præditi & honoris, & poteſtatis. Ad iſtam auctoritatem, facilis patet reſponſio, primo per gloſſam ejuſdem capituli: dicit enim ibi glo. quod iſta paritas accipienda ſit in ordine & dignitate conſecrationis, non in adminiſtrationis plenitudine, in hoc enim Petrus ſuperior fuit, & major utpote apoſtolorum princeps, & totius eccleſiæ caput. Ut enim ait beatus Clemens, & habetur in c. in illis diſt. 80. inter apoſtolos non fuit par inſtitutio, ſed unus præfuit omnibus. Secundo reſpondetur, quod paritas in hoc loco, non dicit æqualitatem, ſed ſimilitudinem, unde exponendum eſt, parem, id eſt ſimilem, aut communem; quomodo loquitur beatiſſimus Leo papa, in epiſtola ad Anaſtaſium Theſſalonicenſem epiſcopum; inter beatiſſimos apoſtolos in ſimilitudine honoris, fuit quædam diſcretio poteſtatis. Tertio reſpondetur, quod dato, ſed non conceſſo, quo ceteri apoſtoli cum Petro pari poteſtate jurisdictionis præditi fuiſſent, non habetur ex hoc quod ſynodus univerſalis a Chriſto poteſtatem immediate ſuſciperet, cui papa obedire teneretur; par enim in parem poteſtatem non habet, nec principatum.

Decimaſeptima auctoritas fuit Alexandri papæ in c. audivimus. 24. q. 1. ſic dicentis. Unde cum dominus daret omnibus diſcipulis parem ligandi ac ſolvendi poteſtatem, Petro pro omnibus, & præ omnibus claves regni cœlorum ſe daturum promiſit, dicens; Tibi dabo claves regni cœlorum. Quicumque ergo ab unitate eccleſiæ, quæ per Petrum intelligitur, fuerit alienus, execra-

execrare poteſt, conſecrare non valet, excommunicationis, vel reconciliationis poteſtatem non habet. Ad iſtam auctoritatem dicitur, quod non agit contra, ſed plurimum confirmat, quod nullo modo poteſt ſtare cum veritate pars illius decreti dicentis, quod ſynodus habet immediate poteſtatem a Chriſto, cui etiam papa obedire tenetur: quod ſic oſtenditur, quod enim primo dicitur, quod parem poteſtatem dominus apoſtolis dedit, accipiendum eſt, ut proxime dictum eſt, ad auctoritatem præcedentem, aut quod ſermo ſit de poteſtate ordinis, quæ, ut ſuperius ex S. Thoma, in quarto di. 19. & di. 24. commemoratum eſt, æqualiter fuit illa data omnibus. Quod vero conſequenter dicitur, quod Chriſtus Petro ſe daturum promiſerat claves pro omnibus, & præ omnibus, manifeſtum declarat partem illius decreti Conſtantienſis non continere veritatem. Nam in eo quod dicit, quod Petro præ omnibus datæ ſunt claves: datur intelligi, quod Petrus, & per conſequens ejus ſucceſſor, in poteſtate juriſdictionis ſuperior, & major omnibus fuerit etiam ſimul junctis. In eo vero quod dicit, quod pro omnibus, & præ omnibus poteſtatem accepit, manifeſte deſignatur, quod alii Chriſti diſcipuli, & eorum ſucceſſores poteſtatem juriſdictionis non acceperint, niſi per Petrum; & ita non immediate a Chriſto. Ubi conſiderandum eſt, quod cum dicitur Petrus ſuſcepiſſe pro omnibus, & præ omnibus poteſtatem, non eſt intelligendum ipſum pro omnibus accepiſſe ad modum, quo unus procurator nomine aliquorum aliquod donum, ſicut caſtrum aut principatum accepit a principe. Sed intelligendum eſt, ad modum quo dicimus ſolem accepiſſe lumen a Deo pro omnibus, quia in majori plenitudine quam ceteræ ſtellæ, præ omnibus, quia in eo ordine, ut ab ipſo ſicut a fonte in ceteras ſtellas lumen deſcendat. Et ſimile eſt de capite, quod pro omnibus, & præ omnibus membris virtutem recepit. Præ omnibus quidem, quia in ſolo capite eſt plenitudo ſenſuum. Pro omnibus quidem, quia ab ipſo cetera membra ſenſum motus, & regiminis ſuſcipiunt. Ita eſt de Petro, qui non tantum auctoritate præ omnibus aliis donatus eſt, ſed etiam caput, & princeps, aliis influens in toto corpore eccleſiæ conſtitutus eſt, ut apertiſſime ſuperius ex doctrina ſanctorum oſtenſum eſt. Præterea hujus rei cauſa, videlicet quod Petrus in eccleſia non tantum fuit prælatus ſuperior ceteris amplitudine poteſtatis, ſed etiam caput influentia virtutis, dicitur, conſequenter quod unitas eccleſiæ, per Petrum intelligitur. Sane unitas corporis in uno capite deſignatur, & exercitus in uno duce: propter quod optime dicitur in c. non vos 23. q. 5. Quiſquis ab apoſtolicis diviſus eſt ſedibus, in ſchiſmate eum eſſe non dubium eſt. Quare optime concludit; Quod quicumque ab unitate, quæ per Petrum intelligitur, fuerit alienus, ligandi, & ſolvendi poteſtate privatur. Avelle radium a ſolis corpore, inquit Cyprianus in epiſtola de unitate eccleſiæ, & habetur in c. loquitur 24. q. 1. diviſionem unitas non capit: ab arbore frange ramum, fructus germinare non poterit: a fonte præſcinde rivum, præſciſus areſcit. Ex quibus omnibus clare ſatis oſtenditur, ex prædicta auctoritate non probari propoſitum domini arguentis.

Decimaoctava, &, ſi bene retinui, ultima auctoritas, eſt illa octavæ ſynodi, quæ dicitur ſic in condemnatione Photii dixiſſe: hæc autem nolentem intelligere Photium ut bene ageret, ſed inobedientem, & reſiſtentem huic univerſali ſynodo, repulimus & anathematizavimus; atque a catholica tota, & apoſtolica eccleſia fecimus alienum, per datam nobis poteſtatem a Spiritu ſancto a Chriſto, & magno pontifice noſtro, & Deo liberatore & ſalvatore cunctorum: & poſtea ſubditur. Nullus ergo ſtudeat eorum qui Chriſtiano vocabulo digni ſunt quique regimen paſtorale ſortiti ſunt, contrarium quicquam agere hujus ſanctæ & univerſalis ſynodi, ac per hæc inveniatur Deo contradicens, & illius concilii judicium ſpernens. Dicit enim Paulus magnus apoſtolus, qui ſpernit nos, non ſpernit hominem, ſed Deum unum, qui dedit Spiritum ſanctum in nobis. Quis enim neſciat, quod in medio hujus, & univerſalis ſynodi fuerit incircumſcriptibilis, & incomprehenſus Deus, qui ait; ubi duo vel tres ſunt congregati in nomine meo, ſum in medio eorum. Ex iſtis contentis in hac auctoritate arguit præfatus dominus, Primo, quod ſynodus habeat immediate a Deo poteſtatem. Secundo, concilio univerſali competat illud Matth. 18. Ubi duo vel tres congregati fuerint, &c. ad iſtam auctoritatem breviter reſpondetur quod parum habet difficultatis, tum quia non ita habetur in originali ſicut inducitur per arguentem. Sed hic habetur per datam nobis poteſtatem in Spiritu ſancto; a primo & magno pontifice noſtro, Deo liberatore, & ſalvatore cunctorum. In quibus verbis ſynodus videtur per magnum pontificem, papam intelligere: tum ſecundo dato, quod ſic ſe haberet auctoritas, ſicut allegata eſt; non ſequitur id quod arguitur: nam ad primam partem reſpondetur negando conſequentiam. Ex quibus enim verbis patrum in ſynodo congregatorum, non ſequitur quod ſynodus ipſa immediate a Chriſto poteſtatem habuerit, immo ut ſæpe repetitum eſt, in hac argumentandi forma, committitur fallacia figuræ dictionis. Sane ſi hæc argumentatio locum haberet, cum juxta apoſtolum Rom. 13. non ſit poteſtas niſi a Deo, quilibet, qui poteſtatem aliquam haberet, poſſet dici illam habere immediate a Deo, & ita ne dum ab ipſa eccleſia, ſed ab ipſo univerſo; id quod optimum eſt, ſcilicet ordo tolleretur. Ad ſecundam partem reſpondetur, quod illa & ſimilia verba Chriſti optime competunt conciliis univerſalibus ſimilibus, qualia fuerunt illa VIII. concilia apoſtolica auctoritate fulta & roborata, quæ debitam reverentiam, & caritatem obſervarunt ſemper ad ſedem apoſtolicam; ſed illa verba non competunt perverſis & malignis ſynodalibus, ſicut patet de multis, ſcilicet Ariminenſi, & Epheſina ſecunda, & ita de aliis quibuſcumque, quæ fuerint ab apoſtolicæ ſedis ſocietate & caritate diviſæ. Ubi duo vel plures congregati fuerint in nomine meo, in medio eorum ſum: non arguitur, quod ſynodus immediate habeat poteſtatem immediatæ a Chriſto juriſdictionis, ſicut manifeſtum eſt. Alias omnis congregatio quorumcumque fidelium, ſive magna, ſive parva, in Chriſti nomine conveniens, poteſtatem juriſdictionis haberet immediate a Chriſto, quod ab omni ratione alienum eſt.

Ultimo quantum ad iſtum articulum, reſpondendum eſt, ad rationem illam ſupradictam, pro eccleſia univerſali, ex parte impoſſibilitatis errandi in fide. Arguebatur autem ſic. Eccleſia univerſalis nunquam legitur erraſſe, nec errare in futurum poteſt. Sed Romanus pont. a fide erraſſe legitur, ut in c. Anaſtaſius, diſt. XIX. & poteſt erraſſe, ut de ſe patet, ergo videtur, quod univerſalis eccleſia, & per conſequens univerſale concilium illam repræſentans, auctoritate ſuperior



rior ſit Romano pontifice. Ad iſtam rationem reſpondetur breviter, primo ad antecedens quod eccleſia univerſalis, quæ errare non poteſt, non dicit congregationem diſtinctam, aut ſeparatam a Romano pontifice. Cum illa dicatur collectio omnium fidelium, de conſec. dic. prima. in c. eccleſia. Secundo ad conſequentiam dicitur negando illam. Hæc enim argumentatio nulla eſt, eccleſia univerſalis, non poteſt errare in fide, papa vero ſic. Ergo illa eſt major poteſtate juriſdictionis, ſive poteſtate clavium (de qua majoritate eſt præſens ſermo) ipſo Romano pontifice. Quod ex eo manifeſtum eſt, quoniam iſtæ gratiæ datæ diſtinctæ ſunt, videlicet non errare in fide, & poteſtas clavium, & una non arguit illam de neceſſitate, ſicut planum eſt. Alias quilibet in gratia confirmatus potior eſſet auctoritate Romano pontifice non confirmato, quod eſſet abſurdum. Eſt autem multum animadvertendum, pro ſolutione multarum hujuſmodi rationum, illud quod ſcribitur, extra de pœnitentiis. & re. in cap. Novar. quod licet beatiſſima virgo Maria dignior & excellentior fuerit univerſis apoſtolis, non tamen illi, ſed iſtis, Deus claves regni cœlorum commiſit. Ecce quod licet beatiſſima virgo Maria, mater Dei, ſponſa Chriſti, regina mundi, & angelorum domina, gratia plena, & in fide ſemper immobilis fuerit; non tamen arguitur inde, quod potior fuerit poteſtate clavium, ipſo Petro. Tertio ratio facta etiam non procedit, eo quod licet univerſalis eccleſia privilegium habeat non errandi in fide, hoc tamen privilegium univerſa concilia non habent, cum multa eorum erraſſe legamus, cum a doctrina apoſtolicæ ſedis, in qua ſemper immaculata, Chriſtianæ fidei eſt religio ſervata, declinaverunt: immo ſi alicujus auctoritatis eſſet ratio facta, clare concluderet in oppoſitum, cum apoſtolica ſedes, juxta illud Lucæ 22. Ego rogavi pro te, ut non deficiat fides tua, & juxta ſanctorum patrum doctrinam, exponentium hunc locum, privilegium habeat a Chriſto, utpote tribunal Chriſti in terris, in judicio fidei non errandi: quod concilia univerſalia, & apoſtolica ſede ſeparata, non habent. Et hæc de omnibus auctoritatibus, & rationibus factis per reverendiſſimum patrem dominum cardinalem, pro ſecunda parte decreti facti Conſtantiæ, per obedientiam dicti Joannis XXIV. dixiſſe ſufficiat.

Tertia pars decreti, quam præfatus dominus arguens tetigit, tertio loco, eſt illa, ubi dicitur, quod quilibet cujuſcumque dignitatis, etiamſi papalis exiſtat, tenetur obedire ſynodo univerſali in iis, quæ pertinent ad fidem. Dicebat prædictus dominus, quod decretum illud in hac parte nullam difficultatem habet, & quod omnes in ejus ſententia concordare videntur. Ad cujus probationem induxit capitulum. Si papa. di. XL. de hac parte præfati decreti, cum omni tamen correctione ſanctiſſimi domini noſtri loquendo, cujus auctoritati & judicio, omnia dicta mea ſubjicio, non videtur mihi ſimpliciter & indiſtincte aſſerendum decretum illud. Conſtantiæ editum in hac parte veritatem non continere fidei catholicæ: cujus ratio eſt, quoniam propoſitio illa multiplicem habeat intelligentiam, in quarum una, poteſt decretum illud continere veritatem, & in alia non, poteſt autem pars illa decreti, primo modo ſic intelligi, quod quilibet catholicus etiam papa tenetur obedire, id eſt amplecti, & recipere ea quæ ſynodus juſſerit, quæ manifeſte ad fidem pertinent, utpote in ſacra ſcriptura expreſſa, aut per eccleſiam univerſalem, aut per apoſtolicam ſedem jam diffinita. Et in hoc ſenſu decretum illud in hac parte continet veritatem. Sed quod in hoc caſu teneatur papa obedire ſynodo, non ex aliqua ſuperioritate poteſtatis, quæ ſit in ſynodo ſupra papam, quia in talibus ad fidem pertinentibus obedire tenetur, nedum ſynodo, ſed apoſtolicæ ſedi talia docenti, quæ nullam habet ſuperioritatem reſpectu papæ. Sed obedientia & reverentia iſta attenditur ratione materiæ fidei, quæ auctoritatem ſupremam habet ex parte Spiritus ſancti, a quo eſt omnis veritas, ut dicit Ambroſius, a quocumque dicatur: quomodo loquitur apoſtolus ad Romanos decimo: non omnes obediunt evangelio. Secundo modo pars illa decreti poteſt habere hunc ſenſum, quod ſcilicet papa teneatur ſtare & obedire diffinitionibus univerſalis concilii in iis quæ ad fidem pertinere ipſa ſynodus diffinierit. In quo ſenſu non videtur, quod ita ſimpliciter, & indiſtincte loquendo, pars illa decreti contineat veritatem catholicæ fidei. Quoniam cum concilia univerſalia non habeant hoc privilegium, in judicio fidei non errandi, quia quandoque ut ſuperius dictum eſt, leguntur erraſſe, ſicut manifeſtum eſt de ſynodo univerſali, ſecunda Epheſ. nullo modo videtur aſſerendum quod ſit veritas catholicæ fidei, quod ita indiſtincte & ſimpliciter quilibet fidelis, etiam papa, tenetur obedire ſynodo univerſali in his quæ pertinent ad fidem, j. quæ ipſa ſynodus judicaverit, aut diffinierit ad fidem pertinere. Nec hoc probat capitulum, ſi papa, inductum ex adverſo. Quare neceſſario ſenſus iſte diſtinguendus eſt, quoniam aut ſynodus univerſalis aliquid diffinivit de fide, apoſtolica ſede probante & confirmante; quæ ut habetur in c. omnes di. 22. mater fidei appellatur, & tunc dicendum videtur, quod decretum illud contineat veritatem, videlicet quod tali diffinitioni & determinationi fidei, quam univerſalis ſynodus modo aſſignato fecerit, quilibet fidelis tenetur, etiam papa obedire. In quo caſu optime venit illud, quod beatus Gregorius ait, & habetur in c. ſicut di. XV. ſicut ſancti evangelii libros quatuor, ſic & quatuor concilia, & venerari me fateor, & hæc tota devotione complector, integerrima approbatione cuſtodio: quia in his velut in quadro lapide, ſanctæ fidei ſtructura conſurgit, & cujuſlibet vitæ, atque communis actionis norma exiſtit. Quæ dum univerſali ſunt conſenſu conſtituta, ſe & non illa deſtruit quiſquis præſumpſerit abſolvere, quos ligant, aut ligare quos abſolvunt, id eſt judicare catholicos, quos illa hæreticos judicat, aut econverſo. Si vero contingat quod ſynodus aliquid diffiniat, cui apoſtolica ſedes, ſive Romana eccleſia contradicat, ſicut factum eſt de univerſali ſynodo Epheſina ſecunda, tunc manifeſtum eſt, quod magis obediendum eſt diffinitioni apoſtolicæ ſedis, quam diffinitioni cujuſcumque ſynodalis congregationis. Unde Glo. in c. quodcumque 24. q. 1. dicit, credo quod ſententiæ totius eccleſiæ præferenda ſit ſententia Romanæ eccleſiæ. Si in aliquo ſibi contradicant, ar. hæc eſt fides papa beatiſſime. Eadem cauſa & quæſtione. Niſi erraret Romana eccleſia, quod non credo poſſe fieri, quia Deus non permitteret, ar. eodem c. pudenda, hæc Glo. hoc etiam confirmatur omnium illorum patrum teſtimoniis, qui apoſtolicæ ſedis privilegium, non errandi in judicio fidei, eſſe teſtantur, de quibus jam aliqua commemo-

ANNO CHRISTI 1439.

memorata ſunt ſupra. Præterea quod hæc conſideratio habenda ſit in diffinitionibus fidei factis per ſynodos quaſcumque, oſtendit beatiſſimus Leo papa in epiſtola, quam ad Nicetam Aquilegienſem epiſcopum ſcribit de quibuſdam clericis Pelagiana & Cæleſtiana hæreſibus ſuſpectis, ut errores ſuos cogantur deteſtari, ubi ſic inter alia dicit: damnent apertis profeſſionibus ſui ſuperbi erroris auctores, & quicquid in doctrina eorum univerſalis eccleſia exhorruit, deteſtentur, omniaque ſynodalia, quæ ad exciſionem hæreſeos apoſtolicæ ſedis confirmavit auctoritas, amplecti ſe, & in omnibus approbare, plenis & apertis, ac propria manu ſubſcriptis proteſtationibus eloquantur. Hæc ille: ecce quod non inquit ſimpliciter, illos debere omnes ſynodales deciſiones illius hæreſeos complecti, ſed eas tantum, quas apoſtolicæ ſedis confirmavit auctoritas. Si vero caſus talis contingeret quod patres univerſi in ſynodo univerſali convenientes unanimiter aliquam diffinitionem fidei facerent, cui ſola perſona papæ contradiceret. Dicerem judicio, quod ſynodo ſtandum eſſet, & non perſonæ papæ. Judicium enim tantorum patrum univerſalis unius ſynodi, in materia fidei, merito præferendum videtur judicio unius hominis, in quo caſu optime venit illa glo. quæ habetur in cap. Anaſtaſius di. XIX. quod ubi de fide agitur, papa tenetur requirere concilium epiſcoporum, quod intelligendum eſt, quando caſus eſt valde dubius, & ſynodus convocari poterit, & tunc ſynodus major eſt papa, non quidem poteſtate juriſdictionis, ſed auctoritate diſcretivi judicii, & amplitudine cognitionis. Ut enim habet glo. in c. multi. di. XL. Pars illa, quæ juſtiori ratione utitur, major dicitur, licet ſit minor, ſcilicet alio reſpectu. XXXI. di. c. Nicæna. Ubi autem ita eveniret, quod talibus quæ ad fidem pertinere tota ſynodus, per apertiſſima teſtimonia ſacræ ſcripturæ, aut ſanctorum patrum doctrinam unanimiter declararet, papa acquieſcere, obedire, & ſtare nollet, ſed contumaciter contradiceret, talibus aperte ad fidem catholicam pertinere declaratis, jam ut pote hæreticus ſubjectus veniret concilio, ſicut & quilibet alius a fide devius. Cum enim per hæreſim a papatu cadat, factus eſt, ut ait ſanctus Thomas in quarto, omni fideli minor: & idem habetur in glo. in c. Achatius, & primo, ubi ſic dicit, hic eſt caſus, in quo papa in canonem latæ ſententiæ incidit. Nec obviat regula illa, quia par parem ſolvere, aut ligare non poteſt, quia ſi papa hæreticus eſt, in eo quod hæreticus, minor eſt quolibet catholico. Et ad iſtum facit c. ſi papa. inductum ex adverſo, & non ad alium, ſicut ex ipſo tex. poteſt. Dicit enim ſic: ſi papa ſuæ & fraternæ ſalutis negligens deprehenditur, inutilis & remiſſus in piis operibus, & inſuper a bono taciturnus, quod magis officit ſibi & omnibus, &c. Hujus culpas iſthic hic redarguere præſumit mortalium nullus, quia cunctos ipſe judicaturus, a nemine eſt judicandus, niſi deprehendatur a fide devius. Hæc ibi. Et intelligitur, ut dicit glo. incorrigibiliter. Quod capitulum cum loquatur de papa, cum jam per hæreſim notoriam & contumaciter defenſam ſit ipſo jure pontificatu privatus, quia remota fide, per quam fit prima connexio hominis ad corpus Chriſti, membrum eccleſiæ eſſe deſinit, manifeſte demonſtratur, quod ex eo nulla ſuperioritas poteſtatis arguitur in concilio univerſali ſupra papam catholicum ſive fidelem, ſic nec ex hoc quod juxta glo. jam dictam in c. Achatius, papa papam in caſu hæreſis ligare poteſt, ſequitur quod papa unus ſuperior ſit poteſtate prædeceſſore, aut ſucceſſore ſuo vero catholico exiſtente.

Quarta pars decreti tacta per præfatum patrem, & dominum opponentem quarto loco, eſt illa, in qua dicitur, quod quilibet fidelis cujuſcumque dignitatis, etiam ſi papalis exiſtat, tenetur obedire univerſali ſynodo in his quæ pertinent ad extirpationem ſchiſmatis: induxit autem idem dominus pro hac parte, capitulum, ſi duo contra fas, di. LXXIX. circa quam partem primo conſiderandum eſt, quod decretum Conſtantiæ editum, non loquitur de ſchiſmate quocumque, ſed tantum de ſchiſmate, illo tempore currente, quo decretum eſt. Nam ſic ait, & in his quæ ad extirpationem præſentis ſchiſmatis, quam periculoſum autem, & ſcandaloſum ſit, ſecundum hunc ſenſum, quem forma hujus decreti prætendit, dicere, quod ſit veritas catholicæ fidei, quod quilibet fidelis in pertinentibus ad extirpationem illius ſchiſmatis, aut in quacumque alia re tenebatur obedire illi congregationi, quæ ſub. Joan. 23. dicto tempore ſchiſmatis Conſtantiæ ſub nomine generalis concilii convenit, patet manifeſte, & in ſuperioribus perſpicue oſtenſum eſt. Quare aliis promiſſis teſtimoniis, videndum eſt, quid veritatis contineat præfatum decretum, accipiendo illud, de alio quocumque ſchiſmate, & de quacumque alia univerſali ſynodo. Videndum autem reſpondendum, quod decretum illud in illa parte veritatem continet in eo caſu, in quo loquitur cap. ſi duo contra fas: inductum per R. P. & dominum. di. LXXIX. Ubi tex. loquitur, quando duo contra fas, id eſt illicite, temeritate concertantium fuerint ordinati. Quod capitulum locum habet, quando neuter illorum eſt canonice, ſive ut ait glo. electus a duabus partibus; ad quem caſum referenda eſt intelligentia decreti Conſtantienſis, quod incipit, Frequens. Sed in caſu quo unus canonice eſt electus, & per univerſalem eccleſiam per multos annos indubitatus habitus, & veneratus pro tali, & eo ſuperſtite, alius per nonnullos intronizatur, non videtur eſſe veritas catholicæ fidei, immo falſitas, quod papa, qui verus & indubitatus eſt, obedire teneretur univerſali ſynodo, quæ pro extirpando ſchiſmate vellet diſponere de depoſitione ejus. Plane ſi hæc conſuetudo introduceretur, innumera ſchiſmata naſcerentur in eccleſia: nulluſque ſuam dignitatem ſervaret illæſam, & perverſis hominibus occaſio præberetur audaciæ, & temeritatis plurimæ ad elevandum idola in eccleſia: ut hac occaſione deponendus ille veniret, quem quilibet princeps, aut communitas gratum non haberet, in quo conſiderandum eſt, quod beatiſſ. Cyprianus dicit in epiſtola ad Cornelium, de quinque presbyteris qui tenebant cum Novatiano intruſo. Quod ſi ita res eſt, frater, ut nequiſſimorum timeatur audacia, ut quod mali jure, atque æquitate non poſſunt, temeritate ac deſperatione perficiant, actum eſt de epiſcopatus vigore, & de eccleſiæ gubernandæ ſublimi, ac divina poteſtate, nec Chriſtiani ultra, aut durare, aut eſſe poſſumus, ſi ad hoc ventum eſt, ut perditorum minas atque inſidias pertimeſcamus. Et in alia quadam epiſtola, ſic dicit, quid, quia honorem cathedræ ſacerdotalis Novatianus uſurpat? Nunquid idcirco nos cathedræ renunciare debemus? Et quia Novatianus altare collocare, & ſacrificia offerre contra fas nititur, ab altari, & ſacrificiis ceſſare nos oportet, ne paria & ſimilia,



ANNO CHRISTI 1439.

cum illo celebrare videamur? Vanum prorſus & ſtultum, ut quia Novatianus extra eccleſiam vendicat ſibi veritatis imaginem, relinquat eccleſiæ veritatem, hæc Cyprianus. In caſu ergo quod univerſalis eccleſia pro ſchiſmate hujuſmodi tollendo congregaretur, non utique deberet procedere ad deponendum verum, & indubitatum habitum Rom. pont. & quem nullo jure conſtat a papatu cecidiſſe, ſed ad perſequendos eos perditos homines, qui per novi idoli erectionem, ſchiſma introducere in eccleſiam, tanta temeritate præſumunt. Et hoc de quarta parte illius decreti dixiſſe ſufficiat.

Quinta pars decreti tacta per præfatum dominum opponentem eſt, quod quilibet fidelis cujuſcumque ſtatus dignitatis, etiam ſi papalis exiſtat, tenetur obedire univerſali ſynodo, in his quæ pertinent ad generalem reformationem eccleſiæ, in capite & in membris. Licet autem idem dominus dixerit, opus eſſe, ut hoc decretum in hac parte declaretur, pro eo quod aliqui illud extendebant, amplius & extenſius intelligant, quam accipiendum eſſe videretur: nihilominus tres induxit caſus, ſi bene retinui, in quibus dixit, glo. & doct. aliquos ante Conſtantien. concilium, fuiſſe illius ſententiæ & doctrinæ: in quibus videtur, quod decretum illud ſit verum; primus eſt, quando eſſet neceſſitas reformandi eccleſiam, & concilium eſſet congregatum, ad hoc, & ipſe nollet facere reformationem. Quia in hoc caſu videretur, quod nollet, quod eccleſia eſſet pulchra, & ita decoloraret eccleſiam. Secundus caſus quando ſcandalizat eccleſiam ſua mala vita, Quia ex hoc daretur occaſio credendi aliis, multa non eſſe peccata. Pro quo caſu induxit glo. cap. Si papa. Tertius, quando vellet facere contra univerſalem ſtatum eccleſiæ, quod tamen non poteſt facere, ut dicunt doctores in c. ſicut di. 15. & cap. Si illa. 25. q. 1. Unde archidiaconus & Innocentius dicunt, quod ſi vellet facere contra univerſalem ſtatum eccleſiæ, non eſſet ſuſtinendus. Ad iſtam partem in paucis reſpondetur, dicendo, quod ly, tenetur obedire, intelligeretur de honeſtate non de neceſſitate, & ſic decretum verum eſſet juxta glo. in c. confidimus. 25. q. 1. niſi ſequeretur in alio ſequenti decreto, quod quicumque cujuſcumque ſtatus, vel dignitatis, etiam ſi papalis exiſtat, qui mandatis, ſtatutis, ſeu ordinationibus, aut præceptis hujus ſanctæ ſynodi, & cujuſcumque alterius factis vel fiendis, obedire contumaciter contempſerit, niſi reſipuerit, condignæ pœnit. ſubjiciatur. Hic enim tenor, & hæc forma decreti neceſſitatem coercitivam, & coactionem important. Propter quam cauſam omnino videtur impoſſibile, ſacræ ſcripturæ, & ſanctorum patrum ſententiis conſideratis, videre quod hæc pars decreti ſit veritas catholicæ fidei, videlicet quod papa teneatur hoc modo obedire decretis, ſtatutis quibuſcumque cujuſcumque ſynodi univerſalis ad generalem reformationem pertinentibus, univerſalis eccleſiæ in capite & in membris: Ita quod papa illa non obſervans per concilium univerſale poſſet puniri, ſive judicari, aut deponi, quoniam ex ſuperioribus tam ex reprobatione aliarum partium præfati decreti juxta intelligentiam, quam de eo Baſileenſes recipiunt, quam ex his quæ de primatu Romani pontificis dicta ſunt, & de conciliorum dependentia a ſede apoſtolica, manifeſtum videtur, ut etiam eſt communis doctrina theologorum & juriſtarum, quod extra caſum hæreſis, in quo, ut dictum eſt, papa a papatu cadit, cadens a Petra fidei, univerſalis ſynodus non poſſit Rom. pontif. verum & indubitatum prædicto modo judicare, propter non obſervantiam quorumcumque ſtatutorum, ſeu decretorum univerſalis concilii, ſive propter quodcumque aliud crimen a crimine hæreſis. Oppoſitum enim dicere, facile oſtendere, repugnare ſacræ ſcripturæ, & ſanctorum patrum doctrinis. Primo quidem repugnare videtur ſacræ ſcripturæ illi, quæ habetur Matth. 24. & Luc. 12. ubi Chriſtus Petro loquens ait. Quis putas eſt fidelis diſpenſator & ſervus prudens, quem conſtituit dominus ſuper familiam ſuam? glo. id eſt eccleſiam. Dicit autem Ambroſius, lib. 5. de trinitate, quod ſervus iſte ſuper eccleſiam a Chriſto conſtitutus, eſt Petrus, & per conſequens ejus ſucceſſor. Unde in eccleſiaſtico officio, Chriſtus legitur Petro dixiſſe: ſuper plebem meam principem te conſtitui. Quod autem huic ſcripturæ ſanctæ contradicat pars illa decreti, patet manifeſte, quia hæc ſcriptura dicit, Romanum pont. poteſtate ſibi a Deo tradita, eſſe ſuper eccleſiam principem conſtitutum: decretum vero dicit; concilium univerſale, eccleſiam repræſentans, per poteſtatem a Deo immediate habitam, eſſe ſupra Romanum pont. & poſſe illum judicare. Notum eſt autem quod inferior judicare non poteſt ſuperiorem ad Rom. 14. Tu quis es, qui judicas ſervum alienum? Suo domino ſtat, aut cadit; & 1. Cor. 4. qui autem judicat me, dominus eſt; & in cap. inferior. di. 21. dicit textus, quod inferior ſedes, nec abſolvere, nec ligare poteſt potiorem, ſola potior eſt, quæ inferiorem convenienter abſolvit, aut ligat. Cum ergo ſolus Deus ſuperior ſit Romano pont. cum illius ſolius ſervus ſit, & vicarius, videtur quod ad ſolum Deum dominum ejus pertineat ejus judicium in hoc caſu; quod etiam ex ſequentibus in præfata auctoritate videtur manifeſte colligi: ait enim ſic ſalvator noſter; Quod ſi dixerit ſervus ille in corde ſuo. Moram facit dominus meus venire, & cœperit percutere ſervos & ancillas, & edere, & bibere, & inebriari. glo. id eſt ad vitia incitare, & conſcientiam infirmorum pravo exemplo, vel verbo laniare: ſequitur. Veniet dominus ſervi illius in die qua non ſperat, & hora qua neſcit, glo. Judicii vel mortis: & dividet eum a conſortio fidelium, partemque ejus cum infidelibus ponet. Hoc ibi. Ecce quam manifeſte ſalvator noſter ſibi ſoli reſervat judicium ſervi ſui delinquentis, quem conſtituerat ſuper familiam ſuam. Hoc eſt quod dicit Symmachus papa, concilio generali Romæ præſidens, in quo, teſte fratre Martino, in chronica ducentiviginti epiſcopi convenerant. Dicit autem ſic, ut in c. aliorum. 9. p. 3. Aliorum hominum cauſas, Deus per homines voluit terminari, ſed ſedis iſtius præſulem, ſuo ſine quæſtione reſervavit arbitrio. Præterea pars illa decreti contradicit ſcripturæ ſanctæ illi Matt. 16. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam. Ergo non poteſt dici continere veritatem, ſed magis errorem. Conſequentia patet, & antecedens deducitur ſic: in hac auctoritate B. Petrus, non ſolum præ omnibus ſingulari prærogativa clavium donatus eſt, ut ait glo. ordinaria, ſed etiam totius eccleſiæ futurum pronunciabatur fundamentum. Unde in commentario Hieronymus, & ponitur in glo. ſecundum metaphoram petræ, recte dicitur ei: eccleſiam meam ædificabo ſuper te: & iterum glo. Vide quam poteſtatem habet petra ſuper quam ædificatur eccleſia, ut etiam judicia ejus maneant firma, quaſi Deo judicante per eam: ſed manifeſtum eſt, quod iſta duo repugnant, pontif. Romanum fundamentum eſſe eccleſiæ per ſingula-

gularem prærogativam principatus clavium, & ipſum eſſe ſubditum univerſali concilio eccleſiam repræſentanti. Dicit enim propheta Iſaias in c. 10. & habetur in c. inferior. di. 21. Numquid gloriabitur ſecuris contra eum, qui ſecat in ea, aut exaltabitur ſerra contra eum, qui trahit eam? & ſequitur in præfato c. inferior. His itaque ex divina ſcriptura commemoratis, ſole clarius exhibuimus, non poſſe quemquam, qui minoris auctoritatis eſt, eum qui majoris poteſtatis eſt, judiciis ſuis addicere. Ceterum arguitur ſic, pars illa decreti contradicit ſcripturæ illi ſanctæ Joan. ultimo, Petre paſce oves meas. Ergo illa non poteſt continere veritatem fidei catholicæ, ſed errorem magis. Conſequentia patet, antecedens deducitur ſic per hanc ſalvatoris inſtitutionem: Petrus, cui ſuccedit Romanus pont conſtitutus eſt univerſalis eccleſiæ paſtor & rector. Unde B. Chryſoſtomus ſuper Act. apoſtol. Petrus a filio ſuper omnes, qui filii ſunt, poteſtatem accepit; Non ut Moyſes in gente una, ſed in univerſo orbe, dicente domino ipſi Petro, Paſce oves meas: inter oves iſtas, & illas non diſtinguens, ſed univerſas oves ſuas ejus curæ commendat. Et B. Gregorius ad imperatorem Mauritium, cunctis evangelium ſcientibus, liquet, quod voce dominica ſancto, & omnium apoſtolorum principi Petro, totius eccleſiæ cura commiſſa eſt, ipſi quippe dicitur, Petre amas me, paſce oves meas. Sed manifeſtum eſt quod iſta repugnent adinvicem, quod Romanus pont. ſit paſtor totius gregis dominici rector, gubernator: Et quod ipſe grex aut univerſalis ſynodus gregem ipſum repræſentans, poteſtatem habeat a Chriſto immediate judicandi & puniendi paſtorem ipſum, ſi gregis ſui tranſgrediatur inſtituta. Ratio enim paſtoris, & ratio gregis, iſta ſimul ſtare non patiuntur. Ad paſtoris enim rationem pertinet cura regendi oves. Ovium vero eſt obedire paſtori. Unde Joan. 10. Oves meæ vocem meam audiunt. Et B. Auguſtinus in de verbis domini, homil. 62. Animadvertit caritas veſtra, dictum eſt Petro a domino per interrogationem, diligis me? Cui reſpondit ille, tu ſcis quia amo te, hoc ſecundo, hoc tertio, & ad ſingula verba reſpondens dicebat dominus, Paſce agnos meos. Commendat Petro Chriſtus agnos ſuos paſcendos, qui paſcebat & Petrum: Et infra. Pertineat ergo ad nos cura, ad oves obedientia, ad nos vigilantia paſtoralis, ad vos humilitas gregis. Hæc Auguſtinus. Nulli ergo dubium, cum contra rationem paſtoris ſit, ut oves, aut grex poteſtate ſuperior ſit ipſo paſtore, quod contra inſtitutionem Chriſti, qua Rom. pont. conſtitutus paſtor, & rector totius gregis dominici, ſit pars prædicti decreti. Quamobrem dicitur in cap. Oves. 11. q. 7. Oves, quæ ſuo paſtori commiſſæ ſunt, cum nec reprehendere, niſi a fide exorbitaverit, nec ullatenus accuſare poſſunt: quia facta paſtorum, oris gladio ferienda non ſunt, quamquam reprehendenda recte videantur: idem habetur. 6. q. 1. Oves. Oves paſtorem ſuum non reprehendant, ſcilicet imperioſe; & ſequitur ratio, quia non eſt diſcipulus ſupra magiſtrum. Præterea quod pars illa decreti non poſſet dici continere veritatem fidei catholicæ. Patet, quoniam contradicit decreto hujus univerſalis & œcumenicæ ſynodi Florentinæ; in qua orientali & occidentali eccleſiis convenientibus, præſidente ſanctiſſimo, ac beatiſſimo domino noſtro Eugenio papa IV. divina & apoſtolica auctoritate diffinitum eſt, apoſtolicam ſedem, & Romanum pont. in univerſum orbem tenere primatum, & ipſum pont. Rom. ſucceſſorem eſſe B. Petri principis apoſtolorum, & verum Chriſti vicarium, totiuſ-

A que eccleſiæ caput, & omnium Chriſtianorum patrem & doctorem exiſtere, & ipſi in B. Petro paſcendi, regendi, & gubernandi eccleſiam univerſalem a domino Jeſu Chriſto plenam poteſtatem traditam eſſe. Plane hæc ſimul ſtare non poſſunt, ut Romanus pont. primus ſit totius orbis, & tamen univerſali concilio orbem repræſentanti ſit ſubjectus. Quod princeps ſit apoſtolorum, ſeu plebis Chriſtianæ, & illorum concilio ſubditus ſit. Quod ſit vicarius Chriſti, præſentialis immediate ab eo conſtitutus, & alteri quam Chriſto ſubditus ſit. Quod ſit caput totius corporis eccleſiæ, & a concilio corpus eccleſiæ repræſentante, veniat judicandus & regendus. Quod ſit pater omnium Chriſtianorum, & ſub pœna damnationis damnatorum, de conſilio filiorum ſuorum
B parere teneatur mandatis. Quod ſit doctor omnium fidelium, & ſynodo univerſali collegio diſcipulorum ſuorum veniat inferior. Quod plenam a Chriſto poteſtatem acceperit paſcendi, regendi, & gubernandi univerſalem eccleſiam, & quod concilium univerſale eccleſiam repræſentans ſuperius ſit illo poteſtate regiminis & gubernationis. Plane hunc locum optime reſpicit dictum ſapientiſſimi Salomonis, qui Prov. 30. dicit, per tria movetur glo. interl. inquietatur, terra glo. 1. eccleſia, & quartum ſuſtinere non poteſt, pro ſervum cum regnum cœperit. Quod tunc videtur contingere, cum inferiores ſuperiores reprehendere & corrigere, & quos Deus exaltavit, digni-
C tate principatus humiliare præſumunt: ubi compleri videtur, quod dicitur eccleſiaſt. 10. vidi ſervos in equis, gloſ. interl. in dignitate. Principes autem ambulantes quaſi ſervos. Nec poteſt dici quod papa per peccatum mortale deſinat eſſe ſuperior: quoniam hoc falſum eſt & erroneum. Unde in concilio Conſtantienſi, ut patet in epiſtola decretali domini Martini, ſuper erroribus Wiclef, & Joannis Hus: ſequentes errores ſunt condemnati. Nemo gerit vicem Chriſti vel Petri, niſi ſequatur eum in moribus. Item alius, papa non eſt manifeſtus, & verus ſucceſſor principis apoſtolorum Petri, ſi vivit moribus contrariis Petro. Item alius, cardinales non ſunt veri, & manifeſti ſucceſſores collegii aliorum apoſtolorum
D Chriſti, niſi vixerint more apoſtolorum, ſervantes mandata, & conſilia domini noſtri Jeſu Chriſti: per ſolum quidem crimen hæreſis pertinaciter defenſum, quis cadit a ſuperioritate juriſdictionis & poteſtatis. Et cum quæritur, unde hujus differentiæ inter crimen hæreſis, & alia peccata habetur fundamentum, reſpondetur breviter pro nunc, quod de ſacra ſcriptura, & ex jure canonico, & ex ipſa ratione. Ex ſcriptura quidem, nam de aliis criminibus, ait dominus, Mat. 23. Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſæi, quæcumque dixerint vobis facite & ſervate, ſecundum opera eorum nolite facere. Ecce quod dominus non abjiciendos dicit malos paſtores, qui doctrinam bonam habent, vi-
E tam vero malam. Item ad Rom. 13. dicit apoſtolus: omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. glo. bonis vel malis. Et 1. Pet. 2. ſubditi eſtote dominis veſtris, non tantum bonis, ſed diſcolis. De crimine vero hæreſeos, quod illud faciat prælatum cadere ab auctoritate juriſdictionis, & per conſequens a papatu, qui principatum juriſdictionis importat, colligitur primo ſecundum quorumdam veterum expoſitionem ex illo Deuter. 17. Non poteris alterius gentis, quam ſcilicet Chriſtianæ, hominem regere facere, qui non ſit frater tuus, ſcilicet fidei religione. Præterea dicit ſalvator, Matth. 10. qui negaverit me

coram





coram hominibus, negabo eum coram Patre meo. Item Joan. 3. Qui non credit, jam judicatus eſt. Item Joan. ſecundæ. 1. Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite eum recipere in domo veſtra, nec ave, dixeritis ei. Qui enim dixerit ave, communicat ejus operibus malignis. Ex quibus manifeſta differentia inter hæreſis crimen & alia. Ceterum ex jure canonico hujus differentiæ capitur fundamentum, ſicut ſuperius oſtenſum eſt, in multis capitulis inductis ad oſtendendum quod hæretici poteſtate privantur juriſdictionis. Ratione etiam non caret hæc differentia, quoniam cum fides ſit prima connexio, qua quis connectitur corpori Chriſti, ſitque primus lapis ædificii ſpiritualis; Impoſſibile videtur quod quis habeat rationem capitis, qui non habet rationem membri. Ecce quam clara differentia, ex ipſa ſcriptura ſancta colligitur inter crimen hæreſis, & alia peccata in ipſis paſtoribus eccleſiæ: Et ideo non mirum ſi doctores eruditi tam theologi, quam juriſtæ, magnam inter illa differentiam faciant. Amplius arguitur, ſic contra præfatam partem decreti; illa non videtur poſſe dici continere veritatem catholicæ fidei, quæ determinationi apoſtolicæ ſedis contradicit; ſed illa eſt hujuſmodi; Ergo non veritatem; ſed magis errorem continere dicenda eſt. Major patet illa Hieronymi in c. hæc eſt fides, Papa beatiſſime, 24. q. 1. Minor vero patet in decretali illa, Unam ſanctam: quam fecit Bonifacius VIII. cujus ſunt verba quæ ſequuntur. Si deviat terrena poteſtas, judicatur a ſpirituali, ſi deviat ſpiritualis, judicatur minor a ſuo ſuperiore; ſi vero ſuprema, a Deo ſolo poteſt judicari. Hæc ibi. Alia plurima facile eſt inducere contra hanc partem decreti, contra quam manifeſte ſunt Hugo de S. Victore, S. Thomas, Albertus magnus, Alex. de Ales, Alvarus, & alii plurimi in facultate theologica magiſtri, quorum dicta pertranſeo brevitatis cauſa: quibus ſic habitis; venio ad caſus poſitos per dominum arguentem. Primus caſus aſſignatus, eſt, videlicet quomodo imminente neceſſitate reformationis eccleſiæ, & actu exiſtente concilio, papa nollet facere reformationem, non ſufficit ad depoſitionem papæ, cum talis negligentia, aut mala voluntas non dejiciat eum a ſuperioritate poteſtatis, niſi iſta mala voluntas talis eſſet, quæ manifeſte oriretur, ex aliquo errore in fide catholica, ut puta, quia non crederet eccleſiam ſanctam eſſe, contra illud, quod de ea ait Spiritus ſanctus, Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te. Cant. 4. aut quod non crederet, quod ſanctitas vitæ requiratur in ſuſcipientibus ordines ſacros, & promovendis ad eccleſiaſticas dignitates de neceſſitate præcepti, & ſi non de neceſſitate ſacramenti: contra illud Levit. 21. Homo de ſemine Aaron, qui habuerit maculam, non offeret panes coram domino, nec accedet ad miniſterium ejus. Ubi per maculam in gloſ. omne vitium intelligitur: juxta quem ſenſum intelligendi ſunt doctores ſi qui illum caſum propoſuerunt, ſic dico, quia nullum talem qui alicujus eſſet nominis, talia docentem ego legi. De ſecundo autem caſu, quando, ſcilicet ſcandalizat incorrigibiliter eccleſiam, dico quod iſta incorrigibilitas malæ vitæ, qua talis ſcandalizat eccleſiam, poteſt dupliciter intelligi, uno modo in continuatione criminis, puta, quia monitus non curat deſiſtere, ſeu abſtinere a peccatis: alio modo poteſt intelligi incorrigibilitas illa in defenſione criminis, ut ſi pertinaciter defenderet aliqua non eſſe peccata, ſicut ſimoniam, ſicut avaritiam, ſicut promotionem indignorum; Ita quod crimina prohibita,

A jure divino, laudaret aut defenderet tanquam licita. Primo modo loquendo de incorrigibilitate, caſus ille juxta ſuperius dicta non habet veritatem; ſecundo autem modo intelligendo, locum haberet, quia jam hæreticus eſſe, ſentiens male pertinacter de lege & ſcriptura ſancta, convincitur. Et ad glo. quæ allegatur in cap. ſi papa, dico quod multa ſunt, propter quæ illa glo. nullum doctum, ſeu gravem virum debeat movere, immo parum aut nihil eſt curandum de illa. Tum primo, quia glo. illa nulla firmatur ratione, nec hoc quod inducit, ſi peccaverit in te frater tuus: pro opinione ſua, ſicut in reſponſione, ad primam auctoritatem eſt oſtenſum. Tum ſecundo quia glo. illa eſt manifeſte contra tex. unius ſummi
B pont. & martyris, qui multo præſtantioris eſt auctoritatis, quam Hugutio unquam fuit. Tum tertio quia eſt contra alios multos tex. ſacrorum canonum, ſicut patet de capitulo, nemo judicabit primam ſedem, &c. aliorum hominum cauſas, &c. cuncta novit eccleſia. 9. q. 3. c. ejecti. di. 80. Quarto quia contraria eſt multis aliis glo. & maxime in c. ſi quis pecuniam. diſt. 79. quæ vult quod tantum pro hæreſi ſtricte ſumpta papa poſſet judicari, ſcilicet ſi peccat contra articulos fidei. Quinto quia eſt contra clariores doctores in jure divino, quorum aliqui ſuperius nominati ſunt, quibus merito in hac parte credendum eſt, & ſecurius creditur eis, quam Hugutioni. Inter quos dominus Alvarus, maximus
C doctor in utroque jure ponit expreſſe in libro de hæreſibus rubrica 32. quod error eſt, quod papa poſſit judicari extra caſum hæreſis a concilio generali. De tertio vero caſu, quando ſcilicet vult facere contra univerſalem ſtatum eccleſiæ, dicitur quod in iſto caſu, licet papæ non eſſet obediendum, ſed reſiſtendum, non tamen venit propterea a concilio judicandus. Aliud enim eſt non obedire, quod poteſt facere inferior, cum aliquid contra divinam legem a ſuperiore præcipitur. Ut enim dicitur Act. 5. obedire oportet Deo magis quam hominibus. De quo in cap. qui reſiſtit, & in c. Si is qui præeſt. 11. q. 3. Aliud eſt reſiſtere cum a ſuperiore aliquid dicitur quod a veritate, aut a ſanctorum patrum ſententiis ſit de-
D vium, ſicut Paulus reſtitit Petro, quia non ad veritatem evangelii ambulabat, ad Galat. 2. aut cum contra ſtatum univerſalis eccleſiæ generaliter agere attentaret, ſicut ſi vellet deponere ſimul omnes epiſcopos, ac ſimilia. Ex quibus patenter univerſa turbaretur eccleſia. Et hoc modo dicunt Hoſti. & Inno. & archidiaconus, quod non eſſet papa ſuſtinendus, id eſt non permittendus hoc facere, ſed ei, cum omni tamen humilitate & reverentia, reſiſtendum eſſet. Non autem dicunt quod in hoc caſu deponendus eſſet, cum ipſi cum antiquis doctoribus theologis concordantes, dicunt, papam propter ſolum crimen hæreſis poſſe ab eccleſia judicari. Aliud eſt judicare, & hoc non eſt niſi ſuperioris, ut ante dictum
E eſt; qui autem judicat me, dominus eſt. 1. Cor. 4. & patet ita quod nullus illorum trium caſuum ſufficiat, ut papa poſſit ſubjacere judicio univerſalis concilii; & ratio eſt quæ ſuperius aſſignata eſt: videlicet quod propter nullum aliud crimen venit ſub judicio quorumcumque inferiorum. Quare cum quandiu catholicus eſt, verus ſummus pont. ſit, dicunt doctores quod ſemper in honore habendus eſt. Unde Auguſtinus l. q. veteris & novi teſtamenti dicit ſic. Non ſciens David, divinam eſſe traditionem in officio ordinis regalis? Idcirco Saul in eadem adhuc traditione poſitum honorificat, ne Deo injuriam facere



videa-

videatur, qui his ordinibus honorem decrevit, Dei enim imaginem habet rex, ſicut & epiſcopus Chriſti. Quamdiu ergo in eadem traditione eſt, honorandus eſt, vel propter ſe, vel propter ordinem. Unde apoſtolus inquit, poteſtatibus ſublimioribus ſubditi eſtote, Non enim eſt poteſtas niſi a Deo. Hæc Auguſtinus. Ex quibus omnibus patet, quod decretum illud per patres obedientiæ Joan. 23. dicti, Conſtantiæ editum, juxta intelligentiam, quam de eo practicant verbis & factis Baſileen. ſecundum quam proſecutus ſum iſtam reſponſionem, non contineat veritatem fidei catholicæ, immo errorem & impietatem. Quare præſumptio maxima & execrabilis temeritas fuit, tali intelligentia data, diffinire, decretum illud, veritatem eſſe catholicæ fidei. Animadvertiſſent utinam pro eorum ſalute illud, quod Auguſtinus dicit in libro de eccleſiaſticis [a] dignitatibus in fine, ubi ſic ait; ſi quis ſcripturas præter eas, quas catholica eccleſia recepit, vel in auctoritate habendas eſſe, vel fuerit veneratus, anathema ſit; & hæc dicta ſufficiant pro primo articulo propoſitionis factæ per patrem & D. arguentem.

[a] Tra. dogmatibus. Sed extat in Concil. Tolet. I. II.

# RESPONSIO AD SECUNDUM ARTICULUM.

## SUMMARIUM.

I. *Concilium Conſtantienſe, nunquam decrevit concilium eſſe ſupra papam.*

II. *Patres Conſtantiæ congregati, recta intentione procedebant.*

III. *Petierunt confirmationem ſuorum decretorum Romano pontif. quem concilio ſuperiorem confeſſi ſunt.*

IV. *Baſileenſium propoſitio, abſque offenſa concilii Conſtantienſis, merito veluti hæretica condemnatur.*

V. *Conſtantienſi decreto de ſuperioritate concilii ſæpe contradixerunt patres.*

VI. *Joan. XXIII. renunciavit juri papatus ſi aliquod habebat.*

VII. *Et pro hæreſi ſpecialiter fuit a concilio judicatus.*

VIII. *Concilium generale præſertim ſede vacante, poteſt facere decreta reformationis, pertinentia, tam ad cap. quam ad membra.*

IX. *Romanus pontif. legibus quoad vim coactivam non ſubjicitur.*

X. *Legis ratio duo includit juxta ſanctum Thomam.*

XI. *Concilia in eccleſia Romana, aut ſummi pontificis præjudicium, non poſſunt leges ſtatuere.*

XII. *Princeps quomodo ſolutus ſit legibus.*

XIII. *Rex a Deo tantum puniendus eſt.*

XIV. *Baſileenſe concilium legitime convocatum, & continuatum eſſe quomodo intelligitur.*

XV. *Concilium legitime inchoatum, & continuatum, errare poteſt in ſuis diffinitionibus.*

XVI. *Concilium Epheſinum ſecundum, & Aquiſgranum legitime inchoata & continuata, tandem erraverunt.*

XVII. *Concilia plenaria priora, a poſterioribus plerumque emendantur.*

XVIII. *Baſileenſes non obſervaſſe, quæ Eugenio pontifici max. promiſerant, oſtenditur.*

XIX. *Papa præſidentes, noluerunt recipere.*

XX. *Præſidentibus apoſt. ſed non conſentientibus nulla eſt concilii diffinitio.*

XXI. *Quomodo præſidentes decretis concilii ſubſcribunt.*

XXII. *Non errare, non eſt privilegium conciliorum* [illegible]

XXIII. *Baſileenſium decreta, nunquam approbavit Eugenius.*

XXIV. *Conciliorum decreta, a Romano pont. neceſſario confirmari debent.*

XXV. *Quamvis poteſtas papæ in concilio ſit incluſa, neceſſe eſt tamen ut ejus decreta apoſtolica ſede expreſſe confirmentur.*

XXVI. *Concilium potius includitur in papa, quam e converſo.*

SEQUITUR ſecundus articulus propoſitionis factæ per dom. opponentem: in quo nixus eſt duplici via perſuadere, quod propoſitio illa prima Baſileenſium de poteſtate univerſalis concilii ſupra papam, quam veritatem catholicæ fidei vocant, quæ ſuperius poſita eſt, non condemnaretur. Et prima via ſumpta fuit ex parte patrum, qui decretum illud Conſtantiæ ediderunt; ſecunda ex parte eorum fratrum, qui illud Baſileæ renovarunt. Circa primam viam, prima ratio, ſi bene mente teneo, fecit quia, non poterat condemnari ſine offenſa & ſcandalo concilii Conſtantienſis, quod decretum præfatum de poteſtate concilii univerſalis ſupra Papam edidit.

1. Ad iſtam rationem reſpondetur, quod ſalva pace, nunquam concilium univerſale Conſtantienſe tale decretum edidit. Unde ex hac parte dicimus, Baſileenſes falſum dixiſſe in propoſitione illa prima præſupponendo quod Conſtantiæ per univerſale concilium, univerſalem Eccleſiam repræſentans fuerit illa ſuperioritas poteſtatis concilii ſupra Papam declaratum. Cum enim ſolum pro tempore, quo tres obedientiæ fuerunt ſimul, congregatio illa fuerit indubitata ſynodus generalis credita, & non a tribus obedientiis decretum illud, ſed ab una tantum fuerit editum, ut ſæpe in exordio præſentis reſponſionis commemoratum eſt, manifeſte falſum eſt quod præſupponitur. Quod etiam ex alio colligitur; nam tota ſynodus ex tribus obedientiis aggregata, ſtatuto ſuo deſignare videtur, præfatum decretum nonquam de mente ſua proceſſiſſe. Unde in ſeſſione 36. ita dicitur: Sacroſancta Conſtantienſis ſynodus &c. ſtatuit & decrevit, quod futurus Romanus pontifex, per Dei gratiam de proximo aſſumendus, cum hoc ſacro concilio, vel deputandis per ſingulas nationes, debeat reformare eccleſiam in capite Romanæ curiæ, ſecundum æquitatem & bonum regimen eccleſiæ, antequam hoc ſacrum concilium diſſolvatur, ſupra materiis articulorum alias per nationes in reformatorio oblatorum, qui ſequuntur. Primo de numero, qualitate, & natione dominorum Cardinalium: Et infra in 13. articulo dicitur. Propter quæ & quomodo Papa poſſet corrigi vel deponi. Ex quo inſtitutorum manifeſte datur intelligi, quod ſynodus illa hoc decernens, non prius inſtituerit, aut decreverit, quod Papa non obediens etiam incorrigibiliter ſtatutis, mandatis, & ordinationibus concilii univerſalis, ex omnibus obedientiis Chriſtianitatis collecti, in pertinentibus ad fidem, & extirpationem ſchiſmatis, reformationem in capite, & in membris, veniret per concilium correctione pœnali puniendus, & maxime pœna depoſitionis: & præcipue eo conſiderato, quod nullus videatur poſſe dari caſus, qui non contineatur in prædictis. Secundo arguebatur per eumdem dominum arguentem ſic. Dato, ſicut verum eſt, quod decretum illud factum fuiſſet ab una obedientia tantum, nihilominus in illa erat major pars eccleſiæ. Unde non videtur cautum, quod decretum illud a tot populis factum, condemnaretur ut hæreticum. Ad hoc licet plurima poſſent





ſent dici tam circa præſuppoſitum, quam circa conſequentiam, reſpondetur breviter ſic.

2. Primo, quod non tractatur hic, neque eſt de mente ſanctiſſimi domini noſtri, quod decretum illud Conſtantiæ factum per obedientiam Joannis XXIII. condemnetur ut hæreticum, quoniam arbitratur ſanctiſſimus D. N. pro illorum patrum reverentia, religione, & integritate, non alium ſenſum habuiſſe in illo decreto, quidquid verba ejus in ſono literæ prætendant, quam ſancti patres habuerunt; ſicut colligi poteſt ex reverentia, obedientia, & profeſſione humilitatis oſtenſis per eos domino Martino Romano pontifici electo per eos, qui mox ut creatus fuit, cathedram ſumpſit judicii ſupremi: ipſe quidem diffinivit, ſtatuit ſingula, concilio ſacro approbante.

3. Præterea ipſi recognoſcentes decretorum ſuorum firmitatem ab Apoſtolica ſede pendere, confirmationem eorum a præfato Romano pontifice humiliter poſtularunt, per quæ omnia recte ponderata profitebantur Romanum pontificem ſuperiorem ſynodo, non inferiorem.

4. Sed tractatur nunc quod prima illa Baſileenſium propoſitio una cum aliis duabus, in quibus omnes conveniunt, pariter damnetur, ſicut jure damnanda eſt: cum manifeſtum ſit illam ad eorum intelligentiam, quam verbis, factiſque docent, & practicant, alienam eſſe a ſcripturæ ſanctæ, & a ſanctorum Patrum doctrina. Et hoc poteſt optime fieri, abſque offenſa decreti Conſtantiæ facti bene intellecti, & abſque ſcandalo decretantium illud: quoniam planum eſt, quod una & eadem propoſitio multiplicem habens intelligentiam, ſecundum unam intelligentiam poſſit eſſe vera; & ſecundum aliam ſit hæretica, ſicut exempla plurima dari poſſent, in quibus quia nota ſunt, & brevitatis cauſa, ſuperſedeo. Secundo reſpondetur quod domini & patres de obedientia Joannis XXIII. ita debent honorem ſuum zelare in defenſione præfati decreti, quod non velint alias duas obedientias ſchiſmaticas & hæreticas declarare, quoniam hic error pejor eſſet priore: quod tamen, ut ſuperius oſtenſum eſt, difficillimum eſt obſervare, niſi decretum illud ad aliam trahatur intelligentiam, quam verba in ſuperficie prætendunt, & quam Baſileenſes prædicarunt: alias non videbatur, ſalva pace, obſervare illud quod Dominus præcepit: quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris.

5. Tertio arguit dominus opponens, quod licet ab una obedientia tantum fuerit factum præfatum decretum, nihilominus cum poſt nulla facta fuerit reclamatio per alias obedientias, videtur approbatum fuiſſe. Reſpondetur, negando quod nulla fuerit facta reclamatio, imo multiplex, Tum primo, quando primo factum eſt, contradictum & reclamatum eſt, tam per prælatos & aliquos dominos Cardinales, qui, ut in geſtis ejuſdem concilii patet, ſe abſentarunt a ſeſſione illa: quam per multos doctos viros, ſicut a fide dignis qui interfuerunt, refertur. Tum ſecundo contradictum eſt per eum, quem obedientia illa pro Romano pontifice venerabatur, & cujus auctoritate congregatio illa legitime adunata dicebatur, ſcilicet Joannem XXIII. dictum, qui decreta illa facta erronea eſſe ſæpe profeſſus eſt, ut dominus Dynenſis ab ejus ore in oppido Schaphuſenſi prope Conſtantiam audivit. Tertio contradictum eſt per duas obedientias alias, ſcilicet Gregorii & Benedicti, quæ, ut ſuperius oſtenſum eſt in principio præſentis reſponſionis, manifeſte verbis & factis contradixerunt opinioni dicentium eos, qui de obedientia præfati Joannis XXIII. Conſtantiæ ante convenerant, concilium generale facere, eccleſiam Chriſti repræſentare, habere poteſtatem immediate a Chriſto, cui &c. Tum quarto manifeſtum teſtimonium hujus reclamationis ſive non acceptationis colligi videtur ex eo, quod nunquam amplius convenientibus omnibus obedientiis ſimul, fuerunt illa decreta repetita, nec confirmata: ſed ſtatutum fuit, ut jam dictum eſt, quod per Papam & per concilium deberet declarari, per quæ & quomodo Papa poſſit corrigi vel deponi.

Quarto arguit dominus opponens, quod ſi illud decretum non fuit verum, Joannes XXIII. non potuit deponi, maxime cum, ut ex ſententia ejus pateat, non fuit depoſitus pro hæreſi, ſed juxta gloſſam can. ſi Papa, ſcilicet quia moribus ſuis pravis ſcandalizabat incorrigibiliter Eccleſiam. Nec poteſt dici, inquit, quod poſtmodum Florentiæ approbavit depoſitionem ſuam & electionem Martini: quia talis approbatio non poterat facere Martinum papam. Ad iſtam rationem, dimiſſis multis aliis quæ poſſent dici, reſpondetur negando conſequentiam, & hoc duplici ratione.

6. Tum primo quia ipſe, ut patet per inſtrumenta, quæ includuntur in geſtis hujuſmodi concilii, renunciavit juri papatus, ſi aliquod habebat. Et quod dicitur quod approbatio ſua nihil juris contulit domino Martino, negatur, dicendo quod approbatio non fuit talis qualis dicitur eſſe per dominum arguentem, ſed talis fuit, ut reverendiſſimus Placentinus, & alii domini cardinales nuper in præſentiarum dixerunt, quod videlicet poſtquam liberatus a carceribus veniſſet Florentiam ad dominum Martinum, approbavit renunciationem ſuam, quam fecit in carcere, profitens illam publice, non metu, non ſophiſtice, ſed veraciter & libere feciſſe.

7. Secundo conſequentia non valet, quoniam in caſu hæreſis, de qua iſte accuſatus fuit, & teſtes inducti, univerſale concilium poteſt Papam judicare, ſicut dictum eſt: unde negatur quod non pro hæreſi, ſed pro aliis criminibus Joannes iſte fuerit judicatus. Unde, ſicut patet ex geſtis illius concilii, in ſententia ſuſpenſionis ejuſdem facta in ſeſſione decima, vocatur notorius hæreticus & incorrigibilis. Sed licet hoc in ſententia condemnationis non exprimatur ſpecialiter; nihilominus in eadem ſententia dicitur, quod propter illa crimina tunc ibi nominata, & alia crimina in proceſſu dictæ cauſæ contra eum deducta & contenta, tanquam indignum & inutilem & damnoſum ſancta ſynodus privat.

Quinto arguit dominus opponens, & præſupponit quod, ut patet ex geſtis illius concilii, inter patres deputatos obedientiæ Joannis XXIII. & patres de obedientia Benedicti, fuerunt compactata Narbonæ quædam capitula, inter quæ fuit unum, ſcilicet primum, de convocatione fienda per prælatos utriuſque obedientiæ. Aliud vero capitulum fuit, quod eſt ſecundum in ordine, quod dicta congregatio & conſtitutio concilii fienda per dictos dominos, fieret generaliter pro extirpatione ſchiſmatis, & hæreſis, & pro ſancta unione eccleſiæ, & pro reformatione univerſalis eccleſiæ in capite & in membris &c. Ex iſtis elicit præfatus reverendiſſimus dominus, quod concilium habeat poteſtatem in reformatione capitis facienda: & per conſequens videtur, quod omnium illorum patrum fuit hæc fides, quod concilium haberet hanc poteſtatem. Ad iſtam rationem, dimiſſo quod ex convocatione illa nova, & inſtitutione concilii, arguatur manifeſte non eſſe creditum apud omnes, veritatem eſſe fidei catholicæ, patres convenientes Conſtantiæ, quando ſe-

do fecerunt decreta, de quibus eſt ſermo, facere
concilium generale, aut univerſalem eccleſiam
repræſentare: reſpondetur quod per c. illud ſe-
cundum, quod, ut in eodem continetur, factum
eſt ut deferretur honori concilii Conſtantienſis, &
ſub certis conditionibus, non arguitur aliquid
contra dicta.
8. Non enim negatur quod concilium univerſale,
& maxime ſede vacante, poſſit facere decreta re-
formationis pertinentia tam ad caput eccleſiæ,
9. quam ad membra. Sed hoc negatur, quod poſſet
facere leges indifferenter habentes vim coacti-
vam contra caput ejus, Romanum ſcilicet pontifi-
cem: pro quo notandum eſt, quod ut ait ſanctus
Thomas in prima 2. q. 96. articulo quinto, ubi
10. quærit, utrum omnes ſubjiciantur legi: quod lex
de ratione ſui duo habet, videlicet quod eſt regu-
la humanorum actuum, & quod habet vim coa-
ctivam. Quantum ad primum, concilium univer-
ſale poteſt facere decreta & inſtituta, quæ reſpi-
ciant tam caput quam membra, etiam inſtituta
quæ reſpiciant ipſa univerſalia concilia: quantum
vero ad ſecundum, ſcilicet vim coactivam, judi-
cium condemnationis inferendi tranſgreſſionibus
legum, non poteſt, cum inferior hujuſmodi le-
gem non poſſit imponere ſuperiori: & ideo dici-
tur extra de Elect. cap. ſignificaſti, quod Roma-
11. næ eccleſiæ nulla concilia legem præfixerint.
Quod etiam in præjudicium Romani pontificis
nihil inſtituere poſſint, teſtatur Innocentius ter-
tius in can. innotuit extra de Elect. ubi dicit quod
canon Lateranenſis concilii ab Alexandro papa
prædeceſſore ſuo editus, nullum potuit ſucceſſori
ſuo præjudicium generare, cum non habeat im-
perium par in parem. Quamobrem ſanctus Tho-
mas præfato articulo, in reſponſione ad tertium
dicit, quod princeps dicitur ſolutus legibus, non
12. quidem quantum ad vim directivam, debet enim
legibus vivere, ſed quantum ad vim coactivam,
quia nullus poteſt in ipſum judicium condemna-
tionis inferre, ſi contra legem agat. Unde ſuper
13. illud pſalmi, *tibi ſoli peccavi*, dicit gloſſa: Rex
eſt omnibus ſuperior, ideo a Deo tantum, qui
major eſt, puniendus eſt. Si quis de populo erra-
verit, & Deo [a] peccaverit & regi, rex vero non
habet hominem, qui ſua facta dijudicet, ideo
ait, tibi ſoli peccavi. Hæc gloſſa. & hæc de ra-
tionibus inductis ex parte patrum de obedientia
Joannis XXIII. & geſtorum concilii Conſtantien-
ſis dixiſſe ſufficiat.

[a] Forte, peccavit. Hard.

Jam ad argumenta quæ agit præfatus dominus
opponens ex parte concilii Baſileenſis tendamus,
licet ex multis eorum, quia diſpenſative, per mo-
dum tolerantiæ ad preces regum & principum
apoſtolica ſedes fecit, ut ſchiſmaticis tolleretur
occaſio, & Bohemorum tractatus ex dilatione
non ſuſciperet impedimentum, argumenta ſum-
pta, parum debeant habere virtutis. Argumentum
eſt autem in primis, ſi bene retinui, ſic. Conci-
lium Baſileenſe fuit legitime inchoatum, quia au-
ctoritate & Martini, & præſentis S. D. N. & hoc
pro reformatione in capite & in membris: fuitque
legitime continuatum, ut in bulla annullationis,
diſſolutionis, ſive translationis ejuſdem concilii
S. D. N. atteſtatur: & præfatum concilium fecit
illas declarationes de poteſtate concilii univer-
ſalis, ſicut eſt manifeſtum: ergo videtur decre-
tum illud eſſe verum, alias concilium illud non
fuit legitime continuatum, errare enim non ſtat
cum legitima continuatione.
14. Ad iſtam rationem reſpondetur, quod conci-
lium legitime continuari, poteſt intelligi duobus
modis: uno modo quia continuatur ejus poteſtas
inſtituentis, & non evacuatum auctoritate, ſed
habet proceſſum legitima poteſtate fulcitum;
alio modo poteſt intelligi legitime continuari,
non per reſpectum ad auctoritatem dictam, ſed
ad materiam proceſſus, ita quod omnis declara-
tio facta per tale concilium, fuerit vera. Om-
nis ejus conſtitutio ſancta, eſt ſententia juſta.
Capiendo autem hoc ſecundo modo legitimam
continuationem, conceditur conſequentia, &
negatur antecedens. Licet enim S. D. N. decla-
raverit concilium illud legitime continuatum,
quia non fuerat intentionis ſanctitatis ſuæ, quod
concilium illud evacuaretur virtute ſua, ſi cau-
ſæ propter quas illud tranſtulerat, non eſſent
veræ, aut tantæ gravitatis, ſicut ejus ſanctitas
agnovit: non tamen conceſſit eis, nec declara-
vit, eos in omnibus quæ dixerant, definierant,
aut conſtituerant, bene ſancte juſteque feciſſe.
Capiendo autem primo modo legitimam conti-
nuationem concilii, conceditur antecedens &
negatur conſequentia. Stat enim cum hoc mo- 15.
do legitimationis proceſſus concilii, error ali-
quis in concluſionibus: ſicut patet de ſecunda 16.
ſynodo Epheſina, quæ ſicut fuit legitima aucto-
ritate inchoata, ita etiam continuata, quæ ta-
men graviſſime erravit. Præterea concilium A-
quiſgrani celebratum legitime fuit, & continua-
tum, de quo in can. placuit 36. q. 2. & tamen
ejus definitioni præponitur ſententia Hierony-
mi, ut in eodem loco colligitur, & habetur in
gloſſa in can. de Libellis diſt. 20. Præterea dicit 17.
Auguſtinus contra Donatiſtas loquens, libro pri-
mo de unico baptiſmo, plenaria concilia ſæpe
priora poſterioribus emendari. Præterea interro-
gentur patres Baſileenſes, utrum dicant verum
apud omnes indubitatum in hoc quod ſynodus
univerſalis Conſtantienſis feciſſet illas declara-
tiones: & plane ſi veritatem loquuntur, dicturi
ſunt contra diffinitionem eorum, cum manifeſtum
ſit per unam ſolam obedientiam illas factas eſſe.
Non ergo erit inconveniens, quod concilium Ba-
ſileenſe, licet dicatur fuiſſe legitime continua-
tum, ſcilicet quoad proceſſum ejus, habeat in eis
quæ declaravit aut inſtituit, aliquid emendan-
dum & corrigendum.
Secundo arguebat idem Dominus opponens
ſic confirmando rationem præmiſſam: Conci-
lium Baſileenſe fuit univerſale & indubitatum, &
renovavit hoc decretum, facta revocatione diſſo-
lutionis: ergo ſequitur quod illud ſit verum. Ad 18.
iſtam rationem reſpondetur, primo ad antece-
dens, quod attento quod conditiones & promiſ-
ſiones domino noſtro factæ, ut diſſolutionem ſive
translationem revocaret, non fuerunt ei obſerva-
tæ, maxime quod ſui præſidentes non fuerunt re-
cepti juxta diſpoſitionem, & juxta morem anti-
quorum conciliorum, non videtur omnino indu-
bitatum fuiſſe illud concilium, immo apud mul-
tos doctos omnino vacuum auctoritate judicatum
eſt: cum præſidentes Papæ juxta formam a Roma- 19.
no pontifice datam, noluerit recipere, ſed con-
tra omnem modum & rationem, corpus ſine ordi-
ne dependentiæ ad caput ſibi a Chriſto ſuperpoſi-
tum, poteſtate propria voluit procedere.
Secundo dicitur, quod non videtur verum, quod
concilium Baſileenſe renovaverit decretum illud
Conſtantienſe, immo decretum fecerit novum: quod
patet ex eo quod forma unius multum differt & li-
tera & intelligentia ab alio, ſicut patet intuenti
illas, quas ſuperſedeo proſequi brevitatis cauſa.
Tertio præſidentes omnes quibus in ſolidum
auctoritas data erat, non conſenſerunt, immo
contradixerunt, & proteſtati ſunt eo modo me-
liore



liore quo potuerunt, licet aliqui eorum non ut
præſidentes, ſed ut particulares perſonæ, quaſi
violenter, cum aliter non reciperentur ad præſi-
dentiam, in renovatione illa conſenſerint.
20. Sed quærebat dominus arguens, unde habetur
quod ſi concilium vult aliquid diffinire, & præſi-
dentes nolunt conſentire, quod diffinitio ſit nulla,
cum hoc videatur valde mirabile? Ad hoc reſpon-
detur, quod hoc colligitur primo ex Chalcedonen-
ſi concilio, in cujus geſtis in actione ſexta, ut ha-
betur in libro pontificum Iſidori, ita dicitur: In
omnibus ſynodis apocryſarii apoſtolici decretas
ſententias primo, propter ſummam authoritatem
ejuſdem ſanctæ ſedis, confirmabant, & ſubſcri-
bebant, quia aliter nullum robur habebant, unde
21. ſcriptum eſt: Paſchaſinus epiſcopus, vice domini
mei beatiſſimi atque apoſtolici univerſalis eccleſiæ
papæ urbis Romæ Leonis, ſynodo præſidens ſta-
tui, conſenſi, & ſubſcripſi: ſimiliter relinqui fe-
cerunt. Hæc ibi. Secundo colligitur ex diſt. 17.
q. per totum, & præcipue in can. regula, ubi ha-
betur, nullum ratum eſſe concilium, quod non
fuerit apoſtolica authoritate fulcitum. Clarum
eſt, quod ea quæ fiunt præſidentibus papæ contra-
dicentibus, non poſſunt dici fulta authoritate
22. apoſtolica. Secundo reſpondetur ad conſequen-
tiam, negando illam: aſſignata eſt ratio negatio-
nis in ſuperioribus, pro eo ſcilicet quod non erra-
re, non reperitur privilegium eſſe generaliter uni-
verſalium conciliorum etiam indubitatorum, niſi
cum ita univerſali conſenſu in eiſdem cuncta ſunt
diffinita, quod apoſtolicæ ſedis conſenſus & ap-
probatio intervenerint. Exempla etiam aſſignata
ſunt de ſecunda ſynodo Epheſina univerſali & in-
dubitata. Tertio arguebatur per eumdem domi-
num opponentem ſic: Sanctiſſimus D. N. appro-
baſſe videtur illud concilium per bullas ſuas, er-
go videtur, quod diffinita per illud ſunt approba-
ta per apoſtolicam ſedem, & per conſequens vera
ſunt, aut apoſtolica ſedes erravit cum illo.
23. Ad hoc reſpondetur, ſicut idem ſanctiſſimus
D. N. pro ſe tunc reſpondit, quod approbavit
progreſſum illius, ſicut dictum eſt, non autem
decreta ejus: quod ſapientiſſime factum eſt. Quis
enim, niſi imprudentiſſimus, approbaret decre-
ta aliqua, antequam illa videret, examinaret, at-
que plene & integre ponderaret, ſi quid in eis mi-
nus rectum, minus verum, aut minus expediens
contineatur? aut ſi quid ineptum, aut ſi quid
diminutum, aut ſuperfluum ſit? quomodo dici-
tur feciſſe Papa Clemens, ut Joannes Andreas po-
nit in principio Clementinarum, de conſtitutioni-
bus factis in Concilio Viennenſi, quæ quia, ut in-
quit, aliquæ earum erant ineptæ, aliquæ proli-
xæ, aliquæ defectivæ compoſitæ, aliquæ etiam
non expediebant, fecit illas Clemens recenſeri per
peritiores, qui aliquas illarum in toto reſerva-
runt, aliquas in totum reſecarunt, aliquas muta-
runt quoad verba, mente ſervata, aliquibus vero
earum quibuſdam detractis quoad verba & quoad
mentem aliqua ſunt addita. Præterea ſi approban-
do proceſſum concilii ſanctiſſimus D. N. approbaſ-
ſet decreta illius concilii: cur tanto ſtudio, & tam
repetitis vicibus laborarunt Baſileenſes per orato-
res ſuos, ut ſanctiſſimus D. N. approbaret & con-
firmaret eorum decreta, quod hucuſque habere
non potuerunt?
24. Sed quærebat Dominus arguens, unde reperi-
tur, quod neceſſe eſt accipere aut habere a Roma-
no pontifice ſive apoſtolica ſede confirmationem
decretorum factorum per concilia univerſalia, cum
in univerſali concilio intelligatur eſſe authoritas
papæ? Ad hoc reſpondetur, quod hujuſmodi ne-
ceſſitas confirmandi decreta conciliorum per pa-
pam, colligitur primo ex authoritate ſacræ ſcri-
pturæ, ſecundo ex evidentia rationis, tertio ex
practica obſervata ſacrorum conciliorum præſtan-
tiſſimorum. Ex ſacra ſcriptura quidem colligitur
Deut. 17. ubi Dominus ait, ſi difficile & ambiguum
apud te judicium perſpexeris, dicit gloſſa interli-
nearis, hoc quoque in Eccleſia obſervandum eſt,
& judicium inter portas tuas videris verba variari,
ſurge, & aſcende ad locum (gloſſa prima, Ec-
cleſiam) quem elegit Dominus Deus tuus, ve-
nieſque ad ſacerdotes Levitici generis, (gloſſa pri-
ma legitimos) & ad judicem (gloſſa prima pon-
tificem) qui fuerit illo tempore, quæreſque ab
eis qui indicabunt tibi judicii veritatem. Et facies
quodcumque dixerint, qui præſunt loco, quem
elegit Dominus, & docuerint te juxta legem ejus,
ſequeriſque ſententiam eorum, nec declinabis ad
dexteram neque ad ſiniſtram. Qui autem ſuperbie-
rit nolens obedire ſacerdotis imperio, qui eo tem-
pore miniſtrat Domino Deo tuo, & decreto judi-
cis, morietur homo ille. Ubi licet dubiorum diffi-
cilium diſcuſſionem & indagationem veritatis
Deus conventui ſacerdotum attribuat: imperium
tamen & diffinitivum judicium, cui ſub pœna mor-
tis obediendum eſt, uni ſoli, ſcilicet ſummo ſa-
cerdoti, attribuit. Unde manifeſte patet, quod
robur & authoritas, & vis coactiva decretorum
univerſalium conciliorum, ab uno ſcilicet ſum-
mo ſacerdote dependet. Præterea præcipitur Moſi,
qui poteſtate, ut ait Bernardus libro de Conſide-
ratione ad Eugenium Papam, fuit figura Romani
pontificis: Eſto tu populo in his, quæ ad Deum
pertinent, ut oſtendas eis ceremonias & ritum co-
lendi Deum, Exodi 18. Ceterum Chriſtus cum aliis
Apoſtolis imperaverit, ut laxarent retia ſua, tan-
tummodo Petro inquit, Duc in altum, Luc. 4. hoc
eſt in profundum, diſputationum, ut ait gloſſa
Ambroſii, & habetur in can. non turbetur 24. q.
1. Quomodo autem hæc divina inſtitutio integra
ſervaretur, qua ſummo eccleſiæ pontifici divini-
tas tam ſingulariter injunxit ſummarum cauſarum
& difficilium quæſtionum in eccleſia judicium, ſi
patrum in ſynodis convenientium decreta & cano-
nes & ſententiæ, quæ communiter de rebus maxi-
mis proferuntur, non conſenſu & approbatione
firmarentur ſummi pontificis? Suffragatur præte-
rea ad hoc ratio evidens, lex enim non habet rigo-
rem & virtutem coactivam, niſi ex principis autho-
ritate, aut authoritate ejus in quo principatus to-
tius communitatis eſt collocatus. Iſtud eſt clariſſi-
mum apud omnia jura. Sed Romanus pontifex eſt
princeps eccleſiæ, & principatus totius eccleſiæ
collocatus eſt ab ipſo ſummo omnium principe
Chriſto ſalvatore noſtro in Apoſtolica ſede, ut in
can. Baſilicas, de Conſecrat. d. 1. ergo neceſſario
firmitas, robur, & authoritas decretorum conci-
liorum dependet a Romano pontifice, ſive ab A-
poſtolica ſede, ſicut habetur expreſſe in can. con-
fidimus 25. quæſt. 1. & Extra de Elect. can. ſignifi-
caſti. Facit etiam ad hoc ratio beatiſſimi Thomæ
in 2. 2. quæſt. 1. art. ultimo, quam ſumit ex uni-
tate fidei, ſic una fides debet eſſe totius eccleſiæ ſe-
cundum illud primæ Corinth. primo: Idipſum di-
catis omnes, & non ſint in vobis ſchiſmata: quæ
videtur ſervari non poſſe, niſi quæſtio fidei de fi-
de exorta determinaretur per unum, qui toti ec-
cleſiæ præeſt, ut ſic ejus ſententia a tota eccleſia
firmiter teneatur. Et ideo concludit, quod ad ſo-
lam authoritatem Romani pontificis pertineat no-
va editio ſymboli. Hæc ſanctus Thomas. Ex qui-
bus patet quanta neceſſitas ſit ut canones concilio-
rum & maxime fidem reſpicientes, per eum qui
uni-

Anno Christi 1439.

univerſali eccleſiæ præſidet, confirmentur. Fundatur præterea hoc ipſum in practica antiquorum conciliorum, Nicæni ſcilicet & Chalcedonenſis, in quibus patres convenientes omnia diffinita & conſtituta per eos miſerunt ad Apoſtolicam ſedem, rogantes illa per Romanum pontificem confirmari, ſicut patet de patribus Nicænæ ſynodi, ex epiſtola ejuſdem ſynodi miſſa ad papam Sylveſtrum, quæ habetur in geſtis ejus, & de patribus Chalcedonenſis ſynodi ex epiſtola ejuſdem miſſa ſuper hoc ad Leonem papam, quas pro brevitate tenenda hic interſerere non curavi. Hoc præterea obſervatum in concilio Conſtantienſi legimus, in quo licet papa Martinus fuerit præſens, & fortaſſis primus omnibus aſſenſum dediſſet, nihilominus factus pontifex, in fine omnium rogatus eſt, ut omnia Apoſtolicæ ſedis authoritate roboraret, quod ſub certa forma fecit, ut patet in geſtis ejuſdem concilii.

25. Quod vero dicebatur per dominum arguentem, videri hoc non eſſe neceſſarium, quia, ut inquit, in concilio univerſali poteſtas papæ includitur. Reſpondetur primo, quod hæc locutio proprie loquendo non videtur mihi accipienda, quod poteſtas papæ ſit incluſa in concilio univerſali ad eorum ſenſum, quem prætendunt illi qui dicunt concilium omnia poſſe quæ papa, & majora. Dicunt enim, quod concilium dicit quid aggregatum ex poteſtatibus particularibus, quarum una ſit poteſtas papæ, ita quod concilium dicat unum totum comprehendens omnes iſtas intra ſe poteſtates. Inde arguentes quod cum totum majus ſit ſua parte, concilium ſit majus Papa. Sed revera non ita accipienda eſt ratio concilii, ſicut iſti imaginantur. Cum autem Romanus pontifex, utpote caput eccleſiæ, plenitudinem & totalitatem habeat poteſtatis, & ab ipſo omnis poteſtas juriſdictionis aliorum prælatorum derivetur, ut ſuperius multipliciter eſt oſtenſum: poteſtas papæ non poteſt comparari ad poteſtates particulares aliorum prælatorum, ſicut pars totius comparatur ad alias compartes, ex quibus illud totum reſultat, ſed ut totum comprehendens virtute quidquid poteſtatis eſt in illis: ſicut dicit Boetius, quod ſuperior virtus comprehendit in ſe inferiores; & beatus Dionyſius libro 5. eccleſiaſticæ hierarchiæ dicit, quod hierarchici ordinis virtus in omnibus capitur ſanctitatis totalitatibus; unde omnes epiſcopi congregati cum papa, quoad poteſtatem juriſdictionis, non videntur dicere plus poteſtatis quam papa ſolus. Omnes præterea rectores officiales regis, ſimul convenientes cum rege, non dicunt plus juriſdictionis quam rex ſolus, ſicut ſanctus Thomas inquit, quod omnes creaturæ & Deus conſiderata ſimul, non portant plus bonitatis quam Deus ſolus. Et ideo non eſt ita dicendum, ſicut ex adverſo intelligitur, quod poteſtas papæ includatur in concilio: immo fortaſſis magis proprie diceretur e converſo, ſcilicet quod poteſtas totius concilii comprehendatur in papa, ſicut derivatum & dependens comprehenditur in eo, a quo dependet & emanat. Dicimus enim quod omnium membrorum virtus continetur in capite, & omnium inferiorum poteſtas in principe. Secundo reſpondetur, quod ad hunc ſenſum poteſt dici, quod in univerſali ſynodo includitur poteſtas papæ: quia ſi rationem concilii univerſalis habet, neceſſario conſenſus papæ includitur, & authoritas ad earum rerum proſecutionem, ad quas ſynodus ordinata eſt. Sed ex hoc modo comprehenſionis poteſtatis Papæ in concilio, non ſequitur, quod concluſa per patres ſynodi non egeant confirmatione principis Eccleſiæ. Et hæc de ſecundo articulo pro mea mediocritate dicta ſufficiant. 26.

De tertio autem articulo, quia cum non fuerit opus loqui, nihil reſpondi: ideo in hac recollectione reſponſionis meæ ſuperſedeo: per totum omnia per me dicta ſubjiciens correctioni & emendationi ſanctiſſimi D. N. Eugenii Papæ quarti, veriſſimi Chriſti vicarii, & principis univerſæ Eccleſiæ: cujus ſanctitatis mandato hanc reſponſionem in præſentia beatitudinis ſuæ, & reverendiſſimorum patrum dominorum Cardinalium, fereque omnium prælatorum hujus ſanctæ ſynodi œcumenicæ, multorumque aliorum patrum, magiſtrorum, & doctorum, ſatis ex tempore factam, nunc parum copioſius & extenſius collegi. Sitque ipſe Deus omnis boni fontalis origo pro aſſiſtentia gratiæ ſuæ in ſæcula benedictus. Amen.

Explicit reſponſio, facta per magiſtrum Joannem a Turrecremata, ſacri & apoſtolici palatii magiſtrum, anno incarnationis Dominicæ 1439.

*FINIS TOMI DECIMI OCTAVI.*

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA OVIEDO